Digitized by Google

9
16 M F
19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NEVSTRIA PIA

SEV

DE OMNIBVS ET SINGVLIS

ABBATIIS,

ET PRIORATIBVS

TOTIVS NORMANIÆ;

QVIBVS EXTRVENDIS, FVNDANDIS, DOTANDISQVE,
Pietas Neustriaca magnificentissime eluxit, & commendatur.

DEQVE

*SANCTARVM ILLARVM DOMORVM,
Rectoribus, Priuilegijs, & alijs ad ipsas quoquomodo spectantibus.*

Auctore R. Patre ARTVRO DV MONSTIER, Rothomagensi
Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Presbytero.

ROTHOMAGI,
Apud IOANNEM BERTHELIN,
Bibliopolam in vico Iudæorum.

M. DC. LXIII.

Cum Priuilegio & Approbatione.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

PRINCIPI HENRICO D'ORLEANS,

DVCI DE LONGVEVILLE, &c.
Supremo Dynastæ de Neuf-Chastel apud Heluetios, in Ducatu Normaniæ Proregi, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FOETVS hic parente suo, in ipsa sui parturitione orbatus, & pro cunis ferè sepulchrum nactus; SERENISSIME PRINCEPS; pedibus tuis, totus in lacrymas effusus, aduoluitur. Hunc, post sui nimis heu! præproperam Parentis mortem, sub prælo Calchographi quasi

Digitized by Google

in vtero vagientem vidi ; Obstetricantem ei manum porrexi ; natum suscepi ; ignarumque quò vergeret , ad tuam benignitatem adduxi. Feci porrò : æquam in hoc , & cautam , gratamque Authoris sui secutus & assecutus mentem. Illi siquidem sub finem vitæ suæ nihil potius fuit ; quam vt opus hoc suum , (Cuius editioni sedulus incumbebat,) TVÆ CELSITVDINI dedicaret. Et verò ; Quid æquum magis , hoc in volumine nuncupando? quam eius fronti , LONGAVILLÆI nomen inscribere ; quod vnà cum alijs Majorum tuorum nominibus , Stotauillæo , Tancaruillæo , Harcurianoque , in pluribus Monasteriorum suorum chartis sibi prædicat vsquequaque felix? Quid magis cautum? quam Orphani huius orbitati , potentissimum conciliare Tutorem? Sed cum ex tua potissimum largitate lucis vsuram habeat ; sine qua æternum forsan in tenebris delitesceret ; tibi totum non potuit non addici , quin sordida ingratitudinis labe fœdaretur. Si autem dignus erit , in quem SERENITAS TVA respiciat ; confestim exhibebit tibi , Auitam tuorum aduersus Deum pietatem ; ad Sanctos , cœli incolas , deuotionem ; in extruendis exornandisque templis , magnificentiam ; & effusos in semnea Religiosa instituenda & dotanda pro Deo sumptus : Et in vno præ cæteris te dicet fortunatum ; Quod cum Majores tui Christum Iesum

Digitized by Google

in seruis suis affluentia commodorum honorauere; ipsius te particulonem & cohæredem gloriosissimè effecerunt. Illud etiam loquetur verè; Nullum esse in nostra Recollectione non degenerem; Qui CELSITVDINEM TVAM *non suspiciat, erga quam gratissimus non sit, quique suis in orationibus & sacrifitijs, non semper Deum Optimum Maximum precetur, vt te tuosque & mundo & cœlo sospitet. Patere,* SERENISSIME PRINCEPS, *hoc tibi verum honorantis animi testimonium, pro me & pro meis, à me deferri: Et hæc Neustriæ Piæ monumenta benignitate consueta excipiens, vt tua & vt sacra, foue; dum tibi benè & beatè auguratur apprecaturque,*

CELSITVDINIS TVÆ

Deditissimus seruus,

F. PLACIDVS GALLEMANT,
Conuentus Recollectorum Rothomagi,
Guardianus.

Digitized by Google

Facultas R. P. Germani Allart Prouincialis Recollectorum Prouinciæ Parisiensis, hunc librum typis mandandi.

GRatum R. P. *Arturi du Monstier*, nostræ Prouinciæ Sacerdotis, erga Patriam suam animum, quo tanto cum labore scripsit Historiam ipsius Ecclesiasticam, in plures Tomos distributam; studiose libenterque comprobantes, licentiam ei damus eandem ipsam Historiam, cum occurret occasio, typis facere publicam. Si prius duorum in Theologia Doctorum, & eorum quos ad id deputauimus Theologorum nostri Ordinis accesserit approbatio. Datum Parisijs in nostro Recollectorum Conuentu, anno salutis reparatæ 1660. die vero mensis Septembris trigesima.

F. Germanus Allart, Minister Prouincialis Recollectorum.
F. Polycarpus Millet, Secretarius.

Approbatio Doctorum sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis.

NOs infra scripti sacræ Facultatis Theologiæ, in Academia Parisiensi Doctores, vidimus ac legimus librum inscriptum *Neustria Pia*, in qua Abbatiæ, Cœnobia antiqua, & Prioratus illustriores; necnon illorum fundationes & Priuilegia describuntur. Authore *R. P. Arturo du Monstier*, Ordinis Recollectorum Diui Francisci. Nihil est in eo Orthodoxæ fidei ac proborum morum Canonibus dissentaneum: quin potius plura continet, multis laboribus ac studio diligenter ordine digesta; Quibus, exemplis antiquorum qui Cœnobia sacra instaurarunt, ac in ijsdem diuino cultui se manciparunt, nouissimorum hominum pietas exacuatur. Datum Parisijs sexta Octobris anno 1660.

L. Bail. F. Franciscus le Febvre, Prior S. Germani in Laya.

Approbatio Theologorum Ordinis.

CVm etiamnum extent in nostra Normannia, magna, & opulenta, & valde numerosa illa Cœnobia; in quibus & ipsi lapides, nostratum Normanorum aduersus homines Deo dicatos munificentiam clamant: Non potuit hactenus tantorum benefactorum memoriam vel multorũ sæculorum tempus abolere. Sed cum ipsa lapidum vox, suos habeat fines, quos vltra satis audiri nequeat: hoc vnum præcipuè studuit noster *R. P. Arturus du Monstier*, vir sanè de Sacra Historia benè meritus; vt ipsa eadem vox scriptis suis, ad omnia locorum omnium extrema, protenderetur. Et fiet, huiusce libri lectione, qui inscribitur *Neustria Pia*; si, vt par est, vbique & ab omnibus illustri gratia excipietur. Nihil enim in eo; quod non, & rectam fidem, & bonos mores, & omnium ædificationem, vt & ipsam veritatem, sapiat. Ita testamur nos hic subscripti, Ordinis FF. Minorum Recollectorum Theologi. Parisijs, die mensis Septembris octaua, anno 1661.

F. Ioannes Damascenus le Bret, Prouinciæ Parisiens. Recollect. Diffinitor.

F. Placidus Gallemant, antiquus Sacræ Theologiæ Lector, & Guardian. actualis Rothom.

Facultas Imprimendi data à potestate sæculari.

CAutum est Decreto D. Marci Antonij de Breuedent, in Ciuitate Rothomagensi Nomarchiæ Præfecti, & Politiæ Moderatoris: Ne quis sine consensu *R. P. Arturi du Monstier* suam *Neustriam Piam* typis mandare præsumat intra septennium, sub pœnis, &c. Datum Rothomagi die Octobris 13. anno 1661. sic signatum

DE BREVEDENT. AVZOVLT.

Suam autem hanc facultatem cessit ipse *P. Arturus*, IOANNI BERTHELIN, Librario Rothomagensi.

FRA-

Digitized by Google

FRATER PLACIDVS GALLEMANT, Conuentus FF. Minorum Recollectorum Rothomagi Guardianus; Ad Lectorem beneuolum.

PRÆFATIO

QVOD oculis tuis ſubijcio volumen de Noſtratum pietate Normannorum, in conſtruendis cohoneſtandis dotandiſque hominum Religioſorum Semheis; (Lector beneuole); ſub prælo Calchographorum bonis auibus voluebatur reuoluebaturque; jamque propediem maturabat ex eorum manibus in apertam prodire lucem: Cum mors inexpectata ſuo vitam ademit auctori, ipſiuſque nixibus remoram fecit. Hæc illius ſors mihi acerba nimium viſa eſt: nec potui, quin animum induxerim; meas exin fore partes, vt hanc fratris noſtri, noſtræ domus Rothomagenſis alumni, Spartam, ſi quid ei deeſſet, adornarem.

Diſſoluta ergò quæ ſuperabant centum circiter, libri folia collegi; curauique quantum in me fuit, vt ſine mendis ederentur. Sed in hoc mihi ex ſententia, quod eſt vitium ineuitabile Typographiæ, reſponſum non eſt. Rerum item, quas inter notanda cenſui præcipuas, indices texui: Orphano Tutorem potentiſſimum quæſiui. Et cum aliquid hic præfari debeam; ad id lubens accingor. Sed opto, (Lector beneuole;) vt Gentis noſtræ Normannæ (de qua hoc in opere, omnis ſermo totaque res eſt,) magnifica pietas, in tot fundandis Monaſterijs; ſi tibi erit admirationi, etiam tibi ſit ſanctæ ædificationi.

Fuit ſanè opus ingens & mirificum Diuinæ Prouidentiæ; quod vbi vbi ſacrum Euangelij ſemen per Apoſtolos ſeu per viros Apoſtolicos ſparſum ac diſſeminatum eſt; illinc magna exundantium opum copia, in ſinum Eccleſiæ conuecta ſit. Quod futurum videns Propheta Iſaïas; illique gratulans Gregis Chriſti portioni, quæ dum aliò cæteri diſtrahuntur, ſuis precibus & ſacrificijs Numini Cap. 49. & 60.
colendo & placando vacat: *Erunt*, inquiebat, *Reges nutritij tuæ, & Reginæ nutrices tuæ, & ſuges lac Gentium, & mamillâ Regum lactaberis.* Lac Gentium, & ſuccum mamillæ Regum; ob quæ Reges nutricios, & Reginas ipſas nutrices vocat; illud ipſum intelligit, quod Regibus & hominibus potentiſſimis ſuauius meliuſque eſt: nimirum opes, quæ lacte vt & ſanguine ad Sanctorum Patrum mentem deſignantur. Addebat, Sacerdotes Chriſtianos allo- Cap. 61.
quens, *Miniſtri Dei noſtri, fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria eorum ſuperbietis.* Quæ eſt enim fortitudo Gentium, niſi earum diuitiæ? quæ item gloria maior, quam opum poſſeſſio? Et hæc omnia Sacrorum Adminiſtris, Iſaïas ſancto Numine afflatus pollicetur. Idipſum Dauid, & ipſe Rex maximus, læto cantu proſequebatur in illo ſuo myſtico Epithalamio. Et filiæ Tyri, aïebat *in muneribus: vultum* Pſal. 44.
tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Tyri munera appellat, donaria illa omnia, exaggeratas illas opes, inſignes illos theſauros; quibus magna Chriſtia-

Digitized by Google

norum pietas, templorum altariumque Ministros præuidebatur cumulatura. Filias autem Tyri memorat: quod vrbs illa suis potissimum diuitijs commendetur.

Quod autem de vniuersali Ecclesia, per totum diffusa terrarum orbem, nunciarunt euenturum Prophetæ sancti; hoc plenè cumulatéque perfectum videmus in nostra Neustria seu Normannia. In qua homines peculiari Dei seruitio mancipati, si qui vsquam alibi, *sugunt lac Gentium Mamillisque Regum lactantur; fortitudinem Gentium comedunt, & in gloria eorum superbiunt:* Non illa vitiosa superbia, quæ Deo execrabilis est; sed illa veneranda majestate, quæ in ipsum gloriæ suæ auctorem Deum mirificè redundat.

Non pigebit hoc loco subtexere, quod sanctus Paulinus ante mille ducentos quinquaginta annos, ad Sanctum Victricium Rothomagensem Archiepiscopum, patrum nostrorum parentem optimum, scribebat; De Regularium in sua Prouincia, institutione, victu, multitudine, sanctitate. Notum, inquit, no„bis fecit Tyticus, (alias Tychius, seu Tychicus,) tuus carissimùs frater & fide„lis minister in Domino: (non quidem te magis; quam in te Deum prædi„cans) quanta Dominus per te lumina in obscuris ante regionibus accendisset. „Qui educens nubes ab extremo terræ, te quoque in lucem populi sui de ex„timo orbis eduxit, & clarum fulgur in pluuiam vberem fecit. Sicut terra zabu„lon quondam & Nephtalim vià maris trans Iordanem Galilææ; & qui sede„bant in regione vmbræ mortis, lucem viderunt magnam. Ita & nunc in „terra *Morinorum*, situ orbis extrema, (quam barbaris fluctibus tundit Ocea„nus) Gentium populus remotarum, qui sedebat in latebris, vià maris are„nosa, extra Iordanem, antequam pinguescerent fines deserti, in ea orta sibi, „per tuam Sanctitatem à Domino, luce gaudentes, corda aspera Christo in„trante posuerunt. Vbi quondam deserta syluarum, ac littorum pariter in„trita, aduenæ Barbari aut latrones incolæ frequentabant: Nunc Venerabi„les & Angelici Sanctorum Chori, vrbes, oppida, insulas, syluas, *Ecclesijs & „Monasterijs plebe numerosis*, pace consona celebrant. Quod quanquam totius „Galliæ populis & vbique Gentium Christus operetur, qui totum orbem cir„cuit quærens dignos se, & per nationes in animas sanctas se transfert, & in „viis directionis ostendit se hilariter, & omni prouidentia occurrit amatoribus „suis: Tamen in remotissimo *Neruici* littoris tractu, quem tenui antehac spi„ritu fides veritatis afflauerat; te potissimum in vas electionis excerpsit; in te „primo refulsit clarius, inualuit ardentius, & propius apparuit; & in quo „sanctificaret illic nomen suum, & per cuius nomen etiam solis occasu in „omnem terram sonus eius exiret, adsumpsit. Denique nunc *Rothomagum*, & „vicinis ante regionibus tenui nomine peruulgatum, in longinquis etiam Pro„uincijs nominari venerabiliter audimus, & inter vrbes sacratis locis, nobiles, „cum diuina laude numerari. Haud immerito; cum totam illic (qualis in Oriente „memoratur) Hierusales faciem, meritum tuæ sanctitatis adduxerit. hæc & „plura Paulinus Victricio.

Ep. 2. ad Victricium Rothomag.

Iuuat etiam illud addere, quod de sancto Audoëno etiam Rothomagensi Ar„chiepiscopo narrat Fredegodus. Ardebat, inquit, summo studio, *Monasteria* „& loca sacra per omnes Franciæ Prouincias construendi, maximè verò in „propria Diœcesi: vbi sane multa Cœnobia, eaque ampla & nobilia à fun„damentis condidit; non pauca verò, Priorum Antistitum, & Abbatum de-

In vita S. Audoëni.

„ sidia neglecta ; instaurauit ; &c. Nec vlla Diœcesis in cunctis Galliarum „ Prouincijs , eius temporibus Rothomagensi Diœcesi , in pietate & deuotione „ erga Deum & Religionem æquiparari , nedum anteferri potuit. Tantus enim „ ibi erat numerus Cœnobiorum diuersi sexus , puta *Monachorum & Monacha-* „ *rum* : quæ ad eius institutionem tanquam diuinæ sationis messis quædam subi- „ tò enituere : *vt & multitudine & religione, Ægypti Monasteria ab Antonio quon-* „ *dam instituta æquare viderentur.*

Sed, quid non gloriæ, quid non commodorum, obtinuere in nostra Normania, sancti tum Monachi tum Moniales , ipsis primorum Ducum nostro- „ rum temporibus? De Guillelmo Notho scribens Guillelmus Pictauiensis. Æ- „ mulabatur, inquit, eius tempore beatam Ægyptum Normannia , *Regularium* „ *Cænobiorum Collegijs* , quæ præcipuum Consulem habebant ipsum , fideli pa- „ trocinio, instanti magisterio. Præstat verò hic eiusdem Principis jamjam mo- „ rituri, pia & ea nouissima verba excipere. Nouem *Abbatiæ Monachorum , & vna* „ *Sanctimonialium* , quæ à patribus meis in Normania fundatæ sunt , me adju- „ uante , cum auxilio Dei creuerunt : & gloriosè , multarum augmentis rerum „ quas dedi , magnificatæ sunt. Deinde Ducatus mei tempore *decem & septem* „ *Monachorum , atque Sanctimonialium sex Cænobia* constructa sunt : vbi magnum „ seruitium , & plures eleemosynæ , pro summi Regis amore quotidie fiunt. „ Hujusmodi castris munita est Normannia; & in suis discunt Terrigenæ præ- „ liari contra Dæmones & carnis vitia. Horum , aut ego , inspirante Deo , fui „ conditor, aut fundator, feruidus adjutor , & beneuolus incentor.

De gestis Guillelmi à Ducis Norman.

Ordericus Vital. l. 7. Ecclesiast. Histor.

Quid autem de Ducibus nostris commemoro ? Non enim illi modò, aut allj multis opibus instructi ; sed etiam plerique omnes ex nostris , loca sancta & homines sanctos muneribus suis honorauere. Et quemadmodum ipsi Duces nostri, vrbes ; Barones, census; Milites, rura : sic & Vrbani, domos ; Rustici, prædia ; fabri operam ; Matronæ, vestes; puellæ gemmas ; viduæ, bona dotalia : in eos grandi & deuoto animo, opportunè , importunè , contulerunt.

Fecerunt autem ; quòd in hominibus illis, Deo per vitæ Religiosæ professionem dicatis, ipsum Deum intuerentur ; cumque æstimarent summè honoratum iri , suis illis oblationibus, quas in suos tanta cum magnificentia conuehebant. Et sanè bona Monasteriorum, cùm sint *deposita pietatis*, res sunt Dei; & si quæ alia, *patrimonium Crucifixi* : vt qui ea temere dilapidant, quasi *fures sacrorum* , apud Fulbertum , Carnotensem; & *sacrilegij rei* , apud Pelusiotam Isidorum , audiant.

Porro , in affluente illa vbertate & copia tot bonorum , quibus Normaniæ nostræ Monasterio fuere locupletata ; cuiuis eorum Archimandritæ, seu regulari, seu commendatario ; non minore cum reuerentia quam libertate, tria illa verba insinuauerim , quæ Hugo Victorinus ait , creaturas omnes hominum auribus potenter inclamare. *Accipe , redde , caue.*

Accipiant quas illis de patrimonio Crucifixi Deus contulit opes ; *sed ad vsum vitæ* , vt verbis vtar Chrysologi , *non ad mortis vsuram* : seque villicos existiment Dei , qui ab ipsis suæ rationem administrationis sit repetiturus, & quem nemo queat decipere. In bonorum suorum conseruationem incumbant; ita tamen , vt nec acres sint in illis repetendis, nec morosi ; nec suorum Oeconomorum fauces ligent preuantque ; si perinde vt optabant , res suis censibus non successerint. Vno verbo ; sic omnia Monasteriorum suorum bona recipiant , vt si Deo placitum sit , aliorum esse malint quam sua.

Reddant insuper: & in primis curam suam impendant, vt templa sibique concreditæ domus, splendore suo suaque commoditate non viduentur: & si quæ in iis reperiantur euersa seu disturbata, reparent. Turpe est, quippè, quod cum hæresia vltimo seculo, vel ipsa vetustas, quorumdam Monasteriorum seu sacras ædes seu loca regularia in nostra Normannia diruerit: reperiantur multi, qui eorum redditus capiant; nullus, qui ea recreét. *Reddant* item egenis, pro sua necessitate, quæ sua sunt: cum ea quorum administrationem nacti sunt, sint etiam *patrimonia pauperum*.

Sed *caueant*, ne vel delicijs, vel ambitioni, vel auaritiæ, *vota fidelium, & suorum pretia peccatorum*, expendant. Inscribantque alte mentibus suis, vltimum hoc S. Honorati Arelatensis Episcopi, è terra ad cœlos euolantis, effatum. *Scelus est, pretium salutis, in materiam perditionis assumere: & illo capi quemquam, quo redimi potest.*

Hilar. Arelat. in vita S. Hono.

Te verò vnum adhuc monitum velim, quisquis es, Lector beneuole. Nimirum, hunc librum, illustrem esse portionem totius Historiæ Ecclesiasticæ Neustriæ nostræ seu Normanniæ; quam bonæ memoriæ R. P. Arturus du Monstier, magno labore scripsit, & in quinque tomos distribuit; & cuius manuscriptum in hoc Conuentu nostro Recollectorum Rothomagi penes nos est. Sic autem totum suum opus sapienter partitus est. Vt *in primo Tomo*, cui *Neustriæ Christianæ* titulum fecit, seriem Archiepiscoporum Rothomagensium; eorum ab Apostolis & sede Apostolica missionem; labores in Euangelio, Concilia Prouincialia; legationes; confœderationes, Epistolas, &c. tradat. *In secundo*, quem voluit eiusdem *Neustriæ Christianæ* esse partem alteram, (qui magis commodè in duos tomos diuideretur;) De sex Ecclesijs Metropolitanæ in Neustria Suffraganeis; de suorum Episcoporum aduentu; successione; synodis, Epistolis; munijs, & præclarioribus gestis, &c. tractet. *In tertio*, quem *Neustriam Piam* appellat; quique in manibus tuis est; Abbatias & insignes Prioratus totius Prouinciæ; suas fundationes; priuilegia; census; & quæ reperiri potuerunt monimenta omnia, suorum item Archimandritarum Catalogum, facta, &c. describat. *In quarto*, cui *Neustriæ sanctæ* nomen dedit; Sanctos, Beatos, & alios seruos Dei, qui quouis modo Normanniam illustrant, adinstar Martyrologij, pandat. *In quinto* denique, sub titulo *Neustriæ Miscellaneæ*, plurima scitu digna, rem Ecclesiasticam Normanniæ quouis modo spectantia; vt est primatia Rothomagensis Ecclesiæ, Priuilegium feretri sancti Romani; dependentia Vicariatus Pontœsiani à sede Rothomagensi; deuotio Gentis Normannæ aduersus Conceptionem immaculatam Deiparæ, & alia, explicet.

Quod autem, tertius hic tomus, primas ad videndam lucem sortitus sit, illud habet ex liberalitate Serenissimi Principis Henrici d'Orleans Ducis de Lõgueuille; qui Typographis ad id aureum calcar admouit: cæteri vero Tomi, partim Illustrissimorum Prouinciæ Episcoporũ, (quorum res in duobus Prioribus agitur.) partim aliorum beneficentiam (quæ nondum eis alluxit,) expectant; quo situm, quem in angulo pauperis cellæ contrahunt, excutiant. Nulli siquidem in officinas Typographiæ patet aditus, vt opera sua prælo submittat; quin ipsas clauibus argenteis, (quibus nobis S. Francisci filijs interdictum est,) reseret: vel saltem Librarios in bona eaque eximia spe grandis lucri, de suis expensis reportandi, certissime ponat. Vale Lector beneuole; meamque hanc opellam æqui boni consule.

Rothomagi ex Conuentu FF. Minorum Recollectorum Kalendis Octobris 1662.

SERIES OMNIVM ABBATIARVM & Illustriorum Prioratuum totius Normanniæ, de quibus agitur in hoc libro; secundum Ordinem alphabeticum per F. Placidum Gallemant aptè distributa.

HVIVS author operis, sic Abbatias omnes & Prioratus Illustriores Normaniæ distribuit; vt in illis recensendis, amussim Chronologiæ suarum fundationum, accuratè cogitatéque obseruauerit. Quod vt omni animo approbo: Puto me satis appositè facturum; si in ipso lectionis ipsius ingressu, sacras illas domos, prima facie, secundum litteras alphabeti, ob oculos legentium pono; & cuius sint seu Ordinis seu Diœceseos, cum suæ Fundationis Chronologia & ad quam libri paginam pertineant; demonstro. Cum autem septem sint in tota Normania Diœceses; Rothomagensis, quæ est Metropolitana; Abrincensis, Bajocensis, Constantiensis, Ebroicensis, Lexouiensis, Sagiensis; illas primis earum litteris hic exprimo; vt & Ordines Benedictinorum, Canonicorum Regularium, Cistercensium, & Præmonstratensium, hoc modo: Ord. Bened. Ord. Can. Reg. Ord. Cister. Ord. Præmonst.

A

Alba-malla; *Aumalle*: Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur ann. 1130. pag. 731
Almaniscæ, *Almeneſches*: Monialium, Ord. Ben. Diœces. Sag. fundatur ann. 700. pag. 364
Alnetum, *Aulnay*: Ord. Cister. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1131. pag. 758
S. Amandus, *S. Amand*: Monialium, Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur ann. 660. pag. 185
Ardena, *Ardene*: Ord. Præmonst. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1121. pag. 702
Aucum, *Eü*: Ord. Can. Reg. Diœces. Rothom. fundatur ann. 1119. pag. 694
S. Audoënus, *S. Oüen*: Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur ann. 538. pag. 1

B

S. Barbara in Algia, *S. Barbe en Auge*: Ord. Can. Reg. Diœces. Lexou. fundatur anno 1128. pag. 716
Barberium, *Barbery*: Ord. Cister. Diœces. Bajoc. fundatur anno 1181. pag. 881
Beccum, *le Bec*: Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur ann. 1034. pag. 435
Bella-stella, *Belle-estoille*: Ord. Præmonst. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1215. pag. 910
Bellosana, *Bellosane*: Ord. Præmonst. Diœces. Rotho. fundatur ann. 1195. pag. 891
Bellum-beccum, *Beaubec*: Ord. Cister. Diœces. Rothom. fundatur ann. 1127. pag. 714
Bellus-locus, *Beau-lieu*: Ord. Can. Reg. Diœces. Rotho. fundatur ann. 1200. pag. 916
Bernayum, *Bernay*: Ord. Bened. Diœces. Lexou. fundatur ann. 1013. pag. 398
Binallium, *Binal*: Monialium, Ord. Cister. Diœc. Roth. fundatur anno .... pag. 919
Blanca-landa, *Blanche-lande*: Ord. Præmonstr. Diœces. Const. fundatur ann. 1155. pag. 842.

Bonus-portus, *Bon-port*: Ord. Cister. Diœces. Ebroïc. fundatur ann. 1190. pag. 894
Broluim-Benedicti, *le Breüil-Benoit*: Ord. Cister. Diœc. Ebro. fundatur anno 1137. pag. 786

C

Cadomus, *Caen*: Monachorum, Ord. Bened. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1064. pag. 624
Cadomus, *Caen*: Monialium, Ord. Bened. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1064. pag. 656
Cæsaris-Burgus, *Cherbourg*: Ord. Can. Reg. Diœces. Constant. fundatur anno 1145. pag. 813.
Cerasium, *Cerisy*: Ord. Bened. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1030. pag. 429
Conchæ, *Conches*: Ord. Bened. Diœces. Ebroïc. fundatur ann. 1050. pag. 567
Cormelia, *Cormeille*: Ord. Bened. Diœces. Lexou. fundatur ann. 1060. pag. 595.
Corneuilla, *Corneville*: Ord. Canon. Reg. Diœces. Roth. fundatur ann. 1180. pag. 877
Courdillum, *Courdillon*: Ord. S. Bened. Diœces. Bajoc. fundatur ann. 1200. pag. 919
Crux sancti Leufredi, *La Croix S. Leufroy*: Ordin. Bened. Diœc. Ebroïc. fundatur anno 690. pag. 346

D

Diua, *saint Pierre sur Dive*: Ord. Bened. Diœces. Sagiens. fundatur ann. 1040. pag. 496

E

S. Ebrulfus, *S. Evroult*; seu vticum: Ord. Bened. Diœces. Lexouiens. fundatur ann. 575. pag. 84.
Exaquium, *l'Essay*: Ord. Bened. Diœces. Constant. fundatur ann. 1064. pag. 617

F

Falesia, *Falaise*: Ord. Præmonst. Diœces. Sag. fundatur ann. 1130. pag. 750
Fiscanum, *Fescan*: ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur anno 662. pag. 193
Floriacum, *Fleury*: Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur ann. 702. pag. 369
Fons Gerardi, *Fontaine Guerard*: Monialium, Ord. Cister. Diœc. Rothom. fundatur ann. 1135. pag. 784
Fons Gomerici, *Gomer-fontaine*: Monialium, Ord. Cister. Diœces. Rothom. fundatur ann. 1208. pag. 902
Fontanella, *Fontenelle*: seu sancti Vvandregisilli, Ord. Ben. Diœc. Rothom. fundatur ann. 654. pag. 131
Fontanetum, *Fontenay*: Ord. Bened. Diœc. Bajoc. fundatur ann. 570. pag. 79
Fulcardi-mons, *Foulcarmont*: Ord. Cisterc. Diœc. Rothom. fundatur ann. 1130. pag. 744

G

Gemellense Monasterium Ord. Bened. Diœces. Bajoc. fundatur anno 565. pag. 78
Gemeticum, *Gemieges*, seu *Iumieges*: Ord. Bened. Diœc. Roth. fundatur anno 664. pag. 259
S. Georgius, *S. Georges*: Ord. Bened. Diœc. Roth. fundatur ann. 1114. pag. 691
Goffernum, *Goffers en Forest*: Ord. Cister. Diœc. Sagiens. fundatur ann. 1130. pag. 737
Grauilla, *Grauille*: Ord. Can. Reg. Diœc. Rotho. fundatur ann. 1160. pag. 861
Grestanum, *Grestain*: Ord. Bened. Diœc. Lexou. fundatur ann. 1040. pag. 528

Ham-

Digitized by Google

H

Hambeya, *Hambie*: Ord. Bened. Diœcef. Conft. fundatur ann. 1145. pag. 822

I

Ibræa, *Iury la Chauffée*: Ord. Bened. Diœcef. Ebroïc. fundatur anno 1085. pag. 670
Infula Dei, *l'Isle-Dieu*: Ord. Præmonft. Diœcef. Rothom. fundatur ann. 1187. pag. 884

L

S. Laudus Rothom. *S. Lo*: Ord. Can. Reg. Diœcef. Rothom. fundatur anno 1144. pag. 804
S. Laudus 2. *Saint Lo*: Ord. Can. Reg. Diœcef. Conft. fundatur ann. 1150. pag. 836
Lexouium, *Lizieux*: Monialium, Ord. Bened. Diœcef. Lexou. fundatur ann. 1050. pag. 583
Liberiacum, *Liuray*: Ord. Bened. Diœcef. Bajoc. fundatur ann. 675. pag. 345
Lyra, *Lyre*: Ord. Bened. Diœcef. Ebro. fundatur ann. 1045. pag. 534
Locus Dei, *Lieu-Dieu*: Ord. Cifter. Diœcef. Ambian. fundatur ann. 1198. pag. 893
Longauilla, *Longueuille*: Ord. Ben. Diœcef. Rothom. fundatur ann. 1084. pag. 666
Longenfe Monafterium, *Longues*: Ord. Bened. Diœcef. Bajoc. fundatur ann. 1165. pag. 865
Lonleium, *Lonlé*: Ord. Bened. Diœcef. Cœnomanen. fundatur ann. 1026. pag. 423
Lucerna, *Lucerne*: Ord. Præmonft. Diœcef. Abrinc. fundatur ann. 1143. pag. 793

M

Maduinum, Ord. Bened. Diœc. Conft. fundatur ann. 555. pag. 66
Marchafium Radulfi, *Marche-Roux*: Ord. Præmonftr. Diœcef. Rothom. fundatur anno 1122. pag. 710
Mons-Burgus, *Mon-bourg*: Ord. Bened. Diœcef. Conftant. fundatur anno 1090. pag. 672
Mons-dei, *Mondée*: Ord. Præmonft. Diœcef. Lexou. fundatur ann. 1214. pag. 905
Mons-Morellus, *Mont-morel*: Ord. Can. Reg. Diœc. Abrinc. fundatur ann. 1180. pag. 879
Mons-Sanctæ Catharinæ, *le Mont-Saincte Catherine*: Ord. Bened. Diœcef. Rothom. fundatur anno 1024. pag. 405
Mons-fancti Michaëlis, *le Mont-Sainct Michel*: Ord. Bened. Diœc. Abrinc. fundatur anno 709. pag. 331
Montiuillare, *Montiuilliers*: Monialiũ, Ord. Ben. Diœc. Roth. fundatur an. 674. pag. 338
Moretonium, *Mortaing*: Monialium, Ord. Cifter. Diœc. Conft. fundatur ann. 1150. pag. 840
Mortuum-Mare, *Mortemer*: Ord. Cifter. Diœcef. Rotho. fundatur ann. 1135. pag. 768

N

Nantus, *Nanteüil*: Ord. Bened. Diœc. Conft. fundatur ann. 558. pag. 74
S. Nicafius Mellenti, *S. Nicaife de Meullent*: Ord. Bened. Diœcef. Carnotenf. fundatur anno 670. pag. 331
Noa, *la Noüe*: Ord. Cifterc. Diœc. Ebroïc. fundatur ann. 1144. pag. 803

P

Pauliacum, *Pauilly*: Monialium, Ord. Bened. Diœcef. Rothom. fundatur ann. 664. pag. 326

Digitized by Google

Pentallum, ſeu *Pentalion*: Ord. Bened. Diœc. Rothom. fundatur ann. 665. pag. 229
Perrina, *la Perrine*: Ord. Redemp. Capt. Diœceſ. Conſtant. fundatur ann. 1250. pag. 913
Perſenia, *Perſeigne*: Ord. Ciſter. Diœc. Cœnoman. fundatur ann. 1145. pag. 817
Pleſſeium Grimoldi: *le Pleſſis Grimoud*: Ord. Canon. Reg. Diœceſ. Bajoc. fundatur anno 1130. pag. 742
Pontœſia, *Saint Martin lez Pontoiſe*: Ord. Ben. Diœc. Rothom. fundatur anno 1050. pag. 550
Pratellum, *Preaux*: Monachorum, Ord. Bened. Diœceſ. Lexouienſ. fundatur anno 1040. pag. 505
Pratellum, *Preaux*: Monialium, Ord. Ben. Diœceſ. Lexou. fundatur ann. 1040. pag. 520
Pratum, *Noſtre Dame de Bonnes Nouuelles*: Ord. Bened. Diœceſ. Roth. fundatur ann. 1063. pag. 611

R

Radeuetum, *Rauiers*: Ord. Bened. Diœceſ. Bajoc. fundatur ann. 545. pag. 65
Reſſonium, *Reſſons*; Ord. Præmonſt. Diœceſ. Rothom. fundatur ann. 1125. pag. 713
Rodonium, *Roſny*: Ord. Bened. Diœceſ. Carnoten. fundatur ann. 1060. pag. 603

S

Sagium, *S. Martin de Séez*: Ord. S. Bened. Diœceſ. Sag. fundatur ann. 1050. pag. 577
Salicoſa, *Saulſeuſe*: Ord. Can. Reg. Diœceſ. Rothom. fundatur ann. 1155. pag. 846
S. Saluator, *S. Sauueur*: Monialium, Ordin. Bened. Diœc. Ebroïc. fundatur ann. 1056. pag. 592.
S. Saluator Vicecomes, *S. Sauueur le Vicomte*: Ord. Bened. Diœceſ. Conſtant. fundatur anno 1048. pag. 540
Sauiniacum, *Sauigny*: Ord. Ciſter. Diœceſ. Abrinc. fundatur ann. 1112. pag. 676
Sceſſiacum, *Cheſay*: Ord. Bened. Diœceſ. Conſtant. fundatur ann. 550. pag. 66
S. Seuerus, *S. Seuer*: Ord. Bened. Diœceſ. Conſt. fundatur ann. 558. pag. 74
S. Sidonius, *S. Saens*: Monialium, Ord. Ciſter. Diœc. Roth. fundatur ann. 670. pag. 335
Strata, *l'Eſtrée*: Ord. Ben. Diœc. Ebroïc. fundatur anno 1114. pag. 804
Sylleium, *Silly*: Ord. Præmonſt. Diœceſ. Sagienſ. fundatur anno 1150. pag. 830

T

S. Taurinus, *S. Taurin*: Ord. Bened. Diœc. Ebro. fundatur ann. 690. pag. 360
Theſaurus, *le Threſor*: Monialium, Ord. Ciſter. Diœc. Roth. fundatur anno .... pag. 914
Torigneium, Torigny: Ord. Ciſterc. Diœc. Bajoc. fundatur anno ...... pag. 914
Trappa, *Trappe*: Ord. Ciſter. Diœc. Sagienſ. fundatur ann. 1140. pag. 789
Troarnum, *Troarn*: Ord. Ben. Diœc. Bajoc. fundatur ann. 1050. pag. 558

V

Valacia, *Valace*: Ord. Ciſtercien. Diœc. Rotho. fundatur ann. 1157. pag. 848
Vallenſe Monaſterium, *du Val*: Ord. Can. Reg. Diœc. Bajoc. fundatur ann. 1155. pag. 841
Vallis Dei, *le Val-Dieu*: Ord. Carthuſienſ. Diœc. Sag. fundatur ann. 1180. pag. 874
Vallis B. Mariæ, *la Vallée*: Ord. Ciſter. Diœc. Ebro. fundatur ann. 1137. pag. 785
Vallis-Mons, *Vallemont*: Ord. Bened. Diœceſ. Rothom. fundatur ann. 1169. pag. 869
Vallis-Richerij, *Val-Richer*: Ord. Ciſter. Diœc. Bajoc. fundatur ann. 1147. pag. 825
S. Victor, *S. Victor en Caux*: Ord. Ben. Diœc. Roth. fundatur ann. 1048. pag. 545
Villarium, *Villers Caninet*: Monialium, Ord. Ciſt. Diœc. Sag. fundatur ann. 1140. pag. 791
Vinacium, *Vignaz*: Ord. Bened. Diœc. Sag. fundatur ann. 1130. pag. 750
Vlterior-portus, *Treport*: Ord. Ben. Diœc. Rothom. fundatur ann. 1056. pag. 587

Poſt omnia illa magis illuſtria Cœnobia; de quibus vt plurimum ſatis amplè diſſeritur in hoc libro: quædam alia minus inſignia, vel de quibus notitia ſufficiens haberi non potuit, ad eius calcem notantur tantum ex nomine; abſque eo quod author vlli gloriam cuilibet debitam, ob id denegare prætenderit.

zed by Google

NEVSTRIA PIA.

SANCTVS AVDOENVS, HOC EST

DE REGIO ARCHIMONASTERIO SS. Petri & Pauli, Apostolorum, nunc S. Audoeni, Archiepiscopi, totius Neustriæ antiquißimo; à Clothario I. Rege Franc. fundato: cuius pium opus, Vigilius Papa, approbat, priuilegiisque illud honorat: itemque S. Gregorius I. magnus, ad instantiam Theodorici, & Brunichildis, Regum Francorum, omnium aliorum, per Neustriam, cœnobiorum caput constituens.

CAPVT PRIMVM.

I. COMPLVRES *Rothomagi* ædes Deo sacratas, necnon *Monasteria*, vtriusque sexus extructa iam fuisse à priscis illis temporibus, maximè sub Pontificatu *S. Victricij*, Rothomagensis Archiepiscopi, circa ann. 405. satis superque discimus, ex D. *Paulino*, Nolano Episcopo; cuius narrationem paulò superiùs retulimus, quæ postea tamen labentibus sæculis, veluti corruptioni obnoxia, & vicissitudinibus subiecta corporeis, excidium tandem passa sunt, & oblitterata eorum penitùs memoria, nullo apud nos remanente ex eorum ruderibus vestigio: vtpotè ob infestationem *Arrianorum*, *Gothorum*, *Hunnorum*, aliorumque Barbarorum in Gallias irrumpentium: & præcipuè *Normanorum* adhuc infidelium, Neustriam, longo tempore, cæde, ferro, & igne depopulantium: de quibus paulò inferius sermo forsan redibit.

II. Post annum verò Christi 500. multiplicata fuere hæc Angelica Asceteria, & totius perfectionis Domicilia, per totam Galliam, signanter autem in nostra Neustria. Et quoniam nullum fortassis Rothomagi extaret Monasterium, sub nomine SS. Apostolorum, Deo consecratum: accidit, vt Diuina prouidentia animum *Clotharij* I. Francor. Regis, induxerit ad extruendum in suburbio eiusdem ciuitatis, cœnobium in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, anno 24. Regni sui, circa annũ Christi 538. vbi postea Monachos Ordinis S. Benedicti posuit. Illic enim, vt fama est, olim degebant, quidam Clerici, ac viri religiosi à tempore *S. Victricij*, Archiepiscopi Rothomagensis: quod non obscurè testatur scriptor vitæ S. Clotildis,

oogle

matris ipsius Clotharij Regis, hisce verbis; *Restaurauit etiam ab ipsis fundamentis, quoddam miræ magnitudinis Monasterium, quod in suburbio vrbis Rothomag. tempore D. Dionysij, constructum fuerat, & ab eo sanctis Christi Apostolis, calendis Septembris dicatum: pro vt in Petra, quæ ad fundamentum Altaris est posita, sculptum est: Ibi enim congregationem Clericorum Deo seruientium congregauit.* [a] Probabile quidem est, nonnullos ex Discipulis SS. *Dionysij* & *Nicasij*, Rothomagum fuisse tunc amandatos (sicut SS. *Taurinum*, *Exuperium*, *Latuinum*, &c. in Neustriam ablegatos) qui huiusmodi Oratorium SS. Apostolis extruxerint: At cùm S. Maurus, ipsius D. *Benedicti* Discipulus, in Galliam deuenisset, anno 543. ad instantiam Cœnomanensis Episcopi; & sui Ordinis institutum cœpisset longè latéque peruagari: præfatus Rex *Clotharius* curauit tandem aliquos eiusmodi Religiosos habere, qui eo in cœnobio à se constructo vitam redintegrarent perfectiorem, & cæteris de se specimen virtutis exhiberent, aliosque allicerent ad studium pietatis amplectendum & summo ingenio Monasticum institutum excolendum.

a Iacobus Bergomas de claris mulieribus in vita S. Clotildis, Reginæ Franc. fol. 216. Edition. Parisiens. Ad calcem illius libri.

Verùm his minimè contentus, Rex *Clotharius*, totum expetiuit Apostolica confirmatione corroborari: quare ipsemet, vnà cum consilio & assensu *Flauij*, Rothomagensis Archipræsulis, misit ad summum Pontificem, *Vigilium*, tunc in Oriente res vniuersalis Ecclesiæ agentem, obnixè eum rogans; quatenus piis suis dignaretur annuere votis, petitaque à se, grato animo admittere. Papa Regis voluntati ac desiderio protinùs obsecundauit, & perbenignè postulationem excipiens, *Clothario* Regi responsum dedit, cum Epistola ad eum missa, anno 55[illegible]. sed cuius copia sit lectu difficilis, & subsignatorum præsulum nomina ita sunt exæsa, ac corrupta, ob inscitiam, vel incuriam Amanuensium scriptorum: vt eam omittere citiùs iudicauerim; quàm criticis, & dubiæ fidei viris, ansam præbere suggillandi, quæ cæcutientes non caperent. [b] Apud *Calcedonem*, autem morabatur tunc ipse summus Pontifex *Vigilius*, dùm Concilium Constantinopoli agebatur, anno 553. [c] III.

Hanc itaque præsentis Abbatiæ vetustatem agnoscunt quique probati Authores, vltra monimenta eiusdem *cœnobij* antiquiora: ita enim habet *Fredegodus*, agens de *S. Audoeno*, Rothomag. Archiepiscopo ibidē tumulato. *Illa verò Basilica*, (inquit) *in qua sancta eius membra quiescunt, miro opere, quadris lapidibus, Gothica manu, à primo Clothario, Francorum Rege, olim nobiliter constructa fuit, anno plus minùs quarto & vicesimo Regni eius, sedem Rothomagensem obtinente, Flauio Episcopo*, &c. [d] Eadem refert vetus Codex M.S. Abbatiæ præfatæ: sed error manifestus irrepsit, dùm illic apponitur annus Dominicæ Incarnationis, 500. [e] pro anno 538. Constat quippe illo anno 538. cœnobium istud sumpsisse exordium: Regni ipsius *Clotharij* anno 24. præsulatus autem *Flauij*, Metropolitæ anno 2. Ex quibus corrigendus venit idem Codex M.S. circa præmissorum *Chronologiam, seriem nostrorum recensens Archiepiscoporum Rothomag.* Gildardo (inquit) successit B. *Flauius*; cuius Pontificatus tempore constructa est Ecclesia, in honore B. *Petri* Apostoli, in suburbio vrbis Rothomagensis, anno primo *Lotharij* Regis Francorum nobiliter ædificata: in qua corpus B. *Audoeni*, successoris sui sepulturæ traditum est. Hic verò B. *Flauius*, anno 500. Dominicæ Incarnationis, multis virtutibus præditus, Diuini amoris fragrantia accensus, *Dapsilis pauperibus, Rothomagensem rexit Ecclesiam.* [f] Dicendum quippe hanc ædem constructam fuisse, vti notauimus, à Rege Franc. *Clothario* I. Regni sui anno circiter 24. cui, à morte patris eius, *Clodouei* I. Regis Proto-Christiani: & post homicidium nepotum suorum, *Clodomiri*, Regis Aurelianensis, Filiorum fratris sui: in diuisione Regni, cum fratribus suis, Regnum *Suessianum* ei obtigit, *Neustria* Orientalis cum *Artesio, Flandria, Veromandua*, &c. In qua quidem *Neustria* Orientali cis *Sequanam*, *Rothomaga* vrbs extabat. [g] At B. *Flauius* non præfuit Ecclesiæ Rothomagensi, anno 500. viuente adhuc S. *Gildardo*, sed anno Christi, 535. ceu, 536. obiitque circa annum 550. Recentiores etiam omitto, qui in nonnullis quoque ad Chronologiam spectantibus, non minore menda laborant. [h] IV.

b Originale extat in Archiuo Abbatiæ S. Audoeni Rothomagensis.
c Baronius Tom. 7. Annal. Eccles. ad annum 553.
d Fredegodus in vita S. Audoeni, 24. Augusti apud Surium. cap. 31. & Lanouium in SS. Franciæ Cancellarijs in notis.
e Codex MS. vetus Abbatiæ S. Audoeni Rothomagensis in vita eiusd. cap. 29. fol. 107. Codex alius eiusdem loci, ibidem c. 31. fol. 169. Antiquitates MSS. Norman. pag. 249.
f Idem Codex MS. in catalogo Rothomag. Archiepiscop. f. 2. p. 2.
g Gregorius Turonensis Aimonius: Rangius: Gaguinus: Æmylius. Nicolaus Gillius. Du Fauchet. Du Haillan. Dupleix, &c. Franc. scriptores.
h Belforestius in Cosmograph. Neustriæ. Dadræus in Rothom. Archiepiscop. Taillepied. in Antiquitate vrbis Rothomag. cap. 19. Rutæanus, & Quercetanus lib. 7. Antiquit. vrbium Gall. cap. 1. Claudius Robertus, in Rothomag. Archiepisc. item in Abbatijs Ebarronus, cap. 123.

Post annos 50. Monachi prænominati cœnobii, fauore & instantia *Theodorici*, Regis Franc. hoc est, *Aureliæ, Burgundiæ*, &c. simul cum Regina *Brunichilde*, eius auia, confirmationem rursùs expetiere eiusdem Abbatiæ circa priuilegia illius, à summo Pontifice, *Gregorio* I. magno, ad annum circiter, 603. qui propterea hanc ea de re misit confirmatiuam Epistolam; quæ incipit. *Summum esse, quos Diuinæ fidei*, &c. [i] Cuius virtute priora priuilegia confirmantur, & alia insuper per multa V.

multa de nouo conceduntur : ſuaſu & aſſenſu *Melantij* tunc Rothomagenſis Archiepiſcopi. Deindè, cœnobium iſtud *caput* omnium Monaſteriorum totius Neuſtriæ conſtituitur: ſub protectione B. Petri, & Romanorum Pontificum.poſitum fuit. Hoc autem exemptionis priuilegium ab Epiſcopis, pluribus aliis indulſit cœnobiis, idem Chriſti Vicarius, vt ſcitè annotauit Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius*:[k] ſignanter Abbatiæ S. *Medardi* Sueſſionenſis (cuius plures meminere Authores.) quam conſtituit caput omnium Monaſteriorum Galliæ per confirmationem priuilegij olim dati in gratiam iſtius Abbatiæ Sueſſionenſis, anno 562. tempore Ioannis III. Papæ: quodquidem priuilegium ipſe D. Gregorius I. renouauit, ann. 592. ceu 593.[l] At Monaſterium S. Audoeni multò antiquiùs eſt, quippe cuius fundatio refertur ad ann. 538. & priuilegia eius, iam ab anno 553. à ſede Apoſtolica emanaſſe probentur.

VI. Neque mirandum, ſi Ordo Benedictinus ſic ſeſe per Galliam dilatauerit : cùm B. *Maurus*, S. *Benedicti* Patriarchæ diſcipulus, ædificato in Diœceſi Andegauenſi *Glano-folienſi* cœnobio, exindè mox cæteris exemplum dederit; hincque per reliquam Galliam *quilibet* certatim hoc inſtitutū aſſumere ſatageret. Id docet S. Odilo, Abbas Cluniacenſis, hæc ſcribens. *Proceſſu verò temporis, poſt tranſitum videlicet ſupradicti piiſſimi patris, per D. Maurum, eius diſcipulum, omnis penè Gallia, eius inſtitutionis & Religionis ſuſcepit exordium: Deinde, per eum, & eos, quos ipſe ad iuſtitiam erudiit, per plurima temporum ſpatia, eadem Religio ad cumulum perfectionis excreuit.*[m]

Hiſtor. Vniuerſal. Gall. Picarans in notis, ad lib. 3. epiſt. 129. Sancti Anſelm. Caura iu in Hierarchia Eccleſiaſt. Neuſtriæ At S in Archiepiſc. Rothomag.

i Apud Archiuum Abbatiæ S. Audoeni Rothomagenſ.

k *Baronius tom. 8. Annal. Eccleſ ad ann. 5*[illegible]*8*

l *Idem ann. 593. item in notis, ad Martyrolog. Romani 8 Iunii.*

Choppinus lib. 1. Monaſtic Titul. 2. art. 19.

Ribadeneira in vita S. Medardi, Epiſc. Sueſſionenſ. 8. Iunij.

Menardus libello, de origine & incremento Ordin. S. Benedict.

Quarremaires lib. de hoc priuilegio edito.

m *S. Odilo in vita D. Majoli, Abbatis Cluniacenſ.*

Ingens vis amoris S. Audoeni, erga viros Religioſos; maximè Monachos cœnobij S. Petri, Rothomagenſis: quibus ampliſſimas largitus eſt poſſeſſiones; ſuaque Donationis confirmationem obtinuit à ſancto Martino I. Papa: cuius rei gratia, fundator illius creditus ſit; ac ibidem, poſt obitum honorificè tumulatus.

CAPVT I.I.

I. TAntus inerat cordi D. *Audoeni* pietatis amor; vt non ſolùm Eccleſias permultas, atque cœnobia complura extruxerit, vel reparauerit; alios etiam ad id opus Chriſtianæ religionis allicierit, induxeritque explendum: vti paulò ſuperius iam monuimus:[a] ſed & ipſemet apud Aſceterium *Rasbacenſe* à ſe extructum, vitam profiteri Monaſticam ſummè expetierit. *Iamque meditabatur* (ait Au-
,, ctor vitæ eius) vt cunctis ſæculi dignitatibus rejectis, ſoli Deo intra Monaſterij
,, clauſtra, abſque impedimento ſeruiret: ſed reſiſtebant tam Rex, quam optima-
,, tes omnes, eius tam piæ voluntati, dicentes: Debere eum potius plurimorum vti-
,, litati conſulere, quàm priuatæ ſuæ deliberationi obſequi. Videns ergò vir Deo
,, dilectus, ratione ſimul & authoritate ſe conſtrictum: (ſciebat enim ſcriptum:
,, *omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote*: Et, *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.*[b])
,, Ab hac intentione ardentem animum, ad tempus reuocauit: atque in-
,, terim Diuina id agente prouidentia, Eccleſiæ Rothomagenſis futurus ſer-
,, uabatur Antiſtes: vt eius vrbis ciuibus viam ſalutis, ſacris admonitioni-
,, bus aperiret, *imperitoſque populi ſenſus, luculentis exemplis inſtitueret*,[c] meritò Mo-
nachi mutuam viciſſim illi rependebant amicitiam: quod patenter innotuit, dùm ab vrbe Roma reuerſus, omnes Rothomagenſes læto animo ei obuiam ann. 673. proceſſerint: Rex & Regina, cunctique Aulici ac proceres in Laudes Diuinas
,, proruperint; *Quòd tantus Antiſtes & Tutor Regni, ipſis ſaluus* eſſet redditus. Quid
,, dicam de Sacerdotibus, & Agminibus Monachorum; qui omnes vnanimiter
,, in cœlum ſublatis manibus, canebant: Gratias tibi agimus, Ieſu Chriſte, qui

a *In præfation. §. 5.*

b *Rom. 13. v. 6. Matth. 22. v. 21*

c *Fredegadus in vita S. Audoeni. Apud Surium 24. Auguſt cap. 6. Codex MS. Abbatiæ S Audoeni Rothomag. ibid. cap. 7 fol. 94. Item Tract. MS. de vita & virtut. eius. cap. 7. fol. 130.*

" exaudiſti voces ad te clamantium , & reddidiſti nobis Paſtorem animarum no-
" ſtrarum , & corporum procuratorem. [d]

Inter cætera autem loca religioſa, maximè excoluit præfatum *S. Petri* Monaſteriū, II.
quod poſtea de ſuo nomine fuit vocitatum: cui & ipſe multa etiam bona contulit patrimonij ſui, quæ illi iure hæreditario obueniebant; nimirum *Condatum*, *Sanciacum*, *Valles*, *VVambaſium*, *Luglingas*, *Baſſonuillam*, *Londam*, & *Sumipiratum*, *Montem-Liteberti*, *Saponem*, &c. curamque egit, vt ſuis cœnobium gauderet priuilegijs; hæcque dona, & cætera alia à ſede Apoſtolica confirmarentur: quod ſummus Pontifex *S. Martinus*, vltrò conceſſit pridie calendas Septemb. indictione 7. ann. 649. quem *filium*, appellat, non *fratrem*; eo quòd S. Audoenus nondum ſacris eſſet initiatus infulis Pontificalibus: Diploma incipit *Apoſtolicæ dignitatis ſtatus*: Tempore *Clodonei* II. Reg. Franc. filij B. *Dagoberti* I. item Regis Franc. [e]

Hæc inſignis liberalitas, piaque donatio S. Audoeni, erga præfatam Abbatiam, III.
ita celebris habita eſt, & inclyta reddita: vt exindè opinatus ſit fundator eiuſmodi cœnobij: [f] id apertè *Ordericus* conſcripſit dicens. *Nam B. præſul Audoenus, qui multa probitate, tam ſæculari, quàm ſpirituali, tempore Dagoberti Regis Francorum, & Clodonei, filij eius, floruit; vnum cœnobium ſanctimonialium Fiſcanni condidit: & aliud Monachorum Rothomagi: vbi ipſe Anno Dominicæ Incarnationis 678. tumulatus requieuit: ibique per annos 165. vſqueque Normanni Rothomagum deuaſtarent, iacuit.* [g] Haud tamen verum eſt, S. *Audoenum* obiiſſe anno 678. ſed quorundam eſt ſequutus ſententiam id aſſerentium, quàm ſuperiùs ſuo loco rejecimus, [h] tranſiit quippe ex hoc mundo ad cœleſtem patriam, ann. Chriſti 677. Tranſlatio autem ſacri corporis ipſius ab vrbe Rothomagenſi, ob timorem Normanorum ſuperuenientium, accidit anno 842. ex mox dicendis. Itaque S. *Audoenus*, dici tamen poterit ſecundus fundator iſtius cœnobij, propter ingentia illi attributa, nimiamque eius à ſe amplificationem procuratam, [i] cuius exemplo, alij prælati ac proceres excitati, illud Monaſterium ita inſigniter omnibus bonis nobilitatum eſt; vt tempore D. *Rhemigij*, Rothomagenſis Archiepiſcopi, modus in his taxatus fuerit, ne confuſio exindè oriretur.

Illic etiam S. *Audoenus*, ſepulturam nactus, quam ſibi iam antea parauerat; qua- IV.
propter cum *Clypiaci*, in Francia, diem mortis exoluiſſet ann. 677. nono Calend. Septemb. ſacrum eius funus mox in Neuſtriam delatum fuit ſolemni pompa, celeberrimaque totius populi pia deuotione, & ingenti exultatione, cuius apparatum ,, ſic recitat codex. MS. vetus eiuſdem Abbatiæ S. Petri. *Recepto* itaque S. præſu-
,, lis ſpiritu in Tabernacula ſanctorum, & certaminum ſuorum præmiis remune-
,, rato, atque cœleſtibus choris concinnentibus Laudes indiuiduæ Trinitatis ſo-
,, ciato: Rex, proceresque palatij, & vniuerſa plebs, ad ſancti Reliquias corporis
,, conueniunt; & funeris obſequia procurantes, in feretro componunt. Quò de-
,, latum, humeriſque geſtantes, cum magno pſallentium ſingultu pectora quatien-
,, te, & lachrymis ora rigantibus, deportant. Diuerſis Clerus ordinibus procedit,
,, Epiſcopalis dignitas comitatur, Rex & Regina, præfectuſque Palatij, & Proce-
,, rum cuneus, omniſque plebis frequentia, proſequuntur. Gaudent cuncti fune-
,, ris obſequium ſubire, & ſuo quiſque geſtamine, corporis glebam vectitare. At-
,, que lucri non mediocris donum reputabat: qui loculum ſancti, officio pietatis
,, contingere meruiſſet. Hac igitur exequiarum diligentia, pſalmorum laudes
,, concinendo, vſque ad *Iſaræ Pontem*, detulere, ibique noctis vigilias, in diuinis
,, laudibus celebrantes, magna cum deuotione peregerunt. Indè Regalis magnifi-
,, centia palatium, non ſine graui dolore, repetiuit. Tum verò tranſitus eius
,, fama longiùs percurrente, Epiſcoporum numerus non paruus eſt congregatus:
,, diuerſorum patres Monaſteriorum conueniunt: ſacer Ordo Clericorum con-
,, currit, Monachi ſecreta cœnobiorum relinquunt: & ad ſancti præſulis corpus
,, deferendum, ferventibus animis commeunt. Adeſt nihilominus illuſtrium vi-
,, rorum multitudo numeroſa: ciuitas Rothomagus obuiam tota ruit. Qui ſancti
,, corpus ſuſcipientes, choris hinc indè pſallentibus, magna cum deuotione de-
,, portant: per ſingula qua gradiuntur loca, in occurſum, plebium cateruæ proce-
,, dunt; oppida, Monaſteria, vici, atque villæ, ſuis habitatoribus vacuantur. Iam-
,, que ciuitati propinquabant, & ecce virgineus reuerendo pudore chorus occur-
,, rit: viduæ procedunt, pupilli conueniunt, pauperum turbæ accurrunt. Illi

Paſtorem

d *Fredegodus & Surius ſup. cap. 23. codex MS. in vita eius. cap. 21. fol. 103 & 104. Alter codex MS. ſup. cap. 23. fol. 161. & 162.*

e *Ex Archiuo Abbatiæ S. Audoeni Rothomagenſ.*

f *Petrus, de Miranimont. Tract. de Cancellar. Franciæ fol. 113. VVaſſeburgius lib. 1 Antiquit. Galliæ Belgic. fol. 100. in* Giſloaldo 14. *Epiſc. Virdunenſ.*

g *Ordericus lib. 5. Hiſtor. Eccl. ad ann. 678. pag. 458.*

h *Tom. 1 Neuſtriæ Chriſtianæ, in Archiepiſcop. Rothomagenſ.*

i *Danamnens c. 45. vita S. Nicaſij Archiepiſcop. Rothomagenſ.*

„ Paſtorem deflent, iſti patronum. Alii Tutorem illachrymant; hi procuratorem
„ inclamant, junguntur agmina, ſociantur cœtus: & mixtis vocibus, nunc
„ pſalmodiæ cantus, nunc lachrymoſi queſtus, ſydera pulſant. Religioſa quidem
„ ſanctorum deuotio, pſalmos & hymnos reſonat: pauperum verò deſtitutio la-
„ chrymas & planctus frequentat: ſed deſolatam præſidio, auxilio nudatam, con-
„ ſolatore priuatam, lugubri voce deplorant. Tali namque cum funeris obſequio
„ proſecutus: in Baſilicam *B. Petri Apoſtoli*, defertur, atque in ea cum ingenti
„ honore tumulatur: vbi meritorum eius prærogatiuam miraculorum ſignis
„ Dominus Ieſus Chriſtus commendare, hodieque, ſicut Relationis loquitur tex-
„ tus dignatur. Nam & cæci lumen recipiunt, leproſi mundationem, claudi
„ greſſum, à Dæmonio poſſeſſi ſaluationem. Nec tantum hæc fieri perhibentur, vbi
„ cineris eius Reliquiæ conſeruantur: verùm & per loca multa, quæ ſancti præſen-
„ tia illuſtrari meruere, & quæ Reliquiarum eius memoriam pia cum veneratio-
„ ne cuſtodiunt.[k]

V. Requieuit autem Beati viri corpus in eodem loco, quo conditum fuit, annis tribus & menſibus nouem. Poſtea autem viſum eſt Antiſtiti, eius ſucceſſori S. *Anſberto*, vt in locum editiorem illud transferretur: quod & opere compleuit, ipſo die Aſcenſionis Domini, tertio nonas Maij, ann. 684.[l] Qua de re ſermo loquitur, in huiuſmodi Tranſlationis feſtiuitate recitandus: cuius initium eſt. *Gloriam*
„ *ſanctiſſimi patris noſtri Audoeni*, non vna tantum die Depoſitionis eiuſdem, poſt
„ anni reuolutionem, verùm etiam & aliis diebus, ob ſacratiſſimi eius corporis
„ tranſlationem, dignis laudum officiis conuenit celebrare: cuius memoria ſem-
„ per eſt in benedictione, Hodiernæ ſiquidem celebritatis feſtum, olim à B. *An*ſ-
„ *berto* nouimus inſtitutum: & per longa deinceps labentium temporum curri-
„ cula, fidelium deuotione obſeruatam. In quo idem venerabilis præſul,
„ vti veridica antiquorum prodit editio, cum magno exultantis plebis tripudio,
„ glorioſi Antiſtitis glebam, in editiorem locum tranſtulit: Tantique confeſſoris
„ memoriam, auro, gemmiſque pretioſis, admodùm decorauit. Hoc enim ageba-
„ tur ſuperni inſpectoris fauore & gratia, ne lucerna Domini, diu ſub modij deli-
„ teſceret vmbra, ſed luceret potiùs etiam de tumulo, ſignorum copia mirifican-
„ dus: qui ſemper ante Dei vultum, velut gemma carbunculi rutilat ſpecioſus.
„ Cuius ſudario, tanquam pro pignore dilectionis, B. *Anſbertus* accepto: pluri-
„ mos varia ægritudine detentos, eiuſdem ſancti viri meritis, ſoſpitauit. Sanè in
„ hoc *Eliſeus* Prophetarum eximio videtur æquiparari, qui *Elyæ* pallio ſibi reli-
„ cto, *Iordanis* fluenta diremit. Nam licet duplo magiſtri ditatus ſpiritu eò ſu-
„ blimiùs virtutum gratia enituit, quò illius gloriam affectando, arctiùs ſe in
„ humilitate depreſſit. Sic B. *Anſbertus*, non tam Pontificalis Officij, quàm pa-
„ ternæ fidei, ac ſanctitatis hæres eximius: indè ad ardua ſpiritualis vitæ faſti-
„ gia meruit promoueri, vndè ad alterius meritum propagando, ſtuduit humilia-
„ ri, vndè & nos, vti non degeneres filij, tam dilecti patris, non deſiſtimus à lau-
„ dibus, per quem Diuinæ vbertatis iucundamur muneribus, &c.[m]

k *Codex MS. Abbatiæ S. Audoeni, Tract. de vita & virtutibus eius. fol. 167. Fridegodus ſup. & Surius. cap. 29. & 30.*

l *Fridegodus & Surius cap. 31 & 32. ſup. codex MS. ſup fol. 169. Angradus in vita S. Anſberti archiepiſcopi Rothomag. apud Surium. 9. Februar. cap. 2?*

m *Extat in præfato MS. codice fol. 181. & ſeq.*

Corpus S. Audoeni ob timorem, & expilationem Normanorum Gentilium ex Abbatia ipsa S. Petri, Vvadiniacum, ac in Franciam deportatur: cœnobium istud S. Petri Rothomagensis flammis comburitur: interim vero, Ioannes, Rothomagensis Archiantistes res curat eiusdem Monasterij, instatque pro earum conseruatione, apud Carolum Caluum, Regem Francor. Imperatorem Roman. qui ea de causa Diploma dedit.

CAPVT III.

NEminem posse latere arbitror, (scientibus Historiam loquor) I.
quanta olim mala, gens Normanica adhuc pagana toti Galliæ inflixerit, quanta-ve depopulatione patriam diuexauerit, vniuersæque Neustriacæ Regioni vastitatem qualem sua repetita irruptione, iniecerit. Iis itaque Normannis per Galliam grassantibus, anno 851. vrbs Rothomaga, maxima clade affecta est, iuxta Gemeticensem, rem paucis sic enarrantem. *Ab hinc denique sequanæ sulcantes alueum, Rothomagum adeunt, igneque comburunt: horrendum de Christiano populo exercentes ludibrium.* [a] Non solùm ea ciuitas incendio conflagrauit, sed & Monasterium S. Petri eiusdem vrbis, æquale sustinuit excidium per ignem. At Monachi hanc prætimentes stragem, sacras B. *Audoeni* Reliquias exindè iam aliò asportauerant, ann. 842. idibus Maij: vti omnes fatentur [b].

Diximus superiùs S. *Ansbertum*, Archiepiscopum Rothomagensem, corpus prædecessoris sui B. *Audoeni*, in locum eminentiorem ac dicentiorem eiusdem Ec- II.
clesiæ Abbatialis transtulisse: quod & codex MS. confirmat, hæc addens. *Vbi requieuit annis centum sexaginta quinque, scilicet, vsque ad tempora Northmannorum, qui Gentili rabie furentes, vastauerunt Rothomagum, & succenderunt Monasterium ipsius, idibus Maij, Anno Dominicæ Incarnationis*, 842. *regnante* Carolo, *Rege Francor. Tunc à* Riculfo, *Rothomagensi* Archiepiscopo; *& ab Episcopis &* Abbatibus *totius Regni, sacratissimum corpus eleuatur, & totum ex integro, sine aliqua sui diminutione cum digno honore, in feretro, auro, gemmisque pretioso, collocatur. Indè etiam, ob metum infandorum Gentilium, à Monachis,* Vvadiniacum *deportatur; vbi aliquot annis, miraculis coruscantibus, requieuit. Post hæc inualescente sæuitia Paganorum, & Hostium diatim crescente exercitu: cùm omnis penè Occiduæ Regionis Prouincia, crebris irruptionibus, & incendio depopularetur; prædicti Monachi, S.* Audoeni, *& SS. Martyrum* Nicasij, Quirini, *ac* Scuniculi, *corpora, ad villam suam*, Condatum, *transtulerunt*, &c. [c] ille *Riculfus* erat tunc Abbas istius Monasterij, ac postea Archiepiscopus Rothomagensis.

Interim *Vvenilo*, Rothomagensis Metropolitanus, institit apud *Carolum Caluum*, III.
ann. Regni sui 24. vt omnia bona huiusce cœnobij, sua authoritate confirmarentur; [d] Deindè præfatus *Riculfus*, item Archiepiscopus & Abbas ipsiusmet Monasterij, nonnulla eidem cœnobio contulit ann. 875. [e] postea *Ioannes*, eiusdem Ecclesiæ Archipræsul, alienæ, vt suæ, calamitatis misertus, curam egit, ne illud cœnobium penè collapsum, resque ad eum pertinentes, pessum irent, atque expilarentur. Hinc idem *Carolus* II. cognomento *Caluus*, Rex Francor. & Imperator Roman, pio impulsus fauore, erga eamdem Abbatiam, confirmauit eidem omnia bona, quæ tunc vsque illi largiter collata fuerant: idque ad instantiam præfati Ioannis Archiepiscopi: cuius Regia sanctio sequitur.

a *Gemeticensis lib. 2 Histor. Normanor. cap. 7. ann. 851. Charronus cap. 114. & 118. Histor. Vniuersal. Gall.*

b *Vide Tom. 1.* Neustriæ Christiau. *cap. 40. §. 8. Eandem Tom. 3. Hierarchia MS. Neustriæ sub Gomboldo 33. Rothomag. Archiepiscop.*

c *Codex vetus MS. Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. fol 211 Vide Tom.* 3 Neustriæ Sanctæ *ad 31. Decemb.*

d *Vide Tom. 1.* Neustriæ Christianæ *cap 57. §. 6.*

e *Ibid. cap. 59. §. 2.*

In

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

KArolus eiusdem Dei omnipotentis gratia, Imperator Augustus. Si his, quæ fideles nostri, pro statu, & vtilitate Ecclesiarum, ac seruorum Dei, aurem celsitudinis nostræ implorant, ob amorem Dei, libenter acquiescimus, necnon etiam nostris Edictis confirmamus: hoc nobis proculdubio, ad æternam beatitudinem, & totius Imperij, à Deo nobis commissi, tutelam, prodesse confidimus: & Remuneratorem eum, propter hoc in futuro, habere credimus. Igitur notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque fidelibus, præsentibus scilicet, & futuris; quia venerabilis Archiepiscopus *Ioannes*, Rothomagensis Ecclesiæ, aurem celsitudinis nostræ adiit, nostræ suggerens serenitati, vt res priscis temporibus delegatas, vsibus Monachorum; qui in Monasterio S. *Petri Apostoli*, vbi gloriosissimus confessor Christi *Audoenus*, corpore requiescit, Deo iugiter famulantur: nos denuò per nostræ roborationis præceptum, confirmaremus; scilicet, vt absque demptione, vel diminoratione, aut oppressione Rectorum, sint villæ, quæ eorum stipendiis fuerunt segregatæ, tempore venerabilis *Remigij* Episcopi: ita vt perpetuis temporibus, eas quietè habeant ad possidendum, atque regendum; quæ sunt hæ omnes, scilicet.

V. *Mansura* intra & iuxta ciuitatem, quæ ad iam dictum Monasterium pertinent, habentes agros, vineas, prata, syluas, & piscaturas.

Ampliatas etiam villa, cum omnibus mansis, & appenditiis suis.

Et-Villare, cum omnibus appenditiis suis.

Vascellus, cum omnibus appenditiis suis.

Vvadimiacus, *Prisiniacus*, *Villares*, *Ampleiuilla*, *Inciacus*, & *Vallis*, cum omnibus Appenditiis earum.

Lininus cum *Seregio*, & Arciacis; *Dumius*, tam superior, quàm inferior; *Derciacus*, *Vernuil*, *Vvandenciacus*, cum *Fontanis*, & illa Ecclesiâ de *Santiniaco*, *Santiacus*, *Condatus*, cum omnibus Appenditiis earum; Et illi Manselli, qui sunt in *Talomono*.

Combrosius, etiam; *Hedana* Oratorium: *Perrindiuillare*, *Genistose*, *Acitiacus*, *confluentis*, cum omnibus appenditiis earum.

Manainvilla, & illi *Curtiles*, qui sunt in *Caplon*, cum vineis ad eas aspicientibus.

Rausus quoque & *Bresiniacus*, Anatarus, & illi *Curtilis*, & *Grana*, quæ sunt in *Diana*, ad ipsum Monasterium pertinentes.

Et Bassonneinvilla, *Rougisium*, *Vvambasium*; cum omnibus suis Appenditiis.

Et in *Larginiaco*, mansas quatuor cum Ecclesia; & in *Campetra*, mansum vnum cum Alode, quem dedit *Gotrannus*, ad luminaria Ecclesiæ eiusdem Monasterij, media pars *portus* supradictæ vrbis: & *Putariæ* omnes ad ipsum locum pertinentes: & villula *Didelicus* cum mansellis, qui sunt in *Susiaco* sub manu custodis Ecclesiæ.

Husonis villulas, cum appenditiis suis, & quicquid ad præsens possidere atque ordinare videntur, Iamdictis fratribus per præceptum authoritatis nostræ, confirmamus, nostris etiam futurisque temporibus mansurum esse volumus; statuentes, vt omnia, quæ ad eos pertinent liberè & quietè eis, ad stipendia sua, liceat ordinare: & quæ modo relinquimus, ad redeundum tempore opportuno & congruo, pro Dei misericordia, reddere cupimus.

VI. Constituimus autem, vt omnes, qui beneficia habent ex rebus sæpè dicti Monasterii. Decimas ad *Hospitale*, quod in eodem Monasterio est; dare non differant; atque ex rebus eiusdem Monasterii, vndè à tempore iam dicti venerabilis *Remigii* Aduocati extiterunt, perpetua successione constituantur; ne occasione Aduocatorum aliqua, ab ipso Monasterio substrahantur, necnon omnes *Piscariæ*, ad ipsum locum pertinentes, post discessionem eorum, qui eos vsufructuario possident, ad ditionem memoratorum Monachorum redeant.

Iubemus etiam, vt nullus Episcoporum, ex prædictis villis aliquid demere, aut minuere, ab ipso Monasterio, & à Monachis ibidem degentibus, præsumat: neque ab eis mansionaticos, neque paratas, seu aliqua opera facienda, neque do-

,, na, ad vllam festiuitatem, requirat: præter duos in anno caballos: & de ipso
,, Monasterio licentiam habeant sibi eligendi Abbatem, sicut Regula iubet, sub
,, tuitione tamen sui Episcopi. Statuimus quoque, atque iubemus, vt nullus iu-
,, dex publicus, aut quilibet iudiciariam exercens potestatem, aut vllus fidelium
,, nostrorum, tam instantium, quàm futurorum, in Ecclesias, aut loca, vel agros,
,, seu reliquas possessiones moderno tempore, intra Imperii nostri ditionem, qui-
,, bus pagis, & territoriis, iustè legaliterque possident; vel ea, quæ deinceps, iuris
,, ipsius sancti, vel seruorum Dei, per nos, aut per alios, quoque, Diuina pietas
,, voluerit augere; ad causas audiendas, aut Feuda exigenda, aut *mansionaticos*,
,, siue *paratas* faciendas, aut fidemissos alicui tollendos, siue, homines, tam inge-
,, nuos, quàm & seruos, super ipsius terram commorantes, distringendos: nec vllis
,, teddibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, non res erraticas nostris, ne-
,, que futuris temporibus, ingredi audeat; nec ea, quæ supra memorata sunt, pe-
,, nitùs exigere præsumat.
,, Et si ad eorum littus, piscem, vel aliquid, mare euomuerit, actores potestatem VII.
,, tollendi non habeant, sed ipsis fratribus sit in auxilium: & quicquid de præ-
,, fati Reuerendique loci rebus, fiscus noster eligere poterat, eidem integrè con-
,, cedimus Ecclesiæ, scilicet; vt perpetualibus temporibus, stipendiis fratrum,
,, ibi Deo famulantium, & alimoniis pauperum proficiat in augmentum: quate-
,, nus illic quietè degentes, cum omnibus rebus sibi aspicientibus, sub nostræ tui-
,, tionis immunitate, remota totius iudiciariæ potestatis inquietudine, dein-
,, ceps commorantur, atque pro nostra incolumitate, imperiique nostri stabilita-
,, te, clementissimam Dei misericordiam, eis in perpetuum exorare delectet. Et
,, vt hæc authoritas nostræ confirmationis firmiorem in Dei nomine obtineat
,, semper vigorem, manu nostra eam subter firmauimus, & Annulo nostro subter
,, insigniri iussimus.

Signum Karoli R —— R O L —— S. *Gloriosissimi*
Imperatoris Augusti.

Audacher Notarius, ad vicem Gautlini recognouit.

D*Atum 7. Calend. Iunii, an. 36. regnante Karolo Imperatore, in Francia; imperii eius anno primo. Indictione 9. Actum Basia Palatio Imperiali*: cum signo, seu Chyrographo, cuius color ad præsens incognitus est.[d]

Pro quorum clariore notitia, nonnulla veniunt obseruanda. *Primò*, quòd Carolus hic *Caluus*, Monarchiæ Galliarum sceptra cœperit ann. Christi 841. mortuo patre eius, Ludouico pio, Francorum Rege, Romanoque Imperatore.[e] Quibus si adiungas an. 36. reperies istud Diploma in an. Christi 876. (qui fuit primus annus imperii eius) fuisse confectum *Ioanne* tunc Ecclesiam Metropolitanam Rothomagensem regente, inter Neustriacæ Prouinciæ Archiepiscopos 38. locum obtinente.[f] Quantum verò ad B. *Rhemigium* illum antistitem (cuius meminit ipse imperator) Rothomagensis 29. extitit Archiepiscopus, pietate ac sanctitate insignis; qui curam impensè egit; vt bona ac prædia Monachis prædicti cœnobij S. *Petri* restituerentur, & in meliorem redacta statum, conseruarentur: quod & Karolus hic laudat, approbatque & confirmat ipsis Monachis: cœpit autem Pontificatum. D. *Rhemigius* circa an. 753.[g] Dicit denique pius idem Imperator se propensiùs ad id cœnobium fuisse excitatum; *vbi gloriosissimus Confessor Christi Audoenus, corpore requiescit*: non quòd tunc illic requiesceret, (cùm factum eius corpus exindè asportatum fuisset in *Franciam*, ob Normanorum metum & infestationem, vti superius notauimus)[h] prætiosissimum eius funus: sed quia inibi sanctus hic Pontifex sepulturam nactus, iam diu permansisset, donec tandem aliò translatus est in Franciam, indéque rursus in pristinum locum aliquando reuersurus. Interim verò haud negauerim sacras aliquot ipsius exuuias Rothomagi remansisse: & apud Monachos dicti cœnobii, penitus ferè excidium passi, pro eorum consolatione, aliorumque fidelium iuuamine, religiosa deuotione asseruatas fuisse: cùm tamen sacro corpore exindè per eos clam sublato, cæteros latuerit, per aliquot annos, an aliò translatum foret.

VIII

d *Ex Archiuo Abbatia S. Audoeni Rothomag.*

e *Baronius 9. tom. Annal. Ecclef. ad ann. 841. ex aliis. Nicolaus Gillius.*
f *Iidem.*
g *Vide cap. 60. tom. 1. Neustria Christiana.*

h *Ibid. cap. 59.*

Cœnobium

Digitized by Google

Cœnobium S. Petri reparatur, prædiis & redditibus illi largitis redintegratur per principes Normannos, maximè per Rollonem, Protochristianum eorum Ducem: ad cuius instantiam corpus S. Audoeni è Francia in Normaniam relatum est. Ac præfato Monasterio restitutum, vbi tanta deinceps ad eius inuocationem, edita sunt miracula; vt propterea ipsa Abbatia, de eius nomine postea extiterit nuncupata: Voßius his contrarius refutatus.

CAPVT IV.

I. IGitur hoc Monasterium ignibus traditum fuit atque destructum, à Normannis, an. 842. quando Rothomagum inuadentes, impetu hostili omnia deuastarunt: quod postea excellentiori structura reparatum est per principes Normanicæ Gentis, dùm videlicet, ad fidem Christi conuersi, an. 912. per *Franconem*, Rothomagensem Archiepiscopum, Neustriæ Ducatu potiti sunt, & pietati, virtutique animum addixerunt: Teste Guillelmo *Gemeticensi*, de eis talia referen„te. Quædam verò Cœnobia eiusdem Prouinciæ Antiquiora, quæ à Norman„nis adhuc Paganis fuerant destructa; studio bonorum principum, reædificata „sunt. *Rollo* siquidem primus Normannorum Dux, in primordio suæ conuersio„nis, plurimas possessiones dedit Ecclesiæ S. Mariæ *Rothomagensis*: & S. Mariæ *Ba„jocensis*; & S. *Mariæ Ebroicensis*: & Cœnobiis, *S. Petri*, sanctique *Audoeni*, *& Ge„meticensi*, *& S. Michaeli de periculo maris.* [a] Quibus adstipulatur *Dudo*: addens ipsum *Rollonem*, vnicuique illorum, bona ac prædia largientem: quarto die, ab eius suscepto Baptismate: dedisse alia, *sancti Petri sanctique Audoeni Ecclesiæ.* [b]

[a] *Gemeticens. lib. 7. Histor. Normannor. cap. 22*

[b] *Dudo lib. 2. de moribus & Actis Normannor. in Rollone Duce, primo Christiano.*

II. Terris itaque & Latifundiis huic Cœnobio attributis: omni, qua potuit solertia, & pietate institit, vt quamprimùm corpus S. *Audoeni* suæ Ecclesiæ S. *Petri* restitueretur. Quando autem, vel quomodò pius ille Dux, id præstiterit, licebit „intueri, ex eo pervetusto fragmento Historiæ Normannorum. *Quantæ* humili„tatis *Rollo* fuit, postquam fidem Christi suscepit, ex vna re, quam fecit, patenter „cunctis innotuit. Quodam tempore, postquam pacificatus est cum Rege Fran„ciæ, venientes ad eum homines Rothomagi, cœperunt eum rogare, vt de *Fran„cia* faceret corpus S. *Audoeni* redire, quod propter timorem eius, illuc olim fue„rat translatum, antequam cœpisset Normanniam: Tristes, inquiunt, & multùm „dolentes sumus; quòd sic Archiepiscopum nostrum perdidimus. Hoc audiens „Comes, mandauit Regi Franciæ; vt ei Presbyterum suum redderet; quòd si „non faceret, proculdubio sciret; quòd nullo modo cum illo pacem habere pos„set. Rex autem Franciæ, nolens ei, de hac re facere molestiam: reddidit ei, sicut „petebat Presbyterum suum. Dux verò præcepit, vt indè reduceretur corpus „S. *Audoeni*, suæque redderetur Ecclesiæ, vndè fuerat asportatum. Monachi „ergo, qui custodes eius fuerunt, dùm in *Francia* fuit, reportauerunt illud vsque „ad quamdam villam, ad vnam leucam, ab vrbe Rothomagensi, Quò, cùm per„uenissent, non parùm de via lassati, manserunt ibidem illa nocte: vt manè sur„gentes, si possent, S. *Audoenum* ad suum locum reportarent. Cùm itaque manè „surgerent, eumque ad ciuitatem portare vellent, nullo modo potuerunt. Tunc „tristes Monachi, nimiùmque dolentes de hoc quod illis acciderat: mandaue„runt ciuibus, quòd S. *Audoeni* corpus nullomodo poterant mouere, de loco illo, „vbi iacuerat illa nocte. Quòd cùm Comiti (tunc apud Rothomagum erat) fuis„set nuntiatum; Respondit: Quia meritò hæc tribulatio de corpore S. *Audoeni* „eis accidisset: quia si rectè cogitassent, sensumque rectum habuissent, cum

B

,, proceſſione, & cum magna deuotione, illi obuiare debuiſſent. Poſt hæc, præ-
,, cepit Comes Archiepiſcopo, omnique populo *Rothomagenſi*, vt in laneis veſti-
,, bus, & nudis pedibus, cum eo ad S. *Audoenum* pergerent, eiuſque pietatem,
,, quàm deuotiùs poſſent exorarent: quatenùs ad ſtultitias eorum, vel negligentias
,, non reſpiceret, ſed propitius illis eſſet, ſeque de loco illo, ad ciuitatem, vbi Ar-
,, chiepiſcopus fuerat, transferri permitteret. Tunc ipſe Dux primus, ſicut cæte-
,, ris præceperat, in laneis veſtibus, & nudis pedibus, vſque ad villam, in qua
,, S. *Audoenus* erat, peruenit. Quò cùm perueniſſet, protinùs cum omni populo,
,, qui cum eo erat, coram feretro eius proſtratus, hæc orando, dixit: *Sancte Au-
,, doene*, bone Archiepiſcope, & Aduocate noſter, permittite corpus veſtrum ad
,, ciuitatem transferri, vbi præſulis officio functus fuiſtis, & ſacras benedictiones
,, ſæpiùs feciſtis; & ego do Eccleſiæ veſtræ & vobis, terram totam, quæ adiacet,
,, ab iſto loco vſque ad mœnia ciuitatis. Tunc continuò Comes, & populus, ſub-
,, miſſis humeris feretrum, in quo S. corpus erat, facillimè deportare cœperunt, &
,, ſic vſque ad Eccleſiam ſuam, gaudentes & exultantes deportauerunt. Ex huius
,, rei euentu, dixerunt quidam, illam villulam, *Longum pedanum*, eo quòd Comes
,, illuc tam longum iter nudis pedibus feciſſet. Si quis hoc factum non eſſe
,, ſignum magnæ humilitatis aſſerit: *de eo dici veraciter poteſt: Quòd quid ſit magna
,, humilitas, neſcit*, [c] Hæc ibi, ex quo alii recentiores, ad an. 915. quo illa eue-
,, nerunt. [d]

[c] *Extat. In Additamento ad Hiſtor. Normanniæ Guillelmi Gemeticenſ. Apud* Quercetanū [d] *Vide tom.* 1. Neuſtriæ Chriſtianæ. cap. 40. §. 8.

Eadem, fuſiori ſtylo continentur inter monimenta antiqua eiuſmodi Abbatiæ III.
S. Petri: narratur quippe quomodo Dux ille ad præfatum Franciæ Regem, nun-
tios ablegauerit: *Vt ſuum antiquum Sacerdotem Deo* digniſſimum *Audoenum*, ſibi red-
,, di iubeat, & propriæ ſedi Metropolitanæ maturè reſtitui faciat: quatenus mo-
,, derni pacti iura ad inuicem inconuulſa ſeruentur, ne, quod abſit, aliquo diſ-
,, ſenſionis offendiculo, violentur. Ad hæc, Rex inclytus, pro tam Chriſtiani
,, Ducis fide, ac deuotione, Regi Regum gratias egit: Deindè ad *Condatenſe* op-
,, pidum, ſacri theſauri cuſtodibus mandat, vt Duci Northmannorum ſatisfa-
,, ciant, & Beati *Audoeni* glebam, ad propria remittant. Nec mora! acceleratur
,, expleri negotium, quod Diuinitùs prouiſum, vel à Rege fuerat imperatum. Per
,, loca etiam Eccleſiarum, quibus transferendæ erant Reliquiæ, Clericis ac Mo-
,, nachis Regia authoritate, mandatur, vt feſtiuo more, cum crucibus. *Ac
libris*, cùm ceraptotis, & diuerſo proceſſionis apparatu, ſacro corpori occurrant,
,, & dignis exequiarum laudibus, ad ſolum vſque Northmanniæ deducant. Qui
,, omnes alacri deuotione, decenter & ordinatè procedunt: & Dominum in ſan-
,, ctis ſuis glorioſum, in hymnis & confeſſionibus benedicunt. Perſonabant vn-
,, dique Chori pſallentium Clericorum ſcilicet, Monachorum ac Virginum, tin-
,, nulis vocibus diuerſa modulationum carmina concrepantium. Cœleſtes etiam,
,, vt credimus non defuerunt exequiæ, & Angelicæ phalanges militiæ, in tam
,, S. Pontificis Tranſlatione: qui adhuc viuens in corpore, ſæpius Angelorum
,, fruebatur colloquio, & nunc in cœlis perenni gratulatur conſortio.

,, *Conſtat* autem veriſſimè totum illud melliflui itineris ſpatium, miraculis reful-
,, ſiſſe, licet temporis obſoleuerint vetuſtate, & eorum, qui affuerunt in præſentia- IV.
,, tum incuria & remiſſione. Francorum proceres, cum innumerabili plebe, fere-
,, trum ſubſequuntur: de illius gloria hilares, de ſui irrecuperabilis damni euentu,
,, admodum triſtes: Lamentatur Gallia, incomparabilis pretij Theſauro ſpoliata,
,, & totius decoris gemma, de ſuæ ſtirpis vtero procreata. Compatriotarum ani-
,, mus nimio percellitur mœrore: dolens eius auelli à corpore, cuius feruentiſſi-
,, mo ardebat amore. Sic itaque hymnis, canora multitudine, Beati Confeſſoris
,, plebem proſequente, ad confinium peruenitur, qua vtriuſque Prouinciæ meta
,, diuiditur: inde Gallicanus populus ad propria, cum mœrore regreditur, mari-
,, timus verò cum gaudio Paſtoris ſui veſtigia comitatur: peruenientes denique ad
,, locum, qui vno ab vrbe diſtat milliario, Sacro-ſanctum corpus ac ſi ſolo fixum,
,, immobiliter ſubſtitit, nec ab vllo potuit moueri. Tunc omnibus ſtupore atto-
,, nitis, ab his, qui ſanioris erant conſilij, veluti Diuinæ virtutis indicio, admo-
,, nitis, ad vrbis mœnia aliqui præmittuntur: Duci ac Pontifici, ſacri corporis
,, aduentus nuntiatur. Mox à præſule, ciuium multitudo conuocatur, ſalubriter
admonetur

,, admonetur, vt contrita & humili corde, nudis pedibus, cum ſumma deuotio-
,, ne, reuerenter Sacro-ſancto corpori occurratur. Omnibus ergò compoſitis, quæ
,, ad cultum & decorem pertinent feſtiuæ proceſſionis: vniuerſus tam Eccleſiaſti-
,, cus, quàm Monaſticus ordo, cum frequenti populo ab vrbe procedit, obuiam
,, pergens ſuo magno Paſtori, velut quondam Hebræa plebs noſtro Redemptori.
,, Sic candidatorum triumphalis exercitus, cui iuxta Apoſtolum, in paleſtra fidei
,, viriliter agoniſanti aduerſus inuiſibiles aeris huius poteſtates, indeficiens eſt
,, colluctatio, ſuo claro Antiſtiti cum ingenti laudationum occurrit præconio.

V. ,, *Tunc* Princeps Chriſtianiſſimus: Hunc, inquit, locũ, quoniam paulò longiùs
,, ab vrbe digreſſi, huc vſq; *Pedanei* conuenimus, à modo, *Longũ pedanum*, nuncupari
,, cenſeo: & ab hoc ad vſque vrbis mœnia, omnem, quæ intra adiacet, terram,
,, Beato *Audoeno* liberaliter concedo, vt mihi, meiſque hæredibus apud Dominum
,, exiſtat præſidio. Quicquid autem Antiquitùs in terris & poſſeſſionibus, eius
,, ditionis fuiſſe dinoſcitur, vt ſibi reddatur præcipio: & eius venerabile cœno-
,, bium; cum omnibus, quæ ad vſum pertinent Monachorum, iuxta priſcorum
,, priuilegia Regum, noſtra authoritate, vt immune & abſolutum maneat ab om-
,, ni iudiciaria exactione, auctorizaliter conſtituo. Quod ſignis indè huic vene-
,, rabili loco, aliquid calumniæ, aut quæſtionis ingerere tentauerit, me primum
,, requirat; me, inquam, ſub manu Domini eiuſdem Eccleſiæ, ſcutum protectio-
,, nis, & baculum defenſionis. His ita prælibatis, & principali auctoritate, &
,, Edicto roboratis, ante Sacro-ſanctum corpus ſolotenùs proſtratus, & lachry-
,, mis perfuſus, orauit: malorum quæ in ſanctos Dei commiſerat, pœnitens, &
,, pro tranſactis reatibus, grauiter ingemiſcens, dehinc cominùs acceſſit, & col-
,, lum ante gentili faſtu ſuperbum ac rigidum, nunc iugo Chriſti edomitum, mira
,, cum deuotione, feretro ſubmiſit, & primus omnium, amicas ſibi bajulans ga-
,, zas, illum ferre gaudebat, per quem facinorum veniam ſibi obtinere à Domino
,, nullatenus ambigebat.

VI. ,, *Aderant ibi & Dani*, iam ex lupis facti Agni, nec vt olim prædæ cruentis ricti-
,, bus inhiantes, ſed vnà cum aliis prætioſas ſancti Reliquias venerantes: iuxta
,, Prophetiam; Leo, inquit, *& Bos ſimul comedent paleas*. Nec enim vlterius
,, belluina rabie, humanum ſitiunt cruorem, nec more Gentium, ſortilegorum,
,, vel in exectis pecudum, rimantur Diuinationem; ſed geminam ex animo com-
,, plectuntur dilectionem: & inepta execrantes ludicra, & idolorum nænias:
,, ſanctorum obnixè expetunt interuentionem. Reſonabant vndique compita
,, viarum, dulciſonis vocibus alternatim canentium: & diuerſarum copia Sym-
,, phoniarum: vbi verò ad ſuburbia ciuitatis peruenitur, illud pium, ac ſolemne
,, *Oſanna* (quod Hebræorum pueri Domino Hieroſolymam ingredienti, conſona
,, vocis Harmonia pſallebant) B. *Audoeno* modulatur; & *Benedictus qui venit in*
,, *nomine Domini*, ab omnibus concorditer decantatur. Ad eius namque fœlicem
,, reditum, ſuper ſqualida ſiccitatis moleſtia, ſe adepturos nullatenus ambige-
,, bant remedium. Ex corrupto etiam aere, tabida peſtis erumpens, humana paſ-
,, ſim corpora inficiebant, & plurimos improuiſa perimebat. Ab hoc igitur læti-
,, fera labe eius, eximi cupiebant oramine: qui multos ab inferorum eruit vora-
,, gine. Sic itaque eius corpus ſanctiſſimum, innumera plebs frequentia conſtipa-
,, tum, cum hymnorum & laudum officiis: cum Thimiamum odoramentis, in
,, B. *Petri Apoſtoli* Eccleſiam reportatur: & ibi decentiſſimè collocatur, Kalendis
,, Februarii, Anno Dominicæ Incarnationis, nongenteſimo, decimo octauo: vbi
,, hactenus ſumma excolitur veneratione: ad laudem Dei omnipotentis, & æter-
,, num eius memoriale. At vbi populus ad propria diſceſſit, per meritum glorioſi
,, Confeſſoris, nubibus in aere collectis, repentè vehemens pluuiæ inundatio eru-
,, pit, & terram ſitientem largiter infudit. Renouatur illud inſigne virtutis, quod
,, Hebræorum populis contigit, aduentu egregij Prædicatoris: cùm ad inſtar
,, *Heliæ*, incumbens orationi, ætheris clauſtra, & nimborum obſtacula patefecit.
,, Denique ſpiritualis zeli conſtantia, & virgineæ integritatis gratia, floruit vt
,, *Helyas*: cilicij aſperitate corpus edomuit; ferro collum & brachia, ventremque
,, conſtrinxit; vt prolixo maceratus agone, cum martyribus bonus athleta, coro-
,, naretur, cum Virginibus nouumque carmen virgo modularetur, cum An-

e Codex vetus MS. Abbatiæ S. Audoeni Rothomag. fol. 214. & seq.

f Chronicon Rothomagens. Cadomense & alii, sup. tom. 1. Neustriæ Christianæ. cap. 40. §. 8. & cap. 65.

„gelis tripudiaret, cum Christo victor regnaret.[e]

Quantum verò attinet ad Chronologiam, multiplex illic menda irrepsit: VII.
dùm legitur, quòd huiusmodi Translatio acciderit *Calendis Februarij, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVIII.* Dicendum quippe est (ex plurium rerum obseruatione, tum ex probatorum authoritate scriptorum) ann. DCCCCXV.[f] Quando quidem ipse *Rollo* Dux; iam piè ac sanctè in Domino obdormisset ann. 917. de ea autem Translatione agitur commemoratio die 1. Februarii, apud Breuiarium Abbatiæ S. *Audoeni Rothomagens.*

Postquam autem sacrum B. *Audoeni* corpus in pristinum restitutum fuit locum, VIII
tot, ac tantis signis & miraculis coruscauit: vt non solùm Rothomagi, ad eius sepulchrum, sed & vbiuis terrarum, præsens esset in auxilium. *Gaudebat* (inquit idem vetus Codex MS.) *tota Neustria, paulò* ante mœrore confecta, super Diuinæ dapsilitatis opulentiam, & B. *Audoeni* præsentiam, innumerabilium ad eius „sacra pignora languentium corpora conuehuntur, & pristinæ sospitati reparantur: purulentæ valetudines illo medicante, curantur: & ab imminente clade, patria cœlitùs liberatur. O mira benignitas nostri Saluatoris! O præcellens „gloria sanctissimi Confessoris! Eius precibus cœlum referatur, eius meritis lethifera pestis effugatur: ipso præsente mundus respirat, quo absente, bellis attritus gemebat. His ergo signorum liquet indiciis, & rerum colligitur argumentis, quòd nullus *Audoeno* præstantior, meritorum gloria, potentior virtutum efficacia, in tota aliquando extiterit *Gallia*, &c.[g] Deindè complura recitat miracula, ad inuocationem ipsius S. *Audoeni* Diuinitùs edita. Illic etiam extat ea de materia *Tractatus*, ab Anonymo, eiusdem Abbatiæ Monacho conscriptus ad instantiam Nicolai, tunc Abbatis: cuius initium est.

g Codex MS. Abbatiæ S. Audoeni. sup. fol. 216.

Prologus in miraculis S. Audoeni Archiepiscopi.

R*ogatus nuper à fratribus, sed præcipuè ab ipso patre* Nicolao, *in Historiam B.* Audoeni, *superaddere miracula, quæ per eum, post euictum sæculum, & consummatam fœlici certamine præsentis vitæ militiam, mundo effulsêre: vel quæ nostris adhuc temporibus, ad sepulchrum ipsius, præsenti visu cernimus operari*, &c.[h] Sicque factum est; ob creberrima, maximáque miracula illic cœlitùs operata: vt ipsa Abbatia sancti *Audoeni* nomen deinceps tulerit: quæ priùs S. *Petri Apostoli* nuncupatione insignita esset.

h Vacat ibid. fol. 181. De miraculis S. Audoeni.

Quàm igitur crassè hallucinatus est *Vossius*, perperam scribens; Quòd cùm IX.
S. *Odo*, Cantuariensis præsul, ann. 956. *SS. Vvulfridi* & *Audoeni* corpora transtulisset, à *Fredegodo* Diacono, & Monacho Anglo, petiit, vt aliquid de vtriusque laudibus commentaretur, quod & vltrò præstitit. Duo quippe asserit, quæ nos omninò negamus. Primum spectat ad Translationem S. *Audoeni*, quem vult nostrum extitisse Rothomagensem Archiepiscopum: cùm tamen ille D. *Audoenus*, Cantuariam translatus fuerit simplex Monachus; vnde Doctus æquè ac pius *Launoius*, illam corporis S. *Audoeni*, nostri Archipræsulis Rothomagensis Translationem in Angliam, scitè intulit esse prorsus commentitiam.[i] Quid autem impulerit *Vossium*, vt talia, absque rerum delectu rimaret: veritatemq; sic impingeret? paucis aperiam: maximè ex præfato Codic. MS. vbi de *Translatione S. Audoeni Archiepiscopi agit.* Tempore, (inquit) Vuillelmi, inclyti Regis (cuius superius mentionem fecimus) supra titulatus Abbas B. Audoeni *Nicolaus*, Diuino fretus solamine, laudabili cultu & opere, Ecclesiam cœpit construere, tanti patris condignam honore; ob cuius sumptus ædificationis, aliquos cum sacrarum capsula Reliquiarum, transmare studuit destinare: qui hoc fidelium deuotioni suggererent, quatenus spontanea voluntate, aliqua ad Templi fabricam munera „offerrent. Legatis itaque transmisso æquore Anglorum fines ingressis: non „tam ipsorum verbis, quàm euidentibus signorum indiciis, extemplò sanctissimi „gloria Confessoris omnibus innotuit, &c.[k] Multa etenim consecuta sunt miracula, *Glocestriæ, Lincolniæ*, &c. ad inuocationem, & contactum Reliquiarum ipsius S. *Audoeni*: cùm igitur *Vossius* forsan repererit, vel legerit, seu intellexerit, Reliquias

i Launoius in Syntagmate Historico de SS. Franciæ Cancellariis, in notis ad vitam S. Audoeni Rothomagens. Archiepiscop.

k Codex MS. Abbat. S. Audoeni, sup. pag. 221.

liquias S. *Audoeni* Cantuariæ aſſeruari, continuò ſibi perſuaſum fuit, eas eſſe S. *Audoeni* Rothomagenſis Metropolitani, quas S. *Odo* Antiſtes, Cantuariam tranſtulerat ann. 956. cum tamen fuerant alterius, S. Audoeni Monachi. Nam portiunculæ illæ, ſiue particulæ Reliquiarum S. *Audoeni* Archiepiſcopi Rothomagenſis, quas Monachi *Neuſtrij* in Angliam ſecum aſportarunt, tempore Guillelmi, *Nothi, Normaniæ* Ducis, Regiſque Angliæ, an. 1066. ex his minutias forſan, *Cantuariæ, Lincolniæ*, &c. reliquerunt; reſiduum verò in Neuſtriam remeantes, ad Monaſterium S. *Audoeni*, apud Rothomagum detulerunt. Ergò ne veritas Hiſtorica tecnis *Voſſianis* obfuſcata, cuilibet cordato viro ſic arridebit?

X. Secundum à *Voſſio* quidem aſſertum ſed à nobis rejectum, pertinet ad vitam ipſius S. *Audoeni* (cuius B. *Odo* prædictus Antiſtes, corpus tranſtulit Cantuariam) à *Fridegodo* Diacono, proſa & carmine conſcriptam; ſanè fatetur ipſemet *Voſſius*, eam fuiſſe illius S. Audoeni, Monachi Angli, cuius alij meminerunt. [l] At noſter S. Audoenus Rothomagenſis Archiepiſcopus nuſquam extitit Monachus, vel alicui Regulari, religioſo Ordini addictus: vti omnes teſtantur: [m] licet hunc ſtatum ſummopere adamaret maximèque excoleret, ac valdè cuperet profiteri, niſi à Rege & proceribus impeditus fuiſſet: cuius corpus adhuc Rothomagi cernitur; ſub præfato *Guillelmo* Duce, circa ann. 1060. [n] Certè adhuc me latet, ea vitæ S. *Audoeni*, Monachi Angli conſcriptio, metro & ſoluta oratione, per *Fridegodum* Diaconum; ſed me non fugit illa, quæ perperam à *Surio*: ipſi *Fridegodo* attributa eſt, nec altera, carmine decantata, eidem Authori aſſignatur: in qua tamen quid cernitur, vel legitur, quàm totius vitæ S. *Audoeni* Rothomagenſis Archiepiſcopi delineatio atque narratio! [o]

l Beda lib. 4. Hiſt. Anglor. cap. 3. Martyrolog. Anglican Ferrarius in Catalogo SS. 29. Iulii. Molanus in notis ad Vſuard 24. Auguſt. vide poſſiminum in Apparatu ſacro, verb. Fridegodus: & Ioannem Piſeum de Anglic. Scriptoribus ad ann. 959.

m Codex vetus MS. ſup. Tract. de vita & virtutib. S. Audoeni Rothomag. fol. 130. Theoderic. cap. 6 vitæ eiuſd. & alii recentiores.

n vide tom. 4. Neuſtriæ ſancta ad 31. Decemb.

o vide ibid. ad 24. Auguſt.

Richardus I. Normaniæ Dux, Inſtaurator & Reparator Abbatiæ S. Audoeni: quem ad amuſſim ſequutus eſt Richardus II. Dux: Otho, Rex Germaniæ, Reges Angliæ, ac Galliæ, in eum locum admodùm munifici.

CAPVT V.

I. POſtquam igitur *Rollo*, Prothochriſtianus Normanorum Dux, in fata conceſſit ann. 917. & filius eius Guillelmus I. cognomento *Longa Spatha*, è viuis ſublatus eſſet, ann. 942. principatum cœpit, *Richardus* I. Dux, patri optimo ſucceſſor factus: qui verus *Inſtaurator* & Reparator, huiuſce *Archimonaſterij S. Audoeni* à *Gemeticenſi ingenuè agnoſcitur.* Richardus *autem* (inquit) *filius eiuſdem ſucceſſor, Fiſcanni cœnobium: & ſancti Michaelis de Monte; &* S. Audoeni *Rothomagi reſtaurauit.* [a] Eadem iterum poſtea teſtatus eſt ijs verbis. *Abbatias quoque quaſdam reſtaurauit: vnam ſiquidem in ſuburbio Rothomagenſi, in honore S. Petri; Aliam, in monte, qui dicitur Tumba, in veneratione Michaelis Archangeli, gregibuſque Monachorum inſignivit.* [b] Quem alii ſequuntur. [c] Quodquidem pium opus aſſignatur in Annalibus Francicis ad ann. Chriſti 976. [d] Non ſolùm autem ipſe Dux Richardus I. præfatum reparauit cœnobium, præteritaque reſſarciuit damna: ſed & Conuentum Religioſorum inibi tunc coadunauit ampliorem: tum propter ſtructuram noui ædificij ſatis ſuperque capacem: tum, quia fortè, vt aſſolet, Monachi huiuſce cœnobii diſperſi fuerant, tempore bellorum & cladium, à Normannis adhuc paganis, illatarum; vel denique ipſis Monachis, ab obſeruantia Regulari deficientibus, alij ſuffragati ſunt multoplures, inſtituti ſui admodum æmulatores reperti.

a Gemeticenſis lib. 2. Hiſtor. Norman. cap. 22.

b Idem lib. 4. cap. 19.

c Vualſingham, in Ypodigmate Neuſtriæ Picardus in notis ad lib. 3. Epiſtol. 129. D. Anſelmi Charron. cap. 123 Hiſtor. Vniuerſal. Galliæ.

d Nicolaus Gillius in Chronic. Franciæ, ſub Lothario Rege, ad ann. 976.

II. *Richardo* primo defuncto, *Richardus* II. filius eius, in Ducatum Norman. ſucceſſit, ann. 996. qui paternæ pietatis imitator effectus; quædam etiam in Neu-

ſtria extruxit cœnobia: *Et alia Monaſteria ab* Anteceſſoribus *eius readificata, mirabiliter auxit*: ait idem *Gemeticenſis*: [e] Quæ autem illa fuerint *Ordericus vitalis* ſic explicat. *Tria cœnobia quæ pater eius fundauit*, ideſt, *Fiſcannenſe, S. Audoeni in ſuburbio Rothomagi & S. Michaëlis, in periculo maris, auxit & defenſauit* [f] Minimè tamen Richardus I. pater huiuſce Richardi II. præfatum cœnobium S. *Audoeni*, fundauit vt perperam hic ſcribit *Ordericus*; cùm conſtet fundatum fuiſſe à *Clothario* I. Francorum Rege, pro vt ſuperius à nobis oſtenſum fuit. Cõſimili menda laborat *Claudius Robertus*, & nunc pariter emendandus venit: Fatetur quidem ipſam Abbatiam eſſe ab eodem Rege conditam: ſed fuiſſe inſtauratam à *Richardo*, *Rollonis* filio; [g] Hallucinatur etenim, cum *Richardus I. filius* extiterit *Guillelmi* I. non verò *Rollonis*. Fuit igitur *Richardus* I. [f] Dux prædicti Monaſterij Inſtaurator, potius quàm fundator; alioqui tot dicendi forent fundatores, quot Benefactores.

Hinc tantus pietatis ardor, & ingens populi deuotio, in hunc locum exarſit: adeò quippe ab vniuerſis Chriſti fidelibus honoratus eſt, vt plurimi deuotionis cauſa, illic oraturi acceſſerint. Et verò, *Otho* Germaniæ Rex, accitus in auxilium *Ludouici* IV. Galliarum Monarchæ, contra *Richardum* I. prædictum Normanorum Ducem, Rothomagum ſuo exercitu circumvallatum capere, & in deditionem adducere ſummè exoptabat: ſed nil tandem proficiens, obſidionem ſoluere meditatus eſt, ſuaque coactus repetere: facta prius oratione, apud S. *Audoenum*, Recedere namque ab eo loco haud dignum arbitrabatur, ſi prædictam B. *Audoeni* ædem relinqueret à ſe inuiſam. *Porro, Rex Otho* (ait *Gemeticenſis*) *cum Rege Ludouico atque Flandrenſi* Arnulpho, *lento gradu, ſubſecutus, diſpoſitis militum Legionibus, cùm acceßiſſet ad obſidendum vrbem, eamque perſpexiſſet inexpugnabilem, audita morte ſui nepotis, de diſtrahendo* Arnulpho, *Normannis, cum ſuis clam cœpit conſultare intra Eccleſiam* S. Petri, *almique* Audoeni, *quæ in ſuburbio ſita eſt ciuitatis: de Regreſſu quoque in craſtino, pauido inibi diſponit conſilio.* [h] Verùm *Dudo* S. Quintini Decanus, *Gemeticenſi* antiquior, hæc fuſiùs, clariuſque enarrans, *inter cætera, ſubintulit ſequentia.* Tunc *Rex Otho, miſit ad Richardum, vt liceret ei oratu petere* S. Audoenum. *Data verò orandi licentia, Rex cùm Epiſcopis & Ducibus, depoſitis armis, venit ad Monaſterium, quod eſt in ſuburbio ciuitatis, in honore, cultuque* S. Petri, *ſanctique* Audoeni, *dicatum.* Multa verò donaria ibi largitus eſt, ipſe, & ſui: reſidenſque in eo, accerſitis optimatibus, dixit: Quid nobis agendum ſit, decernite, &c. Tandem conſilio inito, Rex de reditu in patriam concluſit in craſtinum. Hoc namque conſilium *Trans Rhenani* collaudantes per omnia; oratione fuſa, in *S. Petri*, ſanctique *Audoeni* Baſilica, repetunt hilares tentoria. [i] III.

Miro etiam Dei præſidio, hæc ſacra ædes protegebatur. Quòd ſi quandoque hunc locum, ſeu, ea, quæ ad ipſum ſpectabant, nonnulli indignè pertractabant, confeſtim meritiſſimas luebant pœnas, & Diuinam celeriùs ſentiebant vindictam: cuius rei exemplum *Robertus Eloquens*, vir illuſtris ac potens, cæteris de ſe præbuit infauſtum. Non multò poſt (*inquit Ordericus*) *idem, dum prædam de terra S.* Audoeni *violenter adduceret, de equo armatus cecidit: galeaque humo fixa, colloque fracto, miſerabiliter obiit.* [k] Præterea, iurgium cum eſſet inter Francos & Anglos, *Caluum-Montem*, caſtrum in *Vvilcaßino* Francico, *Henricus, Rex Anglorum cœpit, ignéque combußit, multos occidit*, &c. *Quo audito Rex Francorum, grauiter tulit; & collectis viribus ſuis, Latos fundos, quos S.* Audoenus *habebat in* Vvilcaſſino, *ſcilicet*, Vadum Nicaſii, *& aliàs combußit*: Andelcium *etiam Burgum optimum, qui erat proprius* B. Mariæ, *& Archiepiſcopi Rothomagenſis: nonnulla etiam, quæ pertinebant ad Eccleſiam* Trinitatis *Rothomagenſis, vaſtauit: ſed non defuit feſtinata vindicta. Eadem namque die, multi de exercitu eius, cùm redirent ad caſtra, ſiti, ſolis feruore, puluere, formidine, deficientes, expirauerunt*, &c. [l] Complures etiam fures, iniqua molientes ac rapientes: cœleſti vltioni mox ſubiacuiſſe, ex induſtria omitto. [m] IV.

Quid autem Reges huic loco contulerint, inſpiciamus. *Henricus* III. Rex Anglorum, Anteceſſorum ſuorum confirmauit omnia Priuilegia, ac bona, huic Abbatiæ conceſſa, Dato diplomate, in hunc modum. V.

e Gemeticenſis ſup. lib. 7. cap. 22.

f Ordericus lib. 5. Eccleſ. Hiſtor. ad ann. 1080. in eo Duce pag. 568.

g Claudius Robertus in Rothomagenſ. Archiepiſcop. & in Abbatiis.

h Gemeticenſis lib. 4. ſup. cap. 11. ad ann. 950. Vvalſingham. ſup.

i Dudo lib. 3. de morib. & Actis Normanor. ſub Richardo I. Duce.

k Ordericus lib. 3. ſup. ad ann. 1066. pag. 496.

l Robertus de Monte, In Appendic. ad Sigebertum ann. 1168.

m Apud Codicem MS. Abbatiæ S. Audoeni Rothomag. Tract. de Miraculis S. Audoeni. cap. 11. 12. 15. fol. 183.

Henricus

Henricus, Ducis Normanorum, & Comitis Andegauiæ filius: Hugoni Archiepiscopo, & Episcopis omnibus, Baronibus suis, & Ministris & Bailliuis & præpositis suis, totius Normaniæ salutem.

SCiatis me reddidisse, & concessisse Abbati S. *Audoeni*, omnes consuetudines suas, in portubus, & in terris, & in omnibus Maneriis, liberè & quietè, sicut Ecclesia S. *Audoeni*, vnquam melius & liberius, tenuit tempore Henrici, Regis Anglorum, Aui mei. Testes, Richardus, Cancellarius: Robertus de *Nouo-Burgo*; Vvillelmus *de Vernono*: Robertus *de Corei*, Vuarinus, filius *Geroldi*: Osbertus *de Calleio*; Engerannus *de Vachiuillis*; Robertus, filius *Hamerij*: Carta data, ann. ab Incarnatione Domini 1147. in Pascha præcedenti. n *Præfatus autem eius Auus, erat Henricus I. Rex Angliæ: qui præcepit omnibus suis iustitiariis, & custodibus totius Angliæ, & Normaniæ: portubus præfectis: vt naues, homines, & omnes res sancti Audoeni Rothomagens. essent omninò quieti, de omni teloneo & consuetudine, vbicumque venerint, &c.* o

n *Paruum Cartular. Abbatiæ eiusd. fol. 16. carta 25.*

o *Ibid. fol. 6. pag. 2. carta 4. & 5.*

VI. Vnde, haud mirandum est, si S. Ludouicus IX. Rex Franc. id cœnobium sic impensè dilexerit, plura Monachis inibi Deo seruientibus conferens suæ beneuolentiæ signa, Regiæque liberalitatis indicia: ex quibus omnibus, vnum, aut alterum proferam Chirographum, quo testatum reliquit huiusce rei monimentum.

Ludouicus, Dei gratia, Francorum Rex: & cat.

N*Otum sit, Quòd nos in Escambrium vsuagij, quod Abbas & Conuentus* S. Audoeni *Rothomagens. habebant in Foresta sua (quæ vocatur,* Syluestons, *&* Haya-*comparata) faciendi carbones ibidem; concessimus eisdem, vt de ipsa Foresta, singulis annis, vsque ad Quadraginta libras, ad currum, vendere possint, liberè & quietè: nec indè nobis Terrenum soluere teneantur. Quod vt firmum, &c. Actum Parisiis, anno Domini 1254. mense Februario.* p

p *Codex MS. magnus, fol. 21. Lutetiæ. Apud D.* Vyon, *Dominum* d'Herouual.

ALTERVM EST.

Ludouicus, Dei gratia, Francorum Rex.

„ NOuerint vniuersi præsentes pariter & futuri: Quòd nos Abbati & Conuen-
„ tui *B. Audoeni*, Rothomagensis, ad Firmam perpetuā concessimus, pro sexa-
„ ginta libris Turonensibus, annuatim nobis, ad Duo Scacaria soluēdis, medietate
„ videlicet, ad Scacarium *Paschæ*, & alia medietate, ad Scacarium *B. Michaelis*; me-
„ dietatem Pasnagii porcorum, iacentium in terra de *Cailly*, duodecim minas Aue-
„ næ, cum palea & stramine; quas percipiebamus, in grangia de *Cailly*: plateam,
„ sitam inter Halam & fossatum de *Cailly*; paruum jardinum: manerium prædicti
„ loci, prout se comportat, infra fossata extrinseca, cum eisdem Fossatis: Fur-
„ num vsuarium quadrigarum in Foresta de *Serueisons*: & duos potos vini debitos,
„ in quolibet aduentu nostro Rothomagensi. Hæc autem omnia, dictis Abbati &
„ Conuentui, sicut dictum est, concessimus, saluo iure in omnibus alieno; & retento
„ nobis spathæ placito, & pertinentibus ad placitum prædictum. Quod vt ra-
„ tum & stabile permaneat in futurum: præsentem paginam sigilli nostri feci-
„ mus impressione muniri. Actum Parisius anno Domini 1258. mense Nouembri. q Idem S. Rex licentiam Monachis ipsis dedit, adducendi fontem ex publica vrbis concha, in Abbatiam: sub datum apud Vicennas, ann. 1266. die Dominica, ante Ramos palmarum. r

q *Ex Archiuo Abbatiæ S. Audoeni Rotomagens.*

r *Ex cartulario magno eiusd. Abbatiæ sub littera C, carta 130.*

VII. Porrò, an. Domini, 1344. *Philippus* VI. dictus, *Valesius*. Francorum Rex, eam-

dem Abbatiam, terras, poſſeſſiones, & cætera eius bona, ſub protectione Regiæ ſuæ Majeſtatis, poſuit: volens, vt præfati Monachi, alta iuſtitia gauderent ac fruerentur: in omnibus feudis, terris, & poſſeſſionibus ſuis. Regiæ; atentes Litteræ exindè confectæ, Gallico idiomate ſunt deſcriptæ: ſub hac verborum ſerie: nihil quippe immutare volui, vt omnibus fierem ſatis.

Philippes, par la Grace de Dieu, Roy de France.

„ SCAVOIR faiſons à tous preſens & à venir; que come l'Abbaye de
„ ſainct *Oüen* de *Roüen*, aſſiſe dehors les murs de la ville de *Roüen*, ſoit fon-
„ dee & doüee de nos predeceſſeurs Roys de France, que Diex abſolue, qui
„ donnerent aux Religieux, Abbé & Conuent d'icelle Abbaye, la Baron-
„ nie de S. *Oüen*, & pluſieurs autres choſes, Rentes, & poſſeſſions, où ilz
„ ont ſimple & baſſe Iuſtice, & en ſont ſaiſis, à cauſe dudit don, & en ce auons
„ & ont eu nos predeceſſeurs toute haulte Iuſtice; & ſur ce nous ayent iceux
„ Religieux faict humblement ſupplier, que come ilz ſoient, deſirans, de
„ demeurer touſiours perpetuellement nos loyaux ſubgiez, & ſubmis en nôtre
„ haulte Iuſtice, & en toutes autres choſes, & de nos ſucceſſeurs, Rois de
„ France: auſſy come ilz ont eſté de nos predeceſſeurs, & Per, & pour nous
„ & noz diz predeceſſeurs, & ſucceſſeurs, nous leur vouſiſſions ottroyer, que
„ eux, & leurs biens, & poſſeſſionz, qu'ilz ont, ſouz noſtre haulte Iuſtice,
„ demouraſſent en noſtre protection & ſauuegarde, en, & ſouz noſtre haulte
„ Iuſtice, ſans aucun moien, ſans ſeparation de la Couronne de France,
„ NOVS enclinans fauorablement à leur ſuplication, leur auons octroyé, &
„ ottroions par ces preſentes Lettres, de certaine ſcience, de grace eſpecial,
„ & d'Autorité Royale: que eulx, leurs biens, & leurs poſſeſſions, ſoient,
„ & demeurent doreſnauant perpetuelement, en, & ſouz noſtre protection
„ & ſauuegarde, & que il tiengnent, & tiendront de Nous, & de nos ſuc-
„ ceſſeurs, Rois de France, ou de noz Filz aiſnez, aprez nous, Roys de
„ France, ſans moien, en touz, noſtre haute Iuſtice, en leurs Fiez, & ar-
„ rierefiez, ainſi, & en la maniere, que eulx, & leurs predeceſſeurs, ont te-
„ nu, & tiennent de nos predeceſſeurs, & de Nous, ſans ce que per quelcon-
„ que don, tranſport, alienation, eſchange, ou permutation, ou par quel-
„ que autre maniere: Nous, ou noz diz ſucceſſeurs, ou aucun de Nous puiſ-
„ ſions à autrui faire tranſport de ladicte haute Iuſtice, & dez deuoirs, que
„ Nous, ou noſtre Aiſné filz, le Duc de Normendie, auoit ſur eulx; mais
„ nous demeurans perpetuelement ladicte haulte Iuſtice, & deuoirs, meuz,
„ & incorporez à la Couronne de France, come propre Domaine, Et par ce
„ preſent ottroy, leſdits Religieux feront chaſcune ſemaine, Nous viuant, ce-
„ lebrer pour Nous, & noſtre tres-chere Compaigne, la Royne, & nos en-
„ fans, vne Meſſe du S. Eſprit; & apres noſtre Decez, chaſcune ſepmaine
„ perpetuellement, vne Meſſe de *Requiem*; Et que ce ſoit ferme & ſtable choſe
„ à touſiours: nous auons fait mettre noſtre nouueau ſeel à ces preſentes, en
„ abſcence du grand: ſauf en autre choſe noſtre Droit, & l'autrui en toutes.
„ Ce fut fait à Lyuri, en Launoy, l'an de grace, mil CCC. quarante & qua-
„ tre, au mois d'Auril. f

f *Es Archiues desd. Abbaie.*

Alexan...

Alexander IV. & Clemens IV. summi Pontifices, gratias, fauores, Priuilegiáque permulta Abbati, Conuentui, & Monachis istius cœnobij, dant, ampliant & confirmant: cum insigniis Pontificalibus deferendis: & Ordinibus minoribus conferendis.

CAPVT VI.

I. NON solùm à principibus & Regibus hæc Abbatia maximo in honore semper est habita, sed à summis etiam Pontificibus, multa cum laude, est diligenter exculta: quippe, quæ à suæ fundationis exordio, sub sanctæ sedis Apostolicæ patrocinio radices fixerit; firmior deindè facta, longè latéque celebris euaserit. Illam priores Romani Pontifices, *Vigilius*, *B. Gregorius I. Magnus*; & S. *Martinus*, suis litteris munierunt atque stabilierunt; posteriores eandem, pluribus priuilegiis cohonestarunt. Ex quibus vnum, aut alterum proferam in medium: prout iam superiùs obseruaui in cartulis Regum.

II. *Alexander* IV. Papa, ann. 1255. concessit Abbati huiusce Monasterij, mitram, & cætera Pontificalis honoris deferre insignia; cuius Priuilegii Diploma Apostolicum extat, sub hac forma.

Alexander, Episcopus, seruus seruorum Dei.

,, DIlectis filiis, Abbati & Conuentui Monasterii S. *Audoeni*, Rothomagensis,
,, Ordinis S. Benedicti, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt pulchra
,, & decora filia Hierusalem fidelibus, & terribilis infidelibus appareat, vt ca-
,, strorum acies ordinata: Ecclesia variis insignitur Titulis dignitatum; per quas,
,, tanquam ornata monilibus, & circumamicta varietate, illustratam virtutum
,, exhibet majestatem; & quod tandem in re habebit, in spe gerere faciat: osten-
,, dens veritatem, indicet per figuram. Quare sedes Apostolica, mater Ecclesia-
,, rum omnium & magistra, Ecclesias .... adolescentulas suas, honorum
,, insignibus libenter adornat, pro merito singularum; sperans vt ornatæ tantò
,, se immaculatas diligentius studeant conseruare, quantò propensiùs tenentur di-
,, ligere decus proprium & decorem. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris
,, supplicationibus inclinati, Tibi fili, Abbati; & successoribus tuis, in perpe-
,, tuum; vtendi Mitra, Annulo, Tunica, Dalmatica, Chirothecis, & Sandaliis:
,, ac benedicendi pallas Altaris, & alia ornamenta Ecclesiastica, sacramenta
,, conferendi, primam tonsuram, & minores Ordines, plenam concedimus, au-
,, thoritate præsentium, facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam
,, nostræ concessionis infringere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis au-
,, tem hoc attentare præsumpserit: indignationem Omnipotentis Dei, & BB.
,, Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Anagniæ 7.
,, calendas Nouembris, Pontificatus nostri anno primo. [a]

III. *Odo Rigaldus*, tunc Rothomagensem regebat Ecclesiam; qui cernens Abbatem S. *Audoeni*, his nouis Pontificalibus vtentem insulis, suspensionis sententiam in eum tulit, nisi mox ab hisce insignibus abstineret. Verùm Abbate ad sedem Apostolicam reclamante, summus Pontifex præfatum Archiepiscopum palinodiam cantare coegit, Abbatique sua priuilegia confirmauit: prout patet ex tenore Breuis Apostolici, quod subditur.

[a] *Ex Archiuo Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens.*

C

Digitized by Google

Alexander, Episcopus, seruus seruorum Dei.

Venerabili fratri, Archiepiscopo Rothomagensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte dilecti filii Abbatis Monasterii S. Audoeni, *Rothomagensis, fuit propositum coram nobis: quod suspensionis sententiam in eum tuleris, ratione vsus Pontificalium ornamentorum: quæquidem nobis admirationi fuit; ob priuilegia sedis Apostolicæ ipsis* Abbatibus *concessa: vtendi scilicet huiusmodi ornamentis. Quapropter eiusdem scripti Apostolici virtute mandamus: vti hanc sententiam reuoces. Datum Anagniæ, idibus Iunii, Pontificatus nostri ann. secundo.* [b]

b Ibid.

Ea propter idem Christi Vicarius, ann. 1257. haud contentus præcedentibus factis: decreuit insuper omnia prædicti cœnobii priuilegia denuò confirmare; quod luculenter conspicitur ex serie infrascriptæ eius Bullæ à se editæ. IV.

Alexander, Episcopus, seruus seruorum Dei.

„ Dilectis filiis, Abbati, & Conuentui Monasterii S. *Audoeni* Rothomagensis, Ordinis S. Benedicti, Salutem & Apostolicam benedictionem. Volentes Monasterii vestri libertates, immunitates, iurisdictiones, honores, & iura illibata omninò seruari, præsentium authoritate vobis concedimus: vt gratiis & Indulgentiis, vobis communiter, vel diuisim, aut eidem Monasterio, ab Apostolica sede concessis: vti liberè, sine contradictione aliqua, valeatis: nonobstantibus aliquibus litteris, si quæ ab eadem sede, in diminutione gratiarum & Indulgentiarum huiusmodi emanarunt: vel si quas in posterum contigerit emanare: non facientes plenam & expressam de præsentibus mentionem, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas contra huiusmodi gratias & Indulgentias, in vos, vel vestrum aliquos, fieri contigerit: decernentes irritas & inanes: ac reuocantes, si quæ forsitan fuerint prolatæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, ac reuocationis infringere: vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum, se nouerit incursurum. Datum Laterani tertio idus Februarii, Pontificatus nostri ann. tertio. [c]

c Ibid.

Clemens IV. Papa, natione Gallus, non minori fauore, eosdem Monachos, est prosecutus; quibus ann. 1265. amplissimam contulit confirmationem omnium priuilegiorum suorum, tam spiritualium, quàm temporalium: cuiusquidem rei extat diploma hoc Pontificium. V.

Clemens, Episcopus, seruus seruorum Dei.

„ Dilectis filiis, Abbati, & Conuentui S. *Audoeni* Rothomagensis, Ordinis S. Benedicti, Salutem & Apostolicam benedictionem. Deuotionis vestræ præcibus benignum impertientes assensum omnes libertates & immunitates, à prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus: Monasterio vestro concessas: necnon libertates & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus & principibus, & aliis Christi fidelibus, rationabiliter vobis indultæ, sicut eas iustè ac pacificè obtinetis, vobis, per nos eidem Monasterio authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei, ausu temerario, contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Perusii secundo idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo. [d]

Porro,

VI. Porrò, idem ſummus Pontifex abuſum tollere cupiens quarumdam perſonarum, quæ nonnullorum prætextu priuilegiorum, à iuriſdictione Ordinariorum ſeſe eximebant, conſtitutionem fecit, qua ſanciuit; iiſdem nonobſtantibus priuilegiis, Diœceſanorum præſulum ſubiacere poteſtati, demptis tamen religioſis: ſicut expreſsè habetur in contextu ſuæ Apoſtolicæ Ordinationis, aun. 1266. quæ talis eſt.

Clemens, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

,, SEdes Apoſtolica interdum, quæ benignè concesſerat, vtilitate ſuadente,
,, conſultiùs reuocat: per hoc, non tam in actibus varia, quàm prouidentiæ
,, ſuæ remedia ſubditorum varietati & neceſſitati coaptans: probat hæc præſentis
,, neceſſitas ſanctionis, quæ illorum compeſcit audaciam, qui ad ſui iuris defen-
,, ſionem, iniurioſa immunitate, per ipſius ſedis indulta muniti: quod ad tuitio-
,, nem eis conceſſum fuerat, in aliorum moleſtias & iniurias conuertentes, ſuis
,, indulgentiis, ac priuilegiis abutuntur. Sicut enim ad nos frequenti querela per-
,, uenit, pro eo, quod, ſedes eadem, perſonis diuerſis, tam Eccleſiaſticis, Religio-
,, ſis, & aliis, quàm etiam Laicis quibuſdam, ſine præfinitione temporis, aliis
,, ad tempus, ſub formis variis, indulſiſſe dicitur: Quòd interdici à quoquam
,, vel excommunicari non poſſint; nec terræ ipſorum Eccleſiaſtico interdicto ſup-
,, poni: perſonæ ipſæ de indultis huiuſmodi confidentes, alios fidentiùs in ſuo
,, iure moleſtant; aſſerentes, quòd nec locorum Ordinarii poſſunt in ipſos ex-
,, communicationis vel interdicti, ferre ſententiam: etiam ipſorum Ordinariorum
,, iuriſdictionem contemnunt, pariter & eludunt: ſicque perſonarum ipſarum ex-
,, ceſſus remanent incorrecti, & neruus diſrumpitur Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

VII. Nos itaque, intendentes in hoc, ſalubre remedium adhibere; omnes indulgen-
,, tias & priuilegia huiuſmodi, qualibuſcumque ſingularibus perſonis Eccleſiaſti-
,, cis, vel ſæcularibus, cuiuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis,
,, aut ſtatus: ſub quacumque verborum forma, conceſſa illis (præterquam *Regi-*
,, *bus* ac *Reginis*, eorum filiis; necnon & Religioſis quibuſdam, non perſonarum
,, tantum, ſed *Ordinum*, vel *locorum priuilegiatorum*, ſi hac ratione immunitas hu-
,, iuſmodi conceditur, duntaxat exceptis) de Fratrum noſtrorum conſilio, ad Or-
,, dinariorum ſententias & proceſſus, edicto perpetuo, prohibemus extendi. Etſi
,, forſan, quoad ſententias & proceſſus huiuſmodi, aliqua conceſſa inueniantur
,, expreſſè, ad inſtar fœlicis Recordationis *Alexandri Papæ*, prædeceſſoris noſtri:
,, ea, in quantum per ipſa Ordinariorum iudicum iuriſdictio tangitur, penitùs
,, reuocamus. Nihilominùs locorum Diœceſanis, & quibuſcumque aliis Ordi-
,, nariis iudicibus, vt in ſuos ſubditos, prout ad eos pertinet indulgentiis & pri-
,, uilegiis ipſis nequaquam obſtantibus, juriſdictionem ſuam, & cenſuram Eccle-
,, ſiaſticam exercere liberè valeant, concedentes. Nulli ergo omninò hominum
,, liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, Reuocationis, & conceſſionis infrin-
,, gere, vel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſe-
,, rit: indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli, Apoſtolorum
,, eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Viterbii, idibus Auguſti, Pontificatus
,, noſtri anno ſecundo. [a] — a Ibidem.

VIII Fit autem inibi mentio, conceſſionis *Alexandri* IV. Papæ (quam & ſuperius nuper retulimus) non quidem illam abrogando, Monachis S. *Audoeni*, Rothomagenſis; ſed ſolum-modò extenſionem illius ad quaſvis perſonas particulares, tam Eccleſiaſticas, quàm ſæculares: videlicet, reuocando omnes alias litteras Apoſtolicas, ad inſtar illius conceſſas præfatis Eccleſiaſticis vel Laicis, perſonis propriis. Mitto complura alia Diplomata Pontificia, chartaſque Regias, quæ ad communem eiuſmodi Abbatiæ ſpectant vtilitatem: quæque dignè ac diligenter aſſeruantur in Archiuo præfati Monaſterij: prout vidi ac legi, fauore & beneuolentia R. Domni Iacobi *Helot* Religioſi Antiqui, ac fabricæ eiuſdem loci præfecti, & Cartophylacis anno 1646. Lubens enim ea recenſere ſigillatim per-

transeo; tum ob tædium prolixitatemque nimiam vitandam; tum, quòd eadem essent semper iteranda ac resumenda.

Series Abbatum, qui huic Archimonasterio Regio, præfuerunt ab instauratione & Reparatione ipsius, sub principibus Normannis Christianis ac piissimis.

CAPVT VII.

QVI, QVOT, & QVALES, extiterint huiusce Archimonasterij Regij, ab exordio suæ fundationis, vsque ad instaurationem ipsius, sub Ducibus Normannis, iam Christianis effectis, mihi, vt verum fatear, incompertum est. Vnius aut alterius tantum lux affulsit: videlicet, tempore Ludouici Pij, & *Caroli Calui*; quorum prior, erat *Hilduinus*, iam aliorum Monasteriorum in Gallia cœnobiarcha; qui sequens Diploma Apostolicum obtinuit, pro præsenti Abbatiæ S. *Audoeni*, cui tunc præerat, à summo Pontifice *Eugenio* II. circa ann. 827. *vel* 828. I.

Eugenius, Episcopus, seruus seruorum Dei, & cæt.

QVoniam dilectißimus filius noster, *SS.* Dionysij, Medardi, *&* Germani, *pro voluntate charißimi nostri*, Ludouici, *Imperator*, &c. *Suggeßit quatenus Ecclesia S.* Petri, *cui præerat in partibus* Neustriæ à Clothario *constructa*: *vbi Sanctißimus Audoenus requiescit in corpore, huiusmodi priuilegium, authoritate nostra firmaremus: vt scilicet, omnes terras, & consuetudines terrarum, à prædecessoribus Regibus*, Clothario, Theodorico; *item* Clothario, Dagoberto, Clodoueo, *item* Theodorico, Carolomagno, *ac filio eius piißimo*, *Imperatore* Ludouico, *isti loco concessas, perpetualiter confirmaremus possidendas*, &c. *Hæc igitur omnia, quæ prædicta sunt, vt quæ ab Antecessoribus nostris concessa sunt*, Raynoardi, *ipsius vrbis Archiepiscopi, consensu, & Imperatoris; tali anathemate confirmamus*, &c. [a] Obiit *Hilduinus*, ann. Christi 842. iuxta *Doubletum.* [b] *Riculfus* alter erit Abbas S. *Audoeni*, Rothomag. (postea Archiepiscopus,) qui huic loco piè multa contulit: & factus Abbas post *Hilduinum*, impensè de eo curam egit: atque vtilitatem promouit: cuius Bulla extat, sic incipiens: Ego Riculphus, &c. [c]

At pace Ecclesiis Neustriacæ Prouinciæ reddita, cùm principes Normanni, Christianæ Religionis iugum suaue vltrò amplexi essent; pietati animum dedissent, & ad reparanda Monachorum ædificia per Neustriam vbique diruta, dextras porrexissent; hoc illustre cœnobium vel in primis, vt sartum tectumque redderetur curarunt: bonis temporalibus locupletarunt, religiosisque Monachorum cœtibus insignierunt. [d] iuxta priora à nobis superius effata. Tunc huiusmodi cœnobiarchæ nos minimè latuerunt; inter quos primus nobis occurrit. II.

a *Ex Regesto Archiepiscopali Rothomagens.*
b *Doubletus lib. 1. Histor. Abbatiæ S. Dionysii in Franc. cap. 19.*
c *Vide tom. 1. Neustria Christiana, cap. 59. §. 8. & seq.*
d *Cap. 4. & 5.*

1. B. Hildebertus.

ILlius meminit Auctor Anonymus, miracula referens S. *Audoeni*, apud eam Abbatiæ Ecclesiā; vbi de quodā infirmo ex Apulia in Galliā, & vsque Rothomag. properante, vt sanitatem cœlitùs, ad ipsius sepulchrum, impetraret. *Hic* (inquit) multitudo *Monachorum sub venerabili patre* Hildeberto, *arduam regularis militiam vitæ agebat*, [e] De eo mentio habetur in Translatione, seu Eleuatione corporis S. *Audoeni*; cui ipse interfuit, tempore *Richardi* I. Ducis Norman. [f] & *Hugonis*, Archiepis- III.

e *Codex MS. Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. Tract. de Miraculis ipsius fol. 191.*
f *Vide* Neustriam

Archiepiſcopi Rothomagenſis, circa ann. Chriſti 980. (Alii ann. 989.) quo tempore ipſe Dux multa largitus eſt huic Abbatiæ, & inter alia. *Terram de Ro*ᶻ: g Confirmauit etiam omnia, quæ ſummi Pontifices, ac Duces Anteceſſores, priuilegia & bona dederant. h Hic ille eſt *Hildebertus*, qui tempore Richardi I. & II. Ducum Norman. ſingularem dedit operam, ab anno Chriſti 970. ; vt præfatum Monaſterium priſtinæ reſtitueretur facturæ, optimiſque repleretur Monachis, quibus per annos 46. ſanctè ac religioſe præfuit Abbas, vſque ad ann. 1006. quo in cœlum migrauit: iuxta vetus chronicon MS. *Anno Domini 1006. obiit Hildebertus Abbas, qui reſtaurauit Monaſterium S. Audoeni.* Cui alia omnia adſtipulantur monimenta: k De quo apud *Neuſtriam ſanctam*, die 4. Ianuarii. Mox autem vt Richardus II. mortuo patre, principatum obtinuit, ann. 996. dono dedit huic cœnobio Decimas molendinum propè Rothomagum: vti conſtat, ex carta eius ſecunda.

Sanctam ad 20. *Martij*
g *Ibid.* & *Cartular. eiuſdem Abbatiæ, carta 3*
h *Ibid. carta 7.*
i *Nicolaus Gillius, in Annal. Franc. ſub Lothario Rege, ad ann. 976*
k *Robertus de Monte ann. 1006. Chronicon. MS Rothomagenſe, Giſferni, & S. Audoeni, pag. 249 & 257 Codex MS. Abbatiæ S. Audoeni. fol. 212 & ſeq. Antiquitates MSS. Norman. pag. 257.*

2. *Henricus.*

IV. SVcceſſit *Hildeberto*, florebatque ad ann. 1011. vt patet ex carta Donationis terræ d'*Aubeuſs*, factæ per *Radulfum* Comitem. l Sub ipſo Abbate corpora SS. *Nicaſii*, & *Scuniculi*, cum Reliquiis S. *Quirini*, martyrum, è loco, qui *Vvambaſium*, dicitur, in Lotharingia, ad Baſilicam S. *Audoeni* Rothomagenſis, ſunt relata ann. 1032. teſte huiuſce Tranſlationis Hiſtoria: *Hac tempeſtate* (inquit) *venerabilis Abbas, nomine Henricus B.* Audoeni *cœnobio Rothomagenſi præerat: ſub quo, non minima Monachorum turba vero Regi Chriſto regulariter militabat.* m cuiuſquidem Tranſlationis memoria Rothomagi, in Parochiali S. *Nicaſii* Eccleſia, etiamnum 12 Decembris celebratur. In præfato loco, corpus S. *Audoeni*, ſimul cum corporibus SS. *Nicaſi*j & ſociorum requieuerat; vndè iam aſportatum fuerat, (vti ſuperius notauimus) & relatum in Neuſtriam: non propterea tamen illic excidit S. præſulis *Audoeni* memoria. *In Orientali Francia* (ait vetus Codex MS.) *quæ Lotharingia nuncupatur, eſt Fiſcus, quem B.* Audoenus, *adhuc in hac luce poſitus, loco contulit. Vbi Deo diſponente, requieſcit, cæſpite pratioſus, pratis, & paſcuis pecorum opulentus, omninò etiam fonte irriguus, & eiuſdem S. Præſulis nomine inſignitus. Hanc quidam eiuſdem loci primatum, obliquo liuoris zelo ſuccenſus, tyrannico more, ſibi vendicabat: & eiuſdem terræ accolis violentiam ingerebat. Tunc Monachus, qui venerandi Abbatis iuſſu, eidem loco præerat*, &c. n Cætera omitto. Hunc tamen *Cœnalis* omiſit. o

l *Ex Archiuis Abbatiæ S. Audoeni Rothomag. carta 19. parui cartularij Regum.*

m *Codex MS. eiuſd. Abbat. fol. 34. Vide ad 12. Decemb. in* Neuſtria Sancta.

n *Idem Codex MS. fol. 118. De Tranſlatione S. Audoeni & Miracul. eius.*
o *Cœnalis tom. 1. Topographia MS. Hierarchiæ Eccleſ. Neuſtriæ, in ea Abbatia.*

3. *Herfaſtus.*

V. HIC in Regimine Abbatiæ ſecutus eſt: ſolo nomine mihi cognitus: quo decedente, ann. 1040. ſuffectus eſt in eius locum circa ann. 1042. p

p *Gemeticenſis lib. 6. de Geſtis Normannor. cap. 2.*

4. *B. Nicolaus.*

VI. QVartus itaque Abbas extitit, vir genere nobiliſſimus, necnon & virtutibus Illuſtriſſimus: *Richardus* namque ſecundus, Normaniæ Dux, moriens ann. 1026. duos poſt ſe reliquit filios, *Richardum* ſcilicet tertium, & *Robertum*: prior ſucceſſit patri in Ducatum Normaniæ: ſed paruo tempore, veneno quippe necatus, diem clauſit extremum ann. 1028. quo ſublato, frater eius *Robertus*, Ducatu tunc potitus eſt, licet alius hæres proximior adeſſet; nempe *Nicolaus* hic, adhuc puerulus, filius præfati *Richardi III.* quem *Robertus* ipſe, eius patruus, retrudit in Monaſterium *Fiſcanenſe*: vbi compellente patruo, puer coactus eſt Monachatum profiteri; & exindè ad cœnobium S. *Audoeni* tranſlatus, tandem à *Guillelmo* Duce, illic in Abbatem aſſumptus eſt, circa ann. 1042. Hæc autem omnia clariora euadent ex verbis Gemeticenſis, ſic de eo ſcribentis. *Paruulus Richardo filius Nicolaus extitit: qui terrenæ hereditatis ſorte, vt ipſe Deus hic, & in æuum ſua pars eſſet,*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

carnit. *Nam ab inſantia litteris traditus, & in cœnobio S.* Audoeni, *in ſuburbio Rothomagenſi nutritus, Monachile iugum diutiſſimè portauit. Defuncto autem Abbate*, Hertalio, *in regimine præfati Monaſterii ſucceſſit: quod ferè quinquaginta annis, tempore Vuillelmi, Ducis Normaniæ, & magni Regis Angliæ, tenuit; denique anno* 1092. *ab Incarnatione Domini, menſe Februario obiit: tempore Roberti II. Ducis, & Vuillelmi Rotomagenſ. Archiepiſcopi.* [q] Nicolaus (*inquit* Ordericus) Richardi III. Ducis *Normanorum filius, à puero* Fiſcannenſis *Monachus, cœnobium S.* Petri, *Principis Apoſtolorum, in ſuburbio* Rothomagenſi, *ferè ſexaginta annis rexit: miræque magnitudinis & elegantiæ Baſilicam cœpit, in qua corpus S.* Audoeni, *eiuſdem vrbis Archiepiſcopi; cum multis aliis ſanctorum Reliquiis; requieſcit.* [r] Iterumque alio in loco ſubdit: *Nicolaus*, Leuita, & Abbas S. „Præſulis *Audoeni*, tertii *Richardi*, Ducis Normanorum filius fuit; multáque be„nignitate, & charitate, aliiſque virtutibus floruit; & in Eccleſia Dei, vſque ad „quartum annum, poſt mortem *Guillelmi* Regis, conſobrini ſui, ſpecialiter effulſit. „Hic compellente *Roberto* Duce, patruo ſuo, puer Monachus in cœnobio *Fiſcan*„*nenſi* ſub *Ioanne*, Abbate, factus eſt: ſed poſt aliquot annos, à *Guillelmo* Duce, ad „præfatæ regimen Abbatiæ, in adoleſcentia aſſumptus eſt. In Regimine verò po„ſitus, ſubiectis intùs, externiſque magis prodeſſe, quàm præeſſe ſtuduit. Et poſt„quam adorato in *Hieruſalem* ſepulchro Domini remeauit, quinquageſimo ſexto „regiminis ſui anno, quarto calendas Martij obiit; & in Eccleſia S. *Petri* Apoſtoli, „quam ipſe à fundamentis cœperat, ante Altare ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* ſe„pultus, eſſe melius in Reſurrectione expectat. Super ipſum ſtructura de li„gnis pulchrè depictis, condita niteſcit: cuius in culmine, *Mauritius* cœnobita „huiuſmodi Epitaphium litteris aureis eleganter inſeruit.

Hic amor & pietas, Monachorum flos & honeſtas,
Deponens artus, Domino viuit Nicolaus;
Rexit amore Gregem, quam cernis condidit ædem,
Hæc lux occubuit, dùm piſces Phœbus adurit. [ſ]

q *Gemetlenſis ſup. Item. Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertum ann. 1026. & Tract. de Abbatibus & Abbatiis. cap. 10. Chronica Chronicor. part. 2. ſub Richardo, III. Duce.*

r *Ordericus lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. ad ann. 1072. pag. 530. Menardus lib. 2. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedict. die 16 Octob. Chronica MS. Abbat. S. Audoeni Rotomagenſ. Extat in Codice MS Antiquitates Norman. fol. 249 Apud D Ioannem Bigot Rothomag. Senatorem.*

ſ *Ordericus lib. 8. ad ann. 1094. pag. 710.*

Quædam ſub obſcura in præfatis geſtis Nicolai Abbatis dilucidantur: alia verò diluuntur obiecta: cæteraque eius præclara facinora panduntur.

CAPVT VIII.

I. SVperiùs à nobis relata, fideliter fuerunt expoſita: circa quæ tamen nonnulla veniunt obſeruanda, ac dilucidanda, quæ non omnibus forſitan, eſſent acceptanda. Primùm, Quod *Robertus*, prædicti *Nicolai* Abbatis patruus, qui eum coegit fieri Monachum, apud *Fiſcannenſe* cœnobium, principatum cœpit anno Chriſti, 1028. quem tenuit vſque ad ann. 1035. quo obiit: cui ſucceſſit *Guillelmus* II. filius eius, *Nothus*, Dux Normaniæ, poſtea verò Rex Angliæ, ann. 1066. Sub eo *Nicolaus*, tranſactis Fiſcanni pueritiæ & iuuentutis annis, adoleſcens factus, *Rothomagum* tranſlatus eſt: & in Monaſterio S. *Audoeni* commoratus, mox ab ipſo Guillelmo II. Duce, in Abbatem illius loci, aſſumptus eſt, circa ann. 1042. poſt obitum *Herſaſti*, cœnobiarchæ prædeceſſoris. Ex quibus liquidò patet quantum hallucinatur Antonius *d'Teppes*, dùm vocat hunc *Nicolaum* Richardi IV. illegitimum filium: itemque Nicolaus *Gillius*, volens ipſum *Nicolaum*, iam Abbatem extitiſſe, tempore obitus patris ſui, *Richardi* III. Ducis: ac denique præfata chronica S. *Audoeni* MS. ipſum referens *Nicolaum* Abbatem fuiſſe ad ann. 1034. [a] ſed dicendum ann. 1043. ex litteris inuerſis.

a *d'Teppes tom. 2. Chronic. S Benedicti Centuria 2. ad ann. Chriſti 619. cap 2. Nicolaus Gillius ſup. in Roberto Rege Franc. ad an 1028. Chronica. MS. ſancti Audoeni ſup.*

II. Nicolao igitur Monaſterium gubernante, *Guillelmus*, Archienſis comes, eiuſque

que frater *Malgerius*, Archiepiſcopus Rothomagenſis, villam, quæ dicitur *Periers*, ad *Andelam* amnem ſitam, cum Appenditiis ſuis ex conſenſu matris illorum *Papiæ*, Annuente *Guillelmo* Normannorum Duce I. S. *Petro*, ſanctoque *Audoeno*, & Monachis inibi Deo ſeruientibus, perenniter tradiderunt: quæ donatio ab eodem *Malgerio* confirmata eſt; adiectis ad Diplomatis calcem, grauiſſimis contra inuaſores imprecationibus: ac ſubſcriptionibus variis, tum Actiſtitum, tum procerum; ex carta conſcripta, ann. 1050. [b]

III. *Guillelmus* II. *Nothus*, Dux prædictus, ann. 1060. confirmauit donationem, quam pater eius *Robertus Dux*, fecerat eidem Abbatiæ S. *Audoeni*, de ſylua viride. *La verte foreſt*, *Syluoiſins*, antequam in Terram ſanctam pergeret: pro qua, poſtea, multa ſunt oborta litigia, ſub *Ioanne* Rege Francor. [c] Idem Dux *Guillelmus*, Mercatum liberum, ac nundinas exemptas dedit agendas ante maiorem portam Abbatialem cœnobii, cum omni priuilegio, & iure conſuetudinario, ſuper omnes res pretio comparatas: [d] Quomodò autem, anno 1073. & 1074. Abbatia S. *Victoris* apud *Caletes*, fuit erecta, annuente ipſo Nicolao S. *Audoeni* Abbate, à quo dependebat, ex donatione fundationis eius, ann. 1048. ſuo loco aperiendum erit. [e] Eius opera, & inſtantia caput S. *Romani* Rothomagenſis Archiepiſcopi, cum aliis, Sanctorum Reliquii, allatum fuit Rothomagum, an. 1090. die 28. April. [f]

IV. Præterea, memoratur ipſe *Nicolaus* Abbas, ad ann. 1074. in libro nigro Eccleſiæ *Bajocenſis*, fol. 1. carta 3. ſed & anno 1080. interfuit Concilio Prouinciali apud *Iuliam-bonam*, ſub *Guillelmo*, Rothomagenſi Archiepiſcopo, [g] Vide magnum cartularium Abbatiæ S. *Audoeni* ſub littera E. carta 330. ſimiliter adfuit exequiis *Guillelmi Nothi*, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis, apud ædem Abbatialem S. Stephani *Cadomenſis* ſepulti, ann. 1087. [h]

V. Huius Regis tempore, cœperat ipſe Nicolaus Abbas ſui Monaſterii Baſilicam miræ magnitudinis & elegantiæ conſtruere. [i] Teſte eiuſdem loci perveruſto Codice, MS. iis verbis. *Tempore Guillelmi, inclyti Regis, cuius ſuperius mentionem fecimus, ſupra titulatus Abbas, cœnobij D. Audoeni, Nicolaus, Diuino fretus ſolamine, laudabili cultu & opere, Eccleſiam cœpit conſtruere, tanti patris condignam honore. Ob cuius ſumptus ædificationis, aliquos cum ſacrarum capſula Reliquiarum, tranſmare ſtuduit deſtinare; qui hæc fidelium deuotioni ſuggererent, quatenus ſpontanea voluntate, aliqua ad Templi fabricam munera offerrent*, &c. [k] Denique ipſius Regis *Guillelmi*, ac *Nicolai* Abbatis meminit, vbi de Tranſlatione ac repoſitione corporis S. *Audoeni*, ann. 1060, vel circiter. Die vltima Decembr. [l]

VI. Curauit etiam complures vitas ſanctorum, eorum maximè, quorum ſacræ aſſeruabantur exuuiæ in prædicta ſui cœnobii Eccleſia, fore edendas in lucem: quas ſummo ſtudio exoptabat à ſuis Monachis cuſtodiri, neve perirent, tutari. Inter quas *Theodoricus*, Monachus, eam, quæ eſt S. *Audoeni*: quamque carmine heroico cecinit, pio animi affectu, ei dicauit, eo vſus exordio. [m]

Patri ſincero, tranquilla pace ſereno,
Patri præclaro, virtutum flore beato.
Abbati ſancto THEODERICVS NICOLAO,
Commiſſi curam gregis, vt dat virga figuram,
Qua trahis imbelles, procul expellendo rebelles.
En quæ mandaſti: vel quæ ſcribenda rogaſti;
De ſancta ſancti vita, meritiſque Beati
Præſulis AVDOENI, *proprio pro poſſe peregi.*
Nam priùs inſulſam volui referre repulſam,
Atque licet dignam noſtro de carmine rugam,
Quam trahit inuidia de nare notatâ recurua:
Quam tua, vel fratrum non irem iuſſa peractum.

b *Ex cartulario Abbatiæ S. Audoeni Rothomagenſ.*

c *Ibid. Vide infrà cap. 13. in fin.*

d *In cartulario confirmation. Reg.* carta 4.

e *Vide infra in Abbatia S. Victor. Caletenſ. ad ann.* 1048.

f *Apud* Neuſtriam ſanctam 28. *April.*

g *Vide Neuſtriam Chriſtianam in Archiepiſcop. Rothomag. cap.* 76.

h *Ibid. cap.* 77.

i *Ordericus lib.* 4. *ſup.*

k *Codex vetus MS. Abbatiæ S. Audoeni. fol.* 221.

l *Vide* Neuſtriam Sanctam 31. *Decemb. ex eod. Codice. fol.* 209.

m *Idem Codex MS. fol.* 230. *in prologo vitæ S. Audoeni Archiepiſcopi Rothomagenſ.*

Vndè tuum in commune bonum summißiùs oro,
Vt quæ transcripsi, vel sub breuitate notaui,
Cùm maiora, mea non ausit adire camœna:
Te defendente, teneantur: Teque iubente,
Auctorizentur, seruentur, & attitulentur.
Sit mea laus, merces, quam scripsi vita superstes;
Sit profecisse, tua iussa Pater subiisse:
Vt te syderei capiat sedes paradisi.
Insuper oro tuam præ cunctis nobilitatem:
Vt quæ damnari possunt, vel iure notari,
Emendenda priùs decernas, quàm legat vllus.
Nam vix tantillum valui componere scriptum,
Pluribus intentus, quæ mundi concitat Actus;
Quare per propriè non seruans singula quæque,
Sublatis propriis sum verbis vsus ineptis.
Sed tamen hic patriam merentur adire supernam,
Atque videre Deum, sibi consociatus in æuum:
Qui leget & vitam scriptori poscet auitam:
In qua cùm superis laudas, pater inclyte, sanctis,
Audoene, Deum, mare, terras, Astra regentem.

Vndè piis annuens votis Nicolaus Abbas: hæc imprecationis verba reliquit, in præsentem MS. Codicem furantes, vel dilacerantes.

EGO Nicolaus *Abbas, omnisque congregatio mihi credita: æternaliter excommunicamus, & Anathematizamus, quemcumque hunc librum ab hoc Monasterio S.* Petri *Apostoli, sanctique* Audoeni, *Archiepiscopi, quolibet modo abstraxerit, siue dono, siue furto, vel latrocinio: Et qui has litteras deleuerit, vel folium inciderit, æternæ subiaceat maledictioni.* Amen. *Fiat.* [n]

Demùm fœliciter migrauit ad Dominum ann. 1092. Regiminis sui, anno ferè quinquagesimo: [o] sepultusque est in Ecclesia sua ante Altare S. *Mariæ* Virg. Deiparæ; [p] Quod chronicon. MS. eiusdem loci sic explicat, dicens: *Ipsum* sepulturam nactum esse in medio choro, ante maius Altare; sed postea translatum fuisse ad nouam ædem, positúmque, nobili Tumulo, in capella B. Virginis, eiusdem Dei genitricis, ad Læuam, ann. 1319. die Iouis, in festo S. *Vrbani*; in cuius teretro, reperta fuit lamina plumbea, cui insculpta erat hæc scriptura. *Hic iacet Nicolaus Abbas huius cœnobij, filius Richardi, Comitis Normannorum Iunioris, & fratris Roberti, Comitis: qui rediens è Hierosolymis, apud Nicæam vrbem mortuus est & sepultus. Hic autem Nicolaus cœnobium istud 50. annis rexit; pater Monachorum eximius. Obiit autem anno Incarnationis Dominicæ* 1092. *quarto calendas Martij.* [q] VII.

Alterum enucleandum spectat ad tempus, quo huic Abbatiæ præfuit, & in Domino obdormiuit. Contendit *Ordericus*, Monasterium istud rexisse, annis ferè sexaginta: [r] obiisséque anno Quinquagesimo sexto regiminis sui anno. Scilicet Christi ann. 1094. [f] Sed quis non videat vel hic errorem irrepsisse, vel *Ordericum* hallucinatum esse? Nam si ita esset: sequeretur *Nicolaum* assumptum fuisse in Abbatem, ann. Christi 1038. quod repugnat omninò Chronologicæ rationi, & Historicæ veritati: quibus edocemur; *Nicolaum* haud præfuisse huiusmodi asceterio, nisi mortuo *Herfasto*, qui excessit è vita anno 1040. vti superius notauimus. Sanè, si in VIII

n *Apud præfatum Codic. MS. fol. 23. pag. 2. in fine vitæ SS. Nicasii & socior. Martyr.*
o *Gemeticensis sup.*
p *Ordericus sup. lib. 8. ad ann. 1094.*
q *Chronica MS. S. Audoeni pag. 250. sup. Item: Alia Chronica Antiquior einsd. MS. Abbatiæ pag. 2. & 9.*
r *Ordericus sup. lib. 4. an. 1072.*
f *Idem lib. 8. sup.*

ſi in eâ præfectura floruit vſque ad quartum annum ſub obitu præfati Regis *Guillelmi Nothi*; ipſomet *Orderico* teſte, [t] qui debitum mortis ſoluit ann. 1087. iuxta omnium ſententiam: minimè annum Chriſti 1094. quibit attingere: ergo rectius dicendum erit *Nicolaum* Abbatem factum circa ann. 1042. præfuiſſe, annis ferè Quinquaginta, deceſſiſſe verò anno 1092. [u] die 26. Februarii. [x]

t Ibid.

u Gemeticenſ. Chroni:a MS. ſancti Audoeni & alii ſup.

x Vide Neuſtriam ſanctam 26. Febr.

IX. Ad vltimum: velim, conſiderez, mi Lector, illos patenter errare, qui *Fridegodo*, ſcriptori, & Monacho Anglo: aſſignant vitam S. *Audoeni*, Rothomagenſis Archiepiſcopi, proſa & carmine compoſitam; cùm conſtet eam, quam compoſuit *Fredegodus*, vitam fuiſſe *Audoeni*, Monachi Angli: (vti iam ſuperius monuimus. [y]) noſter autem S. *Audoenus*: Gallus extitit natione; non Monachus: ſed Rothomagenſis Archiepiſcopus: cuius vitam verſibus & ſoluta oratione edidit in lucem. *Theodoricus*, Monachus: cuius prologi partem nuper retulimus: Vtramque ſuo tempore, [z] daturi, vt publici ſit iuris: quam propria manu excerpſimus ex MS. ipſo Autographo, diligenter aſſeruato Rothomagi apud eamdem S. Audoeni Abbatiam, fauore ac beneficio D. Iacobi *Helot*, Monachi meritiſſimi, ac fabricæ eiuſdem loci præfecti, & Cartophylacis.

y ſup. cap. 4. §. 9. & 10.

z In Neuſtria Sancta, 24. Aug.

Alij recenſentur Archimandritæ huiuſce inclytæ Abbatiæ vſque ad Regnum Ludouici 7. Iunioris, Regis Franciæ.

CAPVT IX.

5. Helgotus.

I. POſt *Nicolaum*, anno 1092. ſæculo defunctum. *Helgotus* locum quintum obtinuit inter Abbates huiuſce Illuſtriſſimi cœnobij, Robertus à *Monte*, hunc connumerat quartum Abbatem, ex eo, quòd *Henricum* omiſerit. [a] Sub eo, Exemptio Eccleſiæ, ſeu Prioratus *de Ros*, ab Abbatia S. *Audoeni* dependentis, impugnata fuit per *Odonem*, Bajocenſem Epiſcopum, in cuius Diœceſi extabat; vnde partibus auditis, & ſimul conuenientibus, ex mutuo aſſenſu, dictum fuit, ipſam remanendam eſſe in eius bona poſſeſſione, per Bullam *Ioannis* Papæ, tunc Romæ ſedentis. [b]

a Robertus à Monte cap. 10. Tractat. de Abbatiis.

Ad eum S. Anſelmus, Cantuarienſis Archiepiſcopus ſcripſit Epiſtolam, circa

II. ann. 1107. quæ ſubſequitur.

b Ex Codice MS. Abbatiæ S. Audoeni cartæ 45.

Anſelmus, ſeruus Eccleſiæ Cantuarienſis, verè dilecto, Dilectori ſuò, venerando Abbati cœnobii S. Audoeni Helgoto; quicquid melius amico deſiderari poteſt.

„ VErus amicus ſemper ſollicitus eſt de verò Amico, ſicut de ſe Altero: vt ſciat, „ quæ erga illum ſunt, quatenùs, aut congaudeat, aut compatiatur, ſecun„ dum quod ſunt. Et cùm nullus amet dolorem, miro tamen modo, ſi eſt, vn„ dè condolendum ſit, magis tamen deſiderat hoc ſcire, vt condoleat, quàm „ ignorare, vt nihil doleat. Deſiderat dilecta, & dulcis mihi veſtra dile„ ctio, ſcire ſtatum meum, & quicquid mei ſit: vt quemadmodum cor meum „ ſeſe in me habet, ita & cor veſtrum, pro me ſeſe habeat. Gratia Dei diſponente, „ & veſtris, & aliorum ſeruorum Dei, amicorum noſtrorum orationibus ſuffra„ gantibus, in Angliam nuper reuerſus ſum: cum magno gaudio & honore, „ quantum in hominibus fuit, ſuſceptus ſum à maioribus & minoribus, à Prælatis „ & ſubditis. Quod audiſtis, quia Dominus meus Rex mihi commendauit Re„ gnum ſuum, & omnia ſua: vt voluntas mea in omnibus, quæ ſua ſunt, fieret; „ verum eſt: in quo benignitatem voluntatis ſuæ, & magnam dilectionem ſuam

,, erga me monſtrauit ; ſed quoniam ſcriptum eſt : *Omnia mihi licent : ſed non* ,, *omnia* expediunt : Et alibi : *Omnia mihi licent : ſed non omnia ædificant* : Non ,, puto mihi eſſe conſilium , vt aliquid magnum adhuc , per me tenta- ,, re incipiam : ſed cùm Deus ſua gratia Regem nobis cum ea bona volunta- ,, te , quam intelligo reduxerit : ſpero , quia Deus ſua gratia , per illum in nobis ,, operabitur multa ad honorem ſuum, vnde gaudeamus : ſecundum quod varieta- ,, tes huius ſæculi permittunt. Omnia mihi, & in corpore , & in aliis rebus , Deo ,, dante , proſpera ſunt : præter corporis imbecillitatem ; quam quotidie mihi ,, creſcere ſentio. Omnes illæ benedictiones , quæ mihi oratis , in litteris ve- ,, ſtris veniant etiam ſuper caput veſtrum ; ſaluto fratres noſtros , dilectiſſimos ,, filios veſtros ; vt memores mei ſint , oro. c III.

Helgoti Abbatis meminerunt alij : d maximè verò , anno 1096. ſubſcripſit, Chartæ *Roberti* , Principis noſtri , Ducis Normaniæ, qua, is perpetuo iure conceſ- ſit Eccleſiæ S. *Mariæ* Rothomagenſi *Metropolitanæ* , atque *Vuillelmo*, filio Ogeri, Canonico, quicquid *Osbertus* Presbyter, vel filij eius, tenuerant de patre dicti *Roberti*, & de ſe, in *Neoſta* , e Porro anno 1106. vel circiter ; nonnihil dè capillis B. Mariæ Virginis Deiparæ , tributum eſt ipſi Abbatiæ S. *Audoeni* ; qui quidem ex *Hieruſalem* allati fuerant. f IV.

c *Anſelmus lib. 3. epiſtol. 129. Picardus ibid. in notis.*
d *Carnalis tom. 5. Hierarchiæ Eccleſ. Neuſtriæ MS. in hac Abbatia. Menardus lib. 2. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedict. 16. Octob.*
e *Cartulario loci eiuſdem.*
f *Ex Archiuo eiuſd. Abbat.*

Præ cæteris autem *Ordericus* de *Helgoto* Abbate, hæc clarius annotauit. *Helgotus*, ,, *Cadomenſis* prior , eruditione , & virtutum exercitio pollens , venerabili Nicolao ,, ſubrogatus eſt : & gubernaculo Abbatiæ S. *Audoeni*, viginti ferè annis potitus ,, eſt : cuius tempore, Conuentus eiuſdem Eccleſiæ, numero & religione , laudabi- ,, liter auctus eſt. Tunc *Giſlebertus* , quidam Laicus , de *Hieruſalem* Rothomagum ,, venit ; & à præfato patre ad Monachatum ſuſceptus, Eccleſiæ ſuæ digniter pro- ,, fecit. Opus Baſilicæ , quod iam dudum admiranda magnitudine, intermiſſum ,, fuerat, aſſumpſit : ibique pecuniam *Alberadæ Greſſæ* , Dominæ ſuæ , quæ in via ,, Dei moriens , theſaurum ei ſuum commendauerat , largiter diſtraxit ; & indè, ,, aliorum quoque fidelium ſubſidiis , inſigne opus perficere ſategit. *Helgoto* autem ,, Abbate, duodecimo calendas Decembris defuncto, ante Altare S. Stephani Pro- ,, thomartyris , ſepelitur ; quod in veſtibulo , in Aquilonari plaga eſt. g

g *Ordericus lib. 8. ad ann. 1094. & Carnalis ſup.*
h *Robertus de Monte. cap. 10. in 5. Abbat.*

6. *Guillelmus Balotenſis.* h

SVcceſſit in regimine Abbatiæ anno 1112. cui & præfuit annis circiter 14. pro vt V. idem *Ordericus* teſtatur, in hunc modum. *Guillelmus Balotenſis , eiuſdem Eccleſiæ, à pueritia Monachus , in Ordine regiminis , per annos ferè* 14. *ſubſecutus eſt : Ipſius quidem tempore , Baſilica ingens olim à* Nicolao *cœpta , vix in annis ſexaginta conſummata eſt : & à* Goisfredo , *Archiepiſcopo, cum aliis pluribus Prælatis & ſubditis* 16. *calend. Nouembris, dedicata eſt.* i De qua quidem Eccleſiæ Dedicatione , ſic ſcribit, ad ann. 1126. *Menſe Octobri , Baſilica S. Petri Apoſtoli , in ſuburbio Rothomagi dedicata eſt : vbi corpus S. Audoeni, Archiepiſcopi & Confeſſoris, honeſtè conditum eſt.* k Igitur hæc Dedicatio à præfato Metropolitano peracta eſt , die 16. Octobris , anno Chriſti 1126. quo, paulò poſt, eodem anno, hominem exuit idem *Guillelmus* Abbas. l VI.

Eius tempore celebris habebatur, quidam *Ioannes*, eiuſdem cœnobij Monachus, qui interfuit Concilio generali *Nationali* Rhemenſi, anno 1119. ſub Calixto II. Papa ; iuxta Ordericum , hæc de ipſo proferentem. *Denique , Decretalia Synodi Remenſis capitula, propalari imperauit : Ioannes Cremenſis ex conſultu Romani Senatus dictauit ; Ioannes Rothomagenſis , S.* Audoeni *Monachus , in charta notauit : & Chryſogonus S. R. E. Diaconus , diſtinctè & apertè recitauit.* l

i *Ordericus & carnalis ſup.*
k *Idem Ordericus ſup. lib. 12. Vide in Archiepiſc. Rothomag. cap. 84. Antiquitates MSS. Norman. pag. 154.*
l *Ordericus lib. 12. ad ann. 1119. pag. 863.*

7. *Ragenfredus , ceu , Reinfridus.*

GVillelmo Abbate, in cœlum abeunte. *Ragenfredus* (ait Ordericus) *eiuſdem* VII. *Monachus Eccleſiæ regimen ſuſcepit : cuius tempore , clauſtrum cum aliis Monachorum Officinis, conſummatum ſpecialiter emicuit. Tunc Fulbertus , Archidiaconus , Decanus Rothomagenſis ægrotauit , & Monachile ſchema deuotus ſuſcepit. Defunctus autem , in clauſtro* S. Audoeni,

S. Audoeni, ante capitulum tumulatus est, & albo lapide decenter coopertus est. Titulus verò, qualis fuerit, illic ita insculptus ostendit.

Gloria Metropolis, cleri decus & Diadema,
Morte tua, Fulberte, ruit: ruit illa profunda
Fontis inexhausti sapientia, lingua diserta.
Metropolitanus fuit Archidiaconus iste;
Canonicus primùm, postremò Cœnobialis.
Quarta dies erat, ante diem, qui claruit orbi
Virgine de Sacra, Christus; cùm tanta columna
Decidit Ecclesiæ, nulli pietate secundus. [m]

m *Idem lib. 8. ad ann. 1094. pag. 710. Cænalis sup. Robertum à Monte sup. in 6. Abbate.*

VIII. MEmoratur hic *Ragenfredus* Abbas, simul cum aliis Neustriæ Cœnobiarchis, quos *Henricus*, Angliæ Rex, frater *Roberti*, Ducis Normaniæ, conuocare fecit apud Rothomagum, coram *Matheo*, Cluniacensi Monacho Albanensi Episcopo, S. R. E. Legato, pro vtilitatibus Ecclesiasticis pertractandis, anno Christi 1128. mense Octobri ac Nouembri. [n] Cuius tempore incendium accidit totius ferè eiusdem vrbis; quale infortunium ipsamet Abbatia, tunc etiam perpessa est: prout discimus ex eodem Auctore, ad ann. 1136. *Tertia septimana Septemb. repentino Rothomagus igne combusta est: & ingens damnum fidelibus populis, Diuino iudicio, illatum est, nobile cœnobium* Sancti Audoeni, *flammis edacibus, proch dolor! absumptum est; quod vix ad perfectum, per 80. annos, multorum labore perductum est.* [o] Sed clarius adhuc huiusmodi infaustum incendium ita describitur apud chronicum Rothomagense, MS. *Anno 1136. cœpit ignis in capite magni pontis, versus portam Belnacensem, ciuitatis Rothomagensis; & comburens vicum totum, pertransiensque per atrium B. Mariæ, tamen Ecclesiam ipsam non attigit: sed verso vento repercussus ignis rediit, per S. Amandum, & S. Audoenum, & vtramque Ecclesiam funditùs combussit, & vicos circumquaque deleuit: cœpit autem ignis die Exaltationis S. Crucis, manè ante primam, nec cessauit vsque ad Vesperas.*

IX. Valetudinarius autem *Ragenfredus* existens, spontaneè cessit; & dimissa Adbatia, propter infirmitatem, prior apud S. *Michaelem* in Monte, iuxta Rothomagum extitit: cuius dies mortis præcisè haud repertus est à nobis: Viuebat adhuc superstes anno 1150. [p]

n *Vide sup. tom. 1. Neustria Christiana. cap. 84. §. 7.*

o *Ordericus lib. 13. [illegible] ad ann. 1136. pag. [illegible]*

p *Vide cap. sequenti §. 2. in fine.*

Continuatur catalogus eorumdem Abbatum, vsque ad Philippum II. Augustum Regem Francorum.

CAPVT X.

8. Fraternus, seu Frasternus vel Freherius.

I. MOnachus erat Cluniacensis, iuxta Episcopum Arboretanum: [a] citius autem non potuit eligi, quàm sub ann. Christi 1140. quare hallucinatur codex quidam MS. id reponens ad ann. 1125. [b] Itaque Anno 1142. subscripsit chartæ *Hugonis* Archiepiscopi Rothomagensis, pro confirmatione rerum Ecclesiæ S. *Laudi de Burgo-Achardi*, datæ Rothomagi, idibus Octob. Regnante Rege Francor. *Ludouico*, principante in Normania, Rege Anglor. *Stephano*; Pontificatus eiusdem *Hugonis* XIII. Eodem ferè tempore

a *Cænalis sup. post Robertum à Monte, sup. in 7. Abbate.*
b *Antiquitates MS. Norman. sup.*

Digitized by Google

ſubſcripſit ſimili ipſius *Hugonis* Diplomati pro rebus Eccleſiæ *de rum Amantium* citra anni deſignationem.

De eodem *Fraterno* Abbate fit mentio ad ann. 1145. [c] 1153. [d] & alibi ſæpius: III.
[e] ſed maximè vbi agitur de quodam ſolemni Anniuerſario ab eo in capitulo ſtatuto & ordinato, iis verbis.

,, Notum ſit Chriſti fidelibus, tam futuris, quàm præſentibus: Quòd ego *Fra-*
,, *ternus* Abbas, S. *Audoeni*, & nos omnes eiuſdem Eccleſiæ Monachi, in capitulo
,, noſtro ſtatuimus, quoddam ſolemne Anniuerſarium pro animabus Abbatum
,, noſtrorum, Monachorum, parentum, Benefactorum, omniumque fidelium de-
,, functorum; in craſtino feſtiuitatis S. Romani agendum: pro eo, ſcilicet, quòd
,, D. *Rainfredus* quondam Abbas S. *Audoeni*, ſed ſua petitione, dimiſſa Abbatia,
,, cùm eſſet prior, apud S. *Michaelem* in Monte, conceſſit nobis omnem oblatio-
,, nem in denariis, de duobus feſtis S. *Michaelis*, & S. *Romani*: & de eiſdem denariis,
,, in prima feſtiuitate S. *Michaelis*, plenariam habebimus in Refectorio pitantiam:
,, idem verò D. *Rainfredus*, eodem anno, quo hæc nobis conceſſit, dedit 20. libras
,, Roman. ad emendam annonam, quæ tunc temporis valdè cara erat: & nobis,
,, ſicuti, & aliis, annona multùm deſerat. Pro iis ſiquidem multiſque aliis benefi-
,, ciis, operibuſque magnificis, quæ in noſtra operatus eſt Eccleſia, prædictum
,, Anniuerſarium à nobis ſtatutum eſt, die, quo prædiximus agendum: Eademque
,, die, generalem pitantiam habebimus in Refectorio, de reſiduis offerendis, ſci-
,, licet, in denariis, quæ offerentur infra duas feſtiuitates, S. *Michaelis*, & vſque
,, in craſtinum S. Romani. Dies autem ipſius *Rainfredi* obitus, cùm aduenerit, mi-
,, ſericorditer in diſpoſitione noſtra, annuatim agenda eſt. Hæc autem *Acta* ſunt
,, nono mediante anno Ordinationis D. Fraterni, Abbatis S. *Audoeni*, Anno Do-
,, minicæ Incarnationis 1150. [f]

Præterea, cum *Fraterno* Abbate, & *Beatrice*, *Bremburga* matre, nobili fœmina, III.
Hugo, Archiepiſcopus Rothomagenſis pacem inierat: [g] Qui tandem *Fraternus*, velut prædeceſſor, ob infirmitatem, Abbatiam vltrò dimiſit, & in vitam mitiorem ſe recepit anno 1157. [h] tum vt quietius, & cum patientia, reliquum vitæ inſumeret: tum vt ad terram viuentium expeditiùs ſe pararet adeundum.

c Cartularium MS. paruum Abbatiæ S. Audoeni. fol. 15. pag. 2. carta 15. Item Cartularium confirmation. Abbat. Lyræ. carta 29.
d Cartularium paruum ſup. fol. 11. pag. 2. carta 23.
e Ibid. fol. 12. carta 24. fol. 13. carta 9. fol. 17. carta 18. 29. 30. & 31. fol. 27. carta 7. fol. 32. carta 25.
f Cartularium paruum ſup. fol. 32. pag. 2. carta 26.
g Ibid. carta 28.
h Robertus à Monte ad ann. 1157.

9. B. Rogerius de Aquila.

SVcceſſit hic anno Chriſti 1157. iuxta Robertum à Monte hiſce verbis. *Roge-* IV.
rius de Aquila, vir Religioſus, ac timens Dominum Monachus Cluniacenſis, factus eſt Abbas. S. Audoeni *Rothomagenſ. Freherio ſe dimittente, propter infirmitatem.* [i] Compoſitio facta legitur inter ipſum *Rogerium* Abbatem, & *Mathildem*, Abbatiſſam de *Almaneſchis*, ſuper quibuſdam iuribus ſuis, ann. 1157. in Aſſiſia apud *Cadomum*, præſentibus iuſtitiis Normaniæ, *Arnulpho*, Lexouienſi Epiſcopo, &c. [k] Nominatur etiam ad ann. 1160. [l] Itemque anno 1161. *Hugo*, Rothomagenſis Metropolitanus, illi confirmat donationem quam dudum fecerat prædeceſſori eius ann. 1141. pro Infirmaria ſuæ Abbatiæ; preſente *Algaro*, Epiſcopo Conſtantienſi; & *Vvaltero*, Abbate S. Vvandregiſili. [m] Iterum, & pro alia re, ad ann. 1162.

[n] Igitur corrigendæ veniunt *Antiquitates* MSS. Norman. dùm ad an. 1157. reponũt V.
obitũ eius loco 1167. ita enim habetur apud Robertũ *de Monte*: ad an. 1167. ſub initium, de Henrico, Rege Angliæ: Duceque Normaniæ loquens. *Ante Quadrageſimam venit Rex Rothomagum; & mortuo Rogerio Abbate*, S. Audoeni, *viro ſummæ Religionis, eamdem Abbatiam dedit, Haimerico, cellerario Becci.* [o] Celeberrimus quippe extitit hic *Rogerius* Abbas: propterea acclamatur, vir ſummæ Religionis, Monachuſque ſanctæ vitæ: de quo aliàs redibit ſermo. [p]

i Robertus à Monte ſup.
k Cartularium paruum. ſup. fol. 27. carta 6.
l In ſchedis. MSS. Eccleſiæ Bajocenſ.
m Cartularium paruum. ſup. fol. 15. carta 9. & 16.
n Ibid. fol. 67. carta 24.
o Robertus de Monte, ann. 1167. ſuprà.
p Vide Neuſtriam Sanctam ad 16. Februarij.

10. Emericus, ſeu Aymericus, vel Haimericus.

COnſtat itaque, hunc, ex Beccenſis Monaſterii Cellerario, eſſe aſſumptum VI.
ann. 1167. ad iſtam S. *Audoeni* Abbatiam regendam; [q] Memoratur teſtis ann.

q Robertus de Monte ſup.

Digitized by Google

Ann. 1168. 3. calend. Auguſti in carta *Rotrodi* Archiepiſcopi Rothomag. pro donatione quam ille faciebat Abbatiæ *Mortui-Maris* : item ann. 1169. menſe Aprili, in Eſcambio, quo Parœchia S. *Vincentij* Rothomagenſis ceſſit *Rotrodo* Archiepiſcopo, Abbati autem Aymerico, Parœchia S. *Andreæ*, eiuſdem vrbis. *Hæc pactio* (inquit Archiepiſcopus) *primò conceſſa eſt & confirmata, coram nobis, & prædicto Abbate, in capitulo S.* Audoeni *aſtante Conuentu Monachorum, & concedente: 16. calend. Maii: quæ tunc fuit 4. feria ante cœnam Domini. Deinde eadem pactio conceſſa eſt, & firmata in capitulo noſtro, coram nobis, & eodem Abbate, aſtante Conuentu Canonicorum, & concedente 11. calend. Maii, quæ fuit. 2. Feria Paſchæ.* [r] Idem Archipræſul compoſitionem egit inter ipſum Abbatem *Aymericum*, & Gaufridum *Mortui Maris* Abbatem : [ſ] Item *Arnulphus*, Lexouienſis Epiſcopus, aliam confecit compoſitionem inter eumdem *Aymericum*, & *Eremburgam*, nobilem fœminam. [t] De qua nuper meminimus §. 3. ſup. Teſtis etiam adeſt, cum *Vualthero* Priore, &c. anno 1171. [u] Tumque, eodem anno, iuxta Robertum *de Monte*, diem clauſit extremum. *Haimericus* (ait) Abbas S. *Audoeni* moritur. [x]

r Apud Cartulariũ paruum ſup. fol. 14. carta 23. Magnum cartulariũ eiuſd. Abbatiæ littera C. carta 170.
ſ Cartularium paruum ſup. fol. 18. carta 28.
t Ibid. fol. 15. carta 14.
u Ibid. fol. 49. carta 59.
x Robertus à Monte ann. 1171.

11. Richardus.

VII. FLoruit ſub præfato *Rotrodo*, Rothomagenſi Archiepiſcopo. [y] Hinc terram quamdam apud *Burdenrium* pagum, dat *Roberto*, Priori, & Canonicis S. *Laudi*, Rothomagenſis. [z] Tandem moritur in Domino, anno 1181. [aa] cuius dies obitus, notatur ad 5. calend. Ianuar. in Necrologio huiuſce cœnobii. Sed antequam in cœlum abiret, anno Chriſti 1179. quinto-decimo calendas Iulii, Tranſlationi interfuit, corporis S. *Romani*. Rothomagenſis Archiepiſcopi : cuius ſacrum corpus è veteri capſa in qua deuotiſſimè quondam repoſitum fuerat, in nouam auro, gemmiſque obtectam, *Rotrodi*, Archiepiſc. eiuſdem vrbis opera, tunc transferebatur: ac ſigillis, tum ipſius *Rotrodi*, tum capituli Rothomagenſis : & *Arnulphi*, Lexouienſis : *Frogerijque* Sagienſis, Epiſcoporum, conſignatũ fuit : cui celebritati interfuerunt, *Auguſtinus*, Vvaterfordienſis Epiſcopus, Canonicorum Rothomag. Collegium, multique Abbates, in quibus noſter *Richardus* : quorum nomina in ſchedio recenſentur. [bb]

y Paruum Cartularium ſup. fol. 58. carta 68.
z Ibid. fol. 19. carta 5.
aa Robertus à Monte ad ann. 1181.
bb Vide Neuſtr. Sanctam. 17. Iunij.

Alij Abbates ſucceßiuo ordine enumerantur : tempore Regum Franc. Philippi II. Auguſti, Ludouici VIII. & S. Ludouici IX.

CAPVT XI.

12. Samſon Abbas.

I. VValteri de *Conſtantiis*, Archiepiſcopi Rothomagenſis conſanguineus extitit, vir venerabilis, Prior S. Stephani Cadomenſis, *Richardo* mortuo, ſucceſſit anno 1181. iuxta Robertum *à Monte*, in Appendice ad Sigebertum. *Obiit* (inquit) *Richardus Abbas, S.* Audoeni : *cui ſucceßit Samſon, vir venerabilis, Prior S. Stephani Cadomenſis.* [a] Verùm, ſi anno 1181. vitam finiuit *Richardus* Abbas, quintò calendas Ianuarii, [b] ſequitur ſucceſſorem habuiſſe, anno 1182. ſequenti : vti de facto eſt notatum. [c] Teſtis verò habetur in quadam donatione facta Eccleſiæ S. Martini de *Sigeyo*, ann. 1186. [d] paſſim etiam memoratur, ann. 1189. [e] & 1190. [f] & alibi. [g] Idem præfatus *Rotrodus* Archiepiſcopus Rothomagenſis, quandam Conuentionem inter ipſum

a Robertus à Monte ſup. ad ann. 1181. Antiquitates MSS. Normãn. pag. 255.
b Ex obituario Abbatiæ S. Audoeni.
c Vide cartularium magnum Abbatiæ S. Audoeni littera A. carta 16.
d Apud cartulariũ paruum. ſup. fol 38. & 39 carta 19.
e Ibid. fol. 35. & 36. carta 9.
f Ibid. fol. 45. carta 45.

Abbatem *Samſonem*; & *Guillelmum*, Abbatem *Mortui-Maris*, peregit: apud Cartularium ipſius Abbatiæ S. *Audoeni*, fol. 58. carta 8. & 9. Titul. *Authentica capitulorum*, &c. Itemque, apud magnum Cartularium eiuſdem Abbatiæ, littera B. carta 202. ſic & *Philippus II.* Auguſtus, Rex Francor. diſſidium ſopiuit inter eumdem Abbatem, & Priorem de *Gagneyo*: circa an. 1190. carta 26. Quiquidem Rex poſtea confirmauit plura dona dudum Abbatiæ S. *Audoeni* facta vltra vſum cedendi ligna, pro ſeruitio cœnobii in ſylua viridi Gallicè *la Verte-Foreſt*. Debitum autem mortis piè exoluit circa ann. 1190.

f Ibid. fol. 7. & 8. carta 8.
g Ibid. fol. 11. carta 12. Item fol. 13. & 14. carta 11. Item fol. 27. & 28. carta 8. & 9. fol. 26. carta 2. fol. 31. carta 19. fol. 38. cart. 9.

13. Gaufridus.

COmmemoratur, ad ann. 1190. menſe Februario: in paruo cartulario Abbatiæ fol. 9. cart. 14. Litem habuit cum Monachis Crucis S. *Leufredi*; ſed à iure excidit, anno 1199. per ſententiam Innocentii III. Papæ vti conſtat, lib. 2. Epiſtol. 78. eiuſdem ſummi Pontif. Præterea, notatur. [h] ad ann. 1200. idem *Gaufridus* Abbas: item ad ann. 1201. [i] 1206. [k] 1207. octauo idus Octob. [l] Et quinto idus Nouembris eiuſdem anni, [m] Et alibi paſſim apud paruum cartularium eiuſdem Abbatiæ, fol. 10. carta 19. fol. 33. carta 1. fol. 39. & 40. carta 24. & 25. fol. 43. carta 37. fol. 47. carta 51. fol. 49. carta 61. fol. 52. carta 69. & 70. Item, apud cartularium magnum eiuſdem cœnobii, littera B. carta 72. littera C. carta 186. littera D. carta 209. littera E. carta 259. Qui tandem paucis hinc diebus elapſis, in fata conceſſit. II.

h Magnum cartularium littera D. carta 209.
i Vide in Abbatia Valaciæ, cap 3. 5. 5.
k Paruum cartularium ſup. fol. 10. carta 34.
l Ibid. fol. 42. carta 35.
m Ibid. fol. 18. carta 38.

14. Henricus II.

DE eo mentio habetur ad ann. 1207. menſe Nouembri, in craſtino S. *Martini*. [n] Eodem anno, Philippus II. Rex Francor. compoſuit litem exortam inter Epiſcopum *Belnacenſem*, conſanguineum ſuum, & ipſum Abbatem S. *Audoeni*, qui jus petebat in villis *Condei* & *Sanei*, [o] paruo autem tempore rexit. III.

n Magnum cartularium. ſup littera D. carta 198. Littera F. carta 343. Item paruum cartularium ſup. fol. 31. carta 21.
o Ibid. carta 10. in Authentica Regũ.

15. Toſtanus, Tuſſanus, vel, Tuſtinus.

CLarè conſpicitur ad ann. Chriſti 1208. in Vigilia S. Bartholomæi, Apoſtoli; [p] Delectus eſt à Vicariis Generalibus Archiepiſcopatus pro reconciliatione Eccleſiæ Metropolitanæ pollutæ, ann. 1211. [q] At, vt mihi videtur, ille annus haud omninò certus eſt. IV.

p Ex magno cartulario ſup. littera C. carta 141.
q Ex ſchedis Domini le Preuoſt Canonici Rothomag.

16. Rogerius II.

PAlam agnoſcitur ann. 1210. menſe Auguſto [r] anno 1212. menſe Februario; [ſ] anno 1214. [t] & 1218. [u] Sub eo, confectum eſt præfatum paruum cartularium iam à nobis toties citatum, eiuſdem Abbatiæ perpetuum antiquitatis monimentum ſecurum, anno 1216. Is vnus, cum S. *Catharinæ* Abbate iuxta Rothomagum, ſuoque Priore, mandatum accepit anno 1222. à *Geruaſio* Epiſcopo Sagienſi. H. majore Archidiacono R*hemenſi*, & 1. Decano *Ambianenſi*, ab Honorio III. Papa delegatis, ad confirmandam Electionem Decani & Capituli Rothomagenſis, de *Theobaldo*, Theſaurario Eccleſiæ Rothomagenſ. in Archiepiſcopum; vt dictos Decanum & capitulum citaret coram eis, die veneris proxima poſt feſtum B. Laurentii, apud *Mellentum*, in Eccleſia S. *Nicaſij*, facturos quod deberent, ex mandato Apoſtolico, quantum in ipſis eſſet, parituros. [x] V.

Henricus, filius *Heriberti*, Dono dedit Abbatiæ *de Ardena*, propè *Cadomum*, partem Decimæ apud *Venoix*; idque confirmatum fuit per *Rogerium* Abbatem, & Conuentum Monachorum S. *Audoeni* Rothomagenſ. anno 1220. [y] Extant in Archiuo VI.

r Ex paruo cartulario ſup. fol. 65. & 66. carta 40.
ſ Ibid. fol. 34 & 35. carta 5. & fol. 91. carta 81.
t Ibid. fol 94. carta 79. & fol. 34. carta 17.
u Ex magno cartulario ſup. littera A. carta 49. & littera C. carta 185.
x Ex D. le Preuoſt ſup.
y Ex Archiuo Abbatiæ de Ardena.

chino capituli Rothomagenſis, Tabulæ Gaufridi *de Capravilla*, Canonici, datæ anno 1228. ſeptimo Iulii, ſub ſigillo huiuſce Abbatis *Rogerii*: quibus ipſe *Gaufridus*, de conſenſu *Richardi*, fratris ſui, concedit in puram eleemoſynam *Theobaldo* Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus, ac Decano, & capitulo; ad hoſpitandum *Fratres Minores*, totum illud tenementum, quod habebat in Parœchia S. *Maclouti*, extra murum vrbis, ſuper Sequanam. z Eius tempore, ann. 1222. eſt renouata ſocietas, inter ipſum *Rogerium*, & *Resbacenſem* Abbatem: de qua inferius redibit ſermo. aa

z *Ex Codice MS. D. le Preuoſt ſup.* aa *Infra cap. 18. ſ. 2.*

17. *Reginaldus, ſeu, Reinaldus.*

VII. Notatur ad ann. Chriſti 1231. in craſtino exaltationis S. Crucis: bb

bb *Ex cartulario magno ſup littera C. carta 139. Item paruum cartularii, fol. 19. carta 37.*

18. *Adamus Recluſus.*

EX Abbate montis S. *Catharinæ*, iuxta Rothomagum, fit cœnobiarcha Monaſterii S. *Audoeni*, Rothomagenſ. floruitque ſub B. *Mauritio* eiuſdem vrbis Archiepiſcopo, 55. ex codice MS. *Odonis Rigaldi*, eiuſdem ſedis Archipræſulis, nomina Eccleſiarum Diœceſeos complectente. Obiit 4. Idus Octobr.

19. *Hugo, de Contremoulins, al Courmoulins.*

VIII HIC à ſummo Pontifice, ex conſenſu Conuentus fratrum S. *Audoeni*, Abbas Inſtitutus eſt: eo quòd Monachi ſimul conuenire nequiuerant ſuper electione futuri cœnobiarchæ. Toto cœlo aberrant, qui huius electionem reponunt, ſub ann. 1247. vel 1257. cc quandoquidem, litteræ de eo agentes, manarint anno 1234. menſe Martio; & anno 1235. menſe Iulio; ac, 1235. cuius loco, apponendus eſt ann. 1235. quinto Martij: Item, anno 1236. menſe Auguſto. 1237. menſe Martio. 1251. menſe Maio, & Auguſto, ac ann. 1242. menſe Februario. dd vir fuit multæ litteraturæ, & pietatis eximiæ. Porro, ann. 1246. lites ſubortæ inter Abbatem & Conuentum S. *Audoeni*, ac H. Piſanum Archidiaconum Rothomagenſem: à G. Sagienſi Epiſcopo, & Guillelm. de *Saana*, Archidiacono Vvilcaſſini Franciæ, quorum ordinationi ſe ſubmiſerant, dirimuntur.

IX. Huius tempore, Abbatia, miſerandum iteratò paſſa eſt excidium, ſub ann. 1248. *Hoc anno* (inquit chronicon. MS. Rothomagenſe) *cœpit ignis iuxta portam Beluacenſem, qui combuſſit Eccleſias S. Laurentij, & S. Gildardi, & totam Abbatiam S. Audoeni.* Tantum enim inualuit impetus ignis, vt omnia ædificia, breui conſumpſerit, campanaſque liquefecerit, & Abbatem cum Monachis exindè fugere compulerit, in extera eorum domicilia, *de Bihorel*, & *Plain-boſc*: quò ſecum exindè aſportarunt ornamenta, calices, litteras, ſcripturas, Reliquias, & quicquid de re ſuppellictili edacibus flammis ſubripi potuit: poſtea verò rediens *Hugo* Abbas, ad priſtinum locum, animo conſternatus haud extitit, ob diruta circumquaque ædificia: imò, præſenti occurrendum neceſſitati, ſi viribus, quamtumuis diminutis, robur adderet, ex collecta, pecunia, optimè iudicauit. Quare Dormitorium in primis, atque Refectorium curauit extruendum: muros etiam totius Abbatiæ, magnis ſumptibus, refecit, non tamen ſine moleſtia & contradictione: tum ex parte populi, qui quod latomi per diem extruxerant, de nocte euertebat: vt propterea milites, in ſui præſidium aggregare, illi opus fuerit, quo vſque muri ad ſupræma conſcenderent: tumque à parte *Maioris*, & *Parium* ciuitatis, tale opus impedientium; non tamen apertè, ſed velut indirectè, ne noxam Regi poſtea notam mulcta diluerent.

X. *Philippus* namque *Auguſtus* Rex, Abbatiæ S. *Audoeni*, dono largitus erat totam terram, & plateam foſſatorum vrbis, dato Diplomate, anno 1220. menſe Nouembri, ee itaque horum omnium conatus, animi conſtantia ſuperans, omnem tan-

cc *Antiquitates MS. Norman. pag. 255.*

dd *Apud cartularium magnum ſup. littera A carta 13. & 15. Item, littera C. carta 158. Littera B. carta 71 74. 77 & 94. ac littera D. carta 238.*

ee *Littera C. carta 116.*

Digitized by Google

dem ſtructuram ad perfectum, optatumque finem deduxit. Multa quoque paſſus eſt ab aduerſariis, falsóque ſæpè eſt calumniatus: quorum collatam in ſe criminationem, facilè diluit apud Regem, Archiepiſcopum, & ſummum Pontificem. Demùm piè deceſſit è vita, anno 1251. ſepultuſque eſt in ſuæ Abbatiæ æde; ex qua poſtea ad nouam eſt Tranſlatus Eccleſiam, anno 1335. circa feſtum S. Nicolai hyemalis, & in capella S. Andreæ Tumulatus. ff

ff *Chronica MS. ſancti Audoeni Rothomagenſ. pag. 8. & ſeq. Antiquitates MSS. Norman. ſup.*

20. *Nicolaus II. Beluacenſis.*

CVM ſupræmum diem egiſſet *Hugo*, anno Chriſti 1251. confeſtim à Priore & cæteris Monachis miſſæ ſunt litteræ ad D. Blancham, Franciæ Reginam, Regni habenas tunc moderantem in abſentia filii ſui S. Ludouici IX. Regis, in oriente, contra ſarracenos bella gerentis, vt illius authoritate ſuffulti, ad futuri Abbatis electionem, poſſent liberè ac tuto procedere. XI.

Chriſtianiſſimæ, generiſque proſapia præcellenti Illuſtriſſimæ, D. Blanchæ, Dei gratia, Francorum Reginæ: ſibi ſubditus & deuotus, Frater I. Prior S. Audoeni Rothomagenſis: eiuſdemque loci grex humilis, deſolatus, cum oratione iugi: ſalutem æternam, in omnium ſalutari, Regnique terreni, cum propria progenie, gubernacula fœliciter poſſidere.

CVM ſuper vehementi deſolatione Fœlicis memoriæ H. quondam Abbatis noſtri, qui viam vniuerſæ carnis nuper eſt ingreſſus (vnde & corda & verba noſtra dolore ſunt plena) non modicè perturbemur; Regiæ Dominationi veſtræ, gemebundis precibus ſupplicamus, quatinus fratribus noſtris præſentibus latoribus, quos ad vos mittimus, loco noſtri, eligendi nobis Paſtorem licentiam, quod in vobis eſt, miſericorditer concedatis. Ne mora, quæ trahere ad ſe pericula conſueuit; ſuper hoc noſtrum damnificet Monaſterium, vel perturbet. Datum in craſtino S. Laurentij, anno Domini 1251. Benè cum veſtris liberis valeat veſtra Regia ſublimitas, per tempora longiora.

Et ſigillum. gg

gg *Ex Theſauro Chartular. Regiar. Titul. Electiones.*

REſponſo itaque ad votum accepto, cunctorum adunatur cœtus Monachorum, à quibus mox electus eſt in Abbatem *Nicolaus Beluacenſis*, vir admodùm Religioſus, & ingenti præditus authoritate, necnon Monaſticæ obſeruantiæ zelo plenus: quapropter quorumdam Monachorum & officiariorum arſit odio, inuidiaque flagrauit, eo quòd ſuum ſtrenuè exequeretur Paſtorale munus, cunctoſque ad ſtrictam Regularis Inſtituti cogeret rationem, vndè nonnulla falsò illi imponentes crimina, apud Archiepiſcopum, impunè conati ſunt, eum deſerti, neglectique muneris inſimulare. Verùm cognita viri probitate atque integritate; partis autem aduerſæ ſimultate non modica: vt omnium conſopiret diſſidium, prudenter, clam propoſuit. Archipræſul: vt idem Abbas, ſaluo ſibi honore integro, ſuæ Dignitati Abbatiali, ſpontanea demiſſione, cederet, omninóque cœnobiarchia abdicaret. Quibus ille, vt erat pacis amantiſſimus, vltrò annuens, Abbatiam dereliquit; cuius loco, prioratum de *Sigeyo*, vnanimi totius Conuentus aſſenſu, ſumpſit: Illucque mox ſeceſſit, in die feſto S. *Gregorij*; vbi vitæ reſiduũ peregit, atque ſpiritum Deo reddidit, ſepultus ibidem coram Altari Virg. Mariæ Deiparæ ad latus Chori ſiniſtrum. hh XII.

Huic *Alexander* IV. conceſſit vſum Mitræ, Annuli, &c. Hinc compoſitio initur inter *Odonem*, Archiepiſcopum Rothomagenſem, & ipſum *Nicolaum* Abbatem, an. 1255. & 1257. ii Præterea, de eo mentio habetur, ad an. 1259. 1261. 1262. &c. in Renouatione ac confirmatione ſocietatis cum aliis nonnullis Abbatiis: de quibus inferius. kk Commemoratur item ad ann. 1251. 1271. menſe Aprili, in Hebdo- XIII

hh *Chronica MSS. vetus Abbatiæ S. Audoeni Rothomag. pag. 12. 13. & ſeq. Antiquitates MSS Norman. pag. 251. & 256.*

ii *Sup. cap. 6. ſ. 2. 3. & 4.*

kk *Cap. 19.*

d by Google

Hebdomada ante Ramos palmatum : & anno 1271. menſe Maio : item 1254. menſe Iulio , & anno : 1266. menſe Maio [ll] interfuit , vna cum aliis Abbatibus Repoſitioni corporis ſancti [l] *Luciani* , apud Beluacum ann. 1261. vide infra in Abbatia Mortui-Maris ſub 15. Abbate *Odone*.

[ll] *Ex cartulario magno ſup. littera C. carta 165. Item littera B carta 88. & 89. Littera D. carta 215. & Littera E. carta 260.*

Proſequitur Elenchus aliorum Abbatum ſub Regibus Francorum Philippo III. & Philippo IV. cognomento Pulchro.

CAPVT XII.

21. *Nicolaus III. de Godaruilla.*

I. PRæfato igitur *Nicolao* II. voluntaria demiſſione abdicato : itum eſt ad Electionem, qua alius Nicolaus *de Godarvilla* , nuncupatus, omnium voce, Abbas proclamatus fuit , anno 1272. quippe qui erat vir magnificus & honore dignus : iamque *Bellimontis* in *Algia* prior diu extiterat , cuiuſquidem Prioratus Eccleſiam à fundamentis extruxerat , & aliam ibidem Parœchialem ædificauerat. Factus autem S. *Audoeni* Cœnobiarcha , Abbatiam optimo regimine gubernauit, quam & alieno ære exoluendam curauit , multaque alia laudabilia opera exercuit : quamobrem , à cæteris Abbatibus , immò & ab optimatibus, nobilibuſque & cuncto populo , maximo ſemper in honore eſt habitus , amatus , & reueritus. Denique cùm præfuiſſet menſibus ſexdecim , ſeu circiter , animam piè exhalauit, ſepulturam nactus apud Capellam S. *Ioannis* : poſtea verò , nouo Monaſterio cum Eccleſia extructo, delatus eſt in ſacellum S. *Stephani* : de quo tale proſtat

EPITAPHIVM.

Abbas pacificus , humilis , pius , atque pudicus,
Iuſtus , magnificus , Fraterna pacis amicus.
Prudens , facundus , patiens , paciſque ſecundus.
Non ea , quæ mundus quærens , à crimine mundus,
Moribus ornatus , omni probitate probatus :
Vermibus eſca datus , iacet hic Nicolaus humatus,
Tanti Paſtoris animæ ſine labe laboris
Det fons Dulcoris Dominus Diadema decoris. a

a *Chronica MS. S. Audoeni pag. 14. & 15. Antiquitates MSS. Norman. pag. 256.*

22. *Ioannes.*

II. MOnachorum Conuentu in Capitulo , adunato , eligentium ſuffragia ſunt diſpertita ; pars eorum quædam , *M. Thomam de Bruieres* , doctrina conſpicuum , in Abbatem optauit : Altera verò, D. Ioannem de *Fontanis* , tunc eiuſdem cœnobij Balliuum , virum ſapientem , & diſcretum, propè ſexagenarium , Rerum ſæcularium peritiſſimum, olim Priorem de *Gaseyo* , & Curiæ Theſaurarium. Itaque prudentum virorum conſilio , iurgium præſens delatum eſt ad Archiepiſcopum, *Odonem Rigaldum* , Ordinis Minorum alumnum : vt tanti negotii arbiter eſſet ac Iudex : qui cognita ipſius *Ioannis* probitate ac capacitate non vulgari , ipſum confirmauit in Abbatem anno 1274. *Thomas* autem Prioratum *de Bellomonte in Algia* , accepit : vbi moras nectere decreuit : vti ſuo loco inferius aperiemus.

III. Interim verò *Ioannes* Abbas , cœnobium multo angariatum lintro alieno ſuble-

E

uauit, illudque breui quamplurimis temporalibus bonis inſtruxit, ſuo quippe
tempore Domicilium *de Sottevilla*, propè Pontem Arcæ, conſtructum fuit, cui &
multa prædia attribuit: Redditus Abbatiæ ampliores reddidit, multúmque auxit,
& diuerſis terris, pratis,&c. Ingenti pecunia ſibi comparatis, & Monaſterio ac-
quiſitis, apud *Barben*, *d'Aubœuf*, *Venon*, *Cremonville*, *Periers*, *Quievreville*, *Fran-
quevillette*, &c. Itemque Præpoſituras *de Gagnyo*, *de Petiers* : & alia multa in pagis
de *Quinquenpoix*, *la Couture*, *Creuecueur*, *Pampelune*, &c. numerato pretio empſit, illic-
que varia ædificia extruxit, reparauit, auxitque. Memoratur in cartulario ad
ann. 1284. die Lunæ, ante natalem Domini. [b] Qui cùm præfuiſſet ann. 12. ceu,
circiter, 14. migràuit fœliciter ad Dominum, apud domicilium pagi de *Ronche-
rolles*, Die Iouis, prima Maij, ann. Chriſti 1287. cuius corpus die ſequenti Rotho-
magum allatum eſt: cui Clerus populuſque, & omnium Ordinum Religioſi, nec-
non Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ, piè ac honorificè obuiam proceſſerunt:
in craſtino autem, videlicet, die Sabbathi, ſimul conuenientes, corpus Pontifi-
calibus adornatum infulis, detulerunt ad Tumulum: ſepulturamque accepit, in
choro Eccleſiæ Abbatialis S. *Audoeni*, inter maius Altare & minus. [c] cum hocce.

b Apud cartularium magnum ſup. littera B. carta 69.

c Chronica MS. Antiqua ſup. pag. 11. &c. Antiquitates MSS. Norman. pag. 253.

EPITAPHIO.

Fama decens, ſenſus, laus, forma, potentia, cenſus,
Nil proſunt homini, quia dat mors omnia fini.
Talibus ornatus Pater I. iacet hìc Tumulatus:
Iuſtitiæ cultor, ſcelerum pius & bonus vltor,
Vir ſapiens, mundus, nulli bonitate ſecundus,
Hìc iacet æde breui poſt decurſum leuis æui.

23. *Ioannes II. d'Autueil.*

TRibus ſeptimanis à morte prædicti *Ioannis* Abbatis, elapſis, de futuro eli- IV.
gendo pertractatum eſt: nec potuerunt Monachi in vnum aſſentire, quam-
uis ſemel & iterum inter ſe compromiſiſſent. Itaque, die ſequenti ſimul coaduna-
ti, pars vna elegit M. Thomam de *Bruieres*; altera vero D. *Robertum* de *Touffrain-
villa*; tunc domus coquinarium. Qua in re conciliãda, Eminentiſſimus Car-
dinalis, *Ioannes Choletus*, S. R. E. in Gallia Legatus Apoſtolicus: & Illuſtriſſi-
mus, *Guillelmus de Flauicuria*, Rothomagenſis Archiepiſcopus, diu multúmque in-
ſudarunt: ſed nil profecerunt. Re igitur ad ſedem Apoſtolicam delata: ex vtra-
que parte nonnulli deputati ſunt, & Romæ duos circiter annos commorati: Obiit
præfatus Robertus de *Touffrevilla*, in cuius locum, illic ablegatus eſt quidam
Monachus, D. Bernardus de *Hauuillier* nuncupatus, vt eiuſdem Roberti defuncti
juri ſuccederet, & Electioni. At his nonobſtantibus, aliter de ea Abbatia
diſpoſuit ſummus Pontifex, in Abbatem inſtituens, D. Ioannem d'*Autueil*, di-
ctum de *Courcelles*: virum optimum, prudentem, & Religioſum: Tunc priorem
Regalis Monaſterij S. *Dionyſij in Francia*. Hic igitur, ſic in Curia Romana Abbas
S. *Audoeni* renuntiatus eſt, in die S. *Ancharij*, & *Aigæ*, patris ac matris S. *Audoeni*;
cuius adminiſtrationem ſuſcepit Dominica 2. Aduentus ſequentis ann. 1290. præ-
fuit autem annos 12. menſes tres, & amplius: ſpiritumque Deo reddidit feria 6.
in *Paraſceue*, ann. 1303. ſub veſperam: ſepultus feria 2. Paſchæ, in Eccleſia, co-
ram Altari Dei genitricis Virginis Mariæ. Adhuc viuens, ingentia huic Abbatiæ
contulit beneficia, veſtes Sacerdotales, Altaris ornamenta, caſulas, Dalmaticas,
cappas, & alias res prætioſiſſimas ad Diuinum cultum pertinentes, pio animo
dedit. Quo ad ea verò, quæ ad temporale ſpectant, ſollicitè ac ſolerter ſe geſſit,
prouentus auxit & ædificia non modica conficienda curauit, apud *Bailleul*, *Gagny*,
Periers, *Quievreville*, *d'Aubœuf*, *Cremonville*, *Bihorel*, *Quinquenpoix*, &c. [d] De quo

d Chronica MSS. ſup. pag. 19. & ſeq. Antiquitates MSS. Norman. pag. 254. Magnum cartulariũ ſup. littera. F. carta 93. ann. 1293.

EPITA-

EPITAPHIVM.

Hoc Abbas Tumulo d'AVTEVL jacet I. tumulatus,
Huic Christus famulo, det, cœlo sit trabeatus,
.... morum, Doctor, Dux, Flos Monachorum,
Anno milleno trecentenoque secundo,
Transiit à mundo, dotatus munere pleno,
Luce sacra veneris .... tempore veris,
Venit mors isti, quo mansit passio Christi:
Qui legit hæc, dicat, hic Christi pace quiescat.

Abbates recensentur, tempore Regum Francor. Ludouici Hutini, Philippi Longi, Caroli Pulchri, & Philippi VI. Valesij ac Ioannis I.

CAPVT XIII.

24. Ioannes III. Marcdargent.

I. POST decessum Ioannis d'*Autüeil*, mansit Abbatia Pastore, orbata, vsque ad diem veneris post festum S. *Ioannis*, ante Portam Latinam; quo D. Ioannes *Marcdargent*, ceu, *Roussel*, huiusce cœnobij Monachus, ac Prior *Bellimontis in Algia*, electus est in Abbatem, ann. 1303. atque confirmatus. Hic Abbatiam reperit bonis omnibus sufficienter munitam, pecunia & commeatu haud indigentem: quam & ipse sapienter ac religiosè gubernauit, locupletauit, & vehementer adauxit; tum possessionibus & redditibus, tum ædificiis ac reparationibus: Basilicam illam admirabili structura compositam, totiusque Galliæ speciosissimam, construere cœpit, anno 1318. die festo S. *Vrbani*; quam continuauit ad ann. vsque 1339. in festo Apostolorum SS. *Petri & Pauli*: quo in opere expendit; 63036. libras argenti, & quinque solidos Turonenses: (quæ nunc haud posset compleri ædificio pro 663036. libris, etiam aureis) quorum omnium tesseram vetera huiusce domus inclytæ monimenta nunc vsque accuratè continent. De huiusmodi celeberrima æde, sic quidam neotericus verè locutus est. *Nunc est S.* Audoeni: *cuius mirabilis structura, hodieque dubium relinquit, si alia per Galliam splendidior & elegantior: Monasterium est tota quidem Europa, celeberrimum, sed Patroni sui sanctitate magis æstimandum.* [a] cui alij adstipulantur. [b] Et hoc, consilio & auxilio D. Caroli, Comitis *Valesij*: cui operi Carolus Valesius VI. Rex ann. 1380. dono dedit tria millia librarum ad instantiam Burgundiæ Ducis, sui patruelis.

II. Porro, de ipsius Ioannis Abbatis, & Conuentus Monachorum S. *Audoeni* assensu, hæc obtigerunt. *Symon* Abbas Majoris Monasterij, Commissarius Deputatus à Benedicto Papa XI. accessit ad istud Monasterium: & Inquisitione facta, de statu, & numero Monachorum; deque facultatibus cœnobij: vt exindè, quod sumeretur, tam pro expensis mittendorum ad studia, quàm pro suppletione insufficientium & onerum domus soluendis; reperti sunt sexaginta duo Religiosi inibi residentes; in Prioratu de *Bellomonte in Algia*, duodecim: in aliis verò Prioratibus, minùs quàm octo. Itaque pro studentibus Scholaribus, & eorum Magi-

a Lanoulus de sanctis Franciæ Cancellariis. In notis ad vitam S. Audoeni Archiepiscopi.
b Chronicon. MS. Rothomagense, [illegible] ann. 1319. Taillepied: Dadreus & alij in Archiepiscop. Rothomagens.

ſtris ac Lectoribus, aſſignatum fuit Manerium, quod habebatur apud *Grainvillam*, Rothomagenſis Diœceſis, cum ſuis redditibus; itemque omnes redditus ac poſſeſſiones & Decimæ, quas habebant in Parœchia de *Altaribus* Lexouienſis Diœceſis: quæquidem omnia ſoluerentur per manum Theſaurarii Curiæ huiuſce Monaſterii. Actum in Capitulo eiuſdem S. *Audoeni* ann. 1337. die veneris ante Ramos palmarum videlicet 10. April. indictione ſexta, Pontificatus dicti Papæ ann. 4. Præterea idem *Ioannes* Abbas Societatem inierat cum Priore *Grandimontis*; anno 1308. de qua inferius dicturi ſumus, ſuo loco. [c]

c Infra cap. 19.

Demùm, vitæ curſum peregit *Ioannes* Abbas, (cùm annos præfuiſſet 37. & menſes ſex) anno Domini 1339. in Manerio de *Biherel*, menſe Decembri, die Mercurij, Vigilia feſti Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ Deiparæ: aſtantibus DD. *Reginaldo* du *Queſnay*, Priore Conuentuali S. *Audoeni*; Richardo *Piquet*: Reginaldo Lexouienſi, Cellario S. *Audoeni*, ac Priore de *Ganyo*: Nicolao d'*Anteny*, Decreti Doctore, Priore de *Segyo*; & Guillelmo *Saoul*: Priore de *Montaureo*; qui confeſtim miſſis litteris ad vniuerſos amicos, viciniorеſque Abbates, Priores, Optimates, ac Nobilis, certiores fecerunt de Tranſitu ſui Prælati: necnon de mortuo parentare, iuſtaque funebria reddere cohortati ſunt. Interim funus paratur, corpus pannis ſericis, auroque intertextis, inuolutum, Pontificalibus veſtitur, publicè exponitur, & ingenti numero cereorum ardentium circumvallatur: ſicque manſit vſque in craſtinum feſtiuitatis præfatæ. Tum feria ſexta, Prior, cum toto Conuentu Monaſterii S. *Audoeni*, venit, vbi corpus iacebat; & recitatis ac decantatis Reſponſoriis, verſibus, & orationibus aſſuetis, funus leuarunt, atque Rothomagum deducunt. Quibus obuiam proceſſerunt, Ordinum omnium Religioſi, Auguſtiniani, Carmelitæ, Franciſcani, & Dominicani: Deinde, cæteri Monachi, & copioſa multitudo ciuium, plebiſque promiſcui ſexus: Abbas etiam S. *Catharinæ*, & Prior S. *Laudi*, vnà cum ſuis Monachis, & Canonicis Regularibus. Allatum cùm fuiſſet in Eccleſiam S. *Audoeni*, repoſitum eſt corpus in choro, ante Maius Altare, ſub capella funebri, nigris telis cooperta; cereis circumcirca accenſis; tuncque officium Defunctorum ſolemniter eſt decantatum, à cunctis illis ſimul Religioſis; Priore S. *Laudi*, Rothomagenſis, orationem eiuſmodi ſeruitii complente. Interim Cantor Eccleſiæ Rothomagenſis aduenit, cum omnibus Choriſtis eiuſdem Eccleſiæ, excuſationem D. Decani & Capituli prætеrens, ex eo quòd, ad nullum funus ſoleret exire, niſi Archiepiſcopi eſſet, aut Epiſcopi: Attamen & ipſi ſolemne officium defunctorum decantarunt: quo peracto, receſſerunt. III.

Manè autem facto diei Sabbathi, poſt Officium aſſuetum completum, Miſſam pro defunctis celebrauit ſolemniter Gemeticenſis Abbas aſtantibus in choro *Beccenſi*, S. *Catharinæ*, S. *Georgij* & *Inſulæ Dei*, Abbatibus, Pontificalibus Inſulis redimitis; necnon ſimul cantantibus fratribus Dominicanis, Minoribus, Auguſtinianis, & Carmelitis; præſentibus Prioribus S. *Magdalenæ*, *de Prato*, *Grandimontis*, *S. Laudi*, *Belli-loci*, *Montis Infirmorum*, &c. Necnon D. D. Petro de *Pratellis*, Petro *de Bailleul*, Saluagerio d'*Anteny*, Ioanne *de Viuiers*, Equitibus ac nobilibus viris: *Majori* etiam vrbis, cum multis *Paribus* & *Scabinis*, ac Ciuibus, Clericis & Laïcis. Miſſarum ſolemniis, itaque ſic expletis, corpus loculo ligneo primùm, deindè plumbeo includitur: ad cuius caput lamina appenſa eſt ænea, his litteris inſcripta. IV.

Hic jacet Frater Ioannes Marcdargent,
Alias, Roussel *quondam Abbas iſtius Monaſterii,*
Qui cœpit ædificare iſtam Eccleſiam
De nouo; & fecit Chorum & Capellas,
Et Pilliaria Turris, & magnam partem
Turris S. Audoeni, Monaſterij dicti.

Tum ad ſepulturam delatum: in ſacello B. Mariæ ſemper Virginis Deiparæ, eiuſdem

eiuſdem Eccleſiæ, ad ipſius latus dextrum, tumulatum eſt, per fratrem Guillelmum *Iemblet*, Gemeticenſem Abbatem: ſicque cunctis ritè peractis, omnes Abbates (dempto *Beccenſi*, ſufficienti ratione excuſato) ac Priores, ad prandium in Refectorio inuitati, refecti ſunt; & in craſtino, die videlicet Dominica, eleemoſyna generalis omnibus pauperibus & egenis diſtributa. [d] Porro, chàrta eius, de Redditibus emptis per ipſum: & datis ann. 1335. Eleemoſynariæ dicti loci, adhuc extat. [e] Præterea, in Tanti viri memoriam dudum proſtabat Epitaphium in clauſtro eiuſdem Abbatiæ, ante portam Capituli.

d Chronicon MS. Vetus ſup. pag. 20. 21. & ſeq. Antiquitates MSS. Norman. pag. 25. e Apud magnum cartularium ſup. ſignata B. carta 116.

25. *Reginaldus du Queſnay.*

V. SEcunda die poſt obitum Ioannis præfati Abbatis, duo ex Monachis, videlicet D. D. Richardus *Piquet*, Eleemoſynarius, & Arnulfus *du Breul*, à D. Priore & Conuentu ipſius Monaſterij S. *Audoeni*, ablegati ſunt ad Curiam Regis, pro licentia impetranda eligendi Abbatem; quò cùm die Dominica ſequenti perueniſſent, & petitionem expoſuiſſent, benignè ſunt exanditi à Rege, dato Diplomate poſtulationis admiſſæ, confirmationem, in hunc modum referente.

Iehans, Aiſnez filz du Roy de France, Duc de Normandie, Comte d'Anjou & du Maine; A nos Amez, le Prieur, & le Conuent de l'Abbaye de S. Oüen de Roüan, Salut & dilection.

SAVOIR vous faiſons que le congié & licence, que vous nous auez requis, par vos Procureur, de eſlire Abbé, en ladite Abbaye, dont vous n'auez point à preſent, par la mort de Iehan, *jadis Abbé d'icelle; derrainement treſpaſſé: Nous vous auons Oſtroyé, & Octroyons gratieuſement par ces Lettres; & vous prions & mandons, que vous ayanz Dieu deuant voz yeux, eſliſiez, en Abbé de voſtre dicte Abbaye, telle & ſi ſuffiſant perſonne, que ſelon Dieu puiſſe & ſache gouuerner en l'eſpirituel & temporel, & qui nous doit eſtre aggreable. Donné au Bois de Vincennes le 13. iour de Decembre, l'an de grace 1339.*

Par le Duc, du commandement le Roy.

BRIAIRE. [f]

f Eadem Chronica MS. pag. 37. & 38. Carta Originalis MS in Archiuo Abbatiæ eiuſd.

VI. LIcentia huiuſmodi obtenta: eam mox *Priori* ac Conuentui ſignificarunt, qua cognita, diem præfixum, profutura electione agenda, videlicet, ad feriam 4. ante natalem Domini proximè venturam, determinarunt: mandantes per litteras, omnibus Monachis ac Prioribus huiuſce cœnobij S. *Audoeni*, vbiuis locorum, conſiſtentibus; quatinùs, die ſupra nominato, conuenirent ad huiuſmodi futuri Abbatis electionem, ſub pœnis à iure incurrendis à contrafacientibus. Conuenientius igitur in vnum, ad diem aſſignatum, ſummo manè, decantata fuit ſolemniter miſſa de *Spiritu ſancto*; qua finita, omnes Priores & Monachi, numero 87. ſeu 88. ac capitulum pertexerunt, vbi Magiſter *Iolyus de Nonancourte*, Canonicus & Archidiaconus Vvilcaſſini Francici, in Eccleſia Rothomagenſi, concionẽ habuit, propoſito Themate: *Oſtende nobis Domine quem elegeris*: poſtea M. Guillelmus d'*Albuſac*, Doctor in vtroque jure, cantor ac Canonicus in eadem Metropolitana æde, ſimul cum D. Petro *de L'huys*, & M. Martino *Eurrat*, Canonico Rothomagenſi, in præſentia, M. M. Ioannis de *Leſſart*, & Petri de *Queuron*, Tabellionum publicorum; docuit eos, ac oſtendit vias juris, per quas debitè, honeſtè, ac ſecundum Deum & Religionem, procedendum eſſet ad electionem futuri Paſtoris; quibus dictis: Hymnus, *Veni creator*, magna pietate eſt decantatus, pro inuocatione

Digitized by Google

S. Spiritus. Foras autem emiſſis, iis, qui de corpore capituli non erant: Tunc ſubitò ac repentè, & ſine aliquo alio tractatu, ab omnibus vnanimiter, electus eſt in Abbatem, F. Reginaldus du *Queſnay*, ſeu, *Deſqueſnettes*, aliàs dictus, *le Permentier*, Prior Clauſtralis & Conuentualis eiuſdem cœnobij S. *Audoeni*; quem protinùs ad Eccleſiam deduxerunt; cæteris, *Te Deum Laudamus*, cantantibus; pulſatiſque omnibus campanis: cuius electio eodem tempore proclamata eſt, alta voce, per F. Nicolaum d'*Aubeny*, Priorem de *Segyo*, & totius Conuentus Procuratorem Generalem; qui Electum ac Altare maius deducens, illic ab eo proſtratus in terra, humillimè ac inſtanter petiit, vt huiuſmodi electionem de ſe factam, in Abbatem, acceptaret; cui capta deliberatione, tactaque oratione, ſic reſpondit. *Ad honorem Dei patris omnipotentis, & ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis; ac glorioſiſſimæ Virg. Mariæ, Matris Dei, & B. Petri, Apoſtolorum Principis, & glorioſiſſimi Confeſſoris, ſancti Audoeni; in quorum honore fundata eſt iſta Eccleſia, Electioni de me hic factæ, conſentio, & meum præbeo aſſenſum.* Quibus omnibus ritè conſummatis, publicum exindè inſtrumentum à præfatis Tabellionibus confectum eſt. [g]

g *Ibid.*

Ventum eſt deinde ad confirmationem, quam die tertia Ianuarii ann. 1339. VII.
accepit à Rothomagenſi Archiepiſcopo, in ſacello ſui Palatij, præſentibus Abbatibus *Gemeticenſi*, & S. *Catharinæ*; multis etiam Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicis, & ingenti populi multitudine. Ceremonia expleta in montem S. *Catharinæ* aſcendit, pranſurus apud Prioratum S. *Michaëlis*, vbi & pernoctauit. Die ſequenti, *Quievrevillam*, *S. Audoeni* perrexit, & craſtina vſque *Gagnyum* profectus eſt. Illicique conuenientibus ad eum, M. M. præfatis, Ioanne de *Nonancuria*, & Martino *Burat*, ac Petro de *Queuron*, die Iouis, ſimul *Lutetiam* petunt, & Sabbatho ſequenti, in curiam Regis, apud *Vicennas* vadunt: vt ipſe Electus temporalis Abbatiæ ſuæ manumiſſionem à Rege (eo quòd, ratione Regaliæ detineretur à Duce Normanniæ) acciperet, quod illi fauſtè ſucceſſit ad votum. Nam ad prædictum Ducem adductus, & ab eo gratanter exceptus: continuò Electus Duci ſacramentum fidelitatis præſtitit, dextra manu ſupra textum SS. Euangeliorum poſita, læua ad pectus extenſa. Mox ſui temporalis prouentus illi redditus, & Regalia interdictæ cuiuſquidem rei litteræ à Duce juſſæ ſunt exindè confici, eique largiri: quas ipſe Electus die Lunæ, ſigillo Ducis, in cerea rubea obſignatas ſuſcepit. Die Martis ex *Lutetiam* egreſſus, *Gagnyum* perrexit, quò Archiepiſcopum Rothomagenſem expectaret venturum, vt *Pontoeſiæ* ipſum benediceret in Abbatem. Verùm aliò impeditus Archipræſul, datis litteris, mandauit, vt *Pariſios* ſe transferret, illicque Dominica ſequenti, poſt feſtum S. *Hilarij*, ipſum benediceret, quod & præſtitit die S. *Guillelmi*, intra capellam ſui Palatij, præſentibus *Bajocenſi* & *Abrincenſi*, Epiſcopis; S. *Genouefæ*, & S. *Maglorii*, Abbatibus Pariſienſ. M. Ioanne à *Iuſtitia*, & alijs pluribus Cameræ Computorum Magiſtris: M. Dionyſio *du Cler*, multiſque aliis Doctoribus Theologiæ ac Decretorum, &c. Expletis Miſſarum ſolemniis, nouus Abbas, ſimul cum aliis Abbatibus, pranſus eſt ibidem cum Archiepiſcopo; Tumque, die ſequenti, ſalutato eodem Archipræſule, ab eo copiam diſceſſus obtinuit, & indè Rothomagum verſus, eſt profectus; quò perueniens, feria 6. poſt feſtum *Purificationis* B. Virginis Mariæ, Deiparæ, ad Abbatiam iter deflexit; cui obuiam facti ſunt Abbates, *Gemeticenſis*, & S. *Catharinæ*, Prior S. *Laudi*, Rothomagenſis, Subprior, & plures Canonici *B. Magdalenæ*, M. M. Ioannes de *Nonnancourt*, Martinus *Burart*, Ægidius de *Mandeſlour* & multi alij Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ; necnon ingens ciuium ac populorum turma: quem gratanter ac honorificè deduxerunt vſque ad Eccleſiam S. *Audoeni*, quam detractis calceis ingreſſus eſt nudis pedibus: ad cuius valuas comiter exceptus eſt, à cunctis Monachis cum lætitia: eiſque præfecit in *Priorem* Conuentualem F. Guillelmum *le Maiſtre*. [h]

h *Chronica vetus Ms. ſup. pag. 41. & ſeq. Antiquitates MSS. Neuman. ſup.*

Paulò poſt 17. Februarii eiuſd. anni 1339. Bulla allata eſt Apoſtolica, (quæ extat in Archiuo huiuſce Abbatiæ) per curſorem ſummi Pontif. Benedicti XI. qua VIII
continebatur, ipſum cœnobium reſeruatum fuiſſe ſedi Apoſtolicæ: cui ex tunc protinùs obediens nouus Abbas, omni dignitate & adminiſtratione Abbatiali ſe abdicauit, vſquequo aliud à ſua ſanctitate ordinatum audiret. Interim verò Conſilio Monachorum ſui Conuentus, necnon, aliorum prudentum virorum iudicio, *Auinionem* contendit ad Curiam Romanam, acceptis prius Epiſtolis ab Archie-

piſcopo

Digitized by Google

piſcopo *Rothomagenſi*, & capitulo eiuſdem; ab Epiſcopis *Bajocenſi* & *Abricenſi*, & à multis aliis, in ſui fauorem ad Sanctiſſ. Papam. Illic autem aduenieus; feria 4. Hebdomadæ ſanctæ; die craſtina, feria 5. in Cœna Domini, ad *Villam-Nouam* perrexit, ad Cardinalem *Rothomagenſem*, M. Petrum *Rogerium*, (poſtea Summum Pontificem) vt totius rei negotium illi commendaret. Ab eo itaque benignè & honorificè ſuſceptus eſt; & intellecta per ordinem ſerie negotij, ijs fauorabilem præbere aſſenſum viſus eſt: quod & opere ad amuſſim compleuit. Abbas interim huiuſce rei cauſa, cunctos Cardinales inuiſit, Camerario Cardinalis ipſius Rothomagenſis vbique eum comitante: ſed & Cardinalis *Rogerius*; Summum Pontificem adiit, eum hac de re alloquututus: cuius juſſu, cauſa in conſiſtorio ventilata, commiſſa eſt pro examinatione, tribus Cardinalibus, videlicet, Epiſcopo Hoſtienſi Cardinali, Cardinali Hiſpaniæ Presbytero, & Cardinali Neapolitani Diacono: quorum relatione, proceſſus huiuſmodi Electionis iudicatus eſt, Canonicus & optimus: in altero Cõſiſtorio publico, & à Summo Pontifice confirmatus, Bullis Apoſtolicis conſignatus: quibus receptis, & omnibus Cardinalibus conſalutatis, maximè vero Cardinali Rothomagenſi, *Rothomagum* reuerſus eſt, & in ſuam Abbatiam ſolemniter exceptus: ab Abbatibus *Gemeticenſi* & S. *Catharinæ*, Prioribus, Canonicis, & Monachis; &c. in feſto S. *Michaelis* Archangeli. [i] i *Ibid.*

IX. Redux in domum nouus Abbas, omnem adhibuit diligentiam in regimine cœnobij, tam ſpirituali quàm temporali, ſolerter curans pacem haberi inter ſibi ſubditos Monachos, quos amicabilibus verbis, & compluribus confouebat operibus bonis. Suo autem tempore multis impetitus eſt ab aduerſariis, qui lites & diſſidia illi ſæpe intentarunt: quibus in ſufferendis, iuſque Abbatiæ ſuæ tuendo, haud modicam conſumpſit pecuniam. Accuſatus quandoque ab æmulis, quòd iudices argento & muneribus corrupiſſet; iuramento falſitatem accuſationis diluit, *Lutetiæ*, apud Carthuſianos, coram Franciæ *Cancellario*, & Epiſcopo *Conſtantienſi*, ann. 1345. Tandem, poſt multa ſuo Monaſterio acquiſita bona, plenus dierum, & infirmitate nimia grauatus, apud Manerium de *Bihorel* ſeceſſit, anno 1362. cùm eam rexiſſet Abbatiam, ann. 22. addicata à ſe Abbatiali dignitate; vbi aliquot annis ſuperſtes, demùm obiit anno 1368. in Camera Prioris S. *Audoeni*, circa feſtum Tranſlationis S. Benedicti, ex qua delatus fuit in Eccleſiam, & in medio Chori, non tamen in Pontificalibus; ſed in quodam Sarcophago deſuper ornato; cuius ſucceſſor celebrauit Miſſam, fecitque totum ſeruitium; quo expleto, corpus eius ſepultum eſt in Capella S. *Stephani*. [k] Eccleſiam Parœchialem S. Crucis extruendam curauit ann. 1342. ex permiſſione Regis Franc. Philippi *Valeſij*; qui Abbatiam ſuſcepit in protectionem; itemque anno 1348. idem Abbas fundauit *Eleemoſynariam* ann. 1354. & 1355. *Syluam viridem* Monachis S. *Audoeni*, contra Magnum Magiſtrum Aquarum & Foreſtarum Franciæ; mediante decem millium ſcutorum aureorum ſolutione, ab ipſis Monachis mox datis, adiudicat conſilium Regis. [l]

k *Ibid. vetus MS. Chronica & Antiquitates MSS Neuman. pag. 151.*

l *Ex ſchedis Andreæ du Cheſne, Hiſtoriogr. Franc.*

Cathalogus eorumdem Abbatum deſcribitur.

CAPVT XIV.

26. Arnoldus, de Brolio.

I. IGitur per Demiſſionem ſpontaneam prænominati *Reginaldi*, prædeceſſoris, ann. 1362. electus via Spiritus ſancti, ſtatim *Auinionem* eſt profectus, ob reſeruationẽ Abbatiæ, vbi in Cõſiſtorio pronuntiatus in Abbatem, ſoluit propterea de ſeruitio ſuo 1500. Florenos de *Florentia*; indè *Rothomagum* reuerſus, recipitur in Eccleſia ſua, die Aſcenſionis Dominicæ ſacro ann. 1362. ceu 1363. pro varia ſupputandi ratione: [a] Porrò, iam anno 1350. è ciuitate *Rothomagenſi*, cùm multi Romam pergerent pro iubileo lucrando, complures etiam Monachi huiuſce

a *Chroni. en vers. Idem ſup.*

Abbatiæ S. *Audoeni*, illuc adierunt; quorum in via nullus deceſſit, præter vnum.[b] II,
Anno autem 1369. voluit Papa leuare vnam Decimam pro Reparatione Abbatiæ *Montis Caſſini*, & commiſſum fuit Abbati S. *Audoeni*, colligere, in Prouincia Rothomagenſi, ſuper Eccleſias, aut Monaſteria S. *Benedicti*: qui penurias Eccleſiarum declarauit, & Decima nihilominus ſoluta eſt: inquit *Chronicon Becce*nſe.[c] Anno 1371. eſt compoſitum iurgium inter ipſum & *Philippum* Archiepiſcopum; cui Patronatus S. *Viuiani* Rothomagenſ. ceſſit: Abbati vero Patronatus S. *Stephani doliorum*: Cùm autem apud Domicilium de *Bihorel*, iuxta Rothomagum moraretur, vitæ terminum compleuit anno 1382. in Sabbatho ſancto: cùm Monaſterium rexiſſet ann. circiter 20. *Carolo* VI. Francorum Rege, in ipſa ciuitate tunc degente; & Feria ij. proxima infra Octauam Paſchæ ſepultus eſt, in choro Baſilicæ S. *Audoeni* ad læuam: cùm ipſe triennio ante mortem in paralyſim incidiſſet.[d]

b *Chronicon MS. Rothomagenſe ad ann.* 1350.

c *Chronicon Becci ad ann.* 1369.

d *Chronicon vetus ſup. MS. & Antiquitates MSS. Norman. pag.* 252. *&* 253.

27. *Guillelmus le Merchier.*

CVm autem prænominatus *Arnoldus* Abbas, triennio ante mortem in paralyſim incidiſſet, eaque de cauſa, ob diſcordiam ſui Conuentus, & ſupplicationem Regis, & aliorum magnatum curiæ Regis, & de curia Romana: de conſilio amicorum reſignaſſet in Guillelmum *le Merchier*, Tabellione præſente & teſtibus: attamen vt omnes, & inde forſan, lites ſopirentur futuræ: completis *Arnoldi* demortui exequiis, itum fuit ad electionem, in qua idem D. Guillelmus *le Merchier*, Abbas renuntiatus eſt, eodem anno 1382. vel 1383. menſe Auguſto, in feſto S. *Audoeni*: at ſolummodò vixit, annum vnum, & menſes quatuor: exceſſit autem è viuis anno 1383. ceu 1384. ſepulturam nactus apud Abbatiam ſuam, in ſacello SS. *Stephani* & *Vincentij* martyrum, cum ſequenti III,

EPITAPHIO.

Pater GVILLELMVS, *jacet hic ſub tegmine tectus,*
LE MERCHER *dictus, concordi fœdere lectus,*
Huius Conuentus, quem nuper terminans rexit,
Hic ROSEI *genitus, annis quater & tribus exit,*
A medio, mille quater orbe peracto
Annis à Chriſto ſex & tribus hiccine jactis:
Cui fuit extrema vita lux hac quoque prima
Feſto Simonis & Iudæ ....[e]

e *Ibid. pag.* 253.

De eo mentio fit in interiecta à ſe appellatione à ſententia Officialis Rothomagenſ. tanquam à iudice incompetenti.[f]

Sane, quid detur intelligi, in iſto Epitaphio, per illa tempora deſignata, fateor me non capere: verùm, cùm ipſe *Guillelmus* Abbas interfuerit Scacario Normaniæ anno 1386.[g] conſequens eſt ipſum diutius vixiſſe, nempe vſque ad ann. 1393. vel 1394. quo ſucceſſorem legitur habuiſſe.

f *Carta* 25. *Cartularii Abbat.*

g *In ſerie Scacarior. Norman. apud* D. Bigot Senator *Rothomagenſ.*

28. *Guido du Gland.*

COnſtat hunc regimen Abbatiæ ſuſcepiſſe, poſtquam ann. 1394. terrarum ac poſſeſſionum fidei-commiſſum jurauit in camera Computorum Pariſienſ.[h] laudabiliter ac honorificè gubernauit: tum denique moriens anno milleſimo IV.

h *In Archiuo Abbat. S. Audoeni cart.* 9. *& Reg. cario* 9.

mo quadringentesimo secundo, die decimo septimo Ianuarij, humatus fuit in Capella SS. Trinitatis, hoc prænotato lemmate.

COENOTAPHIVM.

Hìc jacet bonæ memoriæ Reuerendus quondam Pater Guydo DV GLAND, *Abbas olim huius Monasterij, quod laudabiliter honestéque rexit ad cultus diuini augmentationem, ac Fundatorum præsentis Monasterij, Benefactorumque eiusdem .... Obijt anno Domini 1402. 17. Ianuarij: Tunc requirente Guillermo* DE VIENNA, *Rothomagensi Archiepiscopo.* [1]

[1] Antiquitates MSS. Norman. pag. 256.

29. Ioannes 4. Richardi.

V. POnè sequitur hic Ioannes, electus in Abbatem ann. 1402. cui dignè præfuit ann. 53. in variis Bellorum turbinibus, quibus Prouincia vbique quatiebatur, Anglorum & Burgundionum factionibus: maximè vero hæc ipsa inclyta Abbatia: vti liquet ex sequenti Epistola.

Reuerendißimis & honoratißimis ac metuendißimis Patribus, Sacro-sanctam Synodum, Ecclesiam Vniuersalem Representantem, Basileæ tenentibus; humiles vestri filioli, subjectione subditi, Consules & Ciues ciuitatis Rothomagensis.

„ REVERENDISSIMI ac Honoratissimi, & in timore Domini, „ metuendissimi, Patres, considerantes apud nos nihil esse, quod adeò „ indignationem prouocet Altissimi, sicut ingratitudo; ipsa enim est „ prouocatio malorum, Beneficiorum exinanitio, & extinctio meri„ torum: idcirco, miserationum, quas in Ecclesia S. *Audoeni* Rothomagensis, „ per litteras vestras magnificastis, pro qua, vicibus repetitis, ausi fuimus San„ ctitati vestræ congregationis dudùm rescribere, iugem habentes, firmamque „ memoriam; nolentes insuper illud Iudaïcum in nobis notari opprobrium; *Non* „ *fuerunt*, (inquit) *memores Beneficiorum eius, & mirabilium, quæ ostendit eis.* Per „ præsentes litteras nostras, & pro modulo nostro, benedicimus Deum cœli, qui „ per ministerium vestrum, faciens misericordiam, de puluere tribulationis, & „ sordibus litigiosæ captiuitatis, erigit egenum, vt cum Principibus Ecclesiæ „ suæ sedeat, & solium gloriæ inter vos, Reuerendissimi Patres, rejecta omni „ confusione, teneat. Quinimò eædem vestræ litteræ ab ingenti, diuturnaque, & „ difficili narratis præfatæ S. *Audoeni* Ecclesiæ ruina, quam pro discordia & con„ cursu guerrarum; æstimamus potissimum contigisse, resurgendi primitias præ„ stant non modicas. Namque lapsos erigunt, vagos congregant, & reuocant „ aberrantes. Quamobrem non quas debemus sanctitati vestræ congregationis, „ sed quas valemus & scimus, gratiarum referimus actiones: nos ipsos, & quæ„ cumque nostra sunt, in obsequio Paternitatum vestrarum filialiter offerentes. „ Cùmque nouella sit huiusmodi plantatio pacis in dicta *Ecclesia*, & quietis; plan„ tæ verò, quæ se nondum terræ radicitus adhæserunt, suspectam habeant tyran„ nidem, ac Borealem, & ventorum fortiores nequeant tolerare excursus; sic vt „ paci & quieti præfatæ *Ecclesiæ* oporteat prouideri. Idcirco, Reuerendissimi ac „ metuendissimi Patres, humiliùs quàm possumus, vestris Reuerendissimis Pater-

Digitized by Google

k *Extat apud Binij tom. 4. Concil. General. in Appendic. Concil. Baſilienſ. pag. 232. Dadraeum in Archiepiſcop. Rothomagenſ. Hugone IV.*

„ nitatibus ſupplicamus; quatenùs huius *Eccleſiæ* pacem, & quietem, iam per vos „ pluſquam ad medium perductam dignemini, rejecta omni æmulorũ diſſenſione „ ad perfectum vſque deducere, auxiliante vobis, ſanctitatis veſtræ congregatio- „ nis Authore & Conſeruatore, Spiritu ſancto, qui cum Patre & Filio viuit vnus „ Deus, in ſæcula ſæculorum. Amen. Datum Rothomagi, die 18. menſis Iulij 1434. [k] Eodem anno, *Eugenius* IV. Papa, cauſam conteſtationis inter Abbatem S. *Audoeni*, & Religioſorum *Montis Infirmorum*, propter Prioratum eorum, deuolutum per Appellationem ad ſedem Apoſtolicam, remiſit ad Officialem *Fiſcani*, carta 52. ſup. Idem ſummus Pontifex ann. 1443. remiſit ad Officialem *Rothomagenſ.* diſſidium Abbatis præfati, & Curati S. *Laurentij*, pro decimis carta 24. Hinc Nicolaus V. Papa, ſuo Diplomate ann. 1447. tuetur ipſum Abbatem in poſſeſſione decimarum aduerſus Curatos, carta 15.

Multos Rothomagenſes Archiepiſcopos, ipſe *Ioannes* Abbas, Eccleſiam primùm adeuntes Metropolitanam, iuxta priſcam conſuetudinem, & more majorum, comitatus eſt; videlicet, Ludouicum de *Haricuria*, ann. Chriſti 1415. die 13. Octob. Ioannem de *Rupe-ſciſſa*, ann. 1423. die 22. Octob. Hugonem *de Orgiis*, ann. 1432. die 22. Auguſt. Ludouicum *de Luxemburgo*, ann. 1437. die 9. Auguſt. Radulfum *Rouſſel*, ann. 1444. die Dominica 26. Iulij, (cui etiam mortuo, ann. 1452. piè parentauit prima & ſecunda Ianuarii: dum corpus eius, prius in ædem ſuam Abbatialem excepit, ac poſtea in Metropolitanam deduxit) ac Guillelmum de *Stoutevilla*, Cardinalem anno 1454. die 28. Iulij. [l] poſt quos & ipſe Ioannes Abbas, moriens ann. 1455. Tumulum accepit in eadem præfata capella SS. *Trinitatis*; cui iſtud appoſitum eſt VI.

l *Vide* Neuſtriam Chriſtianam *in Archiepiſcop. Rothomagenſ.*

EPITAPHIVM.

Hic jacet vir magnæ recommendationis IOANNES RICHART, *quondam Abbas huius Monaſterij: ipſum 53. annis laudabiliter rexit, ſuum diem claudens extremum, anno Domini 1455. die 17. Iunij.*

30. *Ioannes 5.* DE CORQVILLERAY.

m *Plantavitius in Epiſcop. Lodouenſ.*

NOtatur Abbas ann. 1456. poſtea Epiſcopus *Lodouenſis*, anno 1468. [m] qui ann. 1463. bonorum omnium ſuæ Abbatiæ Rotulum dedit Lutetiæ in camera Computorum, carta 10. VII.

31. *Guillelmus 3.* DE STOVTAVILLA.

IAm incipiunt exoriri commendatarii Abbates: & hoc quidem ſub *Ludouico XI.* Rege Francor. qua de re, extat conclamatio ad ipſum Regem per Curiam ſupræmam Pariſienſem; in hunc modum. *In Prouincia Rothomagenſi nobiliſſima Abbatia S.* Audoeni, *commendata eſt*: item, Mons S. Michaelis, Gemeticenſis, Montisburgenſis, Fiſcanenſis, Lyræ, Diuæ, S. Catharinæ, Grandimontenſis; *ac Beneficia etiam Regularia, quod eſt indignius, ſine delectu, commendationis Titul. dantur.* In defenſione Curiæ Pariſienſ. Regi Franc. Ludouico XI. oblata, pro Libertate Eccleſiæ Gallicanæ aduerſus Aulam Roman. apud L. *Bochellum* lib. 4. Decretor. Eccleſiæ Gallican. Titul. 21. cap. 10. Hic igitur *Guillelmus*, Cardinalis Legatus, miſſus eſt in Galliam, ann. 1451. & 1452. quo tempore electus eſt in Archiepiſcopum Rothomagenſem: cuius ſolemnem poſſeſſionem iniit ann. 1454. die 28. Iulii Ioanne *Richarti*, Abbate prænominato, & Monachis S. *Audoeni* cum capitulo, ad

Digitized by Google

ad atrium Ecclesiæ Metropolitanæ, vt moris est, exhibentibus. Hinc successu temporis, cœnobiarcha huiusce loci factus circa ann. 1462. cùm ipse esset etiam Monachus Benedictinus. Anno autem 1463. & 1464. vt Abbas S. *Audoeni* excusatus fuit à Scacariis Rothomagensibus. [n] Qui quidē eiusdem Ecclesiæ pulpitum ædificari fecit, & nauim Ecclesiæ pro majori parte, quam & variis decorauit ornamentis: in his numerantur, Cappa, Casula, Tunica, & Dalmatica, ex aurato panno candido; cappæ sex ex serico Damasceno candido, foliis aureis distinctæ; Casula, Tunica, Dalmatica, Cappaque prægrandis ex Damasceno candido: cappæ 4. casula, Tunica, Dalmatica cum apparatu Altaris, ex holoserico, nigro: casula, Tunica, Dalmatica, ex Damasceno cœruleo; cappæ 7. cum casula, Tunica, & Dalmatica, ex panno aurato purpureo: duæ cappæ, ex panno aurato, quarum altera argento intexta erat: cappæ 7. cum casula, Tunica, & Dalmatica, ex panno aureo cœruleo, &c. Romæ octuagenarius moritur ann. 1482. die 23. Ianuar. [o]

[n] *Vide Scacaria Norman. Apud D. Bigot. Senator. Rothomagens.*

[o] *Chronicon MS. Rothomagense ad ann. 1462. Antiquitates MSS. Norman. pag. 74. 75. & 257.*

32. *Ioannes 6. Balue.*

VIII PHILIBERTVM, Cardinalem, Matisconensem Episcopum, in Abbatem postulauerunt, eamque postulationem *Ludouicus* XI. Rex, procurasse dicitur, vt indicant commentarij capituli Rothomagensis, ad 19. Martii exeuntis, more Gallicano veteri, ann. 1482. quo porrectæ sunt capitulo Regiæ litteræ, quibus ab eo petebat, vt postulationem ipsam, iure, per sedis Metropolitanæ vacationem, deuoluto, confirmare dignaretur: quas litteras, qui detulerat, Ioannes *de Cauriel*, à Rege, pro regimine temporalitatis Monasterii, vt dicebatur, Commissarius datus: responsum accepit; Non licere capitulo hanc, vel aliam quamcumque postulationem confirmare; quare in eius locum, electus fuit *Ioannes Balue*: Monachus etiam Benedictinus: Cardinalis, Episcopus primò *Ebroicensis*, deindè *Andegauensis*. [p] Verùm, cùm scribitur, post obitum præ ati D. Guillelmi *de Stotauilla*, Abbatiam hanc suscepisse regendam, tempore D. Roberti *de Croismare*, Rotomagens. Archiepiscopi; facile mendum irrepsisse deprehenditur, idque minimè accidisse ann. 1468. vti legitur: [q] cùm ille D. *Guillelmus* è vita excesserit ann. 1482. & *Robertus* eidem, ipsomet anno, suffectus sit in Archiepiscopum: [r] quare potius dicendum est, post mortem Regis Ludouici XI. illi infensissimi, fuisse ea Abbatia potitum: (obiit quippe ille Rex ann. 1483. die 30 August.) prout habetur ex Archiuis eiusdem loci, circa ann. 1484. vel 1484. vel 1486. non verò ann. 1468. ex litteris transmutatis.

[p] *Ex scriptis D. le Preuost, Canonica Rothomagens.*

[q] *Antiquitates sup. pag. 257.*

[r] *Vide in Neustria Christiana cap. 144.*

Alij Abbates, professione Monachi dinumerantur.

CAPVT XV.

33. *Nicolaus 4. à Fossa.*

I. PRæfato Ioanne vita functo, ann. 1491. confestim Lutetiam profecti sunt Monachi ad Regem Carolum VIII. pro licentia habenda, super electione noui Abbatis: quam in hunc modum à sua Majestate obtinuerunt.

Digitized by Google

Carolus Dei gratia, Francorum Rex, Dilectis nostris, Priori Claustrali, ac capitulo, & Religiosis Monasterij sancti Audoeni Rothomagensis Ordinis S. Benedicti, Salutem & dilectionem.

VACANTE, vt dicitur, dicto Monasterio, per Obitum & mortem vltimi Abbatis defuncti: ex parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus licentiam & congedium eligendi successorem, & Abbatem in eodem Monasterio, quod ab Antecessoribus nostris fundatum extitit, concedere dignaremur: Vestris igitur in hac parte, supplicationibus inclinati, dictam licentiam, & congedium, eligendi successorem & Abbatem, vt in eodem Monasterio facere consueuistis, vocatis, qui fuerint vocandi, & quorum interest, concedimus, & etiam facultatem: iure nostro, & quolibet alieno, in omnibus semper saluis. Datum Parisius 19. mensis Martij, anno Domini 1491. & Regni nostri nono.

PER REGEM.

DD. DE GRAVILLE, Admiraldo.

DE GRIMALDO, Senescallo Bellicadri, & aliis præsentibus.

ROBERTET. SIG. [a]

[a] *Ex Archiuis insig. Abbatiæ S. Audoeni. Titul. Electionum.*

HIS Regis patentibus litteris visis ac perlectis, Monachi ad electionem processerunt, die 24. Octob. quo electus fuit in Abbatem, Nicolaus à II;
Fossa, vulgò, *de la Fosse*, eiusdem cœnobii alumnus, ac fabricæ ipsius jam per an. 32. præfectus. [b] Horum probationem indigitant antiqua illius Abbatiæ monimenta MSS. ex quibus nonnulla hîc dignum duxi inserenda. Facta nimirum de *Nicolao* electione, in Abbatem, protinus confectum est ea de re publicum tale instrumentum.

[b] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 250. & 257.*

„ Vniuersis præsentes litteras inspecturis: F. F. Clemens *le Vacher*, Prior „ Claustralis; Petrus *Parmentier*; Rogerius *Louuel*, Rodulfus *Malortis*, Infirmarius; „ Robertus *de la Quesnaye*; Ioannes *Beaucousin*, Eleemosynarius: Thomas *Lescarre*, „ Coquinarius: Ancelinus *du Hay*; Guillermus *Foucher*, Thesaurarius Conuen- „ tus: Petrus *Roque*, Sacrista: Robertus *Osmons*, Cellerarius: Petrus *de Rounes*, „ Succentor: Guillelmus *Helgot*, Petrus *Mahieu*, Theodoricus *Billart*, Ludoui- „ cus *Vereul*, Augustinus *Foucher*, Martinus *Monneaux*, Iacobus *Hommet*, Nico- „ laus *Berrenonel*, Præsbyteri: Guillelmus *Houssays*, Guillelmus *Malet*, Gaufri- „ dus *de la Mare*, Robertus *Doly*, Petrus *du Busc*, Reginaldus *du Monchel*, Arturus „ *Martel*, Robertus *Housset*, Richardus *Luce*, & Ioannes *Castel*, omnes Religiosi, „ expressè Professi Monasterij S. *Audoeni*, Rothomagensis, Ordinis S. Benedicti; „ salutem in Domino sempiternam.

„ Notum facimus, quòd cùm die datæ præsentium assignata; præfixa, & acce- „ ptata, ad procedendum per nos in negotio Electionis futuri Abbatis, dicti no- „ stri Monasterii, tunc per, & propter obitum Bonæ memoriæ, Reuerendissimi „ quondam in Christo Patris, & Domini D. *Ioannis*, Cardinalis *Andegauensis*, „ dùm vitam in humanis ageret, ipsius Monasterij *Commendatarij*, & Administra- „ toris perpetui, vacantis, & Pastoris solatio destituti: nos iuxta præfixionem & „ assignationem diei huiusmodi, in capitulo nostro, propter hoc, de manè capitulariter

,, lariter congregati ſolemnitatibus conſuetis & requiſitis debitè obſeruatis : ve-
,, nerabilem & Religioſum, confratrem noſtrum *D. Nicolaum de la Foſſe*, Religio-
,, ſum eiuſdem Monaſterij expreſſè profeſſum, per viam Diuinæ inſpirationis aſ-
,, ſumendum duxerimus, & etiam eligendum, omnibuſque ad Electionis huiuſmo-
,, di negotium ritè peractis; proceſſum illius fieri decreuimus, Ordinario confir-
,, matori, aut cuius intererit, præſentandum. Propterea nos, in eodem capitulo
,, noſtro conſtituti, & capitulantes, vnanimi concurrentes aſſenſu, ex noſtris cer-
,, tis, propoſito & ſcientia, dilectos noſtros & fideles prætatos confratres, &
,, conreligioſos noſtros, DD. Rogerium *Louuel*, Thomam *de Leſcarre*, & Guillel-
,, mum *Foucher*, necnon prouidum, & honeſtum, viros, Robertum *d'Eſtin*, in foro
,, ſæculari conſiliarium, & Petrum *Durnel*, fecimus, conſtituimus, creauimus, no-
,, minauimus, & ſolemniter ordinauimus : facimuſque, creamus, nominamus,
,, conſtituimus, & ſolemniter ordinamus, Procuratores noſtros generales, & cer-
,, tos nuntios ſpeciales, ac negotiorum noſtrorum infraſcriptorum Geſtores; eo-
,, rumque quemlibet in ſolidum : ita tamen, quòd generalitas ſpecialitati non de-
,, roget, nec è contra : quòdque non ſit melior conditio primitùs occurrentis, nec
,, deterior ſubſequentis; ſpecialiter & expreſſè, ad, noſtro nomine, & pro nobis,
,, coram Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & Domino, *D. Rothomagenſi* Archiepiſ-
,, copo, vel eius in Spiritualibus Vicario, aut alteri, cuius intererit; vbi, quan-
,, do, & quotiens, pro præmiſſis fuerit expediens, comparendum : dictæque no-
,, ſtræ Electionis, ſic per viam Diuinæ inſpirationis, de perſona præfati *de la Foſſe*,
,, Canonicè & concorditer celebratæ, decretum, vel proceſſum præſentandum,
,, offerendum, & exhibendum : Necnon & Decretum, ſeu proceſſum huiuſmodi,
,, noſtramque Electionem præfatam, per ipſum Reuerendiſſimum, Dominum Ar-
,, chiepiſcopum, vel eius Vicarium prædictum, aut alium ad hoc poteſtatem ha-
,, bentem, recipi, laudari, confirmari, & approbari; ac nobis, & dicto Mona-
,, ſterio noſtro, de perſona ipſius noſtri Electi prouideri; ipſi quoque Electo mu-
,, nus Benedictionis, & alia illi neceſſaria, quo ad hæc, impertiri : atque defectus,
,, ſi qui forſan in eadem Electione interuenerint, de benignitate ſuppleri : peten-
,, dum, requirendum, ſupplicandum, & obtinendum; & generaliter omnia alia,
,, & ſingula circa hæc neceſſaria, faciendum, procurandum, gerendum & exer-
,, cendum, quæ ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia
,, ſint, quæ mandatum ſpecialius exigant. Promittentes bona fide, ac ſub omnium
,, & ſingulorum noſtri Conuentus obligatione bonorum, mobilium & immobi-
,, lium, præſentium & futurorum, nos ratum & gratum perpetuò habituros, quic-
,, quid per dictos Procuratores noſtros, aut eorum alterum, actum, dictum, geſtum-
,, ve fuerit in præmiſſis : ſeu quomodolibet procuratum. Actum & datum in dicto
,, noſtro capitulo, anno Domini 1491. die Lunæ 24. menſis Octobris : præſenti-
,, bus diſcretis viris DD. Ioanne *Hoüel*, de *Blouilla* : Iacobo *Gybers*, *de Capravilla*,
,, S. *Audoeni*, Iacobo *Vitecoq*, Præsbyteris, de Capella, Rothomagenſis Diœceſis
,, Parœchialium Eccleſiarum curatis : ac M. Guillelmo *Bohier*, in Decretis Bac-
,, chalaureo; teſtibus fide dignis, ad hæc vocatis & rogatis.

MACAIRE. †. [c]

A. SELENGVES. †.

c *Ex cod. Archiep.*

III. Commiſſione data & accepta, itum eſt die craſtina ad Archiepiſcopum, prout præſens pagina exindè confecta, plenius continet.

In nomine Domini. Amen.

,, HVius inſtrumenti publici ſerie & tenore, cunctis fiat manifeſtum : Quòd
,, anno eiuſdem Domini 1491. indictione 10. menſis verò Octobris die 25.
,, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, *D. Innocentij*, Di-
,, uina Prouidentia Papæ Octaui, anno 8. Coram Reuerendiſſimo in Chriſto Pa-
,, tre & Domino, D. *Roberto*, miſeratione Diuina, Rothomagenſi Archiepiſcopo,

Digitized by Google

,, in noſtrorumque Notariorum publicorum, & teſtium infra ſcriptorum, præ-
,, ſentia, perſonaliter conſtitutus, venerabilis & Religioſus vir, *D. Rogerius Lou-*
,, *uel*, Prior Prioratus *de Ganyaco*, membri à Monaſterio S. *Audoeni*, Rothomag.
,, Ordin. S. Benedicti dependentis, ac ipſius Monaſterij Religioſus expreſsè profeſ-
,, ſus, Procuratorque litteratoriè fundatus, & Procuratorio nomine Religioſo-
,, rum, & honeſtorum virorum, Prioris Clauſtralis, & Conuentus dicti Monaſte-
,, rij, præfato Reuerendiſſimo D. dixit, & expoſuit in effectu; quod heſterna die,
,, prædicti Religioſi Conuentus, in ſuo capitulo, hora capitulari, de manè con-
,, gregati, cum ſolitarum requiſitarum ſolemnitatum obſeruatione debita, ad
,, Electionem Abbatis & Paſtoris eiuſdem Monaſterij, tunc per & propter obitum
,, bonæ memoriæ. D. *Ioannis*, quondam Cardinalis *Andegauenſis*; ipſius Monaſte-
,, rij, dùm viueret; Commendatarij, ſeu, Adminiſtratoris perpetui, vacantis, per
,, viam S. Spiritus, ſeu, inſpirationis diuinæ, Canonicè proceſſerant, ac in
,, ſuum Abbatem & Paſtorem elegerant venerabilem & Religioſum confratrem
,, ſuum, D. *Nicolaum de la Foſſe*, Præsbyterum, Monaſterii & Ordinis prædicto-
,, rum Religioſorum expreſſè profeſſum, cuiuſquidem Electionis modo præmiſſo
,, celebratæ proceſſum, vel decretum, ſigillo dicti Conuentus, & aliàs debitè
,, roboratum, dictus *Louuet*, nomine Procuratorio, ſupradicto eidem Reuerendiſ-
,, ſimo D. in præſentiarum exhibuit, porrexit, & præſentauit; ſupplicando, pro-
,, vt ſupplicauit, eodem nomine, cum reuerentia & humilitate, debitis, Electio-
,, nem ipſam de perſona præfati *de la Foſſe*, vt præmittitur, celebratam, per ipſum
,, Reuerendiſſimum D. ſua ordinaria authoritate confirmari, ac pro ſolemnitati-
,, bus propterea requiſitis, mandatum ad Banna, & ſubhaſtationes, more ſolito fa-
,, ciendas per eum decerni & concedi: Ipſe verò Reuerendiſſimus, D. Archiepiſ-
,, copus, receptis proceſſus, vel Decreti Electionis huiuſmodi litteris, prædicto
,, Procuratori reſpondit: Quòd eas libenter videret, & ſuis Officiariis communi-
,, caret, ac ſuper illis deliberaret cum eiſdem, & die craſtina, ipſi procuratori ſu-
,, per ſua ſupplicatione prædicta, reſponſum daret. Acta ſunt hæc in Manerio Ar-
,, chiepiſcopali Rothomagenſi, ſub Anno, indictione, menſe, die, & Pontifica-
,, tu prædictis, præſentibus venerabilibus viris, M. M. Guillelmo *Preuoſteau*, &
,, Thoma *de Bellengues*, Curiæ Archiepiſcopalis Rothomagenſis Aduocatis: D.
,, Ioanne *Houel*, Curato *de Blouilla*, & Michaele *Flandrin*, cum pluribus aliis teſti-
,, bus de præmiſſis.

,, Adueniente autem craſtino, videlicet, die 26. dicti menſis Octob. anno, indi- IV.
,, ctione, & Pontificatu prædictis, coram prælibato Reuerendiſſ. D. Archiepiſco-
,, po, ac in noſtrorum notariorum, & teſtium inferius nominatorum præſentia,
,, in eodem loco, ſeu Manerio Archiepiſcopali: comparuit, & ſe præſentauit
,, præfatus D. Rogerius *Louuet*, Procurator, & procuratorio nomine ſupradicto,
,, qui humiliter, & cum qua debuit reuerentia, ſuper ſua ſupplicatione prædicta,
,, heſterna die ſibi facta, per ipſum Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum, eidem
,, Procuratori, reſponſum dari petiit, requiſiuit, & ſupplicauit. Cui quidem
,, procuratori dictus Reuerendiſſimus D. ad eandem ſupplicationem reſpondit, &
,, reſponſum dedit in ſcriptis, ſub his verbis: Vobis, Dominis Religioſis, &
,, Procuratori Monaſterij S. *Audoeni*, Rothomagenſis, petentibus: quòd proce-
,, damus ad confirmationem Electionis veſtræ, reſpondemus; quòd propter inhi-
,, bitiones, authoritate Regia nobis factas, de non procedendo in negotio huiuſ-
,, modi, procedere non poſſumus, donec impedimentum huiuſmodi fuerit ſubla-
,, tum: quo facto libenter procedemus, provt iuris fuerit & rationis. Qua reſpon-
,, ſione ſic data, pro parte dicti procuratoris, fuit à præfato Reuerendiſſimo D. re-
,, quiſitum & petitum; An illi, qui ipſi Reuerendiſſimo D. inhibitiones fecerant,
,, in dicta reſponſione mentionatas, aliquod mandatum ad hoc ſcriptis haberent
,, & monſtrarent? Ad quod idem Reuerendiſſimus D. in ſubſtantia reſpondit:
,, quod illi mandatum non habebant; ſaltem nullum propter hoc fuit ipſi Re-
,, uerendiſſimo D. exhibitum, vel oſtenſum: Quòdque prouidus vir, *Petrus Daré*,
,, qui eſt Locum tenens generalis D. Bailliui Rothomagenſis, in præſentia prouidi
,, viri Guillelmi *Goüel*, Procuratoris Regij, ſibi verbo fecerat inhibitiones huiuſ-
,, modi. De quibus præmiſſis omnibus & ſingulis: præfatus *Louuet*, Procurator,

petije

Digitized by

„ petijt à nobis Notariis publicis subscriptis, sibi fieri publicum instrumentum, „ vnum, aut plura: præsentibus ad hæc vltimò dicta, præfatis M. Guillelmo *Prevosteau*, & D. Ioanne *Hoüel*, necnon venerabili viro, M. Ioanne *Bouzeux*, præta- „ tæ curiæ aduocato, cum pluribus aliis testibus vocatis & rogatis.

Ego verò Michael Belengues, *Clericus de Rothomago, publicus Apostolica & Imperiali authoritatibus, Curiaque Archiepiscopalis Rothomagensis, Notarius juratus: Expositioni, præsentationi, supplicationi, responsioni, cæterisque præmissis, cum prænominatis testibus, & Notario infrascripto, præsens fui: ideo huic instrumento publico, alterius manu scripto, signum meum publicum, vna cum subscripti Notarii signo & subscriptione, in fide præmissorum, apposui, requisitus.*

Item, ego Ioannes Macaire, *Clericus, in Artibus Magister, Lexouiensi Diœcesi oriundus, publicus, Apostolica & Imperiali, authoritatibus, curiaque Archiepiscopalis Rothomagensis juratus Notarius, præmissis omnibus & singulis, cum Notario, & testibus suprascriptis præsens fui: ideo huic præsenti publico instrumento, alterius manu scripto, signum meum publicum apposui, in fidem & testimonium veritatis omnium & singulorum præmissorum: rogatus & requisitus.* [d]

d Ibid.

V. Attamen hic *Nicolaus*, permansit sic Electus, Abbatiamque rexit ann. 4. cui ipse dedit, Cappam, Casulam, Tunicam, & Dalmaticam ex panno aurato cæruleo. Contendit author Antiquitatum MSS. Norman. ipsum præfatum *Nicolaum*, Abbatem, sublatum fuisse è mundo, cùm rexisset ann. 8. ac postea tumulatum in Capella S. *Vincentij* eiusdem Abbatialis Ecclesiæ; [e] Nos autem accuratè inspectis; quæ sunt historicæ veritatis, ceu, chronologicæ rationis, dicimus prædictum *Nicolaum* Abbatem, mortis debitum exoluisse ann. Christi 1495. Regni Caroli VIII. duodecimo, cùm rexisset ann. 4. vti iam notauimus.

e Antiquitates MSS Norman. pag. 257.

34. *Antonius Bohier.*

VI. NOnnulli volunt hunc Antonium *Boyerum*, Monachum Professum Benedictinum, fuisse tunc proximè Electum in Abbatem, iuramentumque præstitisse fidelitatis Regi Carolo VIII. ann. 1491. 11. April. die nona ante Pascha: sed quibus multa opponuntur. Constat quippe, ex præfatis, licentia scilicet Regia, & instrumento publico Electionis Nicolai *de Fossa*, ipsum *Nicolaum*, fuisse proximè Electum post obitum Ioannis *Balue*, prædecessoris. Deindè, ann. millesimo quadr. nonagent. primo. Pascha incidit in diè 3. April. ergo dies nona ante Pascha haud poterat coincidere cum die 11. Aprilis: nec ann. 1492. quo Pascha aderat 22. eiusdem mensis April. [f] Præterea, defuncto prædicto *Nicolao*, Abbate Electo, noua iterata est Abbatis futuri Electio, ann. Christi 1495. Regni *Caroli VIII.* anno duodecimo: vti liquet ex Littera Regia: quæ subsequitur.

f Claudius Roberti in Tabula ann. Christi, Indiction. & Paschatum.

Carolus Dei gratia, Francorum Rex, Dilectis nostris, Priori Claustrali, & Conuentui Monasterii S. Audoeni
VII. *Rothomagensis, Salutem & dilectionem.*

VAcante, vt dicitur, præfato Monasterio vestro, per Obitum vltimi Abbatis defuncti, ex parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum: quatenus eligendi futurum Abbatem, & Successorem, in eodem Monasterio: quod ab Antecessoribus nostris fundatum extitit, vobis concedere dignaremur. Vestris igitur, in hac parte supplicationibus inclinati, dictam licentiam & congedium eligendi, ac electionem celebrandi, vti facere consueuistis, vocatis, qui fuerint euocandi, infra tempus debitum, tenore præsentium concedimus . . . . alieno in omnibus saluo.

Digitized by Google

Datum apud Baugencyum, vltima die Octobris, anno Domini milleſimo C........ duodecimo..........

g In Archiu. Abbatiæ S. Audoeni Rothom. Titul. Electiones.

PER REGEM.

NEAVVILLE. g

ET quamuis per ea verba, *Duodecimo* apertè non explicet, an id intelligat de ann. Chriſti, vel de anno Regni Regis: cùm membranula (quàm vidimus) hac in parte, omninò corroſa extiterit; attamen id de præfati *Caroli VIII.* Regno, ſcilicet, duodecimo Regni ſui anno, certo certius conjicere liquet; quòd eo anno ſub aliis Regibus *Carolis*, præcedentibus, Abbatia hæc nuſquam vacauerit per deceſſum alicuius Abbatis.

Ad electionem itaque, iuxta Regiam licentiam, proceditur: in qua ipſe Antonius *Bohier*, vnanimiter electus eſt, & acceptus; anno ipſo 1495. vir certè optimus, & veterum Monaſteriorum (quorum erat cœnobiarcha) Reparator & Inſtaurator magnificus; quiquidem Eccleſiam Abbatialem S. *Audoeni* magnoperè ampliauit, atque perfecit & compleuit: tum etiam ædificia Monachorum circa eam extruxit. Fertur ipſum fuiſſe Electum an. 1491. quod patenter extra verum eſt: niſi intelligatur de quadam forſan Regia nominatione ſub finem eiuſdem anni: quo exeunte, iurauerit in verba Eccleſiæ Metropolitanæ 18. April. ſicque anno 1493. die 19. & 20. Iulij, Roberto *de Croiſmare* Archiepiſcopo Rothomag. defuncto, antequam corpus eius humaretur, in Eccleſia majore parentauerit: itemque ann. 1494. die 21. Septemb. eius ſucceſſori Georgio *de Ambaſia*, ſedem intranti debita obſequia exhibuerit, [h] Tranſeat: at nuſquam electus extitit à Monachis capitulariter congregatis, vt moris ac juris erat, niſi ann. præfato 1495. quo migrauit à ſæculo, Nicolaus *de Foſſa*, vltimò Electus: vti liquet ex prædictis. VIII

h Ex Schedis D. le Preuoſt Canonici Rothomagenſ.

Quantæ autem ſcientiæ, integritatis ac prudentiæ extiterit, id vnum teſtari poteſt, quòd à Ludouico XII. Francor. Rege, vnus ex quatuor Præſidibus primis, nouo Senatui Parlamenti Rothomagenſis delectus ſit, anno 1499. die 1. Octob. cùm Abbas eſſet Regularis S. *Audoeni*: qua de re juramentum præſtitit eodem die, ſimul cum Conſtantienſi Epiſcopo, Prothopræſide. [i] Tuncque in eius laudem hæc decantata ſunt carmina; ſumpta dicendi Themate: ex Elogio. IX

i Vide Neuſtriam Chriſtianam part. 1. cap. 150.

Iuſtitia Leges, animos & mores reſpiciunt.

Tertius Præſes Clericus: Antonius *Boyer*, Abbas Audoenenſis.

De Familia Bohier, vide Louuetum, in notis Antiquis nobiliat. Belnagenſ. pag. 355.

De tacito egreſſum ſub roſtra forenſia clauſtro,
BOHERIVM virtus florida ſuſtinuit.
Sicut erat commune bonum, præſtantibus illo,
Priuatis tantum quod trahitur domibus.
Non aliter ſtudiis ornatus credidit ipſe
Vtilius populum ducere, quàm Monachos.
Egregium eſſe ratus Leges tractare verendas,
Conſilioque homines poſſe iuuare ſuo.
Non dedignata eſt rebus miſcere prophanis
Sacrum, dùm proſit candida Relligio.
Sed neque iuſtitiam neſcit quo nomine juris,
Præſulibus ſanctis dicimur eſſe pares.

Im ſiqui-

Digitized by Google

Ius siquidem geminus est multa simul arte politum,
Recte conueniens moribus atque animis.
Iustitiæ de fonte fluit, quo manat vtrumque,
Diuinum, hoc primum est, Cæsaris hoc aliud.
Legibus humanis veluti compescimus orbem,
Sic animæ mores scribimus ingenuos.
Nemo quoque est hominum mentis quantumlibet expers,
Qui vacet egregio munere iustitiæ.
Vndè Sacerdotes trepidum nos vulgus honorat,
Non est hic nexus Religione minor.
Necdum ciuili causas contingimus arte
Strutamur quid agant spiritus atque animæ. [k]

X. POstea, idem Rex, ann. 1507. mense Martio, prædicti *Boyeri* habita meritorum consideratione, suo Edicto, declarauit, *San-Audoenos* Abbates, natos esse Consiliarios, in eodem Parlamento Rothomagensi. [l] Porro anno 1503. Palatij Abbatialis extructionem aggressus est: in quam 9200. libras expendit, vt ex Conuentionis Tabulis constat: cui pro lemmate appendit illud dictum: *Virtuti omnia parent.* Indè ann. 1508. Odeii septa exquisiti operis aularia cinxit: in quibus *B. Audoeni* vita conspicitur depicta. Tum ann. 1510. præfati Georgij *de Ambasia*, Archiepiscopi Rothomagensis (cuius Vicarius erat Generalis) mortui, (à quo Testamenti Executor nominatus fuerat) funus, more majorum, excepit 19. Iunij. Ac postea ann. 1513. die 18. Decembris, *Georgium* alterum, nouum Archiepiscopum, Ecclesiam Metropolitanam, possessionis captandæ causa, primùm adeuntem, solemni ritu, comitatus est, prodeuntique obuiam Decano exhibuit. Quoquidem anno calend. Aprilis, ei *Fiscani* & S. *Audoeni* Abbati, atque Cancellario Normanniæ dicat *Eutropium*, Nicolaus *Mallard*, Rothomagensis. [m]

k *Baptista* Candelarius *lib. 1. virorum omnium Consular. ab Institutis Rothomagi Senatu'habitis, Præmia rum MSS.*

l D. Bigot *Senator Rothom. g. In Codice MS. de Præsidentibus primis Parlamenti Rothomag.* ex D. le Feure, tom. 2. *Collectar MSS.* pag. 152.

m *Ex Schedis D. le Preuost Canonici Rothomagens. Claudius Roberti in g2 Archiepiscop. Bituricens.*

Commendatarij Abbates seculares referuntur.

CAPVT XVI.

35. Ioannes. 7. de Boissay.

I. CErtum est Antonium *Bohierum*, eodem tempore, quo in Bituricensem Archiepiscopum assumptus est, S. *Audoeni* Abbatia se abdicasse: quare ipse Ioannes 7. de Boissay, nobilis Normannus, reperitur illi suffectus ann. 1514. & 1515. [a] *Item 16. dicti mensis Augusti eiusdem anni 1517. habitæ sunt processiones generales ad S. Audoenum, cum concione solemni: quò, in præsentia Reuerendi in Christo Patris D. Georgij ab Ambasia, Rothomagensis Archiepiscopi, Decani, & Canonicorum complurium eiusdem Ecclesiæ: necnon etiam Cardinalis* Antonij Bohieri, *Bituricensis Archiepiscopi*, Fiscanensisque Abbatis, *olim eiusdem* S. Audoeni *Cœnobiarchæ: translatum fuit corpus S.* Audoeni, *ex capsa vbi aderat, in aliam nouam, ditissimam, auroque coopertam, ex quo corpore, digitus,* Index *Vocatus, dono traditus est, D. D. Capituli Rothomagensis Ecclesiæ.* [b] Qui *Bohierus*, mundo valedixit anno sequenti 1518. in festo S. *Ambrosii.* [c] jacet apud Auaricum Biturigum, in ædis primariæ naui, propè Cathedram concionatoriam, sub æneo Tumulo.

a *Ex Schedis Abbat. S. Audoeni Rothomagens.*

b *Annales MSS. Normanniæ. Apud Bigot sup. Claudius Roberti sup. Sanmarthani in Mstis G ll. can. 16. August.*

c *Antiquitates MSS. Norman.* pag. 152.

Digitized by Google

36. *Innocentius Cibo.*

ITalus erat natione, patria Genuensis, inter quem & prædictum Ioannem *de Boissay*, simultates exortæ sunt, pro huiusmodi Abbatia obtinenda : vtroque ius suum prætensum egregiè defendente : at *Innocentius* tandem præualuit : & Summi Pontificis beneficio, & Regia accedente affinitate. Quidam neotericus scribit *Innocentium* hunc, cùm *Clementem VII.* ann. 1533. in colloquium cum *Francisco* I. Rege Franc. *Massiliam* ad nauigantem comitatus fuisset (vbi Catharina *Medicæa Henrico* II. *Francisci filio* nupsit) tanquam sponsæ Fratruelem, honorificè à Rege tractatum, & Rothomagensis Abbatiæ prouentibus, inter alia, noua affinitate, digna stipendia, auctum.[d] Sanè, si de hac præsenti S. *Audoeni* Abbatia intelligit, apertè hallucinatur, cùm satis superque constet S. *Audoeni* cœnobium eidem *Innocentio*, iam indè à *Leonis X.* (qui eum Cardinal. creauit.) temporibus commendatum fuisse. Nam Vicarium Generalem in ipso habuit Antonium *le Roux*, Abbatem S. Georgij *de Balcheruilla*, anno 1516. eo item munere fungebatur, Pantaleo *Cibo*, Genuensis, sibi propinquitate coniunctus, qui obiit anno 1518. quinto Augusti, vt ex eius Epitaphio constat, quod in Sacello B. Mariæ Virg. Deiparæ, ad Basilicæ caput hactenus visitur : eas postea partes sustinuit *Innocentio* superstite *Ioannes Chalienge*, Monasterij Prior Claustralis, ann. 1540. Attamen dicitur, juramentum fidelitatis præstitisse Regi Francisco I. ann. 1543.[e] cùm iam antea, eo cœnobio, fiduciario jure potiretur, ab ann. 1536. & 1541.[f] Hic itaque Abbatiæ istius S. *Audoeni* introitum absoluit decumanum ; cui affixa cernuntur suæ Prosapiæ stemmata.[g] Decessit idibus April. ann. 1550. II.

d *Ciaconius in Cardinalib. mortuis sub Iulio III. Pap.*

e *Ex Archiuo eiusd. Abbatiæ Titul.* Electiones.
f *Ibid.*
g *Antiquitates MSS Norman. pag. 250. & 252.*

37. *Ioannes. 8. à Lotharingia Cardinalis.*

CArdinalis *Lotharenus* dicebatur, ex eo, quòd è Ducum *Lotharing.* procreatus esset genere : Abbatiam S. *Audoeni* regebat ann. 1545. erat etiam Abbas *Fiscanensis* : excessit è vita ann. 1550. sexto idus Maij, *Niuernis*, ceu *Noniani* ad Ligerim, cùm Roma rediret, apoplexia correptus, dùm cœnaret, *Nanceij* sepultus apud fratres Minores : qua in re meritò Petrus *Frisonus*, *Thuanum* perperam inuehentem in hunc Principem.[h] redarguit. III.

h *Thuanus lib. 5. Histor. sui tempor. ad ann.* 1550. *Frisonus lib. 4. in eo Cardinale pag.* 568.

38. *Carolus à Borbonio.*

PRius vocabatur Cardinalis *Vindocinensis*, deindè, mortuo *Ludouico*, dictus est, *Borboniensis* ; genus quippe ducebat, à Ducibus Vindocinensibus, iisdemque Borboniensibus Dinastis, Regij sanguinis Principibus : Hic post decessum præfati *Ioannis*, confestim cœnobio S. *Audoeni*, fiduciario jure præfectus ; eodem anno 1550. in defuncti Georgii *ab Ambasia*, Cardinalis, Rothomagensis Archiepiscopi, etiam sufficitur :[i] ann. 1566. cancellos Ecclesiæ Abbatialis per chori circuitum fieri curauit : pro quorum expensis soluta sunt quatuor millia librarum, per Religiosos, ex prouentibus Fabricæ eiusdem Ecclesiæ : item ann. 1567. ædificium Dormitorii construxit, pro tribus mille quinquaginta libris solutis.[k]

i *Vide lib.* 1. Neustriæ Christianæ *cap.* 154.
k *Ex Archiu. eiusd. Abbatiæ parte* 1.

39. *Carolus. 2. à Borbonio.*

PRæfati *Caroli*, nepos extitit, qui ea in Abbatia successit anno 1578. tumque in Rothomagensi Archiepiscopatu & Cardinalatu.[l]

l *Vide cap.* 157. Neustriæ Christianæ.

Digitized by Google

40. *Petrus, de Vautibus.*

IV. LOcum prioris accepit ann. 1586. Abbatiamque rexit vſque ad ann. 1600. quo obiit : ſepultus ibidem in Capitulo. [m] [m] *Ex Schedis eiuſd. Abbatiæ.*

41. *Carolus 3. à Claromonte.*

NOtatur ſucceſſor Abbas anno 1600. die 20. Iunij.

42. *Balthazar Poicteuin.*

NOminatus à Rege, anno 1621. poſſeſſionem iniit, anno 1622. die 7. Februarii.

43. *Ioannes Baptiſta, de Croiſelles.*

POnè ſequitur, ad ann. 1638. die 20. April.

44. *Guillelmus de Mortagne.*

MEmoratur 17. Auguſt. ann. 1639. & 1641.

45. *Amator Ioannes Baptiſta, de Vignerot, de Pontcarlè.*

FIT Abbas, anno Chriſti 1642.

46. *Emanüel de Vignerot.*

HIc *Emanüel Ioſeph.* Succeſſit fratri, ex abdicatione, & reſignatione ſibi facta, accedente Regio conſenſu : [a] Nunc viuit, Abbas etiam *Majoris-Monaſterij*, & Prior S. *Martini à Campis*, Lutetiæ. [a] *Ibid.*

Dignitas & Regularitas huiuſce Archicœnobij adſtruitur : tum ex Romani Pontif. benignitate : tum ex Metropolitani, aliorumque Epiſcoporum pia acceßione : cuiuſque Cœnobiarcha, alios omnes totius Neuſtriæ Abbates, tanquam eorum Dux & caput, jure honorario, præcedit.

CAPVT XVII.

I. EX præmiſſis, omninò conſtat, cœnobium hoc ſub Titulo SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, nunc verò S. *Audoeni*, incœpiſſe, fundamentaque ſtabiliſſe, ſub fœlicibus auſpiciis Summi Pontificis, Archiepiſcopi Metropolitani, & Regis Chriſtianiſſimi : [a] At verò ſucceſſorum eorumdem temporibus, firmiores radices, incrementaque vberiora, longè latèque protuliſſe, ex compluribus priuilegijs, fauoribus, gratiis, indultis, quibus tum à ſede Apoſtolica, & Metropolitis, [a] *Vide ſup. cap. 1.*

Digitized by Google

tum à Regibus & Principibus, impensè est decoratum, communitum & excultum, neminem posse latere arbitror. Quandoquidem res, nec noua, aut insolita, vel irrationabilis, videri possit; sed nonnunquam per necessaria sit, & valdè vtilis; tum, ipsis Monachis, vt quietius ac liberius Deo inseruiant; tumque Ecclesiæ vniuersæ, ob ingentes fructus, quos exindè reportat. Has quippe, hisque similes, & alias multò ampliores rationes deducunt grauissimi Authores, veteresque scriptores: præter SS. *Anselmum*, *Bernardum*, &c. [b]

II. Suos itaque hic locus habuit Archimandritas, ceu Cœnobiarchas, & Abbates, ab exordio fundationis; quorum regimine & directione, excreuit, in totius virtutis atque perfectionis specimen; vnde, haud mirum est, si omnium aliorum per Neustriam Monasteriorum abs se extructorum, caput & Antesignanum à sede Apostolica constitutum sit. [c] Pontificalibus etiam infulis adornatos eius præfectos, Vicarij *Christi*, ac successoris *Petri*, Indulto conspicimus; cuius authoritate freti, pallas Altaris, & alia ornamenta Ecclesiastica, benedicendi: necnon Sacramenta conferendi, primam Tonsuram, ac minores Ordines, facultatem nunc vsque conseruant. [d] Cùm autem Priuilegium non tollat reuerentiam: Metropolitanos Rothomagenses, vti par erat, semper excoluerunt, vt patres optimos: Abbates verò, vti superiores Monachis ipsis à sede Apostolica datos venerati sunt à cunctis illius cœnobii alumnis. Quòd siquandoque, pro humana fragilitate, à Monastica obseruantia deflexerint, & in atheeniam morum proruperint asceres; protinùs sentiebant huiusmodi sibi præfectos adesse præsentes; tum vt illis dextras darent, tumve, ijs opitulantibus, ad anteriora, melioraque conscenderent. Nam iuxta Innocentium III. Papam: *Quamdiu Monasteria per Regulares remanere potuerint ordinata: non sunt ad sæculares Clericos transferenda.* [e] Vt autem id maturiùs ageretur, idem summus Pontifex solerter prouidit: dato subsequenti Diplomate.

b *Lupus Ferrariens. Epistol. 29. ad Vuenilonem Senonens. Archiepiscop. Petrus Blesensis Epistol. 68. & 136. Iuo Carnotensis Epistol. 108. & 193. D Gregorius 7. Pap. lib. 1. Epistol. 69. ad Gunibertum, Episc. Taurinens. S. Anselmus. D. Bernardus. B. Thomas Aquinas. S. Bonauentura, &c.*

c *Sup. cap. 1.*

d *Sup. cap. 6.*

e *Extra lib. 3. Titul. 36. De Religiosis domibus cap. Licet quatuor.*

Vniuersis Abbatibus Nigri ordinis, per Rothomagensem Prouinciam constitutis. III.

Quòd semel in anno capitulum celebrare, eis liceat.

„ORdinem Religionis plantare, ac fouere plantatum, ex Officii nostri debito prouocamur; & sic Religiosorum petitionibus Apostolicum nos conuenit præbere patrocinium, & fauorem, quòd sub regimine ac gubernatione nostra, valeant assiduis proficere incrementis. Sanè, gaudemus in Domino, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, quòd Diuinitùs inspirati, ad corrigendos excessus, qui aliquando in vestris Monasteriis, suadente inimico humani generis, committuntur, studium efficax adhibetis: vt inquinamentis malitiæ, ac dissolutionis vitiis abdicatis; efficaciùs possitis vos Diuinæ subdere seruituti: & per opera pietatis, gratiorem præstare Altissimo famulatum. Vt autem per fauorem Apostolicum Regularia suscipiant instituta vigorem, neque possint per alicuius insolentiam eneruari; vt liceret vobis, de nostra permissione, petistis, semel in anno, sub aliquo Abbate Religioso & humili, eiusdem Prouinciæ Capitulum celebrare; vbi per consultationem omnium, tam Abbatum excessus, quam dissolutiones Monachorum, saluo per omnia iure Prælatorum Comprouincialium, compescantur. Volentes, de quarto in quartum annum, per vos, vel nuntios vestros, ad Apostolorum limina visenda teneri, recepturi à nobis salubria monita, & præcepta, quibus vigor Religionis Monasticæ foueatur. Nos verò vestris postulationibus annuentes, charitati vestræ concedimus; vt hoc salutare propositum incipiatis exequi diligenter, & quid ex ipso proueniat, nobis fideliter intimetis. Vt si viderimus, quòd per executionem ipsius Religionis honestas suscipiat incrementum, quod ad robur perpetuæ firmitatis, super eo fuerit statuendum, securiùs & cautiùs statuamus. Datum Laterani 13. Calend. Septemb. Pontificatus nostri ann. 13. [f]

f *Innocentius III. Pap. lib. 1. Regesti 13. Epistol. 124. ex editione Tolosana.*

Cùm

Cùm igitur à priſcis temporibus, in noſtris occidentis partibus, duæ tantum-
IV. modo fuiſſent Regularium diuerſitates: Monachorum, ſcilicet Nigrorum, S. *Benedicti* Regulam profitentium: & Canonicorum Alborum, ſecundum Regulam S. *Auguſtini* viuentium; à colore veſtium, poſtea ſunt denominati ad aliorum differentiam. Primò quidem Monachi *Nigris* vtebantur veſtibus, quas S. *Martinum* Turonenſem Antiſtitem, & veteres illos in Gallia geſtaſſe, author eſt. D. *Petrus* Cluniacenſis. Canonici verò omnes Regulares, B. *Auguſtini* Inſtitutum ſectantes, *Albis* induebantur: quare ſummus Pontifex in Titulo ſuæ Epiſtolæ, per Abbates *Nigri Ordinis*, intellexit, Monachos S. *Benedicti*. g Porro *Benedictus* XII. Papa, reduxit tempus ad triennium; ita vt de triennio in triennium, celebraretur huiuſmodi Capitulum in Prouincia Rothomagenſi, cap. 2. Benedictinæ Bullæ, anno 2. ſui Pontificatus, Chriſti verò 1336: vbi ſtatuta olim facta in ſimilibus Capitulis eiuſdem Prouinciæ, vult relegi & examinari atque confirmari, & obſeruari. Bulla incipit. *Paternæ conſiderationis aciem*, &c. quæ directa eſt Abbatibus, *Majoris-Monaſterij*, & S. *Florentij* ſupra Ligerim: ſeruaturque Originale (quod vidi) in hac Abbatia S. *Audoeni* Rothomagenſ.

g *Cap. ex parte* 103 De Decimis. *D. Petrus Cluniacenſ. lib. 4. epiſtol.* 17 *Iacobus* de Vitriaco *cap.* 13. *Hiſtor. Occidental. Boſquetus & Paulus* du May, *in notis ad eam epiſtol. Innocentii III. Pap.*

Itaque, ſedes Apoſtolica præſentis cœnobii Patrocinium ſemper ſuſcepit, reſ-
V. que ſuas fouit, ac prouidè in omnibus, pro tempore, preſtò illi adfuit. Gregorius IX. Summus Pontifex, ann. 1230. curam egit, vt Reformatio inibi introduceretur, iuxta Annaliſtam Polonum: *Priori* (inquit) S. *Mathæi*, *Ordinis Prædicatorum*: *Rothomagenſis*, *viſitationem & Reformationem* S. *Audoeni*, *Ordinis* S. *Benedicti iniunxit*. h Verùm, quia nonnulla oblata eſt difficultas ob diſcordiam quorumdam Monachorum illius cœnobii, Reformationem & viſitationem declinantium: idem Chriſti Vicarius, paterno impulſus affectu, anno 1235. eodem authore teſte. *Decano Rothomagenſi*, *& fratri Alexandro de Molhim*: *Ordinis Prædicatorum*: *vt quoſdam Monachos diſcolos ex* S. *Audoeni Monaſterio Rothomagenſis eiicerent*, *alioſque Religioſos in locum eorumdem introducerent*, *commiſit*. i

h *Bzouius tom.* 13, *Annal. Eccleſ. ad ann.* 1230. *§.* 2.

i *Idem ad an.* 1235 *§.* 11. *ex Epiſtol.* 50. *Gregor. IX. Pap.*

Quod ſi, nonnunquam, Metropolitani, aliique Epiſcopi, inibi aliquid authoritatis Pontificalis, vltra ius commune, exercuerint, protinùs id totum pacificè
VI. conſopitum eſt: nec tantæ rei deſunt incidentia.

„ *Vniuerſis* præſentes litteras inſpecturis, N. Diuina permiſſione Epiſcopus „ Ebroicenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm nos acceſſimus ad Monaſte„ rium S. *Audoeni*, Rothomagenſis, anno Domini, 1286. die Sabbathi, in feſto „ S. *Audoeni*, menſe Auguſto, celebrare Miſſam magnam in dicto Monaſterio, prout „ hactenus à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, fuerat conſuetum, propoſitumque „ fuiſſet ex parte Abbatis, & Conuentus dicti loci, quòd non tenebantur nos ad„ mittere ad celebrandam Miſſam prædictam, propter quod non interfueramus, in „ Veſperis diei veneris præcedentis, cùm ad vtrumque teneremur, pro vt dicebant „ dicti Religioſi de conſuetudine ibidem diù obſeruata, vt aſſerebant Religioſi „ ſupradicti. Nos autem præmiſſam conſuetudinem non confitentes, ſed eam in „ dubium reuocantes; voluimus & volumus, eo quòd per admiſſionem de nobis, à „ dictis religioſis factam, ad Miſſam celebrandam, dicta die Sabbathi, in Monaſte„ rio prædicto, licet non interfuerimus in Veſperis ſupradictis, nullum fiat præju„ dicium dictis Religioſis in poſterum, nobis ius aliquod acquiratur, nec aliquod „ immutetur de conſuetudinibus, in præmiſſis, in dicto Monaſterio, diu eſt, ob„ ſeruatis; quod omnibus & ſingulis, quorum intereſt, & intereſſe poteſt, tenore „ præſentium ſignificamus, & in teſtimonium huius, præſentibus litteris ſigillum „ noſtrum dignum duximus apponendum, Actum anno & die prædictis. k

k *Apud magnum Cartularium eiuſd. Abbatiæ littera* C. *Carta* 175.

VII. Idem egit *Bajocenſis* antiſtes, dum anno Domini 1351. funus defuncti Metropolitani *Ioannis*, curaret: cuius litteræ ſubſequuntur.

„ *Vniuerſis* præſentes litteras inſpecturis: *Petrus*, permiſſione Diuina, Epiſcopus „ Bajocenſis, æternam in Domino ſalutem. Cùm nuper delato corpore dolendæ „ memoriæ D. *Ioannis*, nouiſſimi Archiepiſcopi Rothomagenſis, ad Monaſterium „ Venerabilium & Religioſorum virorum, Abbatis, & Conuentus S. *Audoeni*, „ Rothomagenſis, aſſociando dictum corpus interfuerimus, & ſecunda nocte per„ noctauerimus in Abbatia ſupradicta: notum facimus, quòd noſtræ intentionis „ non exiſtit, nec volumus, quòd propter receptionem & permiſſionem, à dictis

„ Religioſis nobis factas in loco ſupradicto, ius aliquando nobis, ſeu ſucceſſoribus „ noſtris factas in loco ſupradicto, ius aliquando nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris „ acquiri valeat in futurum; nec eiſdem Religioſis, propter hoc, præjudicium, „ quomodolibet generari; cùm ſolùm cauſa aſſociationis corporis ſupradicti, ac „ aſſentatione Religioſorum prædictorum acceſſerimus ad locum, In cuius rei te„ ſtimonium, ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Rothomagi, die „ penultima menſis Decembris, anno Domini 1351. [l]

Sed & B. *Mauritius* Rothomagenſis Metropolitanus, iam antea ingenuè hæc de ſe teſtatus fuerat. Dato hac de re Diplomate. VIII.

„ *Vniuerſis* præſentes litteras inſpecturis: Mauritius Dei permiſſione Rothoma„ genſis Archiepiſcopus, licet indignus, ſalutem in Domino. Noueritis, quòd „ cùm dilecti filij, Prior & Conuentus B. *Audoeni* Rothomagenſis, ipſorum Mo„ naſterio deſtituto Paſtore, de fidelitate noſtra gerentes fiduciam pleniorem, „ compromiſiſſent in nos, vt habentes Deum præ oculis, prouideremus eorum „ Monaſterio de Paſtore; nos eorum idemnitati conſulere cupientes, conceſſimus „ eis, quòd ipſa compromiſſio, in poſterum ipſis, aut eorum Monaſterio, in nullo „ præiudicare valeat, nec nos, aut ſucceſſores noſtri, aliquid exigere circa ele„ ctionem Abbatum, occaſione compromiſſionis prædicti, poſſimus. In cuius „ rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. „ Actum die Iouis, in Octauis B. Ioannis Baptiſtæ, anno Domini 1232. [m]

Quo ad juriſdictionem verò ſpiritualem, ſeu, exemptionem, pro Officiali eiuſdem Abbatiæ, circa Prioratus, Parœchias, Eccleſias, & alia beneficia, ad ipſam ſpectantia; compoſitiones interuenerunt permultæ, quibus diſſidia conſopirentur, immunitas ipſius Abbatiæ ſeruaretur, & dignitati Metropolitanæ nihil detrectaretur: maximè, cùm iidem Archiepiſcopi, virtute, pietate, & doctrina conſpicui; id pro bono pacis, ſummè expetierint, ac litteris ſuis Pontificiis confirmarint: vti conſtat de *Galterio* Archipræſule, ann. 1206. calendis Maij. [n] De *Hugone*, Archiantiſte, [o] De Odone *Rigaldo*, (poſt *Petrum* prædeceſſorem) Ordinis Minorum alumno; qui datis totius litis arbitris, pluries confirmauit ſimul cum Capitulo Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ, quicquid fuit conuentum, per G. *Sagienſem* Epiſcopum, & Guillelmum de *Saana*, Archidiaconum in *Vvilcaſſino* Francico, ann. 1245. die Martis proxima, ante Feſtum S. *Benedicti*; item, ann. 1246. menſe Martio & Aprili: necnon, ann. 1266. die Dominica in Feſto S. *Marci*, Euangeliſtæ: ac poſt Octauas SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*. [p] Quæ omnia per ſubſequentes Metropolitanos, pro eorum pio aſſenſu, & affectu in eam Abbatiam, approbata fuerunt atque confirmata: vt ſic ab omnibus exempta, illuſtrior euaderet; cæteriſque benè perfectéque viuendi norma eſſet, & exemplum: quod ſatis ſuperque liquet, ex Archiuo illius loci, à quibus ſuperſedeo. IX.

Cùm autem circa ann. 1336. Reformatio Vniuerſalis totius Ordinis Nigrorum Monachorum, ſcilicet, Benedictinorum, facta fuiſſet, de conſilio S. R. E. Cardinalium, ſub Benedicto XII. Papa, *Sauiniacenſe* cœnobium in Neuſtria, caput huiuſmodi Reformationis Benedictinæ, in Gallia Inſtitutum eſt: [q] Reformatus verò ſic Monaſticus Ordo, diuiſus legitur in ſex & triginta Prouincias: quæ ſunt hujuſmodi. X.

1. *Rhemenſis & Senonenſis, pro vna Prouincia.*

2. *Rothomagenſis & Turonenſis, cum Monaſterio S. Florentij, & membris ipſius*, &c.

Non propterea tamen Archimonaſterium S. Audoeni loco ceſſit: aut in aliquo eſt eius dignitas diminuta, ſed priſcum nomen & Titulum jure ac meritò ſemper ſibi retinuit: & in publicis ac ſolemnibus totius Neuſtriæ Comitiis, alios omnes Prouinciæ Abbates, ordine, ſeſſione, ac honore præceſſit; tum etiam in Scacariis Normaniæ, ann. 1452. 1453. 1458. 1497. die Lunæ 28. Decemb. quo *Fiſcanenſis* Abbas contrarium proclamans, repulſam tulit, iudicatumque fuit, quod per prouiſionem, lite huiuſmodi pendente, Abbas S. *Audoeni*, jure potioris loci, & anterioris ſedis potiretur, Abbatemque *Fiſcanenſem* præcederet. [r]

[l] *Ibidem littera B. Carta* 115.

[m] *Ibidem littera D. Carta* 213.

[n] *Ibidem, Carta* 234.

[o] *Ibid. littera E, Carta* 274.

[p] *Ibid. littera D. carta* 230. & 251. *Item littera E, carta* 264. 266. 267. 268. 271. & 279.

[q] *Henriquez lib.* 2. *Faſcicul. SS. Ordin. Ciſterſienſ. diſtinct.* 26. *cap.* 63. *Item diſtinct.* 4. *cap.* 7.

[r] *Ex Archiuo Abbatia* S. Audoeni *Titul.* Abbates.

Variæ Societates referuntur, quas cum diuersis Cœnobiis, & Ecclesiis; hoc Archimonasterium contraxit, pro participatione bonorum spiritualium, & piorum operum, sui Conuentus Religiosorum & Abbatum, tum in vita, tum in morte, ac post obitum.

CAPVT XVIII.

I. NON solùm constat hoc Archicœnobium esse nactum jus prærogatiuum, verum etiam ab aliis, tum nostratibus, tumque exteris, sub peculiari dilectione & æstimatione est affectum, vt omnium sibi, beneficentiæ gratia, conciliarit animos, atque in Orationibus, & piis operibus Societatem cum eis, & ipsi cum eo, vltrò inierint: quorum seriem recenset vetusta MS. membranula chartacea scripta in hunc modum.

Hæ sunt Societates S. Audoeni Rothomagensis.

Ecclesia B. Mariæ, Rothomagensis.
Ecclesia S. Catharinæ, iuxta Rothom.
Ecclesia S. Laudi, Rothomagensis.
Ecclesia S. Petri, Resbacensis.
Ecclesia S. Vvandregisilli, Fontinellēs.
Ecclesia S. Petri, Gemeticensis.
Ecclesia S. Amandi, Rothomagensis.
Ecclesia S. Eligij, Nouiomensis.
Ecclesia S. Geremari, Flauiacensis.
Ecclesia S. Luciani, Beluacensis.
Ecclesia S. Trinitatis, Fiscanensis.
Ecclesia S. Dionysij, in Francia.
Ecclesia S. Mariæ, Montis-Burgi.
Ecclesia S. Pharonis, Meldensis.
Ecclesia S. Michaëlis, de Periculo maris
Ecclesia S. Michaelis de Vlteriori portu. a
Ecclesia S. Benigni, Diuionensis.
Ecclesia Majoris-Monasterij.
Ecclesia Crucis; *S. Leufredi.*
Ecclesia B. Mariæ, de Becco Helluini.
Ecclesia S. Medardi, Suessionensis.
Ecclesia S. Fidis, de Longavilla.
Ecclesia S. Martini, Sagiens.
Ecclesia S. Stephani, de Cadomo.
Ecclesia S. Nicolai, Andegauensis.
Ecclesia S. Maglorij, Parisiens.
Ecclesia Grandi-montis.
Ecclesia, &c.

a *Extant apud Archiuum eiusd. Abbatiæ sup.*

II. Cuiusmodi autem essent hæ Societates; vel quid complecterentur, quidve comprehenderent, præstat nunc aperire; eas quippe scire haud parum iuuabit Lectorem, cui tamen ne tædium sit, nonnullis productis in medium, cæteras dimittam.

De Ecclesia S. Petri Resbacensis.

„ OMnibus Christi fidelibus notum sit: quod anno Dominicæ Incarnationis
„ 1222. mense Nouembri, vndecimo calend. Decembr. præsentibus in capi-
„ tulo S. *Audoeni* Rothomagensis, Reuerendis Patribus, Domino Rogero, S. *Au-*
„ *doeni*, & Domino Ioanne *Resbaci*, Abbatibus, cum Venerabilibus fratribus, *Ios-*
„ *berto*, *Bartholomæo*, & *Laurentio*, Monachis *Resbaci*, solemniter renouata est, &
„ confirmata *Societas* inter Monasterium S. Audoeni, & Monasterium *Resbaci*, sub
„ hac forma. Abbas *Resbaci* in vita & obitu, erit in Monasterio S. *Audoeni*, sicut

,, Abbas eiuſdem loci ; & Monachi Profeſſi *Resbaci*, ſicut Monachi Profeſſi ſan-
,, cti *Audoeni* ; ſimiliter Abbas ſancti *Audoeni*, erit ſicut Abbas *Resbaci* ; &
,, Monachi ſancti *Audoeni* Profeſſi, ſicut Monachi *Resbaci* Profeſſi. Hæc au-
,, tem ſunt, quæ prædictorum Monaſteriorum Abbates & Monachi, ſibi
,, mutuò perſoluere debent. Breues ſuos, per proprio nuntios, cum litteris
,, Abbatum & capitulorum, vel cum ſolis litteris capitulorum, ſi Abbates
,, defuerint, tranſmittere debent ; quibus receptis, ſtatim tabula percuſſa,
,, Vigiliæ incipientur, ligna pulſabuntur, &c. pro temporis opportunitate, com-
,, plebuntur. Debent autem fieri in vtroque Monaſterio S. *Audoeni*, videlicet, &
,, *Resbaci*, pro defuncto Profeſſo, tria officia ſolemnia, & tres miſſæ ſolemnes
,, in Conuentu ; & vnuſquiſque Sacerdotum debet pro eo celebrare ſex Miſſas, re-
,, liqui verò fratres litterati, tria pſalteria cantare debent, & conuerſi, ter cen-
,, tum *Pater noſter* ; & debet fieri Tricenarius in Conuentu : alius verò Tricenarius
,, de mandato Abbatis, vel Prioris, fiet per ſæcularem Præsbyterum ; qui per tri-
,, ginta dies panem & vinum, &c. debita defuncti percipiet : & nomen defuncti
,, ſcribetur in Kalendario defunctorum, pro quibus panis, &c. debita Monachi
,, dabuntur pauperibus annuatim. Monachus verò S. *Audoeni*, qui qualibet occa-
,, ſione cum habitu ſuo venerit ad Monaſterium *Resbaci*, recipietur, & tanquam
,, Monachus Profeſſus loci tractabitur : donec Monaſterio ſuo, ſi fieri poteſt, re-
,, concilietur. Idipſum de Monachis *Resbaci* apud S. *Audoenum*, erit plenius obſer-
,, uandum. Si verò tam enorme fuerit delictum, vt huiuſmodi Monachus ſuo Mo-
,, naſterio non poſſit reconciliari : idipſum per litteras capituli ſui denuntiabitur
,, Monaſterio, vbi erit, vt ibi deinceps in Ordinis detrimentum, non debeat im-
,, morari. Vt autem hæc Societas de cætero inuiolabiliter obſeruetur : ſtatutum
,, eſt in præſenti capitulo ; vt de triennio in triennium, vtriuſque Monaſterij Ab-
,, bates per ſe, vel Priores ſuos Conuentuales, ſe mutuò viſitent ; & quaſi ad lo-
,, cum vnde exeunt flumina reuertantur, vt iterum fluant. Per *flumina* quippe *vi-
,, ſitatores*, huiuſmodi non incongruè poſſunt intelligi ; qui dùm ſe mutuò viſitant,
,, Monaſteriorum ſuorum riuos inebriant, ad multiplicanda genimina charitatis ;
b Ibidem ,, & ſic quaſi quemdam locum ſuæ repetunt originis, vt vberius iterum fluant, per
,, æternitatem dilectionis.[b]

De Eccleſia S. Vvandregiſilli Fontinellenſis.

,, REuerendis in Chriſto Patribus, Dominis, & Amici, H. Dei gratia, Abbati III.
,, S. Audoeni, Rothomagenſis, eiuſdemque loci ſacro Conuentui : Frater G.
,, Diuina permiſſione, Abbas humilis S. *Vvandregiſili*, eiuſdemque loci Conuen-
,, tus ; ſic in præſenti ſeminare in lachrymis pœnitentiæ, vt in futuro, in exulta-
,, tione æternæ iucunditatis metere mereantur. Noſtris petitionibus inclinati,
,, nobis, veſtri gratia, per veſtras patentes litteras, conceſſiſtis, antiquæ *Societa-
,, tis*, ſicut poſtulabamus, renouationem, augmentationem, & confirmationem :
,, rogantes, vt omnibus & ſingulis, quæ nobis concedebatis, ſimilia, tenore ſi-
,, milium, concedere, & ſigillorum noſtrorum appoſitione, confirmare curare-
,, mus. Nos igitur de adeptione deſideratæ *Societatis* gaudentes, & benignitati
,, veſtræ gratias agentes : tenore præſentium, eadem vobis concedimus, & ſigillo-
,, rum noſtrorum appoſitione confirmamus : videlicet, quòd Abbati veſtro ad
,, nos venienti, & prout ſibi placuerit, apud nos commoranti, Monachum, vel
,, Monachos noſtros, Regularis ſententiæ vinculis conſtrictos, licebit abſoluere.
,, Item, Monachi veſtri apud nos commorantes, ſine aliqua differentia, in noſtro
,, Conuentu, in ſecreta & communi conuerſatione, quaſi noſtri proprij Monachi
,, habebuntur. Item, quòd pro veſtris Monachis defunctis, quaſi pro noſtris pro-
,, priis, ſuffragia in eleemoſynis & orationibus conſueta, à nobis Deo perſoluen-
,, tur. Item, quòd veſtris Monachis (quòd abſit) fugitiuis, qui ad nos, cauſa ve-
,, niæ poſtulandæ, & ſpe reconciliationis facilius & Religioſius impetrandæ, diuer-
,, terint, licebit in noſtro Monaſterio, in caſibus regulariter receptibilibus commo-
,, rari ; quouſque reconciliationem debitam per Abbatem proprium ſortiantur.
,, Et

Et hæc prædicta & ſingula à vobis, & nobis, noſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, pro vt iuri, vel S. patris noſtri, Domini Papæ Inſtitutis, non fuerit contrarium, inuiolabiliter volumus obſeruari. Datum anno Domini, 1259. die Mercurij ante conuerſionem S. Pauli.[c]

c Ibidem.

De Eccleſia S. Luciani, Beluacenſis.

IV. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater *Ioannes S. Luciani* Beluacenſis Abbas, totuſque eiuſdem loci Conuentus humilis: ſalutem in Domino ſempiternam. Cum verbum Apoſtoli ſit, dicentis, *Orate pro inuicem vt ſaluemini:* Necnon, *ſanctum eſſe, & ſalubre pro defunctis exorare*: efficaciter Apoſtolus nos inducit, vt nos creatorem pro aliis rogitemus, qui licet pro nobis ſufficere non poſſumus, nec valemus, tamen ex præcedentium ſcripturarum antiquitatibus, necnon & omnipotentis Dei miſericordia, confiſi: dilectis fratribus noſtris venerabili N. Abbati S. *Audoeni* Rothomagenſis, totique eiuſdem loci Conuentui, orationum noſtrarum, & omnium bonorum, quæ fiunt, & de cætero fient in Eccleſia noſtra, tàm in capite, quàm in membris, vnanimiter participationem plenam conceſſimus, & contulimus pleniorem, illud ſacri approbatione conſilij ſtatuentes, & ordinantes; vt cùm obitus Abbatum S. *Audoeni*, vel alicujus eorum, nobis fuerit nuntiatus, confeſtim ſono Tabulæ, conuocatis in clauſtro fratribus, ibidem defunctus, iuxta Regulam abſoluetur, & campanis ſolemniter ex more pulſatis, officium defunctorum cum nouem lectionibus: & die ſequenti Miſſam Matutinalem in Conuentu faciemus ſolemniter celebrari. Pro Abbatibus verò, quotiens ex hac vita migrauerint, faciemus plenarium Tricenale, ſingulis diebus, vnam Miſſam priuatam ſucceſſiuè & continuè celebrando. Pro fratribus verò defunctis, ſingulis annis, in Dominica ſeptuageſimæ campanis pulſatis, officium ſolemne, & in ſequenti die, Miſſam Matutinalem, faciemus ſolemniter in Conuentu, & eodem die Tricenarium pro defunctis fratribus S. *Audoeni* incipiemus, ſucceſſiuè & continuè terminandum, ſicut ſuperius eſt expreſſum: & in quotidianis abſolutionibus, quas in capitulo noſtro facere conſueuimus, à modò fiet memoria, tam de defunctis Abbatibus, quàm de fratribus ſupradictis: illud etiam adiicientes, quòd quotieſcumque contigerit aliquem de prætatis fratribus, comminatione aliqua fuiſſe perturbatum, ad nos tranſire poterit; vt nos ipſi, tanquam vni de noſtris, in veſtimentis, & vita neceſſariis omnibus miniſtrare, donec ipſum Abbati ſuo & Conuentui, ſi ſecundum ſtatuta Ordinis fieri poſſit, reconciliari contigerit, venia poſtulata: & hoc ipſum, de nobis, & de noſtris, facere tenebuntur. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras, ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari, ann. Domini 1261. in Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.[d]

Iacobi cap. 5. v. 16. 2. Machab. 12. 46.

d Ibid. in cartulario.

De Eccleſia S. Geremari Flauiacenſis.

V. OMnibus præſentes litteras inſpecturis: Petrus, permiſſione Diuina S. *Geremari* Flauiacenſis humilis Abbas, totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in Domino. Cùm, quod temporaliter pro affectione agitur corporum, ad profectum flecti debeat animarum: notum facimus, quòd hæc *Societas* inita eſt inter nos ex vna parte, & Monaſterium S. *Audoeni* Rothomagenſis, ex altera: quòd pro Abbatibus, Domino videlicet *Nicolao*, & Domino *Petro*, quibus mediantibus, hæc *Societas* eſt contracta, & pro aliis Abbatibus ſubſequentibus, fiet vtrinque, quantum fieri ſolet pro profeſſo. Cùm autem Breue fratris defuncti venerit, tres miſſas vnuſquiſque fratrum Sacerdotum cantabit, pro eo, alii infra Sacerdotium conſtituti vnum Pſalterium. Tertia verò die, poſt feſtum D. *Benedicti*, in Martio, vnum plenarium officium, pro eorum defunctis communiter faciemus: & ipſi nobis, ad eadem tenebuntur. Si autem vtrinque aliquem fratrum, ab Eccleſia ſua, mota diſcordia, inter ipſum & Abbatem ſuum,

Digitized by Google

,, vel propter eius laſciuiam, vel aliàs contigerit abſentari, veniens in habitu Mo-
,, nachali, tanquam frater inibi, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus,
,, in capitulo, & in aliis penitùs admittetur, donec ab Abbate ſuo reuocetur. Si
,, autem abſentari aliquem contigerit vtrinque fratrum, quia propter manife-
,, ſtum eius delictum, iuxta tenorem Regulæ B. Benedicti fuerit eiectus, veniens
,, in habitu Monachali, recipietur in omnibus, vt præmiſſum eſt, quouſque Ec-
,, cleſia, ad quam venit, certificata fuerit ex parte Abbatis, & Conuentus Eccle-
,, ſiæ à qua receſſerit, ipſum propter manifeſtam eius offenſam, eiectum eſſe. Quod
,, ſi caſus fratris diuertentis tam enormis fuerit, quòd non ſit perſona receptibilis
,, in Conuentu, conſilio duorum Abbatum concordante, fiet dicto fratri, quic-
,, quid ſecundum Deum & Ordinem, charitate præuia, fuerit faciendum. Actum
,, & datum ann. Domini 1261. in craſtino S. Dionyſij. e

e Ibid. ſup. Dacherius, in notis ad opera Guiberti Abbat. Nouigenti pag. 609.

De Eccleſia S. Catharinæ, iuxta Rothomagum.

REuerendis in Chriſto Patribus, Dominis & Amicis N. Dei gratia, Abbati S. Audoeni Rothomagenſis, eiuſdemque loci Sacro Conuentui: Frater R. Diuina permiſſione humilis Abbas B. Catharinæ ſupra Rothomagum, eiuſdemque loci Conuentus, ſic in præſenti ſeminare in lachrymis pœnitentiæ, vt in futuro, in exultatione æterna iucunditatis metere mereantur. Noſtris poſtulationibus inclinati, &c. vt ſup. de Eccleſia S. Vvandregiſili. Datum ann. Domini 1262. in die Purificationis B. Mariæ Virginis. f VI.

f Ibid.

De Eccleſia Grandi-montis.

,, VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis; Frater Guillelmus, humilis Prior
,, Ordinis Grandi-montis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio, pertinentis, VII.
,, eiuſdemque loci Conuentus, Lemouicenſis Diœceſis, ſalutem, & gratiarum
,, continua cœleſtium incrementa. Quanta ab adoleſcentia prona eſt vita homi-
,, nis ad peccandum, & pro debilitate fragilitatis humanæ, vix valet à vitiis abſti-
,, nere: neceſſarium eſt, ad orationum ſuffragia habere recurſum, per quæ indi-
,, gnatio Dei omnipotentis, quam peccando quotidiè promeremur, nobis beni-
,, gniùs mitigetur. Attendentes igitur piiſſimam deuotionem, & affectum ſinceræ
,, dilectionis, & charitatis non modicum, quem Domini noſtri, in Chriſto, Reli-
,, gioſi viri Venerabilis Conuentus ſanctiſſimi Audoeni, Rothomagenſis gerunt,
,, & exhibent inceſſanter ad nos, & ad noſtrum Ordinem vniuerſum: noueritis
,, nos eiſdem Dominis Religioſis, & eorum ſingulis, in recompenſatione Diuina,
,, charitatem, & ſpirituale beneficium noſtri Ordinis miſericorditer conceſſiſſe:
,, & concedi ſibi à Domino humiliter poſtulaſſe, in vita pariter & in morte, parti-
,, cipationem, videlicet, omniũ Miſſarũ, Pſalmorũ, Orationum, jejuniorũ, Vigi-
,, liarum, eleemoſynarum, abſtinentiarum, diſciplinarum, cæterorumque benefi-
,, ciorum, ad ſalutem animarum valentium, per fratres noſtros, de cætero operari
,, dignabitur clementia Saluatoris, tam in capite, quàm in membris, publicè &
,, priuatè. Largitorem bonorum omnium deuotis precibus humiliter exorantes,
,, quatenus prætatos Dominos Religioſos, ipſorum bonorum ſpiritualium digne-
,, tur admittere participes & conſortes; & talem ac tantam indè eiſdem, & eorum
,, ſingulis diſtribuere portionem, qualem & quantam, nobis & fratribus Ordinis
,, noſtri volumus & ſperamus. Præterea conſiderantes honores, familiaritates
,, gratias, necnon & grata ſeruitia, ac beneficia collata, liberaliter & gratanter
,, per Religioſos prædictos eidem Ordini noſtro, ac fratribus eiuſdem: volumus
,, & concedimus, ex gratia ſpeciali, quòd quandocumque Breuia ipſorum, poſt
,, obitum eorumdem, ad noſtri notitiam peruenerint, fiat pro ipſis in noſtro ge-
,, nerali capitulo commemoratio & abſolutio ſpecialis, prout, pro fratribus no-
,, ſtris defunctis in Ordine noſtro hactenus eſt fieri conſuetum: tam in miſſis,
,, quàm in aliis beneficiis fieri ſolitis poſt obitum eorumdem. Datum in Grandi-
monte

„monte, & sigillo nostro, quo vnico communiter vtimur, sigillatum, in testi-
„monium præmissorum, die Dominica post festum S. Lucæ Euangelistæ, anno a Ibid.
„Domini 1308. a

Sacrarum Reliquiarum in Cœnobio San-Audoeno olim asseruatarum numerus apprimè recensitus, & à Nouatoribus impiè expilatus, vel flammis consumptus.

CAPVT XX.

1. TOT ac tantis sanctorum exuuiis fuit decoratum hoc idem Archimonasterium, vt veritati propius accedere videretur, qui illud potiùs sacrarum ferculum Reliquiarum nuncuparetur; quarum omnium descripta series conspicitur ann. 1532. præsentibus D. Nicolao l'*Escarre*, tertio Priore, & Infirmario: Ludouico *du Mesnil*, Cantore: Reginaldo *du Moncel*, sub-Priore, necnõ SS. Reliquiarum Thesaurario custode: & aliis huiusce Abbatiæ Monachis, dùm simul in eius loci Lipsanodochio coadunatis, eas perlustrando exquirerent. a Sic enim habet Carta, seu instrumentum publicum, ea de re tunc confectum, & ab ipsis subsignatum. a Ex Archiuo eiusdem Abbatiæ.

Sequitur declaratio Reliquiarũ Thesauri S. Audoeni Rothomag.

CApsa S. *Audoeni*, auro purissimo exornata, in cuius, 4. angulis sunt virgæ aureæ: ex quibus tres Gemmariis instructæ sunt lapillis, quarta vero Encausti illita; in summitate capsæ stat eiusdem S. *Audoeni* imago argentea inaurata, cui 20. Margaritæ sunt infixæ; aliique 17. lapilli acuminati prætiosi, cum Saphiro in modum cordis compacto, ad collum appenso; ad pedes autem tres alii lapilli auro & argento illigati.

Capsa SS. *Petri & Pauli* Apostolorum.
Capsa S. *Nicasij*, primi Rothomagensis Antistitis.
Capsa S. *Quirini*.
Capsa S. *Seuiculi*.
Caput S. *Romani*, Archiepiscopi Rothomagensis.
Caput S. *Remigii*, Rothomagensis Archiepiscopi.
Caput S. *Leufredi*.
Caput S. *Agnetis*, in pixide argentea.
Caput S. *Pharonis* in argentea pixide.
Item, alia pixis argento cooperta, in qua extat inclusa Theca diuersis referta Reliquiis.
Capsa corporis S. *Leufredi*.
Capsa corporis S. *Scaribergæ*.
Capsa corporis S. *Remigij*, Archiepiscopi Rothomagensis.
Capsa S. *Pauli*, primi eremitæ.
Capsa plurimorum Sanctorum.
Capsa corporis S. *Vuulganij*.
Capsa *Innocentium* cum aliis Reliquiis.
Capsa corporis S. *Agnetis*, cum aliis Reliquiis.
Brachium S. *Arnulphi*, martyris, albo inclusum argento, exteriùs adornatum 26. lapillis vtcumque prætiosis.
Brachium S. *Iacobi Majoris*, S. *Bartholomæi*, & S. *Andreæ*, laminis argenteis deauratis coopertum; cui affixi sunt 36. lapilli minoris pretij.
Brachium S. *Margaritæ*, S. *Agathæ*, & S. *Agnetis* 30. lapillis adornatum.

Brachium S. *Iuliani* martyris, laminis argenteis inauratis conte͏ctum; cum 60. lapillis eiuſdem valoris.

Mentum S. *Bartholomæi.*

Brachium S. *Nicaſij*, puriſſimo coopertum auro; cui affixi ſunt 30. lapilli minoris pretij.

Brachium S. *Sebaſtiani* Laminis argenteis coopertum deauratis 19. lapillis circumcinctum, cum exili telo argenteo inaurato.

Brachium S. *Gregorii*, argento deaurato contectum, cum 36. lapillis. Item Angelotus Argenteus; cui incluſæ ſunt complures Reliquiæ B. Virginis Mariæ.

Repoſitorium *corporis Domini*: cuius Baſis argentea eſt inaurata.

Rotunditas verò Superioris partis omnino aurea, & in vertice crux, cui tres affixæ ſunt Margaritæ cum Saphiro.

Crux pro Feſtis ſolemnioribus argentea inaurata, quatuor gemmis, 16. Margaritis, & 13. lapillis adornata pretioſis; in qua eſt de *ligno S. Crucis.*

Crux omninò argentea, pro vſu quotidiano, in qua nonnihil de S. *Cruce* aſſeruatur, cùm parua imagine argentea deaurata.

Crux parua argentea inaurata; in qua eſt de *ligno S. Crucis.*

Crux alia parua, auro puriſſimo confecta, ſexaginta gemmis exornata, in qua *Dens S. Petri* Apoſtoli includitur.

Nauicula argentea, quatuor pedibus ſubnixa, in qua aderat Chryſtallinum vitrum variis plenum Reliquiis.

Crux paruula argentea, cui digitus S. *Scunicult*, vitro inſertus eſt.

Item, Reliquia S. *Vincentii*, ſcaphidi argenteæ inducta in modum fiſtulæ.

Alia Reliquia, ad modum Eccleſiæ compacta, argentea: vbi plures habentur Reliquiæ chryſtallo incluſæ.

Item, junctura S. *Nicolai* argento incluſa: cuius Baſis extat chryſtallina ad formam orbiculatam.

Item, alia Reliquia ænea deaurata, diuerſas continens Reliquias.

Item, alia Reliquia argentea cum chryſtallo, variis repleta Reliquiis 15. lapillis exornata.

Alia item Reliquia argentea, chryſtallinum referens indè figuram leoninam; quæ Reliquiam S. *Nicolai* gerit.

Capſula aurea, orbicularis figuræ, quæ è cathenula aurea pendet, cum duabus virgulis aureis; vbi habetur vna de juncturis S. *Audoeni*: item alia parua junctura ipſius ſancti auro circumdata, à D. *Bituricenſi* data.

Item alia paruula junctura eiuſdem ſancti, in argentum deauratum inducta, ſupra puluinum panni aurei.

Item alia Reliquia ſancti *Clementis*, & S. *Georgii*, argento immiſſa.

Alia Reliquia ſancti *Martini*, ad formam Eccleſiæ, cuius ſtibolata ænea eſt, vertex autem argenteus inauratus.

Item alia Reliquia in modum columbæ, in qua complures ſunt Reliquiæ.

Tabernaculum æneum deauratum, variis repletum Reliquiis.

Item chryſtallum argento circundatum: vbi de Reliquiis SS. *Coſmæ* & *Damiani* habentur.

Aliud ſimilis figuræ, Reliquias ſancti *Eligij* continens.

Locellum item æneum, encauſticum, pluribus repletum Reliquiis.

Scriniolum argenteum, cui diuerſæ includuntur Reliquiæ.

Item parua Pixis ænea Reliquiam ſancti *Stephani* ſeruans.

Aliud ſcriniolum argenteum, vbi multa adſunt Reliquiæ.

Alia parua Reliquia in modum fiſtulæ argentea, in qua extat os ſancti *Leodegarij.*

Item paruum chryſtallum argento circumdatum.

Parua Crux argentea lapillo ornata pretioſo.

Item, Coſta S. *Agilli*, argento contecta.

Item Coſta S. *Laurentii*, ſimili modo incluſa.

Medij Anaglypti tabella argentea.

Sceptrum

Digitized by Google

Sceptrum argenteum.
Crater æneus, exteriùs Encauſticus, intùs verò deauratus.
Tres Imagines B. Virginis Mariæ eburneæ.
Tres Tabellæ æneæ : inauratæ, cum variis chryſtallinis.
Caput vnius *Innocentis* argento inſertum ; cui appenditur chryſtallinum, in modum pixidis, quò plures aſſeruantur Reliquiæ.

Complura alia pertranſeo, inibi contenta per ordinem : vt ſunt Cruces aliæ aureæ & argenteæ, calices, candelabra, thuribula, & alia vaſa ſacra, tum aurea, tum argentea; necnon cætera Eccleſiaſtica ornamenta, eaque prætioſiſſima, quæ fermè ſunt innumera, ne in his omnibus recenſendis lectori tædium afferam & nauſeam.

II. At triginta annis poſtea, quis referre valeret, quo furore, quanta rabie hæretici perduelles, Rothomago ab eis per fraudem capto, in ſacra ac prophana ſeſe effuderint : maximè in Metropolitanam Eccleſiam, & in ædem Abbatialem S. Audoeni ann. 1562. omnia illic expilantes & rapientes, cætera autem igne ac flammis concremantes : quorum omnium relationem ſcripto conſignatam continet aſſeruatque etiamnum impensè Locupletiſſima Bibliotheca D. *Bigoti*, viri nobiliſſimi, ac Rothomagenſis Senatoris, auitæ pietatis, & in omnes admodum munifici : cuius beneficentia ac liberalitate haud vulgari in me nunc vſque oſtenſa, præfata & quamplura alia me inibi legiſſe ingenue fateor.

III. Poſtea verò hæc eadem inclyta domus redintegrata eſt, & Diuino ſibi fauente præſidio, in priſtinum ſplendorem vtcúmque reſtituta, tot nouis viſa eſt ramis excreſcere, quot adaucta Religioſis, auitam vitæ Monaſticæ normam hiſce etiam diebus; nanciſci, fœlici piaque æmulatione, contendit. Cuius rei gratia die 4. Octob. in Feſto Seraphici Patris S. *Franciſci* anno 1643. pro Capitulo generali Ordinis D. Benedicti hac in noſtra Neuſtriæ Prouincia fœliciùs celebrando, facta eſt ſolemnis proceſſio ad S. *Audoenum* Rothomagenſem; qua finita D. Claudius de *Piancourt*, Abbas Regularis Crucis S. *Leufredi*, Pontificauit, atque declaratus Generalis huiuſce Congregationis : D. Guillelmus *Cotterel*; tunc magnus Prior eiuſd. Abbatiæ S. *Audoeni*, Vicarius Generalis : D. Iacobus de *Bellomonte*, Bailliuus Abbatiæ de *Cormeliis*, Syndicus Generalis : & D. Gaſpar *Cheualier*, magnus Cantor Abbatiæ Fiſcanenſ. Theſaurarius Generalis ipſius Ordinis ac Congregationis. Denique ann. 1660. die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli hujuſce loci Patronorum 29. Iunij : Reformatio Benedictini Ordinis inibi introducta eſt : Monachis vltrò conſentientibus : nimirum DD. Guillelmo *Cotterel*, magno Priore præfato, Petro *Carradas*, cantore : Franciſco *Vallier*, iubilato : Iacobo *Helot*, Fabricæ præfecto; Tuſſano *du Puits*, Cartophilace, Guillelmo *Cottart*, Infirmario, Nicolao *du Monſtier*, Eleemoſynario, &c.

Variæ Capellæ, Ecclesiæ Paræchiales, Prioratus, & alia Beneficia Ecclesiastica ab hac Abbatia dependentia, referuntur.

CAPVT XXI.

TAndem, vt his coronidem addamus, dignum duxi, hoc loco, inserere, quot & quanta ab hac Illustrissima Abbatia dependeant beneficia; quæ ab aliis quidem recensita conspiciuntur: [a] sed præstat Authographum sequi, nunc vsque in Archiuo eiusdem accuratè asseruatum: ita enim incipit.

[a] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 289.* *Liber Gallicus vulgari lingua inscriptus.* Le grand Poulier des Benefices des Abbayes & Prieurez de France.

Sequuntur Beneficia, ad quæ, de jure Patronatus, Dominus meus, D. Abbas S. Audoeni Rothomagensis Præsentat.

IN DECANATV CHRISTIANITATIS.

Ecclesia S. Crucis S. Audoeni.
Capella S. Annæ, *ibidem.*
Ecclesia S. Viuiani.
Capella B. Mariæ, *ibid.*
Ecclesia S. Nigasij.
Ecclesia S. Andrææ, in vico Fabrorum.
Ecclesia S. Stephani in vico doliatorum.
Ecclesia S. Petri Honorati.
Ecclesia S. Crucis in vico Pelliciatorum.
Ecclesia S. Petri in Castro.
Ecclesia S. Martini de Igneauuilla.

In Decanatu de Burgotherouldi.

Ecclesia de Bauilla.

In Decanatu de Pauelli.

Ecclesia de Homma.
Ecclesia S. Nicolai de Magno Alneto.
Ecclesia de Houpeuilla, quæ dicitur, *de Piain-Bosc.*

In Decanatu de Riuo.

Ecclesia de Broquedale.
Capella S. Audoeni, supra *Sigy.*
Ecclesia de Nerainvilla.
Ecclesia de Roncherolles, supra viuarium.
Ecclesia de Sigiaco.
Ecclesia de Martainvilla.
Ecclesia de Pierre-val.

In Decanatu de Calceyo.

Ecclesia de Quinquempoist.
Minor portio Ecclesiæ de Calceyo.

Decanatus de Piris.

Ecclesia de Altaribus.
Ecclesia Cantus-lupi.
Ecclesia de Espineto.
Ecclesia de Leteguine.
Ecclesia de Perzolio.
Ecclesia de Manerio.
Ecclesia de Ausonuilleio.
Ecclesia de Piris.
Ecclesia de Ymara.
Ecclesia de Crenonvilla.

Decanatus de Validomonte.

Ecclesia de Imonvilla.

Eccle-

Ecclesia de Veuletes.

Decanatus de Brachiaco.

Capella S. Ioannis de Duno.

Decanatus de Basquevilla.

Ecclesia de Crovilla.

Decanatus de Nouo-castro.

Ecclesia de Galli-Fontanis.

Decanatus de Euuremodio.

Ecclesia de Aquosis.
Ecclesia de Gauchiaco.

Decanatus de Brayo.

Ecclesia de Boulleyo.
Ecclesia de Frayo.
Ecclesia de Saldo-monte.

Decanatus de Gisortio.

Ecclesia S. Albini de Tourta.
Ecclesia de Transieres.
Ecclesia de Tresencurtis.

Decanatus de Baldomonte.

Ecclesia Capellæ S. Audoeni supra *Gany.*
Ecclesia de Quiconiaco.
Ecclesia S. Genouefæ.
Ecclesia de Ganiaco.

In Diœcesi Ebroicensi.

Ecclesia B. Mariæ de Garenna.
Ecclesia S. Petri de Garenna.
Ecclesia de Villaribus.
Ecclesia de Reanvilla.
Ecclesia de Cambrai.
Ecclesia S. Aquilini.
Ecclesia de Venon.
Ecclesia de Dalbodio.
Ecclesia S. Desiderij.
Ecclesia Montis aurei.
Ecclesia de Leriaco.
Ecclesia de Ballolio.

In Diœcesi Lexouiensi.

Ecclesia Bellimontis in Algia.
Ecclesia S. Clodoaldi.
Ecclesia de *Penne ae Pit.*
Ecclesia de *Figuefleu*, alternatiuâ inter Dominum, & Religiosos de *Grestain.*
Ecclesia de Turquevilla.
Ecclesia S. Stephani de Tilleya.
Ecclesia B Mariæ de Veteri-Burgo.

In Diœcesi Constantiensi.

Ecclesia de Sortainvilla.
Ecclesia B. Mariæ de Orneto.
Ecclesia de Mannevilla.
Ecclesia de Buche-villa.

In Diœcesi Bajocensi.

Ecclesia de Ros.
Ecclesia S. Martini de Bosco.
Major Portio de Reuilla.
Ecclesia S. Audoeni de Mesnillo Ogeri.
Maior Portio Sancondulize, vna vice.

In Diœcesi Suessionensi.

Ecclesia de Condè supra Auxonam.
Ecclesia de Sanciaco.

Nomina Prioratuum.

Vvadiniatus, seu, *Gany l'Isle.*
Prioratus S. Michaelis in monte Rothomagensi.
Prioratus de Sigiaco.
Prioratus S. Ægidij iuxta albotum.
Prioratus S. Petri in Alneto.

In Diœceſi Ebroicenſi.

Prioratus de Monte-Aureo.

In Diœceſi Lexonienſi.

Prioratus Bellimontis in Algia.

In Diœceſi Sueſsionenſi.

Prioratus de Condeto.

In Diœceſi Treuirenſi.

Prioratus de Vallibus Monachorum.

In Angliæ.

b Ibidem.

Prioratus *de Mereſay.* b hoc eſt, *Merſienſe* cœnobium in Eſſexia: vide Monaſticũ Anglicum, tom. 1.

Monachi Illuſtriores, qui ex hoc Religioſo cœtu prodierunt, enarrantur.

CAPVT XXII.

TEmpus eſt, vt viri celebriores, veluti ex hoc glorioſo ceſpite prognati, conſurgant; & virentibus virtutis, religionis ac eruditionis foliis exoriantur: cunctiſque fidelibus pateant, & Chriſti bonum ſuauemque odorem ſpirent ad vitam. I.

Albericus. Henricus, & *Guillelmus*, Monachi S. *Audoeni*: Abbates *Crucis S. Leufredi*, poſt eius reſtaurationem; circa ann. 1000. & quod excurrit.

Item Durandus, Primarius Abbas *Ceraſienſis*, ann. 1030. & 1035.

Guillelmus *Vaſpail*, Prior S. Audoeni, ex villa, quæ *Ros* dicitur, propè *Cadomum*, in Diœceſi Bajocenſi, natus, vir apprimè litteratus, eximiæque Religionis, & honeſtatis, qui à *Romano* S. R. E. Cardinale Legato, ad Monaſterij *Fiſcannenſis* regimen aſſumptus eſt, anno Chriſti 1228. eique præfuit annis 30. vtiliſſimè. Vnus fuit ex Prælatis, qui à Gregorio IX. Pont. Max. ad Concilium Generale Lateranenſe, contra *Fredericum* II. Imperatorem poſtea euocati, cùm *Genuenſium* conductitia claſſe veherentur, ab *Entio*, Friderici filio, *Sardiniæ* Rege, pugna Nauali, intercepti, in eiuſdem Friderici manus inciderunt; quas tamen euaſit *Guillelmus*, muneribus datis, ope cuiuſdam *Caroli*, Diaconi Bajocenſis, gentilis ſui, & ad Monaſterium ſuum reuerſus, illic vitæ reſiduum fœliciter peregit, cùm Eccleſiæ ſuæ optimè conſuluiſſet eruditorum virorum ſelectione, quos in Academia Pariſienſi litteris excultos, ad Monaſticam vitam admiſit; in his fuere Guillelmus *de Putot*, ſecundus ab eo *Fiſcannenſis* Abbas, Iacobus *Diuenſi*, ac Gabriel *Ibrienſi*, Monaſterio, poſtea præpoſiti.

Simon *de Boſco*, Rothomagenſis, nobili genere natus, florebat circa ann. Chriſti 1395. Decretorum Doctor, ex Monacho S. *Audoeni*, Prior *Sigiacenſis* & Abbas II.
S. Victoris, & de *Ceraſio*, ac demùm *Gemeticenſis*: cuius fama in Conciliis, *Piſano*, *Romano*, & *Conſtantienſi*, celeberrima fuit: præfuit Monaſterio illi Gemeticenſi ann. 26. cum dimidio: obijtque anno Chriſti 1418. die 9. Septemb. cuius corpus jacet in majori Baſilica, Gemeticenſi, in Capella S. Dei genitricis Mariæ Virginis, ad leuam Odeij, vbi ſepulchrum, à ſolo altius eleuatum, etiamnum conſpicitur.

Simon *Ferrechal*: vti conſtat ex eius Epitaphio: apud Abbatiam S. Dionyſii in Francia, quo obiit cœnobiarcha.

Hic jacet Reuerendus Pater in Chriſto Guillelmus Ferrechal, *natione Burgundus, olim Religioſus & Eleemoſynarius S. Audoeni Rothomagenſis, & poſtea Abbas S. Vuandregiſili, qui obiit Abbas iſtius Eccleſiæ, ann.* 1439. 6. *Ianuarij.* Amen.[a]

a Doublet. lib. 1. Hiſtor. Abbat. S. Dionyſij in Francia, cap. 36. & lib. 4. cap. vltimo.

Redeuntum

Radeuerum, ceu, Redeueriacum: Gallic: Rauiers, vel Reniers, ANN. 545.
Antiquitas huiuſce Monaſterii: cuius fundator ac Cœnobiarcha primarius extitit S. Vigor, poſtea Bajocenſis Epiſcopus.

I. S*anctus Vigor*, Attrebatenſi ciuitate nobilibus & fidelibus parentibus exortus, intra S. *Vedaſti* cœnobium in religione Monachorum cohabitauit: Tantaque in eo obedientiæ humilitas erat, vt omnibus gratioſor videretur. Dùm autem parentes illum indè retrahere vellent, vt ipſum haberent in eorum hæreditate ſuperſtitem: ille magis cœleſtibus inhians, aſſumpto puero *Theodemiro*, parentibus derelictis, ſæculo valedixit. Sed neſciens, quo pergeret, peregrinari cœpit, atque ad regionem *Bajocaſſinam* deuenit: vbi ab Angelo in ſomnis admonitus, ad vicum *Radeuerum* perrexit: illicque ædificato Monaſterio, jejuniis, & orationibus Deo inſeruiebat, multoſque ad Dominum conuertebat: qui poſtea, circa
II. ann. 554. ad Epiſcopatum *Bajocenſis* vrbis vocatus eſt. [a]

Arbitror igitur hunc S. *Vigorem*, ſuum extruxiſſe Monaſterium, circa ann. Chriſti 545. cuius curam ſummoperè egit, quoad vixit: poſt verò eius fœlicem ad Deum tranſitum, qui fuerint illius Rectores, vel quando ſolo æquatum ſit, omnino ignoramus. Cuius autem Ordinis extiterit, licet apertè non indicetur, tamen vtrumque præſumendum eſt, eiuſdem fuiſſe inſtituti, cum illo S. *Vedaſti* Monaſterio, vbi ipſe S. *Vigor* nonnumquam degerat, rituſque Religioſos, apprimè illic educatus, à pueritia didicerat; niſi S. *Vigor*, Regulam D. *Benedicti* ſibi ad amuſſim ſeruandam tunc ſumpſiſſet: cùm hoc non repugnet chronologicæ rationi, S. *Mauro* ipſius Patriarchæ diſcipulo, Gallias vſquequaque illuceſcente.

a *Vide cap. 10. de Epiſcop. Bajocenſ. part. 1.* Neuſtriæ Chriſtianæ. *Item* Neuſtriam Sanctam. *Ad 1. Nouemb.*

Digitized by Google

ANN. 548. & 550.

Sesciacum, vel Sisciacum, Gallicè, Chesay: vetus cœnobium: cuius fundator & Abbas primarius, S. Paternus, indè Abricensis Episcopus.

CAPVT I.

SAnctus Paternus, nobili genere natus apud Pictauos originem duxit, & à pueritia Monachus Enixionensis effectus, postea in partes inferioris Neustriæ secessit. *In ipsa adhuc adolescentia* (inqnit author vitæ illius) ad sublimiora sanctæ vitæ studia adspirans, cùm non fideret sibi ipsi, propter ætatis teneritudinem, cum *Scubilione* eiusdem loci Monacho, priùs communicato consilio, pro Christi amore, relictis parentibus, in pago *Constantino*, vnà cum illo, libenter constituit peregrinus degere. Itaque, nil præter Psalterium, secum accipientes, eò profecti sunt. Porro, S. *Scubilio*, licet ætate major esset, videns B. *Paternum* meritis venerabilem, vt illum sibi adæquaret, pallium suum diuisit, eique partem dimidiam dedit. Ambobus verò propter captendam solitudinem, insulam quandam adire cupientibus: vir quidam nobilis, & Religiosus, Deoque dilectus, detinuit eos apud se, donec ciuibus suis illorum aduentum indicaret: Rogauitque illos, vt in pharium *Sisciacum* se reciperent, suisque precibus homines Ethnicismi erroribus implicatos, à Dæmonum cultu reuocarent. Tum verò illi, circa montis sinum, in cauernam quandam ingressi sunt, cúmque populus execrabili ductus consuetudine, in illo phano debaccharetur, Sancti viri admonebant miseros, ne falsos Deos colendo, se æternùm perderent, qui salutem possent adipisci sempiternam, si non eiusmodi injuria suum irritarent creatorem. Aiebantque rectius omnino ipsos facturos, si per gratiam Dei renati, suum colerent conditorem. His auditis homines insani, reuerendos viros irreuerenter contemnunt, rituque suo cœptum cultum pertinaciter prosequuntur. At sancti viri, tum sanctæ Crucis signo, tum fidei feruore armati, accedunt ad vasa, in quibus illi miseri pulmenta coquebant, suisque ea scipionibus euertunt; potum quoque effundunt, posthabito præsentissimo vitæ suæ periculo; vt pro Christo fortiter, dimicarent, parati etiam, immò & appetentes, pro illo obire martyrium, si non defuisset percussor. Ecce autem nutu Diuino, timore corripiuntur, qui sanctos viros facilè etiam trucidare potuissent: sed cùm ad suum lectum ambo reuerterentur, mulier quædam, in eorum contumeliam, sese nudauit; at repentè membris omnibus contrahitur, totoque anno, vigore tabescente, cruciatur: neruisque debilitatis, etiam vlcere flagellatur; donec petita à sanctis viris venia, illis Dominum rogantibus, sanitati restituta est. I.

Accidit quadam die, vt non nisi dimidius panis, illis ad necessariam refectionem superesset; adueniente peregrino quodam, B. *Paternus* humanitatis studio, eum illi largitus est; potius apud Deum sibi, ex illo mercedem colligere volens, quàm in suum, eam, ventrem recondere. Vbi autem stata edendi hora aduenit, S. *Scubilio* rogauit eum, vt illud panis frustum, ipsis apponeretur. Cui *Paternus* ait: Christus, qui semper abundat, seruis suis escas subministrabit. Tulit hoc molestè *Scubilio*; quippe, qui labore defessus, nihil inueniret, vndè vires exhaustas reficeret, interim non dormitabat prouidentia Dei, ad suppeditandum escam seruis suis, nec eos fame discruciari passus est ille, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione: nam confestim, *Vvithem*, qui se primus in illorum disciplinam tradiderat, illis iejunantibus, multa attulit munera, & magnam ciborum copiam: sicque intra temporis ferè punctum, quod indigenti *Paternus* impertierat, cum grandi fœnore receperunt. Sed cùm cibum caperent, non aderat aqua, qua sitim excluderent, quæ tantò solet esse acrior, quantò II.

est

„ est major è cibo satietas. Mox igitur in terram prostrati, supplices Christo, „ qui est fons vitæ indeficiens; preces offerunt; vt ipse famulis suis aquam largiatur in deserto, qui olim populo Israelitico, è petra largissimas produxit vndas, in solitudine. Audiuit auris propinqua clementissimi Saluatoris, preces seruorum suorum, tangenteque *Paterno* humum baculo, fons erupit: crederes te videre *Moysen*, virga percutientem petram.

III. „ Eius rei fama crebrescente, vir venerabilis *Generosus*, Abbas eorum, post „ triennij spatia, abijt ad requirendos Monachos suos, tum benè fugitiuos: „ quippe, qui ad Christum confugerant. Vbi tandem ad illos peruenit, didicit „ *Paternum*, arduum sanè vitæ institutum sequi: præter panem & aquam, vel olera sale conspersa, nihil alimentorum admittere, & non fœminarum duntaxat, sed etiam virorum aspectus declinare, vt ab hominum consuetudine semotus, sollicitè operaretur visitationes Angelicas; tantóque plus proficeret in rerum Diuinarum contemplatione, quantò minus se haberet ex hominibus solatij. Tum præterea cognouit cum nullo vnquam cubare in lectulo, nulla lecti operimenta requirere, nunquam ad plumas vel caput reclinare; ea veste, qua interdiu vteretur, etiam noctu contentum esse, pro Mollilana asperum vsurpare cilicium, vt nec ipsa quidem nocturna quies, corpori sine molestia abiret; exactoque in sanctis laboribus die, nox non ad quietem, sed ad laborem succedere videretur.

IV. „ His igitur consideratis, vt aduertit Abbas eum Monastici canonis metas, tanquam equum impatientem, immodico feruore excedere: imposito quodam freni retinaculo, ad moderanda eum jejunia reuocauit; simulque jussit, ne tam arctæ se daret solitudini, nec virorum aspectum & colloquia recusaret, tum etiam cellulas inuiseret: simul etiam apud *Lucianum* Episcopum, & ciues præclarum ei reddidit testimonium, bonis & honestis eum parentibus esse editum. „ Dehinc valefaciens *Paterno*, *Scubilonem* secum, ad Monasterium reduxit; cui tamen non multò post, copiam fecit ad *Paternum*, sese recipiendi. Porro *Lucianus* „ Episcopus, *Paternum* primò Diaconum, indè Presbyterum ordinauit: ille verò, quantum sibi senserat ex illa promotione accessisse dignitatis: tantò plus ipse sibi cumulandis virtutibus, veri honoris adijcere nitebatur. Tantus autem *Sisciaci*, eis, eius, & *Scubilionis* laboribus, gratiæ fructus excreuit, dùm illic cœlestis verbi semina spargerent: vt *Phanum* prophani cultus, in pecorum stabula redactum sit. Spelunca autem illa, in qua viri illi egregii se abdiderant; tam suaues ex se diffudit virtutum odores; vt permulta ex Paterno prodierint Monachorum examina: nec pauca apud *Constantienses*, *Bajocenses*, *Cœnomanenses*, *Abrincenses*, *Rhedones*, in Britannia minore, ab illo fundata sint Monasteria.

V. Iam Septuagesimum agebat annum, B. *Paternus*, & Abbatis Officio fungebatur apud *Sisciacum*, cùm ad Regis Francorum, *Childeberti* I. & populi *Abricensis* preces euocatus est, ad Episcopatum Abricensem, ann. 548. cui præfuit ann. 13. nimirum vsque ad ann. Christi 562. ætatis suæ ann. 83. die 15. April. quo in cœlum migrauit: vnà cum B. *Scubilione*, Abbate, amantissimo socio; quorum corpora simul, eodem die, tumulatæ sunt apud Sisciacum. [a]

VI. Illic postea relegatus est S. *Prætextatus*. Rothomagensis 17. Archiepiscopus, iussu *Chilperici* Regis, ad instantiam *Fredegundis Reginæ*: *in insulam maris* (scribit S. Gregorius Turonensis) *quæ adjacet ciuitati Constantinæ, in exilium est detrusus*. [b] Ea autem insula vocabatur *Brenciana*, vulgò *Brency*; in mari Oceano sita, propè littus ciuitatis Constantiensis, in Neustria inferiore, si *Tillio credimus*. [c] At in Antiquitatibus MSS. Normaniæ, nuncupatur, *Gergia*, ceu *Gersayum*, & *Sisciacum*, Gallicè, *Gerzay*, & *Chezay*; iuxta *Cœnalem*, in eo S. *Prætextato*. [d] A fratribus Franciscanis postea in habitata, sed exindè ab hæreticis, profligatis, *Macropolim* iuxta è prospectu, consedere sunt coacti; quamquidem insulam opinatus est, & rectius, præfatus Episcopus *Cœnalis*, illam esse, vbi illis priscis temporibus *Sisciacum*, S. *Paterni* nobile extabat Asceterium, nunc omninò dirutum, & complanatum.

VII. Alia etiam his vicina adjacet insula, *Gherneuia*, ceu *Guarnezeia*, vel *Grenesis*, vulgò *Gernsey* & *Grenesay*; cuius meminit Guillelmus *Brito*: [e] in quam relegatus fuit *Malgerius*. Archiepiscopus Rothomagensis: qua de re aliàs egimus in Archiepiscopis,

a *Vide Neustriam Christianam part. 2. in Episcop. Abricens. 5. cap. 6. & seq. Item Neustriam Piam, ad 16. April. ex Surio, & aliis.*

b *Lib. 5. Histor. Franc. cap. 18.*

c *Tillius in Chronico de Regib. Franc. ad ann. 582.*

d *Tom. 3. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ MS.*

e *Lib. 7. Philippidis pag. 4.*

Antiquitas huiusce cœnobii, cuius fundator notatur Sanctus Marculphus Abbas primarius illic etiam sepultus. ANN. 558.

CAPVT I.

I. ISTVD cœnobium de *Nanto*, ceu *Nantuensis* Abbatia, Gallico sermone *Nantueil*, Ordinis est D. Benedicti, Diœcesis Constantiensis, in confinio *Bajocensis* & *Constantiensis* Neustriæ inferioris ciuitatum, versus mare Oceanum. Conditur autem à S. *Marculpho*, illius loci Proto-Abbate, ann. 558. a liberalitate ac munificentia *Childeberti* I. Francor. Regis & *Vltrogothæ* Reginæ, vxoris eius: tempore B. *Possessoris*, Constantiensis Episcopi; de quo hæc scribit Robertus Cœnalis de Bajocensi vrbe agens. *Protulit ea ciuitas, præter eos, quos enumerauimus, viros, Beatorum addictos consortio, multaque sanctitate illustres. In iis fuere* D. Marculphus, *præter morum excellentiam, ac bonarum disciplinarum copiam, generisque nobilitatem, heroïca virtute præditus; statura quidem pusillus, verùm major in exiguo regnabat corpore virtus. Qui à Francorum Rege* Childeberto *aream obtinuit in Constantino agro ad ædificandum illic Monasterium,* Nantuum, *vulgus vocat: præsidebat per id tempus, Constantinæ Ecclesiæ,* D. *Possessor*. b Sed præstat rem ab ouo, vt aiunt, resumere ex Antiquo scriptore (apud Surium) vitæ ipsius S. Marculphi Abbatis.

a Claudius Robertus in Abbatiis Gall. ex Chronicis Benedictinis.

b Cœnalis lib. 2. de re Gallica Perioche 4.

II. „ *Nocte* quadam, cùm post longas preces, & Dei Laudes, membris fatigatis „ modicam daret requiem, supernus ei aderat nuntius habitu splendidus, aspectu „ jucundus, excitans autem eum sic appellat: Pax tibi Beatissime *Marculphe*; „ Omnipotenti Regi tua grata sunt opera, perplacet illi militia tua, noueris au„ tem hac te illius præcipuè gratiam te promeruisse; quòd non modò tuæ, sed „ etiam proximorum tuorum saluti sollicitè inuigilas. Et quia complures è Dæ„ monum faucibus per te, euellere, sibique adjungere & vendicare Christus con„ stituit: ocyùs *Childebertum*, Francorum Regem adito, & pete, vt locum quem„ dam vrbis Constantiensis, cui *Nantus* est vocabulum, tibi largiatur, cum rebus „ omnibus ad illum pertinentibus. Illic verò tu Monasterium construes, & ali„ quot fratres, qui sub tuo regimine, Deo inseruiant, in illud introduces. Cùm „ autem cor Regis in manu illius sit, cuius est ista jussio; nulla ratione dubites, „ te impetraturum, id quod petere moneris. His dictis Angelus disparuit; mane „ autem conscenso asello, cui sedere consueuerat, vir Beatus, cum duobus fra„ tribus *Cariulpho* & *Domardo*, iter imperatum arripuit. Cùmque Rex *Childebertus* „ cum Regina *Vltrogode*, multaque Procerum frequentia, quodam festo die, Di„ uini celebrationem Officii in Ecclesia deuotè præstolaretur, ipse superuenit, in„ transque Ecclesiam, non se continuò Regalibus præsentauit obtutibus; sed cùm „ omnis ab eo esset mundana leuitas, & humilis atque Religiosa ei inesset graui„ tas, in quandam Templi abditissimam partem se recepit; vbi ab omni tumul„ tu semotus Christo secretas funderet preces, implens illud Euangelij: *Cùm ora„ ueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum.* Nolebat enim vir „ sanctus, hippocrytarum sectari jactantiam, qui in synagogis & locis publicis, „ vt ab hominibus viderentur, orantes stabant; de quibus Dominus: *Amen dico* „ *vobis* (inquit) *receperunt mercedem suam.*

III. „ *Sed* cùm, non posset lucerna Christi latere sub modio, quem virtutum custos „ humilitas celare cupiebat, Dæmonum superata detegebat superbia. Nam „ simul atque in Templum ingressus fuit, per quosdam eò fortè adductos, vtrius„ que sexus Dæmoniacos, magnis & lacrymosis vocibus, clamarum Dæmonia; „ Parce nobis, serue Christi, *Marculphe*, grauiter enim cruciat nos tua præsentia: „ Attamen, si ab his nos sedibus, per te Diuina pellere vult potentia, ne nos pa„ tiaris retrudi in Abyssum: hæc cùm audiret Rex, valdè attonitus est, cum „ omnibus suis; jubetque diligenter inquiri, quis ille sit, cuius nomen appellent

„ obſeſſi à Dæmonibus, inuenitur tandem, moneturque, vt ad Regem feſtinans „ accedat. Venientem Rex officioſiſſimè ſalutat, aitque: Gratus eſt nobis ad- „ uentus tuus, Benedicte Domini. Certi enim ſumus, noſtram exiguitatem à „ Chriſto, piiſſimo omnium conditore, per te viſitari. Eum verò Beatiſſimus *Mar-* „ *culphus*, reſalutans: Pax tibi, inquit, & miſericordia, ab ipſo Domino Ieſu „ Chriſto, virorum Illuſtriſſime, è cœlis præſtetur, qui licet dignitate præcellas, „ atque in ſolio Regalis majeſtatis reſideas, vnum tamen mortalium eſſe te conſi- „ derans, non deſpicis ſubditos, ſuperbia tumidus, ſed humilitate tranquillus „ reis tanquā natura ſimilibus coæquaris. Benè ergo memor es illius dicti ſapien- „ tis: *Rectorem te poſuerunt, noli extolli; eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis.* Denique iuſti- „ tia inſignis, non pietate ſegnis, eiſdem ſubditis, & cum Iuſtitia parcis, & cum „ humilitate, ſi deliquant, correctionem adhibes. Atque his, aliiſque virtutum „ officiis: & Deo viuis, & ſanctis eius places.

„ *Eiuſmodi* laudum præconiis, Rex, non ad elationem, ſed ad humilitatem po- „ tius permotus, blandè ex eo ſciſcitabatur: quibus ab oris, eò adueniſſet. Cui „ B. *Marculphus*: Vrbis, inquit, *Bajocaſſinæ* indigena ſum, parentibus non infimis „ progenitus: juſſione verò Diuina aduocatus, ab illis partibus occiduis, ad tuam „ amplitudinem, & magnificentiam acceſſi, oraturus, vti fiſcum vrbis *Conſtan-* „ *tienſis*, qui *Nantus* dicitur, cum omnibus ſuis redditibus, non mihi, ſed Chriſto „ (quo donante, amplas obtines poſſeſſiones temporales, & ampliores expectas „ in cœlis) ſolemni donatione largiaris. Certò enim ſcias, Dei omnipotentis „ hanc eſſe voluntatem, & juſſionem; vt locus iſte, quem dixi, non humano dein- „ ceps, ſed Diuino mancipetur dominio; nempe, vt ibi Monaſterium conſtrua- „ tur, & fratres ſeuerioris vitæ, qui pro tua, totiuſque Reipublicæ ſalute, Chri- „ ſtum ſedulo orent, in eo collocentur. Hac petitione Rex impensè exhilaratus: „ Gratias, inquit, ago Clementiſſimo conditori meo, qui per te dilectum ſuum, „ mihi ſuorum infimo, voluntatem ſuam aperire dignatus eſt. Eius autem *eſt ter-* „ *ra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.* Fiat de omnibus, „ quæ mihi contulit, voluntas eius: interim omnes in commune rogamus, ſancti- „ tatem tuam, venerande vir, vt his miſeris tua ſubueniat pietas, quos malè tor- „ quet nequam ſpiritum impietas. At vir Dei, nullo modo ad id idoneum, immò „ verò indignum ſe aſſerens: tandem multorum victus precibus curuatis humi ge- „ nibus, & oculis manibuſque in cœlum ſublatis, ſic precatus eſt: Domine Ieſu „ Chriſte, Rex Regum potentiſſime, cuius imperio ſubjacet omnis creatura: qui „ vita, ſalus, & pietas es: qui gratuita gratia, homo fieri dignatus es: vt nos à „ poteſtate Dæmonum liberares: qui diſcipulis tuis, & eorum ſucceſſoribus, po- „ teſtatem dediſti calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtu- „ tem inimici: his famulis tuis opem tuæ pietatis impende, vt profligatis Dæmo- „ nibus, à quibus crudeliter vexantur, tu, qui creator & Redemptor eorum es, ſo- „ lus eos poſſideas, & ipſi priſtinæ ſanitati redditi, debitas tibi laudes, & gratia- „ rum actiones perſoluant. His precibus vix abſolutis, immundi ſpiritus certa re- „ linquentes veſtigia, in fugam verſi ſunt: ab ore, & naribus eorum, quos obſe- „ derant, magna vi ſanguinis emanante. Eo viſo inſigni miraculo, Rex, & alij, „ qui aderant, immenſas Deo gratias egerunt, deinde accito Notario, jubet Rex, „ Regale conſcribi Teſtamentum, de donatione, quam petierat vir Dei. Eoque „ benè munito, cunctis ſuffragantibus, tradidit Rex Fiſcum ſupradictum cum „ vniuerſis eius prouentibus, Deo, & ſancto viro, eiuſque poſteris, perpetuo poſſi- „ dendum; juſſit etiam, vt quicquid deinceps vellet, ſine vlla hæſitatione, ab ipſo „ vir Dei peteret. IV.

„ His ita geſtis, vir ſanctus, abeundi ad ſuos, copiam ſibi dari propoſuit: ſed „ Rex diutiſſimè primùm quidem in eius colloquiis, deindè etiam oſculo immo- „ ratus, tandem eum à ſe dimiſit: ſeque, vxoremque, & liberos ſuos, illius preci- „ bus commendans, obnixéque rogans, vt crebrò ſe inuiſeret. Adiunxit autem „ ei *Leontium* quendam, è ſuis, qui fiſci huius agros certis finibus determinaret. „ Reuerſus igitur B. *Marculphus*, cœpit locum illum excolere, condiditque Mo- „ naſterium Regulari inſtitutioni aptum, & accommodatum. Ac deindè rebus „ intus & extra prudenti diſpenſatione apparatis atque diſpoſitis, non paucos, V.

quibus

,, quibus cùm vitam Monasticam duceret, sibi fratres asciuit, quos non solùm ad-
,, hortationis incitamentis, verùm etiam optimæ conuersationis exemplis admo-
,, nebat: vt semper ardua & sanctiora sectarentur: sicque de virtute in virtutem
,, progredientes, Regem Regum in Sion contemplari mererentur. Hortabatur
,, eos, vt inter se prorsus essent vnanimes, & quemadmodum de primitiuæ Eccle-
,, siæ fidelibus legitur: *Cor eis vnum esset, & anima vna*: Nec quisquam quicquam
,, sibi proprium, præter peccatum, vendicaret, sed omnia eis essent communia.
,, Porro, otium tanquam vipereum fugerent virus, certatimque aut laboribus
,, manuum, aut lectioni, vel orationi incumberent. Aiebat crebrò, nihil tam
,, Monachorum obesse perfectioni, quàm otium.

VI. ,, Cùm autem dissolutionis suæ tempus, vir Dei, Spiritu sancto reuelante, non
,, longè abesse prenosceret, Regem *Childebertum* priusquam de hac vita migraret,
,, adire decreuit: vt prædiorum donationes cœnobiis ab ipso constructis; à mul-
,, tis fidelibus viris, pro suarum salute animarum præstitæ, authoritate Regali
,, semper essent ratæ, cœnobiisque saluæ & inconuulsæ, absque vlla posterorum
,, calumnia, permanerent. In illo verò itinere, quæ per eum Dominus miracula
,, fecerit, reticere non debemus. Priusquam ad *Compendium* castrum, vbi tum
,, Rex morabatur peruenirer, apud fluuium *Isaram*, ab itineris fatigatione, sese
,, paululùm recreaturus, ad pratum quoddam diuertit. Ecce autem Regij vena-
,, tores leporem canibus insectantur: at ille per apertam camporum fugiens plani-
,, tiem, sinnuosis flexibus impendentem differt mortem. Nulla autem euadendi
,, relicta opportunitate, ceu jussus Diuinitùs: sub hominis Dei sese amictum re-
,, cipit, id verò cernens vnus ex ministris Regis, mente tumidus, & ore effrenis
,, ait ad eum: qua temeritate ausus est, clerice, Regis venationem inuadere, nisi
,, quamprimùm reddideris, ego te meo gladio interficiam. Tum vir sanctus, non
,, vt periculum declinaret, sed vt Dei, qui homines & jumenta saluat, patesceret
,, magnificentia, bestiolam dimisit. Ea fugente, canes, qui ad capiendum parati
,, aderant, ita solo affixi sunt; vt penitùs loco mouere se non possent. Is autem,
,, qui sanctum virum irreuerenter & contumeliosè appellauerat, ab equo, quem
,, calcaribus vrgebat, vt fugientem leporem sequeretur, tanta vi decidit, vt rupto
,, ventre, intestina eius effluerent, cernentes id socii eius, qui ob illatam viro Dei
,, injuriam id ei accidisse non dubitabant, ad pedes illius se abijciunt; qui tamen
,, ad miserendum paratior, quàm ad vlciscendum erat. Mox ille se confert eò, vbi
,, miser jacebat semiuiuus, manibusque propriis, interanea effusa suo loco recon-
,, dit. Deindè, cùm diutissimè precatus esset de terra surgens, crucis signo, homi-
,, nem consignauit: isque repentè ita incolumis effectus est, ac si nihil perpessus
,, esset mali: Rex autem à venatu rediens, vbi rem gestam audiuit, tum Beatissimi
,, *Marculphi* aduentu, tum miraculo per eum Diuinitùs perpetrato, impensè gaui-
,, sus properè se ad eum contulit. Cúmque eum procul intueri primùm potuit,
,, mox ab equo desiliens, non sine multa reuerentia, pedes ad eum accessit, orauit-
,, que supplex, vt benedictione sua ipsum impertiretur. Et vir Dei; *Benedicat tibi*
,, *Dominus*, inquit, *ex Sion & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ: sint om-*
,, *nes benedicti tui à Domino, qui fecit cœlum & terram.* Indè in mutuos ruunt ample-
,, xus & oscula: & cùm vir sanctus causam itineris sui Regi indicasset; pariter in
,, memoratum castrum ingressi sunt, interea sole ruente, nox venit. Altera die,
,, jussit Rex confici litteras de prædiorum donationibus, quales vir Domini postu-
,, larat; idque præsente Regina *Vltrogode*, cæterisque optimatibus, annuloque
,, suo, cunctis illis attestantibus, eas voluit obsignari. Præterea verò Rex, & Re-
,, gina, multis eum donantes muneribus, supplices rogarunt, vt Christum pro
,, ipsorum salute, deprecaretur. His ita gestis B. *Marculphus*, domum reuersus
,, est. Postea verò migrans à sæculo, calendis Maij, sepultus est in Monasterio,
,, quod primùm ipse construxit, eo loco; qui *Nantus* appellatur; humati sunt cum
,, eo etiam alij duo fratres, qui eodem tempore obierunt *Carinlphus & Domardus.* c

c *Vita S. Marculphi Abbatis, ab anonymo Authore conscripta.*
Apud Surium 1. Maij cap. 4. & seq. Vide infra in Neustria Sancta *ad 1. Maij.*

Corpus S. Marculphi, aliquo tempore, requieuit in cœnobio suo de Nanto, quod postea ob Normannicam infestationem, Mantam delatum, Abbatia Nantuana, excidio collapsa est.

CAPVT II.

QVO anno præcisè B. *Marculphus* cœlum inuectus sit, omninò ignoratur: sed ad veritatem propiùs accederet historicam, qui, vt ex præfatis intueri liquet, mortuum diceret, sub eodem Rege *Childeberto* I. & Regina *Vltrogode*: vix enim attigisse ann. 570. omnibus, vt reor, compertum erit: at verò, haud dubium est ipsum Christi seruum S. *Marculphum*, complures post se reliquisse sui instituti atque virtutis asseclas: quorum tamen res preclarè gestæ, è memoria exciderunt hominum: potiùs gaudentes nomina sua scripta esse in cœlis, vbi in æternum permansuri, exultant cum Christo sine fine. I.

Constat autem tempore S. *Audoeni* Rothomagensis Archiepiscopi *Bernoinum*, II.
ceu, *Hernoinum*, vel *Vernoinum*, Archimandritam, huic præfuisse cœnobio: ad cuius instantiam, corpus ipsius S. *Marculphi*, aliò translatum est ab eodem Beatissimo Metropolitano: duos vel tres huiusce rei testes proferamus. *Iam multum* intercesserat temporis (*inquit vetus Author*) & venerandus Rothomagensis Ecclesiæ
,, Pontifex *Audoenus*, Diœcesim suam visitans, *Constantiam* peruenit, rogatus au-
,, tem à *Vernuino*, loci supradicti Abbate, vt eundem locum viseret, & corpus
,, Beati viri, ad locum, quem ipse parauerat, transferret. Libens assensit: suble-
,, uato autem de Tumba, S. viri corpore, consumptis carnibus, visa est sola cutis,
,, virtute præpotentis Dei, ossibus hærere incorrupta; porro vultus eius adeò vi-
,, uidus apparuit, ac si vitali spiritu frueretur. Quod miraculum, vt multis in-
,, notesceret; triduò detectus permansit. Rogauit autem Abbatem Beatissimus
,, *Audoenus*, vt de sancti corpore aliquam ipsi portionem attribueret, illo libentis-
,, simè annuente: cùm Episcopus *Audoenus*, caput auferre deliberaret, chartula
,, cœlitùs in eius manus incidit, qua hæc continebantur: Cæterorum membrorum
,, Beatissimi *Marculphi*, quod voles sumito: caput autem eius nequaquam tangere
,, præsumas. His scriptis sanctissimus Præsul à proposito reuocatus, in loco præpa-
,, rato, summa veneratione, Beatissimi *Marculphi* Confessoris Reliquias condi-
,, dit, &c. a

Eadē recitat alius author antiquus: videlicet Theodoricus, in gestis ipsius S. *Audoeni* Archiepiscopi. *Alio etiam* tempore cùm suas Parœchias, verbum Dei se-
,, minando, circumiret, venit in pagum *Constantinum*. Vbi autem ad Monasterium
,, B. *Marculphi* accessit; rogatus est à *Bernoino*, eius Monasterij Abbate, vt corpus
,, S. *Marculphi* in alium locum transferret. Eius precibus vir Dei satisfaciens,
,, transtulit sacrum corpus in absidem, cum hymnis & congruo honore. Postea
,, verò petiit ab eodem Abbate, vt permitteret ipsi sumere quippiam de illo corpo-
,, re. Abbate benignè assentiente; B. *Audoenus* caput S. *Marculphi* secum asportare
,, statuebat; sed eo istud meditante, ab improuiso reperta est in eius palma, char-
,, tula cœlitùs missa: quæ illum admonuit, ne caput S. *Marculphi*, à corpore se-
,, parare ausus esset, sed aliis locis, ex corpore eius Reliquias pro voto *acciperet*. b

Eadem iterato sermone confirmat idem author, carmine illud describens in hunc modum.

a *Idem anonymus apud Surium sup. cap. 14. vitæ sancti Marculphi 1. Maij.*

b *Anonymus apud Surium 24. Augusti. cap. 19. vitæ sancti Audoeni.*

Contigit hinc autem quod & idem tempore quodam
Ad Constantini transiret munia pagi

Digitized by Google

Aeternæ cunctis præbens documenta salutis,
Cui Bernuinus Abbas multùm Reuerendus,
Obuius accessit hilaris, secumque recepit,
Ipsi congaudens, & præsule digna rependens,
Dicens: Præsul aue, meritorum munere clare,
Vnum te petimus, quod sis conferre paratus,
Nec decet vt renuas, vel sola voce recuses;
Sed dignare piis cunctorum cedere votis:
Vt pariter nostri Patris, nostrique Patroni
Marculphi membra jubeas hinc esse mouenda.
Post hæc vir sanctus cunctorum vota secutus,
Relliquias sanctas, aliàs facit esse ferendas,
Primus majorem præsumens ferre laborem:
Nam leuat à terra, simul & ceruice remissa,
Transvehit ad Thecam gemmis auroque politam;
In quam dùm posuit; Abbati protinus inquit:
Relliquias nobis de corpore ferre licebit,
Eius, quo memorem nobis celebremus honorem;
Abbas è contra solerter reddidit ista.
Non nego digne Pater, verùm, concedo libenter,
Et tua quod quærit deuotio, ferre licebit.
Cùmque volutaret animo, caput vt sibi ferret,
Cœlitùs immissam meruit sibi sumere cartam,
In qua scriptura, scripti quoque rara litura,
Hæc mandata dabat, quæ sacra voce notabat:
Ne caput attrectes, nec de ceruice sequestres,
Vnde tibicumque capiens, quod quæris, habere. [c]

III. Cæteros alios omitto scriptores. [d]
Demùm cùm propter continuam Normannorum adhuc gentilium infestationem ac depopulationem, hæc Abbatia, par excidium, breui forsan esset subitura, quemadmodum jam aliis permultis acciderat cœnobiis; tunc Abbas & Monachi apud se decreuerunt, cœterorum exemplo concitati, sacra SS. *Marculphi*, ac sociorum *Cariulphi* & *Domardi* lipsana indè secum asportare, & in tutiorem remotioremque locum transferre, vt sic immunes ac securi essent ab huiusmodi incursione Normannica. Verùm, nimio terrore percussi, cùm jam *Medantam* oppidum, ad sequanam fluuium, ferè attigissent, in valle *Rodoniensi*, sacra ipsa lipsana absconderunt, illicque diu delituerunt. Sed Monachis paulo post, miseria & ærumnis consumptis, ac morte præuentis; necnon & eorum cœnobio *Nantuano*, penitùs ab illis Danis diruto, horum omnium memoria quasi oblitterata remansit: [e] Taleque Monasterium in cinere & fauilla redactum, haud vnquam potuit pristinum assequi statū: sed inter illa antiquiora *Neustriæ Cœnobia*, meritò computabimus: *quorum nonnulla adhuc in solitudine degunt.* [f] Porro, hæc ipsa sacra corpora SS. *Marculphi*, & sociorum, singulari Dei Beneficio, postea reperta, & in Ecclesiam collegiatam B. Virginis Mariæ Deiparæ, apud prædictum op-

K

c *Idem, qui & Theodo icus vocatus, cap. 19.*

d *Vetus Legendarium MS. Eccl. su Medantens. Simon Farrout, cap. 15. Renatus Benedictus & alij in vita S. Marculphi 1. Maij. Lanonius, in Sintagmate Histor. de SS. Franciæ cancellariis, in notis ad vitam S. Audoeni ad sup.*

e *Farout. sup. cap 16. 17. & 18.*

f *Gemeticensis lib. 7 Histor. Normann. cap. 23.*

Digitized by Google

g *Faroul sup. cap. 18. & 19.*

pidum munitissimum *Meduntam*, solemniter translata, die 19. Octob. ibidem condigno honore asseruantur. g In quorum laudem compositus est subsequens hymnus.

Nouis sacrata gaudiis
Mundum dies hæc impleat;
Qua Diuus in sublimia
Marculphus astra conuolat.
O ter quaterque Neustria,
Beata, quæ tam nobile
Pignus Medunta protulit,
Iubarque Gallis edidit, &c. h

h *Christophorus Faroul. Extat in fine vitæ B. Marculphi per præfatum Simonem Farqui editæ.*

SANCTVS SEVERVS.

ANN. 558.

SAN-SEVERVS; GALLICÈ, S. SEVER in Diocesi Constantiensi haud procul à Viria amne.

Omnino constat præsens Monasterium fuisse extructum in honorē B. Virginis Mariæ Deiparæ, à S. *Seuero*, postea Abrincensi Episcopo, qui in cœlum migrauit circa ann. Christi 570. Sed hinc labentibus sæculis, istud Asceterium funditùs dirutum esse, Normanis adhuc Paganis; itaque animum lectoris haud parum iuuabit, si aliquid de ipso S. Seuero Pontifice, de prompserimus. I.

„ D. Seuerus, Constantiensi agri & ipse indigena (ait Robertus Cœnalis) ex „ tenui, nec admodum opulenta domo procreatus est, tenuiter educatus, atque „ alitus: toto enim suæ iuuentutis tempore, non parum sudauit & alsit, durissi- „ mam seruitutem sub Corbetano Domino, multis diebus & annis perpessus. Qui „ tandem ex immiti, mansuetus factus, ex lupo ouis, (inspirante numine) locum „ in sua ditione constitutum D. Seuero, quantum vellet ac desideraret, longè la- „ téque patentem vltrò concessit. Quo cum ingenti gratiarum actione recepto, „ D. ille Seuerus, Deiparæ virgini Templum cœnobiumque erexit: (hodie ex- „ tat cænobium nomine D. Seueri insigne) in quo cùm persanctè viueret, vita ac „ miraculis conspicuus factus, ad Pontificalem Arboretaneæ Ecclesiæ sedem cum „ omnium acclamatione & applausu euocatur, in qua, posteaquam annos aliquot „ contriuit; mundi nugas, vanitates, curas, ac sollicitudines pertæsus, cùm ad- „ huc esset superstes, cedens oneri, cœnobiticam vitam resumpsit, aliumque suo „ loco deligendum curauit. Demúmque toto jam pectore, cœlo inhians, senio „ confectus & annis, euolat ad superos: cuius sacræ Reliquiæ in capsula, secun- „ dum maius Altare reconditæ, cum veneratione seruantur. II.

„ *Quod* autem de Reliquiarum conditorio diximus, id de parte tantum intel- „ ligendum est: cùm partem sacrorum pignorum maximam reuerenter apud se „ retineat Ecclesia Rothomagensis. Traditum enim reperio, litterarum vetustio- „ ribus monumentis; quòd post decessum D. Seueri ab humanis, tempore, cùm „ Barbara gens Danorum, ex penitissimo retrusissimoque Septentrione prodiens, „ obuia quæque cæde & sanguine repleuisset; tanta eò loci vastitate laboratum „ est, vt ne minima quidem veteris sepulchri indicia superessent; nisi desuper ab „ æthere, qui custodit veritatem in sæculum, Dominus venerandæ illius loci san- III.

ctitatis

Digitized by Google

„ ctitatis signa dedisset. Quorum illustratione permota vicinia, Richardo huius „ nominis, primo, Significauit vim numinis apertissimam eò loci inesse, vbi D. Se„ueri corpus jampridem sepultum fuisset. Ducis itaque auctoritate atque auspi„ciis, itum est in viscera terræ: tandemque fodiendo, inuenta sunt monumenta „ tria, *D. Ægidij* primum, qui sub *Seueri* signis militauerat; postremum Alterius, „ cuius nomen incognitum: medium verò D. *Seueri*: vnde frequentissima orbi mi„racula illuxerunt. Quæ, vt agnouit, commota est vicinia tota. Retecto tandem „ monumento, eos, qui astabant, vniuersos odor perfudit suauissimus. Nec mo„ra, extrahitur corpus à feretro, deduciturque in vicum, *Eaurecio* pago, nec plus„ quam mille passibus distantem. A quo loco, cùm mouendum esset, sursum eri„gi non potuit: nisi prius, qui aderant, persanctè jurarent sacram eius nomini „ ædem se constructuros. Id autem per omnes, quæ à loco sepulchri ad vrbem „ Rothomagensem interfuerunt, stationes, obseruatum fuisse legitur. Qua in re, „ ne quis hæsitare possit, extant etiamnum per stationes singulas, Templa ere„cta, Diuique *Seueri* nomini ac numini consecrata. Indicio est, Phanum San„Seuerianum, tribus ab vrbe millibus, ob feretrum illic vna nocte depositum, „ religiosissimè erectum. Ab eo loco Pontifex Rothomagensis suo clero comita„tus illustres illas exuuias, in Ecclesiam Rothomagensem ouanter deduxit: quæ „ in hoc etiam tempus reuerenter coluntur. Nihil tamen obstiterit, quo minus „ dici possit, harum Reliquiarum partem, à Patribus nostris diligentissimè reser„uatam: aut multis à Principe, Pontifice-ve precibus redemptam, in ea, cui præ„fuit, Ecclesia, Religionis ergo *seruari*. Hæc ille. [a] Cùm autem Richardus I. ille „ Normaniæ Dux, diem clauserit supremum anno 996. perspicuum erit hoc eue„nisse ante illud tempus: sub *Roberto* Rothomagensi Archiepiscopo: vti habet „ Breuiarium illius Ecclesiæ Metropolitanæ, ad 1. Februarii vbi de S. *Seuero*.

a *Canalis tom. 2. MS. Hierarchia Neustriæ in 7. Episcopo Abrincensi.*

IV. Postea verò, portio aliqua huiusmodi Reliquiarum Sacrarum Translata fuit ad præsens S. Seueri cœnobium, sub Guillelmo Rothomagensi Archipræsule: (iuxta ipsum Cœnalem) qui florebat ad ann. 1090. de quo hæc scribit. *Idem ipse author fuit, vt sacræ D. Seueri Reliquiæ, ad cœnobium in Constantiniensi agro suo nomini consecratum, vnde jam pridem prodierant, quodam veluti postliminio redirent: nempe, Os digiti medij; aliud item flexuræ ceruicis: quæ sacra pignora, multis tandem fusis precibus, Seueriani cœnobitæ, gaudio aut superante, aut æquante desiderium, ab hoc Guillelmo Præsule impetrarunt: cuius impetrationis memoria, tertio nonas Februarij quotannis, solemnis veneratur.* Hæc ibid. tom. 3. in præfato Archiepiscopo Guillelmo. Igitur, hic locus, tum ob S. *Seueri* habitationem gloriosam, tumque ob ingentia, quæ inibi omnipotens operabatur, ad eius inuocationem, miracula, de S. *Seuero* nomen reportauit; nouique restauratio Monasterij ibidem initium sumpsit, in Diœcesi Constantiensi, sub instituto S. Benedicti.

V. Tempore Guillelmi II. *Nothi*, Ducis Normaniæ, & Angliæ Regis conquisitoris: quique Restaurator huiusce Abbatiæ, & secundus Fundator extitit circa ann. 1085. Hugo de *Abrincis*, Vicecomes Abrincatensis, postea verò Cestrensis: [b] iuxta Gemeticensem, ea de re, ita loquentem. *Hugo verò, postea Comes Cestrensis, Abbatiam S. Seueri condidit.* [c] Quiquidem Hugo, filius erat Richardi, Vicecomitis Abrincensis, cognomento *Goz*; ipsi autem Hugoni Rex Guillelmus præfatus, Comitatum Cestrensem in Anglia concessit, ann. 1070. Ermentrudem deindè idem Hugo, filiam Hugonis de *Claromonte* Beluacensi, vxorem duxit, ex qua Richardum, Cestrensis comitatus genuit hæredem. Construxerat etiam cœnobium S. Vvalburgæ virginis, apud Cestram: cui Richardus, Beccensis Monachus præfuit; ibique Deo Monachorum gregem, inter Belluinos cœtus nutriebat, vbi mortuus sepeliri voluit ann. 1101. [d] Sed de his hactenus, nunc ad Abbates huiusce domus sermonem conuertamus.

b *Canalis de Re Gallica lib. 2. Periocha 5. & tom. 5. Hierarchia Eccles. Neustriæ in ea Abbat. Gallia Christiana, in Episc. Constantiensibus & in Abbat. post Robertum de Monte Tractat. de Abbatiis cap. 28.*

c *Gemeticensis lib. 7 de Gestis Norman. cap. 22.*

d *Idem lib. 8. cap. 38. Ordericus lib. 4. Histor. Eccles. ad ann. 1070. & lib. 8 ad ann. 1088. ac lib. 10. ad ann. 1101. & lib. 11. ad ann. 1119.*

VI. ## I. *Ascelinus, seu Anselmus, primarius Abbas, Monachus Gemeticensis.*

2. *Arnulphus, Ebroicensis.*

3. *Petrus, Monachus S. Benedicti Floriaci.*

4. *Robertus, Monachus eiusdem loci.* [e]

5. *Guido, Cestrensis.* [f]

6. *Stephanus, notatur ann. 1176.* [g]

7. *V. D.... memoratur ann. 1208.* [h]

8. *Richardus de Villeio, electus Abbas ann. 1279. vide in Episcopo SS. Constantiens. cap. 57. §. 2.*

9. *Claudius, de Veteri Ponte.*

10. *Claudius de Rosel, Abbas S. Seueri. Decanus Rothomag. 1618.*

11. *Franciscus Fouquet, Episcopus Bajonens. Abbas ann. 1640. ceu 1641.*

e Canalis tom. 5. sup ex Roberto de Monte.
f Idem ibid. Item liber Niger Abbatiæ Lucernæ.
g Ex libro nigro Bajocens. Eccles. fol. 26.
h Ex cartulario Abbatiæ de Longis.

Memoratur ann. 1575. fuit etiam Abbas Falesiæ. [i] Taxatur autem præsens Abbatia ad 500. Florenos aureos, pro annatis Cameræ Apostolicæ. [k]
De eadem Abbatia mentio habetur apud D. Anselmum, circa ann. Christi 1100.

i Ex Cartulario S. Ioannis Falesiæ.
k Gallia Christiana in Episcop. Constantiens.

Domino & Patri, Reuerendo Archiepiscopo Rothomagensi, Guillelmo: Anselmus, seruus Ecclesiæ Cantuariensis; fidele seruitium cum Orationibus. VII.

CLamauimus, & iterum clamauimus: & adhuc ad Deum, & ad vos, & ad totam Ecclesiam Normanniæ, maximè ad Episcopos & Abbates, & omnes Religiosas personas: De Abbate cœnobii S. Ebrulfi, qui quendam suum insipientissimum iuuenem, Professione Monachum in vita, ita, sicut iam vobis scripsimus, inordinatè & irreligiosè in Ecclesia sancti N. *pro Abbate ingessit. Videte, ne nobis necesse sit, vt familiariter Reuerendo meo Patri loquar, clamare ad Deum de vobis; ad quem pertinet hoc corrigere, si contemnitis? Dicit, vt mihi relatum est, idem Abbas, illum non esse suum Monachum, sed de sancto* Seuero. *Sed secundum, quod ipse in Anglia confessus est, sicut ab audiente didici, professus est Ecclesiæ suæ: & ideò non verum, quod negat eum, suum esse Monachum. Denique ipse, quomodocumque sit de professione; ipse, inquam, Ecclesiam impediuit. Ipsum cogite, quantum ad vos pertinet, & quantum potestis, vt eam expediat. Nimis carè vendidit nobis lupulum suum: Ecclesiam rebus suis, & homines Ecclesiæ sua violentia, illis nolentibus, sine quorum consensu fieri non debuit, spoliauit: & talem Monachum, qualem sæpè vobis ostendi, in eamdem Ecclesiã immisit: & ad injuriam Dei, & contumeliam Monachici Ordinis, ibi dimisit. Obsecro, facite, vt reddat Ecclesiæ quos abstulit, & recipiat quos intulit. Vale.* [l]

l S. Anselmus lib. 3 Epistol. 68. Ioannes Picardus ibid. in notis.

Porrò, hic San-Seuerianus cœnobiarcha, tametsi extra Abrincensis Episcopatus Diœcesanos limites, in Constantiensi solo sedem teneat, ingenuè tamen profitetur VIII.

fitetur

fitetur se ea lege teneri; vt dùm D. Andrææ solemnia celebrantur, Arboretani Præsulis lateri assistere debeat, ea saltem die, auditurus Pontificis, si qua occurrerint, pronuntianda mandata. Idque hac potissimùm ratione, quod infra illius *Diœcesis limites*, Phanum habeat suæ ditioni subiectum, apud sepem, seu, *Hayam Paganelli*, S. Iacobi nomini dicatum, ideoque hac se lege teneri minimè diffitetur, hoc Diplomate.

Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis: Petrus, miseratione Diuina, humiliter Abbas Monasterij S. Seueri, in Diœcesi Constantiensi, salutem in Domino.

„ NOuerit Vniuersitas, quòd nos, & successores nostri, Abbates dicti
„ Monasterij, qui pro tempore erunt, ratione bonorum, quæ ha-
„ bemus in Diœcesi Abrincensi, & de antiqua consuetudine; te-
„ nemur singulis annis, in festo S. Andrææ hyemali, interesse in
„ Ecclesia B. Andrææ Abrincensis; vel non interesse, cum litteris
„ sufficientem excusationem cum assignatione rationis absentiæ
„ nostræ. Et nos P. promittimus bona fide, nosque de cætero fideliter seruaturos,
„ & facturos pro nobis; in cuius rei testimonium, præsentibus litteris nostrum
„ sigillum duximus apponendum. Acta, die Dominica proxima, post festum
„ SS. Apostolorum Petri & Pauli, in dicta Ecclesia Abrincensi, ad processionem
„ anno Domini 1258.[m]

[m] Apud Ce·al.m, tom. 1. Hierarchiæ MS. Neustriæ.

Digitized by Google

ANN. 565. *EXORDIVM HVIVS COENOBII à Sancto Martino, Vertanensi Abbate.*

ANtiquissimum est istud Monasterium Ordinis S. Benedicti, fundatum à I.
S. *Martino, Vertanensi* in sanctonensi agro, seu, in Britannia Armorica, Abbate: cuius vitam ex codice MS. cœnobii S. Cornelij *Compendiensis*, ad *Oesiam* fluuium, descripsit Hugo *Menardus*. Fuit verò S. Martinus illustris stemmatis ciuis Nannetensis, floruitque circa ann. 560. & quod excurrit, eius dies festus agitur 24. Octob. [n] Causa autem huiusce extructionis, Monasterij, hæc narratur. Post reditum eius ex Anglia, vbi profectus fuerat, ædificauit istud cœnobium in Diœcesi *Bajocensi*, quod *Gemellorum* est appellatum: quia *Gemellos* filios cujusdam nobilis viri immatura morte raptos, ad vitam, in eodem loco reuocauit: illicque discipulum habuit magnum illum D. *Ebrulfum*, qui postea in pago Oximensi, apud Vticum multorum extitit Pater Monachorum: vti docet, *Ordericus* vitalis, his verbis.

n Martyrologium Romanum & Vsuardi ad 24. Octob. Adonis. 7. Decemb. Baronius in notis, & alij apud Neustriam Sanctam 24. Octob.

„ *Venerabilis Martinus*, Vertanensis Abbas, Abbatiam construxerat in loco, II.
„ quem *duos Gemellos* ab antiquitate vulgus vocitat: pro ressuscitatione *Geminorum*, quam ibidem factam vetustas commemorat. Nam *Geminam* prolem potentis heri mors immatura sine Baptismate rapuerat; vndè nimius dolor vtrosque parentes inuaserat. *Martinus* autem ab *Anglia* reuersus, amicos lugentes inuenit, consolationem è cœlo quæsiuit, meritis & precibus, *Geminos* reddidit vitæ, atque in patrimonio eorumdem, Monachos Deo dicauit. Antiquum ab euentu eidem loco nomen vsque hodiè perseuerat; & ingens congeries lapidum in fundamentis ædificiorum, & ruinis maceriarum, euidens testimonium dat, quòd magnæ dignitatis hominum habitatio *Bajocensem* pagum illustrauerit. *Ebrulphus* adhuc diuitiis & honoribus potens laïcus, præfati, vt dicunt, cœnobij constructionis astitit cooperator idoneus, incipientes enim consilio adiuuit, hæsitantes corroborauit, opibus & fundis, multisque modis res nuper incœptas augmentauit. Ad postremum omnibus nudatus ibi se abdicauit, virosque Dei pauper monachile schema ibidem suscepit; & armis obedientiæ, Deo militauit, & intuentibus exemplo coruscauit. [o]

Illic itaque præfati *duo Gemelli*, illic B. *Ebrulfus*, aliique Monachi vitæ sanctitate præclari, & Regularis obseruantiæ zelo, insignes, diu, longèque admodùm III.
emicuerunt: donec huiusmodi Angelicum verè domicilium ab efferatis *Normannis*, Paganicæ adhuc superstitioni deditis, *Neustriam* vniuersam deuastantibus, expilatum fuit, dirutum, atque funditùs euersum: nunc vsque in solitudine & excidio (vt cum *Gemeticensi* loquar) degens, absque habitatore. [p] Prioratus autem extat in Decanatu de *Trinerijs*, seu, *Trierijs*. [q]

o Ordericus lib. 6. Histor. Ecclesf. pag. 609. Antiquitates MSS. Norman. pag. 204. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 24. Octob.

p Gemeticensis lib. 7 Histor. Norman. cap. 23.

q Vide Pulliacum magnum Beneficior. Franc.

S. Euremundus, Fundator primarius & Abbas Fontaneti Monasterij: Deinde alij huiusce loci Fundatores & Benefactores recensentur.

Circa ann. 568. vel 570.

CAPVT I.

I. Onstructa est hæc vetus Abbatia de *Fontaneto*, ceu *Fontenaco*, vel *Fonteneto*, vulgò, *Fontenay*, ad *Ornam* fluuium, versus *Cadomum* Diœcesis Bajocensis, Ordinisque S. Benedicti; cuius primus Abbas fuit S. *Euremundus*, frater S. *Ebrulfi*, primi Vticensis Abbatis. Hic igitur B. *Euremundus*, Bajocis ortus, spectatæ è nobilitatis stirpe, in aula Chilperici I. Francorum Regis, primam exegit ætatem. Hinc vir factus, & matrimonio junctus; cœpit altioris vitæ genus exquirere: quare sponsa in Monasterium, ex consensu, conuolante, ille locum quæsiuit, proposito opportunum. Nam ad suæ possessionis vicum, cui *Fontanetum* nomen, in *Sagiensi* Diœcesi diuertens; illic sex ædiculus construxit, tot cœlitibus qui cœptis fauerent, eas nuncupans; moxque etiam cœnobium, in quo (S. *Annoberto*, Episcopo Sagiensi præclara conamina probante) cum aliquot Dei cultoribus, qui in cœtum cum eo coaluerant, vitam Religiosam instituit; & miraculis clarus obdormiuit in Domino, cuius sacrum corpus S. *Loharius*, Sagiensis Pontifex, In Basilica, quam idem vir Dei construxerat, honorificè sepeliendum curauit: & S. *Cedulphum*, in eius locum, Abbatem instituit.

II. Diu itaque eo in cœnobio Monasticæ obseruantiæ feruor viguit: sed, qui per id tempus præfuerint Archimandritæ, nobis prorsus est incompertum. Postea verò labentibus annis, & Normannis per Neustriam vniuersam debacchantibus, cunctaque deuastantibus: ne ipsius S. *Euremundi* Proto-Abbatis, corpus, eorum expilationi expositum iret, Monachi fugientes, indè secum illud asportarunt in interiorem Galliam; vbi à Toparchis *de Creil*, (quod oppidum est in *Bellouacis*) reuerenter exceptum, in Ecclesia de eius nomine ibidem ab illis extructa honorificè postea condiderunt: quam ob causam, apud Martyrologium Benedictinum legitur 11. Iunij, de ipso, *In territorio Beluacensi, S. Euremundi, Abbatis.* b

III. Tandem Normanis ipsis ad Christum conuersis, ann. 912. & rebus Neustriacis in melius commutatis, antiquiora Cœnobia, pietate, ac munificentia Procerum & Optimatum huiusce Prouinciæ, restaurari cœperunt: In quibus præsens Monasterium haud infimum tenuit locum. *Nam (iuxta Gemeticensem) Ecclesiam S. Stephani Fontaneti Radulfus Taisson, & Erneisus, frater eius construxerunt.* c Quo autem tempore vixerint hi Proceres, discimus ex *Orderico*, lib. 3. Histor. Eccles. pag. 467. apud quem ipse Radulfus *Taisson*, reperitur subscriptus cum aliis Neustriæ Optimatibus, in Diplomate pro Fundatione, ceu Dotatione *Vticensis* Abbatiæ anno 1056. quod & confirmatur à Roberto *de Monte*, Tractat. de Abbatijs, & Abbatibus, cap. 31. in hunc modum. *Monasterium S. Stephani Fontaneti, primus Radulfus Taisson, qui fuit auus tertij Radulfi; Patris scilicet, Iordani Taisson, adjutus ab Herneiso, fratre suo, condidit.* Illius adhuc meminit idem author in Appendice ad *Sigebertum*, sub ann. 1178. hisce verbis: *Obiit Iordanus Tesson, & successit ei, Radulfus, filius eius, &c.*

IV. Sed & Henricus, Angliæ Rex, ingenti cum exercitu, irruptionem agens in Neustriam eamque inuadens, ferèque totam subjugasset, circa ann. 1420. se in hanc Abbatiam munificus prestò ostendit; cuius bona comprobauit omnia, ac confirmauit, hac sua carta subsequenti.

a *Cenalis lib. 2. de Re-Gallica 4. perioche.*

b *Martyrolog. Benedictinum 11. Iunij Menardus, ibi. lib. 2. Obseruat. Sanssayus in Martyrolog. Galli ano 10. Iunij, Breuiarium MS. Bajocense eadem die. Codex MS. San-Victorian. Parisiens. in Episcop. Sagiens. Godonus de vitis Patrum Occident. lib. 4. §. 45. Louuetus lib. 1. Histor. Belouacens. cap 6. §. 36. In Decanatu Claromontensi pag. 110.*

c *Gemeticens. lib. 7 de Gestis Normann. cap. 22. Cenalis tom. 5 Hierarchiæ Neustriæ MS. in ea Abbatia* De Bras. *cap. 10. Antiquit. Cadomens.*

Henricus Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hyberniæ: omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint salutem.

INspeximus quandam cartam inclytæ recordationis Domini *Henrici*, quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, factam in hæc verba.

H. Rex Angliæ, & Dux Normaniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ, Iustitiariis, Vicecomitibus & ministris suis totius terræ suæ salutem.

Concedo, quod omnes res Abbatis & Monachorum *de Fontenetio*, sint quietæ de Passagio, Teloneo & Pontagio, & omni consuetudine, per omnia Dominica mea, quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias; & prohibeo, quòd nullus eis indè injuriam, vel contumeliam faciat, vel injustè eos disturbet; super decem libris forisfacturæ. Teste Cancellario, *Iuniobilet*, Dapifero *Vvinifredo*, de *Bohun*. Apud Argentonium.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam H. quondam Ducis Normaniæ, & Comitis Andegauiæ, progenitoris nostri, similiter factam, in hæc verba.

Henricus Dei gratia, Dux Normaniæ, Comes Andegauiæ; Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Iustitiariis, Vicecomitibus, atque omnibus fidelibus suis, salutem.

NOtum sit vobis, atque omnibus, tàm præsentibus, quàm futuris; quòd ego ad petitionem *Iordani Taxonis*, confirmaui Abbati & Monachis S. Stephani *de Fontenetio* omnes donationes, & eleemosynas, quas Antecessores dicti *Iordani Taxonis*, qui fundauerunt Abbatiam *de Fontenetio*, fecerunt & dederunt in perpetuam eleemosynam, nutu & consilio *Vvillelmi* tunc Ducis Normaniæ, prædicto Abbati, & Monachis, pro salute animarum suarum videlicet, in Ecclesiis, decimis, terris, hominibus, in præfecturis, aquis, molendinis, in syluis, & nemoribus: in libertatibus, vsagiis, consuetudinibus, quas iidem Monachi habent in foresta *de Cingolo*, & in cunctis aliis nemoribus suis, de quibus habent omnes decimas, & in omnibus, sicut continetur in carta, fundatoris, & aliorum Antecessorum prædicti *Iordani Taxonis*; quæ incipit: *Quisquis Deo*, &c. & in carta confirmationis, quam prædicti Abbas & Monachi habent, à *Vvillelmo* tunc Duce Normaniæ, super prædictis donationibus; quæ incipit. *In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis*, &c. Quæ cartæ crucibus sunt signatæ, secundum antiquam consuetudinem: quas recognouit *Iordanus Taxonis* coram me, & Baronibus meis, apud Rothomagum, & ego prædictas cartas, & omnes donationes, & eleemosynationes, de verbo ad verbum, sicut continetur in eisdem cartis: & omnia alia, quæ postea donata sunt, tam à *Iordano Taxonis*, quàm ab antecessoribus suis, in omnibus confirmaui, in pura & libera eleemosyna, cum omni ea libertate & quietantia, quam eleemosyna potest, & debet habere. Quod vt ratum sit & stabile in perpetuum, præsenti scripto, & Sigilli mei munimine confirmaui. Testibus his Arnulpho, Lexouiensi Episcopo, Richardo Cancellario, Vvillelmo *de Rolmare*, Conestabili, Vvillelmo *de Vernone*, Richardo *de Hacia*, Gifrerio *de Bruere*, Radulfo *de Pomeria*, Vvillelmo *Rossel*. Apud Rothomagum.

Ex Codice MS. magno, fol. 40. Lutetiæ Apud V. D. d'Herouual.

Nos autem cartas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, ac dilectis nobis in Christo, nunc Abbati & conuentui loci prædicti,

„ dicti, & successoribus suis, in perpetuum, tenore præsentium, concedimus & „ confirmamus, pro vt cartæ prædictæ rationabiliter testantur; & prout idem Ab- „ bas & Conuentus, & prædecessores sui, donis & concessionibus prædictis & „ consuetudinibus, hactenùs rationabiliter vsi sunt & gauisi. In cuius rei testi- „ monium, has litteras nostras, fieri fecimus patentes: Teste meipso; apud castrum „ nostrum Rothomagi 19. die Martij, anno Regni nostri septimo.

Ita signatum per ipsum Regem.

STOPYNDON.

V. HInc lite commota, pro *Patronatu* istius Abbatiæ: Abbas, & Religiosi eiusdem loci rectè intulerunt, nunc Regem Francorum vnicum esse *Patronum* huiusce Abbatiæ; cuius honorifica iura nulli omninò obueniunt, nisi solis ipsis fundatoribus, & natis ipsorum; vti iudicatum fuit Arresto magni consilij Regij ann. 1618. quo Illustrissimus Marchio de *Beuron*, jura ipsa prætendens in ea Abbatia, tanquam præfatum *Radulfum Taisson*, fundatorem ipsius Abbatiæ; representans, ob proprietatem, possessionemque quorundam feudorum ac fundorum dudum ad illum *Tesson* spectantium, nunc verò ad se pertinentium, causâ excidit. Iuxta *Factum* nuper editum à prænominatis Abbate & Religiosis, pag. 5. pro Abbatia *Montis-Dei*, vulgò. *Mondée*, præmonstratens. Ordinis, prope Bajocas: qua de re, suo loco, inferius.

Cœnobiarchæ istius insignis Abbatiæ, referuntur.

CAPVT II.

I. ETsi omnium Archimandritarum Fontanetensium lux haud mihi forsan affulserit, inspiciendum tamen duximus: qui Monasterio huic præfuerint Abbates maximè post istius domus restaurationem, nimirum ab anno, circiter 1050.

1. *Gaufridus, Monachus Fontanellæ, primus Abbas institutus.*

2. *Hugo, Monachus Troarni.*

3. *Herbertus, Monachus Cadomi.*

4. *Gulielmus, Monachus eiusdem loci.*

5. *Robertus, Monachus Cadomi.* [a]

COgnominatus erat, Robertus *de Curlè*. [b] Adest circa ann. 1147. simul cum *Hugone*, Metropolitano Rothomagensi; *Rotrodo*, Ebroicensi Episcopo; & *Viuentio*, Conchensi Abbate; in pacificatione Abbatis Cadomensis, & Canonicorum Bajocensium. Apud Codicem MS. nigrû Bajocens. Eccles. pag. 15. &

a *Robertus à Monte cap. 31. sup. Canolis sup.*

b *Ex Cartulario Abbatiæ S. Saluatoris Vicecomit. fol. 51.*

L

Digitized by Google

16. vide cap. 89. Archiepiscop. Rothomagens. Testis etiam notatur pro rebus Abbatiæ *Vallis-Richerij*, an. 1168. ex Cartulario eiusdem Abbatiæ: moritur an. 1180.

6. Robertus 2.

Illius meminit Robertus *de Monte*, ad ann. 1180. *Roberto* (inquit) *Fontanetensi Abbati, successit Robertus, Prior S. Petri super Divam.* [c] Qui postea assumptus est II.
in Abbatem *Fontanellensem*, ann. 1193.

a *In Appendic. ad Sigebertum.*

7. Gaufridus 2.

Ex Priore *Cadomensi* fit Abbas: ex Schedis D. *de Rocca*, in Prioribus Cadomensib.

8. Alexander, Memoratur in cartis, 1213. & 1216.

9. Hugo Deodatus. Notatur in carta ann. 1217. [d]

d *De Rocca in Abbat. Fontanet.*

10. Thomas.

Ex Canonico Regulari & Sacrista Cœnobij *Montis-Dei*, Ordinis Præmonstratens. assumitur; hominem autem exuit 12. calend. Augusti. [e]

e *Ex Obituario Abbatiæ Montis Dei.*

11. Radulfus. Memoratur in carta, ad ann. 1228.

12. Alexander 2. Notatur in Carta ann. 1283.

13. Alanus. De eo, in carta, sub ann. 1319.

14. Hebertus 2.

15. Thomas 2. le Vavasseur; ad ann. 1333. de eo fit mentio. III.

16. Ioannes, legitur ad ann. 1431.

17. Laurentius, anno 1490.

18. Ioannes 2.

Interfuit Benedictioni D. Ioannis *Oiseme*, in Abbatem *de Longis*, apud Capellam *S. Vigoris*, iuxta Bajocas anno 1504. [f]

f *Ex Archivo Abbatiæ de Longis.*

19. Michael Toustaine, humatus in Ecclesia Abbatiali.

Notatur ad ann. 1525. Deindè ponuntur N. *le Von*, & N. *Conseil*, Patria Bajocensis, sepulturam nacti in ipsa æde Abbatiali: sicque erit,

Digitized by Google

IV. *22. Petrus du Val, non Andreas.*

Primus Abbas extitit Commendatarius, Episcopus Sagiensis, obiit ann. 1564.

23. Ioachim, de Griffon: Canonicus erat Capellæ S. Parisiens.

24. Martinus Ruzè.

Ex familia *Ruzæorum* notissima, æquè ac nobilissima, Consiliarius in Parlamento Parisiensi. [g]

25. Thomas 3. Auger.

26. Nicolaus Fonteine: curatus de Vengerona. [h]

27. Guido Champion.

Primò Canonicus Parisiensis, deinde Episcopus Trecorensis, ann. 1620. [i]

28. Guillelmus 2. Boyuin.

Dominus de *Vaulroy*, Canonicus & Consiliarius Rothomagensis Parlamenti: necnon & Abbas etiam *Montis-Morelli*, qua de re, suo loco, interius.

Taxatur hæc Abbatia apud Cameram Apostolicam, pro solutione Annatarum ad 750. Florenos aureos. [k]

g *Vide Elogia Præsident. & Consiliar. Parlamenti Parisiens.*

h *De Rocca sup.*

i *Chenu, in Episc. Trecorens.*

k *Claudius Roberti, in Episcop. Bajocens.*

Digitized by Google

ANN. circa 575.

VTICVM VVLGÒ S. EVROVL.

Antiquitas vticensis cœnobij reseratur; illius fundator fuit B. Ebrulfus, primarius Abbas: cuius Primordia, Tyrocinium, vitæ sanctitas, variaque virtutes, & complura ab eo Asceteria extructa referuntur.

CAPVT I.

I. NVlli dubium arbitror, cœnobium vticense (à soli denominatione sic nuncupatum) vulgò *Ouschè* perantiquum esse; cùm extructum fuerit à B. *Ebrulpho*: vnde & cognomen accepit S. Ebrulphi: Gallicè, S. *Eureul*: Ordinis S. Benedicti, septem leucis à *Sagia* vrbe, (in Lexouiensi tamen Diœcesi extat) dissitum. Quis autem, vel qualis extiterit ipse S. *Ebrulfus*, discimus ex *Orderico*, Monasterij Vticensis alumno, qui gesta tanti patris, scriptis suis tradidit, in hunc modum. a „Venerabilis igitur Pater *Ebrulfus* admodùm nobili ortus Prosapia, „Bajocassinæ vrbis oriundus extitit: quem parentes nimia educantes cura, Ca„tholicæ fidei magisterio tradiderunt. Qui mira velocitate, diuina & humana „diligenter percurrens studia: etiam adhuc puer, ipsos magistros dicitur præces„sisse doctrina; cœlestis enim gratia, quæ sibi eum Religionis doctorem „futurum præuiderat: in omnibus efficacissimè docilem reddiderat. Ne„que ex insolentia (vt mos est huius ætatis) superbè aliquid agendo, tantæ in„dolis dignitatem inficiebat, vultu siquidem spectabilis, & affatu dulcis, nulli „leuitate aliqua existebat grauis. Qui (sicut dictum est) nobilitatis lampade „clarus, immortalis Dei jam notus præscientiæ, mox innotuit Clothario Regi, „filio Clodouei: (qui primus ex Christianorum Regibus Christianus factus est, „& à B. Remigio, Remorum Archiepiscopo, cum tribus nobilium milibus ba„ptizatus est) qui comperiens quis, vel cuius nobilitatis esset, illico præsentari „sibi eum jubet: condignum fore dijudicans, vt quem mentis nitor extulerat, Re„galibus ministeriis deseruiret. Per humilitatis autem officium, tantam ei super„nus Imperator gratiam contulit apud terrenum: quatinus cæteris prælatus, „maximum in Palatio obtineret locum. Oratoris quippe facundia præditus; ad „agendas causas inter aulicos residebat doctissimos. Ita tamen sæcularibus inten„debat negotiis; vt nunquam relaxaret animum, ab aspectu internæ dilectio„nis.

a *Ordericus lib. 6. Hist. Eccles. eius init.*

„Sed cùm opportuna spes propagandæ sobolis haberetur in domo patris: cre- II.
„bra & honesta amicorum compulsus persuasione, condignam natalibus vxo„rem, instituit ducere. Quam gratia posteritatis, suscipiens, non carnis voluptate, „Diuina præcepta exequendo deuotè, solerti eadem crebro secum voluebat medi„tatione. Fruebatur itaque vir Deo plenus temporalibus, cauta cogitatione „prouidens: ne displiceret conditori in acceptis rebus. Cùmque locupletatus „nimis fieret; plus gaudebat bono opere, quàm bona possessione: priscorum Pa„trum gesta, quæ per multos Codices legerat: qualiter in sese transferret, summo „studio elaborabat: insistens autem eleemosynis, orationibus, atque vigilijs, „conjugem quam duxerat, ad idem sanctitatis opus euocabat: quatinus per vi„rum fidelem, etsi fidelis, accresceret deuotio mulieris. Sicque degens adhuc sub „Laicali habitu, vitam instituerat: vt nihil ab his discrepare videretur, quos „imperium regulare coercebat.

Cùm ergo Beatissimus vir, quadam propria lege laudabiliter viueret, & Domi- III.
nicis præceptis ardenter inferuiret: contigit, vt Dominum in Euangelio suis præcipientem

Digitized by Google

sapientem audiret: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Illud etiam ad cumulum perfectionis altæ memoriæ condiderat; quod ipsa contemptoribus mundi pollicetur veritas. *Amen dico vobis, quòd vos, qui propter me, reliquistis omnia, centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis.* Veridicis igitur accensus promissis, (quòd antea cum discretione fecerat) facta distractione rerum: quicquid habere potuit, pauperibus erogat. Conjugem, (quam vt patris nomen haberet, acceperat) *sacro velamine consecrans, cælesti sponso condonauit, ipse tanquam elapsus à naufragio: ad Monasterium festinauit. Et factus Monachus, mansit ibi in omni humilitate, seruiens Deo per aliquod tempus: excrescebatque in eo magis magisque sanctæ conuersationis affectus.* Quæ omnia ab alijs confirmantur: [b] Præter id, quod affertur de *Clotario* I. Rege: quidam enim volunt, sed perperam, *Childebertum* I. Regem, fratrem ipsius *Clotharij*, hunc S. *Ebrulphum*, adhuc iuuenem, adse euocasse: quod rectè obseruauit, reijcitque Antonius *Yeppes.* sup. Relator vitæ S. *Ebrulphi*, Monasterium, ad quod præfatus vir Dei confugit, proprio nomine non distinguit: Idem *Ordericus* ex Seniorum traditione didicit, illud fuisse, quod olim *ad duos Gemellos* nuncupabatur. [c]

IV. Verùm cùm ob sanctitatis gratiam cœpisset gloriosus Confessor Ebrulfus à fratribus honorari: casum elationis metuens incurrere, accitis secum tribus Monachis, quos sibi familiari collocutione conjunxerat, & ad id perfectionis certamen promptiores cognouerat, vtpotè solius Dei contemplationi volens incumbere, summa cum velocitate studuit heremum expetere. [d] Eadem cæteri narrant: sed quæ sequuntur, peculiaria sunt ipsius Orderici vitalis: qui per Oximensem pagum, in locum (qui Monsfortis dicitur) venerunt: ibique quia locus amœnus, syluis, & fontibus abundabat, hospitati sunt: & aliquamdiu solitariam vitam ducentes, sanctè vixerunt, sed quia duo castella, Oximis, Guaceiumque, in vicinio erant, vbi plures acturi forenses causas veniebant; serui Dei aduentantium multitudine molestias plerumque perferebant. Præfata nempe oppida, tempore Cæsaris fuisse, eique leguntur fortiter restitisse; ibique per multa sæcula, Principum sedes permansisse, indè frequentia Procerum atque mediocrium, quibus antea nobilis Heros in sæculi fastigio notus fuerat; iam speciali Theoriæ feruenter inhærentem visitabat: & multiplici colloquio, de causis vtilibus prolato, cœlestia meditantem inquietabat: illum igitur venerabiles viri locum deseruerunt: ibique posteri Basilicam, (quæ adhuc perdurat) in honore S. *Ebrulphi*, condiderunt. [e] Quæquidem sancta ædes, extat in Decanatu *de Bellomonte*, Diœcesis Lexouiensis; vocaturque Prioratus S. *Ebrulfi*: Ordinis Cluniacensis. [f]

V. Deindè syluam ingressi sunt, amatores eremi: quam Vticum protestantur incolæ, quæ sylua densitate arborum horribilis, crebris latronum frequentata discursibus: habitationem præstabat immanibus feris. Cúmque intrepidis gressibus vastissima loca solitudinis peragrarent, non inuenientes vbi conuenienter suæ deuotioni hospitium collocarent: B. *Ebrulphus* puræ conscientiæ spiritu inardescens, orauit ad Dominum, dicens. Domine Iesu Christe, qui populo tuo Israel gradienti per desertum, te Ductorem fidelissimum in columna nubis & ignis exhibuisti: dignare propitius nobis volentibus Ægyptiacæ seruitutis damnationem effugere, locum libertatis, & nostræ fragilitati opportunum, clementer ostendere. Mox verò completa oratione; apparuit fideli viro Angelus Domini, adueniens, quod poposcerat, indicare, quem sequentes præuium, peruenerunt ad fontes habilissimos ad potandum: qui paululum deriuati colligebantur in magnum stagnum, vbi genua flectentes, monstratori Deo immensas referunt laudes: qui nunquam seruos suos spernit sperantes in se. Celebrata autem gratiarum actione, nomen Domini inuocantes: pro quantitate habitantium, de virgultis & frondibus construxere tugurium: quod claustro paruulo eiusdem materiæ circumcingentes, manserunt ibi, optatæ quietis refugium consequuti. Quorum seruitus quantum libera tantùm Deo comprobatur extitisse grata, omnem quippe mundi strepitum conculcantes pedibus, solis inhærebant cœlestibus: & qui cuncta contempserant; præter Deum nihil habebant, vndè benè cum psalmographo cantare meruerunt: Portio mea Domine, dixi,

b *Surius. Renatus Benedictus Ioannes Frater. Gazeius & alij in vita S. Ebrulphi 29. Decemb. Chronico Normaniæ cap. 47. Cænalis lib. 2. de Re Gallica. Periocha 4. fol. 157. & Tom. 3. Hierarchia Neustria in 29. Archiep. Saussayus lib. 6. Annal. Aureliane. fo. 81. & 82. Antonius d'Yeppes Tom 1. Chronic Ord. S. Benedicti, ad ann. 578. & alij in vo S. Ebrulpho ad 29. Decemb. post Gimeticensem lib. 7. Historiæ Normanor. cap. 23.*

c *Vide sup. in eo Monasterio.*

d *Ordericus sup.*

e *Idem.*

f *Vide Pulliacum magnum beneficior. Franc.*

Digitized by Google

[g] Ordericus sup.
[h] Antonius Yepes sup. Gallia Christiana in Abbat.

„ custodite legem tuam. Summi namque Dei obsequentes legi: cum solum pa-
„ trem conabantur adipisci. [g]

Monasterium istud à S. *Ebrulpho*, iam erat extructum, ann. 578. [h] Appellatur autem quandoque *Oximense*: quòd situm sit iuxta oppidum; vulgò *Hiesmes*: dicitur etiam *Vticense*, quod ædificatum sit in Sylua vticensi, Gallicè; *la Forest d'Ousche*: nunc verò de nomine ipsius Fundatoris, S. *Ebrulfi*: S. *Eureul*: in Decanatu de *Monsteriolo*, Diœcef. Lexouiensis cui subjacet: Taxaturq; ad 850. florenos aureos; pro Annatis cameræ Apostolicæ soluendis. [i] Quamuis quidam recentior ediderit, illud cœnobium situm esse in Diœcesi Bajocensi: [k] fortasse eò deceptus, quòd S. *Ebrulfus*, patria fuerit *Bajocensis*, vti scitè obseruat *Menardus*. VI.

[i] Choppinus lib. 1. Monastic. Titul. 2. art. 24. Gallia Christiana in Episcop. Lexouiens. Canalis sup. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 29. Decemb. Saussayus eadem die in Martyrolog. Gallicano.
[k] Picardus in notation. ad Epistolam 68. lib. 3. S. Anselmi.

Dùm ergò S. *Ebrulfus*, & socij eius, tanta vigilantia, interioris hominis profectum acquirerent, neque eos, aut loci asperitas, vel bestiarum feritas, à proposito deterreret; latronum, qui syluam incolebant, impia caterua, eorum admirans constantiam, & in Christi seruitio perseuerantiam; ad pedes B. *Ebrulphi* procidit, superioris vitæ deflens statum; at pijs exhortationibus instructi, multi ex illis facti sunt Monachi, aut latrocinia deserentes, efficiebantur agricultores. Ex vicinis etiam locis, fama viri Dei permoti, veniebant ad eum, cupientes faciem illius intueri Angelicam, verbaque vitæ audire, cuncta illi vicissim corpori necessaria subministrantes: sed refecti spiritualibus, mentis cum alacritate remeabant ad sua, vel ad brauium Christianæ perfectionis deprecabantur adscribi: iamque propter aduentantium frequentiam, sylua solitudinis amiserat vocabulum. Accrescente itaque numero fratrum, crescebat & in B. *Ebrulfo* gratia virtutum. Patientiæ & abstinentiæ erat incredibilis: creber in oratione, hilaris in exhortatione; probitate nesciebat extolli, vel poterat aduersitate frangi. Tantam erga pauperes benignitatem ostendebat; vt quod sibi deferebatur à fidelibus populis, egenis, & penuria laborantibus, qui ad eum confluebant, protinùs mandaret distribui, etiam si nihil omninò cibi relinqueretur domi. Verùm, misericors Deus hanc acceptans charitatem; ampliori beneficentia, per Angelos, cœnobium cumulabat. Cùm verò paulatim bonis temporalibus augmentari cœpisset: quidam exteri latrones, furari res Monachorum aggressi, ablata quidem secum deportarunt; sed egrediendi syluam nusquam patuit adytus, quare nimio terrore, crimen ipsi propalarunt. Coruus furtiuè multa rapiens in Monasterio: oratione fusa ad Dominum, mortuus confestim cecidit, sicque, quicquid Monachis nocere voluit: aut citò periit, aut pœnitens melioris propositi habitum recepit. [l] VII.

[l] Ex Orderico sup.

„ *B. Ebrulphi* igitur celeberrima sanctitatis opinio, plurimas Galliarum percur-
„ rens Prouincias, ad eiusdem Professionis certamen, fœlices & strenuas, Deum-
„ que metuentes illexerat personas. Tradebant B. viro domos, prædia, possessio-
„ nes, & familias: rogantes, vt eis Monasteria ædificari præciperet, & ordinem,
„ quem vellet, vitæ solers Pastor imponeret: quorum petitionibus vir sanctus ac-
„ quieuit, & quindecim Monasteria virorum, seu mulierum, regulariter instituit,
„ & singulis probatissimæ vitæ personas præfecit. Ipse autem proprio cœnobio,
„ quod prius ædificauerat, præfuit: in quo iugiter in Dei seruitio permansit: ex-
„ hortans fratres ad altiora progredi, & pertimescere multiformes insidias *Dia-*
„ *boli*. [m] Quantum spectat ad 15. illa Asceteria, per D. *Ebrulphum* constructa, nimijs bellorum procellis, à Danis, Normannisque adhuc Paganis, suscitatis, perierunt: eorumque memoria ita ex hominum notitia euanuit: vt nec Ordericus, antiquus, diligensque harum rerum inuestigator aliquid repererit. *Nomina* (inquit) *locorum in quibus Pater* Ebrulfus 15. *Monasteria construxit*, & *vocabula Patrum*, *quos idem cœnobialibus turmis Vicarios Christi præfecit*: *varijs mutationibus rerum per* 400. *annos abolita sunt*: *quæ sub multis Principibus*, à Clothario *Magno*, & Childeberto, *contigerunt* & *qui vsque ad* Philippum, & Ludouicum *eius Filium*, *in Gallijs regnauerunt*. [n] Hi Reges Franciæ *Clotharius* I. & *Childebertus* I. filij erant *Clodouei* I. Proto-Christiani: à quorum tempore vsque ad Regnum *Philippi* I. & *Ludouici* VI. *Crassi*, fluxerunt anni quingenti, non autem quadringenti. VIII

[m] Ordericus sup.

[n] Idem.

Childebertus

Childebertus Rex, unà cum Regina uxore, fama sanctitatis serui Christi B. Ebrulfi illectus, Vticum venit, virumque Dei piè visitat: cuius insigniora miracula compendio recitantur: & fœlix ipsius ad Deum transitus describitur: tumque eiusdem post obitum, memoria in Ecclesia Catholica, sancta & celebris habita.

CAPVT II.

I. PArùm erat (ut secundum hominem loquar) S. *Ebrulphum* huc vsque sic effulsisse: nisi, & Reges quoque suæ vi sanctitatis ad se protraxisset. „ Dùm longè latéque (*ait Ordericus*) fama B. Patris „ diffunderetur *Ebrulfi*; ad Regis Franciæ peruenit aures Childe„berti. Qui nimio cupiens desiderio videre illum: cum vxore sua, „ & aliquibus de familia sua, perrexit Vticum. Cúmque propè „ Monasterium viri Dei peruenisset, in locum scilicet, vti nunc Basilica B. Dei ge„nitrici & Virgini Mariæ, constructa est: de equo reuerenter descendit, ac vt om„nes ad obuiandum seruo Dei honestè se præpararent imperauit. Tunc Clerici, „ qui comitabantur ei, vestimentis induti, astiterunt: manus ad Reliquias atque „ cruces, quas super pallia posuerant, miserunt, & eadem resumere voluerunt, „ sed nullo modo mouere, potuerunt. Vndè omnes nimio mœrore affecti, se in „ terram prostrauerunt; & misericordiam Domini suppliciter deprecati sunt. Re„gina verò sese voto constringens, ait: si omnipotens Deus dederit nobis pote„statem, vt sacra, quæ hic posuimus sospites recipere possimus, in hoc loco Ve„nerabilem Ecclesiam, in honore genitricis ipsius construi faciam. His dictis, „ clerici manus sacris apposuerunt, sed nihil profecerunt: Tunc Regina nimis „ mœsta, cum lachrymis aiebat: scio peccata mea promereri, vt seruum Dei non „ possim contemplari, attamen, si per intercessionem ipsius sancti, creator om„nium Deus nos respexerit, & sanctas nobis Reliquias, auferre permiserit: alta„re marmoreum ex propriis sumptibus præparabo, & eidem faciam deferri „ Beato. Cùm ab ore hoc protulisset, omnes Reliquiæ per seipsas motæ sunt: quas „ accipientes, obuiam viro Dei, cum gaudio processerunt. Iam enim B. vir adu„nata fratrum turma, veniebat; & cum eo multitudo populi vtriusque sexus, in „ aduentu Regis tripudians properabat; susceptus itaque Rex, per triduum ibi„dem demoratus est; tertio autem die, sub Chyrographo XCIX. villas B. *Ebrulfo* „ tradidit, ac ad suos indè lætus lares remeauit.

II. „ Regina verò, voti sui memor, in colle, qui inter riuum Carentonæ, & syl„uam consistit: intemeratæ Dei genitrici Mariæ honorabilem Ecclesiam con„strui fecit, & altare marmoreum, vt spoponderat, venerabili viro transmisit, „ quod multis annis, in eodem loco perdurauit. Deindè post multorum anno„rum curricula, quidam homoncio partem eiusdem marmoris ad alium locum „ transferre voluit: sed casu, illud per medium fregit. Quod factum, vt omnibus „ manifestaretur Deo displicuisse, non in longum passus est inultum remanere: „ nam antequam annus reuolueretur, præfatus homo vita priuatur; in Basilica, „ quam retuli Reginam condidisse, duæ aræ sunt consecratæ: quarum vna, dicata „ est sanctæ & indiuiduæ Trinitati: altera verò intactæ Virgini, Dei genitrici. Fer„tur, quòd ibi fuerit cœnobium sanctimonialium, necnon cœmeterium Mona„chorum, & sublimium virorum: quorum illuc cadauera bajulabantur, ad sepe„liendum, quia in valle palustris humus erat, & in hyeme passim, dùm fodere„tur, limpha mox scaturiebat, manansque foueam fons adimplebat. Vndè in „ prædicta æde Virginis matris, plurima insignis habitationis indicia panduntur:

Digitized by Google

„ & vsque in hodiernum diem honorabiles ibidem sarcophagi seruantur, qui spe-
„ ctabilium fuisse personarum, sine scrupulo creduntur. [a]

a Ordericus sup.
b Gemeticensis lib. 7. cap. 23.

Scribit *Gemeticensis*, [b] Regnantibus in Gallijs *Chilperico*, & *Sigeberto*, *Clotharij* I. Regis filiis, ipsum S. *Ebrulfum*, Vticense condidisse cœnobium: ex quo clarè liquet, quòd hic *Childebertus*, Rex esset Austrasiæ, filius præfati *Sigeberti*. Anno 578. perempti. [c] In ea autem facti narratione, maxima apparet istius *Childeberti* Regis, humilitas, deuotio, ac pietas; quippe qui è *Mediomatrico* Regia sui Regni, ipse vnà cum vxore, & optimatibus, Neustriam vsque ad *Vticum* perrexerit, causa visendi prædictum seruum Dei S. *Ebrulfum* Abbatem. Multa enim miracula per eum operari dignabatur omnipotens, qui gloriatur, mirabilisque est, in sanctis suis: Nam quatuor mortuos suscitauit, Demones compescuit: sola benedictione infirmos curauit; absentibus verò solo cinctorij attactu, fimbriæ, seu vestis suæ, vel alterius rei, ad eum spectantis, sanitatem conferebat morbo laborantibus: virtutum omnium specimen euaserat; peccantibus misericors erat, nulli pro vltione malum reddebat: tanta ei virtus reconciliandæ pacis inerat, vt quicumque ad eum discordes venirent, eius mellifluis mitigati sermonibus, pacifici remearent. Omnes autem ad se venientes, tam nobiles, quam populares, pauperes atque peregrinos, hilari vultu excipiebat: Raróque aut vix, quem reciperet, absque quolibet munusculo, à se recedere permittebat. [d] III.

c Sigebertus in Chronico ann. 578.

d Ex Orderico Gemeticensi, &c.

Porro anno 22. habitationis eius, in ipsa heremo elapso, pestifera clades subitaneæ mortis Monasterium inuasit 78. ex Monachis, & famulorum non minima multitudo, vita priuantur. Beatus verò *Ebrulphus*, non vt mercenarius fugam tunc iniit, sed tanquam verus Pastor, cum eis, æquo animo permansit, dans omnibus monita salutis: viuis præstans necessaria vitæ, & mortuis impendens suffragia charitatis. Qui licet canitie veneranda canderet; nesciens tamen cedere senectuti, aut legendo, vel orando, diem continuabat nocti: Mitto alia, quæ extabant descripta in eo volumine, de miraculis, & rebus à se gestis; cuius meminit *Ordericus*; [e] qui & hæc subdit, de fœlici ipsius sancti obitu. IV.

e Ordericus ibid.

„ Inter hæc igitur virtutum insignia, cùm iam Christi miles emeritus, octogin- V.
„ ta esset annorum; toto desiderio mentis; cui deuotè seruierat, faciem adoptabat
„ contemplari; seruum videlicet arguens infidelitatis, qui præsentiam velit refu-
„ gere Domini, qui febricitatus, nullum visus est, per quadraginta septem dies,
„ sumpsisse cibum, nisi aliquotiens Domini Iesu corporis Sacramentum: inces-
„ santer fratribus erogans (quasi nihil inæqualitatis pateretur) Diuini verbi my-
„ sterium. Et dùm ex vicinis locis Religiosi viri studio visendi, ad eum deueni-
„ rent: lachrymantesque precarentur, vt aliquid ex oblata charitate accipiens,
„ corpusculum dignaretur recreare, dicebat: silete: silete, fratres, nolite suaden-
„ tes, mihi fastidium ingerere, quod nolo penitus. Neque enim terrenis epulis
„ indigebat: quem spiritus sanctus intus alebat. Pascebatur quippe spe æternæ
„ suauitatis, certus donari pro labore, commercio beatæ immortalitatis. Deni-
„ que instante die, qua ei voluntas erat dissolui, & optato perfrui vultu creatoris,
„ conuocauit Fratres: quos eius discessu mœrentes, & quid agerent, mortuo Pa-
„ store, proclamantes, sic allocutus est. Filioli, vnanimiter persistite, connexi
„ vinculo charitatis: sit vobis in inuicem dilectio spiritualis, non vos subripiat
„ subdola fraus insidiatoris; & quæ promisistis Deo, implere studete, sobrietatem
„ diligite, castitatem custodite: humilitatem tenete, superbiam vitate; & alius
„ alium in bono opere præire festinate. Hospites & peregrinos benigno animo
„ suscipite, propter illum, qui dixit: *Hospes fui, & suscepistis me*. Hæc & alia
„ huiusmodi glorioso *Ebrulpho* perorante, data etiam pace fratribus: sanctissima
„ eius anima egressa est de corpore. Moxque tanta claritate enituit vultus: vt
„ nulli dubium, quin triumpharet liber spiritus in cœlestibus: migrauit autem à
„ sæculo, 4. calend. Ianuar. tempore Rodoberti, Sagiensis Episcopi, anno videli-
„ cet 12. Regni Regis Childeberti, quem fratres, cum magna reuerentia in Ec-
„ clesiam deportantes, tribus diebus ac noctibus, hymnos ac laudes Deo canen-
„ tes, sanctum illius corpus diligenter visi sunt custodisse: expectantes Conuen-
„ tum seruorum Dei. Postquam verò compertum est in prædicta ciuitate excessisse
„ rebus humanis, consolatorem totius patriæ: concurrerunt omnes ad Monaste-
rium

„ rium, beato funeri congaudentes interesse, &c. Itaque venerabilis Pater Ebrul-
„ fus in Basilica S. Petri, Apostolorum Principis, quam ipse ex lapidibus ædifica-
„ uerat; in saxo marmoreo mirificè sepultus est. Vbi vsque in hodiernum diem di-
„ uersi curantur languores: & præstante pio Redemptore nostro, mœrentibus
„ proueniunt consolationes. [f]

VI. Itaque moritur B. *Ebrulphus*, ann. 596. octuagenarius [g] (natus quippe erat ann. Christi 517.) à fundatione Vticensis cœnobij an. 23. ceu 28. Regni verò Regis *Childeberti* 12. (ceu 21.) non quidem Regni eius in Austrasia: (quod incideret tantum in ann. 590. cùm eius pater occisus fuerit ann. 578.) sed de alio Regno, venit intelligendum, sibi promisso: nam D. *Guntrannus* Rex *Aureliæ*, *Burgundiæ*, &c. videns se propriis orbari filiis, præfatum *Childebertum*, nepotem suum, Regni, Thesaurorum, omniumque bonorum suorum instituit hæredem, anno 583. [h] imò verò, ann. 584. pax inter Francos stabilita est, opera *Ægidij*, Remensis Archiepiscopi, aliorumque Legatorum sibi collegarum, ea conditione: quòd post obitum *Chilperici* I. Regis Franciæ; præfatus *Childebertus*, illius fieret hæres vniuersalis in toto Regno. [i] Sicque ab eo tempore, vsque ad ann. 596. (quo in cœlum migrauit S. *Ebrulfus*) fluxissent anni duodecim: ex quibus erroris arguuntur, qui scripsere, præfatum S. *Ebrulfum* obiisse ann. Christi 525. ætatis suæ ann. 87. [k]

VII. Tanta autem vitæ sanctitate, ac miraculorum gloria, vbique refulsit vir Dei *Ebrulfus*: vt propterea eius nomen, sanctorum Apotheosi insertum sit: ita enim habet.

f *Ordericus sup.*
g *Gemeticensis. Ordericus Surius, & alij sup. Antiquitates Neustriæ MS pag. 4 & 104. Apud D. Bigot. Ordericus sup. & alij.*
h *Nicolaus Gillius in Annalibus Franc. sub Chilperico I. Rege.*
i *Baronius in Annal. Ecclesi. ad ann. 584 § 11. ex D. Gregor Turonensi. lib. 6 Histor. Francor. cap. 3. & 31. Item lib. 7. cap. 14.*
k *Renatus Benedictus & Gaguinus sup.*

Martyrologium Romanum ad 29. Decembris.

In pago Oximensi, sancti *Ebrulfi*, Abbatis & Confessoris: tempore Childeberti Regis.

Martyrologium Vsuardi.

In pago Oximensi, S. *Ebrulfi*, Confessoris.

Martyrologium Benedictinum.

In pago Oximensi S. *Ebrulfi*, Abbatis & Confessoris: tempore Childeberti Regis.

Martyrologium Poeticum Nicolai Brautij, Episcopi Sarsinæ.

Conductus vitæ mercede perennis Ebrulphus,
Electa Domini vite repleuit agrum.

Martyrologium Gallicanum Andreæ Saussay.

Eodem die, in pago Oximensi, Vticensi cœnobio, Luxouiensis Diœcesis, sancti *Ebrulfi*, Abbatis primi illius loci, & Confessoris.

Præterea Martyrologia *Galesinij*, *Maurolyci*, & *Fœlicis*, cum Annotatoribus eorumdem: [l] aliosque authores, qui de ipso S. *Ebrulpho* egerunt. [m]

l *Baronius in notis Molanus in Addition. Vsuar. in notis ibid. 29. Decemb. & Menardus ibid.*
m *Gemeticens. Ordericus sup. & lib. 3 post med. pag. 762. Item lib. 5. ad ann. 678. initio & lib 5. ad ann. 1080. in S. Gildardo 15. Archiep. Rothomag.*

Monasterium Vticense à Normanis Paganis deuastatur; à Francis postea expilatur: à quibus sacra Reliquiæ SS. Ebrulfi, Ebremundi, & Ansberti, Aurelianum, Resbacum, &c. transferuntur; & locus in solitudinem redigitur.

CAPVT III.

EX quo B. *Ebrulphus* è mundo transiit, qui, vel quot successores per 450. annos, & amplius, huic *Vticensi* cœnobio præfuerint, penitùs ignoratur: maximè cùm Dani, siue Normanni, adhuc Pagani; Neustriam sæpius depopulati sint: vrbes, oppida, vicosque incendio consumpserint, & cœnobia multa, ingenti religione pollentia, destruxerint; è quorum numero proculdubio erat istud Vticense Monasterium, prout indicat Ordericus; [a] & apertè, ac disertè apud *Gemeticensem* habetur testatum. *Conditor noster*, (inquit) *multiplicata plebis suæ in his partibus consistentis crimina punire voluit. Eius igitur permissu, Hastingus, perditionis filius, in Neustriam venit; & Rothomagum, ac Beluacum, aliasque ciuitates igne combussit. Plura quoque destruxit cœnobia sanctorum Patrum, scilicet*, Philiberti, *apud* Gemmeticum; Vvandregesili, *apud* Fontinellam, Ebrulfi, *apud Vticum: & sancti* Martini *Turonis, quod dicitur Majus Monasterium: & alia multa Monachorum, Clericorum, atque Sanctimonialium.* [b] Sicque non remansit apud *Vticum*, nisi vetusta S. Petri Basilica; cæteris solo æquatis: quam postmodum, pace reddita, nonnulli Monachi inhabitare cœperunt: ac decenter, prout poterant, cohonestarunt. I.

[a] Ordericus lib. 6. sup.

[b] Gemeticensis lib. 7. cap. 23.

Interim, circa ann. 946. simultate exorta inter Francos & Normannos: *Hugo magnus*, Dux Aurelianensis, jussu *Ludouici* V. cognomento *vltramarini*, Regis Franciæ, Normaniam magno cum exercitu, hostiliter intrauit ac inuasit. „*Tunc* „*Herluinus*, Cancellarius Ducis, & Radulphus de Dragiaco, Vticum diuerterunt: „& in cœnobio S. *Ebrulfi* Confessoris hospitati sunt. Erant ambo Religiosi; & in „timore Dei studiosi. Tantorum itaque virorum aduentu simplices Monachi læ„tati sunt; & omne illis officium charitatis, pro posse suo benigniter exhibue„runt; per Capellas, & oratoria sua, atque priuatas ædes, eos familiariter de„duxerunt: philacterias suas cum sanctorum Reliquiis, ad sui damnum illis osten„derunt: illi quidem tunc secreta Monachorum reuerenter intuiti sunt: & obla„tis muneribus, atque orationibus recesserunt: sed paulò post, velut Chaldæi in „Hierusalem reuersi sunt: & vasa Templi Dei, & omnia prætiosa eius crudeliter „*asportauerunt*, &c. Quod idem paulò luculenter narrat idem *Ordericus*. [c] II.

„Tunc Herluinus Cancellarius, & Radulfus de Dragiaco, rusticorum pecudes, „siue supellectilem, non curauerunt: sed vticensis Hospitij memores, illuc reuersi „sunt; & ex insperato cum suis in cœnobium irruerunt. Basilicam quoque stu„pentibus, & nil mali suspicantibus cœnobitis, cum armatorum manu & vio„lentia ingressi sunt: arcana Templi, & Sacra busta mox adierunt; tria corpora „SS. Ebrulfi, Ebremundi, atque Ansberti, de Mausoleis sustulerunt, & corijs „ossa ceruinis inuoluta cum aliis Sanctorum Reliquiis asportauerunt. Satellites „autem illorum vbique diffusi sunt: & quidquid humanæ vitæ commodum repe„rerunt, flentibus Monachis & vociferantibus irreuerenter rapuerunt, ibi nimi„rum rapacitatis habenis omninò relaxatis, neminem reueriti sunt: sed libros, & „vestes, variamque supellectilem, tam Monachorum, quàm clientanum eoru „diripuerunt, & perscrutantes omnia, quæ pridem Monachis, vt dictum est, „ipsis pandentibus compererant, sustulerunt. Denique iuncti reliqui multitudi„ni, de Neustriæ finibus exierunt: & sic omnes conglobati, ad natale solùm „cum preda repedare festinarunt. Vticenses autem in tanta desolatione nimis lugubres III.

[c] Ordericus lib. 6. sup. Molinæus in Histor. Normann. pag. 65. ad an. 945. Guyon. in Histor. Chronologica Episc. Aurelian. sub 52. Episc.

d by Google

„ gubres effecti sunt: & quid agerent, vel quo irent, amissis omnibus nescierunt: „ consideratis tamen euentibus, cum translato Patre sancto peregrinari decreue- „ runt. d c d Item Ordericus.

IV. „ Quidam senex venerabilis, nomine Ascelinus, Vtici præpositus erat: Officiumque Prioratus secundum opportunitatem temporis, diligenter agebat. Hic „ dùm vidisset Monachos, & eorum vernulas, in nimio constitutos mœrore, & „ omnes velle locum pariter desolatum relinquere, patremque beatum peregrè „ sequi cum hostili agmine, multa secum reuoluens subtili meditamine, decreuit „ ibidem cum timore Domini, finem suum expectare. Denique cunctos fratres „ accersit: & in vnum congregatis, ait. Pro peccatis nostris, & Patrum no- „ strorum, Diuina percussio super nos descendit: & terribiliter irruens, nos & „ nostra, penitùs contriuit, irreparabiliterque dejecit. Ecce iudex omnipotens, „ sicut per manus Nabuchodonosor, & Chaldæorum, Hierusalem, & Templum „ Salomonis destruxit, sanctuariumque suum iustè humiliauit: sic per manus Hu- „ gonis atque Francorum, hunc locum pluribus modis affligendo puniit: præci- „ puè (quod super omnia dolendum est) ossibus B. Patris *Ebrulphi*, aliisque sancto- „ rum Reliquiis nos priuauit. Vobis autem, quos sequi pignora Patris nostri vi- „ deo, hoc plurimis pro occasionibus, prohibere non audeo: quia tota hæc iam „ deserta est regio, & inter bellantium arma principum, inermes cucullati ca- „ rent victu necessario. Ite, cum Dei benedictione; & benigno Patri, qui vos „ hactenus aluit, in sua regione fideliter seruite, in aliena cum eo peregrinantes „ regione. Ego autem vticensem locum non relinquam, sed hîc, vbi multis bonis „ potitus sum, creatori meo seruiam: nec indè quamdiu vitalis calor in me fuerit, „ non recedam. Scio, quòd multa hic sanctorum requiescunt corpora: & hunc „ locum S. Patri designauit visio Angelica, vbi se deberet, ad multorum ædifica- „ tionem, in spirituali exercere militia, multi fideles hîc Altissimo Regi obtule- „ runt grata sanctæ vitæ libamina; pro quibus iam in Elisijs sedibus coronati per- „ ceperunt præmia, hi in bona spe, vobis discedentibus, manebo, locumque syl- „ uestrem, antecessorum sequax: in nomine Domini seruabo: donec prosperius „ tempus nobis arrideat, donante ipso dominantium Domino: his dictis mœsti „ fratres ab inuicem dimissi sunt.

V. „ *Vticenses* itaque, & clientes eorum, modò natale rus deseruerunt: & associa- „ ti hostibus, plorantes, ossa magistri secuti sunt. Omnes quippe, tam Monachi, „ quàm famuli eorum, ferè triginta erant, qui conglobati, capellanis pedetentim „ adhærebant, porrò ipsi eosdem benè cognoscebant, sed nullam illis familiari- „ tatem impendebant, quia suspectos formidabant: & ne pretioso thesauro fur- „ tim priuarent, Francos metuebant, benignus autem Dominus qui erroneos „ verberat, vt rectum ad callem reducat, conuersos paterno affectu demulcet: „ mirisque modis indigentibus suffragium exhibet.

VI. „ Prima nocte post exitum de Neustria, exercitus, in loco, qui *Campus* dicitur „ castrametatus est: & post comestionem cœnæ, à quibusdam parasitis cauillatio, „ & incongruus sermo, exortus est. Vndè, quidam mimus Duci jocosè dixit: No- „ tum ne vobis est Domine Dux, quod Herluinus Cancellarius, & Radulfus Cu- „ bicularius fecerunt? Cadauera quorumdam rusticorum in Normannia effode- „ runt: & malè delusi sanctas Reliquias esse putantes, in capella tua collocaue- „ runt, & secum in Galliam reuerenter deferunt. Cúmque Dux nomina eorum „ inquisisset, joculator ait: *Ebrulfus*, *Euremundus* & *Ausbertus*. Porrò Franci, quia „ minus vsitata illis essent hæc vocabula, & nescissent quanta prænominatis viris „ ante Deum in cælis esset gloria: dissoluti sunt in multa verba ociosa & deriso- „ ria. Deindè, prima noctis Vigilia, vt quies somni mortales oppressit, altitonans „ de cœlo terribiliter intonuit, fulmina cum nimiis coruscationibus emisit, jocu- „ latorem cum socijs nebulonibus, qui sanctis Reliquiis detraxerant, percussit: „ quibus extinctis, Ducem, & totum eius exercitum haud modicè deterruit. In „ crastinum mane, Dux omnem exercitum conuocauit, Cancellario sancta reue- „ renter deferri ante se corpora præcepit, & omni exercitui iussit; vt antequam „ de loco illo migrarent, sanctis Reliquiis deuotè offerrent. Flebiles quoque Mo- „ nachos cum clientulis suis accersijt, quis, & qualis fuerit vir *Ebrulfus*, & socij

„ eius, ab eis requisiuit: respondentes & referentes venerabilium gesta virorum
„ libenter audiuit, ac ad audiendum optimates Belgicæ alacriter asciuit. Interea
„ maturitatem & simplicitatem vticensium piè considerauit, instinctuque Dei, qui
„ suorum vbique miseretur, condolens, illis dixit: ossa patris vestri, quæ sequimi-
„ ni vltrò, omni auro & argento pretiosiora habeo: vobis pro amore illorum, fa-
„ ueo, & vestri curam gerens, Cancellario præcipio, vt vos honorificè secum ha-
„ beat: omnesque oblationes, quæ sanctis Reliquijs offerentur, vobis annuat,
„ donec Aurelianis (quæ Ducatus mei caput est) perueniatis: ibique prouidebo
„ vobis, vnde victum sufficientem habeatis.

„ *Vticenses* itaque inter exteros spe melius habiti sunt, & ingentem quotidiè VII.
„ munerum copiam à fidelibus receperunt: affatimque donis, quæ necessitas in-
„ firmantium, seu bona voluntas deuotorum extorsit, opitulante Deo, refocillati
„ sunt. Cúmque Aurelianis venissent, & prœliatorum turmæ armigeris & equis
„ domos per totam vrbem occupassent: Monachi cum Sanctorum pignoribus, in
„ clibanum quendam diuerterunt, ibique prima nocte, necessariò hospitati sunt.
„ Ciues ergò postmodum in honore S. *Ebrulfi* Basilicam ibidem construxerunt:
„ meritisque sanctorum, infirmantibus sanitatum beneficia Diuinitùs plura col-
„ lata sunt. Herluinus Cancellarius, Abbas erat S. Petri *de Puncto*, ibique vene-
„ rabiles Reliquias, Hugonis magni collocauit imperio. Tunc Radulfus de Dra-
„ giaco, huiusce modi prædæ partem suam requisiuit; nec pro quolibet pretio
„ portionem suam indulgere cuipiam voluit: hic nimirum inclytus erat, Suessio-
„ nensium ciuis, præcipuus Ducis Camerarius: pollens possessionibus amplis; ho-
„ noribus & diuitiis, fideque clarus, & virtutibus alijs. Tanto igitur Baroni ne-
„ mo audebat injustitiam ingerere: sed communi decreto, in conspectu iudi-
„ cum, allatæ sunt, & diuisæ Reliquiæ. Herluinus quidem, quia Sacerdos erat, &
„ Abbas Canonicorum S. Petri, & Capellæ Ducis Capellanorum maximus: ca-
„ put: & majorem partem ossium S. *Ebrulfi*, librum quoque, & Arulam argento
„ coopertam, & cambutam, atque cinctorium eiusdem, chartasque donationum
„ sibi retinuit: Reliquam verò corporis partem Radulpho tradidit, in partitione
„ aliorum ossium nulla difficultas fuit. Aurelianenses enim ossa S. Ebremundi
„ Abbatis sibi elegerunt: ossa verò S. Ansberti Monachi, Radulfo dederunt. Ipse
„ verò cum tanto thesauro Resbacum festinauit; & eidem cœnobio, quia frater
„ & amicus erat, deuotè obtulit. Resbacenses autem candidis, holosericisque
„ vestibus induti, processerunt cum cereis ardentibus, & thuribulis fumantibus,
„ Reliquias, tripudiantes susceperunt: & vsque hodie reuerenter custodierunt.
„ Tunc Radulfus, vt de beneficiis suis Ecclesiastica res augmentaretur, portum
„ Alnonis, & Bonolium donauit: & ne quid deesset ad condendas eorum thecas,
„ magnam auri argentique quantitatem donauit, pro quibus xenijs, idem heros
„ in Ecclesia, vt defunctus est, sepeliri meruit.

„ *In huiusmodi* permutationibus exteri cultores falluntur: sed beniuolentia ple- VIII.
„ ni facilem veniam, non malitiosi erroris consequuntur. Nactas quippe fortuitu
„ Reliquias pro posse suo sublimant: sed de peregrino, in sua indagatione Ans-
„ berto, errant, quem plus iusto; promouentes, Archiepiscopum Rothomagen-
„ sem autumant. Verùm, audacter asseuero, quod plurima inuestigatione edidi-
„ ci, sine dubio, Vticensis nimirum Ansbertus, ille iuuenis est; qui sine viatico
„ repentè defunctus est, sed mox à S. Patre *Ebrulfo*, ressuscitatus est, denique per-
„ cepta communione migrauit ad Dominum: & sanctorum fœliciter adeptus est
„ conuiuium, Rothomagensis autem Ansbertus, cum Vuandregisilo Abbate, &
„ Vulfranno Archipræsule Senonensi, Fontinellæ seruatur, debitaque à suis re-
„ uerentia, quotidiè honoratur. Hæc de partitione corporis S. *Ebrulfi* veraciter
„ notaui: sicut à Religiosis & veracibus silicernijs jamdudum audiui.

„ Defuncto Hugone magno, Hugo filius eius, in Ducatu successit; & ortis IX.
„ quibusdam simultatibus in Carolum, Regnique proceres, Hugo Regnum obti-
„ nuit, & hæredibus suis vsque in hodiernum diem reliquit. Goiffredus Andega-
„ uorum Comitis filius, præfati Hugonis filiolus fuit: ab eo educatus, ad virile
„ robur creuit, adultus arma militiæ ab eo accepit. Qui mortem Patris, vt in
„ curia Regis audiuit, mœstus à Rege jus hæreditarium requisiuit: & de ossibus

sancti

„ Patris *Ebrulfi* (cuius miracula sæpè viderat Aurelianis positus) sibi aliquid dari „ obnixè poposcit. Hugo autem, quia præfatum iuuenem multum dilexit, pater„ num honorem illi concessit: & partem Reliquiarum S. *Ebrulfi* erogauit. Ille itaque „ Andegauensibus Reliquias S. *Ebrulfi* primus exhibuit: quas in Ecclesia S. *Main-* „ *bodi*, vsque nunc veneratio deuotorum excolit. Vticenses autem Monachi, qui „ cum corpore sancto peregrinati sunt, opitulante Deo, benignum, apud exter„ nos hospites affectum inuenerunt: abundantiamque panis & vini, pisciumque „ (quos Ligeris fluuius suppeditabat) habuerunt; multimodasque mobilis for„ tunæ varietates experti, finem suum in Gallia sortiti sunt.

X. „ Ascelinus vero senex, vticensem heremum, cum paucis pauperibus incolis „ incoluit, & Ascelinum nepotem suum, atque Guitbertum de *Guacēio*, & Hay„ monem de *Tellēia*, aliosque pueros enutriuit: & communes litteras, vt in illo „ loco quotidianum Deo seruitium exoluerent, docuit: quodam die circumpositos „ Heremicolas vndique conuocauit, festiuitatis diem illis denuntiauit; dieque „ constituto, solemnitatem pro modulo suo celebrauit, & inter Missarum so„ lemnia sermonem astanti populo fecit. Diuinas, inquit, comminationes for„ midare debuimus, sed obdurato corde, quæ dicebantur, audientes paruipendi„ mus, donec virgam ferientis, vt nequam serui persensimus: atrìterque percussi, „ medullitùs dolentes ploramus & lugemus. Olim dùm Daci, (qui adhuc Pagani „ erant) cum Hastingo Neustriam vastauerunt, & rursus Rollone cum suis sæ„ uiente, plures Ecclesiæ cum vrbibus & oppidis, desolatæ sunt: nos suffragante „ Deo, in Syluestri sterilique rure latuimus, & debacchantium gladios, licet „ in timore nimio & egestate, sospites euasimus. Nunc autem super nos tempus „ iræ, proch dolor! irruit, & ex insperato Creatoris vltio super nos descendit, & „ circumuallauit; & per manus eorum, in quibus hospitalitatis tenore confide„ bamus, sacris ossibus, quæ omnibus diuitiis chariora sunt, spoliauit: in sacris „ scripturis legimus, quòd repulit tabernaculum Silo Dominus, & tradidit in ca„ ptiuitatem incircumcisis Philisthiim, id est, calumniantibus tabernaculum suū, „ vbi habitauit in hominibus: nobis autem simile iudicium nunc contigit. Cor„ pora sanctorum perdidimus, in quibus spem nostram maximè posuimus: sociis„ que peregrè polyandra Patrum sequentibus, nos pauci & debiles in inculta so„ litudine remansimus.

XI. „ *Cæterùm*, quamuis ossa sancta Franci sustulerint, & libros atque vestes, aliaque „ pretiosa nobis necessaria diripuerint: sepulchra tamen, & puluerem sanctissi„ mam nobis relinquerunt, & alia Sacra, quæ secum deferre nequiuerunt, nobis „ fauente Deo, ad magnam consolationem inuiti dimiserunt. Nos autem non ne„ gligenter ea tractare debemus: immò derelicta nobis ab hostibus, diligenter re„ condamus, & veneranter seruemus: miserante Deo, Pilum de *Barba* S. Petri ad„ huc habemus: quam B. *Ebrulfo* ad Dedicationem huius Ecclesiæ destinauit Papa „ Romanus: alias quoque prætiosas Reliquias nouimus: quæ in hac Basilica re„ conditæ sunt à priscis Patribus. Laudo, si placet vobis omnibus, vt vniuersa re„ uoluentes, videamus, & tuto in loco, propter sacrilegos, recondamus: donec, „ reuelante Deo, manifestentur futuris cultoribus: annuentibus cunctis, & lau„ dantibus, senex Missam compleuit, finitaque Missa, populum cum benedictio„ ne dimisit: puerosque Scholasticos ad Ministerium thuribuli & candelarum re„ tinuit. Deindè, cum cæmentario quodam ad Tumulum S. *Ebrulfi* accessit, la„ minam reuerentes amouit, sanctæque carnis puluerem, instar tortellorum con„ gessit: pixidas verò plures protulit, ac philacteria, in quibus erant Sacra cum „ inscriptionibus suis pignora. Denique pueris, vt irent manducare, præcepit; & „ ipse cum macione, & maturis, necessariisque ministris, Reliquias in maceria „ recondidit, ideoque pueros, vt arcanum eos lateret, abesse compulit. Ab ipsis „ nimirum post multos annos hæc audiuimus, sed certum locum, vbi Reliquiæ po„ sitæ fuerint, scire nequiuimus: quia ipsi relatores, à collocatione pignorum ex„ clusi fuerant vt diximus.

XII. „ Hæc itaque contigerunt Richardi I. Ducis tempore, qui duobus & quinqua„ ginta annis præfuit Normaniæ: &, sicut supradictum est, in primis, exitium & „ magnas tribulationes pertulit: sed post modum, opitulante Deo, compressis

„ inimicis strenuè prævaluit, inter sæuas tempestates, bonus senex *Ascelinus* Mo-
„ nachatum vsque ad decrepitam ætatem seruauit: moriensque *Ascelino*, nepoti
„ suo, clerico, tutelam vtici commisit. Qui juuenili leuitate feruens, Syluestrem
„ vitam, & Vrbanis à faceriis separatam, odio habere cœpit, discendique causa
„ Galliam expetiit: inuentaque deliciarum copia, ferè quinquaginta annis ibi
„ habitauit, & per diuersos gradus vsque ad Sacerdotium ascendit. Carnalibus
„ itaque oblectamentis irretitus in Francia, instanti prosperitate turgens, per
„ omne tempus vitæ suæ, vsque ad senectam, oblitus est omnia, quæ sibi antecess-
„ sores sui dimiserant in Normannia. [e] Postea tamen, bona pars Reliquiarum ipsius S. *Ebrulfi*, ex *Resbaco*, & aliis locis, *Vticum* relata est 7. Calend. Iunij sub *Guarino* Abbate, ann. 1130. [f]

e Idem Ordericus sup.
f Vide in Neustria Sancta ad 27. Maij.

Monasterium Vticense esse restaurandum multis signis & indicijs cœlitùs datis manifestatur: ad quod opus piè se accingunt Normanni optimates, Guillelmus Geroïus: ejusque nepotes Hugo & Robertus de Grentemaisnilo; de suis facultatibus omnia suppeditantes: & à Duce Normaniæ confirmationem obtinentes.

CAPVT IV.

SÆculum vndecimum nunc aggredimur; quo restauratum videbimus *Vticense*, cœnobium: modò præcesserit eorum cognitio, quæ velut primordia illius extitere. *Interea* (ait Ordericus) obeunti- I.
„ bus vel abeuntibus incolis, vticus in solitudinem rediit:
„ & remotis hominibus in oratoriis & domibus, ingens sylua
„ creuit, & habitatio ferarum multotempore ibidem extitit. In
„ Prouincia Beluacensi, *Restoldo*, cuidam Præsbytero, per visionem tunc dictum
„ est: in Normanniam, ad S. *Ebrulfum*, vade, ibique perfrueris dierum longitudi-
„ ne, & fœlicis vitæ iucunditate. Hic ergò natale solum egressus est, & Neu-
„ striam peruagatus est, & habitationem S. *Ebrulfi* quæsiuit: sed per multos dies
„ quærens, neminem qui sibi demonstraret inuenit. Denique apud *Monsfortem*,
„ S. *Ebrulfi* veterem Basilicam reperit, ibique multo tempore habitauit: credens
„ quod illum locum sibi cœleste oraculum, seminique suo insinuauerit. Quem postea rediuiua visio repetens redarguit, quod plenè non adhuc obaudisset primæ jussioni. Cúmque sollicitè requiret, quomodò jussioni gratiosius obtemperare deberet: dictum est illi, Vticum fore adeundum, ibique S. *Ebrulfi* exemplo, Deo militandum esse: quare *Restoldus*, *Montisfortis* pristina habitatione derelicta, Vticum perrexit, & primus locum habitauit. [a] Nonnulla etiam signa Diuinitùs ibidem facta sunt: iuxta eiusdem *Orderici* relationem: vti de Tauro, fugiente, vsque ad *Vticensem* saltum, & redeunte in domum: qui tandem insequutus, repertus est solito hunc adire locum, & coram altari S. *Petri* quiescere. Item de ingenti saxo ex eodem asportato furtim loco, à quodam nobili viro; qui mox in languorem incidens pessimum: non prius conualuit, quàm saxum inpriorem locum reposuerit. [b] Sed præstat ex eodem Authore, id quod sequitur audire: de illustri heroe *Gastone*.

a Ordericus lib. 6. sup.
b Ibidem.

„ *Tunc Guazso* de Monteforti, nobilis miles fuit, qui timore Dei plenus in cor- II.
„ de suo piè proposuit: vt omnes in vicinio suo Ecclesias, quæ vetustate & incu-
„ ria, in multis desolationibus, quas supra memoraui, dirutæ erant, restauraret:
„ & ad tam laudabile studium, omne ingenium suum, cum tota possibilitate me-
„ dullitus applicaret. Hic nimirum Basilicam veterem S. Petri Apostoli, propriis
„ sumptibus reparauit, taliquestudio cunctipotentem Deum sibi placare deside-
rauit;

„ rauit: quodam manè, dùm Bubulcus eius, boues in colle, super riuulum Carentonæ custodiret, & inter parietinas, vbi fœcundior herba esset, excubaret: ecce peregrinus ei quidam astitit, ibique quasi labore itineris fessus, resedit, & cum eodem aliquamdiu confabulari cœpit. Celeriter, inquit, ad *Guazsonem* vade: & dic ei, vt veniat ad me. Cúmque Bubulcus ad herum suum cucurrisset, & peregrini verba intimasset: ille pigritia detentus, iussis non obsecundauit, sed peregrinum mox per famulum ad se venire præcepit. Ille verò iterum ac tertiò clientem direxit: sed obstinatus heros, nescio quibus occupatus, non iuit. Cúmque Bubulcus tertiò rediisset, Dominumque suum nolle venire nuntiasset: veni (inquit senior) & diligenter intende, quæ loquor. Hic locus à prisco tempore, diuina benedictione sanctificatus est: & sanctissimis Reliquiis ditissimus est. Hæc dicens candidus relator surrexit: in medio areæ sedem altaris sancti Dei genitricis Mariæ ostendit: itemque aram sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ad Orientem, monstrauit. Deindè obstupenti Bubulco adjunxit: si Dominus tuus ad me venisset, dùm modò ipsum per te accersiui, secretum thesaurum ostendissem illi, vndè posset hic antiquam reparare Basilicam: & rursus aliud arcanum prodidissem, quod toti Normanniæ lætitiam peperisset ingentem. Cúmque famulus hæc ad vltimum audisset, & reciprocato calle audita *Guazsoni* retulisset; ille tunc festinus equum ascendit, & perueniens ad locum desiderabilem nuntium non inuenit. Mœstus ergò pro tarditate sua nimis factus est: & à seruo, quæ de sanctitate loci, & de duobus altaribus audierat auidè perscrutatus est. Deindè, cum Radulfo *Fraxinello*, Turulfi filio, qui tunc temporis eiusdem loci capitalis Dominus erat, collocutus est: Deoque juuante, Basilicam in honore perpetuæ Virginis Mariæ restaurare conatus est. Operantes, antiquam ruinam effoderunt; & ingentem lapidum copiam inuenerunt, vndè incœptum opus instanter perfecerunt. Ibi multa Mausolea nobilium personarum inuenerunt: in quibus Regum & Pontificum corpora (ob insignia quædam, quæ ibi repererunt) condita fuisse seniores asserunt.

III. „ Ea tempestate, Guillelmus Geroij filius, Dominatum Escalfoij tenebat; & in sylua fontem S. *Ebrulfi*, & super riuulum Carentonæ, veterem Ecclesiam S. Petri Apostoli esse audiuit: qui curiositate ductus omnia perlustrauit, locum Dei cultoribus idoneum vidit, reuerenter laudauit: ibique Restoldum & Ingrannum eidem loco Presbyteros delegauit, eisque victum sufficientem de redditibus Escalfoij ordinauit. Processu verò temporis, à præfato Guillelmo & fratribus, ac nepotibus eius, Vticense cœnobium restauratum est; & labore studioque Gemmeticensium regulariter institutum est, [c] quod nunc propalandum venit.

IV. **Hugo & Robertus** de *Grentemaisnilo*, fratres, viri illustres, ac potentes, mundi fœlicitatem in momento perire cernentes; Diuino instinctu commoti, omnia spernentes, multorum optimatum exemplis vehementer excitati, deuouerunt & ipsi, ex possessionibus, quas jure habebant hæreditario pro salute sua, & animarum requie antecessorum suorum, cœnobium construere. Igitur cùm apud *Nuceretum*, villam suam, propè *Grentemaisnilum*, cœnobium ædificare statuissent, jam jamque operi insisterent: ad aures *Vuillelmi*, filij Geroij, auunculi sui, peruenit, quòd nepotes sui, *Hugo* & *Robertus* Monasterium extruere cœpissent: ipse quidem paulò antea Ecclesiam Vticensem S. *Petri* summa semper pietate excoluerat; quam & cœnobio *Beccensi* deuotè tradiderat: ita vt B. *Herluinus*, Abbas *Becci*, *Lanfrancum* Monachum (posteà Cantuariens. Archiepiscopum) cum tribus Monachis *Vticum* direxerit: & per eos seruitium Dei, quod deciderat, inibi restaurari fecerit. Tuncque locus ille desertus erat; & succrescens hedera maceriem Ecclesiæ cooperiebat: Duo soli senes clerici (cuius nuper meminimus) *Restoldus* & *Ingrannus* ibidem morabantur: & in tanta heremo, sub paupere vita, Deo, pro posse suo, famulabantur. [d]

V. Post aliquot temporis, præfatus *Guillelmus*, vbi vota nepotum suorum: de construenda, vt prædiximus, Abbatia, comperit, accedens ad eos, sic loquutus est. Gaudeo valdè, charissimi nepotes mei, quòd Deus omnipotens, cordi vestro inspirare dignatus sit, vt in ipsius nomine domum fabricetis; & ita erga

d Gemeticens. lib. 7. cap. 23.
Ordericus lib. 1. ad ann. 1050 lib. 3. an. 1030. & lib. 6. sup.
Item lib. 7. ad an. 1054.
Chronicon Beccense.
Gallia Christiana in Archiepiscopo Rothomagens. 45. ex Malmesburiens. & Vualsingham. Cenalis, Tom. 5.
Hierarchia Ecclesi. Neustriæ in ea Abbatia, & tom. 2. in Episcopo 14. Abrincens. post Robertum de Monte.
Ibid. Tract. de Abbatibus & Abbatiis. cap. 17.

cultum diuinum feruentes euasi estis : sanè, me vos in hoc opere adiuturum gratanter spondeo. Verùm, quem ad hanc fabricam locum elegistis ? & quid ibidem Christo militantibus collaturi estis ? cui responderunt : Apud *Nuceretum*, juuante Deo, castrum ei stabilire cupimus; & Ecclesias, decimasque nostras,& alia, quæ poterimus, pro posse paupertatis nostræ, dabimus. Quibus *Guillelmus* Respondit; S. *Benedictus*, Monachorum magister, jubet Monasterium ita constitui, vt omnia necessaria, id est, aqua, molendinum, pistrinum, hortus, vel artes diuersæ, infra Monasterium exerceantur, ne sit Monachis necessitas vagandi foras, quia omninò non expedit animabus eorum. Sed videtis, quia locus iste, vbi cœpistis ædificare, habitationi Monachorum aptus non est : *Nuceretì* rura quidem satis fertilia sunt, sed copia syluæ, & aqua conueniens, quibus Monachi maximè indigent, procul absunt. Sed si meis consiliis acquiescere vultis, aptiorem locum intimabo vobis. Est locus in Vticensi saltu, vbi quondam amicus Dei S. *Ebrulfus*, Abbas habitauit : ibique magnum gregem Monachorum adunauit : & indè post multorum perpetrationem miraculorum, ad Christum fœliciter migrauit. Illius ergò cœnobium ibi instaurate, quod destructum est à Paganis, illicque nimiam aquam inuenietis. Nemus eidem loco contiguum habeo : vndè ad omnia necessaria Ecclesiæ sufficienter administrabo. Venite, & locum videte : & si vobis placuerit, Deo ibi domum communiter ædificemus, hominesque fideles, qui pro nobis piè intercedant, aggregemus : & de nostris possessionibus, iustisque redditibus tantum eis demus, vt liberè possint semper Diuinis laudibus vacare. Nam vetusta S. *Petri* Basilica ibidem adhuc permanet : & amplus ager, vbi hortus, & viridaria fieri possunt, circumjacet : multorum quoque sanctorum corpora ibidem requiescunt : quæ cum ingenti gloria, in extremo die resurrectura sunt : vt cum Domino gloriæ exultent,& suis nos juuent patrocinijs. His auditis, Vticum simul venientes, prædictum locum perlustrare cœperunt : cunctisque vltrò placuit, sed quia locus cœnobio *Beccensi* jam delegatus fuerat, aliquantique Monachi *Beccenses* illic conuersabantur : Abbati B. *Herluino*, & *Beccensibus* Monachis, in mutua vicissitudine, villam, quæ dicitur, *Rosseria*, dederunt : sicque præfatum locum liberum reddiderunt. [e]

[e] Ibid.

VI. Anno igitur 1050. indictione 4. firmato consilio de restaurando apud *Vticum* cœnobio, præfati nobiles optimates, Guillelmum 2. *Nothum*, totius Normanniæ Ducem adierunt, voluntatemque suam illi luculenter insinuarunt, & vt sua authoritate, ad opus salubre sibi auxiliaretur, postulauerunt. Locum etiam sæpè nominatum, communi consensu ita liberum tradiderunt eius tutelæ; vt nec sibi, nec aliis quibuslibet, aliquam adsuetudinem, seu redditum, præter orationum beneficia, aliquando à Monachis liceret, vel hominibus eorum exigere. Dux autem bonæ eorum voluntati gratanter adquieuit; & Testamentum de rebus quas sui proceres S. *Ebrulfo* dabant, confirmauit, indéque Chyrographum auctoritatis suæ; sub datum in *saltu Leonis*, vulgò, *la Forest de Lyons*, sanxit; & Episcopis ac Baronibus Normannicis ad corroborandum tradidit. *Malgerius* itaque Rothomagensis Archiepiscopus, primus subscripsit; deindè Præsules suffraganei, *Hugo* Lexouiensis, *Odo* Bajocensis, *Guillelmus* Ebroïcensis, Episcopi; atque *Gislebertus*, Abbas *Castellionis* : idem fecerunt alij proceres ibidem adstantes in ipsius Ducis Curia, super flumen *Loiry*, ante Ecclesiam S. *Dionysij*. [f] Has autem donationes, quæ tunc huic cœnobio datæ sunt, distinctè enumerat *Ordericus* sup. ann. 1050. pag. 465. 466. & 467. 468. Quid autem juris habent Monachi in Foresta *Britolij*, refert vetus codex MS. fol. 173. Lutetiæ, apud D. *Vyon* D. de *Herouval*.

[f] Ibid.

B. Theodo-

Digitized by Google

B. Theodoricus, post Restaurationem Vticensis cœnobij, Abbas primarius assumitur ex Monasterio Gemmeticensi: cuius praclara facinora; dicta & facta referuntur.

CAPVT V.

I. Minimè contenti sunt præfati Proceres, huiusce cœnobij instaurationi materiali vacare: sed & spirituali eiusdem loci profectui ac reformationi vigili animo intendentes, Monachos confestim aggregarunt, quibus præesset vitæ exemplaris Archimandrita. Ea propter ijdem *Hugo* & *Robertus*, fratres, ab eodem *Guillelmo* Principe, accepta licentia eligendi Abbatem, *Gemmeticum* expetierunt; vbi à D. *Roberto*, eiusdem loci cœnobiarcha, Theodoricum, magnæ Religionis Monachum, ad Vticensis Asceterij regimen expostularunt: quorum iustæ petitioni pius Abbas vltrò annuens, ipsum B. *Theodoricum*, quem ad Pastoralem curam nouerat idoneum, illis benignè concessit. Illi autem gaudentes eum Duci *Guillelmo* præsentarunt, à quo veneratione est susceptus congrua, ab eoque baculo Pastorali accepto, *Vticum*, venit: vbi tertio nonas Octobris, die Dominica, eiusdem anni, solemniter benedictus est à D. *Hugone*, Lexouiensi Episcopo, ministrantibus sibi Osberno Archidiacono, aliisque clericis suis, ante altare S. Petri. [a]

II. Fuit ipse B. Theodoricus *de Mathonvilla*, natione Normannus, ex *Calogiensi* Prouincia, vulgò, *Pays de Caux*, oriundus: statura mediocris, eloquio suauis, facie rubea, litteris sacris eruditus, & ab infantia vsque ad canos Diuino cultui mancipatus, diutino sedimine Religiosam ducere vitam, jugiter ducere didicerat, in vigilis & orationibus assiduus, frigore & jejunio corpus affligebat. Post priuatas preces, & opus Dei, quod supererat otium, in describendis sanctorum Patrum libris transmittebat. Hunc venerabilis *Theodoricus*, Gemmeticensis Abbas, de Sacro fonte leuauerat, & sub Monachili jugo in schola Christi educatum, multùm dilexerat. Quem dùm ad robur virile venisset, bonisque moribus laudabiliter polleret: Vicarium sibi ad animarum lucra fratribus constituit: atque ad infantum Magisterium, & ad curam Claustralis Prioratus tuendam promouit. Tandem, vir Domini, à *Gemetico* assumptus, *Vticensi* nouellæ plantationi, Abbas prælatus est. Ordinatus autem in superbiam elatus non est: sed Religionis viam verbis & operibus, his, quibus præfectus erat, ad amussim ostendebat. [b]

III. „ Ad constructionem verò (ait Ordericus) nouæ domus, Rodolfum, nepotem suum, & Hugonem Cantorem, aliosque idoneos fratres, permissu Patris „ sui, de Gemmetico secum adduxit: cum quibus & per quos, regularem obser„ uantiam, & modestum rigorem, aptamque seriem in Diuino cultu, feruenter „ erexit. Diuersæ autem ætatis & qualitatis, ad conuersionem venientes susce„ pit: & secundam Regulam S. Patris Benedicti, diligenter instituit. Nam ipse in „ primis Gunfridum, & Rainaldum, Fulconem, filium Fulconis Decani, alios„ que nonnullos Grammaticæ artis peritos, in Schola Christi emendationem vitæ „ humiliter docuit. Riculfum quoque senem, & Rogerium, rusticos Præsbyte„ ros, & Durandum Hortolanum, & Goisfredum, atque Olricum, aliosque sim„ plices discipulos benigniter tractauit. Et quia profunda scripturarum syntag„ mata percipere nequibant, lacte pij hortatus dulciter pauit: & sanctis arti„ bus ostensis, in fide & religione salubriter, corroborauit: ipse etiam Herbertum „ & Berengarium, Goscelinum, & Rodulfum, Guillebertum & Bernardum, Ri„ chardum, & Vvillelmum, aliosque plures bonæ indolis pueros diligenter instru-

a Idem & Menardus lib. 2. Obseruat. ad Martyrolog. Benedictin. 1 Die Augusti. in B. Theodorico Abbate Vticens. Antiquitates MSS. Norman. pag. 204.

b Ibid.

N

,, xit in domo Domini, ad benè legendum, ad canendum, & adſcribendum, &
,, ad alia bona ſtudia : quæ ſeruis Dei veram Theoriam quærentibus competunt,
,, vigilanter exercendum. Porro, agreſtes incolæ, vbi tantæ ſanctitatis ſtudium,
,, in rure ſterili, olimque diu deſerto, viderunt, admirari cœperunt : & indè qui-
,, dam ſalutem, nonnulli verò detrimentum ſibi ſumpſerunt. Nam quidam eo-
,, rum conuerſationem videntes, eos imitati ſunt; & alij inuidentes, diuerſis mo-
,, leſtijs inſecuti ſunt : vtrique verò debitam mercedem æquiſſimo iudice Deo red-
,, dente, adepti ſunt. Nobiles & mediocres, inſpirante Deo, illuc confluebant, &
,, orationibus ſeruorum Dei ſeſe cum deuotione commendabant : exhibitiſque
,, charitatis muneribus, Deum, qui famulos ſuos in infructuoſo cæſpite paſcebat,
,, benedicebant. [c]

Eodem anno 1050. præfatus vir clariſſimus, Robertus de *Grentemaiſnilo*, ſæcularem habitum mutauit : & ſub regimine ipſius B. *Theodorici* Abbatis apud *Vticum* Monachile ſchema ſubiit. [d] Eadem ſcribit *Gemeticenſis*, ſed ſub ann. 1051. hæc euenisse arbitratur. *Sequenti quoque anno* (inquit) *nobilis Robertus, cœnobij fundator, ibidem Monachus factus eſt : multoſque labores poſteà in procuratione ſeruorum Dei perpeſſus eſt.* [e] Sed de eo, poſtea fuſius agendum erit : ad priora B. *Theodorici* Abbatis geſta reuertamur. IV.

Sanè, *Iuo*, Sagienſis Epiſcopus, vir Illuſtriſſimus, Paſtorque celeberrimus : *inter* V.
,, *præcipuos amicos*, (ait Ordericus) Abbatem Theodericum venerabiliter cole-
,, bat. Sæpè conueniebat ad priuata colloquia ; nam Sagiorum vrbs ſeptem ſo-
,, lummodò leucis diſtat ab Vticenſi Abbatia. Præfati Præſulis neptem, nomi-
,, ne *Mabiliam*, Rogerius de Monte Gomerici, Oximenſium Vicecomes, in conju-
,, gium habebat ; per quam, magnam partem poſſeſſionis Vuillelmi Beleſmenſis
,, obtinuerat. Qui prædicti Pontificis inſtinctu & conſilio, Eccleſiam S. Martini
,, apud Sagium Theodorico Abbati S. *Ebrulfi* tradidit : eumque vt ibidem cœno-
,, bium Monachile conſtrueret, eum, cum conjuge ſua ſummoperè rogauit : &c. [f]
,, Quid verò tunc temporis huic Mabiliæ, contigerit, ex eodem Authore, explice-
,, mus. Ipſa, dùm apud Vticum in initio Monaſticus Ordo regulariter ſeruaretur,
,, & omnibus aduenientibus charitatis Officia (vt hactenus ibidem mos eſt) ex-
,, hiberentur : propter odium, quod erga fundatores illius cœnobij ferebat, plu-
,, res moleſtias nequiter excogitatas eidem loco inferebat: quippe contra Geroien-
,, ſes, pater eius & ipſa, omniſque illius progenies diu perdurans odium habue-
,, runt. Vndè quia Rogerius de Monte Gomerici, vir eius Monachos amabat &
,, honorabat, nec ipſa eis aperta malitia nocere audebat, crebrius cum multitudi-
,, ne militum, quaſi hoſpitandi gratia, ad Monaſterium diuertebat : ſicque Mo-
,, nachos, qui paupertate in ſterili rure affligebantur, grauabat. Quondam, cùm
,, ibidem cum centum militibus hoſpitaretur, & à D. Theodorico Abbate redar-
,, gueretur, cur cum tanta ambitione ad pauperes cœnobitas veniſſet, eamque ad-
,, moneret, vt ab hac ſtultitia ſe coerceret : illa inflammata reſpondit : majorem
,, numerum militum adducam de extero, quàm adduxi. Ad hæc Abbas ait :
,, Crede mihi, niſi ab hac ſtultitia reſipueris, quod nolles, patieris. Quod & ita
,, contigit. Nam in ſubſequenti nocte, paſſio illam inuaſit ; & fortiter vexare cœ-
,, pit. At illa mox indè ſeſe juſſit efferri : quæ dùm fugere de terra S. *Ebrulfi* territa
,, feſtinaret, & ante domum cuiuſdam Burgenſis, nomine Rogerij Suiſnarum
,, tranſiret ; indè quandam infantulam lactentem aſſumi præcepit, orique eius
,, maxillam ſuam, in qua maxima pars infirmitatis collecta erat, ad ſuggendum
,, tradidit. Infans itaque ſuxit, & paulò poſt mortua eſt : mulier verò conualeſ-
,, cens, ad propria reuerſa eſt, poſtea ferè 15. annis vixit, ſed Vticum, poſtquam
,, ibidem, ſicut ſupra diximus, flagello Dei caſtigata eſt : nunquam adire præſum-
,, pſit ; & ne habitatoribus illius cœnobij vllatenus noceret, ſeu prodeſſet, toto
,, niſu ſe cuſtodiuit, quamdiu in ærumnoſis huius vitæ fœlicitatibus poſtea vixit.
,, Abbatem tamen Theodoricum dilexit, eique magis quàm Vticenſi Eccleſiæ,
,, Cellam S. Martini Sagienſ. commendauit. [g]

,, Vera charitas, illum, in quo regnat, bonis facit amabilem, & peruerſis for- VI.
,, midabilem. Ideò ſæpè nominatus Abbas à bonis meritò diligebatur; & à prauis
,, timebatur, exteriores enim curas in quantum poterat, deuitabat; ſeſeque Diui-
no

c *Ordericus lib. 3. ad ann. 1050.*

d *Ibid. pag. 467.*

e *Gemeticenſ. lib. 7. cap. 23.*

f *Ordericus lib. 3. ſup. 469. & 470. Vide infra in Sagienſi Abbatia.*

g *Ordericus ſup. pag. 471. Bryus lib. 2. Hiſtor. Pertic. cap. 14. pag. 67. 68. & ſeq.*

Digitized by Google

„no cultui feruenti fedulitate mancipabat. Affiduus nempè in orationibus erat: „& in opere manuum, quod fibi competebat. Nam ipfe fcriptor erat egregius: „& inclyta fibi artis monimenta reliquit Vticanis iuuenibus. Collectaneum enim „& Graduale, ac Antiphonarium, propria manu, in ipfo cœnobio, confcripfit. „A fociis etiam fuis, qui fecum de Gemmetico venerant: prætiofos Diuinæ legis „codices, dulcibus monitis exegit. Nam Rodulphus, nepos eius Heptaticum „confcripfit: & Miffale, vbi Miffa in Conuentu quotidiè canitur, Hugo autem „focius eius, expofitionem fuper Ezechielem & Decalogum; primâmque partem „Moralium: Rogerius verò Præsbyter, Paralipomenon, librofque Salomonis, „tertiamque partem Moralium. Præfatus itaque Pater, per fupradictos, & per „alios, quos ad hoc opus flectere poterat, antiquarios, octo annis, quibus Vticen-„fibus præfuit: omnes libros veteris & noui Teftamenti, omnefque libros facun-„diffimi Gregorij, Vticenfium bibliothecæ procurauit. Ex eius etiam fchola ex-„cellentes Librarij, id eft, Berengarius (qui poftmodum ad Epifcopatum Venu-„fiæ prouectus eft) Gofcelinus & Rodulfus, Bernardus, Turchetillus, & Richar-„dus, aliique plures proceſſerunt: qui Tractatibus Hieronymi & Auguftini, Am-„brofij & Ifidori, Eufebij & Orofij, aliorumque Doctorum, Bibliothecam fan-„cti Ebrulfi repleuerunt: & exemplis fuis, ad fimile ftudium fecuturam iuuentu-„tem falubriter exhortati funt. [h]

VII. „Hos vir Domini Theodoricus docebat, & fæpè commonebat; vt vagæ men-„tis otia omninò deuitarent, quæ corpori & animæ valdè nociua effe folent. Hoc „etiam eis referre folitus erat, quidam frater in Monafterio quodam, de multis „tranfgreffionibus Monafticæ Inftitutionis reprehenfibilis extitit: fed fcriptor „erat, & ad fcribendum deditus, quoddam ingens volumen Diuinæ legis fponte „confcripfit. Qui poftquam defunctus eft: anima eius ante tribunal iufti iudicis „ad examen adducta eft: cúmque maligni fpiritus eam acriter accufarent, & in-„numera eius peccata proferrent: fancti Angeli è contra librum, quem idem fra-„ter in domo Dei fcripferat, oftentabant: & figillatim litteras enormis libri con-„tra fingula peccata computabant. Ad poftremum, vna fola littera numerum „peccatorum exceffit: contra quam Dæmonum conatum nullum obijcere pec-„catum præualuit: clementia itaque iudicis fratri pepercit, animamque ad pro-„prium corpus reuerti præcepit: fpatiumque corrigendi vitam fuam benigniter „conceffit. Hoc, chariffimi fratres, frequenter cogitate, & ab innanibus noxiif-„que defideriis corda veftra emundate; manuumque veftrarum opera Domino „Deo jugiter facrificate. Ocia, velut lethale virus totis nifibus deuitate: quia „ficut fanctus Pater nofter Benedictus dicit, otiofitas inimica eft animæ. Illud „etiam fæpè vobifcum reuoluite, quod in vitis patrum dicitur, à quodam proba-„to Doctore: quia vnus folummodò Dæmon tentando vexat laborantem in bonis „Monachum; mille verò Dæmones impugnant otiofũ, innumerifque tentationũ „jaculis vndique ftimulatum cogunt faftidire Monafteriale Clauftrum, & appete-„re damnofa fæculi fpectacula, & noxiarum experientiam voluptatum. Et quia „largis fuftentare pauperes eleemofynis non poteftis, quoniam terrenas opes non „habetis; nec ingentia templa, ficuti Reges, alijque potentes fæculi faciunt, eri-„gere poteftis, qui regularibus Clauftris fepti, omnique poteftate priuati eftis: „faltem fecundum Salomonis hortatum, omni cuftodia corda veftra feruate. Deo-„que placere totis nifibus indefinenter contendite. Orate, legite, pfallite, fcribite: „alijfque hujufmodi actionibus infiftite, eifque contra Dæmonum tentamenta vos „fapienter armate. Talibus monitis pater Theodoricus difcipulos fuos inftruebat, „& arguendo, obfecrando, increpando, ad bonum opus vigilanter incitabat; ad „quod ipfe prius, tam orando, quàm fcribendo, vel alia faciendo confurgebat.

VIII „Pro huiufmodi ftudiis, à quibufdam blafphematur Monachis: qui nundia-„les curas Diuinis præponebant Officijs: proh dolor! vndè illum venerari de-„bebant; indè magis illi detrahebant. Dicebant enim: talis homo non debet „Abbas effe; qui exteriores curas nefcit, negligitque; vndè viuent oratores: fi „defecerint aratores. Infipiens eft, qui plus appetit in Clauftro legere, vel fcribe-„re: quàm vnde fratrum victus exhibeatur procurare. Hæc itaque & his fimilia „quidam fuperbi dicebant: & feruo Dei plures injurias faciebant. Sed Vvillelmus,

[h] Idem pag. 470. & feq.

,, filius Geroij, pro ſanctitate eius, eum ſemper obſeruabat: & tumultus inſurgen-
,, tium (quos hic nominare nolo) competenti ſeueritate compeſcebat: atque pro
,, viro Dei, contra omnes querelas intus & foris ratiocinia promptè reddebat: poſt
,, aliquot temporis præfatus heros pro vtilitatibus Vticenſis Eccleſiæ in Apuliam
,, ire decreuit: quo abeunte, nec poſtmodum redeunte, vir Dei Theodericus in
,, Normannia valdè deſolatus remanſit. Sicut bonis valdè diſplicet vita malo-
,, rum: ſic prauis moribus grauis eſſe ſolet vita bonorum: vnde ſicut boni Diuino
,, ſpiritu inflammati prauos ad rectitudinem multis modis ſtudent incitare: ſic per-
,, uerſi Dæmonica malignitate inſtigati, rectos ad prauitatem frequenter nitun-
,, tur incuruare. Et quamuis eos non poſſint funditùs proſternere: nonnumquam
,, tamen ſolent eos in via Dei perturbare, diuerſiſque modis vexando, plerumque
,, in operatione ſancta tardiores efficere: ſic quidam infandi homines, dùm Vti-
,, cenſis Eccleſia conſurgeret, & in bonis operibus aucta coram Deo & hominibus
,, effulgeret: cœperunt varias ſimultatum cauſas contra ipſam colligere, & turbatis
,, rebus, quæ ad victum & veſtitum, & Agapen ſeruorum Dei, datæ erant, ipſam
,, affligere. Sed benignus Ieſus, qui eſt verus Eccleſiæ ſponſus, quamuis ſæuirent
,, ad deprimendam Eccleſiæ nauem maris fluctus: ipſe mirabiliter emicuit in ere-
,, ptione ſuorum, comprimendo contrarios conatus.

B. Theodoricus Abbas, varijs impetitus moleſtijs, ſpontè abdicata ſe cœnobiarchia Vticenſi: tumque Hieroſolimam profectus, & ad Cyprum inſulam appulſus, illic ærumnis confectus, ſpiritum Deo reddidit: quem mox Deus quamplurimis honorauit miraculis & fideles pijs venerati ſunt votis.

CAPVT VI.

VIro Dei, haud defuerunt tribulationes, foris pugnæ, intùs
timores: quibus virtus eius magis ſpectata eſſet ad exem-
plum, probata verò ad meritum, & perfecta ad præmium.
Qua de re *Ordericus* longiorem ſic protraxit ſermonem.
,, *Antiquus* hoſtis nunquam ceſſat Eccleſiæ quietem va-
,, riarum ſtimulis tentationum impugnare: & per eos,
,, quos poteſt, mundanæ vanitati ſubjugare, in ſimplici-
,, tate Catholicæ fidei prudenter vigilantes, & in virtu-
,, tum culmine viriliter ſtantes atrociter moleſtare. Vndè,
,, dùm vidiſſet regulare Monaſterium in Vticenſi ſaltu, opitulante Deo, ſurrexiſſe,
,, & Theodericum Abbatem in verbo & operatione, multis animabus iuuenum
,, atque ſenum oppidò prodeſſe: exardens inuidia, qua protoplaſtum Adam, per
,, vetiti fructus guſtum, de paradiſo expulit; Robertum Priorem, contra Abba-
,, tem ſuum, poſt diſceſſum Vvillelmi *Gerojani* inſolenter excitauit, magnaque
,, diſſenſione diu perdurante, mobiles ſubjectorum animos grauiter inquietauit.
,, Erat idem Robertus (vt ſuperius ſatis dictum eſt) præclaræ nobilitatis; fra-
,, ter ſcilicet Hugonis *de Grentemaiſnilo*; cui adhuc erat puerilis leuitas, & indomi-
,, tum robur, atque ſæcularis ambitio. In caſtitate, atque aliis quibuſdam ſacris
,, chariſmatibus erat laudabilis: ſed è contra, vt *Flaccus* ait. *Nihil eſt ex omni parte*
,, *Beatum.* In nonnullis erratibus erat reprehenſibilis: nam in bonis, ſeu malis,
,, quæ cupiebat, velox ad peragendum erat, ac feruidus: & auditis, ſiue viſis, quæ
,, nolebat, ad iraſcendum feſtinus: magiſque præeſſe quàm ſubeſſe, & imperare
,, potiùs quàm obſecundare cupidus. Ad accipiendum atque dandum apertas ha-
,, bebat manus: & os promptum furori ſuo ſatisfacere inordinatis ſaminibus. Et
,, quia ipſe (vt dictum eſt) excelſæ generoſitatis lampade renitebat, & ex patri-
,, monio

„monio suo, cœnobium illud fundauerat, & collectis vndecumque ad cultum Dei „fratribus, subsidijsque necessarijs procuratis ditauerat: ideò disciplinæ regularis „jugo, in nouella domo coerceri non poterat, frequenter itaque Patri suo clam „detrahebat; eo quòd ipse vir Dei plus spiritualibus, quàm sæcularibus negotijs, „intendebat. Nonnunquam apertè cum eo litigabat: & nonnullas eius consti„tutiones de rebus exterioribus simpliciter factas vituperabat. Vndè seruus Dei „plerumque ad Sagiense Asylum secedebat, ibique sex, vel octo septimanis habita„bat: & in pace opus Dei faciebat, hominumque salutem, pro posse suo diligen„ter procurabat. Sic expectabat emendationem contumeliosi fratris: & implebat „præceptum Apostoli, dicentis: *Date locum iræ*: sed postquam rancorem, & „scandala non deficere, sed magis ad detrimenta fratrum augeri, perspexit: *Vuil„lelmo*, Duci Normannorum, Pastoralem baculum cum tota Abbatia reddere „voluit. Dux autem sagaci vsus consilio, omnem huius rei ordinationem in„junxit *Maurilio*, Rothomagensium Archiepiscopo; vt causam dissensionis solli„citè indagaret, & quid agendum esset, cum consilio sapientum rectè diffini„ret.[a]

II. „Anno itaque Dominicæ Incarnationis 1056. indictione octaua, residente in „sede Apostolica, Victore Papa, *Maurilius* Episcopus, & Fulbertus Sophista, „consiliarius eius, & Hugo Lexouiensis Episcopus, & *Ansfridus*, Prætellensis Ab„bas, atque Lanfrancus Beccensium præpositus, & alij plures profundæ saga„citatis viri, Vticum conuenerunt: ibique solemnitatem SS. Apostolorum Pe„tri & Pauli 3. calend. Iulij, celebrauerunt. Tunc auditis, & solerter discussis „dissensionum fomentis: Theodoricum Abbatem, vt hactenus extiterat, præesse „jusserunt: Rodbertum verò Priorem, vt paupertatem Christi sequeretur, patri„que suo spirituali, pro Deo, humiliter in omnibus obtemperaret, copiosa „sermocinatione admonuerunt. Deindè præfatis monitoribus ad propria redeun„tibus, Vticensis grex aliquantulum in pace quieuit: sed post vnum annum, „comperta Vvillelmi *Geroiani* morte, iterum rediuiua lis surrexit, & discordia „corporum animarumque saluti contraria, cœnobitas valdè turbauit, amator „autem pacis Theodericus vndique angustiatus est. Nam apud Sagium nequibat „animarum saluti proficere, nec cellam ibi cœptam à Rogerio, & vxore eius, ad „perfectionem erigere: quia ipsi pluribus sæcularium rerum curis tunc occupa„bantur, & ab inimicis suis vndique impugnabantur. Apud Vticum, sibi, vel „aliis affatim, vt vellet, prodesse non poterat: propter importunitates, quas à „quibusdam potentioribus Monachis illatas tolerabat.[b]

III. „Tandem, postquam diu secum quid secundum Deum ageret, deliberauit: „omnia relinquere, & sepulchro Domini in Hierusalem, adire decreuit. Deindè „4. calend. Septemb. de Sagio, vbi tunc diu moratus fuerat, Vticum venit: „conuocatis in capitulum fratribus, voluntatem suam aperuit, omnes admonuit, „absoluit, benedixit, deoque commendauit: postea Lexouium adijt, & Hugoni „Episcopo, à quo valdè amabatur, curam animarum reddidit: sicque multis „flentibus amicis, sanctam peregrinationem pro Christo, suscepit. Herbertus „autem de Monasteriolo, primus Monachus, quem ipse in Vticensi Ecclesia sus„ceperat, cum eo peregrè profectus est: & Vvillelmus, Clericus cognomento „*Bona anima*, Radbodi, Sagiensis Episcopi filius, qui succedenti tempore, Ro„thomagensem Metropolim ferè 36. annis nactus est.

IV. „In diebus illis erat quoddam honorabile Xenodochium, in confinio Bajoario„rum & Hunorum; quod fideles & potentes Christiani de circumjacentibus Pro„uincijs instituerant, ad susceptionem pauperum & peregrinorum. Tunc *An„gotus*, Normannus, huic Xenodochio, electione indigenarum præerat. Is ni„mirum Rogerij Thoenitis, qui Hispanicus vocabatur, cognatus erat, & sub „Ducibus Normannorum Richardo & Roberto nobiliter militauerat: sed timore „Dei compunctus, omnia mundi reliquerat, & peregrinationem, atque sponta„neam paupertatem omni vita sua tenendam pro Christo, arripuerat. Hic vt „Theodericum Abbatem cum sociis suis vidit, optimè recognouit: & aliquot „diebus, vt compatriotas amicabiliter retinuit, atque omnem humanitatem eis „exhibuit.

a *Ordericus lib.* 3. *ad ann.* 1050. 1056. & 1058. *pag.* 474.

b *Idem. pag.* 475.

,, *Interea*, quidam Religiosus Bajoariorum Pontifex, proficiscens illuc adue-
,, nit; quem hospitalis *Ansgotus*, cum omnibus suis clientibus, more solito, aliquot V.
,, diebus ibidem retinuit. Deinde venerabilem Theodericum, cum suis pedisse-
,, quis, ei suppliciter commendauit: & quantæ sanctitatis apud Deum, & subli-
,, mitatis erga homines in sua Patria esset, luculenter enarrauit. Presul autem au-
,, dita viri sanctitate Deo gratias egit: eumque, vt decebat tantum virum beni-
,, gniter suscepit, secumque reuerenter vsque Antiochiam deduxit. Ibi diuersa
,, peregrinis voluntas oborta est. Nam quidam eorum terrestre iter, vt cœperant,
,, vsque in Hierusalem, tenere volebant. Alij verò barbariem gentium metuentes,
,, nauigio per Pontum ire decreuerunt: quorum consilio Pontifex & Abbas alij-
,, que plures assensum præbuerunt. Cúmque Presul nauem, nautasque peritos
,, perquireret, & quidam Religiosus Archimandrita cœnobij S. Symeonis in
,, portu Syriæ, Theodericum cum suis comitibus honorabiliter detineret: Her-
,, bertus, Vticensis Monachus, iter accelerandi desiderio fatigabatur, magisque
,, per terram, quàm per mare, sancta loca expetere nitebatur. Abbas itaque
,, suus ei licentiam eundi, quò vellet, dedit. Ille autem terrestre iter carpens, cum
,, turma peditum, vsque *Laodiciam* peruenit: ibique vehementer ægrotans, sociis
,, abeuntibus, diu remansit; & postquam vix de lectulo surrexit, non in antea
,, pedem tetendit; sed Eois partibus relictis, Occidentalem Normanniam quan-
,, tociùs repetijt. [c]

[c] Ibidem.

,, *Deindè*, Presul & Theodericus, & Vuillelmus, *Bona anima*, socijque eorum,
,, in portu S. Symeonis nauem ascenderunt, & sulcantes æquora, in *Cyprum* insu- VI.
,, lam nauigauerunt: ibique in littore maris, Abbatiam S. *Nicolai* Confessoris,
,, Myrreorum Archipresulis conditam inuenerunt. Cúmque Ecclesiam introissent,
,, ibique prout cœlestis gratia singulis inspirauerat, Deum orassent: Theoderi-
,, cus, post multas lachrymas de oratione surrexit, & labore senectutis, tædioque
,, maris, aliisque incommodis fractus, in Ecclesia anxius resedit. Tunc ab Episco-
,, po sibi fidissimo comite, quid sibi contigisset, cùm interrogaretur respondit:
,, Terrestrem Hierusalem, mi Pater, adire decreui, sed credo mihi aliter à Domi-
,, no disponi: anxietate corporis valdè crucior: vndè cœlestem magis, quàm ter-
,, restrem Hierusalem, appetendam esse arbitror. Cui Episcopus ait: Ego, cha-
,, rissime frater, nunc ibo hospitium tibi procurare, & tu interim hic sedens, re-
,, quiesce. Episcopus itaque hospitium sibi querere perrexit; & Theodericus ad
,, altare accessit, ibique diu Deum, cui ab infantia fideliter seruierat, orauit. Dein-
,, dè coram altari, se ad Orientem prostrauit: pannos circa se honestè composuit,
,, super dextrum latus recubans, quasi dormire volens, caput suum super marmo-
,, reum gradum reclinauit: manusque super pectus, in modum crucis aptauit;
,, sicque calendis Augusti, fidelem Spiritum Deo creatori reddidit. [d]

[d] Ibidem, pag. 476.

,, Episcopus autem, hospitio præparato, ministrum hominis Dei accersiuit: VII.
,, eumque pro viro Dei in Ecclesiam misit, ille verò vt seruum Dei defunctum in
,, Ecclesia inuenit; territus ad Antistitem redijt, euentumque insperatum tremu-
,, lus retulit: sed Episcopus virum Dei tam subitò migrasse non credens, ait: Tæ-
,, dio maris, nimioque æstu, bonus senior valdè fatigatus est: ideoque nunc in re-
,, frigerio Ecclesiæ super frigidum marmor suaui sopore detentus est. Eamus nunc
,, eum visitare; Presul itaque cum clericis suis in Ecclesiam processit: qui vt com-
,, parem suum diligenter tetigit, eumque morte gelidum reperit, stupens condo-
,, luit. Mox omnes peregrinos, qui iam per diuersa hospitia prandere procura-
,, bant, in Ecclesia congregari præcepit: indigenis illius loci vitam defuncti pe-
,, regrini fideliter retulit: illi verò comperta eius religione, gauisi sunt; & obse-
,, quia sua, impensasque cæteris peregrinis benigniter obtulerunt. Deindè Presul
,, defuncto exequias cum clericis suis persoluit: eique sepulturam ante portas Ec-
,, clesiæ, à reliquis peregrinis fieri jussit: illi autem baculis suis, vbi Pontifex
,, præceperat, fossam fecerunt; ad defuncti glebam, præsente Antistite accesse-
,, runt, & deferre ad tumulandum voluerunt. Sed nutu Dei ita corpus aggraua-
,, tum est, vt à loco dormitationis nullatenus moueri potuisset. Quod cernens
,, Episcopus cum omnibus qui aderant, valdè miratus est: diutinoque cum socijs
,, stupentibus quid agerent, tractatu potitus est. Tandem diuina edoctus inspira-
tione

„ tione, ait: vir iste magnæ sanctitatis fuit: & vita eius, vt nunc lucidè, manife-
„ statur, Deo placuit. Vndè, vt reor, digniori loco debet sepeliri: & à nobis ce-
„ lebriori reuerentia, pro posse nostro debet amodò tractari. Nunc igitur ego cum
„ clericis nostris pro anima eius, Diuinæ Majestati persoluam celebrationem Mis-
„ sæ: vos autem iuxta altare congruam ei sepulturam præparate. At illi libenter
„ obedient jubenti. Deindè missa venerabiliter finita, & fossa diligenter præparata,
„ tumulandum corpus sine grauamine sustulerunt, & secus aram decenter sepelie-
„ runt: vbi postmodum multi febribus, aliisque incommodis laborantes, meritis
„ eius sanati sunt. Vticenses autem Monachi, postquam Reuerendi Patris obitum,
„ relatu sociorum eiusdem Normanniam repetentium, cognouerunt, valdè con-
„ tristati sunt: & debitum pro anima eius seruitium Deo fideliter celebrauerunt:
„ & memoriam eius singulis annis, vsque hodie, calendis Augusti, celebriter exol-
„ uunt. Religiosa quoque instituta quæ ipse, ex doctrina venerabilium Abbatum,
„ *Richardi* Virdunensis, & Vuillelmi Diuionensis, atque Theodorici Gemeticensis,
„ didicerat, & nouellæ Ecclesiæ sibi commissæ fideliter tradiderat, diligenti stu-
„ dio vsque hodiè obseruant: & nouitiis ad Religionis conuersationem conuersis
„ solerter insinuant. e *e Ibid.*

VIII Eadem paucis complectitur Gemeticensis; confirmatque de sanctitate ipsius
„ enuntiata. „ *Venerabilis* autem (inquit) Theodoricus, postquam cœnobium
„ S. Ebrulfi ferè 8. annis rexit: pro quibusdam tumultibus sibi excitatis à D. Ro-
„ berto de *Grentemaisnilio*, qui tunc Prior erat, Maurilio Archiepiscopo, & Hugo-
„ ni Episcopo, curam animarum reddidit. Absolutus itaque ab eis, vtpote filius
„ pacis: ire Hierusalem decreuit: qui dùm in Cyprum insulam, cum quodam ve-
„ nerabilis vitæ peregrino Episcopo, ad quandam Ecclesiam S. Nicolai venisset:
„ humi prostratus coram altari diutiùs orauit, ibique in oratione, calendis Augu-
„ sti, beatum Deo spiritum reddidit: insulani verò, comperta sanctitate talis pere-
„ grini: corpus eius in Ecclesia sepelierunt. Cuius meritis, in ægrotis multa sani- *f Gemeticens. lib. 7. cap. 16. fin.*
„ tatum miracula Diuinitùs ostensa sunt. f

Iterum *Ordericus*. Theodoricus (inquit) S. Ebrulfi primus Abbas, nonis Octo-
„ bris consecratus est: qui post 8. annos, peregrè profectus est, & in Cypro insula,
„ calendis Augusti, defunctus est: ad cuius sepulchrum miraculorum copia cele- *g Ordericus lib. 3 ad ann. 1050.*
„ brata est. g

IX. Rursus verò hæc addit. „ Anno siquidem Dominicæ Incarnationis 1051. Theo-
„ doricus Gemmeticensis Monachus, Abbatiæ curam suscepit: & neophitum gre-
„ gem per 8. annos piè & prudenter educauit, atque secundum normam S. Bene-
„ dicti ambulare in lege Domini dignitèr docuit. Deindè (vt in præcedentibus
„ dictum est) onus regiminis fastidiuit, mœstis Presulibus Maurilio, Rothoma-
„ gensi, & Hugone Lexouiensi, vltrò deposuit, terrena spernens, exilium petiit;
„ cœlestemque Hierusalem desiderans, terrestrem videre laborauit. Tandem in
„ Cypro insula, in Ecclesia S. Nicolai, ante altare, calendis Augusti, obiit: ibi-
„ que à Conuentu Monachorum venerabiliter sepeliri meruit, & frequentibus
„ miraculis: in ægrotorum curationibus coruscauit. Heroïcum quoque super illo
„ Epitaphium sic edidi.

Ecclesiam primus Vticensem Theodericus
Rexit, & edocuit bona quæ prius ipse peregit.
Annis tricenis Monachatus ipse rigorem
Gessit, & in Sathanam tolerauit ouanter agonem.
Officium Patris octonis exercuit annis:
Inter Siluestres, vbi pauper mansit, homones,
Ipse manu propria scribendo volumina plura:
Ecclesiæ natis dedit exemplum bonitatis.
Denique Hierusalem peregrinus pergere cœpit:

Digitized by Google

In Cypro vitæ finem, tumulumque recepit,
Vltima vidit eum Quintilis lux morientem:
Quem foueat Christus Patris in thalamo renitentem. [h]

h Idem lib. 6. pag. 625. & 616.

Vticenses autem Monachi corpus Patroni sui non se habere doluerunt: & quo modo sibi redderetur multis modis quæsierunt, nec inuenire adhuc valuerunt. Ait Ordericus: Itaque propter eius insignem vitæ sanctitatem, & miraculorum gloriam: agitur de eo festiua solennitas die 1. Augusti, quo fœliciter migrauit in cœlum, ann. 1059. [i] X.

Ex Martyrologio Benedictino calend. August.

In Cypro insula, Depositio S. Theodorici, Abbatis Monasterij S. Ebrulphi.

Ex Martyrologio Gallicano Saussay.

Depositiò S. Theodorici, primi Abbatis S. Ebrulphi, in Lexouiensi Presulatu, & Confessoris; miræ abstinentiæ, innocentiæ & patientiæ, nec minoris eruditionis & sapientiæ, viri.

Ex Tom. 2. Hierarchiæ Neustriæ MS. Roberti Cœnalis in Episcopo 14. Abrincensi.

„Præfuit autem cœnobio, Abbatis nomine, Theodoricus, prius Gemeticensis „Monachus, ab Hugone Lexouiensi Episcopo inauguratus, qui postquam ann. „8. regimini Vticensi inuigilasset, sese abdicans, Hierosolymam perrexit, apud „Cyprum insulam, rebus humanis valedicens, apud ædem D. Nicolai non sine „sanctitatis opinione, sepelitur.

Robertus de Grentemaisnilo, eligitur Abbas 2. Vticensis varios fortunæ euentus sustinet: ac tandem, coactus discedere, Abbatiam deserit, Italiamque petit, & apud sedem Apostolicam, jus suum prosequitur.

CAPVT VII.

I. IGitur B. *Theodorici* Abbatis renuntiato obitu, successor mox deligitur, nimirum Robertus de *Grentemaisnilo*, vnus ex Fundatoribus eiusdem Vticensis Abbatiæ: qui ann. 1050. seu 1051. habitu Monastico ibidem sumpto; [a] Prior effectus fuerat: cuius rei gestæ narratio ita ab Orderico recitatur. „Anno ab Incarnatione „Domini 1059. indictione 12. Vticenses Robertum de *Grentemaisnilo* sibi elegerunt Abbatem, rationabiliter considerantes „in præfati viri electione multimodam commoditatem: tam propter eius claram „generositatem, quàm ardentem Monasticæ rei procurationem, & in „agendis rebus efficaciam & strenuitatem. Hunc itaque confirmato totius „congregationis consensu, Ebroas duxerunt; ibique Vvillelmo Duci præsentauerunt, eique Monachorum electionem atque petitionem intimauerunt. Dux autem,

a Vide cap. 5. §. 4. sup.
Antiquitates Normaniæ MS i. pag. 124. & 204.
Apud D. Bigot.
Cœnalis tom. 5. Hierarchiæ Ecclesiæ Neustriæ in Vticensi Abbatia.
Post Robertum de Monte sup. cap. 17.

Digitized by Google

„ autem eorum petitioni acquieuit: & præfato viro, qui electus erat, per cambu-„ tam Iuonis, Episcopi Sagiensis, exteriorem Abbatiæ potestatem tradidit. Vuil-„ lelmus verò Ebroïcensis Episcopus, interiorem animarum curam, per Pontifica-„ lem benedictionem 11. calend. Iulij, spiritualiter commendauit. Robertus ita-„ que jam Abbas effectus, res Monasterij cœpit diligenter tractare,& ex parentum „ suorum diuitijs, necessariū seruis Dei subsidium sufficienter ministrare; justas ob-„ seruationes, quas prius prædecessor eius instituerat, non solùm non imminuit: „ sed etiam pro ratione & tempore, auctoritate majorum, vel exemplo vicinorum „ parcitùs augmentauit. Ipse quidem, dùm adhuc Neophytus erat, permissu Ve-„ nerabilis *Theoderici*, Cluniacum perrexerat: vbi tunc Monasticæ Phalangi, *Hu-„ go* Abbas, temporibus nostris, speciale Monachorum decus præerat. Vndè cùm „ post aliquot tempus rediret, magnanimi *Hugonis* munificentia, *Bernefridum*, il-„ lustrem Monachum, (qui postmodum Episcopus factus est) secum adduxit: „ eumque, vt mores Cluniacensium Vticensibus insinuaret, aliquandiu honorifi-„ cè retinuit. Sub eo ad conuersionem *Mainerius*, *Gonscelini de Escalfoïo* filius venit, „ qui post aliquot annos, eiusdem cœnobij regimen suscepit. [b] b *Ordericus lib. 3. sup. pag. 477.*

II. „ Eodem tempore, Rodolfus, cognomento, *Mala-corona*, Vticum venit: ibique „ cum Roberto Abbate suo, videlicet, nepote; diutius habitauit. Hic nimirum „ (vt paulò superius meminimus) ab infantia litteris affatim studuit, & Galliæ „ Italiæque scrutando scholas: secretorum indaginem rerum insigniter atti-„ git, &c. Ipse tandem titubantis mundi ruinam metuens, & prudenti tergiuer-„ satione præcauens, sæculi luxu calcato, *Maius Monasterium* S. Martini Turo-„ nensis expetiit: & sub Alberto, Venerabili Abbate, Monachili Regulæ septem „ annis militauit. Qui postquam in ordine confirmatus fuit, Abbate suo permit-„ tente Vticum venit: nepotem scilicet solatiari suum, qui jam nouellæ regimen „ Ecclesiæ susceperat. Et quia idem Heros, pro multis flagitiis, quibus se grauiter „ onustum sentiebat, à Domino morbum lepræ multis precibus sibi obtinuerat: „ quandam in honore S. Ebrulfi constructam capellam, à nepote suo recepit, ibi-„ que Goscelinum Monachum, ad Dei seruitium, suique solatium habens, plu-„ rimo tempore deguit: multisque, qui ad eum pro sapientia, & nobilitate sua „ confluebant, consilio pietatis profuit.

III. „ Ipso multùm hortante, Robertus Abbas, Hugonem, Lexouiensem Episco-„ pum, Monachorum fidelem Magistrum & Patrem accersunt: à quo prædictam „ Capellam, in honore SS. Confessorum Ebrulfi, Benedicti, Mauri, & Leufredi 2. „ nonas Maij, dedicari fecit. Tradunt hanc Ecclesiam à temporibus S. Ebrulfi con-„ ditam fuisse: ipsumque, dùm supernæ ardentius inhærere volebat Theoriæ, in-„ termissis exterioribus curis, ad ipsam confugere solitum fuisse. Locus ipse est „ amœnus; & solitariæ vitæ satis congruus. Nam in valle riuus sterilis Carento-„ næ defluit: & Lexouiensem Episcopatum ab Ebroïcensi dirimit. In cacumine „ verò montis sylua crebris frondibus ventorum flabra suscipit: In decliuo autem „ montis inter riuum & syluam, viridarium Ecclesiam circūcingit. Ante portas „ Ecclesiæ *Vticus* fons oritur: à quo omnis circumjacens Regio, *Vticensis* dicitur. c c *Ibidem.*

IV. Sub ea tempestate, mortuo Roberto, *Geroij* filio, *Ernaldus Vvillelmi Geroiani* fi-lius, in loco patrui sui surrexit. Deindè *Robertus* Abbas Vticensis, pace facta inter Guillelmum *Nothum*, Normaniæ Ducem, & ipsum *Ernaldum*, à Duce requisiuit, vt Auunculi sui corpus, quod apud S. *Serenicum* tribus septimanis humatum ja-cuerat, *Vticum* transferri concederet. Quo impetrato, impiger Abbas, funus exin-dè tulit, Vticum, ibique in claustro Monachorum honorificè sepeliuit. [d] Quæ autem postea euenerint ex eodem *Orderico* discamus. „ *Redeunte* ad naturale jus „ Ernaldo, Vticenses Monachi gauisi sunt: & in vicinos insolentes, qui inermes „ injustè opprimebant, illius ope, erecti sunt. Temporibus Theoderici Abbatis, „ & Roberti, successoris eius, Baldricus & Vviguerius de Balgenzaio, & homines „ sui, contra Monachos insolenter agebant: & non solùm eis vt Dominis obedie-„ bant, verum etiam plurimis inquietudinibus ipsos, hominesque eorum sæpius „ contristabant. Quod Robertus, postquam Abbatiæ regimen suscepit; diutius „ ferre indignum duxit. Nam accepto fratrum consilio, præfatos rebelles, pro „ contumacia, Ernaldo, consanguineo suo tradidit: vt ipse ceruicositatem eorum, d *Idem. pag. 478.*

,, qui Monachorum mansuetudinem pacificè pati dedignabantur, quamdiu viue-
,, ret, militari manu protegeret. At ille, multis diuersisque seruitiis eos aggraua-
,, uit: & ipsos, hominesque eorum, munitiones suas apud Escalfoïum, & S. Se-
,, renicum custodire coegit. Vndè illi Robertum Abbatem, & Monachos obnixè
,, petierunt, vt iterum potestati eorum restitui mererentur: promittentes eis om-
,, nem subjectionem & emendationem. Abbas verò cum Monachis, eorum pre-
,, cibus acquieuit: & Ernaldum, vt eos Ecclesiæ seruituti, quæ humilibus &
,, mansuetis verè libera est, redderet, petijt. His diebus Rogerius, primogenitus
,, Engenulfi *de Aquila*, filius, occisus est: De cuius morte Engenulfus & Richue-
,, reda, vxor eius valdè afflicti, Vticum venerunt, & beneficium atque orationes
,, Monachorum, pro sua, filijque sui Rogerij salute, petierunt & acceperunt: opti-
,, mumque, eiusque Rogerij equum, Deo, & Monachis, pro eius anima, obtule-
,, runt. Hunc ergò equum, quia pretiosus erat, Ernaldus, vt sibi donaretur, petiit:
,, & Baldricum, hominesque suos, & terram de *Balgenzaïo*, pristinæ Monachorum
,, potestati concederet, quod ita factum est. Ernaldus equum consobrini sui Ro-
,, gerij, à Roberto Abbate accepit; & Baldricum, totamque terram de *Balgenzaïo*,
,, Ecclesiæ dominio reddidit. Baldricus, autem, quòd grauia euaserat Ernaldi ser-
,, uitia gaudens, dominatum suum, quem in villa S. Ebrulfi habebat, Monachis
,, dedit: & terram, quam supra riuulum ductus villaris habebat, & terram Nor-
,, manni *Micæ*, & *Benigni*, tradidit. Tunc Baldricus Roberto Abbati, junctis ma-
,, nibus fidelitatem fecit, & subjectionem, iustitiamque de suis hominibus promi-
,, sit: & summoperè ne honorem eius de potestate Monachorum amplius proijce-
,, ret, poposcit. Hoc itaque Monachis confirmantibus ratum fuit; & tam ipse,
,, quàm Robertus, filius eius, vsque in hodiernum diem, pro terra de *Balgenzaïo*
,, solummodò Monachis militauit. Vticensis quippe Abbatia in feudo de *Bal-*
,, *genzaïo* consistit. [e]

e *Idem. pag. 479.*

Fulco de *Bonavalle*, miles strenuus, *Theodoricum* filium suum, quem B. *Theodericus* V.
Abbas, de Sacro fonte leuauerat, Deo ad Monachatum in cœnobio Vticensi tunc
obtulit; cuius rei gratia, Ecclesiam S. Nicolai, in præsentia *Roberti* Abbatis, con-
cessit S. *Ebrulfo*. Puer autem 57. annis in Monachili schemate vixit: & per sin-
gulos gradus vsque ad Sacerdotium legitimè ascendens, honestè Deo seruiuit. Eo-
dem tempore, *Vvido*, cognomento *Bolleim*, Senioris *Geroij* pronepos, nutu Dei, &
instinctu eiusdem *Roberti* Abbatis, cognati sui, Vticenses multum dilexit: & *Vvil-*
lelmum filium suum, qui tunc fermè nouem annorum erat, mundo sibique abdica-
uit; Deoque, sub Monachili jugo, in Ecclesia Vticensi seruiturum, in die festiuita-
tis omnium sanctorum tradidit. Tunc *Vvillelmus* præpositus, miles egregius, præ-
dicti pueri Auunculus, Ecclesiam de *Algeron*, cum tota villa, S. *Ebrulfo* dedit: &
se, totamque substantiæ suæ partem, in fine suo, eidem Patrono fideliter deuouit.
,, Gratia Dei (ait Ordericus) Vvillelmum puerum bonis moribus adornauit, &
,, in bonis studijs vigilantem effecit; vnde à Prælatis suis, *Gregorius*, cognominari
,, meruit. Hic in gremio S. matris Ecclesiæ, diligenter educatus; & omninò, à
,, mundi strepitu, & carnali luxu, remotus, vtili scientia, quæ huiusmodi Ec-
,, clesiæ filijs maximè competit, nobiliter floruit. Nam peritus lector fuit, &
,, cantor, præcipuusque scriptor, & librorum illuminator. Opera manuum eius
,, ad legendum & canendum nobis adhuc valdè prosunt: & per similis exercitij
,, probitatem, nos à nobis ociositatem depellere erudiunt. In orationibus & Vi-
,, giliis, ab infantia fuit assiduus; & vsque ad senectutem jejuniis, alijsque ma-
,, cerationibus carnis moderatè intentus. Obseruator Monastici Ordinis diligens;
,, & ad redarguendum sanctæ Regulæ transgressores feruens. Epistolas Pauli, &
,, Prouerbia Salomonis, aliaque quamplura S. scripturæ Syntagmata tenaci me-
,, moriæ tradiderat: & in quotidianis locutionibus suis, ad exhortationem eorum,
,, quibus confabulabatur, proferebat. Huiuscemodi studiis intentus, iam 54. annos,
,, in Monachili ordine transegit: & adhuc, vt per bonum finem, ad æternæ quie-
,, tis stabilitatem pertransire possit, sub *Rogerio* Abbate, bonis actibus solito more,
,, insistit. [f] Sed ad Abbatis *Roberti* gesta enarranda, sermo redeat.

f *Ibid. pag. 480.*

,, Dùm (ait idem *Ordericus*) Vticense cœnobium, aucto Conuentu 40. Mona- VI.
,, chorum gloriosè corroboraretur, & ordo Monasticus secundum normam Diui-

„ næ legis ibidem regulariter obseruaretur: longè latéque procedens fama volita-
„ bat, & multos ad amorem eiusdem Ecclesiæ inuitabat. Quidam autem pestifero
„ liuore inficiebantur; propriæque malitiæ vulnifico missili puniebantur. Robertus
„ verò Abbas gemina largitate præditus, vndecumque venientes ad conuersionem,
„ libenter suscipiebat: & quæque fratribus ad victum, ceu vestitum necessaria
„ erant, viriliter procurabat. Redditus nimirum Vticensis Ecclesiæ, quæ in sterili
„ pago surgebat, ad tantam dapsilitatem præfati patris non sufficiebat: sed ipse, vt
„ diximus, ex generosis parentibus prodierat, & opes eorum ad vsum Mona-
„ chorum, pro vt volebat, amica familiaritate consentiente, plerumque accipie-
„ bat.

VII. „ Idem in primo anno sui regiminis (quia vetus Ecclesia, quam S. *Ebrulfus* con-
„ struxerat, parua, & rusticani operis erat) ingentem Basilicam insigni opere
„ cœpit: quam in honore S. Dei genitricis Mariæ construere, multisque sanctorum
„ altaribus ampliare decreuit. Nam propter Reliquias Sanctorum, (quæ in veteri
„ Ecclesia, temporibus S. *Ebrulfi* conditæ sunt: sed eorum nomina, vel gesta, seu
„ loca depositionis, pro antiquitate, ignorantur ab his, qui supersunt) disposuit
„ nouam ædem tam magnam facere, vt vetustam omninò circumdaret: & ossa,
„ seu Mausolea Sanctorum, quæ ibidem latent, semper honorificè contineret. Sed
„ procellis tribulationum incumbentibus, cessare ab incœpto opere coactus est:
„ quod nullus successorum eius, ea mensura, vel ordine, seu loco, quo ipse de- g Ibid.
„ stinauerat, prosequi ausus est. [g]

VIII Anno 1063. inter Vvillelmum 2. Nothum, Normaniæ Ducem, & proceres eius dissentio grauis exorta est: quorum præcipuos è Neustria discedere coegit. „ Abbatem quoque Robertum, qui jam tribus annis cœnobium S. *Ebrulfi* rexerat,
„ quia de audaci Geroïcorum prosapia prodierat, sine reatu, & judicio Synodi, de
„ Normania expulit: & quendam Monachum nomine Osbernum, ei subrogauit.
„ Robertus Romam petiit, & Nicolao Papæ causam suam intimauit. [h] Hæc quidem Gemeticensis scribit, absque alia causæ ratione: quam tamen Ordericus sic in medium profert. „ Tunc etiam Robertus, Vticensium Abbas, ad Curiam Du- h Gemeticensis. lib. 7. cap. 29.
„ cis accitus est; & ad diem statutum, de quibusdam reatibus, vndè falso accusatus
„ fuerat, respondere jussus est. Hunc nimirum *Raynerius*, Castellionensis Mona-
„ chus (quem ipse Priorem Vticensibus præfecerat, & ad intima consilia sua velut
„ fidelem amicum indubitanter accersierat) de quibusdam ludibrijs, & improuidis
„ dictis, Ducique priuatim derogantibus, apud ipsum accusauerat. Ille verò, vt
„ Ducem contra se, totamque suam parentelam vehementer furentem, & nocere
„ cupientem, sensit, indicioque amicorum suorum, maleuolentiam Ducis sibi
„ damna membrorum inferre volentis, veraciter agnouit: consilio Hugonis, Le-
„ xouiensis Episcopi, imminentem furiam declinare, prius quàm damnum irrepa-
„ rabile pateretur, elegit. Tertio itaque regiminis sui anno 6. Calend. Februar.
„ postquam Sabbatho, ad Vesperas, Antiphonam: *Peccata mea Domine*: pronuntia- i Ordericus lib. 3. pag. 481. ad ann. 1063.
„ uerat, discessit; ascensisque equis, cum duobus Monachis Fulcone, & Vrso,
„ Galliam expetiit: & indè Nicolao Papæ euentus suos reuelaturus adiit. [i]

IX. Non itaque iudicio Synodi, *Robertus* Abbas, Normanniam deserit, sed iusto Dei iudicio æqualis sors ei obtigit, quæ, eius factione, prædecessori suo B. *Theodorico*, euenerat. Compulsus est autem ipse *Robertus* fuga sibi salutem quærere, cùm jam tribus annis præfuisset: iuxta *Gemeticensem* sup. Id est, anno quarto sui regiminis: non verò, anno tertio, vti habet *Ordericus*: nisi addatur, *elapso*: cùm, ipsomet teste, cœnobiarchiam sumpserit Vticensem, ann. 1059. eamque deseruerit anno 1063.

Osbernus, Abbas 3. Vticensis, assumitur: Quis & qualis fuerit: A Roberto exauthorato multipliciter molestatur: prouocaturque ad sedem Apostolicam, & excommunicatione feritur. Vndè multa impunè est perpessus: sed tandem, idem Robertus in Italiam reuersus, apud Calabriam, extructo cœnobio, illic vita reliquum peregit.

CAPVT VIII.

a Gemeticensis sup.

ROberto itaque expulso, *Guillelmus* Dux, Monachum *Osbernum*, ei subrogauit: [a] consultu & assensu sapientum virorum. „Interea „Normannicus (ait Ordericus) Dux, per consilium Venerabilis „Ansfridi, Pratellensium Abbatis, & *Lanfranci* Beccensium Prio-„ris, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, Osbernum Cor-„meliensem Priorem, à *Raynerio* Abbate S. Trinitatis de Monte „Rothomagi requisiuit; eique nil tale suspicanti, per Cam-„butam *Maurilij* Archiepiscopi, in Synodo Rothomagensi, curam Vticensis „Ecclesiæ commendauit. Deindè Hugo, Episcopus, jussu Ducis eum Pratellis „adduxit, ibique subitò, nescientibus Monachis S. *Ebrulfi*, in Abbatem conse-„crauit, secumque postea Vticum adduxit: & mœstis Vticensibus, ex imperio „Ducis imposuit. Illi autem ancipiti discrimine anxiati sunt. Nam viuente Ab-„bate suo, qui præfatam Ecclesiam fundauerat, eosque ad Monachatum suscepe-„rat: & sine probabilibus culpis, non per iudicium Synodi, sed per Tyrannidem „furentis Marchisi, expulsus fuerat, alium Abbatem suscipere dubitabant: nec „palam refutare, propter Ducis animositatem audebant. Tandem consilio præ-„dicti Præsulis, elegerunt pati violentiam, gratisque dato sibi Magistro exhibere „obedientiam: ne si sine jugo permanerent, Dei offenderent potentiam, & ad de-„structionem nouelli cœnobij grauiorem, Ducis contradicendo excitarent male-„uolentiam. [b] I.

b Ordericus sup. pag. 481. Cœnalis ex Roberto de Monte sup.

„Erat isdem Osbernus (addit ipse Ordericus) Erfasti filius, de pago Calcegio „(*du pays de Caux*) oriundus, ab infantia litteris admodùm eruditus, sermone „facundus, ingenio acer, ad omnia artificia, scilicet, sculpendi, fabricandi, scri-„bendi, & multa his similia faciendi. Statura mediocris, perfectæ ætatis: capite „affatim onusto, nigris canisve capillis. Asper erat ineptis & contumacibus, „misericors infirmis & pauperibus: & competenter largus priuatis & extraneis. „In ordine feruidus; & eorum, quibus fratres corporaliter, seu spiritualiter in-„digebant, procurator solertissimus: iuuenes valdè coercebat: eosque benè legere „& psallere, atque scribere, verbis & verberibus cogebat. Ipse propriis manibus „scriptoria pueris & indoctis fabricabat: operisque modum singulis constitutum, „ab eis quotidie exigebat. Sic otia depellens iuueniles mentes intentione vtili sa-„gaciter onerabat, easque futuro tempore, scientiæ diuitiis ditatas præparabat. „Hic Canonicus Lexouiensis, sub D. *Herberto* Antistite fuerat: postea volens ar-„ctiori norma constringi, habitum sæcularem reliquerat, & ad nouum cœno-„bium, quod Goscelinus de *Archis*, in Monte Rodomi S. Trinitati constituerat, „vbi tunc Venerabilis, *Isembertus* Abbas, vir miræ peritiæ, nostris temporibus, in-„comparabiliter pollebat, mores emendare, secundum beneplacitam voluntatem „Dei, confugerat. Hunc *Raynerius* Abbas, *Isemberti* successor, iam in ordine pro-„batum, ad construendum cœnobium, *Cormelias* misit: vbi tunc temporis, præcla-„rus Heros, *Vuillelmus*, *Osberni* filius, Dapifer Normannorum, Abbatiam sancti „Dei genitrici Mariæ condere cœpit. Depulso autem Roberto Abbate, de loco „suo, (vt supra satis dictum est) Osbernus ignarus & inuitus, ad regimen Vticen-sis II.

Digitized by Google

„ sis Ecclesiæ assumptus est: quo per quinque annos, & menses tres, pro vt sæuitia iniqui temporis permisit, diligenter & vtiliter potitus est. [c]

III. Interim, Robertus, Abbas expulsus, Romam perrexerat, causam quærimoniæ suæ Nicolao II. Papæ, expositurus: sed quoniam prædictus Præsul paulò post defunctus est, nil rectitudinis per eum consequutus est: inquit *Gemeticensis*. [d] At si *Orderico* fidem præbeamus, res aliter prosecuta est. Denique Robertus „ Abbas, (ait) Nicolaum Papam Romæ inuenit: eique causam itineris sui diligenter intimauit. At ille Compatriotam suum (nam genere Francus erat) benigniter suscepit: quærimoniam eius cum pietate audiuit, fidumque suffragium in sua necessitate spopondit. Robertus autem ad parentes suos, in Apuliam, vbi vrbes & oppida quamplura vi obtinuerant armorum, transiuit: & completa cum eis loquutione, cum litteris Apostolicis, & duobus Cardinalibus Clericis, Normaniam repetiit: *Iuliam-Bonam*, vbi tunc temporis Vvillermus Dux curiam suam tenebat, audacter adiit. Audiens verò Dux quòd Robertus Abbas cum Legatis Papæ Abbatiam Vticensem quæsiturus aduenisset, & Osbernum, Ducis jussu, substitutum Abbatem, velut inuasorem alieni juris calumniaturus esset: vehementer iratus dixit: se quidem, Legatos Papæ, de fide & Religione Christiana, vt communis Patris, libenter suscepturum: sed si quis Monachorum, de terra sua calumniam sibi contrariam inferret, ad altiorem quercum vicinæ syluæ per capitium irreuerenter suspensurum. Quod audiens Hugo Presul, Roberto intimauit: & vt furibundi Principis præsentiam declinaret, admonuit. At ille festinanter indè discessit, & in pagum Parisiensem, ad Venerandum *Hugonem*, Abbatem cœnobij S. Dionysij, Gallorum Apostoli, secessit: & apud ipsum (cognatus quippe suus erat) & apud alios amicos ac parentes suos, qui inter Gallorum proceres pollebant, aliquandiu honorificè habitauit. Inde *Osberno* Abbati mandauit, vt coram Romanis Cardinalibus, in pago Carnotensi ambo adessent: ibique negotio vtriusque diligenter indagato, à personis Ecclesiasticis diffinitum iudicium secundum ordinationem SS. Canonum indubitanter subirent. Diem quoque & locum, quando, & vbi conuenirent, designauit. At ille, mandatum quidem suscepit, & ad Curiam Romanam se libenter iturum dixit: sed alio consilio accepto, ad statutum tempus & locum minimè accessit. Vndè Robertus per quemdam famulum Vticensium, quem Ernaldus cœperat, litteras misit: in quibus ex auctoritate Papæ, Osbernum inuasorem excommunicauit, omnesque Monachos Vticensis cœnobij vt se sequerentur, imperiosè inuitauit. [e]

IV. „ Quis referre potest, quot tribulationibus Vticensis Ecclesia intus & exterius tunc quatiebatur? En Robertus eiusdem Fundator & Rector de sede sua injustè fugatus, cogebatur vagari per externas domus, & eiusdem in loco, sæculari potestate, successit vir extraneus: qui licet solers esset ac Religiosus, & in ordine feruidus, suspectus tamen, & meticulosus, non satis credebat indigenis fratribus. Vnde quidam ex ipsis, audita excommunicatione, qua suffectus Abbas percussus fuerat, & hortatu Patris Roberti, quo filios suos, ex consensu Papæ, post se venire jusserat: Normaniam relinquentes, Abbatem suum comitati sunt, & Apostolicam sedem expetierunt. Penè omnes discedere voluerunt: sed infantes & infirmiores, qui arctiori custodia constringebantur, inuiti remanserunt. Alij verò, qui fortiores erant, & majorem licentiam vsurpabant, patrem suum sequuti spontè exularunt, quorum nomina sunt hæc. *Herbertus*, & *Hilbertus* de *Mosteriolo*, & *Berengatius*, Ernaldi filius, scriptor præcipuus. Hi tres à pueritia in domo Domini solerter educati, studiisque boni imbuti, omni vita sua vtiles permanserunt cultui Diuino. *Rainaldus* magnus, grammaticæ artis peritus; & *Thomas Andegauensis*, nobilitate famosus: & *Robertus Gamaliel*, cantor egregius *Turstinus*, *Rainaldus Capreolus*, & *Vvalterius Paruus*. Hi Neustriam natale solum deseruerunt, variosque casus perpessuri Italiam expetierunt: vndè quidam eorum postmodum redierunt, nonnulli verò Pastorem suum fine tenus juuantes, in Calabria vltimum diem clauserunt. [f]

V. „ Vticensis autem Ecclesia, in huiusmodi mutatione vehementer desolata est: multisque possessionibus, quas prius possederat, spoliata est. Vicini enim milites, qui homines, seu cognati *Geroianorum* fuerant, naturalibus expulsis hæredi-

c *Idem pag. 485.*

d *Gemeticensis sup.*

e *Idem pag. 482.*

f *Ibid.*

,, bus Monachis S. Ebrulfi graues molestias & damna inferebant. Nam vnusquisque terram, vel Ecclesiam, seu decimam auferebat : & nouus Abbas, vt aduena, rerum dominationes ignorabat ; & indagare ab his, in quibus minimè confidebat, certitudinem rerum, quas Robertus, filius *Helgonis*, & *Geroius*, filius *Fulcoij*, de *Monsterolo*, seu *Rogerius Gulafra*, aliique peruersi affines rapiebant, dubitabat. Vnde multa Vticensis Ecclesia tunc perdidit : quæ vsque hodiè recuperare nullatenus potuit. [g]

Porro Ernaldus de Escalfoïo, vir illustris ac potens : ,, Burgum quoque Vticensem igne combussit : & per omnes angulos Ecclesiæ, cum satellitibus suis nudos enses in dextris vibrantibus Osbernum Abbatem ad occisionem diu quæsiuit, sed ille, Dei nutu, defuit. Post aliquot autem dies, Hermannus Celerarius Ernaldum priuatim adiit : ipsumque, quòd Abbatiam, quam pater suus pro salute animæ suæ construxerat, destruere niteretur, benigniter redarguit. At ille monita serui Dei piè suscepit, memorque paternæ pietatis, pro malefactis, contra cœnobium S. *Ebrulfi* plorauit : pœnitensque congruam emendationem promisit. Non multò post Vticum venit, pro malè gestis, super aram vadimonium posuit : Indulgentiam petiit, Abbatique Osberno securitatem dedit. Præfatus enim Monachus subtili relatu, ei veraciter intimauit : quòd prædictus Abbas, cognati sui locum, non per cupiditatem inuaserit : sed vi Principis, & instinctu Magistrorum suorum compulsus, desolatæ Ecclesiæ regimen inuitus susceperit. [h] VI.

Duæ sorores Vterinæ *Roberti* prædicti Abbatis, *Iudith* & *Emma*, quæ apud *Vticum*, in Capella S. *Ebrulfi* morabantur, & sub sacro velamine, mundo renuntiasse, Deoque soli per munditiam cordis & corporis inhærere credebantur : fratrem suum etiam sequutæ sunt vsque in Apuliam. [i] *Rodulfus* quoque cognomento *Mala corona*, Roberti ipsius Abbatis Auunculus, post eius discessionem, videns acerbam tribulationem in parentes suos grauiter sæuire : & extraneos in Vticensi domo, quam ipse, fratresque sui, Deo construxerant, dominationem exercere : relicta huiusmodi Capella S. *Ebrulfi*, vbi supra diximus eum habitasse, Maius-Monasterium, in quo Monachilem professionem emiserat, repetijt. [k] VII.

Defuncto *Nicolao* Papa II. *Alexander* II. successit, ad quem *Robertus* Abbas, cum 11. Monachis S. *Ebrulfi* accessit ; eique suas, suorumque miserias luculenter deprompsit. [l] At ille paterno solamine, benigniter eos refocillauit, eisque in vrbe Roma Ecclesiam S. *Pauli* tradidit, vbi habitantes ordinem suum tenerent, donec sibi congruam habitationem inuenirent. Deindè Robertus Guillelmum *de Monsterolo*, consobrinum suum, ad auxilium suum requisiuit, promptissimumque ad subueniendum inuenit. Prædictus quippe miles Papæ signifer erat, armisque *Campaniam* obtinuerat, & *Campanos*, qui diuersis schismatibus ab vnitate Catholica diffidebant, S. *Petro* Apostolo subjugauerat. Hic exulanti consanguineo, cum Monachis suis medietatem antiquæ vrbis, quæ *Aquina* dicitur, dedit. Deindè, jussu ejusdem summi Pontificis, Robertum *Vviscardum*, Calabriæ Ducem, compatriotam suum *Robertus* Abbas expetijt : à quo benigniter & honorabiliter susceptus est, & Ecclesiam quamdam paruam, super littus Adriatici maris sitam, propè *Brixam*, antiquam vrbem, quæ S. *Euphemiæ* Virginis & Martyris titulum præferebat, ab eodem accepit : vbi postea ingens cœnobium extruendum curauit : cui Abbas ferè 17. annis præfuit. [m] VIII

g *ibid. pag.* 483.

h *Idem pag.* 481. & 482.

i *Idem pag.* 484.

k *ibid.*

l *Gemeticensis sup. Ordericus sup. pag.* 483.

m *Gemeticensis sup. cap.* 29. & 30. *Ordericus sup. pag.* 483. & *lib.* 5. *ann.* 1077. *pag.* 583. & *lib.* 7. *ad ann.* 1084. *pag.* 642. *Belforestius lib.* 3. *Annal. Franc. cap.* 81.

Osbernus

Osbernus Abbas, rebus aliquantisper pacatis, Sapientum ac Religiosorum virorum accito consilio, ablegat ad summum Pontificem, benedictionem à sede Apostolica expetens: pius & misericors in pauperes; nonnulla sibi ac Monasterio persensit prospera: ac tandem piè in Christo moritur.

CAPVT IX.

I. VT omnia sibi pro futura succederent, viros Religiosos ac sapientes, vndequaque asciuit: quorum consilio iuuaretur: in hac temporum maxima reuolutione. „ Porro „ D. Mainerius, (ait Ordericus) quem Robertus Abbas, „ ante primam discessionem suam, Priorem claustralem „ constituerat, quia post paucos dies profectionis eius, „ Beccum perrexerat, primusque de substituendo alio „ Abbate, cum Lanfranco, Beccensium Priore tractaue- „ rat, eumdem, cui professionem fecerat, implacabiliter „ offenderat. Vndè minis eius territus, & improperiis fautorum eius, cum dede- „ core lacessitus: consilio & permissu Osberni Abbatis, *Cluniacum* perrexit: „ ibique per vnum annum, rigorem Cluniacensium experiri, sub venerando Hu- „ gone Archimandrita, feruenter edidicit. a Expleto autem suæ mansionis tempore, statim Osbernus eum ad se reuocauit: teste eodem Orderico: erat quippe vir sapiens & probus. „ Sedatis aliquantulum procellis (inquit) quibus Vticensis „ Ecclesia grauiter impulsabatur, Osbernus, Rector eiusdem, qui magnis curarum „ tumultibus angebatur: & mordaci conscientia, pro Apostolico anathemate, „ quo percussus fuerat, intus affligebatur, consilio consensuque fratrum, D. *Mai-* „ *nerium* Cluniaco reuocauit: & eum Fulcherio, quem Robertus Abbas Priorem „ constituerat, deposito subrogauit. b

a *Ordericus lib. 3. sup. ad ann. 1059. pag. 482.*

b *Idem pag. 485.*

II. Idem *Osbernus*, quendam Ecclesiæ suæ S. *Trinitatis*, in Monte iuxta Rothomagum, Monachum, valdè sapientem & Religiosum, nomine *Vvitmundum*, permissu Abbatis sui, secum adduxit; cuius monitis & auxiliis vsus est, quamdiu apud Vticum vixit. Hinc postea, nimia follicitudine anxius cum esset *Osbernus* Abbas, propter præfatum anathema Apostolicum; & consilio sapientum, decreuisset Legatum Romam mittere, atque Apostolicæ sedis benedictionem humiliter expetere: ipsi *Vvitmundo*, sapienti Monacho, supplices jussit litteras dictare: & *Bernardo*, juueni, cognomento *Matheo*, nobili antiquario diligenter scriptitare: quæ sic incipiunt.

Domino Apostolico, Alexandro, vice B. Petri, totius orbis Patri excellentißimo; quidam Abbas longè positus, nomine Osbernus, cœnobij S. Ebrulfi in Normannica Patria, salutem veram, subjectionem humillimam, & orationem, pro posse, deuotam.

QVoniam ante omnes, & super omnes Ecclesiæ Prælatos, &c. c

c *Extat ibid. pag. 486.*

III. Hanc Epistolam, *Vvillelmus*, Presbyter S. Andreæ de *Escalfoio* detulit, Romæque *Alexandro* Papæ præsentauit. Qua coram Romano Senatu perlecta, & prudenti examinatione diligenter discussa, summus Pontifex, rogante *Roberto* Abbate, qui præsens aderat, *Osbernum* absoluit: & præfatæ Legationis bajulum cum benedictione Apostolica, gaudentem ad suos remisit. *Robertus* enim iam de reditu

Digitized by Google

in Normanniam, propter ferocitatem *Vvillelmi* Ducis diffisus, & in Calabriæ partibus, vt supra diximus, à *Guiscardo*, aliisque Normannis, alienas diuitias vsurpantibus, honorabiliter retentus, mitigato furore, quem contra *Osbernum* prius habuerat: nunc apud Papam, pro eo benignus intercessor existit; quem antea subtiliter accusando, crudeliter impugnauerat. Completa verò legatione, *Vvillelmus* Præsbyter, ad eos, à quibus directus fuerat, prosperè remeauit: & relatis, quæ Romæ viderat, vel audierat, Vticenses lætificauit. d

d *Ibid.*

Securior itaque *Osbernus*, curam Ecclesiæ, quam susceperat, intus & exterius laudabiliter exercebat. Neophytos ad conuersionem, nonnisi quatuor exceperat, propter persecutionum procellas, quas perpessus fuerat; sed illos, quos à prædecessoribus suis susceptos inuenerat, diligenter & vtiliter in sanctis artibus educabat. Hic constituit generale Anniuersarium fieri singulis annis 6. calend. Iulij, pro patribus & matribus, pro fratribus & sororibus omnium fratrum Monachorum Vticensis cœnobij. Pauperes etiam & ægrotos valdè amabat, vt supra diximus: & eorum indigentiæ necessaria largiendo subueniebat. Vnde constituit vt 7. leprosi pro amore Dei perenniter ab Vticensibus alerentur: eisque de Cellario fratrum, panis & potus septem Monachorum quotidiè largiretur: Quod ipse, & *Mainerius*, successor eius; libenter tenuerunt, quamdiu in regimine, vitales auras hauserunt. Sed hæc à *Serlone*, eorum successore, prout voluntas hominum variatur, constitutio postea mutata est; iterumque à *Rogerio*, qui eis successit, ternarius infirmorum numerus in nomine Domini reformatus est. e IV.

e *Idem pag.* 487.

Nec hoc cessit *Osberno* in vanum, imò multùm sibi profuit: creuitque propterea cœnobij res domestica in septuplum. Nam à *Goisfredo Mancello*, fratre Vicecomitis *Huberti*, emit Villam, quæ dicitur *Duclus-Ertu*; *Trunchetum*, & *Maisnilum Roscelini*: quod Dux *Guillelmus* sua charta confirmauit: cui accessit etiam Roberti de *Vvitot* (ad quem præfata loca, antea pertinebant) viri illustris consensus: dùm apud Doueram in Anglia, proximus morti, diem supræmum obiret, cujus nepotes, ipsius hæredes, licet vi & minis conati sint Monasterium his spoliare possessionibus, nunquam tamen, Deo adjuuante, præualuerunt. f V.

f *Ibid. pag* 488.

Præterea, Ernaldus de *Escalfoio*, Vvillelmi *Geroiani*, Vticensis Fundatoris filius, morti approximans, benigna cum deuotione, Religionis habitum sumpsit: deindè peccata sua lugens, & in Deo gaudens, eodem die mortuus est: cuius corpus Vticum delatum, in claustro Monachorum à D. *Osberno* Abbate, & à Conuentu S. *Ebrulfi*, honorificè sepultum est. *Rainaldus* autem, minimus filiorum *Ernaldi*, tribus mensibus ante patris obitum, *Osberno* Abbati traditus est, adhuc quinquennis; & in Vticensi Ecclesia, sub regulari disciplina diligenter educatus est: & à Præfato Abbate, *Benedictus*, dulcedinis gratia, cognominatus est. Cuius Pater, dùm ipsum Deo ad Monachatum obtulit, terram vnius carrucæ apud S. *Germanum* in Parochia *Escalfoij*, S. *Ebrulfo* concessit. Quiquidem puer, 52. annis, sub 4. Abbatibus, per aduersa & prospera, fortiter, laudabiliterque jugum Monachile portauit. g VI.

g *Ibid. pag.* 489. & 490.

Apud *Nouum Mercatum*, versus fines Normanorum & Beluacensium, castrum, quatuor Canonici Ecclesiam S. *Petri* Apostoli possidebant: sed Dei cultum negligenter agebant, vitamque suam multùm sæculariter ducebant. Vndè magnanimus Hugo de *Grentemaisnilio*, medietatem, quæ sibi competebat, Ecclesiæ, Monachis S. *Ebrulfi* concessit, tali tenore, vt dùm morte, vel alio casu quolibet Canonici deficerent, Monachi succederent: quod & ita factum est. Circa idem tempus Richardus de *Heldrici-corte*: nobilis miles, de pago *Vvilcassino*, cùm vulneratus esset, deuouit à modo se militaturum sub Monachili norma, virtutum exercitiis. Quare accersitis Vticensibus Monachis: *Osberni* Abbatis magisterio se mancipauit: & quæcumque jure patrimonij possederat, S. *Ebrulfo*, annuentibus parentibus, spontè contulit. Qui postea, Deo donante, qui peccatores diuersis occasionibus, de barathro perditionis retrahit, aliquantulum conualuit, & ferè septem annis in ordine feruidus vixit, atque pluribus modis Ecclesiæ profecit: atque Ecclesiasticis rebus, pro posse suo, verbis & actionibus instanter deseruiebat. Hunc, nimirum *Osbernus* Abbas, plus alijs diligebat, & in ipso valdè, velut in suo proprio confidebat. Vndè ad nouam Basilicam, quam inchoare disponebat, cu- VII.

ram

VIII ram & impensas, magisteriumque Latomorum ei commendabat. [h] — h Ibid. pag. 491.

Nunc tanti cœnobiarchæ ad vitæ suæ occasum, vergentis, intueamur progressum, ab *Orderico*, sic conscriptum. „ Præfatus Pater, huius Richardi precibus, & „ hortatu, Franciam adijt: & Robertum *Eloquentem*, ac Herbertum de *Serranz*, „ & Fulcoium de *Caldreio*, aliosque milites, & Plebeïos Vilcessinenses, ad sui „ notitiam, dulci colloquio inuitauit. Fundumque *Heldrici-Cortis*, Præfatis „ proceribus, & vicinis annuentibus, & congaudentibus, in dominium S. Ebrulfi „ recepit, indè rediens, in lectum decidit. Post aliquot dies, morbo ingrauescen- „ te, in capitulum venit; & Epistolam, quam Alexandro Papæ misisse eumdem „ supra diximus, palam recitari iussit. Quod ita factum est, vt cunctis manifestum „ fieret; quòd ipse Abbatiam *Roberto* Abbati non surripuisset, sed inuitus, ac vio- „ lentia coactus regimen suscepisset. Denique, fratres hortatu corroborauit: ac „ vt sibi errata indulgerent, suique memores essent, obsecrauit: Sicque data con- „ fessione, ac Sacro-sancta Dominici corporis percepta communione, postquam „ moderamen Vticensis Ecclesiæ quinque annis & tribus mensibus tenuit: sexto „ calend. Iunij, inter manus fratrum Litanias pro eo, piè canentium: obijt. In „ crastinum verò Vitalis, Bernaicensium Abbas, ad tumulandum amicum suum „ accessit, & in claustro cœnobiali, iuxta Ecclesiam S. Petri, Apostolorum Prin- „ cipis, sepeliuit: vndè *Mainerius*, successor eius, ipsum post annos decem & se- „ ptem, cum ossibus Vuitmundi, socii sui, in capitulum nouum transtulit. [i] — i Ibidem.

IX. Et hæc quidem sub ann. 1064. relata sunt ab ipso *Orderico*: quæ *Gemeticensis* breuiter in ann. 1065. reiecit. „ Eodem anno (inquit) D. Osbernus Abbas, „ postquam cœnobio S. Ebrulfi, quinque annis, & duobus mensibus, præfuit: vir „ bonus, & de subjectis sibi sollicitus, sexto calend. Iunij obijt. [k] At si temporum Epochas spectemus, profectò, rationi Chronologicæ conuenire id assertum minimè reperiemus: cùm Robertus Abbas, anno 1063. sexto calend. Februarij, Vticum deseruerit: & eodem anno Osbernus Abbas in eius locum institutus, quinque annis, & quod excurrit præfuerit: quibus simul iunctis; *Osbernus* solùm rexisset, duobus vel tribus annis, defunctus, ann. 1065. vel id tempus excessit, migrauitque ad Dominum anno MLXVIII. non autem MLXV. (vt intuenti patet) vel MLXVI. [l]

k Gemeticens. lib. 7. cap. 32.

l Ordericus sup. ad ann. 1066. pag. 494.

Mainerius Abbas 4. Vticensis instituitur, cuius tempore, cœnobium Vticense mirum in modum illustratur, viris spectatæ nobilitatis, Monachis probatæ virtutis, & possessionibus non modicis: noua Basilica extruitur, & Dedicatur: tumque Mainerius fœliciter expirat.

CAPVT X.

I. INterim, Guillelmus 2. *Nothus*, Normaniæ Dux, expeditionem naualem parabat in Angliam, vt eam suo subjugaret imperio, ann. 1066. quare Monachilis Conuentus Vticensis, de substituendo successore Abbate, Ducem, antequam transfretaret, requisiuit. At ille, apud *Bonam-villam*, indè cum proceribus suis consilium tenuit: hortatuque *Hugonis*, Lexouiensis Episcopi, & aliorum sapientum, *Mainerium*, Priorem elegit; eique per Pastoralem baculum, exteriorem curam tradidit, & prædicto Antistiti, vt ea, quæ sibi de spirituali cura competebant, suppleret, præcepit: qui mox Principi annuens, omnia libenter compleuit. [a] „ Venerandus Hugo Episcopus (ait Ordericus) „ magnanimum Dei clientem *Mainerium*, iussu Ducis, Vticum adduxit: eumque „ secundum statuta Canonum, ante Altare S. Petri Apostoli 17. calend. Augusti

a Ordericus lib. 3. ad ann. 1066. pag. 494. Gemeticensis lib. 7. cap. 38. Cœnalis ex Roberto de Monte sup.

,, benedixit. Ille autem suscepto nomine Abbatis, & onere, laudabiliter vixit, &
,, susceptum regimen 22. annis & 7. mensibus, vtiliter tenuit, multisque modis
,, Monasterium sibi commissum, intus & exterius, juuante Deo, emendauit. Fra-
,, tres autem benigniter sedauit, solertia & ratione; qui aliquantulùm turbati
,, fuerant in eius electione. Duos enim Monachos, qui religione, geminaque scien-
,, tia pollebant, Rainaldum scilicet de *Rupe*, & Fulconem de *Vvarlenuilla*, ad sui
,, regimen elegerant: ideóque ab eo, qui per Pontificem, & vicinos, sine illorum
,, consensu, præferebatur, non modicum desciuerant. Sæpè in huiusmodi nego-
,, tio, per deteriores oriri solet turbatio. Nam, dùm improbi suam violenter præ-
,, ponere sententiam nituntur: regularis ordo, saniusque consilium, multoties im-
,, pediuntur. Omnipotens verò Deus Ecclesiam suam in omni pressura potenter
,, protegit, & errantes corrigit: ac necessarium solamen sicut vult, & per quos
,, vult, clementer porrigit. Eius itaque prouidentia, præfatum *Mainerium* (vt
,, postea liquidò patuit) ad gubernandum Vticense cœnobium, quod in sterili
,, rure, inter nequissimos compatriotas situm erat, promouit. Erat enim de con-
,, tiguo castello, quod dicitur *Escalfoium*, oriundus, Grammatica, Dialectica &
,, Rethorica affatim imbutus: ad resecanda vitia solers & seuerus, ad inserendas
,, & intimandas fratribus virtutes feruidus. Obseruator Monastici Ordinis assi-
,, duus, commissi sibi viam vitæ monstrabat verbis & operibus: multorumque ad
,, operandum in vinea Domini Sabbaoth, incitator factus est; & præuius, comes-
,, que sollicitus. b

b Ibid. & lib. 5 ad ann. 1081. pag. 574.

,, Porrò, nonaginta duos Monachos ad agendũ opus Dei prudenter in eius ouile II.
,, locauit: & qualiter ibidem se habere debere studiosè instituit. Basilicã vero no-
,, uam, domosque Monachis necessarias construere cœpit: Deoque opitulante, sat
,, eleganter in regione deserta consummauit. Bona fama Religionis eorum, Vti-
,, censes vbertim nobilitauit: & multos potentes atque mediocres ad eorũ amorẽ
,, prouocauit. Plures ad eos cucurrerunt, vt eis societate necterentur: & benefi-
,, ciorum participes erga Deum fieri mererentur. Dabant terrena; vt à Deo reci-
,, perent cœlestia. Quidam amore Dei feruentes, sæculum relinquebant, & res
,, suas juxta Regulæ statutum, Monasterio tradebant: & amicos ac parentes suos,
,, ad simile propositum, monitis & precibus compellebant. Ex his fuerunt Roge-
,, rius de *Sappo*, & Odo, frater eius, Serlo de *Orgeriis*, & Razso, Ilberti filius, Odo
,, Dolensis, Goisfredus Aurelianensis, Ioannes Remensis, aliique plures littera-
,, rum peritia instructi, & Deitatis ad cultum idonei. Nonnulli generositate pol-
,, lebant: & exterioribus curis in rebus Ecclesiasticis vigebant. Nam Drogo fi-
,, lius Goisfredi de *Nouo Mercato*, & Rogerius Erneisi de *Coluncis* filius, nepos Guil-
,, lelmi de *Garenna*; & Ernaldus Hunfridi de *Telliolo* filius, nepos ex sorore Hugo-
,, nis de *Grentemaisnilio*; & Goisbertus, medicus, curiales erant: & procuratione
,, sua, terras, & Ecclesias, Decimasque fratribus suis acquirebant. His profectò
,, adjutoribus vsus est Mainerius: & per eos creuit Ecclesia commodis, rebus, &
,, bonis habitatoribus. c

c Ibid. pag. 574.

Præfatus Abbas Mainerius, Fulconem de *Garlenuilla*, virum solertem & ido- III.
neum, ad regendam domum sibi socium elegit: illique præposituram Monasterij
sui commisit. Hic nempe *Fulconis*, Decani Ebroïcensis filius fuit, & in ordine
flagrans, Abbatem suum diligenter in omnibus adiuuit: patrem quoque suum,
magnamque patrimonij sui partem Ecclesiæ suæ attraxit. Patrem igitur ad me-
liorem frugem extulit: jamque silicernius, consilio monituque Fulconis filij sui
Vticum confugit, & Monachatum impetrauit. Quo tempore, Ecclesiam de *Gar-
lenuilla*, & terram ad eam pertinentem, S. Ebrulfo dedit: aliamque terram simili-
ter donauit, quam in eadem Villa *Hugo*, Bajocensis Episcopus, ei dederat, quam-
que idem diu à Guillelmo *Osberni* filio, nepoti præfati Præsulis tenuerat. Cæteras
autem præcipuas possessiones pia elargitione fidelium erogatas, eidem Vticensis
Ecclesiæ, diligenter *Ordericus* ibidem diligenter percurrit: vt eis vtentes, sciant à
quibus, vel quo tempore datæ sint, vel prætio comparatæ: eas verò vsurpantes, vel
injustè rapientes, ac detinentes, rationem reddant hic, vel in futuro, coram distri-
cto iudice. d Vbi notantur initia, seu fundationes Prioratuum, de *Noron*: e de
Maulia,

d Idem à pag. 574. ad vsque eiusdem libri finem. Item libro 6. à pagina 597. & seq. Item lib. 8. ann. 1088. pag. 669.
e Ibid. lib. 5. pag. 583. & seq.
f Ibid. pag. 587. &c.
g Idem lib. 6. pag. 604. & seq.
G Ordericus lib. 11. ad ann. 1107. pag. 834.

Digitized by Google

Maulia, f *Alfagia* : g & *Nogionis*. G

Porrò, Ecclesiam Abbatialem nouam curauit extruendam : pro cuius rei intel-
IV. ligentia, sciendum venit : Robertum de *Grentemaisnilo*, Vticensem 2. Abbatem, anno sui Regiminis primo, scilicet 1060. quia vetus Ecclesia, à S. Ebrulfo constructa, parua, & rusticani operis erat, ingentem Basilicam, insigni artificio cœpisse; quam in honore S. Dei genitricis Mariæ erigere multisque sanctorum altaribus, ampliare decreuit. Nam propter sanctorum Reliquias, quæ in ea veteri Ecclesia S. Ebrulfi temporibus reconditæ sunt, sed eorum nomina, vel gesta, ceu loca depositionis, pro antiquitate ignorantur ab his, qui supersunt : disposuit nouam ædem tam magnam facere, vt vetustam omninò circumdaret, & ossa, seu Mausolea sanctorum, quæ ibidem latent, semper honorificè contineret; at procellis tribulationum incumbentibus, cessare ab incœpto opere coactus est, quod nullus successorum eius, ea mensura, vel ordine, ceu loco, quo ipse destinauerat, prosequi ausus est. [h] Osbernus itaque eius successor, Abbas 3. Vticensis, hanc nouam Basilicam inchoare disponens, curam, & impensas, magisteriumque latomorum, commendauerat Richardo de *Heldrici-corte*, militi nobilissimo, ex Vvilcassino oriundo, postea Monacho Vticensi probatissimo. [i] Quo in opere multum insudauit. Huiusce rei verò progressum Ordericus, sic late describit : sub Mainerio Abbate 4. (cui Diuina prouidentia illud opus reseruauerat) qui nouam hanc Ecclesiam, omnesque domos Monachis congruas, Deo iuuante, & temporis fœlicitate fauente, construxit. [k]

h *Vide sup. cap. 7. §. 7.*

i *Sup. cap. 9 § 7.*

k *Gemeticensis lib. 7. cap. 32. Ordericus lib. 5. ad ann. 1081. pag. 574.*

„Hic cœpit nouam Basilicam in honore S. Mariæ, matris Domini, & S. Pe-
V. „tri Apostoli, ac sancti Ebrulfi Confessoris; ibique septem altaria sunt, in honore Sanctorum consecrata Diuinæ majestati. Vetus enim Ecclesia, quam „S. Ebrulfus, *Hilperico*, & nepote eius *Hildeberto*, sceptra Francorum gestantibus, „Apostolorum Principi construxerat, antiquitate, magna ex parte diruta erat; „nec Conuentui Monachorum, qui quotidie augebatur, sufficiebat. Porrò, ædificium de lapidibus apud Vticum condere valde laboriosum est; quia lapidicina „*Merulensis*, vndè quadrati lapides aduehuntur, ad sex milliaria longè est. Maxima ergò in colligendis equis, & bobus, & plaustris, difficultas instabat procuratoribus : per quos congeries lapidum, aliique ad tantum opus agebantur apparatus. Præfatus itaque Abbas, omni tempore regiminis sui non quieuit; sed „multarum rerum sollicitudine anxius, subjectis & posteris affatim profecit. Ecclesiam namque claram & amplam, Deique seruitium liberè celebrantibus „aptam : Claustrum & Capitulum; Dormitorium, & Refectorium : Coquinam, „& Cellarium : aliasque Officinas competentes vsibus Monachorum, auxiliante „Deo, perfecit, cum subsidio & largitione fratrum & amicorum. *Lanfrancus* enim „Archiepiscopus, dùm Dedicationi Cadomensis Ecclesiæ, anno scilicet 12. post „Anglicum bellum, interfuit; Mainerio Abbati, 44. libras Anglicæ Monetæ, „& duos auri marcos erogauit : & postmodum de Cantia, per D. Rogerium de „*Sappo*, qui sibi, pro scientia litterarum, notus & amicus erat, 40. libras Sterlingensium misit. His igitur datis, Ecclesiæ turris erecta est; & Monachile dormitorium constructum est. *Mathildis* verò Regina, prætiosam infulam dedit, & cappam, ad Dei seruitium : & centum libras Rodomensium, ad agendum Tricorium. „Vvillelmus autem de *Ros*, Bajocensis Clericus (qui in eadem Ecclesia triplici „erat honore preditus : Erat enim Cantor, & Decanus, & Archidiaconus) „quadraginta libras Sterlingorum dedit Vticensibus : qui non multò post, sæculi „pompas spontè relinquens, Cadomensis Monachus factus est : & indè priusquam vnum annum in Monachatu proficeret, ad Fiscannensis cœnobij regimen „assumptus est. Nomen eius pro multis beneficiis, quæ Vticensibus contulit, in „Rotulo generali scriptum est : & pro ipso missas, & orationes, & eleemosynas, „sicut pro Monacho Professo prorsus agi statutum est. Plurimis itaque fautoribus nouæ Basilicæ fabrica sublimata est; & incœptum opus, tam Ecclesiæ, „quàm domorum honorabiliter consummatum est. [l]

VI. Tum denique, ann. 1099. *Vticensis Ecclesia S. Ebrulfi Abbatis, idus Nouembris Dedicata est.* [m] Huic solemnitati, inter alios proceres Normaniæ, adfuit Guillelmus,

l *Ordericus lib. 3. ad ann. 1066. pag. 494*

m *Idem lib. 5. ad ann. 1080. pag. 568.*

Bretolij Dinasta, Pontisque S. Petri Dominus. [n] Vir Illustrissimus: qui Vticense cœnobium valdè dilexit, & plura illi beneficia, pro animabus parentum suorum, contulit. Nam textum Euangeliorum, auro argentoque, & lapidibus ornatum, per Rogerium Monachum de *Sappo*, transmisit: & omnia quæ homines sui, sancto Ebrulfo dederant, seu vendiderant, concessit. Centum etiam solidos de Theloneo suo de *Gloz*, per singulos annos modò annuit, & charta sua coram optimatibus suis gratanter confirmauit. [o] „Denique (ait Ordericus) anno ab Incarnatione Do„mini 1099. Indictione 7. sæpè dictus Guillelmus Dedicationi Vticensis Eccle„siæ interfuit: & centum solidos de redditione census de *Gloz*, centum solidis, „quos antea S. Ebrulfo dederat, adjecit: & in præsentia trium Episcoporum, „& quinque Abbatum, totiusque populi cum clero astante; donationem super „altare, adhuc Sacrosancta consecratione madidum deposuit. [p] Porrò, *Mainerius* Abbas, iudex adest vnà cum *Roberto* Sagiensi Abbate, super contentione inter Abbatem Gemeticensem, *Gontardum*, & *Fulconem* S. Maximini, Aurelianens. Abbatem, ann. 1086. qua de re inferius, cap. 16. §. 4. Abbatiæ Gemeticens.

Præterea, idem Abbas, ann. 1087. interfuit, vnà cum aliis Prælatis, exequils VII.
Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, & Angliæ Regis Conquisitoris, apud Cadomum sepulti, in Ecclesia Abbatiali S. Stephani, Prothomartyris, quam ipse fundauerat. [q] Demùm ipse Mainerius migrauit ad Christum 2. nonas Martij, ann. 1089. postquam 22. annis, & mensibus septem, Vticense Monasterium piè, prudenterque gubernasset. Nam cùm, Episcopali benedictione, in Abbatem sit euectus ann. 1066. die 16. Iulij (vti superius vidimus) & susceptum regimen annis 22. ac septem mensibus (iuxta *Ordericum*) tenuerit: [r] atque sexta die Martij obierit: [s] fateri necesse est, animam exhalasse, ann. 1089. seu 1090. juxta recentiorem temporis calculum. Visus est pœnis subjacere Purgatorijs, ann. 1091. mense Ianuario, à Sacerdote *Gualchelmo*, in villa *Bonavallis*. *Multos nimirum magnæ æstimationis ibi Præsbyter se vidisse retulit, quos humana opinio sanctis in cœlo iam conjunctos astruit. Hugonem nempe vidit Lexoniensem Præsulem, & Abbates præcipuos, Mainerium Vticensem, atque Gerbertum Fontinellensem, aliosque multos, quos nominatim nequeo recolere.*[t]

n Idem lib. 6. ad ann. 1089. pag. 681.

o Idem lib. 6. ad ann. 1081. pag. 576.

p Ibid. pag. 577.

q Idem lib. 7. ad ann. 1087.

r Idem lib. 3 ad ann. 1066 pag. 494.

s Gemeticensis sup.

t Ordericus lib. 8. ad ann. 1091. pag. 694.

Digitized by Google

Serlo, cænobiarcha 5. Vticensis deligitur: qui exindè paulò post ad Pontificalem sedem Sagiensem assumitur: in cuius locum subrogatur Rogerius de Sappo: qui inter prospera & aduersa insigniter eluxit: Benedicitur tandem ab Episcopo Lexoniensi: & Abbatialis Ecclesia, solemni ritu Dedicatur: cuius possessiones ac redditus confirmauit Rex Anglus.

CAPVT XI.

I. MAinerius itaque mundo valedicens. *Vticensis Abbatiæ regimen elegantissimo Serloni, peritia scripturarum, & eloquentia pollenti, reliquit: qui post duos annos, & tres menses, Præsulatum Sagiorum, Dei gratia suscepit.* [a] Cùm autem Gislebertus de S. *Scholastica*, filius Ingenulfi de *Aquila*, eques nobilissimus, occisus fuisset, ann. 1091. de exequijs eius actum est: *In crastinum autem bissextili die, corpus eius, ad S. Sulpitium delatum est: ibique cum parentibus suis, à Gisleberto Episcopo Ebroïcensi, & Serlone Vticensi Abbate, cum multorum luctu tumulatus est.* [b] Ille locus, Monasterium erat Monachorum, quod *Ingenulfus* præfatus, Pater eius, in sua possessione construxerat in honore S. *Sulpitij*, Præsulis Bituricens. vbi paulò ante ann. 1085. frater suus, *Richerius*, similiter occisus, sepulturam nactus fuerat ab eodem *Gisleberto* Episcopo. [c]

II. Tandem *Serlo* Abbas, ad Episcopatum Sagiensem, licet valdè renitentem, assumptus est, ann. 1091. & 10. calend. Iulij solemniter Rothomagi consecratus per D. Guillelmum Metropolitam, in Ecclesia Cathedrali S. Mariæ Virg. Deiparæ. [d] Horum omnium meminit *Ordericus*, de seipso, hæc scribens. „Idibus Martij cum „16. essem annorum, jussu Serlonis Electi, Gislebertus Lexouiensis Præsul ordi„nauit me subdiaconum; deindè post biennium 7. calend. April. Serlo, Sagiensis „Antistes, mihi stolam imposuit Diaconi: in quo gradu 15. annis libenter mini„straui. [e] Itaque *Serlo*, quintus extitit Abbas à reparatione Vticensis cœnobij: Nam.

1. *B. Theodoricus.*

2. *Robertus de Grentemaisnilo.*

3. *Osbernus.*

4. *Mainerius.*

5. *Serlo, omittitur à Roberto de Monte.*

6. *Rogerius de Sappo.* [f] *ann. 1091.*

III. DE ipsius Electione sic loquitur idem *Ordericus*. „Vticensis autem Abbatia, „postquam præfatus Rector suus, Episcopatum suscepit: de Pastore sollicita, „prædictum Pastorem suum 12. calend. August. accersit: factoque triduano jeju-

a *Gemeticens. lib. 7. cap. 32.*

b *Ordericus lib. 8. ad ann 1090.*

c *Idem lib. 7. ad ann 1085. pag. 649.*

d *Idem lib. 8. ad ann. 1091. pag 697.*

e *Idem lib. 13. in fin.*

Robertus de Monte sup.

f *Canalis Tom. 5. Hierarchia Eccles. Neustria in Abbat. Vticens.*

Digitized by Google

,, nio, de eligendo Abbate tractare cœpit. Affuerunt etiam tres Abbates, Fulco
,, Diuensis, Arnulfus Troarnensis, & Radulfus Sagiensis. Lecta autem lectione,
,, de ordinando Abbate, secundum Regulam S. Benedicti: elegerunt D. Roge-
,, rium de *Sappo*, Monachum eiusdem cœnobij, qui simplicitate pollebat, & peri-
,, tia litterarum, multaque honestate & bonorum dulcedine morum. Tunc Her-
,, manus Prior, & Ernaldus de *Telliolo*, aliique plures, cum ad curiam Ducis du-
,, xerunt, sed in Normania non inuenerunt. Clandestinis enim factionibus, qui-
,, bus transmarini contra pacem & securitatem Regni moliebantur, subito auditis;
,, ambo fratres de Neustria in Angliam ex insperato transfretauerant, miranti-
,, bus cunctis. Tunc Hermanus ad domum regendam, Vticum regressus est: &
,, Ernaldus cum electo Abbate, Principes Regni per mare, secutus est. Peruenien-
,, tes autem in villam Regiam, quam *Vvindresorias*, dicunt; electionem Monachi-
,, lem Conuentus, cum authoritate Sagiensis Episcopi, triumque Abbatum, Du-
,, ci ostenderunt. At ille assensum gratanter dedit: & præfato Rogerio, per ba-
,, culum Pastoralem, (vt eo tempore moris erat) cœnobij curam in exteriori-
,, bus rebus commisit: apicibusque suis, Lexouiensi Episcopo, vt eum, in omni-
,, bus Canonicè proueheret, mandauit. Guillelmus quoque Rex eumdem Mo-
,, nachum, tunc ibi benigniter asciuit: & omnia, quæ pater suus, proceresque
,, eius, Vticensi Ecclesiæ, olim dederant, concessit, & Regali authoritate, in carta
,, firmauit. Peractis itaque pro quibus ierat Rogerius, Vticum 15. calend. Ianua-
,, rij rediit: & à fratribus honorificè susceptus, 34. annis Abbatiæ præfuit. g

g *Ordericus lib. 8. fine. pag. 697. & 698. Brynus lib. 2. Histor. Comit. Vticens. cap. 16. pag. 90.*

,, Hic centum & quindecim Discipulos ad Monachatum suscepit: quorum vi- IV.
,, tam nobilis fortuna variabiliter agitauit. Nam quidam eorum virtutibus flo-
,, rentes, ad supernæ vocationis brauium, Deo iuuante, peruenerunt. Nonnulli
,, verò insidiante Sathana, in cœnolentam vitiorum voraginem relapsi sunt: à
,, iusto recepturi judice, quod meruerunt. Sex nimirum ex his, quos venerabili
,, Rogerio subjectos diximus, Abbates vidimus; id est, *Guarinum Sartensem*, *Gode-*
,, *fridum Aurelianensem*, *Gislebertum Glotensem*, *atque Robertum Prunerienfem*, *Guillelmum*
,, *Bassum*, *Ludouicum*. Guarinus enim magistro successit, & Vticensis Ecclesiæ re-
,, gimen pluribus annis tenuit; Robertus autem *Prunerienfis*, *Torneiese* cœnobium
,, in Anglia strenue gubernauit: *Goisredus* verò *Aurelianensis*, *Crulandensi* Ecclesiæ
,, ferè 15. annis præfuit. Et *Guillelmus Bassus* Holmiense Monasterium, S. Benedi-
,, cti diu rexit. Porrò, *Ludouicus*, judicio majorum, expulsis Canonicis de *Balche-*
,, *riuilla* primus Monasticum ordinem cum 10. Monachis cœpit, in S. *Georgij* mar-
,, tyris, Basilica. *Guillebertus* verò, de *Glotis*, vir nobilis & facundus, *Lyrense* cœ-
,, nobium ferè 10. annis rexit, & in multis emendauit. Vticenses itaque Mona-
,, chi de penetralibus Monasterij regulariter extracti sunt, & ad plurimorum emo-
,, lumentum in culmine prælationis sublimati sunt: vt dùm quasi lucernæ super
,, candelabrum lucerent, cupientibus ingredi domum Domini, per semitam iusti-
,, tiæ aditum salutis ostenderent, sed exteriorum perturbationes rerum, quæ per de-
,, sidiam, seu nequitiam sæcularium principum fiunt: Ordini Ecclesiastico, & ri-
,, gori Monastico multotiens impedimento sunt: quod omnes, qui in Normania,
,, vel confinio eius, Religioni seruire concupierunt tempore Roberti Ducis, &
,, Philippi Regis Francorum nimis experti sunt. h Anno 1090. interest funeri *Gis-*
leberti de Aquila.

h *Ibid. Ordericus pag. 698.*

Interfuit, ann. 1092. susceptioni Reliquiarum S. *Nicolai*, Myrrheorum Archie- V.
piscopi; quas vir illustris, in Normanniam attulerat: teste Orderico. ,, Anno ita-
,, que Dominicæ Incarnationis 1092. Indictione 15. Dens Almi Confessoris Ni-
,, colai, cum aliis sanctorum Reliquiis à Guillelmo *Pantulfo* de Apulia delatus est,
,, & in Basilica *Noromensi*, in honore S. Petri, prisco tempore, condita, honorificè
,, susceptus. Ad hanc vtique susceptionem, *Rogerius* Vticensis Abbas, & *Radulfus*,
,, tunc temporis, Sagiensis Abbas, sed postmodum Cantuariensis Archiepiscopus,
,, accersiti sunt? & cum ingenti studio Monachorum, ac tripudio laïcorum, san-
,, ctas Reliquias mense junio susceperunt: & in argentea pixide, à supradicto mili-
,, te liberaliter parata, diligenter coaptauerunt. Frequenter à multis febricitanti-
,, bus, & ab alijs ægrotantibus, sæpè dicta pignora requisita sunt: meritisque almi
,, Præsulis Nicolai, piè postulantes optatam sanitatem adepti sunt. i

i *Vide, in Ebroicensi 15. Episcopo cap. 27. §. 7. Apud Neustriā Christian.*

VI. Anno 1094. multa passus est Rogerius Abbas, à Bellismensi Comite Roberto: iuxta eumdem *Ordericum*: „ Bellesmensis munio, nouum castellum totis nisibus „ destruere studuit: & pagenses de omni potestate sua & vicinitate, ad angariam „ cœptæ dejectionis compulit. Et quia homines S. Ebrulphi, ad dissipationem „ non affuerunt, quia ditioni eius subdi minimè debuerunt; vehementer contra „ Monachos intumuit, & per vnum annum ingentia damna eis intulit. Homines „ S. Patris Ebrulphi ad suorum opera castrorum violenter cogebat: diffugentium „ verò prædas diripiebat, & ipsum cœnobium se destructurum crudeliter minabatur, nisi omninò sibi vt Domino in omnibus manciparentur. Denique in tantum creuit eius vesania: vt penè omnes Ecclesiasticæ possessiones, in vicinio, „ eius depopularentur insolentia. Vnde Monachi claustrales graui arctati sunt „ penuria: & Rogerius Abbas compulsus est Guillelmi Regis subsidium deposcere „ in Anglia, ad vsus egenorum, quibus tyranni depopulatio alimenta sustulerat „ necessaria. Aliis quoque Dei famulis, qui sub eo, vel in eius vicinio, crudeliter „ imminebat, &c. k Idem lib. 7. ad ann. 1087. pag. 654

VII. Tunc, eodem anno 1098. Hugo de *Grentemaisnilo*, inclytus Heros in Anglia, decidit in lectum: & infirmitate tractus vltimis appropinquauit. Tunc à *Goifredo* Aurelianensi, Vticensium Priore, quem Rogerius Abbas, pro tutella eiusdem in Anglia jampridem dimiserat, Monachatum suscepit: sextoque postmodum die, octauo scilicet calend. Martij, obijt. Indè Bernardus & Dauid, Vticenses cœnobitæ, cadauer illius salitum, & corio Bouino optimè consutum in Normanniam conduxerunt: quod Rogerius Abbas, & Conuentus Monachorum, in capitulo Vticensi, secus *Mainerium* Abbatem, in Australi plaga honorificè tumulauit. Illic namque ante septem annos, Adeliza eiusdem optimatis vxor, Rothomagi, 5. Idus Iulij, defuncta, ad dexteram ipsius *Maineri* Abbatis, sepulturam nacta fuerat. [l] l Idem lib. 8. ad ann. 1094. pag. 707

VIII Cùm Episcopo Lexouiensi jurgium etiam habuit: propter quod absque benedictione Pontificali, toto præcedenti tempore Vticensi cœnobio præfuit: cuius dissidij causam idem *Ordericus* sic commemorat. „ Gislebertus, Lexouiensis Episcopus, à Monachis Vticensibus multoties requisitus fuit: vt Abbatem suum be„ nediceret. Quod ille renuit agere: nisi Abbas sibi Chyrographum Canonicæ „ professionis exhiberet. Inter eos indè mutua per decem annos altercatio perdu„ rauit: & neuter vinci patiens, trophæum quisque sperauit. Nam *Serlo*, qui post „ *Mainerium*, ad Abbatiæ regimen electus fuit, cœnobitis, duobus annis, sine „ benedictione, præfuit: quia insolitam Vticensi Ecclesiæ professionem facere re„ cusauit. Similiter *Rogerius Sappensis*, plusquam septem annis, fratribus præfuit: „ sed Episcopo pertinaciter persistente in suo sensu: Pastoralem cambutam non „ portauit. Qua de re Regalis potestas à monachis requisita jure præualuit: & per„ tinaci Episcopo imperauit, vt mores, quos Antecessores eius, in Normania, „ sub Patre suo tenuerunt, obseruaret, & Abbatem, sine alicuius nouitatis exa„ ctione, consecraret. Iussio Regis ab inuito Præsule concessa est: & pristinus „ mos cœnobio confirmatus est. Radulfus, Abbas Sagiensis, electum fratrem „ Lexouium duxit: & Electionem vice monachilis Conuentus dictauit. Robertus „ autem Sagiensis monachus, scriptor eximius, cartam cònscripsit; & Herluinus, „ Episcopi Capellanus, cunctorum in Audientia, clero silente, sic recitauit. Ibidem pag. 716.

Christus assistens Pontifex, & Pastor Ecclesiastici gregis, & Pastorum, sicut suum ex mortalibus continua successione perpetuum efficit gregem; ita cùm sit virtus & sapientia Dei, etiam Pastoralem ipsa perpetuitate, continuat ordinem, plures constituens Sacerdotes, eo quòd morte prohibeantur permanere. Quorum consecrationem, per ministerium Episcoporum, spirituali benedictione à Deo fieri non dubitamus: nihilominus & electionem, per ora subditorum, eodem Spiritu sancto dispensari certum tenentes. Quocirca B. *Ebrulfi* congregatio vnanimis, exempla sequens, traditionesque Apostolicas, post discessum Patris nostri *Mainerij*, Patre quoque nostro D. *Serlone*, in Episcopum assumpto, Diuina præeunte misericordia, in Abbatem elegimus D. *Rogerium*, fratrem nostrum, conuersatione cognitũ, professione conjunctũ; præsentia & suffragijs egregiorum suffulti, præfati videlicet, Episc. *Serlonis*, Abbatis Beccensis *Anselmi*, Sagiensis *Radulfi*, Troar-

nensis *Arnulfi*, & cæterorum; cum quibus, quantum videre sufficimus, ex instructione Apostoli, honestatem personæ contemplantes, virum assumimus Catholicum, Diuina lege eruditum, castum, sobrium, humilem, mansuetum, misericordem, beneficum, & cæteris Pastoralibus conuenientiis præditum. Hunc itaque electum Diuinæ majestati consecrandum offerentes, Præsuli, nostro, Lexouiensi *Gisleberto* præsentamus, Pontificalem Ecclesiastico more postulantes consecrationem, & Canonicam benedictionem. ,, Hac itaque Monachorum electione diligenter perlecta, & tam à Præsule, quàm à clero gratanter suscepta: *Rogerius*, in ,, Decollatione S. Ioannis Baptistæ Abbas consecratus est, & in crastinum à fratribus Vtici honorificè susceptus est. n anno scilicet 1099.

n Idem lib. 10. ad ad ann. 1099. pag. 776.

o Cap. 10. sup. §. 6.

Diximus superius, Abbatialem Ecclesiam Vticensem fuisse Dedicatam ann. 1099. o Cuius cœremoniam sigillatim explicat idem *Ordericus*: Hæc subdens. ,, Ipso die, dum fratres ad colloquium in claustro sederent, & plurima subtiliter ,, indagantes, vicissim conferrent: inspirante Deo, vt æstimo, de Vticensis Ecclesiæ Dedicatione, orta est confabulatio, & ingens ardor id agendi omnibus creuit multiloquio. Tandem gaudentibus amicis, & confortantibus, consilium ,, diffinitum est: Deoque juuante, Basilica idus Nouembris, Dedicata est. Hoc ,, officium tres Episcopi celebrauerunt. *Gislebertus* enim Lexouiensis, consecrauit ,, principalem aram, in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Petri Apostolorum Principis, ac S. Ebrulfi, Confessoris: & *Gislebertus* Ebroicensis, Altare ,, ad austrum in honore omnium Apostolorum. *Serlo* autem Aram, in honore omnium martyrum. Sequenti verò die, *Serlo* Crucifixum benedixit, & altare illius, ,, in honore S. Saluatoris, sanctique Ægidij Confessoris: Et *Gislebertus* Ebroicensis, ,, Aram matutinalis Missæ, in honore omnium Sanctorum. Denique 17. Calend. ,, Nouemb. *Ebroicensis* Heros, ad meridiem, altare in honore omnium Confessorum sanctificauit: & completa missæ celebratione, in Capitulum venit, & sanctis exhortationibus, piisque precibus, & benedictionibus, fratres in Dei cultu corroborauit, in fine verò eiusdem anni, *Serlo* Sagiensis, aram in æde Septentrionali 11. Calend. Ianuar. dedicauit in honore omnium Virginum. Sic septem ,, altaria, certis diebus, reuerenter, à tribus Episcopis dedicata sunt: & gloriosis ,, ordinibus sanctorum, Ecclesiastico more, ad laudem Dei, distributa sunt: qui ,, eidem sancto sanctorum in cœlesti Regno perpetualiter gaudentes assistunt. p IX.

p Ordericus lib. 10. sup. pag. 776. & 777. Gallia Christiana in ead. Abbatia.

,, Ad hanc Dedicationem multi Normannorum proceres adfuerunt: & ex vtroque Ordine, Deo fideles orationum suarum libamina obtulerunt. Guillelmus ,, enim Abbas *Beccensis*; & Radulfus, *Sagiensis*; & Arnulfus, *Troarnensis*. Et Goisfredus *Constantiniensis*, & Richardus de *Angeriuilla*, & Guillelmus de *Glanuilla*, ,, Etardus, & Guillelmus *Ebroicensis*, Hugo, *Safredi* filius, & Guillelmus de *Arenis*; Archidiacones, & Decani, aliique honorabiles Clerici affuerunt: & cum ,, Episcopis suis Diuinæ seruitutis ministerium solemniter compleuerunt. Tunc ,, Guillelmus de *Britolio* eidem Ecclesiæ de redditibus *de Gloz*, decem libras singulis ,, annis dedit. Robertus etiam de *Grentemaisnilo* Ecclesiam S. *Samsonis*, apud *Montem* ,, *Calueti* majorem; terramque vnius carrucæ, dedit: Decimamque mundinarum ,, eiusdem villæ, & molendini, ac nemoris, Deo concessit. Gislebertus verò de ,, *Aquila*, medietatem *Aquilæ villæ*, ita S. Ebrulfo concessit; vt *Richardus* miles eam ,, exindè, sicut de præfato milite tenuerat, de Monachis teneret. Alteram quippe ,, partem dono Richerij patris eiusdem, in Dominio jamdudum possidebant. Radulfus quoque de *Condiis*, *Caldeconta*, & *Aluuintonam*, quæ in Anglia sunt: & tres ,, Agripennas vinearum, de *Toenia*; & quicquid apud *Garlenuillam* habebat: & ,, sex hospites in tribus villis suis, S. Ebrulfo concessit: & ea quæ homines sui ,, dederant, gratanter annuens confirmauit. q X.

q Ibid. pag. 777.

Præterea: ann. 1113. Henricus Rex Angliæ, Vticum veniens, festum Purificationis sanctæ Dei genitricis Mariæ magna cum hilaritate celebrauit: & omnia, quæcumque Abbatia Vticensis, possidebat, sua charta confirmauit: cui & subsignarunt cuncti optimates ac proceres: vt sic tandem cupidi hæredes coercerentur: qui singulis annis eleemosynas parentum suorum diripiebant, & cum magno rerum Ecclesiasticarum detrimento, Monachos crebrò placitare cogebant: quo expleto, Rex, data copiosa largitione, discessit. r Paulò antea, scilicet, anno 1107. XI.

r Idem lib. 11. ad ann. 1113. pag. 840

Guillelmus,

Digitized by Google

Guillelmus Comes Ebroicensis, fundauit Prioratum sancti Martini de *Noione*, super Andelam, vbi per Rogerium Vticensem Abbatem, duodecim ablegati sunt Monachi, qui sibi præfecerunt Priorem Robertum *Prumeriensem*, Henrici de *Prumery*, viri illustris filium, postea Abbatem in Anglia: sed hodie dirutum, in cuius loco consurgit castrum *Caroli-Vallis*: ab ann. 1570.[f] *Charles-val.*

[f] *Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 140. 493 Apud D. Bigot Senator. Rothomag. Cartularium Vticense fol. 178. Ordericus pag. 830. & 835. sup.*

Rogerius, ætate, variisque grauatus ærumnis, sponte abdicat se cœnobiarchatu; cui Guarinus de Sartis, Abbas 7. sufficitur: sed qui prior Vticum rexerat Rogerius, citiùs cucurrit ad occasum: quem postea Guarinus secutus est in cælum.

CAPVT XII.

I. Circa hæc tempora, nempe, ann. 1123. Rogerius, Vticensis Abbas, æuo & ægritudine fractus, à pristino robore decidit; & Pastoralis curæ sarcina exonerari summoperè desiderauit. *Vnde suos* (inquit Ordericus) *honorabiles Monachos, Ernaldum de* Telliolo, *& Gisleberum de* Sartis, *in Angliam misit: & per eos, huiuscemodi litteras, quas Radulfo Laurentio edere jusserat, Regi destinauit.*

Glorioso suo Domino Regi Anglorum Henrico, humilis Rogerius Vticensium indignus minister; ab eo saluari, qui dat salutem Regibus.

QVoniam, vt ait Apostolus, non est potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: vtilitati domus Dei ab omni potestate ordinatè prouidendū est. Ego igitur, mi Domine, qui huc vsque, licet indignus: Deo disponente, sub vestræ moderationis nobili regimine, Vticensis Ecclesiæ fratribus, Abbatis vice ministraui, cuique magis mihi oneri, quàm honori, vestra ope suffultus, jam per longa tēpora, inter aduersa & prospera, incubui: modò senio fessus, corpore debilitatus, metuēs Ecclesiæ magis obesse, quàm prodesse, dùm & mores humani, cum temporum vicissitudine; variantur, consilio Patrum spiritualium, Archiepiscopi Rothomagensis, Episcopi Lexouiensis, plurimorum insuper Abbatum, & diuersorum Ecclesiastici ordinis virorum: vestram supplex deposco clementiam, quatenùs mei miserendo, quem hactenus, quantulumcumque licet vos dilexisse probastis, me à modò inutilem & minus idoneum, à tanto onere liberum reddatis, & iuxta vobis à Deo donatam sapientiam, congruum & idoneum Pastorem Domini Dei prouideatis. Verùm, ne prætextu talium, videar quasi indomitorum rabiem propriæ requiei prouidendo, subterfugere; eorum charitati, & obedientiæ, & simplicitati testimonium coram Deo perhibeo: quippe, qui & lacte, & solido cibo abundanter, vberibus matris Ecclesiæ, educati, ad omnia Dei, patrisque spiritualis mandata, tractabiles inueniantur, & obedienter pacifici. Solam, præcellentissime Rex, imbecillitatis & senectutis meæ miseriam & impossibilitatem opponens, supplico, ne id efficere differatis: orans obnixè, quantumlibet peccator, Regem Regum, quatenus ad hoc ipsum vobis cooperari dignetur. Valete. [a]

[a] *Ordericus lib. 13. ad ann. 1120. pag. 873. & 874.*

II. „Beniuolus vtique Rex, debilitate simplicis, & Religiosi Senis audita, condoluit: & directis apicibus, vt bonum, sibique competentem eligerent Abbatem, cœtui monachorum imperauit. Legatis itaque reuersis, sexaginta sex monachi in Dei nomine congregati sunt: & lectionem S. Patris Benedicti, de ordinando Abbate; diligenter audierunt. Denique Venerabilis Abbas *Rogerius*, & spirituales filij eius, de salute animarum tractauerunt: & vnum ex semetipsis in nomine Domini ad supplendas vices Abbatis assumpserunt. *Guarinum* namque de *Sartis*, cognomento *paruum*, sibi Abbatem præposuerunt: & in hoc Apostolos imitati sunt: qui *Mathiam paruum Dei*, ad complendum duodenarium

„ numerum, qui sacratus est, Diuino nutu sortiti sunt. Supradicti autem duo senes,
„ Electum fratrem *Ioanni*, Episcopo Lexouiensi, jussu Conuentus exhibuerunt,
„ & cum eius licentia, mare, inter hyemis frigora & tempestates transfretaue-
„ runt: Regemque, qui Nordanhumbriam tunc perlustrabat, per longa, lutosa-
„ que itinera, quæsierunt: eumque in festiuitate S. *Nicolai* Myrreorum Præsulis,
„ Eboraci repererunt. Porrò, illustris Rex, auditis, quæ fecerant Monachi, ele-
„ ctionem concessit, & electo fratri, per consilium Turstini, Eboracensis Archie-
„ piscopi, Abbatiam donauit: attestante *Stephano*, Carnotensi Abbate, qui
„ postmodum Patriarcha fuit. Deinde Rex, omnes Monasticas res & dignitates,
„ ac Priuilegia, quæ prædecessores sui hactenus habuerant, ei concessit: & Car-
„ tam huiusmodi sigillo Regali signatam, contra æmulos erogauit.

Henricus Rex Anglorum, Ioanni, Episcopo Lexouiensi; & Stephano, Comiti Moritolij; & Roberto de Haya; & omnibus Baronibus, & fidelibus suis Normaniæ: salutem

„ SCiatis me dedisse *Guarino* Abbati, & concessisse Abbatiam S. *Ebrulfi*; & vo-
„ lo, & præcipio firmiter, vt benè, & in pace, & quietè, & honorificè te-
„ neat, cum Ecclesiis, & decimis, & terris, & nemore, & plano, & omnibus
„ rebus suis, sicut vnquam aliquis Antecessorum suorum, melius, & quietius, &
„ honorificentius tenuit: Testibus, Turstino, Archiepiscopo Eboracensi, &
„ Guillelmo de *Tancardiuilla*, & Guillelmo de *Albineio*: apud Eboracum. b

b Ibid. pag. 874.

III. Guarinus, itaque sublimi auctoritate potentis sceptrigeri corroboratus: in Normanniã remeauit. Quadragesimalem obseruantiam cum fratribus peregit, & in die Dominicæ Ascensionis, à Ioanne Episcopo Lexouij benedictionem recepit, & exindè labores & dolores Pastorales curæ perpeti edidicit: in primis piè laudandus est; quod venerabili Rogerio seni benigniter seruiuit, eique per tres annos, quibus postmodum superuixit, in cunctis, vt patri filius, & magistro discipulus, obsecundauit. Mansuetus enim senex, in camera sua, vt pridem solebat, psalmis, & orationibus, piisque colloquiis vacabat. Idoneum Sacerdotem sibi Capellanum, & confabulatorem habebat: à quo Missam, officiumque Canonicum, in oratorio S. Martini audiebat, & cum quo, de mysticis scripturarum enigmatibus, vel syntagmatum floribus, interrogando, vel respondendo, tractabat. Et quia pondus exteriorum curarum semper sibi noxium & importabile judicauerat, nunc salubriter & honorificè liber Deo gratias agebat: & quantò liberior, tantò securior supremæ diei metam gaudens expectabat. c

c Ibid.

IV. „ Tandem, anno Dominicæ Incarnationis 1126. indictione 4. præfatus senior
„ grauius solitò ægrotauit: oleoque perunctus, aliisque rebus, quæ seruo Dei com-
„ petunt, pleniter expletis, idus Ianuarij, migrauit. Discipulus & successor, Di-
„ dascali animam Deo, cum suis consodalibus commendauit: & solemnes exe-
„ quias ritè celebrauit. Sequenti verò die corpus eius in capitulum delatum est:
„ ibique secus *Osbernum* Abbatem reuerenter tumulatum est. Versibus Hexametris
„ epilogum breuem super illo edidi: in quo plus veritati, quàm concinnæ sono-
„ ritati intendere malui. Benigno quoque Saluatori pro illo sic orando: & bona
Diuinitùs illi inserta recolendo, effudi. d

d Ibid.

Mitem sincerumque patrem, Rex Christe, Rogerum
Salua: nam pro te tolerauit multa benignè.
Rura, Domos: & velle suum dimisit egenus:
Teque sequi studuit per iter virtutis anhelus.
Geruasiusque pater illi fuit, Emmaque mater:
In quibus emicuit morum jubar, & decus amplum.

Præsbyter instructus documentis vltrò Rogerus:
Sumpsit ouans Almi monachile jugum Benedicti.
Multa diu mores eius possedit honestas:
Qua meruit socijs præponi Rector & Abbas.
Præsule nam facto Serlone, Salaribus, iste
Cœnobij sancti regimen suscepit Ebrulfi.
Quinquies vndenis monachus benè floruit annis:
Vnde ter vndenis Vtici fit Pastor ouilis.
Hic monachos nouies denos in Discipulatu
Suscepit; Rigidoque regi docuit monachatu.
Simplex & dulcis, studiisque nitens bonitatis:
Quos monuit verbis, exemplis profuit almis.
Denique confectus senio, terris sua membra
Deposuit: Iani duodenæ luce peracta
Absters̄is culpis, Bone Rex, da gaudia lucis:
Pacis amator erat, rogo nunc in pace quiescat. [e]

[e] Ibid. pag. 875.

Ex quibus discimus, hunc cœnobiarcham Rogerum obiisse anno Christi 1126. sui monachatus 55. suique regiminis 34. die 13. Ianuarij.

V. Guarinus igitur Abbas Vticensis interfuit ann. 1128. mense Nouembri, Concilio Rothomagensi; præsidente in eo, Mathæo, Albanensi Episcopo, S. R. E. Cardinali Legato. [f] Testatur *Ordericus*, se à venerabili *Mainerio*, Abbate, in cœnobio Vticensi ad monachatum fuisse susceptum: deinde succedente tempore: à venerando *Rogerio* cœnobiarcha, tumque ab ipso Archimandrita *Guarino* mandatum accepisse, historiam describendi Ecclesiasticam, maximè autem, de statu hujusce Vticensis Ecclesiæ: quam perduxit vsque ad ann. 1141. inclusiuè. [g] Præfatus autem Guarinus, Ecclesiæ regimen Vticensis pluribus annis tenuit. [h] nempe vsque ad ann. 1137. quo migrauit ad Dominum: de cuius transitu hæc idem author enarrat. „ *Interea Guarinus, Abbas Vticensis*, Ecclesiæ, postquam in monacha„tu, 43. annis, Deo militauit; jam sexaginta & tres annos ætatis suæ habens, „ fœliciter occubuit. Nam 17. calend. Iulij, missam manè reuerenter cantauit, „ quemdam defunctum militem sepeliuit; ipsoque die in lectum decidit, & quin„que diebus grauiter ægrotauit: quotidiéque missam, quam per triginta annos „ creberrimè sacerdos ipse celebrauerat, ægrotus audiuit. Videns itaque viam „ vniuersæ carnis sese ingressurum, tanti itineris viaticum deuotus expetijt, ac „ ad summi Regis Sabbaoth iturus curiam, sese præparauit: lachrymosa videlicet „ confessione, assiduaque intenta oratione, oleique sacri vnctione, & Dominici „ corporis saluifica perceptione, Denique talibus ac tantis instructus munimen„tis 11. calend. Iulij migrauit: & completis in eo; vt dictum est, quæque fideli „ Athletæ Christi competunt, recessit: & 15. regiminis sui anno, spirituales fi„lios Domino Deo commendans, & sese, obdormiuit. *Gislebertus* autem Sagiensis „ cœnobij Abbas affuit, & cum socijs in luctu patris flebilibus exequias celebra„uit. Imbribus itaque tribulationum toti Prouinciæ ingruentibus, Guarinus Ab„bas *Roberti* & *Gislæ filius*, ereptus est: & in capitulo secus *Osberni* Abbatis tumu„lum, sepultus est. [i]

[f] Ordericus lib. 12. ad ann. 1128. pag. 889.

[g] Idem lib. 5. sub initio & lib. 13. in fine.

[h] Idem lib. 8. ad ann. 1091. pag. 698

[i] Idem lib. 13. ad ann. 1137. pag. 910.

VI. „ *Vticenses* cœnobitæ Didascalis & Rectoribus suis semper fidi, album lapidem „ super tumulum verandi Abbatis *Guarini*: super quem sculpendum, ob amorem „ dilecti quondam sodalis mei, postea patris, hoc Epitaphium edidi.

Hac tegitur petra Guarini corpus & ossa;
Qui quater vndenis Vtici monachus fuit annis.
Certator fortis contra tentamina carnis:
Dante Deo celebris micuit virtutibus almis.
De grege pro meritis à fratribus ad moderamen
Sumitur: vt socijs ferret speciale juuamen
Annis bis septem veneranter floruit Abbas:
Inter præsentes sitiens æterna ruinas.
Viginti soles: junio complente, recessit
Hic pater à vita, subjectis flentibus, ista.
Cuncta regens numen det ei super æthera lumen. [k]

k Ibid.

Excessit igitur è vita: die 21. Iunii, anno Christi 1137. sui Monachatus 47. suique regiminis 15.

Cæteri Abbates huiusce inclyti cœnobij referuntur.

CAPVT XIII.

NOn diu vidua extitit, sublato Pastore, Vticensis Ecclesia; quin grex orbatus Archimandrita alium sibi mox substituerit in Abbatem: non sine particulari Diuinæ prouidentiæ effectu: qua de re, testem oculatum audiamus. „Quo (scilicet, Guarino) defuncto, I.
„ Vticenses Monachi, pariter conuenerunt: & commune collo-
„ quium, ne status Ecclesiæ laberetur, habuerunt. Deindè, dùm
„ celebritatem S. Ioannis Baptistæ solemnisarent, ipsoque die in capitulo vnà con-
„ siderent: cõsiderantes S. Patris Benedicti institutionẽ, chartæque suæ, quam Guil-
„ lelmus Dux, postea Rex, cum Episcopis & optimatibus Normanniæ, sanxit au-
„ thoritatem, & Ecclesiæ priuilegium, atque vetustam consuetudinem, concor-
„ diter elegerunt Richardum *de Legrecestra*, Monachum litteratum, religiosum fa-
„ cundum, & pluribus bonis, atque claris charismatibus instructum. Ille quidem
„ absens erat; nec in illa concione, aliquem sibi consanguinitate conjunctum ha-
„ bebat, nihil huiusmodi suspicabatur, imò rusticanis laboribus, in Anglia, pro
„ seruitio fratrum angebatur. Nam illuc à suo Abbate jam pridem directus fue-
„ rat: & Ecclesiasticas res ibidem, jam sex mensibus diligenter tractauerat. No-
„ titiam quippe Anglicæ gentis & loquelæ habebat; vtpotè, qui ferè 16. annis,
„ Canonicus *Legrecestræ* fuerat, & in curia Roberti, Consulis *de Mellento*, ante con-
„ uersionem diu commoratus fuerat, causarumque censor, & arcanorum conscius,
„ ac in agendis rebus familiaris consiliarius, pollebat. Hæc & alia probitatis in-
„ dicia, Rectorique congrua, monachi considerantes, eumdem ad Ecclesiæ regi-
„ men elegerunt: & Electo Stephanus Rex eiusque proceres, suffragati sunt. [l] an-
„ no 1137.

l Ordericus lib. 13. ad ann. 1137. pag. 910.

Anno 1139. Romam Richardus perrexit ad Concilium generale, (quod Innocentius II. Papa indixerat) cui interfuit: eoque celebrato, Neustriam reuersus est. II.
„ *In eodem anno* (ait Ordericus) Richardus, Vticensis Abbas, postquam de Roma-
„ no Concilio rediit, exigentibus causis, post natale Domini, mox in Angliam
„ transiit: & plurimis laboribus fatigatus, in Quadragesima, febres incurrit.
„ Quibus per multos dies admodùm vexatus, sese confessione & oratione benè
„ præmuniuit, & post Pascha potionem à medicis accepit: sed nimia vi potionis
oppres-

„ oppressus ; septima die Maij defecit. Tertio itaque regiminis sui anno, idus „ Maij, defunctus est : & Torueiam delatus, ante Crucifixum in Ecclesia sanctæ „ Mariæ, à *D. Roberto*, eiusdem cœnobij Abbate, sepultus est. [m] Ann. 1140.

m Ibidem ad ann. 1140. pag. 920.

9. *Rainulfus.*

III. Vir fuit Religione, & Monastica obseruantia clarus : memoratur autem ab eodem Authore : postquam præfati Richardi Abbatis decessum retulit. „ *Quod* „ Vticenses Monachi, vt audierunt in vnum conuenerunt : & Ranulfum, Nogio„ nis Priorem, qui jam in monachatu quadraginta annis honestè vixerat, in Ab„ batem elegerunt. Electus autem frater, cum litteris Archiepiscopi Rothoma„ gensis, & Ioannis Episcopi Lexouiensis, de concordi electione fratrum, in An„ gliam transfretauit : & à Stephano Rege, visis Pontificalibus Epistolis, conces„ sionem Abbatiæ, & Ecclesiasticarum confirmationem rerum, recepit. Regressus „ verò de Anglia, Ioannem Episcopum, cum Regalibus litteris, adijt : & à vene„ rabili Presule, benigniter susceptus, paternam benedictionem 8. idus Nouembris suscepit. [n] Sequenti verò, anno, scilicet 1141. adstitit, vnà cum alijs Abbatibus, funeri & exequiis eiusdem Ioannis, Lexouiensis Episcopi 12. calend. Iunii defuncti. [o]

n Ibidem ad ann. 1140. pag. 921.
o Ibid. ad an. 1141. pag. 923.

IV. Porro, circa huiusce *Ranulfi* successorem, videtur aliqua suboriri difficultas : maximè si seriem Abbatum Vticensium, ab Episcopo *Arboretano* confectam, spectauerimus.

4. *Mainerius.* 5. *Rogerius.*

6. *Guarinus.* 7. *Richardus.*

8. *Ranulfus.* 9. *Bernardus : monachi eiusdem loci.* [p]

Robertus de Mont sup.
p Cœnalis Tom. 5. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ in ea Vticens. Abbat.

è quorum numero ; ab eo expunctus est. *Serlo*, qui *Mainerio*, immediatè successit, quintumque locum tenere debet. Quare *Orderico*, testi oculato, magis annuimus : quem & præstat libentius sequi, ita de se loquentē. „ Sex Abbates, quia tui fuerunt „ Vicarij, vt patres & magistros reueritus sum : Mainerium ; & Serlonem : Roge„ rium, & Guarinum ; Richardum, & Ranulfum : [q] sicque ordo texendus est.

q Ordericus sup. lib. 13. in fin. pag. 924. & 678.

4. *Mainerius.* 5. *Serlo.* 6. *Rogerius.*

Qui piam constitutionem edidit pro eleemosyna facienda in iuuamen animarum defunctorum : ex MS. cod. Vticens.

7. *Guarinus.* 8. *Richardus.* 9. *Ranulfus.* 10. *Bernardus.*

Monachus extitit eiusdem Vticensis cœnobij : [r] ad quem Arnulphus Lexouiensis Episcopus, plures scripsit Epistolas, scilicet 12. 13. 61. & 69. [s]

r Cœnalis sup.
s Extant tom. 12. part. 2. Bibliotec. Patrum.

11. *Robertus.* 2. *de Blangeio.*

Ex Monacho Becci, anno 1159. iuxta *Robertum* de Monte.

Ad eum direxit *Alexander* 3. diploma Apostolicum : quo confirmat ei, omnia suæ Abbatiæ bona, incipit. *Desiderium.* [t] Notatur adhuc idem Abbas, ad an. 1175. [u] & ad ann. 1177. quo moritur iuxta Robertum de Monte : his verbis. „ Cessit etiā

t Ex Cartulario Vticens. Abbat.
u Ibidem. Item & Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 204.

Digitized by Google

„ in fata, Robertus de Blogeio; vir honestus & religiosus, monachus Becci, & „ Abbas S. Ebrulfi. x

x In Appendice ad Chronicon Sigeberti ann. 1177.

12. *Radulfus de sancta Columba.*

Ex præfato Authore, habetur: ann. 1178. Actum esse de futuri Abbatis electione: in qua Radulphus de sancta Columba factus est Abbas S. Ebrulfi, Monachus eiusdem loci. y obiit ann. 1188.

y Antiquitates sup.

13. *Vvarinus, ceu Guarinus 2.*

Anno 1194. in Vigilia Ascensionis Domini, ipse Vvarinus Abbas & Conuentus sancti Ebrulfi, istas in Crucifixo nouo posuerunt Reliquias: „ Duas portiunculas de sepulchro Domini: Lac sanctæ Dei genitricis Mariæ: Reliquias S. Ioannis Baptistæ: de Costa, & Talo S. Valentini martyris: Reliquias SS. Marcellini & Petri, Cosmæ & Damiani, Prothi & Hiacinthi; de Barba S. Martini: de SS. Maximino, Rigomero: de vestimentis Apostolorum, Petri & Pauli: Reliquias S. Benedicti, & S. Scholasticæ, sororis eius, &c. z

z Ex Codice MS. Vticens.

14. *Reginaldus.*

In instrumento publico, memoratur, sub Pontificatus Cœlestini III. Papæ, anno 3. aa Item anno 1200. bb & 1217. cc „ Anno verò 1214. tertio idus Iulij ipse „ D. Reginaldus Abbas attulit nobis (inquit *codex Vticensis*) à Rebasco quandam „ partem maxillæ S. Ebrulfi cum 4. dentibus, & vnum os poplitis, & vnum os de „ digitis: de S. Agylo, Abbate, vnum Brachium & duo ossa de costis eiusdem: & „ de S. Ansberto, Archiepiscopo Rothomagensi 4. ossa de spina. Porrò eodem an. 1214. depositus est ipse *Reginaldus* Abbas: dd qui tamen adhuc memoratur, seu, de eo mentio habetur, ann. 1219. ee Fallitur tamen in Reliquiis S. *Ansberti*, non enim sunt Archiepiscopi sed monachi Vticensis, de quo ad 30. Decemb. VI.

aa Ex Cartulario Vticensi fol. 63.
bb Ibid. fol. 130.
cc Ex Cartulario Lyrensi pro ipsius confirmatione in Archiepiscopis Rothomagens. Carta 35.
dd Ex Chronolog. MS. Vticens.
ee Ex Cartulario Vticensi fol. 89.

15. *Hebertus.*

Reginaldo successit, ann. 1214. obijt autem anno 1217. ff

ff Ex Chronolog. Vticens. MS.

16. *Gaufridus.*

Sequutus est ann. 1217. gg

gg Ibid.

17. *Rogerius. 2. Prior de Prato.*

Anno 1218. 1220. 1230. & 1234. hh Nominatur iterum ann. 1227. pro Abbatiæ Conchensis negotiis. ii Itemque in cartulario paruo Lyrensi, fol. 49. Præterea anno 1232. concessit D. Abbas Rogerius (inquit præfatus codex Vticensis) & vniuersus Conuentus S. *Ebrulfi*, venerabili patri suo, Richardo Dei „ gratia Episcopo Ebroicensi fraternitatem & societatem domus suæ; & quòd audito eius obitu, tantum pro ipso, per omnia facient, quàm pro vno ex professis „ suis. Concesserunt etiam ipsi, quòd Anniuersarium sui funeris, facient cum 2. „ Cappis, post eius discessum. Demùm, *Girardus*, Sagiensis Episcopus, confirmauit omnia ipsius Abbatiæ Vticensis bona anno 1220. kk VII.

hh Ibid. & cartular. Vticensi fol. 104
ii Ex Cartulario Conchensi. fol. 150.
kk Ex Cartulario Vticensi fol. 82.

18. *Nicolaus de Ductu-Arctuij, vti videtur.*

Præfuit ann. 1233. ll Sed paruo forsan tempore: suspicor enim illum esse *Nico-*

ll Ex monumentis Vticens.

Digitized by Google

lum Abbatem; qui postea monachus *de Valle Dei*, institutus est, apud Carthusianos Diocoes. Sagiens. ann. 1247.

19. Michaël, anno 1234.

Excellentißimo Domino suo Ludouico, Dei gratia, Illustri Regi Francorum: vniuersus B. Ebrulfi Conuentus humilis, salutem in eo, qui Regibus dat salutem.

VIII „DOMNUM *Michaïlem* de Nouo Mercato, monachum nostrum, quem nobis „vnanimiter elegimus in Abbatem, sublimitati vestræ, per monachos no„stros, latores præsentium, præsentamus: exorantes attentiùs & rogantes, qua„tinus ei Majestas Regia se dignetur taliter exhibere, qualiter in casu consimili, „cæteris consueuit. Datum anno Domini 1234. Sabbatho 1. post festum B. Ni„colai, valeat in Domino excellentia vestra.

ET SIGILL. mm

mm *Ex Thesauro Chartul. Reg. Titul. Regale.*

20. Nicolaus 2. Prior de Molinis, qui ab Vtico dependet.

An ille fuerit, Nicolaus *de Villaribus* Abbas S. Ebrulfi, adhuc me latet. De eo mentio habetur anno 1236. 1238. & 1240. nn Cuius tempore, Michael Abbas *Sylleij*, ann. 1242. nonnulla à Monachis Vticensibus recipit. Anno verò 1252. memoratur pro rebus eiusdem Abbatiæ *Silleiensis*. oo Qui & ann. 1254. sponte cessit.

nn *Ex Cartulario Vticensi, folio 56. 57. &c.*
oo *Ex Cartulario Sylliaco.*

21. Richardus 2. de Valle de Courjon.

Notatur ad ann. 1249. 1252. 1253. & 1257. pp cui quidem Vticensi cœnobio dat quædam, Guillelmus, Abbas Troarnensis, an. 1268. qq Præterea, an. Domini 1267. (ait Codex MS. Vticensis) „Translatum fuit caput S. Cæciliæ de qua„dam Capsa veteri, & positum, in quodam vase argenteo honorificè: & instituit „D. Richardus Abbas, fieri memoriam de ea in Vesperis, qua de re, vide *Neustriam* „*Sanctam* ad 22. Nouemb. Obijt ann. 1269. die Mercurij post Annuntiationem „Virginis.

pp *Ex Cartulario Vticensi fol. 89. 102. & 118.*
qq *Eiusdem.*

Reliqui Abbates, insignis præsentis Monasterij recensentur; quos sequuti sunt Commendatarij. Tum Religiosi illustres panduntur, qui exinde euocati ad Ecclesias Pontificales & Abbatiales regendas, emicuerunt.

CAPVT XIV.

I. ITaque, vt eodem ordine, seruata temporum epocha, progrediamur nobis occurrit.

22. Guillelmus de Monpinçon.

Anno 1270. & 1274. a Qui tandem excessit è vita 8. idus Nouembris, anno 1282. iuxta obituarium Sylliacum.

a *Ex Cartulario Vticensi.*

23. Philippus Boulenger.

Postea Episcopus Sagiensis 53. circa ann. 1300. Vide Sagienses Episcopos, Part. 2. *Neustriæ Christianæ.*

24. *Gaufri-*

Digitized by Google

24. *Gaufridus de Gyrouart.*

Prior de *Altifago*. ann. 1304. sponte se abdicat.

25. *Thomas du Duc.*

Decessit anno 1309.

26. *Viuianus de Ponte Cardonis.*

Qui anno 1325. cessit.

27. *Rodulphus Grente.*

Tunc Prior in Anglia, per Diuinam inspirationem electus, sed parùm præfuit.

28. *Richardus 3.*

b Ibid. fol. 191 & 192.

Notatur ad ann. 1326. & 1334. [b] de eo fortè illud intelligendum venit quod refert vetus Vticensis codex MS. „Obijt fœlicis memoriæ D. Abbas Richardus „*Tiercelin* (al. *Vastelin*) qui redditus emit ad comparandas tunicas de Sargia pro „Conuentu, annis, quibus Conuentus habet pellicias, & multùm nostram Eccle„siam decorauit, & redditibus amplificauit.

29. *Nicolaus 3. Hebert.*

c Ex eod. cartulat.

Memoratur ad ann. 1339. & 1340. [c] de quo hæc referuntur in Præfato MS. Codice. „Obiit fœlicis memoriæ D. Abbas, Nicolaus Heberti, natus de *Mo*„*renvilla*; qui Ecclesiam deuotè ac strenuè gubernauit, naturæ debitum soluit „ann. 1352.

30. *Ioannes de Bosco Anscelini.*

Is Anno 1357. attulit huic cœnobio vnum os de Humeris, & juncturam vnam de pollice magno S. Ebrulfi. Anno autem 1366. moritur; de quo ita legitur in Præfato MS. Codice. „Obiit D. Ioannes de *Bosco* Genscelini, qui dedit „10. libras redditus ad vsus pitantiæ, pro suo anniuersario faciendo in duabus II. „Cappis.

31. *Philippus Brito.*

d Ibid.

Successit hic in Abbatem S. Ebrulphi, ann. 1366. iuxta eundem MS. Codicē. Memoratur ad ann. 1384. & 1385. [d] Moriens autem anno 1390. dedit decimam de *Fontibus*, pro suo anniuersario faciendo: vti legitur in Necrologio Vticensi. Præterea, anno 1376. (inibi refertur) Obijt nobilis Domina de *Moleyo* soror nostra, quæ nobis donauit Feoda de *Iouueaux* & d'*Asnieres*, cum jure Patronatus dictarum Ecclesiarum, cum omnibus pertinentijs.

32. *Robertus 3. le Tellier, Textor seu de Rothomago.*

e Ibid. Ex Codice MS. Vticens.
f Chronicum parvū MS. Abbat. Beccens.

Eodem anno quo Philippus Abbas præfatus spiritum exhalauit, fuit ipsa Vticensis Abbatia oredita in commendam, per Antipapam, Clementem VII. Guillelmo, Cardinali de *Vergeyo*, Tituli S. Cæciliæ nuncupato; qui tenuit dictam Abbatiam per spatium 3. vel 4. annorum; qua de re memoratur in Scacario ann. 1393. al. 1395. deindè successit hic Robertus *Textoris*, Monachus de *Becco*, ann. 1393. qui multa bona Vticensi Abbatiæ contulit, quam deuotè 13. annis gubernauit: Notatur ad ann. 1396. [e] Recensetur autem inter viros discretos & doctos, qui *Becci* Monachatū professi sunt sub Guillelmo de *Beuseuilla*, Abbate 23. Beccensi, circa ann. 1375. [f]

33. *Michaël*

33. Michael 2. Philippi de S. Martino.

Ex Priore de *Nogiono*, fit Abbas, anno 1408. in fata autem concessit ann. 1438.

34. Robertus 4. l'Apostole, ceu, l'Apostre, Apostolus.

Qui cœnobiarcha efficitur ann. 1438. quo mortuo successit, ann. 1457.

35. Guillelmus 2. Selleys.

De eo ita legitur. „Ipse *Selleys*, quem genuit Burgus Vticensis, Vticenses stru-„cturas, ob stragem guerrarum, vndique ruinosas, magnificè reparauit, noua ædi-„ficia construxit, redditus Ecclesiasticos longè latéque ampliauit; Postea, in iti-„nere Romano, hominem exuit 22. Septemb. anno 1466. & in Abbatia S. Sequa-„nij, quinque leucis à Diuione distanti, iuxta portam chori inhumatur. Item, *Obijt* Vvillelmus *Selleys*, Abbas, ortus de Burgo S. Ebrulfi: qui plurima bona contulit suæ Ecclesiæ. [g]

g Ex MS. Vticens. Codice & ex Necrologio Vticensi.

36. Iacobus de l'Espinace.

Ex Monacho Cluniacensi assumitur; ac demùm obijt die vltima Octobris, anno 1484. sepultus in capitulo Vticensi.

37. Augerius de Brya.

IV. Canonicus Cœnomanensis cùm esset, ac Prothonotarius Apostolicus, Abbas sæcularis commendatarius primus est electus: qui vnà cum Ioanne *Paniot*, eiusdem loci Priore, interest scacariis Normaniæ, ann. 1484. & 1497. moritur autem die 3. Octobris, ann. 1503. [h]

h Ibidem.

38. Fœlix de Brya.

Præfati nepos, & ipse Prothonotarius Apostolicus, ac Decanus cœnomanensis; qui tamen nonnihil difficultatis habuit super possessione sua, vti colligitur ex Regesto hujusce Abbatiæ, his verbis. „Anno 1504. mense Iulio, Geofredus, Hebert, „Episcopus Constantiensis, & Prothopræses in Parlamento Rothomagensi, Vti-„cum venit: vt de sequestri ordinaret, ob jurgium exortum inter Guidonem de „*Hebercuria*, Abbatem electum, & Fœlicem de *Brya*, Prothonotarium; sanciuitque „illa 30. scuta aurea, quæ sibi data fuerant, pro sua vacantia, esse conferenda, pro „testudine chori Ecclesiæ incipienda; quæ exindè anno sequenti, ferè completa est. [i] Diem verò clausit extremum 23. Septembris ann. 1546. Hactenus de Abbatibus electis, sequuntur Abbates Commendatarij.

i Ex Archiuo Vticensi.

Gabriel le Veneur.

V. Episcopus Ebroicensis,, nominatur à Rege ann. 1546. die 25. Decembris, item Abbas etiam Lyræ & Gemeticensis: subscribit Concilio Tridentino; tumque obiit ann. 1574.

Ludouicus d'Est.

Cardinalis cùm esset; moritur anno 1586.

Antonius d'Ebrard, de S. Supplice.

Episcopus Cadurcensis, ann. 1585. die Lunæ 21. Martij.

Antonius de Roquelaure.

Hic cōfiduciario jure possedit Abbatiam circiter sex annis, ab an. 1588. ad 1594.

Digitized by Google

Franciscus de Saquespée de Selincourt.

Anno 1597. die Dominica 13. Iulij: postea vero obijt è viuis ann. 1613. die 25. Februarij, sepultus in capitulo.

Carolus Salineus de la Bretonniere.

Præfectus domui Ducis de *Nemours*, obijt anno 1625. Septemb. 23. sepultus in Sacello B. Mariæ.

Nicolaus d'Haligre.

Filius Stephani, Cancellarij Franciæ; cuius tempore vnitur, monasterium S. Ebrulfi, Congregationi S. Mauri ann. 1628. Decemb. 15.

Antonius Barberinus.

Cardinalis, Episcopus Pictauiensis, magnus Franciæ Eleemosynarius & Archiepiscopus Dux Remensis, nunc viuit.

Complures etiam huiusce cœnobij alumni, viri illustres, doctrina, ac monastica obseruantia pollentes, leguntur assumpti ad dignitates Ecclesiasticas, aliasque Ecclesias regendas. VI.

Serlo, quippe, ex Abbate Vticensi, fit Episcopus Sagiensis, ann. 1091. [k] Item *Philippus* le *Boulenger*, ex Abbate Vticensi, Episcopus Sagiensis, circa ann. 1300. sup. *Berengarius*, Vticensis Monachus, ex Abbate S. Trinitatis apud venusiam, electus est venusinus Episcopus, in Apulia, circa ann. 1090. [l]

Robertus de *Grentemaisnilo*, ex Abbate Vticensi cœnobiarcha S. Euphemiæ Virginis & martyris, iuxtà Brixam vrbem, adlittus Calabrici Maris, circa ann. Christi 1065. [m]

Fulco, ex Vticensium Priore, *Diuensis* Abbas, ann. 1073. [n]

Guillelmus *Bassus* — Monachi Vticenses. — *Holmiensis* Abbas.
Gislebertus de *Glotis*. — *Lyrensis* Abbas.
Ludouicus. — *S. Georgij* Abbas. [o]

Robertus *Hugonis* Cestrensis Comitis filius, ex Vticensi monacho fit Abbas cœnobij S. *Eumundi Regis* & martyris ann. 1100. [p]

Goisfredus, ex monacho Vticensi, jussu Henrici I. Regis Anglor. *Crulandensis* Ecclesiæ regimen Abbas suscepit ann. 1109. [q]

Robertus *Prunerienfis*, ex monacho Vticensi & Priore Nōjonis, Toruejensis Abbas renuntiatur, ann. 1120. [r]

k *Ordericus lib.* 8. *ad ann.* 1091. *pag.* 697.
l *Idem lib.* 3. *ad ann.* 1063. *pag.* 483. & 484. *Item ad ann.* 1085. *pag.* 646.
m *Idem lib.* 3. *ad ann.* 1063. *pag.* 483. *Gemeticensis lib.* 7. *cap.* 29. & 30.
n *Ordericus lib.* 4. *ad ann.* 1073. *pag.* 545.
o *Idem lib.* 8. *ad ann.* 1091. *pag.* 698.
p *Idem lib.* 10. *ad ann.* 1100 *pag.* 783.
q *Idem lib.* 4. *ad ann.* 1073. *pag.* 543.
r *Idem lib.* 12. *ad ann.* 1120. *pag.* 873. & *lib.* 11. *ad ann.* 1108. *pag.* 834.

Hæc autem in Bibliotheca Vticensi prostant volumina MSS. VII.

Sententia Garini Sagij, al. de Sartis.
Homilia Vuillelmi de Merula super Apocalypsim.
Catalogus Pontificum cum nouo Testamento.
Sententia Garini Abbatis.
Vita S. Philiberti Abbatis.
Sententia D. Richardi Abbatis.
Vita SS. Herluini & Anselmi.

Fontanella

Digitized by Google

FONTANELLA S. VVANDREGISILLI.

Circa ann. 654.

Genus, ortus, ac Monachatus S. Vvandregisilli: quomodò, ac quandò Fontanellæ locum, sibi pretio comparauerit, à Rotmaro, Airamno, & Erchinovvaldo, viris Illustribus, vt inibi cœnobium extrueret; cui operi addita est Regia facultas.

CAPVT I.

I. BEatus Vvandregisillus, D. Arnulphi, Metensis Episcopi sanctissima proles, ex nobilissimis ditissimisque ac religiosis Francorum natalibus oriundus, territorio Virodunensi, patrem habuit Vvaltchisum, ann. 570. [a] quiquidem Pipini ab *Heristallo*, filij Ansigisi, præfati D. Arnulphi Antistitis filij, patruus extitit: [b] seu Pipini, cognomento de *Lando*, excellentissimi Francorum principis, consobrinus: [c] Propterea & ipse S. Vvandregisillus, *Vvando*, seu forsan, *Lando*, est etiam cognominatus; adolescens factus in aula Regis Dagoberti I. negotiis militaribus, & Aulicis, ac vænationi est implicatus: ab eoque Rege Comes constituitur Palatij: Deindè, parentum hortatu, licet inuitus, vxorem duxit, quam post paululum virginitatis zelo exæstuans, vnanimi castitatis voto emisso, reliquit, velo piæ religionis opertam, & sanctimonialium cœnobio sociandam traditam. Ipse verò clericus protinus effectus, indè ad locum, qui dicitur *Mons-Falconis*, (oppidum est Diœcesis Rhemensis, propè virdunum, vbi insignis extat Collegiata Canonicorum Ecclesia) secedit; cuidam magnarum virtutum viro, sanctitate pleno, nomine *Baltfrido*, plurimùm temporis adhærens, monasticæ se religioni mancipauit: cùm priùs omnes facultates, ac prædia sua, monachorum asceteriis, pauperibusque & egenis distribuisset. Quod indignè Rex ferens, eum accersiri quàmprimùm jussit in aulam suam: à quo tamen (Deo sic Regum corda dirigente) benignè, honorificéque habitus, & Regia authoritate, ad dilectæ pristinæ habitationis locum reuersus, in quadam cella, aliquantum temporis degit sanctissimè. [d]

II. Exindè autem, in *Elisgangium* commigrauit territorium; vbi, pro temporis opportunitate, extructo, in possessione propria, monasterio: vitam admirandam, vnà cum aliis sodalibus, duxit, jeiuniis, vigiliis, orationibus, cæterisque piis operibus jugiter vacans. [e] At cœlesti visione admonitus, Italiam petiit, tum ob gratiam vitæ contemplatiuæ, tum ad arctioris perfectionis continentiæque semitam explorandam: sicque cum tribus pueris, & asello, dispositum arripiens iter, ad *Bobiense* cœnobium, à sancto Columbano, Scoto, (dùm à Theodorico Rege, Gallia expulsus est) sub Aigulpho Longobardorum Rege ædificatum, accessit. [f] Vbi, cùm aliquantisper commoratus fuisset, Romam, ad limina SS. Apostolorum inuisenda, proficisci decreuit. Quo completo, diuinitùs adhortatus, vt Galliarum rura repeteret, iter conuertit ad Alpes: quibus transcensis, monasterium quoddam. *Romanis* nuncupatum, circa *Iurensem* saltum, adijt: vbi ab Abbate comiter exceptus, & in eius consortium admissus, per decem fermè annos, illic fœlici deuotione. Altissimo militauit: & cœlestibus exhilaratus oraculis, maximè super nepotis sui, Godonis, conuersione: vires animo addebat. [g]

a *Tabula Abbat. Fontinellens. MS.*
b *Codex MS. Bigotii de gestis eorumd. Abbat.*
c *Surius 22. Iulij in vita S. Vvandregisili Abbat. cap. 1.*
d *Ibid. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*
e *Ibid. cap. 7. & 8*
f *Ibid. cap. 9.*
g *Ibid. cap. 10. & 11.*

Digitized by Google

III. Eo loco, cognita vita, famaque magni Præsulis D. *Audoeni*, tunc temporis Rothomagensis Archiepiscopi: admonitus etiam in visu, vt Occidentalia Galliæ reuiseret loca: *Rothomagum* venit; vbi summa cum reuerentia ab ipso S. Pontifice *Audoeno* exceptus est: qui prioris memor conjunctionis & societatis: necnon piæ eius religionis, aliquandiu eum secum in vrbe detinuit, sacrisque ordinibus initiauit: tumque non multò post, ad Sacerdotium, licet renuens, jussu eiusd. Beatissimi Antistitis Audoeni, à D. *Autmaro Taruanna* vrbis Pontifice, consecratus est. At verò seruus Christi Vuandregesillus, eremi secreta plurimùm ambiens, & vitæ tranquillioris ac districtioris viam præambulare summè exoptans: omni, quo potuit, conatu, tempus, opportunumque tanto negotio inquirebat locum. [h] Cùm autem talia volueret animo, contigit, vt largiente *Erchinoaldo*, præfecto domus Regiæ, hortatu præfati Archipræsulis B. *Andoeni*, possessionem haud modicam acciperet; qua *Fontanellæ* cœnobium, vnà cum venerando nepote B. *Godone*, nouo opere, construeret: quam veterum traditio, ob riuorum eo loci confluentium copiam, hoc nomine vocitabat. Monstrabantur namque in eodem loco, vestigia immò ruinæ ædificiorum, priscorum accolarum industria olim extructorum: sed exterorum hostium feritate belluina solo funditùs æquatorum: & in ipso quidem loco magis lustra ferarum, quàm hominum habitatio, tunc temporis videbantur. Hic igitur vepretis omnibus ejectis S. Vvandregesillus Fontanellense hoc cœnobium inchoauit, anno Dominicæ Incarnationis 645. Kalendis Martijs, indictione 3. anno Clodouei junioris, Regis 11. sub Pontificatu B. Martini Papæ. Est autem ab vrbe Rothomagensi dissitum milliaribus fermè 15. à fluuio autem Sequana, spatio passuum circiter octingentorum. [i] Ex quibus refellitur quidam Neotericus, scribens hanc Abbatiam erectam fuisse in Dioceſi Bajocensi: illicque S. *Herbelandum* ann. 643. monachatum exercuisse, sub D. *Lamberto* Abbate. [k] Nam si D. *Pasquerius*, ceu *Paschasius*, Nannetensis Episcopus (qui ipsum S. *Herbelandum* ad se legit ex Abbatia Fontanellensi accitum,) obierit ann. 649. vti ingenuè fatetur, tum locis supra citatis, tum in Catalogo Episcopor. Nannetens. quomodo potuit hunc S. *Herbelandum* à suo Abbate, D. *Lamberto* obtinere; qui huic Abbatiæ Fontanellensi præfectus fuit post obitum S. *Vvandregisilli*, ann. 665. sed clarius perspicuum erit ex sequentibus.

IV. Verùm, magna exindè oritur difficultas: circa hujusmodi cœnobij fundationis tempus, conuenit quidem annus 645. indictioni 3. sed reliqua planè dissident, vti scitè obseruat eruditus *Lanonius*. [l] Nam *Martinus* Papa, nonnisi ann. 649. sedere cœpit: [m] *Clodouæi* autem Regis vndecimus annus, cum anno Christi 655. concurrit: nec S. *Audoenus* fuit assumptus in Archiepiscopum Rothomagensem nisi post Synodum Romanam sub præfato summo Pontifice: [n] Ita consultiùs arbitror dicendum, mendam illic fuisse transmissam, incuria, ceu vitio librariorum: qui ann. Christi 645. indiction. 3. *Clodouæi* II. ann. 11. scripserunt: pro anno Christi 654. ceu 655. indictione 13. Clodouæi II. anno 9. sub Pontificatu B. *Martini* Papæ: & Archiepiscopatu S. *Audoeni*. Propterea, vt hæc omnia faciliùs conciliari possint, dicimus istud Monasterium cœpisse ab ipso S. *Vvandregisillo*, circa ann. 654. ceu 655. iuxta nonnullorum placitum: [o] non verò ann. 658. vti quidam Neotericus opinatur. [p]

V. Sed qualis fuerit hic Fontanellæ locus ante accessum seruorum Dei, pleniùs intimemus. Erat possessio cuiusdam *Rothmari*, cui largitione *Dagoberti* Regis indulta fuerat; extatque adhuc in scriniis ipsius loci, largitionis ipsius authoritas: acta anno 15. prædicti principis 4. nonas Martij, compendio Palatio. In ipsa largitione continetur, quòd præfatus *Rothmarus*; locum *Rothmariacensem* præscindendo, indultu Regio, habitabilem reddiderit: molendinum quoque super fluuio *Fontinella*, priscorum accolarum neglectu dirutum, nouo opere restituerit. Defuncto autem Dagoberto Rege, pòst ann. 19. Idem *Rothmarus*, *Clodouæum*, filium eius adijt, vti suam juberet patrari, & patris sui confirmaret authoritatem de locis prædictis. Quod statim impletum est à *Radone*, scriptore Regalium Priuilegiorum geruloque annuli Regij editum, jussu ejusdem Regis, ac matris suæ Bathildis, quæ cum eo Regnum tenebat: anno 1. præfati Regis, *Nantolio* Palatio: & directum *Teutgislo* domestico, & custodi saltuum, villarumque Regalium: necnon & *Radulfo*

h *Ibidem cap.* 1.

i *Ibid. cap.* 11. *Codex MS. Bigoti sup. Gallia Christiana in Archiepis. Rothomagens. Item in Abbatiis & A ÿ Recentiores. Ioannes Picardus in notis ad lib. 2. Epist. 41. D. Anselmi. Ferrarius in nouo Topograph. ad Martyrol. Roman. verb. Fontanella & Monasterium Fontanellæ. Antiquitates MSS. Normaniæ. pag. 121. Apud D. Bigot. Sanderus in Hagiologio Fland.*

k *Albertus magnus in vita S. Pasquerij Episcopi Nannetens.* §. 4. *Iulij* 10. & *in vita S. Herbeládi* 25. *Nouemb.*

l *Lanonius, in Sintagmate Histor. de SS. Franciæ Cancellarijs, in notis ad vitam S. Audoeni Archiepiscopi Rothomagens.*

m *Vide sup. tom.* 1. *Neustria Christiana. cap.* [illegible]

n *Ibid. cap.* 36.

o *Lanonius sup. Des-Guerrois. De sanctitate Christiana apud Trecenses sub Ragnegisilo* 17. *Episcopo* §. 4.

p *Teppes. tom.* 2. *Chronic. S. Benedict. Centuria* 2. *an.* 658. *cap.* 1.

ſo Comiti Rothomagenſi; vt licitum foret ipſi *Rothmaro*: anno circiter 30. ante aduentum S. Vuandregiſilli in hanc regionem. [q] Hæc autem nolim, incautus pertranſeas, ne in lacunas errorum offendas. Cùm igitur annus 15. Dagoberti I. Regis Franciæ idem ſit & vltimus Regni ſui; (cœpit etenim Franciæ habenas Monarchiæ moderari, ann. 631. & in fata conceſſit an. 645. [r] ceu 646. [ſ]) manifeſtum eſt, illum ann. 19. poſt mortem ipſius Dagoberti, intelligendum, ab inauguratione eius in Regem, in quem incidebat Clodouei II. Regis, filij eius, annus 1. juxta quorumdam ſententiam, aſſerentium, ipſum regnare cœpiſſe, an. 647. [t] ceu 648. [u] *Rado* autem ille annulli Regij gerulus, frater extitit S. *Audoeni* Rothomag. Archiep. niſi ponêdus eſſet. *Dado*: quò nomine etiã nuncupabatur ipſe D. *Audoenus*. [x] Bathildis vero illa Regina ſãctiſſima, nuſquã fuit Regis Clodouei II. Mater, ſed vxor. [y] Vult denique id eueniſſe an. 30. ante aduentum S. *Vvandregiſilli*, in hanc Regionem; ſed hallucinatur omninò; ſicque pro anno, *trigeſimo* debet apponi ann. *tertio*: qui junctus anno 19. ab inauguratione Dagoberti, ſcilicet ann. Chriſti 649. conficiet ann. Chriſti 652. ceu 653. quod maximè congruit, conuenitque ijs, à nobis nuper allatis de tempore fundationis Fontanellenſij cœnobij.

q *Codex MS. Bigotus.*

r *Gillius in Annal. Franc.*

ſ *Carion. in Chronico. Corrozetus lib. 1. Theſauri Hiſtor. Franc. titul. 1. Temps ſup.*

t *Aimoinus lib. 4. de Geſtis Francor. cap. 31. Baronius tom. 8. Annal. Eccleſ. ad ann. 647.*

u *Claudius Robertus in Gallia Chriſt. ana.*

x *Fredegarius in vita S. Audoeni cap. 3. Apud Surium 24. Auguſt.*

y *Surius in vita S. Bathildis Reginæ 26. Ianuar.*

VI. Defuncto autem præfato *Rothmaro*, remanſit filius eius, *Ayramnus*, in pueritiæ, vel adoleſcentiæ annis; quo tempore *Erchmonvvaldus*, ſupranominatus, major domus Regiæ, à prædicto *Airamno*, commutauit ſupradicta loca; datis eidem in velocaſſino alijs; vnde pater eius *Rothmarus* carnis originem duxerat. Sequenti autem tempore S. Vvandregiſillus, & nepos eius B. *Godo*, eadem loca, à prædicto patritio, pretio adepti ſunt, ſub ann. 11. prædicti Regis, die calend. Martij indictione 3. acta compendio Palatio. De hinc anno ſequenti, & petita & acta eſt confirmatio præfati Regis ſuper iiſdem locis, porrectaque à prædicto *Radone*, anno 12. præfati Regis, *compendio* Palatio, Kalendis Martij; congregatis Francorum populis, in campo Martij, vbi omnibus annis coire ſoliti erant, vt omnibus notum eſt. [z] Quibus tamen illud adiungendum moneo; omnia ad chronologiam ſpectantia, temporum Epochis, ſuperius à nobis deductis, eſſe commenſuranda, ne confuſioni ſint obnoxia.

z *Codex MS. Bigoti.*

VII. Porrò, intactum haud licebit tranſire; ipſum Patritium, domuſque Regiæ Majorem *Erchinovvaldum*: B. *Vvandregeſillo* ſanguine conjunctum fuiſſe. „ Sed quia „ (ait Author Anonymus) mentionem fecimus Erchinoaldi Præfecti, libet de eo „ aliquid dignum ſcribere. Is enim poſt tranſitum bonæ recordationis Dagoberti „ Regis, præfecturæ ordinem, ac curam maximam Regni Francorum, etiam cum „ filio eius Clodouæo, à Bathilde Regina nobiliter adminiſtrauit. Erat namque „ inſignis bonitate, ac eleemoſynis largiſſimus: atque materna origine Beati viri „ conſanguineus. [aa] Ex quibus omnibus apertè liquet S. Vvandregiſillum minimè extitiſſe patria Neuſtrium, etſi, Fontanellæ dominium Linthro ſibi comparauerit à prædicto Erchinovvaldo ſibi cognatione deuincto: nec eumdem ad aſtra migraſſe, ann. 645. vti mendosè legitur: [bb] ſed ann. 665.

aa *Apud Surium 22. Iunij in vita S. Vvandregiſilli cap. 14. Codex MS. Bigoti.*

bb *Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 4.*

Digitized by Google

Aedes sacras complures, ac Monasterium Fontanellæ, construit peramplum, B. Vvandregisillus, fretus D. Godonis, nepotes sui auxilio: eò ingens nobilium copia, vitæ Monasticæ desiderio amplectendæ, confluit: Ad ter centum creuit eorum numerus: excreuit quoque & cœnobij census ac redditus, pia Regum, ac Reginarum Francor. munificentia: necnon aliorum optimatum liberalitate: inuasores autem, vel nocentes maledicta feriuntur imprecatione, per S. Vvandregisillum, cuius fœlicis ad Deum transitus tempus exactè deducitur.

CAPVT II.

IGitur, cunctis quæ ad extructionem cœnobij necessaria erant, paratis: vir Dei inibi ædificauit, egregio cultu, Basilicas quatuor, in honorem videlicet Principis Apostolorum S. *Petri*, simulque Doctoris Gentium S. *Pauli*, sanctique *Laurentij*, ac *Pancratij*, martyrum Christi: misso interim nepote suo B. *Godone*, Romam, ad Reliquias sanctorum exindè afferendas; quas & ille à *Vitaliano* Papa piè acceptas, cum libris variis, præsertim S. Gregorij, retulit. Quæ omnia S. Vvandregesillus à D. *Audoeno*, Archiepiscopo approbari, & consecrari curauit. Frequenter etiam ab vrbe Rothomagensi, ipse B. Pontifex eum visitabat: idem & à *Gemetico* agebat S. *Philibertus*: cuius rei gratia, nunc vsque (inquit vetus Author) lecti eorum monstrantur, in testula quadam iuxta Basilicam S. *Amantis* Ruthenorum quondam Episcopi, vt & humillimæ Cellæ, in quibus, post sanctam colloquutionem quiescere, vel sedere soliti erant. Est autem ædicula ad meridiem Fontanellæ, circiter 1600. passibus remota: eamque vnà cum altera, in honorem S. *Saturnini* martyris, & Episcopi Tolosani, in vertice ardui montis ad Orientem, non longè distantis, extruxit sanctus Abbas Vvandregisillus: Diacono suo, nomine *Sindardo*, eoque Monacho, sacra illorum pignora perferente ad se. a I.

a Apud Surium 21. Iulij in vita S. Vvandreges. cap. 14 & 16. Codex MS. Bigni sup.

Haud mirandum est, si locus ille sacer, ex eo tempore, admodùm excreuerit; maximè Regum Francor. Clodouei II. & filiorum eius, pia liberalitate, ac munificentia. „ Postquam autem (ait Autographum) excessit è vita Clodouæus Rex, „ remansit Bathildis Regina, cum tribus filijs, Clothario, Childerico, ac Theodo„rico. E quibus Clotharius, qui major natu erat, fastigium adeptus est Regni, „ rexitque populum Occidentalium Francorum annis 14. al. 4. & quod pater „ eius inchoauerat, prædictum piis largitionibus ac priuilegiis suæ auctoritatis „ deuotè studuit augmentare. Terminos etiam ipsius loci, pro vt voluntas vene„randi Patris Vvandregisilli erat, deuotissimè auxit. Ibique residens vir Domini, „ cœnobium, multorum fretus solatio, construere cœpit. Ad cuius famam, plebs „ vndique concurrere, & cultui religionis dicare curabant prædia plurima: ita vt „ multis confluentibus, Monachorum numerus ad trecentos excresceret. Accur„rebant vndique nobilium liberi; & spretis sæculi oblectamentis, & præsentium „ pompa facultatum contempta: æterna cupiebant cum tanto patre præmia adi„pisci: &c. Locus autem ipsius cœnobij, tam fertilis, tamque jucundus extitit: „ vt cùm quis illuc aduenerat, inter pomorum nemora, & hortorum amœnita„tes virentium, in hæc protinùs liberet ei prorumpere verba: *Quàm pulchra ta„bernacula tua Iacob, & Tentoria tua Israël! vt valles nemorosæ, vt paradisi iuxta fluuios „ irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quasi cedri propè aquas, &c.* In quibus cellulis, II.

„ lulis, prædictus vir Domini, Monachos constituit, qui diuinis insisterent serui-
„ tijs: quia vnius cœnobij septa, tantam conuersorum turbam non facilè potuis-
„ sent continere. [b] Hos sequutus est *Chilpericus* II. Rex sua patenti littera, qua confirmat facta Aui sui, *Clodouei* II. Regis; & Auunculorum suorum, *Clotharij* III. & Theodorici I. ac genitoris sui Regis Hilderici II. & parentum suorum, videlicet Childeberti II. & Dagoberti II. aliorumque Regum: Forestam etiam, in qua est Abbatia Fontinellæ ædificata, quæ tunc temporis Foresta de *Gemmeticis*, dicebatur. Vide Cartularium vetus MS. Cartarum Antiquarum Abbatiæ S. Vvandregisilli, Fontinellensis, Charta 1. littera X. Extat apud D. de *Bethencourt* in Curia Parlamenti Rothomag. Consiliarium.

b Apud Surium sup. cap. 14. & 16. et 20.

III. Præfata autem Regina S. *Bathildis*, *Clodouei* II. Regis vxor, pietate, & sanctitate insignis, tanquam istius cœnobij benefactrix præcipua agnoscitur; tum in Gestis eius; [c] tum in actis ipsius S. Vvandregisilli, vbi hæc leguntur. „ In prædicto nam-
„ que cœnobio, viro Dei cum suis commoranti, cùm nulla alimentorum solatia
„ adessent. Baltfridus cellarius id ei indicauit. Cui ille: potest, inquit, conditor
„ rerum suis in deserto famulis parare mensam, qui multiplicatione quinque pa-
„ num, satiauit hominum quinque millia: euenit quemadmodum dixerat vir Dei.
„ Monuit namque per visum Dominus Bathildem Reginam, vt famulo suo intra
„ eremi vastitatem consistenti necessaria ministraret. Quæ expergefacta: onusta
„ vehicula seruo Dei dirigit. At ille, gratias bonorum omnium largitori agit:
„ qui solita benignitate seruis suis semper adesset consolator. Percepta vero bene-
„ dictione, illi, qui alimenta attulerant, suo itinere reuersi sunt. Porro, ann. 15.
„ Regiminis sui, vir Dei Clotharium III. Regem accersit, & Priuilegium Regiæ
„ confirmationis super area dicti cœnobij, liberalissima datione accepit; celebra-
„ ta ea fuit in territorio Castriensi, in loco illo, quem *Palatiolum* vocant. [d] Quantum autem spectat ad annos regiminis sui, elucidabitur inferiùs, vbi de eius obitu.

c Apud Surium 26. Ianuar.

d Apud Surium sup. in vita S. Vvandregisilli, cap. 18.

IV. Quo ad primates & optimates, nulli dubium est, quin huic eidem Abbatiæ multa contulerint bona: præter Erchinovvaldum, cuius superius meminimus. [e]
„ Adjutor præterea (inquit priscus Author) huius operis, & cooperator insi-
„ gnis, Vvaningus, vir illustris, extitit: qui viro Dei plurima prædia fœlici mu-
„ nere, ad vsum seruorum Christi deuotè contulit; filiumque suum. *Desideratum*
„ nomine, sub regimine dicti prædicti patris in eodem loco, Monasticæ disciplinæ,
„ næ, & Christi militiæ, tradidit vacaturum. Erat is *Vvaningus* ditissimus, &
„ multimoda cœnobiorum habitacula, in possessionibus propriis construxit: ex
„ quibus vnum est, quod vocatur *Fiscannum*. [f] Deindè vltra progrediens, de aliis nonnullis hæc subdit: cùm ipse sanctus Abbas, ad Regem, in præfato Castriensi territorio, accessisset, apud Palatiolum tunc commorantem. „ In prædicto au-
„ tem territorio illo degente, quidam vir illustris, nomine Hartbannus, filius il-
„ lustris *Erimberti*, ad conuersionem veniens, tribuit eidem glorioso patri præ-
„ dium quoddam, nomine, *Butionem*: in quo Ecclesiam ædificauit, habitacula
„ seruorum Dei instituit, & famulaturos Diuinæ clementiæ Monachos inibi col-
„ locauit. Seruus autem Christi *Harbannus*, in magnæ Religionis obseruantia,
„ vitam, authore Christo, finiuit: permultaque prædia eidem venerabili patri de-
„ uotè largitus est. Eius pater, *Erinbertus*, cùm magnis febrium angoribus tene-
„ retur, præcibus sanctissimi viri, sospitati pristinæ redditus est; atque per id tem-
„ pus, prædium *Virlaïcum*, situm in pago *Cellan*, super amne *Eura*, eidem patri
„ deuotè donauit: in ipsa donatione, damnationem æternam imprecans iis, qui
„ id prædium inuadere ausi essent. Gaudebat enim ille vir benignissimus, quòd
„ bona sua posset largiri Christo, faciens eum terrestrium rerum suarum compo-
„ tem, vt ille eum faceret bonorum cœlestium cohæredem: sciens, quòd patri-
„ monium Deo creditum, nec Respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec aliqua
„ calumnia forensis euertit: pariter intelligens scriptum esse, eam hæreditatem
„ benè recondi, quæ Deo custode seruatur. [g] Sed his omissis, quæ sua multitudi-
„ ne, dicendi facultatem vincunt; ad viri Dei virtutum pertexenda opera reuer-
„ tamur, Ex largitione illustris viri, *Vvattratonis*, ad amnem *Vvitlanam*: in ho-
„ norem principis Apostolorum, oratorium construxit, quod *Monasteriolum* appel-

e Vide sup. cap. præcedenti §. 3. & 6.

f Apud Surium sup. cap. 13.

g Ibid. cap. 19.

lauit, vbi Monachorum Deo militantium Conuentum collegit, &c. [h]

Imprecatio autem illa præfata damnationis æternæ, *maledictio* est; quæ in litteris Apostolicis dicitur *indignatio* omnipotentis Dei: vnde huiusmodi similis *maledictio* legitur, quam ipse B. Vvandregisillus impetrauit à Deo, & sanctissimo Papa Martino, pro inimicis & persecutoribus suæ Ecclesiæ: in hunc modum. „Quicumque Ecclesiæ S. Vvandregisilli malefecerit, damna, vel injurias inferendo, qualicumque modo, maledictionem perpetuam per merita ipsius sancti incurret; nisi dignè pœnituerit, & emendatione condigna satisfecerit competenter. Hoc (addit Autographum) apud nos est probatissimum miraculum: multos enim vidimus morte turpissima & pessima vitas finire, alios terribilibus pœnis & horribilibus condemnari; hoc etiam est in fine Priuilegiorum Romanorum. [i] V.

Dignis laudibus commendatur S. Vvandregesillus ab Orderico; Reges Franciæ D. Dagobertum I. Clodouæum II. ac filios eius recensente: „Temporibus (inquit) horum Regum in Francia, viri sancti virtutibus & signis claruerunt. „Romanus, & Audoenus: Ansbertus & Eligius: Ebrulfus & Launomarus: „Maurus & Columbanus; Philibertus & Vvandregesillus: Aliique plures, fide „& prædicatione pollentes, sanctitate, & prodigijs *coruscantes*: [k] Qui autem essent hi duo, Philibertus & Vvandregisillus, satis apertè ostendit idem author, agens de S. Audoeno, Rothomagensi Archiepiscopo; „In diebus (inquit) præfati Pontificis S. Vvandregesillus ingens Monachorum agmen *Fontinellæ* adunauit: & B. Philibertus, fortis signifer insignis aciei, apud Gemeticum *emicuit*. „[l] Postea de eisdem sanctissimis viris iterum verba resumens, ita loquitur. In „Neustria, Philibertus, nobilitate, sanctitate, & miraculorum fulgore gloriosus; permissu Clodouæi Regis, & Bathildis Reginæ, cœnobium DCCC. „Monachorum apud Gemmeticum construxit; cui post aliquot annos, sanctum „Aichadrum (quem de Herio Monasterio assumpserat) præposuit. Tunc Vvandregisillus Fontinellæ Monasterium condidit, ibique ad Dei militiam fermè „CCCC. Monachos aggregauit: ex quibus post modum Ecclesia Dei ad regimen „sui, plures Episcopos & Abbates idoneos gaudenter assumpsit. [m] Quæ omnia verissima sunt, si ex illis CCCC. Monachis Fontinellensibus demas C. quod repones cum DCCC. Gemeticensibus: olim quippè nongenti erant Monachi apud Gemeticum. [n] Trecenti verò Fontinellæ. [o] Ex quo loco complures prodiisse Antistites, & Abbates virtute ac sanctitate illustres referunt gesta ipsius S. Vvandregesilli. [p] VI.

Tandem Beatus ipse cœnobiarcha Vvandregisillus, eximia discipulorum vallatus caterua, signo crucis salutiferæ se muniens, nexibus terrenæ corruptionis absolutus, animam cœlo reddidit; præsente D. Audoeno, Rothomagensi Metropolitano 11. calendas Augusti, nonagenario major, quippe qui annorum esset circiter nonaginta sex; anno Christi 665. indictione octaua; [q] Hinc diluendæ aliorum mendæ: Additur obiisse, Pontificatus Vitaliani Papæ anno 11. Clotharij 3. Regis ann. 11. [r] sui regiminis Pastoralis anno 20. [s] Quæ cùm veritati historicæ, ac rationi chronologicæ omninò repugnēt: dicimus in primis, in cœlum migrasse; anno sui regiminis 10. cœpit namque huius loci Monachis præfici circa annum 655. tum ex præfatis, tum ex eo, quòd cùm annus 15. Clodouæi II. Regis, esset 4. sui regiminis; [t] & 15. suæ præfecturæ anno, ad Regem Clotharium III. accesserit: [u] magna exindè orirecur confusio: cùm Clodouæi successor Clotharius III. Regnum adeptus sit anno 664. [x] Sicque annus 20. sui regiminis incideret in ann. Christi 669. qui est vltimus ipsius Regis Clotharij: Non enim regnauit ann. 14. vt mendosè illic apponitur; [y] sed 4. tantum: iuxta vulgatam probatorum authorum sententiam. [z] Quapropter rectius inferimus hunc sanctiss. Abbatem, debitum mortis soluisse, anno 10. suæ præfecturæ, Regni verò Clotharij III. Regis primo: Pontificatus autem Vitaliani Papæ IX. hoc est, Anno Christi 665. cùm ageret annum 96. [aa] Non vero, ann. Christi 657. aut. 664. vel 692. [bb] Miræus in Fastis Belgicis 22. Iulij ann. 664. Sigebertus, in Chronic. & Trithemius de viris Illustrib. Ordin. S. Benedict. lib. 3. cap. 96. ann. 692. nec simpliciter nonagenarius esset. [cc] VII.

h Ibid. cap. 10.

i Extat apud nostr. Chartulariũ MS. Magnum Fontanell. sup. pag. 2. Vide infra cap. 18. §. 3.

k Ordericus lib. 1. Eccles. Histor. Longè a medio.

l Idem lib. 4. ad ann. 678. initio.

m Idem lib. 5. ad ann. 1080. sub S. Audoeno Archiepis. Rothomag.

n Vide infra in Abbatia Gemeticẽs. Cap. 6.

o Apud Surium sup. 22. Iulij in vita S. Vvandregisilli cap. 14. & 24

p Ibid. cap. 23.

q Ibid. cap. 24.25.

r Ibid.

s Indidem & Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 57.

t Apud Surium sup. cap. 17.

u Ibid. cap. 18.

x Baronius ad an. 664. Claudius Robertus sup.

y Apud Surium cap. 14. sup.

z Baronius ad ann. 664. & 668. Sigebertus ad ann. 662. & 666.

aa Surius sup. cap. 22. & 25.

bb Chronicon MS. Rothomagense ann. 657.

cc S. Antoninus part. 2. Chronic. titul. 13. cap. 6. §. 31. Gazetus: & alij in vita S. Vvandregisilli 22. Iulij.

De

De Primoribus Monasterij Fontanellensis cœnobiarchis, sanctißimis postea Archiepiscopis DD. Genesio & Lamberto Lugdunensibus: ac B. Ansberto Rothomagensi.

CAPVT III.

I. Pro-Abbas seu Prior primarius, sanctus Genesius.

I. MVltorum relatu discimus S. Genesium, Fontanellæ Monachum professum, à B. Vvandregisillo, Abbatem, seu pro-Abbatem, vel primarium Priorem, suo fuisse præfectum cœnobio; vt interim Deo sic facilius inseruiret, alijsque vrgentibus negotiis expeditius vacaret. Verùm, ipso sancto Genesio à Rege. Reginaque S. Bathilde, ad curiam euocato, illicque imposterum remoram agente, coactus est B. Vvandregesillus, curam Monasterij ex integro assumere, & vsque in finem sanctissimè exercere. [a] Alij tamen hunc pertransierunt intactum; vel innominatum: tum, ob silentium de eo in Tabulis Fontanellens. seruatum: tum, forsan, propter breue tempus, quo huic præfecturæ addictus foret. Qui demùm ad Archiepiscopatum Lugdunensem, ann. 668. euectus: virtutibus & sanctitate illustris, cœlum petiit ann. 670. [b]

Abbas 2. sanctus Lambertus.

II. Hic erat ex *Taruanensi* Diœcesi, in Prouincia Rhemensi, ad mare Gallicum, oriundus: qui à D. Vvandregisillo in Monachatu admissus ann. 661. multarum virtutum laude, in tantum profecit, vt patri morienti, ann. 665. dignè successerit: [c] iuxta præfati sancti viri Vvandregisilli vaticinium: cùm lecto decumberet infirmus ad mortem. Qua de re antiquum audiamus auctorem, hunc in modum loquentem. „Percontantibus inde Monachis, post ipsius fœlicissimum transitum, „quem sibi præficere deberent, tale fertur dedisse responsum: Æternus, inquit „rerum conditor, qui vobis locum concessit opportunum, quo sibi plebs sua famuletur in secula; ipse vobis, charissimi filij, post paruitatis meæ decessum, dignum ad deuotum misericorditer tribuat Rectorem. Duo sunt tamen in præsentia vestra, charissimi mei filij, qui vicissim post meæ fragilitatis decessum, in „regiminis succedent locum. Erat namque vnus vocabulo Lambertus, vir eximiæ „religionis & generis, ortus in Territorio Taruanensi; qui post B. Genesium, præsulatum Ecclesiæ Lugdunensis suscepit, alter verò vir Domini, Ansbertus: qui „B. Audoeno in Pontificatu successit Ecclesiæ *Rothomagensis*. Quorum vitam atque „virtutes, Libellus, qui de eorum scribitur actibus, luculenter narrat: atque ij „successores fuerunt in regimine prædicto, sanctissimo viro. [d]

III. Tanto autem virtutem splendore emicuit S. Lambertus, vt veluti totius perfectionis specimen euaserit: & vnumquemque ad vitæ Monasticæ brauium allexerit. „Sub horum regimine (ait idem Autographum) Sanctissimi patres, B. Vulfrannus, „præsul *Senonum*, & prædicator gentis *Frisonum*; necnon vir Deo dilectus, *Erembertus*, *Tolosæ* vrbis Pontifex: & sanctus Anachoreta & Præsbyter *Condedus*, *Britannia* „insula ortus: monachicum amplectentes habitum, ad castra Dei fulgida, deuotissimè conuolarunt. Reliquiæ quoque eorum in eodem loco, debito seruantur „honore: vbi & gloria virtutum pollent, sicut in eorum plenissimè scribitur gestis. [e] Sanè, quo ad B. *Erembertum*, id etiam confirmat *Ansgradus* Monachus: [f] quibus tamen videtur obuiare gesta ipsius sancti Pontificis: nisi ea benigniori sensu intellexerimus. Volunt itaque, quòd B. *Erembertus* è Pisciaco ad Sequanam

a *Vide infra tom. 4. Neustriæ Sanctæ 14. April. & 1. Nouemb.*
b *Ibid. sic & Sammartini, Claudius Roberti, Chenu, in Archiepiscopis Lugduni. Regnaudus in SS. Lugdunens. Saussayus 1. Nouemb. Gallic. Martyrolog.*
c *Tabula MSS. Abbat. Fontenellens. Cœnalis Ibid. tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ MS. Galliæ Christiana. In Abbatiis. Ibid. Malbrancq. infra.*
d *Apud Surium 22. Iulij in vita S. Vvandregisilli. cap. 21. Ansgradus in vita S. Ansberti, Archiepiscop. Rothomagens. cap. 8. Antiquitates MSS. Neustriæ pag. 4. & 121. Malbrancq. tom. 1. de Morinis lib. 3. cap. 41. & lib. 4. cap. 9.*
e *Ibid. Surius sup. Myræus in fastis Belgic. 22. Iulij.*
f *Ansgradus cap. 11. sup. Malbrancq. cap. 9. sup.*

agro oriundus, spretis sæculi pompis ad Fontanellæ Monasterium conuolauerit, vbi S. Vvandregisillo Abbati operam dedit, Monachico habitu suscepto, tempore verò Clotharij III. Regis, filij Clodouæi II. & sanctæ Bathildis Reginæ, omnium suffragijs renuntiatus est Episcopus Tolosanæ ciuitatis; cùm autem, post aliquot annos patriam & propinquos inuiseret S. Antistes, sub idem tempus, Pontificia cura dimissa, ad Fontanellæ cœnobium concessit: cui tunc S. *Lambertus* Abbas præerat. Ibi aliquantulum in sancta conuersatione degens, senio confectus, & leuiter morbo affectus: post diuinas laudes, & pia colloquia, signo crucis munitus, supræmum vale fratribus dicens, fœliciter migrauit ad Christum, sepultus ibidem in Basilica S. Pauli Apostoli. [g]

IV. De sancto *Condedo*, nullum puto remanere dubium: quandoquidem & Acta vitæ eius id testentur: & quique probati Authores confirment. [h] Idem sentiendum esse de S. *Hermelando*, arbitror. [i] Similiter & de multis aliis fatendum erit. Nam, eius exemplis piæ actis, ac verborum sedulis exhortationibus, plurimi excitati, carpebant itinera sanctæ conuersationis: nec absque ratione. „Erat autem, (inquit Ansgradus) venerandus pater Lantbertus, charitate plenus, pudicitia supereminens, fide firmus, consiliis prouidus: in bonitate laudabilis, in colloquiis affabilis, vultu & statura decorus, venerandus omnibus, & in Christi religione feruens, &c. [k]

Ex charta Regis Theodorici, apertè conspicitur, quomodò, monitione Diuina S. Confessori *Condedo*, dat insulam in fluuio Sequanæ sitam, cum omnibus pertinentijs, sicut plenius patebit inferius, suo loco: Sed quantum ad istam pertinet præsentem S. Vvandregisili Parœchiam, illa, quæ ad propositum faciunt, expedit nominare. In dicto priuilegio de dicta insula sic scribitur. „Quæ cum in sui longitudine, per tria millia se extendat, & in latum, mille quingentis passibus terminetur: agros tamen contiguos, & prata, & saltus, à parte Orientali, similiter condonamus: & ab Aquilonari, vsque ad fines Glatonissen........... Ideò ad præsens istud scribitur, quia hoc est, quod de pratis & syluis inuenitur. [l]

V. Quanti verò eum fecerit Regia majestas, exindè luculenter patebit: modò attentum verbis Ansgradi præbuerimus auditum. „Quo verò (inquit) ordine, in Lugduno celeberrima vrbe Galliæ, Pontifex sit subrogatus: breui sermone, narrabimus. Defuncto igitur sancto *Genesio*, præsule eiusdem vrbis, cuius Deo dignam vitam laudabilia commendant gesta, illicò pius *Rex Theodericus*, & inclytus Princeps *Pipinus Ansegisi* filius, consobrinus videlicet B. Patris *Vvandregisilli*, cum proceribus Palatij, salubre agentes consilium, Diuina vtique prouidente jussione; in præfata vrbe, cum vnanimi eiusdem regionis populi voto, eiusdem vrbis eum constituerunt Antistitem. Sed, cùm diu, humilitate nimia renitens, nollet suscipere, Regali jussione, & Sacerdotali electione compulsus, præfatæ Metropoleos vrbis ordinatur Pontifex. Sicque ad eandem Prouinciam, cum honore Sacerdotij sui condigno directus; humilitatis ac sanctæ Prædicationis, piæ actionis, exemplis, gregem Christi sedulo moderamine irreprehensibiliter rexit: ibique à Domino vocatus, vinculis terrenæ corruptionis exutus: ad supernæ ciuitatis gaudia fœliciter migrauit. [m]

VI. Nonnulla etiam idem Rex contulit S. Lamberto; quæ præfatus Author ita describit. „Huic Venerando Patri Lantberto, Theodoricus Rex, filius Clodouæi Regis, & Bathildis Reginæ, largitus est patrimonium aliquod, cuius est vocabulum, *Dusera*, quod situm erat vltra fluuium *Rhodanum*, in Regione, quæ propriè vocatur Prouincia, eo videlicet modo: vt hoc prædium Monachis in cœnobio *Fontanellæ* morantibus luminaria ministraret in Ecclesia, in oleo, & cæteris huius rei necessariis. In quo loco, prædictus Pater condidit cœnobium Monachorum, dilectis ex cœnobio *Fontanella* monachis; qui illud laudabile opus diligenter executi sunt. Et de prædio paruo magnum hactenus extat Monasterium Monachorum: & in illa regione ab aliis præcipuum. Quod per multa annorum curricula ditioni præfati Monasterij Fontanellẽsis subiectum erat: donec diuisione Regni, & discordia principum, & incursione nefandæ gentis Agarenorum, cum aliis venerabilibus locis, aliquanto depopulatum tempore, finem subjectionis *fecit*. [n] Indicare videtur id actum esse à Rege ante assumptionem S. Lamberti

g *Vide infra tom. 4. Neustriæ Sanctæ ad 30. April.*
h *Ibid. ad 21. Octob.*
i *Ibid. ad 25. Martij.*
k *Ansgradus sup. cap. 8.*
l *Ex Cartula nouo MS. Fontanellæ. pag. 2.*
m *Ansgradus cap. 12. sup.*

S. Lamberti ad huiusmodi Archiepiscopatum: cui aduersatur omninò Chartularium, seu potius Autographum huiusce Regiæ donationis: qua ipse Theodoricus, „ *Donat* S. Lamberto, Archiepiscopo Lugdunensi villam in Prouincia „ pago „ Trecassino, quæ vocatur *Dusera*, iuxta fluuium *Rhodanum*, sitam; ad ædificandum ibidem cœnobium: tali conditione, quòd in Fontanellæ Monasterio acciperent sibi Rectores, quando opus esset, & monachos, & Abbates: & quòd de „ oleo oliuarum, & aliis bonis fructibus illius terræ, Ecclesiæ Fontinellensi necessaria ministrarent. Actum, & datum publicè Artlauno, iucundo Palatio: villa „ ipsa est in Episcopatu Viuariensi: & est ibidem Prioratus 5. Monachorum. o

n Ibid. cap. 9. & Malbrancq. sup. cap. 9.

Al. Tricastino.

o Chartularium MS. Magnum Fontanell. sup. pag. 2. Charta 4. Tabulæ Abbat. Fontanell.

3. Sanctus Ansbertus.

VII. Neustrius erat natione, patria *Vilcassinus*, pago *Calcegio*, nobili genere ortus, fide & pietate clarissimus: qui in cœnobio Fontanellensi, à sancto Vvandregisillo, habitu Monastico donatus, tantum profecit in stadio virtutis, atque Euangelicæ perfectionis; vt ab eodem sancto patre, successor post se futurus sit præuisus ac designatus. Beato igitur Lamberto, ex Abbate Fontanellensi, ad dignitatem Pontificalem Lugduni sublimato, anno 670. D. Ansbertus, in eius locum 3. Abbas sufficitur. p At S. Audoeno, Rothomagensi Archiepiscopo è viuis sublato, B. Ansbertus, iussu Theodorici Regis, & cleri electione, extitit subrogatus, anno 677, quem & præfatus B. Lambertus Lugdunensis Archipresul, multis coram Episcopis, consecrauit in Pontificem. q

p Tabula MSS. Abbat. Canalis & Gallia Christiana sup. Malbrancq. cap. 9 sup.

q Vide supra Tom. 1. Neustria Christianæ cap. 41. Item tom. 3. Neustriæ Sanctæ ad 9. Februar.

VIII. „ In prædicto verò (ait Ansgradus) cœnobio Fontanella, post recessum „ sancti Pontificis Lantberti, Diuino nutu juuante, vnanimes eiusdem Con„ gregationis Monachi B. Ansbertum, sibi elegerunt præesse Rectorem. Ip„ se autem post susceptam regiminis curam; assiduè meditabatur, quale sus„ cepisset onus: videlicet commissi à Domino gregis regere animas, & multo„ rum seruire motibus. Et quia erat apprimè sanctarum scripturarum scientia im„ butus; commisso sibi gregi indesinenter erogabat pabula æternæ viriditatis: „ verbis & actibus itinera monstrans sanctæ conuersationis. Erat enim, sicut cæ„ teris prælatus; ita cunctis humilior, in vestitu vilis: in cibo mediocris. Absti„ nentiæ jugo deditus, pudicitia ornatissimus, hilaritate cordis & corporis cla„ rus: patientiæ virtute; ac charitatis obsequio; eleemosynarumque largitionibus „ abundantissimè cumulatus. His virtutum sanctarum operibus adornatus; in „ medio fratrum, velut lampas refulgebat accensa. Quadam namque die, cùm, „ more solito, edicta legis diuinæ in conuentu omnium recitaret, ita ex affluentia „ eloquiorum illius, nimio charitatis ardore, reddita sunt audientium corda flam„ mivoma: vt plurimi ex illis ad lachrymas compulsi, immensas omnipotenti „ Deo gratias redderent, dicentes: Benedictus Deus, qui talem, non nostri meri„ to, sed suæ pietatis intuitu, dedit nobis Rectorem. Diligebatur enim à cunctis, „ vt verus pater: & ipsi ab eo, sicut deuoti filij. Ipse autem studebat semper plus „ amari quàm timeri: & peruigili cura in animabus saluendis, animum defige„ re. Cùm igitur eiusdem B. viri prærogatiua meritorum longiùs claresceret: con„ fluebant passim, ab eo plurimi saluationis suæ salubria expetentes consilia. Et „ quoniam sacerdotij dignitate fulgebat, confluentium ad se confessiones susci„ piebat: monita eis salutis impertiens, quomodò salui esse possent, & vias iusti„ tiæ, sine defectu alicuius tædij immobiliter retinerent. Cuius doctrina & exhor„ tationibus plurimi corroborati, munitique ad conuersionis festinantes gratiam, „ plurima deferebant dona, in speciebus diuersis pretiosorum metallorum: sed „ & possessionum prædia nonnulla, in diuersis sita territoriis: quæ cuncta curiosus „ lector, inspectis Testamentis, seu largitionibus eorumdem fidelium facile repe„ riet. Quæ etiam, vt multis liquidò patet, multimodam millenarij numeri effe„ cerunt summam. Erat enim secundum Deum, religionis sanctitate, omnimo„ dis ornatus: in sæculi quoque astutia prudens, eiusque bonitatis ac religionis „ opinio, longè latéque laudabilis imò imitabilis, vbique percurrit. r

r Ansgradus in vita S. Ansberti cap. 13. sup. Apud Surium 9. Februarij.

IX. „ In præfato namque venerabili Fontanellensi Monasterio, inter fœlicia boni„ tatis suæ gesta, etiam xenodochium imbecillium ac decrepitorum pauperum, in-

 star

„ ſtar duodeni Apoſtolici numeri conſtituit: deputatis eiſdem rebus, quæ ſuffi-
„ cienter præberent alimoniam. Alias quoque duas conſtituit in eodem Mona-
„ ſterio, pauperum Chriſti debilium manſiones: quas in octonario ex multis ſa-
„ crato numero, ſingulatim octonos habitare fecit. Quibus ſine indigentia, quo-
„ tidianum largiri victum perenniter cenſuit. Horum vacatio nulla erat alia, niſi
„ horis conſtitutis, diurnis nocturnis-ve, in domo Domini reſidere: orationi ac
„ vacationi Diuinæ deuotè inſiſtere, ac tempore ſancti ſacrificij, pro ſalute & ſal-
„ uatione populi Chriſtiani, Eccleſiaque Catholiqua vbique diffuſa, victimam
„ ſalutarem offerre. O magna & inclyta iſtius ſancti Patris opera! quæ non tan-
„ tùm verbis volant, quantùm virtutibus conſtant. [f]

f Ibid. cap. 14.

„ Sed his interim omiſſis, nunc juuante ſupernæ pietatis gratia, narrare aggre- X.
„ dior: qualiter idem vir venerandus, Pontificatus conſcenderit gradum. His
„ enim diebus contigit, vt B. Audoenus Rothomagenſis vrbis Pontifex, plenus
„ virtutibus, & ſanctis actibus, à Domino vocatus: migraret è mundo fœliciter.
„ In cuius exequiis B. pater Ansbertus, vnà cum aliquibus Monachorum ſuorum,
„ clericorumque ac Sacerdotum Chriſti cohorte plurima affuit. Qui vigilias eius
„ ſacræ depoſitionis ſolenniter celebrantes: dignis exequiarum honorarunt, de-
„ bita ſeruitute, obſequiis. Poſt cuius ſacrum tranſitum, ne Eccleſia, de Paſtore
„ amiſſo jacturam pateretur, cuncti Rothomagenſis vrbis ciues, miſſa petitione
„ ad Theodoricum, glorioſum Regem: cum eius permiſſu, & authoritate, B. Ans-
„ bertum ſibi elegerunt conſecrari Antiſtitem. Quorum electioni congaudens
„ Rex, quoniam in eodem ſancto patre, ſapientiam affatim redundare, & reli-
„ gionem pollere, cognouerat: illicò eorum annuens petitionis electioni, extem-
„ plò Legatos dirigit, qui eumdem Chriſti famulum, Regias perducerent ad ædes.
„ Nec mora: Legati ad B. Patrem Ansbertum peruenientes, mandata Regis pan-
„ dunt, ad aulam Regiam ire compellunt. Morabatur enim præfatus Rex in villa
„ *Clypiaco*, quæ ſita eſt in *Pariſiaco* territorio: vbi Conuentum magnum populorum
„ habens, de vtilitate ac tutela Regni tractabat; vt ad eius conſultum, veluti agere
„ conſueuerat, (nam Confeſſor illius erat) de Regni negotiis tractaret. Sed
„ cùm ſupradictus vir Dei, hoc audiſſet: illico agnouit, non aliud iſta euocatio-
„ ne fieri, niſi electioni ciuium Rothomagenſium in ipſo, Regem aſſenſum præ-
„ bere velle. Fertur etiam Legatis Regis reſpondiſſe, cauſa eximiæ humilitatis:
„ indignum ſe fore officio curæ Paſtoralis. Qui feſtinanter retulerunt Regi: nun-
„ tiando quale reſponſum acceperant. Secundò, quoque ad eum mittens Rex,
„ callidè intulit: nullo modo contra ſuam voluntatem, poſtquam vnà loqueren-
„ tur, ſuper ordine Pontificatus, agere ſe velle. At ille, vt erat ſanctæ ſimplicita-
„ tis ſapientia plenus: ad eumdem Regem ire deliberauit. Tunc eligentibus ciui-
„ bus præfatæ vrbis Metropoleos, cum vnanimi voto ſanctorum Sacerdotum, Re-
„ gis, & Principum, eligitur, trahitur; atque in eodem Palatio, à *S. Lamberto*,
„ Archiepiſcopo ſedis Lugdunenſis, alijſque ſanctis Præſulibus, qui ad hoc gene-
„ rale placitum conuenerant, in Pontificem conſecratur Eccleſiæ Rothomagen-
„ ſis, Diuina vtique prouidente ordinatione: vt qui in paucis fidelis extiterat, ſu-
„ pra multa à Domino conſtitutus, abundantem daret ſuæ in tempore familiæ tri-
„ tici menſuram. [t]

t Ibid. cap. 15.

„ Inter alia autem, quæ S. Ansbertus Fontanellæ erogauit; fuit Calcegius, ceu XI.
„ Calceacus, pagus, vnde erat oriundus: qua de re ſic Codex MS. loquitur. Litte-
„ ra Drogonis Comitis Vvilcaſſini, qui reddit nobis villam, quæ Calceacus dici-
„ tur, quam ex dono S. Ansberti habemus. [u]

u Chartularium magnum Abbat. Fontanell. littera T, 3. charta 33.

Sanctus Ansbertus ex Abbate factus Rothomagensis Pontifex, Cœnobium Fontanellæ, singulari prosequitur fauore, & priuilegiis in Concilio Prouinciali: moritur, ac tandem inili tumulandus defertur: sanctus Vulfrannus, Senonensi Archiepiscopatu relicto, fit eiusdem loci Monachus; ac post conuersionem gentis Frisonum ad Christum, Fontanellam rediens, sanctè ibidem exhalat animam.

CAPVT IV.

I. ETsi S. Ansbertus, Pontificalibus infulis sublimatus, Pastoralis officij munus haud segniter obiret: non propterea ab amore, & recordatione pristini Religiosi instituti vel tantisper elongabatur: quin potiùs & Ecclesiasticis, & Monasterialibus disciplinis veluti summè instructus, Monachicum & nomen seruabat & habitum: [a] Necnon Fontanellæ cœnobium, eiusque loci accolas, particulari complectabatur affectu. Qua de re Ansgradum sic loquentem audiamus. „Interea dùm multimodam eius in omnes gratiam memoro, „etiam super Fontanellensis cœnobij sancta Monachorum congregatione, quantam sollicitudinem & peruigilem curam indesinenter habuerit: testatur reliqua „prærogatiuæ eius gesta, etiam priuilegij sui authoritas, quàm prædicti cœnobij „habitatoribus, ob Dei amorem, & sanctorum reuerentiam, summa deuotione „edidit. Denique cùm sanctorum Sacerdotum, & omnium ciuium Rothomagensium electione, & gloriosi Regis Theodorici consensu, in Pontificem consecratus fuisset, nimio dilectionis feruore, quem erga prædictum venerabile cœnobium semper habuerat, priuilegij sui authoritatem, eidem edidit: vt per succedentia tempora, secundum S. Patris Benedicti Regulam, & vt præcedentium „Regum, *Clodouei*, videlicet, & *Clotharij*, simulque Childerici, & Theodorici, priuilegiorum authoritates docent; ex semetipsis sibi perennibus temporibus Abbatem eligerent, in qua etiam iustæ allegationis verbo, præsentes, futurosque, „qui ibidem Domino militaturi erant, constringit: vt sicuti sub eius regimine, „ita & deinceps, & ipsi, & posteri eorum, secundum Regulam S. Patris Benedicti fideliter Christo deseruirent. Quod si aliquando, peccatis exigentibus, „aut negligentia Pastorali, à via rectitudinis, & obseruatione regulæ S. Benedicti, in futuro deuiare conarentur, aut cogerentur: tunc conuocatio sanctorum „Sacerdotum, reliquorumque militum Christi, vnanimiter fieret, eorumque per „consilium, in pristinum reducerentur statum. Si verò hac Pontificali authoritate postposita, qualibet cauillatione sinistram elegissent vitam, ac conuersationem tenere: sub vinculo anathematis, æternaliter se damnandos scirent. [b]

II. „Facta est autem hæc priuilegij authoritas sub anno Dominicæ Incarnationis „682. Indictione 10. qui erat annus præfati gloriosi Regis Theodorici XIII. al. 3. „& præfati venerandi Præsulis, Pontificatus annus 5. in Synodo generali Rothomago vrbe habita: vbi plurima Deo accepta, & sanctæ Ecclesiæ vtilitatibus „profutura, disputata sunt. Affuerunt quoque & sancti Pontifices, aliique venerabiles viri, ab ipso præcipuo Præsule euocati, quorum subter tenentur nomina „adscripta.

[a] *Ionas, in vita S. Vulfranni Senonensis Archiepiscopi cap. 2. Apud Surium 20. Martij.*

[b] *Ansbertus in vita S. Ansberti Archiepiscopi Rothom. cap. 18 Apud Surium 9. Februar.*

Ansbertus, Episcopus vrbis Rothomag. huic Concilio præsui & subscripsi.

Radbertus, Episcopus. *Regulus, Episcopus.*

Airadus, Episcopus Carnotenæ vrbis.
Ausoaldus, Episcopus Pictauensis vrbis.
Aquilinus, Episcopus Ebroicinæ vrbis.
Cadoenus, Episcopus. *Arnonius, Episcopus.*
Saluius, Episcopus. *Desiderius, Episcopus.*
Fulcrannus, Episcopus. *Ioannes, Episcopus.*
Vvillebertus, Episcopus.
Gerebaldus, Episcopus Bajocaßinæ vrbis.
Taurinus, Episcopus.
Annobertus, Episcopus Sagiensis vrbis.
Celsus, Abba. *Andomarus, Abba.*
Scladio, Abba. *Bosochindus, Abba.*
Genardus, Vicedominus gloriosus antefati magni Pontificis.
Ermentrannus, Ferrocinctus, & Fortianus, Archid. venerãdi.

„ Aderat quoque Præsbyterorum residentium, & Diaconorum circumstantium magnus numerus, Ragnomirus, lector, huius S. Concilij gesta, & hanc priuilegij authoritatem, ipso sancto Pontifice jubente, recognouit, & subscripsit. [c]

c Ibid. cap. 19. Malbrancq. sup.

III. Hanc animi propensionem in Monachos à S. Audoeno, eius prædecessore, didicerat: cuius tempore Neustria Ægypti Monasteria æquauit: [d] „ Dignus sanè vir „ qui modò, nobilissimo in Monasterio, sua in vrbe, colatur: & è cœlo successo„ribus suis, Diuinam charitatem in Religiosos omnes, maximéque in magni „ Vvandregisili, (hominis sibi virtutis fœdere olim conjunctissimi) alumnos, „ auitam pietatem reparantes, inspiret. [e] Omnisque rixa, vel jurgium priuilegiorum causa, è medio tollatur: *Charitas* enim (teste Apostolo) *non quærit quæ sua sunt.* [f] Ordinarijs jure debetur honor, vel subjectio; ab honore præstando, nemo Christianus eximi potest: jubente eodem Apostolo persolui; *cui honorem, honorem.* [g] Hinc, exempti à jurisdictione ordinarij, vel sui superioris, non censentur exempti ab obsequio reuerentiali. At jura quædam honoraria videmus cum jurisdictione conjuncta, quæ præstare debent, qui exemptionis illius priuilegio non perfruuntur. „ Simile aliquid nuperrimè vidimus, cùm in Abbatia S. Vvandregisili, „ Illustrissimo Rothomagensi Archiepiscopo, visitationem ex more instituenti, ab „ Monachis intercessum est, nouam exemptionem, ex quo Cluniacensem, & „ S. Mauri Congregationem reformatam inierant, obtendentibus: & si res arbi„trio prudentum terminaretur, omnia honorifica jura, etiam cum jurisdictione „ conjuncta, vt solemnem cum processione ingressum, Augustissimæ Eucharistiæ „ visitationem, domus exterioris lustrationem, debitam pecuniæ summam offe„rentibus, vno tantum excepto scrutinio. Quæ conuenti forma, Eminentissimo „ Cardinali Richelæo, Ordinis capiti & Protectori, æqua visa est: & eius inter„uentu, in eas leges inter illos concordia restituta. [h]

d Vide sup. in prologo.
e Collotius de Hierarchia lib. 5. cap. 8. pag. 274.
f 1. Cor. 13. V. 5.
g Roman. 13. V. 7.
h Collotius sup lib. 5. cap. 18. pag. 363.

IV. Sanctus itaque Ansbertus, postea, factione inuidorum, in exilium actus, apud Altum-montem, Hannoniæ Monasterium, diem mortis exoluit, ann. 695. 9. Februarij: sed missis Legatis ad Pipinum Principem, licentia ab ea accepta est, vt licitum eis foret, eum transferri, quo ipsius decreuerat voluntas, nullo eius sanctæ ordinationi resistente: quia ipse prædixerat, hoc sibi à Domino impetratum esse, vt ossa sua in prædictum Fontanelle cœnobium tumulanda deferrentur. Tunc illius venerabile corpus, veste indutum Pontificali, positumque in lectica, Prælatis ante ipsum aromatibus & incenso, susceperunt ciues, qui aduenerant Rothomagenses, Monachique cœnobij Fontanellensis, deportaturi illud ad prædictum Monasterium. Quò cùm peruenissent, intulerunt ipsum in Ecclesiam S. Pauli Apo-

Apostoli. i Propterea; intra sacra Ecclesiæ Catholicæ Romanæ diptica, hæc leguntur verba. *In Monasterio Fontanella, S. Ansberti, Rothomagensis Episcopi.* k

V. Sub eius regimine floruit S. Vulfrannus, Senonensis Archiepiscopus: l quod Ionas hunc in modum recitat. ,, Aliquot autem annis in Præsulatu administratis, ,, superno oraculo in visu admonitus, vt genti *Frisonum* verbum Domini antea illis ,, inauditum euangelisaret; inito opere Apostolico, proposuit illicò animo, plu-,, ribus prodesse. Erat autem, eo tempore, in vrbe Rothomagensi (quæ & ipsa ,, mater est ciuitatum) Præsul sanctissimæ religionis, & Abbas Monasterij Fonta-,, nellæ, famulus Domini *Ansbertus*, & ipse scientia litterarum imbutus: sed & ,, Ecclesiasticis simul, & Monasterialibus disciplinis summè instructus, Monachi-,, cum & nomen seruans & habitum, in prædicto Monasterio multorum pater ex-,, tans Monachorum. Hunc Pontificem adiens B. Vulfrannus, suam ei patefecit ,, voluntatem: vt prædicto populo, in tenebris ignorantiæ sedenti, verbum vitæ ,, immortalis annuntiaret. Nam & antea possessionem suam, quæ vocatur *Mau-,, riliacus*, quæ sita est in territorio Vastinensi, per Testamenti seriem, prædicto ,, sacro loco, & ipsi sancto Patri contradiderat; quæ facta erat anno 5. al. 15. ,, Regis Theodorici. Necdum enim idem vir Dei, Pontificatus conscenderat gra-,, dum. Intererat in hoc Conuentu, & confirmauerat cum aliis illustribus viris, ,, hoc scriptum S. *Erembertus*, Episcopus vrbis *Tolosæ*; & Monachus eiusdem cœ-,, nobij Fontanellensis: cuius nunc ossa sacra, in eodem Monasterio, virtutum glo-,, ria pollent. Nepos quoque prædicti S. Vulfranni Pontificis, nomine *Magislus*, ,, aliam largitionem edidit, de patrimonio, *Maniaco*, siue, *Villari*, quod est situm ,, in pago *Meldunensis*, qui in prædicto Monasterio Monachus effectus, & regulari-,, bus subditus disciplinis, spretis terrenis, cœlestia sperare didicit. m Cum autem S. Lambertus Abbas (sub quo, in Domino obdormiuit Fontanellæ, ipse S. Erembertus. n) è Fontanella excesserit, ad Archiepiscopatum assumptus Lugdunensem: o planè constat eam sancti Vulfranni donationem haud factam fuisse ann. 15. sed circa ann. 5. Regis Theodorici.

VI. ,, Sed his omissis (inquit idem author) nunc intimandum, qualiter dictus ,, S. Præsul, ex præfata Frisonum gente, plurimam prædicando conuerterit par-,, tem ad Christum. Si quidem ad præfatum *Fontanellense* Monasterium perueniens, ,, de eodem loco cooperatores verbi strenuos, & ad prædicandum idoneos, vtpo-,, tè actione simul & eruditione præclaros assumens; præparatis omnibus, quæ ,, nauigantibus necessaria esse videbantur, in portu eiusdem Monasterij, nauim ,, ascendit; & per fluuium magnum *Sequanæ*, mare introiens *Gallicum*, nauigauit ,, in *Frisiam*, & genti illius, ac Duci eius Radbodo, verbum Dei annuntiabat, &c. ,, p Qua in regione, multos conuertit ad Christum: ex quibus nonnullos secum ,, adducens, Fontanellam vsque perduxit. q Postea tempus determinatum assi-,, gnans, quo hoc pium opus assumpserit, addit. *Venerabilis* autem præsul Vulfran-,, nus cùm tenuisset Pontificatum Senonensis vrbis, cum licentia Regis Childeber-,, ti, & Pipini Principis, ad prædicandum præfatæ *Frisonum* genti, sicuti Diuini-,, tùs sibi fuerat reuelatum, animum conuertit: qui erat annus Dominicæ Incar-,, nationis 700. Pipini quoque Principis annus 13. Quod opus per annos 5. infa-,, tigabiliter peregit, ad Fontanellam Monasterium sæpiùs reuertens; vbi & Mona-,, chicum assumpserat habitum, in eadem verbi Dei prædicatione occupatus, & ,, in majori senectute iam positus (nam & pedum dolore frequenter vexabatur) ,, ordinato in Episcopatu Senonicæ vrbis *Gerico*, venerando Pontifice, secessit ad ,, præfatum Fontanellæ cœnobium; ibique regularibus subditus disciplinis, co-,, ronam expectabat æternam. Nam & in hoc Monasterio Basilicam in honore ,, S. Stephani 1. martyris, fabricauit, iuxta quam mansionem eidem prærpara-,, uerant fratres; vbi Diuino cultui deditus, sollicitus operis Dei curam exhibe-,, bat, quæ distabat à Basilica S. Pauli Apostoli, passibus ferè triginta: &c. r Cũ-,, que docendo verbum Dei in præfata Prouincia degeret occupatus, Diuino ad-,, monitus oraculo, redijt ad venerabile cœnobium Fontanellæ: quia suæ resolu-,, tionis diem jam proximè instare cognouerat, &c. s Migrauit in cœlum 20. Martij anno 720. sepultusque est primò in Ecclesia B. Pauli Apostoli, juxta Sacerdotem Domini D. Vvandregisilum, Abbatem, istius domus inclytum fundatorem;

i *Ansgradus sup. cap. 22. 23. 24. & seq.*
Malbraneq. lib. 4. cap. 37.
k *Martyrolog. Rom. 9 Februar.*
l *Acta vita S. Vvandreg. filli.*
Abbat. cap. 23.
Apud Surium 22. Iulij.
Tabula MSS Abbat. Fontanell. Ordericus lib. 1. seq.
m *Ionas sup. In vita S. Vulfranni cap. 4.*
n *Cap. præcedenti §. 3.*
o *Ibid. §. 5. & 7.*
p *Ionas cap. 3 sup.*
q *Ibid. cap. 5 6. & 10.*
r *Ibid. cap. 11.*
s *Cap. 12. Ibid.*

t Cap. 13. Ibid.
u Martyrologium Romanum 20. Martij.

in dextra parte: [t] Huius colit memoriam S. Ecclesia in suo Martyrologio: *In Monasterio Fontanellæ, S. Vulfranni, Episcopi Senonensis: qui relicto Episcopatu, ibidem clarus miraculis, decessit è vita.* [u]

x Ionas sup. cap. 11. Baronius tom. 8. Annal. Eccles. ad ann. 700.
y Ionas cap. 2. Ibid.
z Ansgradus in vita S. Ansberti Rothomagens. Archiepiscop. cap. 33. Apud Surium 9. Februar.
aa Tauellus. De vita, ac rebusque Archiepiscopor. Senonens. in D. Vulfranno pag. 22.
bb Ionas cap. 12. sup.
cc Tauellus sup. & Malbrancq. lib. 4. sup. cap. 52.

Vnum, vel alterum superest dubium dissoluendum. Primū circa illā visitationem, seu cōsultationem S. Vulfranni cum D. Ansberto Archiepisc. Rothom. habitā, super conuersione gentis Frisonum, quam ex animo maximè amplecti cupiebat; scribit *Ionas*, huic operi, (sicuti Diuinitùs, sibi fuerat reuelatum) curam adhibuisse, ann. 700. [x] At sanctus Ansbertus, quem apud Rothomagum, super eo opere consulebat, (ipso etiam teste): [y] jam è viuis sublatus fuerat ann. 695. [z] Rectiùs igitur, meo iudicio, assentiendum foret Iacobo *Tauello*, id accidisse volenti, ann. 688. [aa] seu potius ann. 690. non verò ann. 700. Quod opus, cùm per annos 5. infatigabiliter peregisset, iuxta omnium sententiam, *Fontanellas* rediit; non in *Flandria*, vti mendosè legitur, apud ipsum *Tauellum*, sed in *Neustria* ad Sequanam fluuium. Diuino autem admonitus oraculo, ad præfatum Fontanellæ cœnobium reuersus est: quia suæ resolutionis diem jam proximè instare cognouerat: inquit *Ionas*. [bb] Vbi per aliquod tempus demoratus, grauique morbo grauatus, decessit è vita ann. 720. iuxta ipsum: quod tamen omnino incredibile est. Nam si quinquennium illud, quo conuersioni Frisonum sedulò vacauit, addideris anno 688. ceu 690. quando ad id opus se accinxit: conficiet proculdubiò ann. 695. qui propriè ac precisè tempus erit suæ reuersionis in Galliam, ad Fontanellæ cœnobium: vbi paruo tempore, sui moras incolatus sanctissimè consummauit, non ann. 720. Sed veriùs circa ann. 700. ex præfato *Tauello*. [cc] Ex quibus emendandæ veniunt Antiquitates MSS. Normaniæ perperam referentes, pag. 121. hunc S. Vulfrannum obiisse ann. 740. cùm illius Abbas extitisset: & chronicon S. Petri viui Senonens. ann. 741. VII.

De tribus aliis SS. Abbatibus nimirum, D. Hilberto, qui funus S. Ansberti, Rothomagensis Archiepiscopi curauit: B. Bayno, Taruanensi Episcopo, cuius opera, translata fuere corpora SS. Vuandregisili, præfati Ansberti, &c. in alium decentiorem locum: Et D. Benigno, cuius tempore, multa cernuntur dono collata ipsi Fontanellæ cœnobio.

CAPVT V.

4. *Sanctus Hilbertus.* [a]

a Tabulæ MSS. Abbat. Fontanell. Canisius tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ & Galliæ Christiana in Abbat. Ibid.
b Lemonius in Syntagmate Histor. De SS. Franciæ Bancellar. in notis ad vitam S. Ansberti Rothomag. Archiepiscop.
c Gallia Christiana, sup.
Tabula MSS. Fontanell. Abbat. sup.
e Ansgradus cap. 26. sup.

Nvncupatur S. *Hilbertus*, vel *Hilebertus*, qui D. Ansberto ad Archiepiscopatum Rothomagensem euocato, successit anno 677. [b] præfuit autem vsque ad ann. 699. [c] vel 700. [d] quo sancto fine, quieuit in Domino. Cùm autem ipse B. Pontifex Ansbertus, in exilio, apud *Altum-Montem Hannoniæ* Monasterium, debitum mortis exoluisset, anno 695. vti superiùs toties edidimus; Sacrum eius corpus (iuxta eius supræmam voluntatem) exindè allatum est, & in Fontanellam cœnobium deportatum, comitantibus, *Halidulpho*, prædicti *Altimontis* cœnobiarcha, & copiosa piorum turma ciuium Rothomagensium, ac Religiosorum Fontanellensium. [e] „Venientes verò, (inquit Ansgradus) ad præfatam „villam *Venittam*, illic affuerunt obuiam S. præsulis corpori Comprouinciales „vrbis Rothomagensis Episcopi, & sanctorum cœnobiorum patres, cum venerabili Domini clero, propinquisque eiusdem S. Pontificis, ac innumerabili vul„go vtriusque sexus, cum deuotione magna: cœperuntque ante illud ire psallen„do: indeque *Halidulphus*, venerabilis Abbas, cum comitibus itineris sui, ad I.

propriꝫ

proprij reuertitur cœnobij habitacula. [f] Tunc & ipse D. Hilbertus Fontanellensis Abbas, excepta S. Patris sarcina, totius funeris piè curam egit: cuius rei seriem ita enarrat idem author. *Permanentes* denique cum corpore eius, qui eum „ transferebant, ad cœnobium Fontanellam: intulerunt illud in Ecclesiam sancti „ Apostoli Pauli. Flebant autem senes & iuuenes: flebant pueri & infantes, om„ nisque Monachorum chorus. Postea verò accessit venerandus Abbas Hilbertus „ ad venerabile corpus, assumptis secum probatæ vitæ fratribus, ac merito sancti„ tatis ornatis; æstimans illud, ob tam prolixi interuallum temporis (nam dies „ tricesimus instabat) subitò fœtere. Cùmque sanctum illius caput velamine oper„ tum denudassent; tantæ suauitatis fragrantia inde manauit, veluti si diuersorum „ aromatum, aut Thymiamatum odoribus, vniuersa compleretur Ecclesia. Nam „ & facies illius ita in ruborem erat versa; quasi in sopore esset, viuentis effigiem „ gerens. Multi quidem sancti præsules, & patres venerandi, reliquumque vul„ gus, contemplati sunt: quia, vniuersis, qui affuerant, fuit permissum hoc cer„ nere stupendi miraculi signum. Deinde, cum omni diligentia & timore, in syn„ done munda, ac pallio inuolutum, eius venerabile corpus, posuerunt in sepul„ chro: quod eidem præparauerant in eadem Ecclesia S. Pauli Apostoli, cum lau„ dibus, iuxta sanctissimi Patris Vvandregisili sepulchrum, ad eius læuam, die 9. „ iduum Martiarũ, sub ann. 695. Incarnationis Domini Dei nostri Iesu Christi. [g]

II. Postea verò, in loco *Paldriaco*, territorij Rothomagensis, à Monasterio Fontanella, milliaribus 4. dissito, in via publica, & lapidibus strata, vbi sanctissimi Pontificis venerabile pausauerat corpus, lignea crux erecta est à fidelibus, ad honorem & memoriam ipsius; vbi infirmi, & à diuersis languoribus, Domino largiente, meritis S. Ansberti, plura frequenter perceperunt sanitatum munera. [h] „ Sequenti quoque tempore, in præfato loco, Ecclesia est constructa in honorem S. Ansberti præsulis, Augusto, & polito opere: à venerabili Hilberto Abbate, „ successore eiusdem S. Patris, in ordine regiminis: ait prædictus Ansgradus. [i] qui videtur eidem Abbati hanc D. Ansberti vitam dedicasse.

f Idem cap. 28.
g Ibid. cap. 29.
h Ibid. cap. 30. & 31.
i Ibid. cap. 32.

5. *Sanctus Baynus.* [k]

III. Regimen huiusce cœnobij assumpsit, ann. *699.* vel *700.* videlicet 7. Childeberti II. Francorum Regis anno [l] Sub ipsius tempore, Pipinus gloriosissimus Francorum Dux, cœnobium *Floriacum*, vnà cum nobili conjuge sua Blictrude, seu Plectrude ædificauit (quod situm est in pago *Vilcassino*) ann. 9. illius Childeberti Regis, Christi verò 702. ipsumque Baynum Rectorem ipsi præfecit, plurimamque Monachorum turmam adunauit; illudque vnà cum omnibus rebus suis cœnobio Fontanellæ perpetuò possidendum tradidit. Similiter idem Rex complura eidem D. Bayno ann. 10. 11. & 12. Regni sui. [m] Cuius pietas, inter innumera bonitatis suæ opera quæ gessit, maximè enituit, erga cultum decentiorem Reliquiarum sacrarum, corporum videlicet, SS. Vvandregisili, Lamberti, Ansberti, prædecessorum Abbatum, necnon & BB. Condedi, Eremberti, Vulfranni, & aliorum eiusdem cœnobij Monachorum: quæ in Ecclesiam D. Principis Apostolorum Petri, de Basilica S. Pauli Apostoli transtulit; & posuit B. Vvandregisilli corpus in medium: magni verò præsulis Ansberti ad læuam: & gloriosi Pontificis Vulfranni, ad dexteram partem, in abside eiusdem Basilicæ ad Orientalem plagam, ann. 704. ceu 705. pro varia anni supputatione, indictione 4. pridie Kalendas Aprilis, feria 2. (nam solennitas Paschalis 3. calend. April. tunc extitit) sub ann. regiminis ipsius S. Bayni 5. Eodem verò in loco, quo B. Vvandregisillus, in prædicta S. Pauli Basilica requieuerat: D. Erimbertum Episcopum posuit, qui antea inferiori loco eiusdem Ecclesiæ, subter arcubus tumulatus, annis plus minus 23. (dici debet 28.) requieuerat, die 31. post Translationem prædictam; condiditque super eum, repam argento decoratam. Qui ita integri ab omni corruptione, cum vestibus suis, quibus induti fuerant, reperti sunt, quasi eadem die, traditi fuissent sepulturæ. Nam sicut ministrare sanctis altaribus consueuerant: ita etiam tumulati fuerant. Hæc ergò cunctorum votis præstolata cùm aduenisset

k Tabula MSS. Abbat. Fontanell. Codex MS. Rigoti de gestis Abbat. Fontanell. Codex MS. Rigoti de gestis Abbat. Fontanell. Camalis. Gallia Christiana. Ibid. sup.
l Idem in ex...nali.
m Codex MS. Rigoti sup. Malbrancq. lib. 4. cap. 11. sup.

solemnitas; sacerdotes, Monachi, clericorum chori, vnà cum fidelibus aderant plebibus. Tunc cum hymnorum laudibus, tumuli aperiuntur; de quibus tantus ineffabilis fragrantiæ odor prodiit, vt mira dulcedine, non solùm in Ecclesia circumstantem populum, verum & in atriis sitam repleret plebem: cùm tamen sub terra jacuisset S. Vvandregisilus annis circiter 40. D. Ansbertus 11. & B. Vulfrannus 9. ac S. Erembertus 37. [n]

Exindè patebit responsio, asserentibus id euenisse anno Christi 729. [o] nam eo tempore, iam obierat S. Baynus: præterea, annus 5. regiminis ipsius S. Bayni; vel annus 40. à morte sancti Vvandregisili: quibus volunt id accidisse, nusquam coinciderent ad ann. 729. vt intuenti liquet. Quantum verò ad diem vltimum Martij, cui assignatur hæc festiuitas: non minor sese offert diuersitas: cùm Molanus eam reponat ad 1. Iunij: nec omnium etiam meminerit: dicens. „Monasterio Fontanella, Translatio SS. Maximi & venerandi martyrum: Vulframni & Eremberti, Episcoporum; & Condedi Præsbyteri & Confessoris. [p] Vndè autem hæc desumpserit, adhuc me latet: nisi aliqua inibi irrepserit menda: sicut & apud Martyrologium Benedictinum, his verbis: *In cœnobio blandinio Eleuatio & Translatio SS. Vvandregisili Abbatis, & Ansberti, atque Vulframni Archipræsulum*, [q] cui alij subscribunt: sed hallucinantur, quandoquidem, non *Blandinij*, sed *Fontanellæ* ea tunc Translatio peracta sit; iuxta omnia venerandæ antiquitatis monimenta. [r] De hoc S. Bayno, hæc profert, Martyrologium Benedictinum 20. Iunij. *In cœnobio Fontanellæ S. Bayni Episcopi & Confessoris*, sic & Molanus ibid. sup. IV.

6. *Sanctus Benignus.*

Successit ann. 707. prædecessor namque S. Baynus, Fontanellæ præfuit ab ann. 7. Childeberti II. Regis Franciæ vsque ad ann. 15. eiusdem Monarchæ, scilicet ann. 707. [s] Hic jussu Ragenfredi, Majoris domus, de regimine Monasterij projicitur ann. 716. & Vvando Monachus eius, filius Baldrici, in eius loco subrogatur per annos tres. Sed tandem, Caroli martelli armis ipse Ragenfredus subactus, atque fugatus, Vvando etiam à præfectura huiusce cœnobii est dejectus, & in Trajectum Castrum relegatus. Vndè D. Benignus regiminis sui Monasterij rursus sortitur gradum, per annos 4. id est, vsque ad ann. Theodorici junioris Regis III. qui erat Dominicæ Incarnationis 722. seu 723. quo, è vita migrauit 13. calend. April. [t] Extat charta Chilperici II. Regis: qua confirmauit ipsi Benigno Abbati, omnes possessiones ac libertates Monasterij S. Vvandregisili, majorem etiam partem syluæ, quæ *Foresta Gemmeticensis*, tunc dicebatur. [u] quæ subsequitur. V.

Addunt, & ipsum extitisse Flajacensem, seu Flauiacensem Abbatem, vulgò *de S. Germer en Flay*: post decessum Geremari S. Genuardi, propinqui eius, Vicedomini olim Rothomagensis, posteà verò, Fontanellensis Monachi. Vide ad 13. Ianuarij in *Neustria Sancta*.

„Huic Benigno Abbati (inquit codex MS.) largitus est Rex junior quartam „partem de *Arlauno* Foresta, anno 5. Regni sui, suggerente Theodaldo, Majore do„mus Regiæ, & hæc 4. largitia licet ab isto Rege sit firmior reddita ab antecesso„re, tamen sub Hilderico Rege maxima pars concessa jam fuerat, decessori „istius Benigni Abbatis, almæ recordationis *Bayno* Episcopo. Edita est autem hæc „donatio siue confirmatio à præfato Rege Dagoberto, anno Incarnationis Domi„nicæ 715. indictione 13. quinto iduum juniarum die Dominica. Hic Benignus „dimisit in Ecclesia B. Petri calicem aureum; qui pensauit libras 5. & patenam „eiusdem pesantem libram vnam. De rebus verò cœnobij nihil minuit, imò aug„mentare studuit. Denique ex propria hæreditate contradidit huic cœnobio *Sem„nau*, & *Mauronis Cisternam*, in terra *Calletensi*: similiter *Bisagum*, in pago *Vilcassi„no*; *Maris* & *Vualdeberti Moltare*, patrimonia, quæ sunt sita in pago *Aurelianensi*: „*Onadonem* & *Carriacum*, prædia in territorio *Andegano*: Condatum etiam patri„monium, quod est in pago *Oxisimo*, *Crisciacum*, *Salagiacum*, *Sammacum*, *Captialo„num* & *Magalonum*, quæ sunt in pago *Xantonico*: *Agaunacum*, *Bonolum*, *Andiagum*, „*Vodertam*, *Agnitum*, *Amboriacum*, *Riuerum*, prædia sita in pago *Engolismensi*: sunt VI.

possess-

[n] *Surius 22. Iulij in vita S. Vvandregisili cap. 25. Ionas in vita sancti Vulframni Archiepiscopi cap. 13. Gazetus ibid. & in SS. Diœcesis Audomaropolit. & Gandauens. Myræus in Fastis Belgic. 22. Iulij. Molanus in Additionib. ad Vsuard. 1. Iunij. Martyrologium Benedictin. Ferrarius & alij. Yeppes. Tom. 2. Chronic. Ordin. S. Benedictin. Centuria 3. cap. 1. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 30. April. Codex MS. Bigoti. De gestis Abbat. Fontanell. Codex MS. Translation. SS. Vvandregisili, &c. Malbrancq. cap. 53. sup.*

[o] *Apud Surium sup. Ionas: Gazet: Myræus.*

[p] *Molanus sup.*

[q] *Martyrologium Benedictin. 31. Martij. Apud Vuion & Menardum. Molanus in Addition. ad Vsuard. Galesinius: Ferrarius. Saussayus, &c.*

[r] *Codex MS. Bigoti. Codex S. Vvandregisili MS. Ionas: Surius, & alij sup. Petrus de Natalib. lib. 6. cap. 127. Catalog. Sanctor.*

[s] *Tabulæ MSS. Abbat. Fontanell. Codex MS. Bigoti de Gestis Abbat. Fontanell. Cenalis & Yeppes: ac Gallia Christiana sup.*

[t] *Tabulæ præfatæ & Codex MS. Bigoti.*

[u] *Apud Magnum Chartularium MS. Fontanellens. Chart. 5.*

,, siones 22. pagi 7. de quibus 3. partem largitus est: id est, de vnaquæque edita
,, est hæc largitio à Benigno, anno 4. regnante Hildeberto Rege, die 13. Calend.
,, Februar. Hic Benignus Abbas placitauit contra Berdiarium Comitem, pro
,, villa, quæ vocatur *Monticellus*, quæ sita est in pago *Oximensi*, coram *Carolo*, majore
,, domus, mediante Aduocato suo, nomine *Rotberto*; in quo Conuentu interfue-
,, runt hi Episcopi, *Ebbo*, *Baldoinus*, *Theodericus*, *Rotgerius*, *Anginalfus* & *Haregarius*,
,, celebrata est hæc euendicatio, anno 3. Regnante *Theoderico*, juniore, Rege, 14.
,, Calend. Augusti, *Talpiaco* castro. Anno 5. regnante *Dagoberto* juniore, quidam
,, Præsbyter, nomine *Lentbertus*, vir valde diues, contradidit eidem venerabili
,, Præsbyteri prædium, quod vocatur *Podardivilla*, situm in pagó *Vvinam*, in
,, quo ipse *Lentbertus* Ecclesias ædificauit, necnon & Locella alia, *Tannaco*, *Lunera-
,, co*, *Fialmas*, *Sengressum*, etiam & *Sedano*, & *Arediarium villam*, in pago *Vvilcassino*,
,, vndè statim priuilegium confirmationis à prædicto Rege editum accipere cura-
,, uit, quod adhuc in scriniis nostri cœnobij reconditum retinetur. Eodem anno,
,, quidam homines, nominibus his, *Gunthardus*, *Almedius*; Aiga, fœmina, largiti
,, sunt possessiones has, in pago *Ebroicino*, *Agmaro*, & *Stonna*, & *Marceriolas*, & *span-
,, ga*, & *Haretonem*, cum omnibus adjacentiis suis, sitas super fluuium *Ittonem*. Huic
,, Benigno Abbati largitus est idem *Benignus* monachus, senior frater *Gennardi*,
,, mansum in *Magaliaco*, villa in pago *Vilcassino* cum vineis & mancipiis, quæ ei de-
,, derat *Raginfredus*, quondam Major domus. Item, quidam homo, nomine *Gis-
,, leardus* dedit *Montem-Cellus*, villam, cum adjacentiis eius, *Meriliaco*, *Neruiniaco*,
,, *Ertliaco*, sitam in pago *Oximensi*, in *centena Noniacensi*, anno 2. Dagoberti Regis.
,, Anno 16. Hildeberti Regis, quidam pater familias, *Hector* nomine, *primicia-
,, cum*, die 10. mensis Iulij, in pago *Madriacensi*, largitus est. Eodem anno, *Ermin-
,, gus*, clericus, partem contulit de *Brimmaco*, 8. calend. Iulij: in quo Conuentu
,, interfuit vir Deo dilectus *Bagga*, Præsbyter Saxonici generis. Anno 17. eius-
,, dem Regis, *Ebroinus* partem de *Genciaco*, Fontanellæ contradidit: Nam & filium
,, suum nomine *Odonem* istinc clericum habebat. Anno 1. Dagoberti, junenculi
,, Regis, *Ermoaldus*, *summa Crana*, 10. calend. Martij. Anno 2. *Erinulphus*, *Roc-
,, colilimitum*, siue *Berthlini-curtem*, & Mancicum: anno 3. Gangia fœmina, *Sacia-
,, cum* siue Dignum, super fluuium, *Andura*; item *Landas*. Anno 4. partem de *Tri-
,, ciaco* & *Aibrando villarij*: *Erinfridus*, Item *Monticellus*, in *centena Nantsinnensi*, *Er-
,, chenfridus*, ann. 5. *Aganulfus* partem in *Frasariis viciniis* gressus, & quidam *Vvado*
,, *in colnicio*. [x]

[x] *Codex MS. Bigoti de Gestis Abbat. Fontanellens.*

Duo Abbates vita sanctitate illustres; nempe, S. Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus & D. Lando: duo item alij cœnobiarchæ, actibus difformes, videlicet, Teutsindus & Vvido.

CAPVT VI.

7. *Sanctus Hugo.*

I. MOrtuo S. Benigno, vti diximus, ann. 722. ceu 723. 13. calend. Aprilis: sufficitur in eius locum B. Hugo. [a] Qui priùs Monachatum professus sub S. Aichadro 2. Abbate Gemeticensi; postea eidem loco præfuit, ann. 690. ac deindè etiam Fontanellæ: tum demùm Parisiensis, Bajocensis, ac Rothomagensis Pontifex renuntiatus est. [b] Verùm, vt ea omnia faciliora reddamus, ab ouo illa repetenda duximus. Sanctus itaque Hugo, patrem habuit *Drogonem*, Pipini Ducis Francorum filium: *Grimoaldi* autem & *Caroli*, nobilissimo-

[a] *Tabula MSS. Abbat. Fontanell. Codex MS. Bigoti de gestis eorumd. Abbat. Canalis. Gallia Christiana sup.*
[b] *Vide sup Tom. 1. Neustriæ Christianæ sub 25. Archiepiscopo Rothomagens.*

rum principum fratrem; Porrò mater Hugonis extitit *Addtrudis* nomine, filia *Vvarattonis* nobilissimi, majoris domus Regiæ, atque Ansfledis conjugis eius: qui plurima huic Monasterio largiti sunt prædia. Denique prædicta religiosa & strenua matrona *Ansfledis*, auia sua (derelicta siquidem *Vvarattonis*,) ad nutriendum susceperat ipsum Hugonem, patrem demùm gloriosissimum. Hæc igitur prouidè industria, spiritu plena, animum pueri fertur quotidianis admonitionibus corroborasse; vt sese, cum omnibus, quæ habebat, Dei seruitio manciparet. Vndè factum est, vt sacrarum litterarum studio imbutus, coæuos sapientia ac religione anteiret: secundumque sanctam suggestionem præclaræ nutricis & auiæ suæ, *Ansfledis*, cœpit terrena cuncta despicere, & ad regna cœlestia viriliter anhelare, simulque patrimonia plurima Ecclesiis Christi contradere; quæ cuncta, si qui pleniùs cupiunt scire, scrinia ciuitatum Rothomagensis, Parisiacæ, & Bajocassinæ, & huius cœnobij Fontanellensis, simulque Gemmeticensis, reuoluat. Illicque inuenient, quantam sollicitudinem, & peruigilem curam, de constructione, propagatione, & restauratione, ac exaltatione, Ecclesiarum habuerit. [c]

c Codex MS. Bigoti sup.

II. Defuncto Drogone, patre suo, ann. 707. verno tempore: largitus est (dùm adhuc foret laicus) D. *Benigno* Abbati, *Virlaicum* villam, quæ sita est in pago *Tellau*, super fluuio *Dora*, quæ ipsi de jure prædictorum parentum suorum legitimè obuenerat: facta est hæc largitio ann. 713. indictione 11. qui fuerat annus Dagoberti juuenculi Regis III. 11. calend. Iulij, feria 4. inter reliqua autem prædia ab eo contradita, & *Vitlanam* villam largitus est postea *Vvandoni* Abbati, anno 10. Lotharij Regis, (quem Carolus post fugam Hilperici ac Ragenfredi, Regem sibi statuerat) & possessa est ab hoc cœnobio vsque ad regimen Vvitlaici Abbatis per annos 43. [d]

d Ibid.

III. De Monachatu ipsius, apud Gemmeticum, constat: vbi & Abbatis munere functus est: [e] sicut & Fontanellæ, ab ann. 723. tùm etiam ad Ecclesiam Parisiensem, Bajocensem, ac denique Rothomagensem an. 723. euocatus, dignissimè præfuit ac profuit. [f] Qua de re antiquum audiamus scriptorem, hûc in modum verba promentem. „Hic etiam præsulatum Parisiacæ similiterque Bajocassinæ, cùm Rothomagensi tenuit, factione scilicet patrui sui, Caroli principis, extra decreta tamen Canonum. Cœnobia verò nobiliora, Fontinellam, & Gemmeticum: prædia verò Regia, quæ eius insederunt animò. Non enim causa peruersæ cupiditatis, aut aliquo sæculari fastu, à patruo suo, Carolo principe, siue à Regibus Francorum, qui eius tempore, sceptra Regni eius tenuerunt, (Hildeberto, Dagoberto, Hilperico, Lothario, necnon Theoderico) ea impetrabat: sed vt statim Ecclesiis Christi contraderet; sciens scriptum quòd hæreditas benè reconditur, quæ Deo custode seruatur. [g] Huic glorioso præsuli (addit inferius) largitus est quidam illustris, nomine *Bertus*, portionem aliquã de villa *Digmaniaco*, quæ sita est in pago *Oximensi*, in *centena Alanconiensi*: illam rem, quæ vocatur, vanda Vicentena *Sagiensis* similiter in Territorio *Cænomannico*: rem illam, quæ dicitur, *Vernigo*, seu *Mitiago*, quæ appellatur, *Auanecurte*: Edita est hæc largitio ann. 11. Theoderici Regis, patris Hilderici demùm Regis nouissimi ex genere *Merouingorum*. [h]

e Infra in Gemmetico Abbatia cap. ...

f Ordericus lib. 1. Histor. Ecclesi. ad ann. 734. & lib. 8. ad ann. 1080. Vide sup. Tom. 1. Neustria Christian. cap. 46.

g Codex MS. Bigoti. sup.

h Ibid.

IV. Circa verò ipsius fœlicis transitus ad Christum, tempus, non omnes conueniunt; dùm diuersimodè reperiatur assignatum, nempè, ad ann. 989. [i] 729. [k] 730. [l] & 731. [m] sed rectius meo judicio, ann. 730. quandoquidem ad sedem euectus Rothomagensem, ann. 722. præfuerit annis 8. [n] Ex quibus corrigendus codex ille MS. Bigoti, de Gestis Abbat. Fontanell. cùm ea in re minimè sibi constet. „Regimen (inquit) huius suscepit cœnobij ab anno Dominicæ Incarnationis 723. Rexitque istud cœnobium, per annos nouem, menses duos, dies tredecim, idest, vsque ad ann. 730. sicque emendandus est: vt loco ann. 9. ponatur. 6. Obijt autem Septuagenario major, die 9. Aprilis, ann. 730. quod testatum reliquit idem Codex MS. hæc subdens. „Præsul hic migrauit ad Dominum, sexto idus Aprilis, ann. Christi 730. indictione 13. corpus eius Gemmetico cœnobio, quò etiam vita decesserat, in Ecclesia B. Mariæ venerabiliter est sepultum: condita est à fratribus illic habitantibus, super tumbam illius repa diuersis metallis decorata, ob amorem virtutum, sanctitatem, & reuerentiam illius. Nullus enim ante

i Antiquitates MS. Normaniæ pag. 77.

k Dadræus in Archiepiscop. Rothomagens.

l Codex MS. San-Victorian. Parisiens. Chronicon Cadomense ann. 730. Chronicon MS. Rothom. eodem anno.

m Tabula MSS. Fontanell. Abbat. Galliæ Christianæ sup.

n Tom. 1. Neustriæ Christianæ sup.

vel

„ vel post eum, eiusdem cœnobij Rector, tot prædia ac possessiones, in iure ipsius
„ venerabilis loci contulit, ac impetrauit; sicut ipse facere curauit, veluti Testa-
„ menta eiusdem cœnobij, cunctis legentibus liquidò patet. Hic dimisit in hoc
„ cœnobio Fontanellensi calicem aureum, pesantem libras sex: capsam auro &
„ gemmis decoratam, continentem pignora diuersorum sanctorum, hic nobilis
„ genere, non inferior religione.

8. *Sanctus Lando.*

V. Ponè sequitur S. Lando in regimine huius cœnobij, ab anno 12. Regis Theoderici, qui erat Exarchatus Caroli Francorum Principis annus 17. Incarnationis Dominicæ 731. indictione 14. [o] Qui etiam Cellam S. Sydonij quæ est in Vvarinam, simul cum ista, iure beneficij aliquando tenuit; impetrauit à præfato Carolo, priuilegium immunitatis perennis, in quo continetur; quòd cœnobium istud sub sua defensione ac tuitione, idem princeps specialiùs receptum haberet, &c. Rexit autem cœnobium istud per annos tres: lapsoque cursus sui tempore, ingressus est viam patrum, sepultus in Ecclesia B. Petri, in cœnobio Fontanellensi: anno 734. 17. calendas Februar. [p]

o Tabula MSS. Abbat. Fontanellæ. Codex MS. Bigoti. Canali; & Gallia Christiana. sup. Saussayus in Appendice ad Martyrolog. Gallican.

p Codex MS. Bigoti Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christiana in Abbat. sup.

9. *Teutsindus.*

VI. Variè nuncupatur. *Tenesindus, Tevsinda, Teuchindus*, & *Teutsindus*: Abbas extitit S. Martini Turonensis: ac postea Fontanellensis Monasterij cœnobiarcha effectus, locum sortitur regiminis ab ann. Christi 734. indictione 2. anno Regis Theoderici XV. [q] Dicitur *malus Rector*, *seu Administrator*: [r] cuius rationem dat Codex MS. Bigoti, facta eius ita describens. „ *In diebus* tyrannidis eius, non regiminis,
„ hoc nobilissimum cœnobium ignobile est redditum. Ab eius enim tempore, sta-
„ tus innocentis vitæ, quem in eodem cœnobio, secundum eximij Patris Benedi-
„ cti normam, excolendum fore B. Vvandregisilus instituerat, fluctuare cœpit:
„ neque vsque in hanc diem, in pristinum statum reuocare valuit. Denique tem-
„ pore B. Lantberti Archiepiscopi, & S. Ansberti Episcopi: Hilberti quo-
„ que venerabilis Præsbyteri: Bayni, præsulis: Benigni prætiosi Patris: Hugonis
„ denique, lectissima isti cœnobio fuere tempora. Quippe, egestate exclusa, mul-
„ titudinis Domino militantium, erat cor vnum, & anima vna; omnia communia,
„ omnia à Patre Monasterij accipiebantur. Tunc quoque trecenti semper numero
„ fuerunt serui Dei. At hic, rebus ablatis, in maximam paupertatem cœnobium
„ hoc redegit. Nam penè tertiam partem facultatum abstulit: suisque propinquis,
„ ac Regiis hominibus dedit, manentque vsque nunc ablatæ. Inter alia, *Rothario*
„ Comiti, tradidit *Vlmirum* & *Vvarinam*: vineas etiam in *Vvarnaco* super fluuio *Se-*
„ *quana*, sitas in pago *Veliocaßino*; quæ impetrarat Pater *Martinus Lantbertus* Abbas,
„ à Rege *Hilderico*, suadente Regina, matre sua, *Bathilde*, necnon & aliis illustri-
„ bus viris, *Leodegario* Episcopo & demùm martyre, *Nivone*, *Ermonio*, *Fulcoaldo*, *Al-*
„ *marico*, *Vvlfoaldo* Majore domus Regiæ, *Bavone*, *Vvaningo*, *Adalberto*, *Gereno*, vt in
„ gestis eiusdem *Lantberti* plenissimè scriptum constat. Denique alias villas dedit
„ eidem *Rathario*, iure precario; quæ omnes sunt viginti & octo; quod precarium
„ factum est in isto cœnobio, hoc anno, qui est annus ab Incarnatione Christi 734.
„ indictione 2. sub die 3. nonarum Maij, feria 4. qui erat annus principatus Karoli
„ 20. census autem, quem idem Comes professus est tum soluere, vsque ad *Vvitliaci*
„ Abbatis tempora, omni anno, patribus istius cœnobij, absque vlla retractatione
„ persoluebatur de *Vlmico*, *Vez*, ac *Vvarina*; quâ sanctus *Richertus*, corpore quies-
„ cit. [s]

q Idem & Canalis sup.

r Tabula MSS. Abbat. Fontanell.

s Codex MS. Bigoti sup.

VII. Sub huius tempore, *Erinhardus*, Præpositus eius, ædificauit Basilicam S. Michaëlis, modico, sed pulcherrimo opere: ablatis videlicet petris, de *Iulio-bona* castro, quod ædificatum dicitur *C. Iulio Cæsare*, cùm castrum *Caletum* antea vocaretur. Erinharius postea defunctus est. [t] De morte autem Teutsindi, nil enarratur: refertur tamen obiisse ann. 738. [u] propterea quòd eo tempore, alius huic cœnobio præfuisse legatur, juxta omnium sententiam. Iste autem fuit præfatus *Erinhardus*, seu

t Ibid.

u Tabula MSS. Fontanell. sup.

Erinharius, vel *Hermarius* Prior, qui fundauit Ecclesiam Parœchialem Fontanellæ, sicque esset 10. Abbas.

x Canalis & Gallia Christiana sup.

10. Vvido.[x]

y Tabula MSS. Fontanell. sup.

Hic, *Abbas & prædo*, nominatur: y cur autem sic infami nomine appelletur, VIII
discas, velim ex veteri Autographo MS. „*Vvido* (inquit) sortitur locum regiminis ab ann. Christi 738. (qui is erat primus Hilderici, nouissimi Regis, Karoli „autem Principis 26.) per annum vnum. Fuit propinquus Caroli Principis; & „Monasterium sancti Vedasti, Attrebatensis tenuit anno vno, sicut & istud. Erat „autem de sæcularibus clericis, gladioque, quem semispathium vocant, semper „accinctus: sagoque pro cappa vtebatur. Parum Ecclesiasticis imperiis parebat: „nam copiam canum multiplicem semper habebat, cum qua venatorio operi, „quotidie assistebat, sagittatorque præcipuus, in arcubus ligneis ad aues feriendas, erat. Hisque operibus magis quàm Ecclesiasticis se exercebat. Accusatus „verò apud Principem Karolum, quod conspirationem aduersus illum, cum aliis, „meditatus esset; jussu eiusdem Exarchi ad Regiam domum compellitur migrare. „Qui dùm pergeret, cum satellitibus regiis veniens in territorium Veromanduæ, „capitis præcisione damnatur: ibidemque digno in loco sepultus est. Hæc ex relatione cujusdam Patris, qui ipsum videre poterat, didici; quòd ita vita decessit. Huic Vuidoni, largitus est quidam Pater-familias, nomine *Ragnifredus*, portionem aliquam de villa, quæ dicitur, *Lantra*, anno 1. eiusd. Regis Hilderici, quæ sita est in pago *Constantini*. z Attamen annus 1. Regni Hilderici tertij, Regis Francorum, primæ stirpis vltimi, erat annus 741. juxta *Sigebertum* in Chronico.

z Codex MS. Bigoti sup.

Ragenfridus, Abbas, & Archiepiscopus Rothomagensis: non benè audit, ab vtraque dignitate deponitur BB. Vvando & Austrulphus, optimi cœnobiarchæ subsequuntur.

CAPVT VII.

a Tabula MSS. Abbat. Fontanell. Codex MS. Bigoti, de gestis Abbat. Fontanell. Canalis & Gallia Christiana sup.

11. Ragenfridus.[a]

COnstat huic Abbatiæ præfuisse anno Christi 739. seu 741. non I.
item verò Ecclesiæ Rothomagensi: quidam etenim innuunt ipsum jam ad eam Metropolitanam fuisse sublimatum sedem, quando illius cœnobiarchiæ regimen suscepit: ac tandem ex vtraque esse ejectum, ob praua eius facinora. „*Ragenfridus* [ait vetus Au„thor MS.] Rothomagensis Archiepiscopus, & Abbas, & ipse „prædo fuit; præfuit 2. annis, cum dimidio, recessit ann. 742. „b Latius autem id protendit alius Codex MS. his verbis. Nobilis hic Raginfridus fuit; sed malus. Compater etiam spiritualis regenerationis *Pipini*, ma„gni Regis; qui de seculari quidem habitu commutatus, *Grimoni* Archiepiscopo „succedens, præsul efficitur Ecclesiæ Rothomagensis, Rectorque Fontanellæ. Pa„rùm dignus erat: namque ignarus litterarum, sicut decessores sui, *Grimo*, & „*Vvido*, Fontanellæ alimenta corporis, & tegumenta fratribus subtraxit: & pro„priis vsibus retorsit. Vnde caterua Monachorum, post opem Dei, precibus im„ploratam, tres è corpore suo mittit, qui Pipino suggererent; vt memor propin„qui sui Vvandregisili, à dominatu tanti prædonis eos liberaret. Nec mora! Ra„ginfridus Fontanella priuatur; reseruato tantum Rothomagensi Episcopatu; „cùmque à præfato Rege, quem sibi præficere Rectorem vellent, rogati fuissent; „*Vvandonem* responderunt. Erat autem Vvando adhuc in exilio, in *Trajecto* castro, „in Monasterio videlicet *B. Servatii*, Confessoris Christi: quem accersitum Dominus

b Tabula MSS. sup.

Digitized by Google

„ minus Pipinus, curam illi cœnobij istius commisit. Sicque ijdem fratres, vnà „ cum Regiis satellitibus, Fontanellam, cum exultatione ingenti, crucibus perducunt: deposito *Raginfrido*, & substituto V*vandone*, in pace hoc cœnobium extitit. [c] Et paulò interius: *Raginfridus* autem, pro prauitate & insolentia morum, etiam à Clericis Rothomagensibus apud Pipinum Regem accusatur, anno „ videlicet 13. postquam Fontanellæ regimen amiserat: Episcopatus eius datus est „ *Remigio*, fratri eiusdem gloriosi Regis Pipini, hoc anno Christi, 755. Raginfredo tamen, causa misericordiæ, aliquæ villæ de Rothomagensi Episcopatu attributæ fuerunt; quarum vna erat *Clouialus*, super alueo *Sequanæ*; in qua etiam, „ paulò post ejectionem suam, morbo perijt, cuius corpus Rothomagum delatum „ est, sepulturæque traditum. Tenuit autem nomen præsulis eiusdem Ecclesiæ „ annis 15. huius verò cœnobij regimen anno vno cum dimidio. [d]

c *Codex MS. Vigili sup.*

d *Ibid.*

II. Quibus in verbis nonnulla referuntur, quæ subobscura videntur: nunc verò clariora à nobis veniunt reddenda. Vult in primis *Ragenfridum* ignarum fuisse litterarum, sicut & prædecessorem suum *Grimonem*: quod certè rationi, rectæque mentis iudicio omninò repugnat. Nam quo ad *Grimonem* spectat: quomodò S. Bonifacius, Moguntinus Archiepiscopus, sedis Apostolicæ Legatus, vir sanctitate & eruditione præstantissimus, rebus Gallicis rectè prospexisset: si in Gallias à Zacharia, summo Pontifice, ablegatus, vt collapsum Ecclesiæ statum reformaret, & Ecclesiasticam disciplinam restitueret: Ecclesiæ Rothomagensi jam vacanti *Grimonem* litteris ignarum, Pastorem dedisset: maximè cùm ipsemet jussisset, iuxta Canonum placita, vt ad iudicia eius, de omni necessitate Ecclesiastica recurrerent, tam Episcopi Prouinciales, quàm alius populus? [e] meritò itaque contrarium nobis suadet alterius antiqui Codicis MS. authoritas ita de eo loquens. „ *Hic namque* vir magnæ nobilitatis & probitatis extitit; populumque sibi „ creditum, tam bonorum operum exemplis, quàm prædicationibus, optimè gubernauit. [f] Quantum verò ad Ragenfredum, palam asseuerat scientia fuisse excultum; dicens codex MS. *Grimoni successit Rainfredus, vir nobili progenie ortus, & litterarum studiis imbutus.* [g]

e *Vide sup. Tom. 1. Neustria Christiana. cap. 48.*

f *Codex MS. Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. fol. 3. & 4.*

g *Ibid. fol. 4.*

III. Porrò, circa dejectionem suam ab administratione Fontanellensis cœnobij; ea minimè accidit, cùm illud rexisset anno vno cum dimidio: vti perperam scribitur: sed cùm præfuisset 2. annis cum dimidio: [h] seu, anno tertio nondum completo: quod rectius idem codex paulò altiùs *notauerat*: *nempe*, ab anno *Christi* 739. *vsque ad ann.* 742. Iam verò Ragenfredum Archiepiscopalibus fuisse infulis redimitum, cùm huius Monasterij curam assumpsit, ann. 739. nobis insinuat codex MS. (nec nos latet nonnullos huic fauere assertioni) quemquidem Pontificatus gradum tenuisse affirmat vsque ad ann. 755. quo dejectus est atque priuatus, *anno videlicet 13. postquam Fontanellæ regimen amiserat.* Quibus libenter annuimus: sed quo ad initium Pontificatus ipsius, ann. 739. rejicimus: nec absque ratione: cùm eiusmodi Pontificatum inierit ann. 748. sicque ex exauthorato Abbate Fontanellensi, ad Archiepiscopatum Rothomagensem conscendisset. [i]

h *Tabula MSS. Fontanell.*

i *Vide sup. Tom. 1. Neustriæ christianæ cap. 49. & 50.*

12. Sanctus Vvando.

IV. Post Ragenfredum, à quodam Anonymo MS. Authore, reponitur, ann. 740. *Sanctus Vulfranus*, [l] sed mendosè; cùm id multipliciter veritati historicæ repugnet, cum ipse Sanctus Vulfranus, nusquam Abbas huius loci extiterit, sed tantùm Monachus, & iam longè antea in cœlum migrasset, scilicet, ann. 696. [m] Deindè, Ragenfredus Præfato cœnobio adhuc præerat Abbas ann. 740. cui ann. 742. successit hic B. Vvando Præsbyter. [n] Qui Patre *Baldrico*, in Territorio *Tullam*, progenitus; postea, Childeberti II. Regis ann. 2. ad conuersionem veniés, sub B. Hildeberto Abbate, ex propria hæreditate contulit, iure possidendi, huic cœnobio, in pago *Vvinnau*, in loco, qui dicitur *ad quatuor molas*, tertiam partem de *curia de Haismedivilla*: tertiam similiter Partem de Buxido nihilominus tertiam partem de *Piro*, similiter de *Balliolo*, in pago *Tellau*: tertiam similiter partem, necnon & de illis vineis, quæ sunt in pago, super fluuio *Visroa*, [o] præterea, sub S. Benigno Abbate, iussu *Ragenfredi*, maioris domus Regiæ, curam cœnobij suscepit,

l *Antiquitates MS. Normaniæ pag. 121.*

m *Vide sup. cap. 4. §. 5. 6. & 7.*

n *Codex MS. Vigili Tabula MSS. Fontanell. Candid. Galliæ Christiana. sup.*

o *Codex MS. Vigili sup.*

expulsò indè D. *Benigno*, per annos tres; qui tandem authoritate Caroli Martelli, majoris domus, à loco deiectus, in *Trajectum* castrum relegatus est; & S. Benignus rursus in pristinum gradum restitutus. p Tandem cùm Regia Childerici authoritate ann. 742. Ragenfredus Abbas, suo munere priuatus, cœnobio excedere iussus fuisset; Vvando ipse à cunctis Monachis expostulatus, ab ipso Rege, datus est. Veteri Autographo benignum præbeamus auditum.

p *Vide sup. cap. 5. §. 5.*

„ Erat autem *Vvando* adhuc in exilio, in Trajecto Castro, in Monasterio, videli- V.
„ cet B. Seruatij, Confessoris Christi; quem accersitum Dominus Pipinus, curam
„ illi cœnobij istius commisit; sicque jidem fratres, vnà cum Regiis Satellitibus,
„ Fontanellam, cum exultatione ingenti & crucibus perducunt, deposito Ragen-
„ fredo, & substituto Vvandone, in pace hoc cœnobium extitit.[q] Hic (addit idem
„ Author) dùm de Trajecto Castro, vbi exul fuerat, iussu Pipini, reuerteretur;
„ pignora Reliquiarum B. Seruatij secum detulit. Veniensque in hunc locum, æ-
„ dificauit Basilicam, in ipsius honore, iuxta Ecclesiam B. Petri; & ad meridiem
„ ipsius, in qua solarium condidit, ita vt per gradus sursum ascenderetur; collo-
„ cauitque ibi altare vnum, in quo de Reliquiis prædicti Confessoris Christi po-
„ suit. Quo in loco, ob meritum eiusdem Almifici Confessoris; plurimæ à Do-
„ mino patratæ sunt virtutes. Nam, vt è plurimis vnum proferam; Lampas, quæ
„ coram Ara huius Basilicæ dependebat, postquam semel in ea positum oleum fuit,
„ spontè olei liquorem, in vsum lucernæ, nullo quippiam adjacente, per pluri-
„ mos manauit annos; donec quidam Latomus, sicuti relatione cuiusdam venera-
„ bilis senis didici, qui tunc temporis, in hoc degebat Monasterio, furtim indè ab-
„ stulit; sicque deinceps, ob piaculi huius facinus, manare desiit. Aliud quoque
„ miraculum; Quodam tempore, anno Christi 754. qui erat Pipini Regis V. Ec-
„ clesia B. Petri, incuria, igne cremata est: Hæc autem B. Seruatij Basilica conti-
„ gua erat illi. Cùmque furentium flammarum globi alta peterent, aliqui ex fra-
„ tribus, ad ipsum Vvandonem, qui in eadem B. Seruatij Basilica residebat, acce-
„ dunt monentes, vt egrediatur; metuentes casum, qui adhærebat ei, quæ incen-
„ dium patiebatur, ne similiter concremaretur. Tunc idem vir Domini respon-
„ disse fertur: si potuerit me B. Seruatius, ac Basilicam istam, quam deuoto pecto-
„ re ædificaui, seruare ab his ignibus, faciat: sin verò spontè cum ipso, temporale
„ subire non recuso incendium. In eadem denique Basilica, sicut dixerat, oratio-
„ ni insistens, remansit, exustaque S. Petri Ecclesia, hæc illæsa permansit, obtentu
„ B. Seruatij præsulis: Erat namque idem Vvando, amator Ecclesiarum semper-
„ que de lege Domini meditationem agere volebat. [r]

q *Codex MS. Bigoti sup. in Ragenfredo Abbate.*
r *Idem in Vvandone Abbate.*

Huic venerabili Patri dedit *Reginfredus, in Carta*, fiscum, qui vocatur *Vvintlana*, VI.
ann. 2. Chilperici Regis, qui erat Dominicæ Incarnationis 747. indictione 15. sub die 5. calend. Octob. feria 3. ait præfatus codex MS.[f] sed sibi non constat, quandoquidem paulò superiùs, reponit ann. 2. eiusdem Regis ad ann. 739.[t] cùm tamen regnare cœperit, ann. 742.[u] Dimisit autem in Ecclesia B. Petri offertorium argenteum cum patena: capsam auro decoratã, codicam etiam copiam, &c. x prædictus Raginfredus largitus est. Transactis verò B. Vvando, septẽ circiter post susceptum regimen annis, oculis præ nimia senectute priuatur. Vndè ex consensu fratrum *S. Austrulphum*, tunc cœnobij præpositum, sibi subrogat, & confirmationem à Pipino impetrat: indè bonis operibus semper insistens, agonem suum jeiunando, orando, vigilando, commendabat: vt testantur plurimi, qui illum viderunt. Tandem decrepitæ iam ætatis senio confectus, obijt ann. Christi circiter 756. qui erat Pipini Regis ann. 5. Vvidolaici Abbatis 1. sepultus in Ecclesia *B. Petri*.[y] Bertrandus Monachus, qui eum sepeliuit referre solitus erat: quoniam dùm eum posuisset in sarcophago, more mortuorum, subitò se in dextrò latere collocauisse, vt solent viui, in lecto. Rexit istud cœnobium annis ferè septem, vti diximus, & annis propè sexaginta, Deo in Monastica obseruantia famulatus est, ad quem fœliciter migrauit ann. 755. seu 756. 15. Calend. Maij.[z] De quo hæc Ordericus, *Tunc Bonifacius Maguntinus Archiepiscopus: & Guido Fontinellæ Abbas, flauerunt.* [aa]

f *Ibidem.*
t *Idem Codex in Vvidone & Ragenfredo Abbatibus sub initio.*
u *Carion. in Chronico. Dupleix.*
x *Codex MS. Bigoti sup.*
y *Idem & Tabulæ MSS. Fontanell.*
z *Idem Codex MS. Bigoti sup.*
aa *Ordericus lib. 5. Ecclef. Histor. ad ann. 1080. sub Remigio Archiepisc. 29. Rothomag.*

13. *Sanctus*

13. *Sanctus Austrulfus.* [bb]

bb Canalis sup.

VII. Igitur B. Vvandonis spontanea demissione, D. Austrulphus, Præsb. patre Syndulpho, matre Vvilberta ortus, territorio Curtriacẽsi, fit Abbas ann. Christi 747. [cc] verum, cum præfatus D. Vvando, Abbas effectus sit ann. 742. vti nuper vidimus, & cessionem haud egerit, nisi *transactis septem circiter post susceptum regimen annis.* juxta Autographum: [dd] quomodo electus sit in Abbatem eo ann. 747. non video. Curam porrò maximam de statu regulari habuit tempore prædicti D. Vvandonis, præpositurae ordinem, (erat quippe tunc huiusce domus prior) gerens magna cum moderatione & cautela: vnde & Abbas factus, verbi Diuini pabulum sedulo ministrauit. Huic edidit Rex Pipinus priuilegium, quo Fontanellam, sub sua perenni protectione vult permanere: quod adhuc in scrinijs huius cœnobij, pro munere sacro adhuc seruatur. Editum est anno Dominicæ Incarnationis 750. 8. iduum Iuniarum, Vermeria Palatio. Demùm hic venerabilis Pater, post suscepti regiminis ann. 5. igne Diuini amoris accensus, Romam, ad limina Apostolorum inuisenda, profectus est; venitque eo tempore, quo Stephanus Papa, sedi Apostolicæ præsidebat; ac votis redditis, rediens, cùm ad Monasterium S. Mauritij & sociorum eius, in *Aganno* venisset, à febre, quam diu protraxerat, migrans, obiit in Christo 18. calend. Octobris, ibique sepultus est. Hæc de eo narrare erat solitus bonæ recordationis *Hardainus*, cellæ S. Saturnini Martyris Præsbyter: qui sub eius tempore, hoc in cœnobio, clericatus suscepit habitum. Rexit annis ferè sex. [ee] ann. 753. [ff] sed illic error forsan irrepsit, vti liquet ex precedentibus, dùm pro ann. 754. positum sit, 753.

cc Codex MS. Bigoti. Tabula MSS. Fontinell. Gallia Christiana sup.
dd Codex MS. Bigoti.
ee Codex MS. Bigoti sup.
ff Tabula MSS. Fontinell. Gallia Christiana sup.

Vvido-laicus Abbas, Ecclesiam S. Petri Fontanellis igne consumptam miro opere restaurat: cœnobium verò eximijs suis exornant virtutibus, SS. Abbates: Geruoldus, Trasarus, Hildebertus & Heinhardus. Tum DD. Carolus-Magnus: & Ludouicus Pius; filius eius, Galliarum Reges, Romanorumque Imperatores: priuilegiis & fauoribus muniunt; bonis etiam ac redditibus amplissimis illud ditissimum reddunt.

CAPVT VIII.

14. *Vvido-laicus.* [a]

a Canalis sup.

I. HIC ex pago *Oximensi*, Patre *Irmino*, matre *Vvitbolda*, exoritur; Camerarius *Teutsindi*, quondam Abbatis, cuius sub cura educatus est. Is matriculam B. Martini Turonensis ædem, in beneficij jure *Teutsindo*, hac eadem largiente, aliquandiu post obitum illius tenuit. Defuncto verò B. *Austrulpho*, Abbate Fontanellensi, statim iste ad Palatium, plurima donaria auri argentique secum deferens, quæ Pipino, ac suis Satellitibus contulit: & vt optarat, Abbas fit ann. 2. postquam idem Pipinus Regni fuerat adeptus fastigium, qui est ann. Domini 754. indictione sexta: [b] cùm tamen id alij reponant sub ann. 753. [c] & rectiùs, quandoquidem ann. 2. inaugurationis Pepini in Regem Franciæ cadat in ann. 753. nisi id intelligatur precisè, non de exaltatione eius in Regẽ, sed de coronatione, & vnctione, quæ per Stephanum Papã ann. 752. peracta est: [d] sub huius quippe tẽpore ann. 4. vel 5. ipsius Pipini Regis, Christi autem 754. Ecclesia B. Petri succensa refertur: quam ipse cum adjutorio Regali, in majori elegantia reparauit. [e] Eadem

b Codex MS. Bigoti de gestis Abbatũ Fontanell.
c Tabula MSS. Fontinell. Abbat. Chronicon MS. Rothomag. Gallia Christiana sup.
d Baronius Tom. 9. Annal. Ecclesi. ad ann. 752. ex Reginone Sigeberto.
e Codex MS. Bigoti sup. in Vvandone, & in ipso Vvidone.

obseruat alius Anonymus codex. „ Vvidolaïcus (inquit) qui Ecclesiam S. Petri „ Fontanellæ, quæ nunc dicitur S. Vvandregisili, igne succensam, cum adjuto-
f Tabulæ MSS. Fontanell.
„ rio Regali, in majori elegantia reparauit: obiit ann. 787. II.

Non paruam suo nomini maculam dedit: ex distractione bonorum Temporalium sui Monasterij, & Monastici Instituti incuria: hinc forsan *Laïcus* non incongruè est denominatus: ob mores ipsius Laïcos, minusque Religiosos. „ Ipse etiam „ (addit Antographum) plurimas res Ecclesiæ Regiis hominibus possidendas con- „ tradidit: vnde & status Regulæ, ob inopiam, periclitari cœpit. Depositus est „ *Petro-pontè*, villa publica sub anno Domini 787. indictione 11. 18. calend. Octob. „ qui est ann. 20. Karoli Regis Francorum, & XV. Adriani Apostolici; sepultus „ in Ecclesia B. Petri. Rexit annis 36. mensibus 8. diebus 13. Facta est, eius tempo- „ re, Summa rerum cœnobij, præcepto Karoli Regis, à *Landrico*, Abbate Gemme- „ tico, & *Richardo* comite, ann. 20. regni sui, qui est obitus Prædicti Patris; & re- „ perti sunt mansi 4264. exceptis villis, quas Vvidolaicus, aut Regiis hominibus „ contradidit, aut etiam sub vsum-fructuario aliis concessit. Duos etiam annos „ accepit regimen cœnobij Vvidolaicus, antequam *Remigius* Cathedralem Epis- „ copalem Rothomagensem subiret: erant enim ipse præsul, & præfatus Pater, „ amicitiæ iure coniuncti. Tum quoque Pipinus Rex, ad sepulchrum D. Vvan- „ dregisili venit Orationis gratia; & fratres illam inanem postulationem & sug-
g Codex MS. Bigotl.
„ gesserunt, quæ omnibus est notissima: quanquam ipse prædium quoddam eis „ largiri dispositum haberet. g Sanè ipsum Vvidolaicum, in fata concessisse, ann.
h Tabulæ præfatæ, Gallia Christiana.
787. alij quoque affirmant: h sed ex hoc asserto, minimè constabit, eum rexisse Fontanellensem domum, ann. 36. mensibus 8. diebus 13. vti superiùs ex Autographo discimus: maximè, cùm iuxta ipsum, cœnobiarchia istius clauum sumpserit ann. 754. quare dicendum venit cœnobium rexisse: non ann. 36. sed 33.

i Cenalis sup.

XV. *Sanctus Geruoldus.* [i]

Natus ex Patre *Vvalchario*, Matre vero *Vvalda*, *i*nomine rexit istud cœnobium annis ferè 18. ad quod gubernandum euocatus fuerat ann. 787. iuxta vnanimem III.
k Tabulæ MSS. Fontanell. Codex MS Bigotl. Gallia Christiana.
scriptorum consensum. k „ Hic nobilibus parentibus ortus, dein clericus effectus, „ atque ad Palatium perductus; Bertradæ Reginæ capellanus efficitur: cuius ob- „ tentu, Ebroïcensis Episcopus à Karolo effectus est. Sed & mortuo Vvidone „ Laïco, cœnobium hoc, deserto Episcopatu suo impetrauit; ann. 3. post obi- „ tum Betradæ matronæ. Erat Vvidoni-Laïco ex sorore nepos, Vvitboldus, „ Regis Caroli tunc capellanus; cui Præfatum Monasterium, post Auunculi sui „ decessum, promiserat. Sed dùm is ad Constantinum, Imperatorem Græcorum, ac „ Irenem, à Rege Karolo, cum alio Legatario, Ioanne, causa Legationis, Directus „ fuisset, ac per annum, & sex menses moram faceret: prædicto *Geruoldo*, cœno- „ bium collocatum est. Causa autem Legationis, erat super Bictrudem, filia ma- „ gni Caroli: quam isdem Imperator Constantinus, ad coniugium petebat. Vvit- „ boldus tamen reuersus, Monasterium S. Sergij in territorio *Andegauensi*, obtinuit: „ quod multis fœliciter rexit annis. Geruoldus verò constituitur Fontanellensis „ Rector, ann. Christi 787. 21. Karoli Regis. Eodem ann. Karolus, Conuentu ce- „ lebrato in *Ingelhaim*, in *Bajoariam* contendit, eamque cœpit. *Tassilo* Dux gen- „ tis, tonsus, & in *Gemmetico* cœnobio clausus. Geruoldus super regni negotia pro- „ curator constituitur: tributa multis annis, per diuersos portus ac ciuitates „ exigens, maximè in *Quintavvich*. Vnde Offæ Regi Anglorum, siue *Merciorum* po- „ tissimo amicus factus est. Extant adhuc Epistolæ ab eo, ad illum, quibus se ami- „ cum ac familiarem fore denuntiant. Nam multis vicibus ipse per se, iussione „ Karoli Regis ad *Offam* Legatione functus est: nouissimè vero propter filiã eiusdẽ „ Regis, quam in coniugiũ expostulabat Karolus Iunior. Sed illo hoc non acquies- „ cente, nisi *Bertha*, filia Caroli magni, eius filio nuptui traderetur; aliquantulum „ potentissimus Rex commotus, præcepit, vt nemo de Britãnia insula, littus Oceani „ Gallicum attingeret: sed hoc ne fieret Geruoldus effecit. Geruoldus obiit Kalen-
Codex MS. Bigotl
„ dis Iulij, anno Christi 806. Regni Karoli, 38. Imperij sexto: Rexit cœnobium „ istud annis 18. mensibus 5. diebus 13. l Huic codici MS. adstipulantur Tabulæ

,, MSS. Fontanellens. in hunc modum, de eodem contractiùs loquentes. San-
,, ctus Geruoldus, Abbas, Ecclesiam S. Pauli Apostoli plumbo cooperuit; multa-
,, que ædificia à fundamentis construxit, diruta reparauit, & scholam in eodem
,, cœnobio instituit, fuit etiam Episcopus Ebroicensis: obiit ann. 806. [m]

m Tabula MSS. Fontinell. sup.

IV. Nonnulla etiam hìc duximus describenda, quæ eo tempore aduenerunt apud
Fòtanellam: ex lib. MS. miraculorum S. Vvandregisili. ,, Illud autem, quod in
,, Germania, & Saxonum tunc gentilium populi terra gestum est: dùm magnus
,, Rex Carolus eorum terras bellando domaret, silentio præterire non debemus.
,, Quidam namque præfati Monasterij Fontanellæ miles, nomine *Sigenandus*, dùm
,, vastando cum aliis militibus, diriperet eorumdem gentilium opes; compre-
,, hensus est ab eis, nonnullique alij. Cùmque duceretur ad locum, quo decollan-
,, dus erat, suffragium Sancti Protectoris Vvandregisili crebrius deposcebat: vt
,, eius piis precibus imminens mereretur euadere periculum mortis, sæpiúsque ip-
,, sius precibus, patroni in prece dùm peteret auxilium: quidam ex ipso Saxo-
,, num populo, cui nomen erat *Abbo*, diligenter exquirere cœpit, cur tam cre-
,, berrimè Vvandregesilum nominaret. Respondebat ille: quia in veritate eius
,, sum famulus, & credo me eius interuentu sanctitatis, Deo propitio à periculo
,, presentis liberari discriminis. At ille; hac inquit, nocte mihi astitit Vvandregi-
,, silus, monens, vt tibi nil mali facerem, sed potius cum pace ad tuos redire per-
,, mitterem. Quod si aliter fecissem, audacter contra meam patrarem salutem:
,, Idcirco illæsum te abire permitto; absolutumque vinculis, & indutum vesti-
,, bus, armisque munitum, ad castra remisit Christianorum. Prædictus autem *Ab-*
,, *bo* Saxomici generis, Regi postea obses datus, & ad Fontanellam perductus: cre-
,, densque in Sanctę Trinitatis nomine, baptisatus, verusque Christianus effectus
,, est. Ex cuius ore, quidam fratres nostri, qui adhuc supersunt, narrando, hæc re-
,, ferunt: ipsique nobis, quæ ab illo didicerunt, postea veraciter narrauerunt.
,, Aliud quoque, quod in *Geroaldo*, huius cœnobij Patre gestum est, narretur mira-
,, culum. Is enim Abbas, iussu Caroli Augusti, quadam Legatione fungebatur in
,, insula, cui nomen est *Angia*, quam Britonum gens incolit, & est adjacens pago
,, *Constantino*, cui tempore illo præfuit Dux, nomine, *Amvvarith*, prosperéque
,, gestis, & pro quibus fuerat directus impetratis, flante vento secundo, Ocea-
,, num in redeundo ingressus, ita subito ventus Zephyrus validissimè flare cœpit,
,, fragorque Oceani terribilis exortus est: vt vndarum globi, molesque immensi,
,, proceritatem magnarum transcendere viderentur arborum. Cùmque omnes,
,, qui cum eo erant in naui, in desperatione essent suprema, nullaque esset spes
,, euadendi, omniumque vultus similes forent effigiei mortis: tandem prædictus
,, venerabilis reminiscens Abba, quas penes se habebat S. Vvandregisili Reliquia-
,, rum amplectitur, ac deosculatur, cæterique comites ac nautæ nauis creberri-
,, mis precibus flentes, Christi implorant clementiam, ac præfati patroni preces,
,, votaque cunctipotenti, & ipsi beato vouent confessori: optantes reddere, si à
,, tanto discrimine, eius suffragantibus meritis, mererentur liberari: protinúsque
,, meritis & intercessione eiusdem sanctissimi patris, sæua pericula sunt imperata
,, Diuinitùs cessare, & tranquillitas mira extemplò est reddita, discusso turbine
,, maris. Prosperoque cursu, Deum collaudantes, & pro sui ereptione grates om-
,, nimodas omnipotenti Deo, sanctoque Vvandregesilo referentes: optatum per-
,, ueniunt ad portum. Sic cunctipotens Deus, qui quondam afflictum audiuit Io-
,, nam, de ventre cæti: prædictum venerabilem patrem, vnà cum sociis, de peri-
,, culo eruit maris. [n]

n Apud Quercetanum Tom. 3. Histori. Franciæ scriptor pag. 386.

16. *Sanctus Trasarus.* [o]

o Canalis sup.

V. Nuncupatur *Trasarius* & *Trasarus*! qui huiusce cœnobij curam suscepit, non
ann. 805. vti quidam neotericus arbitratur: [p] sed ann. 806. iuxta antiquiorum
MSS. placitum, [q] migrauit autem in cœlum ann. 815. seu 816. Ludouici pij Im-
peratoris ann. 3. Quiquidem Imperator, ac Rex Galliæ, multa contulit huic sa-
cræ domui: tempore huiusce Abbatis, quarum mentio habetur apud Chartula-
rium Fontanellense; illic etenim continetur. ,, Confirmatio HLudouici Impe-

p Gallia Christiana sup.
q Codex MS. Bigotl. Tabulæ MSS. Fontinell. sup.

„ ratoris de possessionibus, priuilegijs, libertatibus; cui multa addidit, & donauit; quam concessit *Trasario* Abbati, anno secundo Imperij sui, indictione 8. f Eamdem sanè crediderim esse, cuius postea idem codex meminit: dùm Chartas Regum, & Imperatorum Galliarum recenset; ibi namque habetur charta ipsius Ludouici Imperatoris; qua „ Confirmat facta patris sui, & antecessorum suorum Regum; Addens sua anthoritate Imperatoria, quòd nullus iudex, cuiuscumque dignitatis aut conditionis, ingredi audeat, Ecclesias, loca, vel agros, aut reliquas possessiones S. Vvandregesili, ad causas audiendas, vel Freda, aut Tributum, exigenda; aut fidejussores tollendos, vel homines super terram ipsius commanentes, iniustè distringendos, aut occasiones illicitas requirendas: sed liceat Ecclesiæ & suis hominibus, res suas in ciuitatibus, foris, & quibuslibet locis, & per totum suum Imperium, quietè & liberè possidere. Et quicquid Fiscus exigere poterit, concessit: quòd dictæ Ecclesiæ perpetuis temporibus proficiat in augmentis. f Quantum verò ad patrem eius Carolum magnum, Galliarum Regem simulque Romanorum Imperatorem, spectat: fit quoque ibidem mentio de charta sua: qua „ confirmat quæ sequuntur, *Calidum Beccum*, cum omni integritate, & appenditiis, cum aquis, & portu, & villagiis, consuetudinibus, ac transverso; *Ansberti-sylvam*, *Calciacum*, cum Ecclesia, & dominatu S. *Ansberti*. In *Rothomago*, plura, quæ vbi sint, nescimus modo: item in *Apuliaco*, & *Egresconco*, plura sub diuersis nominibus, penitùs ignoramus: *Alpicum* cum omni integritate, in *Marcocinclo*, pauca: & alia plura contenta in dicta littera: quæ omnia ad 70. monachorum victum, fuerunt ordinata. Ex quibus, cuiquam, nil licebit subtrahere; sed augere, & augmentare poterit, etiam seruitij Diuini cultores. t

f *Ibid. Littera X. prima charta 3.*

t *Ibid. Charta. 2.*

17. *Sanctus Hildebertus.* u

u *Cœnalis sup.*

Ad hunc, vt fertur, scripsit vitam S. *Ansberti*, Rothomagensis Archiepiscopi, VI.
Ansgradus Fontanellensis monachus: paruoque huius cœnobij curam gessit: è viuis namque sublatus est, ann. Christi, 816, ceu 819. vel saltem vltra ann. 820. non processit: iuxta eruditum *Lanonium*. x

x *Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana sup. Lanonius in syntagmate historic. de SS. Franciæ Cancellarijs, in notis ad vitam S. Ansberti Rothomag. Archiepiscop.*

18. *Sanctus Einhardus.* y

Dicitur *Einhardus*, ceu *Heinardus*; qui hoc cœnobium per septem ferè tenuit an- VII.
nos: vti habetur in gestis Abbat. Fontanell. MSS. z nempe, ab ann. 816. vsque 822. quo in cœlum abiit. aa Memoratur in Legenda S. Hugonis Abbatis, & Archiepiscopi Rothomagens. cap. 2. perperam confunditur cum Eginardo Caroli Mag. Imp. Notario, qui nusquam Fontanellæ presedit.

y *Cœnalis sup.*
z *Codex MS. Bigoti.*
aa *Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christiana sup.*

Gesta aliorum sex Abbatum referuntur: Fontanella ab inuasione Normannica, pecunia pretio redimitur: Tum corpora SS. Vvandregisili, &c. in Flandriam, ob metum Normannorum, transferuntur: ac paulò post, Monasterium ab ipsis, incendio exuritur: cuius loci possessiones interim à Carolo Caluo, & aliis Regibus Francicis, confirmantur.

CAPVT IX.

19. *Sanctus Ansigisus.* [a]

a Cardulo sup.

I. VIR gloriosus ac tranquillus, omni scientia Diuinæ & humanæ Philosophiæ satis instructus; patre *Anastasio*, matre *Hilmirada*, procreatus, suscepit regendi locum ann. Christi 822. [b] ceu, 823. [c] Ludouici Pij Imperatoris 10. sub die 4. Nonarum April. indictione 1. ,, Hic (ait antiquus codex MS.) nobili stirpe Abbate ,, *Geroaldo*, propinquo suo, hoc accessit cœnobium, & simul Ab- ,, bas factus est: defuncto *Geroaldo*, *Trasarius*, hoc adeptus est cœnobium, ac non ,, multò post D. *Ansigisus*, *Flaniacum* monasterium quo *S. Geremarus*, corpore quies- ,, cit, in pago *Beluacensi*, à *Karolo* Rege, in precarium accepit, anno videlicet Chri- ,, sti 807. Regni *Karoli*, 38. Imperij 7. quod ferè ædificiis destitutum reparauit. ,, Ante *Flauiacense* hoc cœnobium, duo alia ad regendum à *Karolo* rege accepit: ,, vnum *S. Sixti* Papæ, ...muros *Remorum*: alterum, in territorio *Catalaunici* castri, ,, quo *S. Memmius* corpore quiescit. Quibus desertis, *Flauiacensis* rector cõstituitur; ,, anno prædicto: præterea, dùm *Flauiacum*, iure precarij ac beneficij teneret; etiam ,, exactor operum regalium, in Regio *Aquisgrani* Palatio sub *Einhardo* Abbate, ,, viro vndecumque doctissimo, à Domino Rege, constitutus est: quod nobilissimè ,, administrauit. Plurimis verò eiusdem Regis iussu, Legationibus strenuissimè fun- ,, ctus est: interea defuncto *Karolo-Magno*, *Ludouicus* eius filius, fit Imperator: à quo ,, D. *Ansegisus* magnificè honorari meruit. Anno igitur huius Imperatoris 3. *Trasarius*, huius cœnobij Abbas, in Campaniam, natale solum regrediens; à *Sigone* ,, Duce, quem ex lauacro sanctæ regenerationis susceperat, honorificè susceptus ,, est. Post quem, *Einhardus*, hoc cœnobium per 7. ferè tenuit annos: quod de- ,, mùm vltrò derelictum, *Ansegisus* suscepit, anno quo supra; & tam sanctè ad- ,, ministrauit, vt nouus *Vvandregisilus*, aut *Ansberius*, crederetur.

b Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christiana sup.

c Codex MS. Bigul.

II. ,, Bona antè alienata, ædificiaque Regularia resarciuit, monachos *Luxonio* huc ,, aduocauit, qui plurimis diebus hic versantes, nonnulla pietatis ac doctrinæ ,, exempla reliquerunt. Ipse *Ansegisus* omnibus exemplo præibat, Legationibus ,, functus est: maximè ea, quæ tempore & iussu *Ludouici*, partibus *Hispaniæ* cele- ,, brata est aduersus *Gaselmum*, custodem limitis illius ann. regiminis sui (non 28.) ,, octauo, in paralysim incidit; moxque rerum suarum, ad plurima Monasteria, ,, distributionem fecit: (postea editam ab *Hildemanno Beluacensi* Episcopo) mo- ,, nasterio (inter cætera) *S. Audomari* libras ꝟ. &c. Ad S. *Audoenum*, in *Rothomago*, ,, libras 5. ad *S. Mariam*, in domo eiusdem Ecclesiæ libras ꝟ. ad *S. Martinum*, in ,, eadem vrbe, & cæteris cellis, sollidos 25. *Ragnoardo* eiusdem vrbis Archiepisco- ,, po, libras 10. &c. Ad S. *Saluium* in *Brago*, solidos 10. ad S. *Vedastum*, in *Attribato*, ,, libras 2. ad *Camiracum*, libras ꝟ. ad S. *Gangericum* libram 1. ad *Altum-môtem* ,, Monasterium, quo sanctus *Ansbertus* quondam exilio fuit retrusus & mortuus, ,, solidos 15. ad *Malbedium* cœnobium, libram 1. ad *Castrologum*, (*castrilocum*, *hodie* ,, *mons*) Monasterium libram 1. ad *Laubias*, monasterium libram 1. ad *Indiense* cœ- ,, nobium libras ꝟ. &c. Constitutionem quoque valdè particularem fecit, pro

„ victu ac vestitu Monachorum Fontanellensium, vt omni egestate seclusa, vota sua „ liberiùs Deo redderent. De pago *Bononiensi* & *Taruennensi*, vestitus integros 60. „ censuit porrigendos, drapos albos 20. de quibus camisiæ 20. fieri possent, &c. „ Acta anno Dominicæ Incarnationis 829. indictione 7. qui erat annus „ Ludouici Imperatoris 16. Gregorij Papæ III. Ansegisi ipsius, à suscepto huius „ cœnobij regimine vj. [d] Cæterum D. *Ansigisus* vitæ terminum posuit, non „ ann. 830. [e] sed ann. 832. [f] 13. calend. Aug.

Non 839. non 1 v.
d Ibid.
e Gallia Christiana sup.
f Tabulæ MSS. Fontanell.
g Canalis sup.
h Gallia Christiana.

20. *Ioseph.* [g]

Successit hic, non ann. 830. [h] sed ann. 832. ex tabulis MSS. eiusdem loci vbi legitur. „ Sanctus Ansigisus, Abbas Fontanellæ Luxouiensis, & Flauiacensis, obijt anno 832. Ioseph Abbas, & Episcopus Ebroicensis per vnum annum inuenitur rexisse: & alibi reperitur rexisse menses 7. & dies 12. in diuortio. [i] III.

i Tabulæ MSS. Fontanell. sup.
k Canalis.

21. *Sanctus Fulco.* [k]

Cœnobiarcha eiusce Monasterij efficitur, ann. 833. definitque ann. 843. 6. idus octob. [l] cuius tempore. „ Anno Christi 841. indictione 9. 4. idus Maij, venerunt „ Nortmanni: Oscheri quoque Dux, pridiè idus Maij, incensa est vrbs Rothomagus 17. calendas Iunij, regressi sunt à Rothomago 9. calendas Iunij: Gemmeticum igne cremarunt 8. calendas Iunij: Redemptum est *Fontanella*, libris 6. „ Quinto calendas Iunij: venerunt monachi de S. Dionysio, redemeruntque capita 68. pridie calendas Iunij, &c. Eodem anno calendis Aprilis, feria sexta, „ Karolus Rex, Sequanam transiit; ad locum hunc accessit 3. nonas Aprilis, cum „ fratribus locutus est: &c. [m] Sanè inuenio hosce Normannos, eo tempore, cladem maximam toti Neustriæ ingessisse, præcipuè ex parte *Sequanæ* fluuij, Rothomagum vsque cuncta inibi deuastantes. „ Anno Domini 841. (inquit Anonymus) Northmanni ab Oceano Euripo, Rotumam irruentes, rapinis, ferro, „ ignique Bacchantes; monachos, populumque cædibus, vel captiuitate deleuerunt: & omnia templa, & loca flumini Sequanæ adhærentia depopulati sunt, „ & multis acceptis pecunijs, recesserunt. „ Eadem alij confirmant. [o] IV.

l Tabulæ prædictæ, Gallia Christiana sup.

m Codex MS. Bigoti sup. Item apud Quercetanum Tom. 2. histor. coætan. Franc. pag. 387.
n Auctor incertus de gestis Norman. per Franciam. Apud Quercetanum pag. 1.
o Chronicon MS. Ebroicense ad ann. 841. Ordericus lib. 1. histor. Ecclef. ad ann. 842. Chronicon Cadomense eod. anno.
p Auctor Chronici Abbat. Fontinellens. ad ann. 849. Apud Quercetanum sup. pag. 388.
q Tabulæ MSS. Canalis. Gallia Christiana sup.

22. *Sanctus Herimbertus Diaconus, & Abbas sufficitur; ann. 843.*

Cùm Rex Carolus Caluus Tolosam rebellem aggressus esset vrbem: eam obsedit. „ In qua obsidione, commissa est porta, quæ vocatur Narbonensis, venerabili viro Heriberto, Abbati Fontinellensis, Monasterij, simulque Odoni, viro „ illustri, ad custodiendum. Homines quoque Heriberti Abbatis, injecto igne, „ prædictam portam igni cremauerunt, maxima ex parte: quo metu custos eiusdem vrbis, *Fridolo* nomine, in crastino, in deditionem venit. [p] V.

23. *Ebolus.* [q]

Circa illud tempus, Dani, siue Nortmanni, Neustriam, aliasque totius Galliæ Prouincias maximè infestabant, & suis excursionibus, omnia depopulabantur; quorum timore percussi Monachi, corpora sanctorum, cæterasque sacras reliquias, secum asportantes aliò transferre curarunt, quæ omnia stylo latiori *Ordericus vitalis* complectitur, dùm strages Normannicas sic adamussim prosequitur. „ Nam subsequenti tempore, sicut iam in plerisque locis pleniter enodaui, piratæ „ de Dacia egressi sunt; & priùs *Hastingo* ductore, ac postmodum *Rollone*, in Neustriam venerunt; & Christianæ fidei, diuinique cultus ignari, super fidelem populũ inaniter debacchati sunt. Nouiomum atque Rothomagum, aliasque multas „ vrbes & oppida, vicosque concremauerunt: cœnobia multa ingenti religione „ pollentia, destruxerunt, pluresque innumeris cædibus regiones, admodùm deuastatæ sunt: & fugatis, vel interfectis incolis, ciuitates & villæ in solitudinem, „ redactæ sunt. In tanta desolatione inermes monachi, quid facerent, nescij, sæpe contre-

,, contremuerunt; in miseriis afflicti, sedulo ploratu, dolori suo satisfecerunt; fi-
,, nemque suum in latebris gementes, præstolati sunt. Quidam verò intollerabi-
,, lem Barbarorum immanitatem metuentes, ad extera regna fugerunt: vbi Pa-
,, ganorum bellicæ vires nondum attigerunt. Corpora quoque patrum suorum
,, secum transtulerunt: quorum animæ regnant cum Rege Sabbaoth, cui deuotè
,, in hoc seculo seruierunt: Scripta etiam de gestis eorumdem patrum; & de pos-
,, sessionibus Ecclesiarum, quæ & quantæ fuerint, vel à quibus datæ, fugitiui se-
,, cum peregrè asportauerunt, quorum magnam partem, tot perturbationum
,, procellæ rapuerunt, quæ, proh dolor! in tantis motionibus, tam periculosis, ir-
,, reparabiliter perdita sunt. Hoc nimirum *Gemeticenses* & *Fontinellenses* fecerunt:
,, tristique infortunio præuenti, ablata nunquam reportauerunt: *Gemeticenses*
,, enim corpora SS. *Hugonis* Archiepiscopi, & *Aichadri* Abbatis, *Hasprus* transtule-
,, runt: quæ in scrinijs prætiosis, *Cameracenses* & Attrebattenses incolæ reuerenter
,, vsque hodiè seruant & excolunt. *Fontinellenses* nihilominus, reliquias SS. Con-
,, fessorum, *Vvandregisili* Abbatis, *Ansberti*, & *Vulfranni*, Archiepiscoporum,
,, *Gandam* portauerunt: quæ à *Flandritis*, vsque in hodiernam diem seruata, ma-
,, gnæ ibidem venerationi sunt. Similiter aliis pluribus contigeret; quorum nomi-
,, na sigillatim proferre, aut pro inscitia (quoniam omnia mihi non comperta
,, sunt) omitto, aut pro nimia prolixitate fastidientia, minusque necessaria pro-
,, telare verba, omitto. [r]

VI. Opinatur itaque *Ordericus*, *Fontanellenses* monachos 1. deportasse *Gandam*, reliquias eiusmodi, *SS. Vvandregisili*, *Ansberti*, *Vulfranni*, &c. cuius contrarium contendũt, Molanus, & Gazetus, scribentes; eorum corpora sacra, propter Normannicam persecutionem Boloniam translata fuisse, & indè *Gandauum*. [s] Quorum sententia, si veritati proximaret, minus monachi fugientes suæ saluti consuluissent, nec rectè securitati prospexissent: quandoquidem ab incendijs & furore Danorum, haud euasissent. Quippe qui à principio *Boloniam* vrbem cœperint, eamque adhuc detinerent: ann. 883. [t] sed & *Gandauensis* ciuitas simile passa est excidium ab ipsis Normanis, ann. 850. 880. & 881. [u] Quare vnum è duobus dicendum arbitror; vel, quòd hæ, SS. Reliquiæ parùm requieuerint apud *Boloniam* & *Gandam*; aut nullo modò ibidem fuerint translatæ; sed *San-Audomarum* sint deportatæ, ob loci hujus firmitatem ac securitatem: iuxta antiqui, grauissimique auctoris, licet anonymi, sententiam. ,, Anno Domini 846. Pyratæ Danorum, Frisiam
,, adeuntes, Prouincias & Ecclesias vastauerunt, & populum in eis occiderunt,
,, quod audientes *Flandrenses*, vicinarumque vrbium Pontifices, & Abbates, cum
,, sanctorum suorum reliquijs ad sanctum venerunt *Audomarum*; quia muro valido
,, & turribus, atrium eius, diuina prouidentia munitum erat. Isti sunt sancti, qui
,, propter persecutionem illam conuenerunt: S. *Vvandregesilus*, & *SS. Vulfrannus*,
,, *Ansbertus Bano*, *Vvasnulfus*, *Piatus*, Barcius, *Vinnocus*, & *S. Austraberthа*: & 40. annis,
ibi fuerunt. [x] Ad hunc postea locum accedentes Normanni, instanter obsederunt, sed minimè expugnare valuerunt: pro vt idem author obseruat, ann. Dominicæ Incarnationis 881. septimo calendas Ianuarij, Normanni Sithiu oppidum in-
,, gressi, cum infinita multitudine, ipsum oppidum cum Ecclesiis igne cremaue-
,, runt excepta S. *Odomari* Ecclesia, quæ, Dei prouidentia, benè erat munita. [y]

VII. Et verò ann. 846. quo dicuntur ea sanctorum corpora aduecta fuisse Fontanella *Flandriam*; ad S. *Audomarum*, conuenit cum gestis MSS. Translationis ipsius S. Vvandregisili, & aliorum: illic enim habetur, peracta esse ea Translatio, in territorio Boloniensi, (in quo extat Audomaropolis) ann. 17. Caroli Calui, Galliarũ Monarchæ, ann. Christi 846. ,, Nã gens Barbara (inquit) circa littus Ocea-
,, ni Maris, ea tempestate, debacchando; Prouincijs magno flumini *Sequanæ* vici-
,, nis, multùm erat infesta. Vnde contigit tumulos sanctorum proprio despoliari
,, honore: vt in territorio *Boloniense*, ab huiuscemodi declinaretur infestatione. Ergò
,, huius diei gratia, quæque transeamus tristia, quæque aduersa: quæ nunc nobis
,, aduersa, sed cuncta genuere læta & prospera. *Boloniam* igitur ventum est; vt
,, prædictum est: agebat tunc in sceptris *Carolus Caluus*, filius *Ludouici Pij*, ann. 17.
,, &c. [z] At siue Boloniam, siue postea *Gandauum*, hæ sacræ aduectæ fuerint exuuiæ: illic constat paruo tempore, requieuisse: sed mox ad *San-Audomarum*, vt seruaren-

[r] *Ordericus lib. 6. post. med. sup. Chetron. cap. 114. & 118. Histor. vniuersal. Galliæ.*

[s] *Molanus in indiculo SS. Belgij litera 5. in B. Vvandregesilo. Gaz. tus Tom. 1. vit. sanctor. 9. Februar. in S. Ansberto Rothomag. Archiepiscop. Yeppes, Tom. 2. Chronic. Benedict. Centuria 2. cap. 3. ad ann. 630. & cap. 1. ann. 559.*

[t] *Incertus Author. in gestis Normanor. ab ann. 837. vsque 896. Crantzsius, lib. 2 Norvvegiæ cap. 8. 9 & 10.*

[u] *Ibid.*

[x] *Indidem ad ann. 846.*

[y] *Ibid. ad ann 881 Crantzsius, sup. cap. 10.*

[z] *Codex MS. de Translatione SS. Vvandregisili & sociis pag. 10. & 11.*

tur illæsæ, tutius deportatas extitisse, ibique per ann. 40. permansisse, nempe vsque ad ann. 886. quod tamen patriæ calamitati parum consonat: cum eo tempore, tota Gallia & Flandria maximè iugo premerentur Normannico; ita vt mihi facilè suaderem, errorem irrepsisse, vitio scriptorum; & loco ann. 40. ponendum esse, 60. seu rectiùs, 70. Etenim Rollo Normanorum Dux Christo colla subdidit ann. 912. exindéque clamor bellicus siluit, & pax vbique data est.

Sed alia via nobis incedendum est, ex alio, MS. codice cuius verba subsequuntur. [aa] „ Tempore igitur, quo grauissima Danorum Piratarum lues, Deo „ permittente, flagitiisque exigentibus nostris, Oceani littus infestum haberet, „ Galliarumque quaqua versum maximè adjacētes & contiguas fluuio Sequanæ, „ misera cæde vastaret Prouincias, (quod retroactis temporibus, quando misericors Deus illius pręcepta seruante, suo fuit cum populo, nequaquam fa„ ctum audiuimus, sed neque relegimus) anno videlicet irruptionis suæ in præ„ dictum, magnum fluuium Sequanæ octauo decimo; ex quo verò Oceanum in„ gressi Piraticam exercere aggressi fuerant, quinquagesimo octauo: Regis autem „ præcellentissimi Caroli septimo decimo: sanctissima ossa, pijque cineres, præfati „ egregij Confessoris Christi Vvandregisili, ac S. Præsulis Ansberti, ob metum „ & conculcationem horum nefandorum gentilium, de Fontanellæ Monasterio, „ propriis effossa sepulchris, ad ipsorum SS. prædium, quod dicitur *Bladulfi Villa*, „ deportata sunt. Cumque iam eidem, cum ipsis sanctissimis propinquaretur cor„ poribus; venerunt eis obuiam custodes Ecclesiæ, ac reliqua pars fratrum, & „ reliquus populus omnis, quibus elapsis, adiectione prædictorum posse fuit, sus„ ceperuntque illa cum gloria, deique laudibus, in loco qui dicitur, *Mitispons*, „ super fluuium *Alteiæ*. Ipso autem fluuij ponte beatissimis cum corporibus transi„ to, in loco, vbi pausauerant, crux lignea à fidelibus populis ponitur. VIII

[aa] *Ex libro MS. miraculorum S. Vvandregisili confess. Christi. Apud Quercetanum Tom. 3 historic. Franc. scriptor. pag. 386. 387. & 388.*

„ Non longo post tempore, dùm in periculo sibi inuocantibus affuit: sequi- IX
„ tur clara virtus ac maxima, illuster namque vir *Grippo*, præfectus videlicet „ Emporii *Quento-vici*, iussu pręcellentissimi Regis Caroli, quadam Legatione „ functus est in insula Britannica ad Reges gentis Anglorum. Denique strenuè „ impetratis ac peractis, pro quibus directus fuerat, dùm in reuertendo nauim „ ascendisset, Oceanum æquor ingressus, flante vento secundo, ferè medium „ confecerat iter, noctisque spatio ferè transacto, antequam Roseæ lucis splendor „ mundum irradiaret: subitò ita sæua exorta est procella, vt nulla spes euadendi, „ præfato Duci, suisque comitibus, qui cum eo erant in naui, remaneret. Cum„ que variis ac fortissimis ventorum motibus mare intumesceret, lintrisque huc „ atque illuc à vi maris pulsaretur, ac vagabunda incederet, nullusque euadendi „ exitus nullo modo pateret; cum iam sol luciffluos emitteret radios, & propria „ totum illustraret lampade, mundum, aspexit præfatus Dux farum supra littus „ maris, antiquorum industria, ad cursum nauigantium olim ibi ædificatam; con„ templatus est quoque & Basilicam, in qua pretiosi Confessoris Vvandregisili, „ summique Pontificis Ansberti, posita sanctissima erant membra completosque „ lachrymis oculos, hæc humili cum voce, supplicans, aiebat: Sacerdos quondam „ noster, nunc socius Angelorum, Beatissime Vvandregisile, precibus piis suc„ curre nunc afflictis, & iam iamque periclitantibus. Te duce ab hac regione pro„ gressus sum; te duce externa adij loca. En desertus à te patriæ inductus iam fi„ nibus, grauis periculi mole oppressus: dignas mei meriti pœnas luo. Noli sub„ trahere, precor, liberationem famulorum: iucundior nobis melle dulcedo; ne „ sinas gaudia nostra supremæ tristitiæ nubilo maculari. Gaudium & exultatio „ nostra, quos deduxisti sospites, patrio solo redde incolumes. Inter hæc Dux, „ eiusque socii vota offerunt, omnimodo nisu reddere cupientes, vix verba præ„ fata finierant, cum subito, ope atque intercessione almi Vvandregisili Pia, se„ renitas redditur mira: & Patronum, quem quærebant absentem, virtute pręclara præsentem intelligunt: lachrymę denique vertuntur in gaudium, mœror „ lætitię promutatur. Leuatis namque velis, motu celeri cum gaudio, tripudio„ que magno, lintris cucurrit ad littus: nec subacta inter duras cautes, præruptaque „ & aspera loca, contrita est, nec scit pertulisse pericula. Ministeria nempe imple„ uit itineris, relinquens signa virtutis. Ipse autem præfatus Dux Grippo, in ipsa vigilia

,, Vigilia Natiuitatis Domini, alacer, & sospes ad eamdem peruenit Basilicam, ,, in qua prædicti Christi confessorum beatissima posita fuerant membra: ibique ,, cunctipotenti Deo, pro sua ereptione, laudes multimodas, cum magnæ humi- ,, litatis reuerentia retulit, & tota promissa obtulit.

X. ,, Anno Dominicæ Incarnationis 895. indictione 14. sub die 11. Calendarum ,, Decembrium, venerunt corpora SS. Vvandregesili, & Ansberti, confesso- ,, rum, ad Carnotenam vrbem; & iubente Domino, suscepta, à venerabili Hai- ,, mone, Episcopo præfatæ vrbis, & Domino Haimerico, Abbate Monasterij ,, S. Careoni martyris; & collocata in Ecclesia; in qua isdem Christi martyr re- ,, quiescit. Vbi non minimam humanitatem monachis sancti Vvandregesili, qui ,, metu gentilium hæc attulerant, exhibuit; & hospitalitatem condignam hilari- ,, ter tribuit. Ibique 14. Calend. Martij pacificè mansimus, videlicet per tres men- ,, ses, exceptis tribus diebus. Deindè, Calendis Martij, metu gentilium, & coo- ,, perante præfato Haymone venerabili, aliisque sanctorum veneratoribus in- ,, nuente etiam eiusdem vrbis venerabili Clero & plebe Deo deuota, cum laudibus ,, honore, prædictorum corpora sanctorum, intra muros præfatæ vrbis venera- ,, biliter suscepta sunt; atque in oratorium, quod olim venerandus præsul Gisle- ,, bertus construxerat digne collocata sunt: in quo omnipotens Deus sanctos ,, suos, vt voluit, mirificauit, & miraculorum attestationibus multiformiter ho- ,, norauit; quorum insignia miracula, iubente Domino, mirabiliter refulgent, ,, hæc ibi.

24. *Ludouicus.* [bb]

XI. Ad regimen istius Monasterij assumitur, Abbasque renuntiatur: ann. 848. [cc] erat consanguineus B. Vvandregisili, & consobrinus Caroli Calui, Regis Francorum, [dd] sub eius regimine destruitur monasterium præfatũ per Danos, ann. 862. Hastingo Duce: [ee] mansitque sic solo æquatum, annis plusquam centum triginta quinque, scilicet vsque ad tempus Richardi II. Ducis Normaniæ: prædictus autem Carolus Caluus Rex, suo diplomate confirmauit omnia bona ad ipsum Monasterium pertinentia: cui talis præfigitur Titulus. ,, Carta Caroli Regis, data ,, HLudouico Abbati Fontanellensi, de confirmatione possessionum suarum, ,, de quibus non obtinemus decimam: ipse autem Abbas erat consanguineus ,, S. Vvandregisili, & eiusdem Regis consobrinus. [ff] Inibi etiam sequitur: Copia ,, Cartæ HLudouici Abbatis S. Vvandregisili consanguinei; de obseruatione ,, possessionum, quæ ibi scribuntur; quam iussit, propter accidentia pericula, ,, omnibus suis successoribus firmiter obseruari. [gg]

Cùm autem ex eodem codice, MS. conspiciantur etiam aliæ duæ Regum nostrorum Francor. Cartæ, absque distinctione nominis: scilicet *Ludouici*, & *Caroli*, Regum: dignum duxi hùc eas esse à nobis, reponendas: ne ordo rerum turbetur historicarum: sed series recto calle percurratur. ,, Littera Ludouici Regis: qua ,, confirmat possessiones Antiquas, Reueuerciam, & Ecclesiam, cum decimis & ,, Appenditijs suis; capellam de *Fayes*, in *Chinerrierijs*, sex hospites, & partem de- ,, cimarum: Rouuillares, & prata, ac syluas: medietatem de *Buxeyo*, & terram ,, vnius carrucæ, & medietatem decimæ: Tertiam partem decimæ de *Doro*: in ,, *Sallyaco* modicum terræ *Daregny*, & Ecclesiam, & totam decimam: *Vvaincourt*, ,, & Ecclesiam, cum decimis & hospitibus, *Alpicum*, Ecclesiam, decimã: *Visiniolum*, ,, *Demonas*, dimidium vianiaca cum decima *Vviliulifcortis*; in *Marolis*, census, & de- ,, cimam vinearum: *Marconcis*: cum decima & hospitibus, & Ecclesia: liberum ,, transitum nauium, quantum extendit, in vita eius. *Rodonium*, Ecclesiam, totam ,, decimam, census, comparationem vinearum de more. *Ninelonis*, tres gordos, duas ,, sedes molendinorum; mansum *S. Memini* cum aliqua parte decimarum, Eccle- ,, siam de *Bollebosc*, cum decimis: *Calefurnum*, Ecclesiam cum decimis, & 12. man- ,, sos; dimidium Francauillæ; Ecclesiam de *Villeta*, cum decima tota, tam in mo- ,, lendinis, quàm in agris: & totum Feodum *Herbonis*, & terram duorum boum: ,, terram de *Othmariuilla*: capellam iuxta *Sitolium*, cum terra, & hospitibus: & ,, terram de *Durocampo*, & dimidiam terram de *Boscotrani*, & totam decimam

bb *Canalis sup.*

cc *Tabula MSS. Fontanell. Abbat. Gallia Christiana, ibid. in Abbat.*

dd *Tabula MSS. sup.*

ee *Eædem Tabulæ Gallia Christiana sup. Ordericus lib. 3. histor. Eccles. ad ann. 1050.*

ff *Apud cartularium magnum MS. Abbat. Fontanell. littera V. 4. carta 1.*

gg *Ibid. carta 2.*

hh Cartularium MS. supra Littera X. cotta 2. Littera Renouation. 1.

„ ipsius villæ. hh Altera verò sic inscribitur. Littera Karoli Regis, de donis Brothoniæ: quà concedit nobis, & vult, quòd ex donis omnibus in Brothonia, quibusque personis datis, quòd sine dilatione, vel fraude aliqua, decima nobis fideliter ministretur; antequam illi, quibus dabitur, de illis donis aliquid valeant recipere, nec leuare. ii

ii Ibid. eodem.

S. Ansbertus obtinuit multa alia priuilegia à Regibus Franc. Clodouæo, Clothario, Childerico, & Theodorico pro Monachis Fontanellensib. qui & habent quamlibet decimam septimanam consuetudinis vicecomitatus aquæ Rothomag. & omne vinum ad eos pertinens, nil soluit in transitu pontis Rothomagens. kk Sicque completus est numerus 24. Abbatum Fontinellens. iuxta Robertum de Monte. ll

kk Antiquitates MS. Normaniæ, pag. 57. Apud D. Bigot.
ll Tract. de Abbatibus & Abbatiis cap. 11.

Abbates Fontanellenses residui, tempore Normanicæ cladis, vsque ad restaurationem huiusce cœnobij.

CAPVT X.

SVPER est, vt de cæteris cœnobiarchis Fontanellensibus, qui hisce calamitosis temporibus præfuerunt, sermonem habeamus: nihilque intactum relinquamus.

25. *Maynardus.* a

a Tabula. MSS. Fontanell. Canalis. Gallia Christiana post Robertum de Monte sup.

Nemini dubium est; quin post ablatas sanctorum reliquias, aliamque pretiosiorem suppellectilem aliò asportatam: tum denique totius cœnobij conflagrationem: monachi vbiuis locorum fuerint dispersi: per complura annorum curricula: ita, vt ijs persecutionum procellis dissipati, nullum commodè poterant (ab obitu præfati Ludouici cœnobiarchæ) sibi deligere Abbatem, sed tantum aliquem sibi superiorem præficiendum curarunt, veluti inter eos Priorem: vel saltem de illis memoria penitùs obliterata est, & extincta, vsque ad hunc *Maynardum*, quo autem tempore vixerit, aut rexerit, non omnes conueniunt: sed contrariis, vt videntur, vijs incedunt: qui tamen circumspectis eorum accuratè rationibus, non ita sibi inuicem aduersantur.

Primores itaque volunt, Maynardum, Abbatem Fontanellensem, reædificationi sui monasterij operam dedisse, sub Richardo I. Normanorum Duce: „ Maynardus (ait codex MS.) monachus S. Petri Gandauorum, & Abbas Fontanellæ, postea primus Abbas sancti Michaelis de Monte Tumba; hic reædificauit Monasterium Fontanellæ, occasione cujusdam corui, ibidem Diuinitùs „ manifestati, tempore primi Richardi, Ducis Normanniæ, anno videlicet 960. b cui alij subscribunt. c Hinc Arboretanus Episcopus censet, quod Ioannes XIII. Papa, opera Hugonis Rothomagensis Archiepiscopi, monachorum gregem in Ecclesiam D. Michaelis introduxerit, Canonicis indè exturbatis. „ *Iste* Hugo „ (inquit) Monasticæ professionis institutor apud D. Michaelem, Maynardum, „ proximum Abbatem instituit, extractum de Monasterio Fontanellæ, adjutore „ Radulpho, Bajocensi Comite, fratre suo vterino, anno videlicet 965. d Quod copiosiùs in sequentibus sic prosequitur: Guillelmi, à Longa-Spatha, Ducis Normaniæ, morte priùs præmissa. „ Cui mox succedit Richardus, qui animo in „ rem Religionis conuerso, cessantes à rebus Diuinis clericos à Templo D. Mi- „ chaelis explodit; moxque consilium Hugonis Rothomagensis Archiepiscopi „ secutus, Rodulphique Bajocensis Comitis, vterini fratris suffragio adjutus, vn- „ decumque congregatos monachos Templo D. Michaelis immisit: fultus desu- „ per Ioannis, Romani Pontificis auctoritate, nutuque ac consensu Lotharij „ Francorum Regis, quantum satis erat subnixus: eo loci Abbatem, instituit „ *Mainardum*, virum Religionis commendatione insignem; qui ex Monasterio

b Tabula MSS. Fontanell.
c Gallia Christiana sup. post Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum ann. 960.
d Canal's Tom. 3. Hierarchia. Neustriæ in Hugone 2. Archiepiscopo Rothomag. 42.

Fontanellæ

„ *Fontanella*, quod nunc S. Vandregisili vocant, istùc demigrauerat, Assumpto „ secum *Mainardo*, nepote, alijsque monachis nonnullis; &c. Anno itaque Do- „ mini 942. monastica viuendi regula, apud ædem D. Michaelis, faustis (quod „ dicitur) auibus initium sumpsit: *Maynardo*: vt dictum est, Abbate; &c. Cura- „ uit demùm, cœnobium, cœnobijque cultores, Pontificia ac Regia tutela mu- „ niri; idque circiter annum Domini 965. e

e Idem Tom. 4. in Abbatia S. Michaelis de monte Tumba. f Ordericus lib. 3. histor. Eccles. ad ann. 1030.

III. Nonnulli autem volunt id effecisse Richardum 2. Normaniæ Ducem, Richardi 1. filium. „ *Hic* vero (ait *Ordericus*) Fontinellense cœnobium, quod S. Vvandre- „ gesilus ædificauerat, sed Hastingus dissipauerat, reædificauit. f Fontinellense „ quoque Dux præfatus restaurauit, & quæque Turstinus, seu Gerardus Fleitellus, „ alijque proceres, dederant ei, sua concessione sanxit. g Mitto alios quosdam opus istud Richardo 3. tribuentes: h quos fuisse omninò hallucinatos, palam nunc ostendere conabor: modò deductis in medium rationibus eorum, copiosè responderim.

g Idem lib. 5. ad ann. 1080. Sub Roberto 44. Archiepiscop. Rothomagens. h Antiquitates MSS. Norman. pag. 121. Yeppes Tom. 2. Chronic. Benedict. Centuria 2. cap. 3. ann. 630. & cap. 1. ann. 659.

IV. Testantur antiquiores rerum Normanicarum scriptores, vnà cum ipso *Orderico*, prædictum Richardum 1. Normanniæ Ducem, hujusmodi S. Michaelis cœnobium, construxisse, ceu restaurasse: illicque Monachos aggregasse, i cui præfuit primus Abbas *Mainardus*. Quantum verò spectat ad Richardum 2. Ducem Normanniæ (qui principatum cœpit mortuo Patre Richardo 1. Duce, ann. 996.) k Eadem fatentur: scilicet, non ipsum fuisse huiusce domus constructorem: sed amplificatorem, atque illustratorem. „ Richardus verò secundus (inquit *Gemmeticensis*) Monasterium S. Vvandregisili, & alia Monasteria, ab Antecessoribus „ eius reædificata, mirabiliter auxit. l Tria cœnobia, (*ait Ordericus*) quæ pater „ eius fundauit, id est, Fiscanense, sancti Audoeni, in suburbio Rothomagi, & „ sancti Michaelis, in periculo maris, auxit & defensauit. m Itaque, vt ijs detur aliquis conciliandi modus: vltro admittimus, sub Richardo 1. instaurationem Monasterij præfati cœpisse: perfectam verò euasisse sub Richardo 2. juxta ipsum Arboretanum Episcopum, qui hæc scitè intulit verba. „ Secundus Richardus, „ Dux Normaniæ, ex integro Abbatiam S. Vvandregisili, quam Fontinellam an- „ tiquitùs vocauerant, reædificauit. A sancto Vvandregisilo, vsque ad Mainar- „ dum, qui tempore primi Richardi, cœperat eundem locum pro posse suo emen- „ dare; fuerunt Abbates 24. &c. n Tandem, exindè errorem, forsitan erupisse discimus; quòd Mainardus, eius nominis 2. nepos primi Mainardi, & ipse quoque Fontanellensis monachus, secundus extiterit Abbas ipsius Montis S. Michaelis ab ann. 991. vsque ad ann. 1009. quo decessit è vita, tempore Richardi Ducis 2. sed de his, inferius, sermo redibit.

i Dudo lib. 3. Gemmeticensis lib. 4. cap. 19. Ordericus lib. 3. ann. 942. Vualsingham, & alij. Infra in Abbatia S. Michaelis. k Gemeticensis lib. 4. cap. 20. Ordericus lib. 3. ann. 1030. Chronica Cadomens. ann. 996. Chronica Chronicar. part. 2. folio 20. pag. 2. in Richardo 2. Duce Norman. l Lib. 7. cap. 21. m Lib. 5. ann. 1080. In eo Duce.

n Canalis sup. Tom. 5. in Abbatia S. Vuandregisili.

26. *N........*

27. *N........*

28. *Ensulbertus.*

V. Post Maynardum, *vnus & alter, indigni nomine, succedunt*: *inquit præsul Arboretanus* o de quibus extat illud Distichon. *Huic duo succedunt, vicibus, sibi nomine tantum,*

dignum quid neuter contulit Ecclesiæ. p

Attamen in alio codice MS. inuenitur tres fuisse inter ipsum *Maynardum*, & *Gerardum*: illic enim ita legitur: Nam post eius recessum (scilicet Maynardi) sub tribus Rectoribus: de quibus, *[illegible], per aliquot annos*, &c. q quibus facilis adest responsio: cùm in Catalogo Gemmeticens. Abbatum repertus sit *Ensulbertus* Abbas Gemmeticensis, simul & Fontanellensis eodem tempore: qui absque dubio, vnus illorum trium est, de quo fit mentio in præfato codice, inuentionis corporis S. Vvlfranni: itaque meritò hic reponitur *Ensulbertus*, ceu *Ensebertus*, Monachus, & Decanus Gemmeticensis; postea verò Abbas Gemmeticensis, & Fontanellensis: qui benè & optimè rexisse dicitur, obijtque ann. 993. r sed rectius dicendum Abbatiam hanc suscepisse regendam ann. 993. diem verò clausisse extremum, ann. 1008.

o Ibid. in serie Abbat. Fontanell. p Tabula MS. Fontanell. Abbat.

q Lib. de inuentione corporis S. Vulfranni.

r Tabula MSS. Fontanell. & Gemmeticens. Gallia Christiana [illegible]

s *Cœnalis sup.*

29. *Sanctus Gerardus.* [s]

Fontanellense Monasterium gubernandum assumpsit, Richardi II. Normanniæ Ducis conuictus precibus, cuius inuisendi gratia, Rothomagum adierat, ann. 1008. Porrò, hic Ecclesiam Fontanellensem sancti Petri Tonitruo, & repentina tempestate, dejectam, in majori elegantia reparauit. Corpus sancti Vvlfrani, ac si dormiret, inuentum aliò transtulit: tum demùm ipse migrauit in cœlum ann. 1031. 3. Calend. Decemb. [t] Ex hoc loco magna videtur oriri suspicio, circa præfati S. Præsulis *Vvlfranni*, Inuentionem: Quidam ea ducti ratione, ni fallor, nomen S. *Vvlfranni*, ferè vbique abraserunt, dùm de eo ageretur mentio in Translatione SS. Vvandregisili, Ansberti, Vvlfranni, &c. ex *Fontanella* in *Flandriam*, apud *Blandinium* propè Gandauum, ann. 944. [u] sed absque ratione, quandoquidem tempus excederet ætatem ipsius S. Gerardi, Abbatis Fontanellensis: qui obijt ann. 1031. sed ille *Gerardus*, qui huiusmodi Translationis solennitatem peregit, Abbas extitit iam ab ann. 941. cœnobij S. Petri *Blandiniensis*, vitæ sanctitate conspicuus. [x] VI.

t *Tabulæ MSS. Fontinell. Gallia Christiana sup.*
u *Extat ille Codex, MS. Translation. corpor. SS. Vvandregisil. Ansberti, Vvlfranni, &c. Rothomagi, Apud D. Ioannem Bigot.*
x *Ibid. pag. 21. 22. & seq. vide infra. Tom. 3. Neustriæ Sacræ ad 3. Septemb.*
y *Cœnalis.*
z *Tabulæ MS. Fontinell. Gallia Christiana sup.*
aa *Tabulæ prædictæ*
bb *Littera V. 2. Carta 2.*
cc *Vide infra in ea Abbatia ad ann. 1040.*
dd *Cœnalis. Gallia Christiana. sup.*

30. *Sanctus Gradulphus.* [y] VII.

Factus Abbas, ann. 1031. [z] Ecclesiam principalem, quam prędecessor S. Gerardus ædificauerat, dedicari fecit in honorem S. Petri, & sancti Vvandregisili. Idem adhuc Decanus, constitutus est, vt curam gereret ędificandi cœnobij *Montis* Rothomagensis, à *Gosselino*, vicecomite Arcacensi, fundatore. Tandem obdormiuit in Domino ann. 1047. sepultus in Thesauro eiusdem Ecclesię, [aa] 2 nonas Martij: Memoratur in Cartulario magno Fontanellense. [bb] Vocatur Radulphus in MS. codic. Pratellensi, quando rogatus, misit illuc Eymardum, Monachum Fontanellensem, vt primus eam Abbatiam regeret. [cc]

31. *Robertus.* [dd]

ee *Tabulæ MSS. Fontinell.*

Germanus extitit ipsius B. Gradulphi, cui successit, ann. 1047. Huius tempore, ad cœnobium S. Vvandregisili relatum fuit, de Monasterio S. Petri, Blandinij montis, juxta Gandauum, in Flandria, corpus seu Brachium ejusdem sancti cum multa miraculorum gloria. [ee] His tamen aduersatur *Ordericus*, qui agens de Translatione S. Vvandregisili, à Fontanella ad Blandinium cœnobium, asserit illic suo adhuc tempore seruari: „ *Fontinellenses* nihilominus Reliquias „ SS. Confessorum Vvandregisili Abbatis, Ansberti & Vvlfranni, Archiepiscoporum, Gandam portauerunt: quę à Flandritis vsque in hodiernum diem, seruata magnæ ibidem venerationi sunt. [ff] At postea veritati annuens historicę, vltrò palinodiam cantauit subdens; Rothomagensis autem Ansbertus, cum Vvandregisilo Abbate, & Vvlfranno Archipresule Senonensi, Fontinellę seruatur: debitaque à suis reuerentia quotidie honoratur. [gg] VIII. IX.

ff *Ordericus lib. 6. Histor. Ecclef. post med.*
gg *Ibid. postea.*

Exindè postea euocatus Robertus Abbas 31. Monasterij sancti Germani à *Pratis*, juxta Lutetiam, instituitur, ann. 1066. cui præfuit vsque ad ann. 1072. quo in fata concessit. [hh] Contrarium tamen censent Tabulæ Fontanellenses MSS. his verbis, *Obiit ann.* 1063. *tertio calendas Februarij, cuius corpus iacet in Monasterio S. Germani à Pratis*: quibus fauet Author *Galliæ Christianæ*: sed, vt verum fatear, illic error irrepsit: & pro ann. 1063. ponendus est ann. 1072. vel 1073. juxta varium annorum supputandorum morem. Quandoquidem certum sit, jam ab ann. 1062. Fontanella Lutetiam profectum esse: sanctumque Gilbertum extunc Fontanellę prefuisse: vti ex sequentibus constabit. [ii]

hh *Aimonius lib. 5. gestor. Francor. cap. 48. Cœnalis tom. 5. sup. in serie Abbat. S. Germani Pratens. Parisiens. Brulius in supplement. Antiquitat. Parisiens. pag. 187.*
ii *Infra cap. 11. §. 5. & cap. 2. & 12.*

Ingens Pietatis feruor Normanorum Principum, in restauratione Monasteriorum: maximè verò erga Fontanellense cœnobium; quod Richardus I. & II. Robertus I. ac Guillelmus II. Normaniæ Duces, donis amplissimis cumularunt.

CAPVT XI.

I. MIRA Dei prouidentia actum est: vt vbi abundauerat delictum, illic & superabundaret gratia, juxta Apostolum: [a] Et qui priùs Diuina sacraque prophanauerant: eadem ipsimet pio cultu Dei, in Neustria restaurarent. „Quædam verò cœnobia (*teste Gemeticensi* ejusdem Prouinciæ antiquiora,) quæ à Normannis „adhuc Paganis fuerant destructa, studio bonorum Principum „reædificata sunt. [b] Inter quæ, *Fontanellense* cœnobium nobis occurrit; quod aurea ignis conflagratione defformatem, in majorem postea elegantiam consurrexit: Normanorum Ducum pietate ac munificentia. Guillelmus, *Longa spatha*, cognominatus, Rollonis Protho Christiani Normaniæ Ducis, filius, qui mortuo patre, successit in Ducatum Normaniæ, ann. 917. habuit filium Richardum nomine, quem dereliquit sui Principatus heredem ann. 942. [c] Hic restaurationi, atque reædificationi præsentis Abbatiæ initium dedit; eoque è viuis sublato, ann. 996. Richardus II. eius filius, cœptum opus ex integro perfecit; illiusque loci prouentus mirabiliter auxit ac defensauit. [d] „Confirmauit in primis, quicquid antecessores sui dederant, addens multa ex suo proprio. [e] Reddidit quippe Ecclesiæ sancti Vvandregesili, multa, quæ per destructionem amiserat; hujusce rei Autographi exemplar confectum est ann. 1314. die jouis post *Quasimodo*: atque authenticum redditum sub Sigillo Vicecomitatus de *Maulleurier*: sicque incipit.

a Roman. 5. v. 20.

b Gemeticensis lib. 4. cap. 20.

c Ordericus lib. 3. histor. Eccles. Initio.

d Chronica Normanica. Gemeticensis. Canalis. Robertus de Monte sup. cap. 11. Vide, cap. præced. §. 4.

e Cartularium magnum MS. Fontanellens. littera V. quarta carta 6.

Pax vbique hæc Elementa legentibus.

II. „Quia humàna fragilitate præpediti, atque terrena inhabitatione aggrauati, in multis offendimus omnes: eorum nobis patrocinia comparare necesse est, qui & carnis impedimenta viriliter abrumpere, & mundana fideliter proterentes, inferi celestibus meruere. Quod ego Richardus, nutu Dei, Normannorum Princeps, aduertens, consideratis Fontanellensis cœnobij Priuilegijs, suggerentibus Abbate, & Fratribus, iussi nonnullas libertates in vnum colligere, quæ sub diuersis Chyrographis habetur de S. Vvandregisili possessionibus; quia Cartæ, quæ plures sunt numero, facilè, aut negligētia sæpè perduntur, aut fraude malignorum furtim subtrahuntur. Igitur hæc omnia, quæ subter scripta sunt, ab antiquis temporibus vsque ad nostra tempora, ad Fontanellense monasterium, legitimo iure probantur pertinere.

„*Fontanella*; vbi constructum esse videtur illud monasterium, quod pristino nomine sic est dictum, cum viculis ad ipsam respicientibus, videlicet, *Gothuilla*, *Betheuilla*, *Resencio*, *Caldebec*, *Ansgoth-Moulins*, cum omnium earum Iustitia Alta & Bassa, per totam Ebdomadam nundinarum mediæ Quadragesimæ, & Arrestis. Insuper, totam aquam fluentem ab *Ansgoth-Moulins*, ad fluuium *Sequanæ*, cum omni piscaria: decimam quoque totius thelonei, quod *Rothomagi* accipitur; & in suburbio ejusdem vrbis, Ecclesiam *S. Laurentij*, cum hospitibus, & terra ad eundem pertinente, & consuetudinibus; & in eadem vrbe domum vnam. Similiter de *Archis*, & Ecclesiam cum decimis, & hospitibus, & piscaria, per totam Ebdomadam præcedentem festum S. Vvandregisili. Similiter decimam Thelonei de *Dieppa*, Ecclesiam de *Bontellis* cum decimis, terris, & hospitibus;

,, Ecclesiam de *Martegny*, cum decimis, terris, & hospitibus: Ecclesiam *S. Albini*,
,, cum decimis, & 12. Bouuatis terræ, & hospitibus. *Nothuilla*, cum omnibus supe-
,, riùs nominatis, solidis ac quietis, ab omni *Pontificali* querela. *Carcuit* in plano
,, & bosco, & villulis sibi adjacentibus, cum duobus molendinis, & piscaria. Ec-
,, clesiam de *Gonneuilla*, & quatuor hospites. In *Bertreuilla*, nouem hospites, cum
,, duobus coctariis, & decimis: & Alodum, quem de me tenebant *Osbernus* & *Ans-*
,, *fredus*, frater eius, in Monasterio *Odilerij*, cum Ecclesia, terris, ac syluis: & Ca-
,, pella S. *Desiderij*, quando facti fuerunt Monachi, quorum sororem *Papiam* duxi
,, in vxorem. Villam, quæ dicitur *Fontes in Brayo*, in plano & bosco, & Ecclesiam.
,, *Brendiaucourt*, cum Ecclesia: Ecclesiam de *Nonobosco*; Ecclesiam de *Bosmesnil*, cum
,, suis pertinentiis. *Esclaueles*, & Ecclesiam cum consuetudinibus in Foresta. *Brae-*
,, *monstier*, & Ecclesiam: Ecclesiam de *Freauuilla*, cum pertinentijs & hospiti-
,, bus; Ecclesiam de *Basleyo*, cum pertinentijs. *Gliscursam*, in plano & bosco, cum
,, Ecclesia. *Betencourt*, cum aqua, molendinis, & pratis. Ecclesiam de *Gillenicourt*,
,, cum decimis, & aliqua parte terrarum: Ecclesiam de *Greinuilla*, cum decimis,
,, terris, & hospitibus: & in *Cocheriaumonte* 7. hospites. In *Bernonvilla*, terram &
,, hospites. In *Estrutat*, terram, & hospites, & vnam nauem liberam & quietem,
,, ad omnem piscationem, per omnes portus Normanniȩ. In *Fiscanno*, vnum mo-
,, lendinum. *Vveranast* & *Hotot*, cum Ecclesia & pertinentijs: & in *Scrutauilla*, duo
,, hospites. *Lonnetot*, & Ecclesiam, cum decimis, & terris. Apud *Malleurier*; libe-
,, rum quoque transitum Baccorum eorum, siue nauium per *Sequanam* ascenden-
,, tium, aut descendentium, vina aut blada, seu aliqua alia portantium, & ab om-
,, ni Coustuma Pontagij, vel transuersi, quantum extenditur iustitia mea. In pago
,, *Bajocassino*, *Liberiacum*, cum Ecclesia, & omnibus suis appenditiis: Et Ecclesiam
,, de *Caluomonte*: Ecclesiam de *Cheus*, cum tota decima, & terram vnius carrucȩ
,, sufficientem, & nouem hospites. Ecclesiam *Mesnilpatric*, *Basly*, & Ecclesiam cum
,, decimis, & hospitibus, & vno molendino. Apud *Cadomum*, vnum hospitem & de-
,, cimam nundinarum de *Prato*. In *Oximensi* pago, Ecclesiam de *Oximis*, cum de-
,, cimis, & duos hospites, & decimam thelonei: Ecclesiam *Cambagi*, cum deci-
,, mis, & hospitibus, & theloneo; Ecclesiam *Vlmiri*, Ecclesiam de *Auenele*: Ec-
,, clesiam de *Argentele*, cum decimis & hospitibus, Hȩc omnia, non ex dono alte-
,, rius, sed ex mea largitione, cœnobium Fontanellense in perpetuum teneat, ad
,, restaurationem eiusdem loci: qui à malignis & peruersis dudum subuersum
,, fuisse dignoscitur. Quȩ mea authoritate corroboro ac confirmo, ac cum consi-
,, lio & authoritate Episcoporum & Abbatum meorum, æterno anathemate,
,, ferio eos omnes, qui indè fraude, aut violentia, aliquid subtraxerint, aut alie-
,, nauerint cum testium subter ascriptorum firma astipulatione.

Signũ *Richardi* Principis † qui hanc Cartam fieri jussit: Signũ *Papiæ* † Comitissæ.

Signum *Richardi* † filij Comitis.	Signũ *Launomari* † Militis de *Buetot*.	Signum *Roberti* † Rothomag. Archiepiscopi.
Signum *Rogerij* † Montis.	Signum † *Odonis*, filij *Launomari*.	Signum *Hugonis* † Ebroïcensis Episcopi.
Signum † *Richardi*, filij Gisleberti Comitis.	Signũ † *Vvillelmi*, filij *Osberni*.	Signum *Mangisi* † Episcopi Abrincatensis.
Signum † *Gisleberti*, de Noyers.	Signum † *Giraldi*.	Signum *Roberti* † Episcopi.
	Signũ *Gisleberti* † de *Fraisnoise*.	

Actum Fiscanni publicè, mense Augusto, anno ab Incarnatione Domini, 1024. indictione 7, regnante Roberto Rege.[f]

Scribitur etiam, quòd præfatus Richardus II. Dux impetrauerit à Papa; vt III
eiusmodi Abbatia, exempta esset à spiritualitate, seu jurisdictione Rothomagensis Archiepiscopi.[g] Anno 1026. obijt ipse Richardus II. Dux: duos relinquens post

f Ibid. Littera X. Carta 3 Littera secunda.

g Chronica Chronicarum part. 2. fol. 20. pag. 2. in Ri-

se liberos: quorum prior, scilicet Richardus III. paruo tempore superstes factus, alter in eius locum successit, nempe Robertus: ann. 1028. [h] cuius Carta extat, qua „ *confirmat*, quicquid Antecessores sui huic cœnobio dederant, & ea, quæ à tempore suo data sunt, aut pretio comparata; scilicet: *Sehieruillam*, cum Ecclesia & omnibus pertinentijs: item, villam S. *Stephani*, cum 24. Arpentis pratorum, & omnibus consuetudinibus. Quartam partem villæ, quæ dicitur *Louuetot*; villam, quæ vocatur, *Broil*: item, decimam nundinarum, totiusque *Oximensis* mercationum: in *Seifredi villa*, terram vnius carrucæ, & duos hospites: item, vineam, & terram *Guillelmi*, & comparationem vinearum. [i] Item dedit Ecclesiam de Archis, cum terris & decimis ad ipsam pertinentibus: & Ecclesias S. *Albini* de *Boutelles*; de *Nouavilla* cum pertinentijs. [k]

IV. Accedit nunc Guillelmus II. cognomento *Nothus*; Angliæque *Conquestor*: filius naturalis præfati Roberti Ducis; qui post defunctum patrem apud Nicæam vrbem in Bithinia, ann. 1035. totius Prouinciæ Normaniæ principatum assumpsit: rexitque vsque ad ann. 1087. quo è viuis sublatus est. [l] Hic in primis „ *confirmauit* quicquid pater suus Robertus & Auus Richardus Ecclesiæ S. Vvandregisili dederant: addens multa, & confirmans exemptionem in 4. Ecclesijs, scilicet S. Michaelis, *Calidi-Becci*, *S. Gertrudis*, & *Resenchon*. Exeo autem, postea excitato jurgio, illud sopiuit: posuitque concordiam inter Vvillelmum, Rothomagensem Archiepiscopum, & Gilbertum Abbatem S. Vvandregisili, pro eiusmodi exemptione 4. Ecclesiarum.

„ Item, Donat in *Longolio*, mansum vnum, & duos hospites, cum quadam particula terræ, & omnem decimam ipsius villæ. Apud *Tuetot*, vnum mansum; & territorium de *Carelif*, & terram de *Corbesyria* quietam; secundam partem decimæ de terra *Tuslingi*, & decimam de *Noua terra*, quam tenebat comes *Ebroicensis*: in *Danestanuilla*, decimam villæ, & vnum hospitem.

„ Item, Reddit insulam, in *Sequana* sitam, quæ vocatur *Belcinaca*, qua incipit iuxtà *Stollarum* de *Callido-Becco* à parte meridiana, & se extendit vsque ad castrum de *Vvateuilla*, & vltra, sicut apparet per vitam *S. Condedi*, *in Gestis Abbatum S. Vvandregisili*. Item Ecclesias *Vvateuillæ* & *Brothonij*, & omnem decimam, quæ syluam *Brothonij* videtur exire, videlicet, de ceruis, de capris; de omni venatione, de consuetudinibus.

„ Item, Dedit Ecclesias *Brionenses*, cum Appenditiis.

„ Item, Restaurat plura, per *Dacos* perdita; *Esquetot* iuxta *Banna*, cum Ecclesia & pertinentijs: decimam Thelonei de *Bannis*, & molituram eiusdem Villæ, & de *Vveauvilla*, cum parte: Ecclesiam de *Flamenvilla* cum decimis; Ecclesiam de *Calonuilla*, cum decimis ejusdem villæ, *Cresetot*, cum hospitibus. Item, Ecclesias de *Cheulx*, cum decimis, & duobus hospitibus. Ecclesiam de *Mesnillo* cum decimis, *Bertinot*, & Ecclesia, cum pertinentijs, & 9. hospitibus: *Gurteuillam* & Ecclesiam cum decimis, Ecclesias *sancti Victoris* in Campania; & de *Ansquetieruilla*, cum decimis, & quinque Vvauassores: Mansum cum territorio de *Buetot*, & Ecclesiam cum decimis; terram, quæ vocatur *Groffay*, *Bosquerart*, & Ecclesias cum decimis: *Nouavillam* super *Alnam*, & Ecclesiam cum decimis: Ecclesias *Argenthoni*, cum capellis & decimis: Ecclesias de *Sarcheaux*, cum pascuis: *Corlandi*, & *Seffreuillæ*, cum decimis earum, & terra vni carrucæ sufficientem, in Crispauilla, terram *Mennic*, & tres binas, cum 4. Alodijs, in *Cantaluppo*, quartam particulam saltus, cum vno molendino in *Vvadreuilla*.

„ Cùm altercatio esset inter Ecclesiam S. Vvandregesili, & Comitem Ebroicensem, pro coustumis forestæ *de Tractu* & *Calido Becco*; seu in nemoribus de *Calido Becco* & *Gouilla*; & in terra & in aqua: & ex vtraque parte vellent campi pugna probare, iste Guillelmus Dux, ne Ecclesiæ causa, humano sanguine terminaretur, sic discordiam composuit. Quòd sua authoritate, nec ex alterius dono, vel largitione, Ecclesia S. Vvandregesili ad suum ardere, & ad suas necessitates, & ædificia suarum Villarum, quæ in confinio harum duarum forestium sunt, quantum opus fuerit, habebit; & pasturam pecorum, & animalium: & de Mortbosc, ad voluntatem. Item, quatuor porcherias. Item, expressè prohibet, quòd nullus in confinio forestium, mansionem, vel ædificium faciat;

... chardo II. Duce Norman.

[h] Gemeticensis lib. 5. histor. Norman. cap. vltim, & lib. 6. cap. 2.

[i] Cartularium sup. Littera V. Carta 10 Item Littera X. Carta 3. Littera 2. Ibid. Littera T. 3. Carta 10.

[k] Gemeticensis lib. 6. capit. vltim. & lib. 7. cap. 1. & vltim.

[l] Magnum Cartularij sup. Littera V. 1. Carta 7. 8. 10. 11. 13. & 16. Item Littera V. 24 Carta 25. Item Littera X. Carta 4. 5. 6. & 8.

„ quia terra euacuata à sylua, iure hereditario S. Vvandregesilo remanebit.
„ Item, Donat, S. Vvandregesilo, in *Albania*, 22. Arpenta optimæ terræ: Item,
„ Donat, in *Constantini* pago, in maris præripio, Ecclesias quinque, cum decimis
„ & hospitibus: videlicet Ecclesiam *S. Marculfi*, ex integro, & quicquid ibi te-
„ nebit *Hugo Passoler*; *sancti Germani*, & *S. Martini de Vvadreuilla*; & *sanctæ Hono-*
„ *rinæ*, *de Andulfiuilla*; & *sanctæ Mariæ de Pompenilla*, cum Clericis & terris eorum,
„ & vnum hospitem, *Ros*, nomine. b

Præfatæ autem concordiæ: inter Abbatem Fontanellensem, & Ebroicarum comitem; per ipsum Guillelmum Normaniæ Principem initæ: Charta adhuc extat in hunc modum.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

„ Vvillelmus, Dei gratia gloriosus Rex Anglorum, & Comes inclitus Nor- V.
„ mannorum. Si ea, quæ pro statu & vtilitate Ecclesiarum in Regno & Comitatu
„ nostro statuuntur nostris confirmamus Edictis; hoc nobis proculdubio, ad æter-
„ nam beatitudinem, & totius Regni à Deo nobis commissi tutelam, mansurum
„ esse credimus, & retribuentem Dominum exindè in futuro habere confidimus.
„ Igitur, notum sit omnibus, sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam futuris, quàm
„ præsentibus: quia ego Vuillelmus, Dei gratia, Rex Anglorum, & Comes Nor-
„ mannorum, iussi hanc Cartam fieri, pro quadam concordia, quam feci, inter
„ locum sancti Vvandregisili, Fontanellensem: & Vvillelmum, Ebroicensem
„ Comitem, tempore *Girberti*, *Abbatis*. Certè monachi S. Vvandregisili, dùm in
„ Foresta de Chaldebech, & Foresta de Gotvilla, & in terra & in aqua, plures
„ coustumas, ex dono & largitione Aui mei, Richardi Comitis proclamarent, pro
„ vt erat tempore *Girardi Abbatis*, sicut indè adhuc plures vestituras & teneduras
„ ostendunt: Comes verò Vvillelmus ad hęc nollet acquiescere, & hoc ex vtraque
„ parte, vellent campi pugna probare. Ego Vvillelmus, Dei gratia, Rex Anglo-
„ rum, & Dux Normannorum, ne causa Ecclesiæ determinaretur humano san-
„ guine, cum principum meorum consilio, taliter feci pacem & concordiam: vt
„ & Comes Vvillelmus, bono animo erga locum remaneret, & fratres sufficien-
„ ter ad suas necessitates de his duabus Forestibus haberent; & hoc, non ex dono
„ alterius, sed ex mea authoritate & largitione cognoscerent. Hoc autem taliter
„ erit: quando monachi ad suum ardere, & ad ædificia monasterij, & ad omnes
„ officinarum suarum vtilitates, & ad illarum omnium suarum Villarum, & pos-
„ sessionum Dominicas vtilitates, quæ in confinio harum duarum Forestium sunt,
„ id est, *Chaldebech*, *sanctæ Gertrudis*, *Louetot*, *Steintot*, & *Resençon*, *Bethenilla*, *Abba-*
„ *tisuilla*, *Gotvilla*, necesse habebunt, Forestarios vocabunt, & Forestarij, quan-
„ tum satis est, conuenienter, & conuenienti loco, sine omni dilatione, quantum
„ opus fuerit, ad fratrum necessitates, dabunt. Quod si Forestarij vocati, nolue-
„ rint venire, & dare; tunc Fratres licenter, & sine omni calumnia, & tantum
„ conuenienter, quantum opus fuerit, ad suas necessitates, de his duabus Foresti-
„ bus accipient; & de Mortbosch, quantum volunt, consuetudinaliter habebunt.
„ Monachi etiam omnes suas porcharias asserebant se posse, per costumam, in
„ has duas Forestes, absque pretio ad pascuam mittere: sed Comes Ebroicensis,
„ noluit nisi duas, per costumam recognoscere. Vnde habita consilij deliberatio-
„ ne, pro pace & concordia, consensit adhuc & alias duas, vt quatuor in numero
„ sint, quæ absque pretio, per costumam, in has Forestes ad pascua intrent, excepta
„ haia sua, & defensione: At si Comes in haiam suam & defensionem, suas por-
„ charias, vel aliorum, miserit: tunc & monachorum porchariæ, absque pretio,
„ licenter, & sine omni calumnia intrabunt in haiam & defensionem. Pasturam
„ verò pecorum & animalium, sine contradictione vbique Monachi semper habe-
„ bunt. Caueat etiam Comes Vvillelmus, vel quicumque successor suus, has
„ duas Forestes tenuerit; ne vnquam in circuitu, vel in confinio harum Forestium,
„ mansiones hominum, vel aliquod aliud ædificium sibi faciat: sed statim terra
„ euacuata à sylua, perpetualiter terra: iure hæreditario, remaneat S. Vvandre-
„ gisilo. Et vt hæc auctoritas, quam ob Dei amorem, & animæ nostræ remedium,
statuimus,

„ statuimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconuulsa valeat perdura-
„ re: manus nostræ subscriptione, eam subter firmauimus. Actum fœliciter ca-
„ stro Iulia bona, anno ab Incarnatione Domini, 1074. indictione 12. residente
„ in sede Romana Papa Gregorio, anno 2. qui erat gloriosi Anglorum Vvillelmi
„ annus adepti Regni 8. Girberti Abbatis in Abbatia 12.

† Signum *Vvillelmi* Regis Anglorum. | † Signum *Roberti*, filij Regis.
† Signum *Vvillelmi*, filij Regis. | † Signũ *Vvillelmi*, Ebroïcensis Comitis.
† Signum *Goisfredi*, filij Eudonis. | † Signum *Rogerij* de Montgomeri.
† Signum *Rogerij* de Belmont. | † Signum *Eudonis* Dapiferi. m

m *Extat Rothomagi apud D. de Bethencourt.*

Series Abbatum Fontanellensium à tempore Guillelmi II. Nothi Normanniæ Ducis, & Angliæ Regis: vsque ad sanctum Ludouicum IX. Galliarum Monarcham; Neustriaque totius Ducem.

CAPVT XII.

32. *Sanctus Girbertus.* a

I. EX Germania, seu Alemannia, oriundus erat hic S. *Girbertus*, b seu *Gerebertus*, vel *Gerbertus*; de quo præclarum extat laudum eius Encomium apud *Guillelmum* Pictauiensem, Lexouiorum Archidiaconum, dùm B. *Mauriiij* promotionem ad Archiepiscopatum Rothomagensem, Malgerio prius à sede deposito: & S. *Gerberti*, selectionem ad Abbatiam Fontanellensem, per Guillelmum II. Normanniæ Ducem, Angliæque Regem, ita recenset. „ *Maurilius*
„ verò Cathedræ liberatæ prouidit ex Italia, (vbi supra cæteros Abbates emicuit
„ eximius) reductum: dignissimum summo omnium Archipresulatu, merito
„ generis, personæ, virtutum doctrinæ. Huius patem quendam, & in Anachore-
„ tici rigoris commilitia sedulum contubernalem Gerbertum, cunctæ sanctitatis
„ conscientia & fama, iuxta beatum; aliquot post annos, cœnobio S. Vvandre-
„ gisili præfecit, ordinem dilapsum restituere intendens per Abbatem spiritualem,
„ ambo hi in ætate florentissima Diuinitatem, & quam Diuinitas largitur beatitu-
„ dinem, speculati alio, multoque perspicatiori mentis acumine, quàm Plato,
„ nuda professione, impedimenta rerum temporalium euasere: despicantes mun-
„ danæ Philosophię, vehementi applicatione, à se amata Gymnasia, patrij soli
„ dulcem arrisum, opibus ac generositate claram parentelam, spem sublimium
„ prouectuum. Sic animo victore expediti, nunc sub jugo cœnobiorum, nunc in
„ eremi lucta, ęmulis, Machabęorum decertabant sudoribus; pro interminabili
„ & liberalitate, & quiete, omnem extremitatem, nullam pręlationem in exilio
„ mundi prętereuntis ambientes. c Miris laudibus eum quoque extollit Orderi-
„ cus d vocatur etiam *Gilbertus*, ann. 1074. e

II. Interfuit D. Gerbertus Concilio Prouinciali apud Iulio-Bonam, sub Guillelmo 48. Archiepiscopo, Rothomagensi ann. 1080. f Adfuit etiam funeri Guillelmi 2. cognomento *Nothi*, Normannię Ducis, & Angliæ Regis, ann. 1087. apud Cadomum sepulti, in Ecclesia Abbatiali S. Stephani Proto-martyris. g Passim memoratur in Cartulario Fontanellensi. h Cuius Regiminis ann. 12. Christi nimitum, ann. 1074. peracta est illa concordia inter Monasterium Fontanellense, & Ebroicarum Comitem, mediante præfato Duce ac Rege Guillelmo 2. vti constat ex Diplomate ea de re confecto, à nobisque præcedenti capitulo allato. Obijt ann. 108[illegible].

a *Canalis Tom. 5. Hierarchia Neustriæ.*
b *Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christian. in Abbatiis.*
c *Guillelmus Pictauiensis. De gestis Guillelmi 2. Ducis Normannor. & Regis Anglor. circa med.*
Menardus in Appendic. 2. ad Martyrolog. Benedictin. Littera G.
d *Ordericus lib. 4. ad ann. 1072.*
e *In libro nigro Ecclef. Bajocens. fol. 1. Carta 3.*
f *Vide sup. Tom. 1. Neustriæ Christianæ, cap. 76.*
g *Ordericus lib. 7. Histor. Ecclef. ad ann. 1087. in fin.*
h *Littera T. 3. Carta 5. Item, Littera V, 1. Carta 6. & Littera R. 1. Carta 21.*

Digitized by Google

Sub eo complures floruere Monachi, virtute & doctrina eximij: in ijs, B. Guntardus, postea in Abbatem Gemeticensem electus, ann. 1072. i Prçterea, Ingulfus, qui ex voluntate prædicti Regis, Vlfxretello Crulandiæ Abbati, per D. Lanfrancum, Cantuariensem, Metropolitanum, deposito, successit, ann. 1073. „ *Ingulfus* (inquit *Ordericus*) Fontinellensis Monachus, Abbatiam Crulandiæ, „ dono Guillelmi Regis recepit; & 24. annis, per plurimas aduersitates, rexit. „ Hic natione Anglicus erat, scriba Regis fuerat, postmodum Hierusalem perrexerat: vndè reuersus, Fontinellam expetiit, & à viro eruditissimo Gerberto, „ eiusdem cœnobij Abbate, Monachilem habitum suscepit, sub quo jam in ordi„ne instructus, Prioratum administrauit. Hunc ab Abbate suo, Rex, quia priùs „ eum nouerat, requisiuit: & Crulandensibus præposuit. Qui postquam Crulan„diç regimen habuit: prçdecessori suo, precibus beniuolis apud Guillelmum „ Regem, subuenire sategit. k Huius meminit Ioannes *Picardus*, in notis ad lib. 1. epistol. 9. sancti Anselmi, ad ipsum prçfatum Gerbertum Abbatem: sed & idem S. Anselmus memorat eumdem Gerbertum epistola 76. II.

i *Tabulæ MSS. Fontinell. Vide inf. in Gemmetico, Abbatia cap. 16. §. 4.*

k *Ordericus sup. lib. 4. ad ann. 1073. Vide Historiam Inguiphi fol. 514. Extat cum Rogerio Houedeno.*

33. *Lanfrancus.* [l]

l *Cœnalis. sup.*

Cùm S. Gerbertus cœlum inuectus fuisset, *Lanfrancus* mox illi subrogatus est, ann. 1089. vixitque vsque ad ann. 1091. quo spiritum exhalauit. m quod veritati minimè consonat; nam ad ann. 1093. adhuc viuens cernitur. Monachus erat Beccensis, nepos D. Lanfranci, Archiepiscopi Cantuariensis; de quo maximè conquæritur B. Anselmus, cui valdè displicebat eius assumptio in Abbatem Fontanellensem: qua de re scripsit ad eum subsequentem Epistolam, vt eum ad saniorem reduceret mentem. III.

m *Tabulæ MSS. Fontinell. Gallia Christiana. sup.*

Frater Anselmus, quamuis indignus, tamen Abbas Monasterij Beccensis, fratri Lanfranco Monacho eiusdem cœnobij, declinare à malo, & facere bonum.

„ EGo frater Anselmus in Deum dilector tuus, fidelis consiliarius tuus, Diuina „ dispositione, & tua lectione, Abbas tuus, tibi frater Lanfrance, in no„mine Domini nostri Iesu Christi moneo, consulo & prçcipio; vt plusquam bis, „ aut ter intentè perlegas hanc fidelem epistolam meam: & intra cor tuum assi„stens coram districto iudice, in cuius conspectu semper es, pertractes verba, & „ consiliũ meũ. Quod si aliquo factũ fuerit, vt alius illã te non habente, aut legere „ nolente, legat: adjuro eum per omnipotentem Deum, vt non substrahat animç „ tuç salubre consiliũ; sed hanc præmissam jussionem meam tibi, aut audiẽti, aut „ legenti aperiat, & ipsam epistolam totam tibi legendam exhibeat; quod si fa„cere noluerit, peccatum tuum ab illo requirat Deus, ita vt nulla sit excusatio, in „ die reuelationis iusti judicij Dei. Antequam donum Abbatis acciperes, dicebam „ tibi, & alijs, secretè & publicè, corde & ore, me nolle, vt acciperes: non appro„bare, non consulere, numquam me esse præceptorum: & si sine jussione mea „ acciperes, nunquam te benedictionem ab vllo Episcopo, meo assensu, esse acce„pturum. Et tamen nescio quo superno judicio celabatur mihi, quid sensurus „ eram; cùm idem donum acciperes. Sed postquam factum est, subitò se ingessit „ cordi meo graue pondus rei, & aperuit se terribile judicium Dei: audiui, & „ conturbatus est venter meus: consideraui & expaui. Contritum est cor meum „ in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Sensi rem detestabilem esse co„ram Deo, & coram omnibus illuminatis ab eo. Vnde (quod tristis dico) tu „ primùm, & per te totus noster ordo, & maximè dolens, & erubescens ego pa„ter tuus, & mater tua, Ecclesia nostra; facti sumus opprobrium vicinis nostris, „ subsannatio & *irrisio his, qui in circuitu nostro sunt*: & omnibus audientibus factus „ es exemplum dedecorandi & destruendi Ecclesiam Dei, cuius rei te fecisti prin„cipium, & principem nostris temporibus in hac patria. Sustine me sic grauiter „ loquentem, fili, quia non me impellit furor ex odio, sed cogit me dolor ex amo„re. Desiderat

re. Desiderat enim tristis frater subuenire fratri suo pereunti; festinet tremens Pastor, eruere de faucibus leonis ouem tremendi Domini sui. Prosequitur dolens pater, vt reuocet in infernum properantem dolendum filium suum. Redi ergo, redi ad cor, tuum discute factum, & concute mentem tuam. Reprobasti consilium ęternum, & tenuisti consilium reprobum. Nam *Dominus reprobat consilia principum, consilium autem Domini manet in æternum. Non enim te fecit Abbatem Christus veritatis, sed tua cupiditas; & eorum, qui non percipiunt, quæ Dei sunt, temeritas. Memento, quia qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat.* Fili mi, non intrasti per ostium, quia non intrasti per Christum: non intrasti per Christum, quia non per veritatem: non per veritatem, quia non per rectitudinem: non enim intrat Monachus in Abbatiam per rectitudinem, qui non intrat per regularem electionem, & per obedientiam. Non te excuses. Dices mihi, non intraui per inobedientiã, quia non prohibuisti: sufficit ad remouendam rectitudinem, quia non per obedientiam introisti. Verum est, quia non dixi; prohibeo, aut pręcipio, ne facias: videbam enim intelligenti sufficere, quia incessanter dicebam. Non vult, non approbat cor meum, non consulit, non præcipit, nec præcipiet os meũ. Si acceperis sine mea jussione Abbatiam, nunquam habebis ab Archiepiscopo benedictionem. Non enim debet Monachus expectare oris imperium, si nouit voluntatem Abbatis sui, aut consilium. Si ergo non intrasti per ostium, graue mihi est dicere: sed tu considera, & intellige, quem te nominet veritas, ad quid te venisse *testetur.* [M] Deindè, ad instantiam Roberti, Ducis Normanniæ, hanc misit Epistolam ad cœnobium Fontanellense. M S. Anselmus lib. 3. Epistol. 43.

Dominis, & fratribus charissimis, D. Gualtero, Priori Monasterij, S. Vvandregisili, & alijs Monachis ejusdem Monasterij, qui cum eo sunt. Frater Anselmus, post præsentem tribulationem, temporalem & æternam consolationem.

DOminus Normannus petiit à me, ex vestra parte, vt dilectioni vestræ aliquam scriberem consolationem: & nostram ostenderem de *Lanfranco* voluntatem. De consolatione quidem hoc mihi scribere, pro temporis breuitate sufficit, quod S. scriptura dicit: *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis; scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem perfectum opus habet.* Et alibi: *Oportet nos per multas tribulationes introire in Regnum Dei.* Et *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra quàm ferre potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt sustinere possitis.* ,,Cùm ergo ex tribulatione tot nobis bona veraciter promittantur; nec frangi, nec desperare, nec à bono proposito, vllo modo deficere, pro vlla tribulatione debemus: sed tanto magis in proposito bonæ voluntatis, secundum multitudinem grani sinapis feruere: quantò magis tribulationum atterimus. Confidite ergo, quia annuente Deo, post tribulationem, lætitia consequetur; si quis autem ex vobis in hac tribulatione defecerit, dicite, de nobis exijt, sed non erat ex nobis: quia non erat nobis radicatus. De voluntate autem nostra, hoc mens nostra dicit & lingua: quia si olim venissem & pręcepissem, vt *Lanfrancus* esset Abbas vester, quod certè non feci: tam crudelem se super vos ostendit, vt jam nec velle possem. Valete. Hæc ille epistola 43. non propterea tamen pacis vinculum dissolutum est inter ipsum S. Anselmum, & Lanfrancum: quippe, qui postea, ann. 1093. cùm ipse S. Anselmus assumptus fuisset in Archiepiscopum Cantuariensem, interfuit Lanfrancus congregationi Beccensi, & vnà cum alijs assensum præbuit hujusmodi electioni Pontificali D. Anselmi: vti videre est lib. 3. epistola 6.

34. *Girardus* 2. [n]

IV. Proximè successit *Gerardus*, ceu *Girardus*, vel *Giraldus*, & *Geraldus*: cuius sæpè meminit Cartularium magnum *Fontanellense.* [o] Eius tempore, moritur Guillel-

n Canal's sup. o Littera T. 2. Carta 11. Littera T. 3. Carta 3. Littera F. 6. Carta 9. & 18.

mus præfatus, Ebroicensis Comes: qui apud Fontanellam deportatus, illic vnà cum Richardo, patre suo tumulum accepit: [p] ann. 1118. provt discimus ex his Orderici verbis. „ *Guillelmus* enim Comes Ebroicensis 14. Calend. Maij, mortuus „ est: & Fontinellæ in cœnobio S. Vvandregisili, cum Richardo patre suo, sepul- „ tus est. [q] Richardus autem ille, filius erat Roberti Rothomagensis Archiepis- „ copi, Ebroicarum Comitis. [r]

Porrò, Girardus Abbas interfuit Concilio Prouinciali Rothomagensi, sub Goisfredo 49. Archiepiscopo, anno 1118. celebrato. [s] Ad eum Iuo Carnotensis scripsit in hunc modum.

p Ordericus sup. lib. 12. ad ann. 1108.

q Idem lib. 12. ann. 1118.

r Idem lib. 5. ad ann. 1080. Gemeticensis lib. 8. cap. 17.

s Vide sup. Tom. 1. Neustriæ Christianæ. cap. 82.

Iuo, humilis Carnotensis Ecclesiæ minister G. Abbati Monasterij S. Vvandregisili, Salutem in Domino.

„ CONsuluit paruitatem meam Dilectio vestra, vtrum Tabulæ Altarium ali- „ quando consecratæ, cùm translatæ fuerint, & super nouam struem lapidum „ politæ, denuò sint consecrandę. Quod nobis ex auctoritate & ratione facien- „ dum videtur, cùm Canon dicat: altare si motum fuerit, Ecclesia denuò conse- „ cretur. Quòd si Ecclesia propter motionem solius altaris denuò est consecran- „ da: quanto magis ipsum altare, quod motum est? [t] præterea, cùm signa simi- „ litudinem habeant earum rerum, quarum signa sunt, sicut fides, quæ caput & „ fundamentum est sacræ religionis, immobile debet manere in credente: sic visi- „ bile altare, quod figuram gerit fidei, debet manere immobile. Et sicut à fun- „ damento fidei, si quis motus fuerit; per manus impositionem, corpori Christi, „ quod est Ecclesia, reconciliandus est: sic mensa altaris, fidei typum gerens, si „ mota fuerit, iterum sacris mysterijs imbuenda est. Nec satis similis ratio est, „ quam quidam Fratres vobis obijciunt, quòd altaria portatilia, licet de loco ad „ locum moueantur, non tamen denuò consecrantur. Hæc enim altaria non aliter „ consecramus, nisi vel in Tabulis ligneis, vel aliquo competenti substratorio „ compacta, & firmiter sint affixa. Vnde, licet de loco ad locum portentur, non „ tamen de loco, in quo consecrata sunt, mouentur: à quo si euulsa fuerint, sicut „ cætera altaria, denuò sunt consecranda. Hæc de proposita quæstione breuiter „ vobis descripsi; eadem rationibus & auctoritatibus prolixiùs ostensurus, si opportunum esset. Sed hæc prudentiæ vestræ sufficere sum arbitratus. [u] Hac de re idem Iuo jam superiùs egerat, cum Guillelmo, Fiscannensi Abbati, eadem sciscitanti, simile responsum dedit: vti ipse fatetur. [x] Tandem Girardus ann. 1125. tertio nonas Martij efflauit animam: cuius corpus jacet sub prima Tumba in introitu capituli. [y] Præsens conspicitur Rothomagi, anno 1091. testis: [z] quod si ita est, dicendum erit præfatum Lanfrancum, haud mortuum esse ann. 1091. sed se cœnobiarchia Fontenellensi abdicasse; B. Anselmi tandem monitis salutaribus acquiescens: cuius postea electioni in Pontificem Cantuariensem, subsignauit ann. 1093. vti superius dicebamus: tuncque Girardus ipse Fontanellense regimen suscepisset ipsomet ann. 1091.

t Lib. 4. Decretal. Gregor. Titul. 40. de Consecration. Ecclesi. vel Altaris.

u Iuo Carnotensis Epistol.

x Idem Iuo Epistol.

y Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana. sup.

z Vide part. 2. Neustriæ Christianæ in Episcopo 23. Abricens. cap. 25. §. 4.

35. Alanus. [aa]

Post mortem Gerardi, ann. 1125. hic Alanus (qui & *Adamus* dictus est [bb]) Abbas Fontanellæ designatur; sed quia haud continuò benedictionem Pontificalem à suo Metropolitano accepit, ideò, vt reor, vocatur solummodò *Alanus*, *Electus S. Vvandregisili*, ann. 1128. mense Octobri: quando, vnà cum alijs Antistibus, Prælatis, & Abbatibus interfuit Conuentui Rothomagi habito, præsidente in eo, Mathæo, Cardinali Episcopo Albanensi, Legato Apostolico, coram Henrico I. Duce Normaniæ, Anglorum Rege, Goisfredo tunc Archiepiscopo 49. infirmante ad mortem. [cc] Postea autem Fontanella discessit ann. 1137. factus Cadomensis Abbas. [dd] Antequam verò à Fontanella discederet, hanc acceperat donationem, à Rege Angliæ. Henrico I. Duce Normaniæ ipsi Abbatiæ factam, in hunc modum. V.

aa Canalis sup.

bb Cartularium magnum Fontanell. Littera T. 3. Carta 2.

cc Ordericus lib. 12. in fin. ad ann. 1128. sup.

dd Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana. sup.

Henricus

Digitized by Google

Henricus, Rex Anglor. &c. Archiepiscopo Rothomagensi, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitiariis, & omnibus fidelibus suis, totius Normaniæ, Salutem.

VI. „SCiatis me concessisse Deo, & sancto Vvandregesillo, & Abbati Alano, quòd „ponant mercatum suum, quod solebat esse apud S. Vvandregesillum, per „diem Sabbathi, apud *Caudebec*, per diem Dominicum: &c. Testibus, Ioanne, Episcopo Lexouiensi, Audino, Episcopo Ebroicensi, &c. Apud Dieppam. [D] Cur autem tanto tempore Electus remanserit, non confirmatus, vel Benedictus Abbas, accipias, velim, ex codice MS. Beccensi: Illic quippe hæ continentur litteræ; quarum prima totum pandit negotium. D Ex Archiuo Abbatiæ Fontanellensis.

Innocentius, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Abbati S. Vvandregisili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

TYrannorum socium se esse manifestis probationibus indicat: qui tenacitatis & ambitionis reus, subditis præesse desiderat, & Rectoris officium negligit adimplere. Perlatum siquidem est ad aures nostras, vndè valdè miramur, quoniam cùm locum Abbatis teneas, & fratribus præsis, atque bona Ecclesiæ B. Vvandregisili, tanquam Prælatus tuo arbitrio administres, sub prætextu cujusdam prauæ consuetudinis, quæ sacris oraculis, & rationi resistit: Archiepiscopo tuo professionem facere contemnis, & quod spectat ad Abbatem, Diuinum non suscipis sacramentum. Sacramento ergò contempto, profectò vas vacuus es; & nomen Abbatis cassum geris & inane. Quòd si homines decipere niteris; Deum vtique fallere non poteris. Ideoque per Apostolica tibi scripta mandando præcipimus, quatinus & benedictionem suscipere, & quod stricti juris ratio postulat, prælato tuo irrefragabiliter obedire non differas; quòd si hoc adimplere subterfugiendo distuleris, Sententiam, quam in te, & obedientes tibi monachos, prædictus frater noster Hugo Archiepiscopus, vir si quidem sapiens, & discretus, dictante iustitia protulerit, aut etiam promulgauerit, nos auctore Domino, ratam habebimus. Data Antisiodori 13. Calend. Ianuar. Ita loquebatur Innocentius II. Sed quia Rex Angliæ Henricus 2. Normaniæ Dux, huiusce Electi Abbatis causæ forsitam faueret, ad eum sequentes litteras dedit: quarum tenor hic est.

Innocentius, Episcopus, seruus Seruorum Dei, charißimo in Christo filio, Henrico, illustri & glorioso Regi Anglorum, Salutem & Apostolicam benedictionem.

QVemadmodum personam tuam sincera charitate diligimus; ita in his quæ ad honorem tuum spectare cognoscimus, & secundum Deum possumus, dare operam, parati sumus. Venerabili siquidem fratri nostro, Hugoni, Rothomagensi Archiepiscopo, per scripta nostra mandauimus, & consilium dedimus; quatinus de Abbatibus illis, de quibus tua nobis significauit Serenitas, assensum tuæ præbeat voluntati. Veruntamen quantò altiùs Diuinæ pietatis Prouidentia, personam tuam honore, sapientia, & diuitijs decorauit; tantò ampliùs eam obnoxiam sibi constituit, & ad suum obsequium arctiùs alligauit. Expedit igitur vt in Regno, siue Ducatu, à Diuina dispositione tibi commisso, tuo tempore, prauæ consuetudines amputentur, & vitiorum radicibus resecatis, bona quæque per tuæ nobilitatis studium, Domino cooperante, plantentur. Aliter enim Abbates, & reliqui clerici, nec gratum Domino, famulatum impendere, nec animarum suarum saluti poterunt prouidere: Immò Acephali, id est, sine capite, reputantur, nisi Episcopis suis, & prælatis debita fuerint humilitate subjecti. Vnde, prouidendum est à tua prudentia, ne ipsi omninò liberè, & sine jugo viuendo, in superbiam elati, animarum suarum detrimentum incurrant: & tibi, (quod absit) ante conspectum superni Iudicis imputetur. Ad excellentiam verò tuam, & pru-

ed by Google

dentiam pertinet, vt prædictum Fratrem nostrum Hugonem, Archiepiscopum, tantum si quidem virum, tam discretum, de cuius religione & sapientia, sancta Dei Ecclesia lætatur, diligas, & honores, & nullis molestiis inquietari permittas. Data Cremonæ. Idibus Iulij. Sequitur Epistola eiusdem summi Pontificis, ad ipsum Rothomagensem Archiepiscopum.

Innocentius Episcopus, seruus Seruorum Dei, venerabili fratri Hugoni, Rothomagensi Archiepiscopo, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FEruorem tuæ dilectionis, ac Constantiam fidei, quæ in persona tua hactenus claruerunt, exigente temporis necessitate, tam apud Ecclesiasticas, quàm sæculares personas, ipsis operum fructibus, sancta Dei Ecclesia comprobauit. Vnde & in specula domus Domini, diuina prouidentia constitutus, super commissum gregem, more boni Pastoris diligenter inuigilas, & te seuerum in corrigendis vitiis exhibendo, Episcopale officium verbis, & exemplis adimplere contendis. Age nunc, charissimè, & iuxta Apostoli vocem, argue, obsecra, increpa, in omnibus tamen charitate, & mansuetudine, ac SS. Canonum forma seruata. Nec vllatenus arbitreris, quòd ea, quæ rectè à te statuta sunt, in irritum deuocare, & quæ plantaueris disperdere, aut eradicare velimus: quin potius, ea quæ secundùm Deum, & iustitiam feceris, perpetua firmitate volumus obseruari. Quòd si Abbas *S. Vvandregisili*, vsque ad proximam Pentecostes solemnitatem obedire fraternitati tuæ contempserit; sententiam, quam in ipsum rationabilem promulgabis, Apostolica auctoritate, ratam habebimus. Præterea, frater dilectissime, te præsentibus litteris duximus commonendum, quatenus personam tuam studeas præparare, vt cùm Nuntium nostrum acceperis, B. Petri seruitium valeas exercere. Stolam ob insigne dilectionis de collo nostro assumptam, per dilectos filios nostros, R. & G. viros industrios, tibique deuotos, charitati tuæ transmittimus; vt videlicet ad honorem Dei, & B. Petri reuerentiam, nostrique memoriam, ea assiduè perfruatis. Data Pisis 13. Calend. Februar.

36. *Sanctus Galterius.* [ee]

Vvalterius, ceu *Galterius* appellatur: [ff] in Anglia natus: sed Fontanellæ præclaris virtutum radijs illustratus, Abbas efficitur ann. 1137. vbi clarus sanctitate decessit è vita ann. 1150. Non verò, ann. 1187. vti arbitratur *Cœnalis* sup. Attamen nominatur ad ann. 1145. in cartulario Confirmation. Abbat. Lyrens. carta 9. & ad ann. 1141. sub Abbate [gg] S. Audoeni sup. & ann. 1145. sub Hugone Archiepiscopo Rothomagensi cap. 89. §. 1. VII.

37. *Rogerus.* [hh]

Ex Priore Fontanellensi, Abbas factus ann. 1150. cœnobium rexit vsque ad ann. 1165. quo ad astra migrauit, 13. Calend. Iulij: cuius corpus iacet sub Tumba capituli, in dextra parte, ante portam. [ii] Multipliciter memoratur apud Cartularium magnum eiusce domus: vbi *Rogerius*, & *Rogerus* nuncupatur. [kk] Sicque à Mainardo vsque ad istum Rogerum, duodecim complentur Abbates, iuxta Robertum de Monte, sup. cap. 11.

38. *Anfredus.*

Ex Sacrista eiusdem loci, ann. 1165. iuxta Robertum de Monte in Appendice. Hic quoque sæpè reperitur nominatus in eodem Chartulario magno Fontanellensi: [ll] mundo autem vltimum valedixit, ann. 1178. quinto Calend. Maij: sepulturam nactus in capitulo eiusdem loci. [mm]

39. *Galterus 2.*

Eodem anno, in demortui locum sufficitur, teste Roberto à Monte, ita scriben-

ee *Cœnalis sup.*
ff *Cartularium Magnum Fontanell. Littera T. 2. Carta 25. & 29. Item, Littera T 3. Carta 11. & 16. Item, Littera V. 2. Carta 18. & V. 3. Carta 8. & 10.*
gg *Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christiana, sup.*
hh *Cœnalis sup.*
ii *Tabulæ prædict. & Gallia Christian. sup.*
kk *Littera T. 3. Carta 35. Littera V. 2. Carta 19. & 21.*
ll *Littera T. 2. Carta 24. Item, T. 3. Carta 18. 25. & 27. Item, V. 2. Carta 12. 24 & 28.*
mm *Tabula MSS. Fontanell. Gallia Christiana,*

Digitized by Google

ter *anno* 1178. *Galterius subcellarius S. Vvandregisili, factus est Abbas eiusdem Ecclesiæ*: tum de morte ipsius agens idem author, hæc subdit: *anno* 1187. *obijt Vvalterius, Abbas S. Vvandregisili.* [nn] Diem itaque clausit extremum 3. nonas Nouembris ann. 1187. [oo] non autem anno 1185. vti perperam legitur. [pp]

[nn] *Robertus à Monte, in supplemento Sigeberti, ad ann. 1178. & 1187.*
[oo] *Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana. sup.*
[pp] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 121.*

40. *Gaufridus.*

VIII Illius meminit magnum Cartularium Fontanellense: [qq] debitumque mortis exoluit 15. Calend. Iulij, anno 1193. ac sepelitur in capitulo ipsius Monasterij. [rr]

[qq] *Littera V. 3. Carta 11.*
[rr] *Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana.*

41. *Robertus 2.*

Cœnobiarcha *Fontaneti* quondam extitit, cùm assumptus est in Abbatem Fontanellensem ann. 1193. at paulò post recessit à sæculo, ann. 1194. ceu 1198. [ff] de eo mentio habetur in præfato magno Cartulario. [tt]

[ff] *Ibid.*
[tt] *Littera T. 3. Carta 32. & V. 3. Carta 9.*

42. *Galterius.*

Abbas nominatus ad ann. 1206. in Rebus Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. vide, cap. 32. Episcopor. Bajocens. §. 6.

43. *Raynaldus.*

Diuersimodè appellatur. *Raynaldus*, *Rainaudus*, & *Reginaldus*: eoque tempore vixisse constat. [uu] Demùm vitæ finem sortitus est 8. Calend. Octobris, ann. 1207. & jacet in Anglia. [xx]

[uu] *Ib. Littera V. 3. Carta 15.*
[xx] *Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana.*

44. *Robertus 3.*

Patria *Caletensis* erat, Diœcesis Rothomagensis, in *Monte Villari* natus, Gallicè, *Montiuillier*; qui assumptus in Abbatem Fontanellensem, moritur postea anno 1219. [A]

[A] *Ibidem.*

45. *Guillelmus.*

IX. Variè cognominatur, Guillelmus hic, dictus de *Brayo*; [B] & de *Fontaines*, à *Fontanis*: [C] At rectiùs, meo judicio, ipsum appellauerim, Guillelmum à *Fontanis*, in *Brayo* solo, eiusd. Diœcesis Rothomagensis Regiuncula, abiit ann. 1235. [D] Sed veriùs ann. 1234. scilicet, propter sui ordinis mutationem, in Cistertiense institutum: tempore S. Ludouici IX. Regis Francorum: qui sceptrum hujusce amplissimæ Monarchiæ accepit ann. 1226. Qua de re chronicon MS. Rothomagense ad ann. 1234. „*Hoc* anno Vvillermo de Fontibus Abbate S. Vvandregesili, recepto in Monachum Cistertiensem, apud Brolium, electus fuit, Vv. in Abbatem: & Capitulo Rothomagensi, sede vacante, præsentatus, & examinatis, Electione, & persona Electi, per ipsum capitulum, obtinuit benedictionem die Dominica, ante B. Magdalenam. [E] ergò non ann. 1235. abijt, recessit, vel obijt.

[B] *Tabula MS. Fontanell.*
[C] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 121.*
[D] *Iidem & Gallia Christiana sup.*
[E] *Chronicon MS. Rothomag. ad ann. 1234.*

46. *Guillelmus 2. de Suille.*

Hic igitur omissus est ab alijs: sed constat huic cœnobio præfectum fuisse ann. 1234. ex præfatis: non verò, ann. 1235. [F]

[F] *Antiquitates MS. sup.*

Digitized by Google

Normanniæ Duces, Angliæ Reges, Francorum Monarchæ: Tumque Neustriæ ac Galliæ Episcopi, Rothomagenses Metropolitæ, Necnon Summi Pontifices, Fontanellense cœnobium, variis Donis, beneficiis, priuilegiis, gratiis, Immunitatibus, ac libertatibus ditant, exornant, communiunt, & illustrant.

CAPVT XIII.

SCiendum in primis, Guillelmum 2. Nothum. Normaniæ Ducem, & Angliæ Regem, tres post se liberos reliquisse, ann. 1087. I.
videlicet Robertum, Guillelmum, & Henricum: [a] Nam Richardus adhuc iuuenis, viuente patre, in faustè apud nouam Forestam, propè Guentam in Anglia, dùm vænaretur, occubuerat. [b] Primogenitus Robertus 2. Dux Normaniæ extitit: hominemque exuit ann. 1134. [c] Guillelmus autem 3. cognomento *Ruffus*, suscepto Regni Angliæ diademate, vixit vsque ad ann. 1100. quo mortuus est. [d] Cui succedens Henricus I. eius frater, Regnum Anglię, vna cum Ducatu Normaniæ: ann. 35. fœliciter gubernauit: ac postea Stephanus, ann. 1135. & Henricus 2. ann. 1150. idem regnum ac Ducatum possederunt. [e]

Extat littera Henrici Regis Anglorum, qua concessit monachis Fontanellen- II.
sibus, quòd tenerent res omnes, vt possessiones suas, ita benè & in pace, liberè & integrè, sicut tenebant, quando recessit à partibus istis, ad transfretandum in Angliam: & quòd nullus traheret eos in placitum, nisi coram eo. [f] Littera item Guillielmi, Ducis Normaniæ, qua reddit eisdem monachis omnes decimas & eleemosinas, tam in bladis & denarijs, quàm rebus aliis, sicut habebant tempore Henrici Regis, videlicet, decimam Hebdomadarum Thelonei *Rothomagensis*; & quicquid habebant, apud *Archas*, *Dieppam*, *Butellam*, *Estruem*, *Argentonium*, *Falesiam*, *oximas*, & apud *Cadomum*, in feria prati, & vbicumque aliquid haberent, in anno, quo Rex Henricus, viuus & mortuus fuit. [g] Tum denique littera Ioannis, Ducis, Normannor. qua, post longam litem, adjudicat, restituit, & confirmat eisdem monachis Insulam *Belsinacam*, cum omni fructu. [h] Nam in Scacario *Rothomagensi*, ann. 1336. ad aliquorum instantiam, ordinatum fuerat, quòd inquisitio fieret ea de re.

Regum etiam Christianissimorum piæ liberalitates huic cœnobio minimè de- III.
fuerunt: prostant ad huc eorum patentia diplomata, quibus vel confirmant priores donationes, vel recentiores à se & ab alijs largitas corroborant. Ita Ludouicus, [i] Philippus, [k] Ioannes, [l] Carolus, [m] & alij: sed pleniùs ac copiosiùs Philippus 4. pulcher cognominatus: ann. 1290. [n] qui vt cuncta ritè ac debitè seruarentur, iussit huiusce Abbatiæ censuales codices instaurari, Agrariæque clientelæ beneficia, necnon decimarum, patronatuum, rerumque aliarum tabulas in ordinem redigi, vti constat ex eodem Cartulario Magno, littera X. quæ sic incipit.
„ Cartæ Antiquæ, seu chyrographi, aut litteræ, dudùm à Regibus Franciæ, &
„ principibus, ac nobilibus, Ecclesiæ sancti Vvandregisili concessæ, post modùm
„ à Philippo magno, Rege Franciæ & Nauarræ, in scripturam nouam redactæ, &
„ etiam auctoritate sua Regia, cum sigilli sui impressione confirmatæ.

Complures quoque Episcopi Normaniæ, videlicet, Lexouiensis, Sagiensis, IV.
Bajocensis, Constantiensis, &c. [o] Tum Eboracensis, Saresburiensis, &c. in Anglia, [p] tumque Parisiensis: [q] ac Beluacensis, &c. [r] in Gallia: sed præcipuè Metropolitæ Rothomagenses: maximè verò Hugo Archiepiscopus, istud singulari prosequuti sunt beneuolentia; cui & multa piè contulerunt. Ita enim habetur. „ Littera

a Gemeticens. lib. 7. cap. 21. Histor. Normanor. Ordericus lib. 4. ad ann. 1068. Eccles. Histor.
b Ordericus lib. 5. ann. 1081.
c Idem lib. 13. ad ann. 1134. Chronicon Cadomense, eod. ann.
d Gemeticens. lib. 8. cap. 9. Ordericus lib. 10. ad ann. 1100.
e Idem Gemeticens. cap. 31. 38. & seq. Ordericus lib. 13. ann. 1135. sup. Chronicō Cadomense
f Magnum Cartularium. Fontanell. Littera T. 1. Carta 5. & 6. Item. Littera H. 2. Carta 40. & 41. R. 1. Carta 20.
g Ib. Carta 7. & 10. Littera T. 1. & 3. Carta 12.
h Ibid. Littera V. 1. Carta 10.
i Ibid. Littera F. 1. Carta 47. H. 3. Carta 14.
k Ibid. Littera G. 2. Carta 38. I. prima. Carta 38. M. 1. Carta 18. & R. 1. Carta 19 Item T. 1. Carta 2. 3 Item V. 1. Carta 17. & 18.
l Ibid. Littera I. prima Carta 2. N. 3. Carta 7. S. 2. cart. 2.
m Ib. Littera V. 1. Carta 20.
n Ib. Littera T. 1. Carta 4.
o Ibid. Littera P. 2. & 3. Item. Littera Q. 1. 2. & 3. R. 1. & 2.
p Ibid. Littera R. 3. & S 1
q Ibid. Littera P. 1.
r Ibid. Littera M. 1.

tera

,, tera Hugonis Rothomagensis Archiepiscopi, qui confirmauit nobis Ecclesiam de Grainuilla, cum decimis & oblationibus, ad eam iustè pertinentibus. Item jus Patronatus Ecclesiæ S. Quintini de Aalouuilla, & de Crespeuilla, cum Capella de Vvaudreuilla; quas aliquando perdideramus. [f] Littera item Hugonis, Rothomagensis Archiepiscopi, qui confirmauit nobis, in Ecclesia de *Bosco Guerardi*, ad festum S. Vvandregisili, 10. solidos. Item medietatem nummorum, in natali & in pascha. Item, in Ecclesia de *Briona*, 40. solid. & Personatum earum. Item, in Ecclesia de *Boutellis*, 6. libras. In Ecclesia de *Brendiaucourt*, 15. solid. In Ecclesia de *Esclaneles*, 15. solid. Item, in Ecclesia de *Calceio*, 15. solid. In Ecclesia de *Aalouuilla*, 15. solid. & Personatum. In *Martini* Ecclesia 30. solid. In Ecclesia *Crispinillæ*, duos modios auenæ. Ecclesiam de *Vvimblinilla* cum decimis. [t] Littera *Hugonis* Archiepiscopi Rothomagensis, qui dedit nobis Ecclesiam *sancti Sidonij*, cum suis pertinentijs in eadem littera infra scriptis: Ecclesiam insuper de *Greinuilla*, quam multo tempore perdideramus. [u] Littera Hugonis Rothomagensis, qui confirmauit nobis possessiones patronatus Ecclesiarum: quæ omnia ex Pontificum, Regum, Ducumque, & aliorum Principum largitione, nobis donata fuerunt, pro vt plenius in littera continetur. [x] Littera Hugonis Archiepiscopi Rothomagensis; qui confirmauit nobis possessiones nostras, Ecclesias, decimas, & alia quæ habemus in Prouincia Rothomagensi. [y] Littera Roberti, Rothomagensis Archiepiscopi, qui nobis decimam, quæ eum contigebat, ex crasso pisce, qui accipitur in omni præripio S. Marculphi, & vnum hospitem in *Verethuilla*: decimam quoque ouium & porcorum in eadem villa alitorum. [z]

V. Quod ad summos Pontifices attinet, varijs hocce monasterium decorarunt priuilegiis, gratiis, & indultis Apostolicis, videlicet: Honorius II. Innocentius II. Eugenius III. &c. quorum diplomata nunc breuiter sunt perstringenda. Innocentius II. ann. 1141. & Eugenius III. ann. 1145. confirmant Burgum S. Vvandregisili Calidum-Becum, &c. cum iustitiis suis, nundinis & mercatis, & consuetudinibus, tam in Forestis, ceu syluis, circumiacentibus, ad Ecclesiam & officinas reparandas, & ad Focum monachorum, quàm in cæteris suis appenditiis: & Ecclesiam cum decimis, dignitatibus & cæteris, quæ ad ipsam iure pertinere noscuntur: sic enim scribitur in codice MS. ,, Littera Innocentij Papæ II. qui confirmauit nobis possessiones nostras, decimas cum Ecclesiis & pertinentiis, in Regno Franciæ, & etiam quæ habemus in Regno Angliæ: & plura beneficia, quæ modò non obtinemus. [aa] Item, littera Eugenij Papæ III. qui confirmauit nobis possessiones nostras, libertates, jurisdictiones, tam Ecclesiasticas, quàm sæculares, & priuilegia, tam citra mare, quàm vltra. [bb] Innocentius IV. concedit, quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius, non possimus compelli, per litteras Apostolicas; quæ de hoc expressam non fecerint mentionem. [cc] Item, Littera Domini Innocentij Papæ IV. qui concessit Abbati S. Vvandregisili, & suis successoribus, in eadem Abbatia, liberam potestatem disponendi super obseruatione statutorum Gregorij prædecessoris. [dd] Littera eiusdem Papæ, qui relaxauit omnibus, qui ad opus istius Ecclesiæ manum porrexerint adjutricem, 40. dies de iniuncta sibi pœnitentia. Littera Odonis, Archiepiscopi Rothomagensis, qui relaxauit omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui manum ibidem porrexerint adiutricem 20. dies. [ee]

VI. Clemens IV. ann. 1267. & Gregorius X. ann. 1273. Monasterium S. Vvandregisili, sub B. Petri, ac sua, & sedis Apostolicæ protectione suscipiunt. Item, quascumque possessiones, quęcumque bona possidet, aut in futurum possidebit, concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, & oblatione, fidelium, præstante Domino confirmant: & locũ ipsum in quo monasterium est situm, & temporalem iurisdictionem, cum terris, pratis, stagnis, molendinis, aquarum decursibus, ripparìis, nemoribus; vsum in forestis circumadjacentibus, jus Patronatus Ecclesiæ, cum pertinentiis supradictis; & duodecim libras redditus pensionis. Item, quòd nulli de culturis & nutrimentis suis reddam decimas. Item, fugientes sæculum, & ad conuersionem venientes, valeant absque contradictione retinere. Item, quòd nulli, post factam professionem, ab eodem monasterio sit fas

Z

[f] Ibid. Littera T. 1. Carta 10.

[t] Ibid. Carta 11.

[u] Ibid. Carta 12.

[x] Ibid. Carta 15.

[y] Ibid. Carta 19.

[z] Littera V. 23 Carta 26.

[aa] Ib. Littera T. 1. Carta 18.

[bb] Ibid. Carta 14.

[cc] Cartularium Fontanellæ, aliud MS pag. 3.

[dd] Ibid. & Cartularium magnum prius. Littera S. 3. Carta 11.

[ee] Ibid. Carta 12. & 13.

discedere: discedentem verò absque licentia, sine litterarum cautione, nullus audeat retinere. Item, si generale interdictum terræ fuerit, clausis janius, expulsis excommunicatis, Diuina possint celebrare. Item, quòd nullus capellam, seu oratorium, infra Parœchiarum illorum construere audeat, sine Diocesani, aut Abbatis speciali licentia. Item, prohibent exactiones indebitas monachis ipsis fieri à quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus. Item, concedunt sepulturam quorumcumque, qui deuotione, vel extrema voluntate, apud monachos sepeliri deliberauerint. Item, quòd infra loca ad ipsos pertinentia, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, seu violentiam audeat exercere. Demùm, malefactores, inimicos, persecutores, violatoresque locorum, & rerum Ecclesiæ S. Vvandregisili, diro percellunt anathemate! [ff]

Gregorius, Item X. Papa, concedit, quòd infra Parœchias ad hoc spectantes cœnobium, pro ea portione, qua veteres majoresque decimas percipiunt, noualia quoque percipere valeant. Tum confirmat omnia jura, omnesque libertates, & indulgentias ac immunitates, à prædecessoribus suis, vel Regibus huic Abbatiæ concessas. Eadem concesserunt ac confirmarunt Clemens V. & cæteri Pontifices Romani. [gg]

ff Ibid. & pag. 13. Cartulary Fontanellæ MS. sup. Item Cartularium magnum prius. Carta 15.

gg Cartularium aliud MS. Fontanell. sup.

Residuus Religiosorum Abbatum Fontanellensum numerus, vsque ad sæculum sextum decimum; quo Commendatarij subintrarunt.

CAPVT XIV.

46. Robertus 4.

I. TEstantur hunc Robertum proximè successisse præfato Guillelmo de *Fontaines*: eumque præfuisse vsque ad ann. 1244. quo debitum mortis exoluit. [b] Quibus breuiter respondetur Guillelmum de *Suille* præfatum omisisse: qui tamen ann. 1234. electus agnoscitur ex præfatis.

b Tabulæ MSS. Fontanell. Gallia Christiana. sup.

47. Petrus.

Nuncupabatur Petrus *Mauuiel*, oriundus ex villa ipsa Fontanella sancti Vvandregisili; cujus tempore, monasterium ignis conflagratione, excidium passum est: [p] propter quod reparandum, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad opus istius Ecclesiæ manum porrexerint adjutricem, Innocentius IV. Papa, 40. dies: & Odo *Rigaldus*, Rothomagensis Archiepiscopus, 20. dies, relaxarunt, de injuncta sibi pœnitentia. [d] Mortuus autem Petrus 7. calend. Nouemb. ann. 1255. sepelitur in capitulo eiusdem loci. [e]

c Tabula præfata.

p Vide sup. capit. præcedent. §. 5.

e Eædem Tabulæ, Gallia Christiana. sup.

48. Gaufridus 2.

II. Natus erat de *Naysthot*, qui ex Priore Claustrali, Abbas subrogatus est: & chorum Monasterij igne combustum, nouo opere ædificauit: [f] ac cursum vitæ expleuit ann. 1288. 15. calend. Maij. [g] Memoratur ad ann. 1259. [h] & 1279.

49. Guillelmus 3.

Hic etiam ex Priore Abbas deligitur; & vitæ lumina clausit ann. 1303. Ipse est, qui cognominatur Guillelmus de *Stille*: seu de *Stilla*; vti constat ex magna campana eiusdem cœnobij, quam ex fusili ære conflauit, eoque disticho circum exarato adornauit.

Guillermus Stilla, pulsans dulcedine grata,
De Norreuilla gero nomen, sumque vocata.

f Tabulæ prædictæ.
g ibid. & Gallia Christiana.
h Vide cap. 14. §. 3. Abbat. S. Audoeni sup.
i Ex Cartulario Abbatiæ S. Andreæ Gofferni Infra.

50. Guillelmus

Digitized by Google

50. Guillelmus 4.

III. Vocitatus est Guillelmus de *Doulie*, natus, vti superior, de *Noirenilla*, qui, cùm Prioris munere ritè fungeretur, in Abbatem assumptus est, ac vitæ finem fecit ann. 1341. sub eo Registrum, seu, magnum Cartularium Fontanellense, compactum est, vti liquet ex ejusmodi inscriptione. „ Repertorium priuilegiorum & „ Cartarum Abbatiæ S. Vvandregisili factum, ann. Domini 1333. ab administra-„ tione *Vvillelmi* Abbatis ann. 29. cuius dispositione & beneplacito, per fratrem „ Vvillelmum *Bichart*, ipsius monachum, cogente obedientia, sic est, & taliter „ ordinatum: vt quotiescumque necesse fuerit, aliquid habere de dictis Cartis, „ seu priuilegijs in promptu, habebitur, in scrinijs, per litterarum ordinem Al-„ phabeti intitulatis, quicquid opus fuerit, & modo, quo sunt in isto Inuento-„ rio, per signa paginarum, & numerum ordinata: ita tamen quòd post expletio-„ nem negotiorum repertentur benè & fideliter, ac reddantur accepta: & in di-„ ctis scriniis, locis suis debiti reponantur, &c.

Tabula Fontinel. MSS.

51. Ioannes.

Perperam ab Authore *Galliæ Christianæ*, denominatur, Ioannes de *Calido-Burgo*; quando quidem, propria appellatione, nuncupetur; Ioannes à *sancto Leodegario*, natus de *Calido-Becco*, antea prior, postea Abbas Fontanellensis: qui obijt, 13. Calendas Maij, ann. 1344.

52. Richardus.

IV. De *Cantu Merula*, agnomen sortitur: Abbas factus, paruo rexit tempore. Cum enim per octo menses gubernasset, morte interueniente, in fata concessit, ann. 1345. mense Aprili.

53. Robertus 5.

Iste Robertus, dictus *Balbet*, propinquus erat Guillelmi, Thesaurarij Franciæ; migrauit autem à sæculo, ann. 1362.

54. Gaufridus 3.

V. Recensetur, hoc ordine, Abbas Fontanellensis Gaufridus *Sanary*; qui ann. 1367. sæculo defunctus; iacet in capitulo huiusce monasterij. k

k Ibid. & Gal. Christiana. sup.

55. Gaufridus 4.

Rectiùs legitur, Gaufridus de *Hotot*, quàm de *Hitot*: qui cœnobiarcha factus, minimè obijt ann. 1389. vt quidam hallucinatur, l sed tantum, eo tempore, abdicato Abbatis munere, aliò abiit & recessit m Interfuit Scacario ann. 1386. cum Cardinale Ambianensi.

l Gallia Christian.
m Tabula MSS. Fontanell.

56. Ioannes 2.

VI. Appellabatur Ioannes de *Rocheis*, seu de *Sauetot*, Doctor in Decretis, natus apud *Gornayum*, monachus sancti Geremari Flauiacensis, qui Eleemosynarius postea extitit Fiscanni cœnobij: ac denique Abbas Fontanellæ, ann. 1389. D. Gaufrido præfato se dimittente. Hic à summo Pontifice, Bonifacio IX. (non verò à Benedicto, vti mendosè legitur) Mitram sacraque alia Pontificalia insignia, pro se, & successoribus suis, ann. 1395. impetrauit: interest Scacario, ann. 1398. pro conciliandis contentionibus super *Fontanis* in *Brayo*. Extat etiam Littera D. Ioannis *Desconauille*, Abbatis S. Crispini maioris suessionensis, qui vendidit huic D. Ioanni de *Rocboys*, Abbati S. Vvandregisili, vnam domum cum pertinentijs suis apud Parisium in vico Paueæ propè vicum S. Victoris: n tum demum vitæ terminum fecit 4. die Martij, ann. 1412. vel 1413. atque tumulatus est ibidem ante maius altare: sub laminis æneis, quibus hæc inserta conspiciuntur carmina.

n Ibid. & Gallia Christiana sup. & Acherius, in notis ad opera Guiberti Abbatis pag. 620.

Google

EPITAPHIVM.

Frater in hoc præses de Rochoys iste Ioannes,
Dormit sarcophago stratus, quem Neustria mundo
Ortu produxit in Gournay, dogmate luxit,
Indolis initio Cauponia Gymnasiorum.
Ille est qui Fleyo capitur consors monachorum
Instar multorum regimen dedit officiorum
Hinc benè quam rexit, pariterque relaxa reduxit
In Roma nomen augetur & embrocat omen.
Virtus Rectorem nam constituit generalem,
Fiscamnum, tandem meritò capit Philemoren.
Dictus inficias, quo duxit strata paranda,
Fontanellensis hinc Abbatem petit ordo,
Annis millenis cum ter centum simul adde
Octoginta nouemque Nouembris mense calenda,
Septena reparat hic lapsa maneria soluit,
In pignusque data lucratur litigiosa.
Regula seruatur, te præsule Relligionis,
Hoc grex instruitur, cœlis societur in altis:
Hunc duodeno M. quadringento substulit anno,
Quarta dies Martis, sibi detur lux paradisi. o

o *Cartulariam magnum Fontanell. Littera P. 1. Carta 29.*

57. Ioannes 3.

De *Bouquetot*, nuncupatus, prius Abbas 43. S. Riquerij, ann. 1411. Bajocensis erat Episcopus, ac Referendarius Papæ, quando Abbas hujusce domus sacræ constitutus est ann. 1413. cui præfuit vsque ad ann. 1419. quo spiritum exhalauit. p

p *Ex Tabulis præfatis. Gallia Christiana. sup. Ignatius Ioseph. lib. 1. Histor. Eccles. Abbatisvillæ cap. 82.*
q *Tabulæ MSS. Fontanell.*
r *Ibid. & Gallia Christiana.*

58. Guillelmus 5.

De eo signanter obseruatur, quòd Electus fuerit in Abbatem, via spiritus sancti, cum esset monachus & eleemosynarius S. Audoeni Rothomagensis, *Ferrechal* cognominatus: q permutauit tamen postea cum Ioanne à *Borbonio*, Abbate S. Dionysij in Francia, ann. 1431. r VII.

59. Ioannes 4.

Reglo sanguine *Borbonico* progenitus, monachus & Abbas S. Dionysij in Francia, deinde Abbas Fontanellensis efficitur per commutationem: decessit autem ann. 1444. & sepelitur ante altare matutinale. Cujus tempore, ann. 1462. Petrus *Aubert*, monachus Fontanellens. electus est Abbas Flauiacensis Diœcesi. Beluacens. ex resignatione Ioannis le *Veneur*.

60. Ioannes 5.

Dictus est Ioannes de *Brametot*: non verò, de *Brameros*; qui in terram viuentium abijt ann. 1483. sepulturam nactus in Capella B. Mariæ: interfuit Scacario ann. 1453. die 21. April. exorto jurgio contra habitatores de *Calido Becco*, conueniunt in Arbitros Episcopum Lexouiens. & Paschasium de vallibus, Regis consiliarium. VIII

Digitized by Google

61. *Andraas.*

Hic minimè Monachus extitit, sed Archiepiscopus Lugdunensis & Burdigalensis, ac S. R. E. Cardinalis d'*Espinay*, vocatus: decessit è viuis ann. 1500.

62. *Philippus.*

Andræa defuncto, Ioannes *Malet*, Monachus Fontanellæ, electus fuit in Abbatem eiusdem loci; cuius possessionem haud adeptus, sub finem anni secundi, jus suæ electionis dimisit Philippo *Cliuiensi*, Niuernensi, & Augustodunensi Episcopo; sicque anno 1502. factus est Philippus, Abbas Commendatarius Fontanellensis Monasterij: cui tamen nunquam adfuit. [s] Perperam hunc Petrum vocat Cotignonus, filium Ioannis Ducis Cliuiens. & Niuernens. cognatum Ludouici XII. Reg. Franc. [t]

[s] *Ibid. & Gallia Christiana. In Episcopo 95. Niuernens. & Abbat. Fontanell.*

[t] *Michael Cotignon In Episcopo 95. Niuernens.*

63. *Iacobus.*

IX. Cùm igitur mortuo præfato Philippo ann. 1504. die 3. Martij, conuenientes in vnum Monachi, elegissent D. Iacobum *Hommet* in Abbatem; processus magnus exindè exortus est, qui durauit per trium spatium annorum, vacauitque cœnobium, sine Abbate, vsque ad ann. 1508. quo tempore, D. Guillelmus *la Vieille*, Subprior claustralis, commissus fuit & deputatus per Curiam Scacarij Normanniæ, ad regendum & gubernandum dictum Monasterium in spiritualibus & temporalibus. Tandem præfatus Iacobus, Monachus, ac prior, electus jam in Abbatem, Benedictus fuit, & confirmatus, in Monasterio S. Audoeni Rothomagensis ann. 1508. quo facto, pietati animum dedit; suumque Fontanellense cœnobium, multis ornamentis, campanis, & ædificijs, auxit: obiit ann. 1522. in Februario jacet secus chorum. [u] Quo ad majorem Campanam ipsius Monasterij ab illo datam ann. 1520. Testantur hi versus Gallici circum eam exarati.

[u] *Tabula MSS. Fontanell.*

Ie fus nommé par l'Abbé Iacques,
Priez Dieu pour le poure Hommet:
Mil V. centz vingtz, ainsy que on met
Escript au cierge de Pasques.

64. *Claudius.*

DE *Pictauia*, cognominatus est, Monachus, & Abbas Montis-Majoris in Prouincia propè Arelatem, non autem Majoris Monasterij propè Turones: vt vult Quercetanus. [x] Fuit etiam Abbas Fontanellæ. Breuiarium antiquum Fontanellense prælo mandandum curauit; sic enim habet eius inscriptio. „*Breuiarium* „Regalis cœnobij S. Vvandregisili Fontinellensis, Rothomagensis Diœcesis, im„prassum, in honore sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, totiusq; curiæ cœlestis: quod „Reuerendus in Christo pater D. Claudius de *Pictauia*, eiusdem Monasterij. „Montisque majoris Abbas, typis mandauit cudendum: & hoc suasione & pre„ce honorandi viri D. Stephani Grille, Religiosi Montis-Majoris, ac eiusdem „D. Vicarij Generalis ann. 1535. Vtrumque Breuiarium, vetus MS. ac nouum impressum, ann. 1535. accuratè inspexi ann. 1640. die 20. Iulij. Moritur autem præfatus Abbas 16. Augusti ann. 1546. [y]

[x] *Quercetanus in Histor. Generali Comit. Valentin. & Dienf. pag. 101.*

[y] *Tabula MSS. Fontanell.*

Digitized by Google

Abbates Commendatarij hocce sacrum cœnobium, Regia nominatione, occupant: variæ consodalitates inter huius Monasterij alumnos, & alios diuersorum Asceteriorum Monachos.

CAPVT XV.

65. *Michael Bayart.*

HIC veluti primus notatur Abbas Commendatarius; possessionem adeptus est 29. Decemb. ann. 1546. a I.

a Tabula MSS. Fontanellensi.

66. *Carolus 1564.*

Regio stemmate exortus, Cardinalis à *Borbonio*, nuncupabatur, Archiepiscopus Rothomagensis.

67. *Aegidius de Vaugiraut.*

Doctor Theologus euaserat in facultate Parisiensi, quando, fiduciario jure, hoc cœnobium gubernandum suscepit, circa ann. 1581.

68. *Nicolaus de Neufuille. 1584.*

Seu, de *Noua-villa* dictus, Domini Vuillaregij filius naturalis, Consiliarius Regius, Abbas renuntiatus est *Fontanellæ*, simul & *Latiniacensis*, ad matronam fluuium; *Chesy*, &c. migrauit ad Dominum, ann. 1616.

69. *Camillus de Neufuille.*

Nepos extitit præfati Nicolai: Abbas Fontanellæ Athenatensis, & aliorum Monasteriorum, post obitũ auunculi sui: nunc Archiepiscopus Lugdunens. 1660.

79. *Ferdinandus de Neufuille. 1621.*

Frater Camilli fuit; cui ex demissione successit in Abbatiis Fontanellensi, Latiniacensi; *Chesy*, &c. ann. 1622. April. 11. fuit & Consiliarius Regius in supremo Parisiensi Senatu. b Episcopus Maclouiens. ann. 1655. ac postea Carnotensis, qui zelo regularis obseruantiæ, dictum Monasterium Fontanellæ congregationi sancti Mauri reformatæ, seu S. Benedicti aggregauit ann. 1634. interfuit Comitiis Cleri Gallicani Lutetiæ, ann. 1635. à Prouincia Rothomagensi deputatus: Item ann. 1660. à Prouincia Parisiensi, pro conuocatione cleri Gallicani apud Pontoesiam & Lutetiam.

b Ibid. & Gallia Christiana.

Nec mirum videri debet, si ea Abbatia, inter sanctas alias domos sanctissima, sic à viris politicis & Commendatariis patuerit; cùm & ab ipsa Camera Apostolica, propter ingentes illius redditus, taxata fuerit, pro Annatis soluendis, ad 4000. florenos aureos. c Attamen semper ibi floruit virorum Legis Diuinæ æmulatorũ haud paruus numerus: qui, vbi in aliis priscus Monasticæ obseruantiæ vigor tepesceret, animis vires adderent, & suis feruentissimi zeli exemplis ad perfectionis brauium cæteros allicerent. Hoc nostro tempore, fœliciter etiam cernimus: quod & aliàs factum fuisse nouimus. Cùm enim Odo Rigaldus, ordinis nostri Franciscani alumnus, & Metropolitanæ Rothomagensis, Archiepiscopus, cunctos II.

c Gallia Christiana. In Archiepiscop. Rothomagens. sub initium.

promo-

Digitized by Google

promoueret, verbo & exemplo, ad Dei amorem & proximum: etiam ipsis monachis Fontanellensibus minimè defuit, quibus incunctanter dabat monita salutis. His accedebat & Abbatum, & monachorum eiusmodi sacræ domus ingens amor & fiducia in tantum Archipresulem: quem sepè consuluerunt, deque suis regularibus exercitiis, frequentius cum eo pertractarunt: quem optimè nouerant, & perfectissimum Religiosum, & Regulis Monasticis addictissimum: quorum pijs votis vltrò annuebat: vti constat ex varijs litteris quas ad eos hac de re misit: inter quas, subsequentes retuli ex Autographo codice MS. „ Littera Odonis, „ Archiepiscopi Rothomag. pro obseruantia status domus nostræ, & ordinis „ sancti Benedicti. Littera Odonis, Archiepiscopi Rothomagensis: de obser-„ uantia consuetudinum domus, & Regulæ Beati Benedicti. Littera Odonis, „ Archiepiscopi Rothomagensis, pro obseruantijs status, & consuetudinē domus „ istius, & etiam Prioratuum, & Regulæ sancti Benedicti. Littera Conuentionis, „ quæ statuta est ab Archiepiscopo Rothomagensi, & Abbate *Giraldo*, vt pro vni-„ uersis fratribus, monachis, aut sæcularibus, aut benefactoribus istius domus, „ singulis diebus totius anni, Domino Deo Sacrificium Redemptionis nostræ offeratur. [d]

III. Hinc variæ exortæ sunt consodalites, & confraternitates inter ipsos Fontanellenses monachos, & alios cuiusuis ordinis, & status viros religiosos: quorumdam præstat recensere presegmina: horum etenim notitia maximè iuuat ad excitandam in nos piam Diuini scintillam amoris, obstructa reseramus ex Archiuis Fon-„ tanell. Littera confœderationis inter nos & Ecclesiam sancti Audoeni Rotho-„ magensis. Littera confœderationis inter Ecclesiam sancti Martini de Alba-„ malla, & Ecclesiam sancti Vvandregisili. Littera confœderationis inter Eccle-„ siam B. Michaëlis de Periculo maris, & Ecclesiam sancti Vvandregisili. Littera „ confœderationis inter nos & Ecclesiam B. Mariæ de Beceledensi, in Anglia. „ Littera cōfœderationis inter Ecclesiam S. Mariæ, sanctique Petri Gemeticensis, „ & Ecclesiam sancti Vvandregisili. Littera confœderationis inter nos & fratres „ charitatis SS. Clari, Vulfranni, Sebastiani, & Adriani, fundatæ in Ecclesia „ S. Machuti, Rothomagensis. [e] Littera Episcopi Saresburiensis, & capituli, „ qui receperunt Abbatem sancti Vvandregisili, cum successore eius, in Confra-„ trem, & concanonicum: & cum hoc nobis dederunt Ecclesiam de *Onphauena*, „ cum omnibus pertinentijs. [f] Quid autem continerent, hujusmodi confraternitates, superiùs copiosè descripsimus. [g] Olim Parisijs extabant scholæ S. Vvandregisili in Iure canonico. [h]

IV. Longum, diuturnumque mansit iurgium inter Fontanellense, Fiscannense, & Gemeticēse, cœnobia, super præcedentia illorum, in Actibus publicis: sed tandem Abbas Fontanellæ à causa sua excidit, ex sententia Comitiorum Prouinciæ, seu Scacariorum Normanniæ, partibus auditis, Fiscannensi cessit: sed præualuit contra Gemeticensem. [i] Præterea hæc subsequentia continentur apud præfatum Cartularium Fontanellense. „ Littera Abbatis de Loco Dei, qui tenetur nobis, „ garantizare sex iornalia, & Sexaginta & octo perticas terræ. [k] Litteræ, pro 4. „ Ecclesiis Exemptis. [l] Littera Domini Ioannis de *Fraxinis*, qui obligauit se ad re-„ cipiendū Abbatem S. Vvandregesili, tribus diebus in anno, annuatim, in domo „ sua, cum sua societate. [m] De Guillelmo de Rommara, qui erat Comes Lincol-„ niensis. [n] Litterę inter nos & *Abbatem* Fiscanensem, pro decimis de Marescis, „ inter villas de Vvateuilla, & de Aysiaco. [o] Littera Episcopi Lexouiensis, & „ Decani, contra Robertum de *Vilequier*, clericum, pro decimis de *Villequier*: &c. [p] „ Littera, pro *Rinecourt*, in agro Beluacensi. [q] Tum demùm vnicam subjiciam ex „ codice MS. Prioratus *Belli-loci*, pag. 318. & 319.

In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

NOtum sit omnibus præsentibus & futuris, quòd cùm controuersia mota esset, inter Abbatem & Conuentum S. Vvandregesili, ex vna parte: & D. Iohannem de *Pratellis*, nobilem virum, ex alia: super præsentatione Ecclesiæ Nouæ-villæ de *Haya*, de *Roetot*, quæ est de feodo prædicti Iohannis; & super portione assignan-

d *Cartularium magnum Abbat. Fontanell. Littera S. 3. Carta 1. 2. 3. & 4.*

e *Ibid. Carta 5. 6. 7. 8. 9. & 14.*

f *Ibid. Littera S. 5. Carta 9.*

g *Vide in Sancto Audoeno sup. cap. 14.*

h *Brulius lib. 2. Antiq. Parisiens. pag. 750.*

i *Acta Scacar. Norman. ann. 1453. 1454. 1456. &c.*

k *Littera C. 1. Carta 14.*

l *Littera F. 1. Carta 48 49 & 50.*

m *Littera F. 3. Carta 48.*

n *Littera I. 1. Carta 28.*

o *Littera L. 1. Carta 1.*

p *Ibid. Carta 10.*

q *Littera M. 1.*

da Vicario in eadem Ecclesia seruituro, tandem per Dei gratiam; in hunc modum conquieuit: scilicet, Quòd prædictus Iohannes jus præsentationis habet in eadem Ecclesia; sed quoniam ipse D. Iohannes in omnibus villis suis jus præsentationis Ecclesiarum dedit & concessit Priori & Conuentui de *Bello-loco*, ipsa præsentationem præfatæ Ecclesiæ eidem Conuentui concessit, de voluntate & assensu Abbatis & Conuentus S. *Vvandregesili*: ita quod nullus de præfato Conuentu *Belli-loci*, dictæ Ecclesiæ in propria persona ministrabit: sed Vicarium, clericum sæcularem D. Archiepiscopo præsentabunt, qui curam animarum à D. Archiepiscopo, accipiet. Idem etiam Vicarius post suam institutionem, totas minutas decimas prædictæ villæ accipiet, & tertiam partem decimarum in garbis, duabus partibus Abbati & Conuentui S. *Vuandregisili* remanentibus. Idem etiam Vicarius, post suam institutionem, infra quindecim dies, accedens ad Abbatiam S. *Vvandregisili*, jurabit in capitulo coram omni Conuentu se fidelitatem eis obseruaturum de decimis, & rebus suis in eadem villa existentibus: ipse etiam Vicarius reddet eisdem, singulis annis, duodecim solidos currentis monetæ annuæ pensionis, medietatem scilicet, in natali Domini, & aliam medietatem ad festum S. Ioannis Baptistæ; non tanquam personis & Patronis, sed pro bono pacis. Prior autem & Conuentus *Belli-loci*, fideliter promiserunt, quòd non procurabunt per aliquod priuilegium, vel Romanum, vel aliud, quòd aliquis de ipso Conuentu, in prædicta Ecclesia, in propria persona ministret, nisi ex voluntate & consensu Abbatis & Conuentus S. *Vvandregisili*; & hæc carta sua confirmarunt. Præfatus etiam D. Iohannes dedit & concessit sex acras terræ in eadem villa Abbatiæ S. *Vvandregisili*, liberas & quietas in puram & perpetuam eleemosynam: & ipse Vicarius in prædicta terra nullas decimas percipiet, quamdiu Conuentus eandem proprijs expensis excolet. Si autem Laici proprijs Sumptibus, non expensis Abbatiæ eam excolent; Vicarius tertiam garbam, & minutas decimas accipiet, sicut de alijs Parœchianis suis. Ipse etiam prædictus D. *Iohannes*, ad extinguendam litem inter Abbatem & Conuentum S. *Vvandregesili* ex vna parte, & Vicarium de *Roetot*, ex alia; & etiam inter eumdem D. *Iohannem*, & eumdem Vicarium de *Roetot*, dedit illi Vicario, & successoribus suis in perpetuum viginti solidos currentis monetæ annuatim rationabiliter assignandos, & percipiendos in eadem villa. Vt autem hæc compositio perpetuã obtineat firmitatẽ, D. Abbas & Conuentus S. Vvandregisili, & Dominus Iohannes de *Pratellis*: & Prior & Conuentus *Belli-loci*, sigillis suis præsentem paginam confirmarunt.

Sanctus Aman-

gitized by Google

S. AMANDVS, GALLICÈ S. AMAND.

Ann. 660.

Antiquitas huiusce Monasterij; Fundatores, & Abbatissa, ac sanctæ Reliquiæ inibi asseruatæ.

CAPVT I.

I. VNum fuisse ex Antiquioribus Monasterijs totius Neustriacæ Prouinciæ, rectè arbitratur Gemeticensis: hæc scribens. *Monasterium verò S. Taurini, & S. Leufredi, & Villare-Monasterium, & Cœnobium sancti Amandi, intra vrbem Rothomagensem, inter antiquiora computanda sunt. Vnde constat illa prius fuisse destructa, & iterum reædificata.* [a] Itaque discimus sacrum hoc Ordinis S. Benedicti Gynæceum, sumpsisse exordium sub Clodoueo II. Rege Francor: cuius ope ac liberalitate, diuersis in locis, complura extructa sunt cœnobia, tum virorum, tum sanctimonialium, per S. Amandum, Trajectensem Episcopum. Nam & ipse B. Amandus, nonnunquam *Rothoniensis* (fors *Rotomensis*, vel *Rothomagensis*) alumnus dictus est, qui in suburbana cella, lustris annorum tribus abstinentissimè vixit. [b] Illum natum scribunt anno Domini 571. obijsse verò ann. 661. nonagesimum suæ ætatis annum agentem. [c] Constat autem cœnobium hoc (sicut & S. Audoeni Asceterium) primitùs extra vrbem Rothomagensem conditum fuisse: sed postea muri ciuitatis ampliores facti, ea intra vrbem sunt complexi. Cuius quidem ædificationis pristinæ cùm tempus haud fuerit præcisè assignatum: lubentiùs crediderim, id accidisse ad ann. circiter 660. maximè, cùm ipse S. Amandus legatur strictam inijsse amicitiæ societatem cum nostro B. Audoeno, Rothomagensi Archiepiscopo: qui circa illud tempus impensè ac propriè suo inuigilabat gregi. Quod si in aliud tempus putaueris reijciendum, nos, in illud retulisse scias, vltra quod progrediendum non erit, vel differendum.

a Gemeticens. lib. 7. de Gestis Normannor. cap. 22.

b Milo. Elnonensis Monachus. Surius. Gazetus. Ribadeneira, & c. in vita S. Amandi Episcopi Trajectens. 6. Februar. Cœnalis de Re Gallica lib. 2. perioche 4. paulò à medio & perioche 5 post med.

c Sigebertus in Chronico. Baronius Tom. 8. Annal. Ecclesiast. ad ann. 661. Item. in Annotationib. ad Martyrolog. Roman. 6. Februar. D. Philippus: Abbas bonæ spei, & alij.

II. Igitur præsens Monasterium initium habuit S. Amando, Trajectensi præsule: cui postea dicatum, nomen eius reportauit: quemadmodum & sibi vicinum sancti Audoeni, ab Archiepiscopo Rothomagensi, eius nominis celeberrimo viro. At vtrumque postea excidium passum; siue ob proprios Gallorum tumultus bellicos, ceu à Danis, Nortmannisq; Franciam deuastantibus: iterum reædificata sunt, & instaurata, sub tertia Regum nostrorum stirpe, studio bonorum Principum, & pia Procerum, Dinastarum, Optimatumque Neustriacæ gentis, liberalitate, inter quos elucet insignis *Goscelini*, & *Ammelinæ*, Restauratorum & fundatorum huiusce inclytæ domus, munificentia: quorum præclara nobilitas, egregia facta, virtutesque eximiæ inferius sunt à nobis, ampliori stylo, commemorandæ. [d]

d In Abbatia MSS. tis S. Catharinæ ad ann. 1015. cap. 1.

III. Quidam volunt, ipsum *Goscelinum*, ceu *Iodocum* (vulgò, *Gosse*, & *Iosse*;) Fundatorem quidem extitisse Abbatiæ montis S. Catharinæ, iuxta Rothomagum: ann. 1015. sed præfatam *Amelinam*, eius vxorem, præsens S. *Amandi* extruxisse Monasterium: ann. 1030. illud virorum, istud virginum. Sanè constat vtriusque Asceterij fuisse conditores: in quorum primo, vir nobilis ac pius, *Goscelinus*, Monachus tandem factus, sancto fine quieuit ac sepultus est. In altero, autem deuota & inclyta Heroina, *Amelina*, sumpto velo, vnà, cum *Beatrice*, filia vnica Deo consecrata, se recipiens, ad brauium supernæ vitæ contendit. Verùm (peracta, per-

Digitized by Google

fectaque ipsa Montis S. *Catharinæ* Abbatia,) corpus eius exindè translatum est, & simul cum *Goscelini*, amantissimi sponsi, exuuiis, humatum est ante altare majus, ejusdem S. *Catharinæ*, virginis & martyris: ann. 1130. [e]

In hoc ipso Monasterio virginum insignè miraculum accidit, ann. 1107. ab eodem S. *Amando*, editum: quod hic duximus omnibus propalandum. IV.

Incipit Miraculum, in Ecclesia S. Amandi, infra vrbem Rothomagensem, eius intercessionibus factum: de muliere, quæ se laqueo interemit, & Christi subueniente gratia, iterum vitam recepit.

Desideratissimo, & in Christi membris valdè venerando, Bononi, Elnonensis cœnobij Abbati, totique Beato à Deo sibi credito Conuentui: Marsilia Abbatissa, Ancillarum Christi vltima, & vniuersa Sororum Congregatio, in Vrbe Rothomagensi, Deo, & Sancto Præsuli, Amando, seruiens; ita de virtute in virtutem prouehi, vt Deum Deorum in Syon meritò valeat contemplari.

Virtutibus & miraculorum insignijs, à Deo, vobiscum per sanctum, & communem Patrem nostrum, perpetratis, quoddam præclarum in Ecclesia nostra, & nobis præsentibus, ejusdem sanctissimi Patris nostri, meritis, diuinitùs, gestum, inserendum est miraculum: quod breuiter stylo exaratum, vestræ sanctitati dignum duximus insinuare. Congruum est enim, vt sicut in castris Regis æterni, etsi sexu dissimiles, proposito tamen æquales, sub vno eodemque patrono, militauimus: ita de virtutum eius triumphali præconio, ad honorem Dei, vnanimiter congaudeamus.

Anno igitur Dominicæ Incarnationis 1107. in pago *Lysiacensi*, quædam illustris fœmina, non tam suis exigentibus peccatis, quàm vt gloria Dei, in sancto suo Præsule, latiùs clarescerer, tantam antiqui hostis incurrit sæuitiam; vt primò malignis, & varijs cogitationum fantasmatibus delusa, agitaretur: postremò, naturali sensu perdito, hoc solummodò agendum deliberaret, qualiter absentibus cunctis, manus sibi injiceret, vel laquei suspensione, aut fluminis submersione, quoquomodo vitam abrumperet. Quod & fecisset: nisi sæpiùs mariti sui repentinus occursus obstitisset. Seducta enim fuerat à quadam muliercula, quæ inquieta, & garrula, per domos, per agros, per plateas, eam deceptorijs colloquijs, adijt: asserens, quòd vir eius odio eam haberet, & alteram magis diligens, sibi in carnali copula præferret. Mox illa credula mentienti, quemadmodum olim Eua serpenti, in tristitiam, quæ mortem operatur, incidit: & immemor Dei, & Christianæ fidei, hoc semper machinabatur, ad hoc laborabat modis omnibus; vt qualicumque arte diabolica, miseram vitam finiret. Sed Diuina miseratio, quæ neminem vult perire: ad multiplicandam S. Confessoris sui *Amandi* laudem & gloriam, ne hoc fieret, prohibuit. Cùmque maritus suus tantam insaniam intelligens, crebrò eam blandis deliniret verbis, & consolationibus, vt ab hoc diabolico intellectu resipisceret, & se, suamque familiam tali incommodo tristem exhilararet: illa, ad verba exhortationis, tale responsum dabat, miseræ desperationis. Hoc, inquit, nullatenus fieri potest; sed finite me ire in infernum, cum diabolo, cui prædestinata & data sum. Hoc nequam verbum nullis blandimentis, nullis promissionibus, vel minis, ab eius ore potuit auelli. V.

Tunc inito salubri consilio, malesanam mulierem ad Ecclesiam B. *Amandi* ad ducunt: cui hoc specialiter genus virtutum à Saluatore collatum creditur, vt ei nulla vis dæmoniaca valeat resistere. Quaproper meritum illiùs, inter cœlestium VI.

potestatum

[e] *Necrologium Abbatiæ Montis S. Catharinæ iuxta Rothomagum. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 139. & 143. Apud D. Bigot, Senatorem Rothomag. Canalis. Tom. 5. Hierarchia Eccles. Normaniæ MS. Marianus Pronnerre. lib. 3. Chronic. MS. Normaniæ. cap. 21. Gallia Christiana. In Abbatiis post Robertum de Monte Tract. de Abbatibus & Abbatiis. cap. 18.*

Digitized by Google

potestatum numerum sortiri, nullo modo ambigimus: quarum ditioni virtutes aduersæ subijciuntur. Cùm autem mulier à nonnullis sanæ fidei, & vtriusque sexus, qui ad eam, gratia visitationis & exhortationis, confluebant, obnixè rogaretur, vt se salutiferæ crucis signo muniret, minimè acquiescebat: sed illud superiùs dictum, infœlicitatis elogium, repetens, conquærebatur attentiùs, cur tantas moras ageret, eundi ad interitum perditionis. Inter quos, cùm quidam Religiosi viri, & sagacioris ingenij, propiùs accessissent, & eam secretiùs alloquerentur, composito satis sermone respondebat: infernalibus flammis, & sulphureis pœnis se omninò esse traditam; quarum etiam portionem, in hoc mundo detenta senserat, & quod est residuum expectabat, non multò post sibi ad esse futurum: Tunc ab his, qui integræ fidei, & intellecto perspicatiores erant, decretum est: vt aqua dolio infusa benediceretur, & in crastino, per manus Sacerdotum, cùm inuocatione nominis Christi, & eius virtutis ac potestatis, ibidem deponeretur. Quibus illa sagaciter auditis & intellectis, vehementer obstupuit: & acriùs vrgeri, ac crebra trahere suspiria cœpit. Dehinc, circumspectis omnibus, calliditate diabolica, exteriùs modestiam simulabat: cùm interiùs inimici fureret insania.

VII. Vespere itaque facto, extra chorum educitur; & coram Altari, in quo *S. Amandus Missas celebrare consueuerat*, statuitur. Deinde, ingruentibus noctis tenebris, custodibus ad eam seruandam deputati, recesserunt qui eam adduxerant: O versutia diaboli! O dolositas serpentis antiqui in perniciem generis humani! Extemplo enim infœlix mulier, vbi opportunum neci tempus reperit, fraudulenter vigiles admonet: vt post excubias & labores, quos in eam impenderant, amodò quiescant, & tanta incommoditate fessi, jam somno indulgeant. Fingit etiam se cum illis nimium fatigatam velle quiescere: siquidem jam septem dies, totidemque noctes fluxerant, ex quo illuc adducta fuerat. Cúmque stratui parato, & satis honestè composito, paulùlum se velut ad dormiendum dedisset, & per gyrum circumspiciens, neminem adfore sensisset: camisia tantum induta, parietem, qui eminentior videbatur, furtim ascendit, & partem pepli, quo caput tegebat, in summitate columnæ ejusdem parietis connexuit: de reliqua verò parte, laqueum cursorium, miro modo, parauit: in quem collum injiciens, & cum impetu prosiliens, cum tanta vi collum flexit, vt radius sanguinis de gutture exiens, parietis obstantis partem maculasset. Iam medium noctis transierat, & quidam de custodibus expergefactus, surrexit: qui eam in lectulo non inueniens, lustrata omni Ecclesia, tandem vbi pendebat, locum reperit: & ingenti percussus horrore, corpus rigidum, & penitùs exanimatum intellexit.

VIII Qui illicò, clamore magno perstrepens; quid contigisset, vociferando incidauit. Quibus auditis, fit vndique sanctimonialium concursus, clamor circumquaque exoritur, misera defuncta miserè plangitur: *S. Amandus*, multis gemitibus & lachrymis inuocatur, ne loci sui dignitatem deperire patiatur, sed ad se currentibus clementer subuenire dignetur. Tunc accenso lumine, pendentis collum à laqueo auellitur: & cadauer exanime, super Templi pauimentum dejicitur. Deindè, tres ex sororibus, quæ audaciores, vel prudentiores esse videbantur, quia nox erat, Archidiaconum expetunt; & quid facto opus sit, flentes inquirunt. Quibus ille tale responsum atque consilium dedit: vt antequam illucesceret, cadauer de Ecclesia extraheretur, & quamlibet in foueam projiceretur. Quas redeuntes & ipse Archidiaconus subsecutus est: & cum clamantibus, & circumstantibus, tantam diabolicæ fraudis admirans versutiam, astitit. Interea, dùm quædam sanctimonialium propius accessissent; vna earum, palpitantem residuum in pectore spiritum sensit: & interdum paulatim rubere faciem, interdum verò paulatim oculos aperire, & ima suspiria interdum trahere, intellexit. Circumstantes autem hoc diligentius explorantes, ingenti clamore sancti Patroni sui *Amandi* auxilium inuocant: & pectora sua percutientes, orationum vota multiplicant. Dùm hæc agerentur, cognouerunt subitò, Dei omnipotentis virtute, & sui gloriosi, & admirandi antistitis *Amandi* interuentione, animam ad corpus redijsse. Illa tamen die, ac subsequenti nocte, postquam ressuscitata fuit, sine vocis officio mansit: tantum enim sibi inerat robur fortitudinis, vt vix à quatuor hominibus teneri posset.

In crastino verò, aurora illucescente, prima vox eius fuit: *Sancta Domina, pia* IX.
Dei genitrix, Maria, adiuua me! ac deinde, ad laudem nostri Saluatoris, & eius dilecti *Confessoris*, os aperuit, & multimoda congratulatione, Omnipotenti Deo, gratiarum vota persoluit. His ita gestis accersito quodam Sacerdote, Confessionem de præteritis peccatis suis plenariam fecit, & absolutionem humiliter assecuta est ac deinde subjungit: Gratias ago tibi Domine Iesu, qui me tua gratia, S. *Amandi*, Domini mei, meritis, ressuscitasti, & de manibus perniciosissimi hostis, & inferni voragine, liberasti. Te cum Patre & Spiritu Sancto, fideliter credo, te adoro: & omnibus Sathanæ pompis & insidiis abrenuntio. Hoc vbi mirificum longè latéq; personuit miraculum, gloriosus & mirabilis Deus in sancto *Præsule* suo magnificatur: per quem tot signa mirabiliter operatur. Sicut enim quondam in mundo positus, latronem affixum patibulo, & extinctum, oratione ressuscitauit: sic & nunc in cœlo, viuens cum Christo, miseram mulierem, quæ suspendio interiit, suis pretiosis meritis, ad vitam reuocauit: ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui solus & vbique cum Patre & Spiritu Sancto, viuit & regnat Deus, per infinita sæcula sæculorum. [a]

a Philippus, Abbas Bon. spei, & alij. Vita Vuilelmi S. Sanctam, ad 6. Februarij.

Idem postea Monasterium graue incurrit damnum, anno 1136. dùm ipsa vrbs X.
Rothomagensis incendio conflagrauit, prout ex Orderico discitur. „*Tertia* (inquit) septimana Septembris, repentino Rothomagus igne combusta est: & „ingens damnum fidelibus populis, Diuino judicio, illatum est. Nobile cœnobium S. Audoeni, flammis edacibus, proh dolor! absumptum est: quod vix „ad perfectum per 80. annos, multorum labore perductum est. Pari quoque infortunio, Monasterium sanctimonialium desolatum est: quod in honore sancti „Amandi, Episcopi & Confessoris constructum est. [b] Alia etiam in dies sensit non minora detrimenta, quæ sibi euenerunt, tum ex motibus Bellicis Gallorum aduersus Anglos: tum ex rabie hæreticorum per eam vrbem furentium ann. 1562. & seq. à quibus omninò expilatum est & direptum.

b Ordericus lib. 13. Hist. Eccles. ad ann. 1136.

Quæ autem, vel quot, huic inclyto præfuerint Abbatissæ monasterio, adhuc XI.
nos latet: harum tantum notitia ad nos vsque peruenit.

I. *Emma, seu, Emmenia, prima Abbatissa.*

Quam ferunt sororem extitisse *Hugonis* Bajocensis; & Ioannis, Abricensis Episcoporum fratrum.

Marsilia.

Ann. 1107. præfati miraculi testis; de qua Godefridus [c]

M. Ann. 1211. 1219. & 1224. vt cap. 2. sequenti patebit.

c Godefridus Henschenius. In Diatriba de Episcopatu Trajectensi Episcoporum Regumque Franciæ, ijs coætaneorum Chronologia, & Populis Diœcesi illi subjectis, pag. 49. 58. Ludouicus Iacob. in Bibliotheca Illustr. Feminar.

Mathildes de Rouuille.

Petri D. de *Rouuilla*, filia ann. 1424. Obijt mense Augusto ex necrologio Pratellensi.

Maria de Breautè.

Nominata ab Eugenio IV. Pap. ann. 1432. sexto idus Decemb.

Guillelmetta du Crocq.

Ex Priorissa, facta Abbatissa, authoritate Pij II. Pap. ann. 1462. nonis Maij.

Thomassa Daniel.

Nominatur à Sixto IV. Pap. ann. 1475. pridie nonas Februar.

Isabella Daniel.

Notatur ann. 1491.

Yolanta Sochon.

Præficitur ab Innocentio VIII. Pap. ann. 1492. 15. calend. Iulij : de qua in Scacario Norman. ann. 1497. & 1498.

Petronilla de Beauuais.

Fundauit mense Ianuario, anniuersarium in æde Metropolitana dicendum. d

Maria d'Annebauld.

Ex gente Claudij Franciæ Talassiarchæ sata, assumitur ex Monasterio Lexouiensi à Clemente VII. Papa ann. 1526. 13. calend. Maij.

Guillelmetta 2. de S. Germain.

Nominata à Paulo III. Papa, ann. 1544. 4. calend. Martij.

Anna d'Alconat.

Præfatæ *Guillelmetæ* neptis : Lutetiæ obijt ann. 1629. & sepulta in sacello Collegij Cluniacensis Parisiensis.

Anna 2. de Souurè.

Ex Monasterio de *Pratellis* euocata, ann. 1630. mense Martio.

XII. Multæ etiam Parœchię dependent ab hocce Monasterio quarum Curę pleno jure, pertinent ad Abbatissam; vti S. *Martinus, ad Pontem Rothomagensem* : *Rommara* : *Bos* : *Fresnes-l'Esplent* : *Mesnillum-Radulphi* : S. *Audoenus le Mauger* : *Bourg de Saine* : *Herbouuilla* : *Vacnaret* : *Puchy* : *& le Cauchet super Bacqueuillam.*

Sequuntur nomina SS. Reliquiarum in Sacrario huiusce Abbatiæ honorificè asseruatarum. *De S. Vigore* : vnus Dens S. Leodegarij : de S. Phara : de S. Laurentio : de S. Priuato : de S. Blasio : de S. Ludouico Rege Franc. De S. Martino : de sancta Austrebertha ; Dens vnus S. Stephani : de S. Fursæo : magna portio Brachij S. Christinę : de S. Maclouio : de S. Seuero : de S. Luciano : Portio capitis S. Amādi : magna pars capitis S. Vvlmari : os S. Lucæ : pars Mandibulæ S. Apollinis, cum duobus Dentibus : de S. Calixto : de S. Cirenico : pars capitis S. Machuti.

Littera Vicé-comitis Rothomagensis contra Abbatissam S. Amandi Rothomagensis, pro *Dangeriis*, apud S. Victorem, in Campania. e Item, Littera eiusdem contra eandem pro *Dangeriis*, quæ nobis pertinent ibidem, & in *Ansquetieruilla*. f

d *Antiquitates MS. Norman. pag. 478. & 139. Schedæ Abbatiæ S. Amandi Rothomagens.*

e *Cartularium magnum. Abbat. Fontanell. sub Littera I. 13. Carta 44.*

f *Ibid. Carta 47*

Digitized by Google

Iurgium exortum inter Abbatissam S. Amandi Rothomagensis, & Priorem Belli-Loci, consopitur authoritate Apostolica, mediantibus Archiepiscopo Rothomagensi, Abbate S. Audoeni, &c.

CAPVT II.

I. QVI fuerint litigantes nominatim haud exprimuntur; quandoquidem Abbatissa S. *Amandi*, littera tantum majuscula notetur, M. Prior verò *Belli-Loci*, omninò taceatur etsi ex temporis epocha nos non lateat, vti suo loco inferius palam euadet. a Porro, quantum spectat ad Archiepiscopum Rothomagensem, *Theobaldus* nuncupabatur : Abbas autem *S. Audoeni*, hac solummodo Littera, G. designatur : at, cùm ex Historia Chronologica Abbatem *S. Audoeni*, superius à nobis copiosè ac impensè comprobata, nullus eo tempore, simile nomen tulerit : rectius fatendum erit, id mendum ex incuria librariorum prodijsse; *Rogerius* quippe tunc temporis Abbatiæ S. Audoeni regimine potiebatur : vt igitur totius rei factæ series lectori aperiatur, plurimum inuabit ea referre, quæ sic per ordinem digesta sunt, & contenta in Autographo, codice MS. pergameno, in 4. pag. 157. & seq. b

a In Prioratu Belli Loci.

b Extat Parisijs apud D. de Vyon Herouual.

Omnibus ad quos præsens scriptum peruenerit, Ioannes de Pratellis, Salutem.

NOuerit vniuersitas vestra me compositionem factam inter Abbatissam & Conuentum *S. Amandi*, Rothomagensis, ex vna parte, & Priorem & Conuentum de *Bello-Loco* ex alia : super quibusdam decimis ad forestam de *Pratellis* pertinentibus, coram iudicibus à Domino Papa delegatis, scilicet : G. Abbate S. Audoeni Rothomagensis, R. Cantore & Magistro I. de Sagio, Canonicis Rothomagens. inspexisse sub hac forma. *Vniuersis* sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit G. Abbas S. Audoeni, R. Cantor, & magister Ioannes de Sagio, Canonici Rothomagens. Salutem in Domino. Ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire; Quòd cùm summus Pontifex, causam, quæ vertebatur inter Abbatissam S. Amandi, & Moniales, ex vna parte, & Priorem & Canonicos de *Bello-Loco*, ex alia; super decimis quorumdam Noualium forestæ de *Pratellis*, nobis delegasset audiendam, & fine canonico terminandam: tandem in hunc modum, coram nobis, amicabili compositione conquieuit. Præfatus quidem Prior & Canonici omnes decimas de terris *Vacariæ*, quæquidem continent tantum circa quadraginta acras, integrè percipient : Abbatissa verò & moniales duas garbas decimæ terrarum de *Monte medio*, & de Campo *Richardi*, filij *Theodori*, & de campo Tomæ *de Prato*, duas garbas percipient; & Prior tertiam, à quibuscumque, siue à canonicis, siue ab alijs, terræ illæ cultæ fuerint. Prior autem & canonici de clauso suo, quod tempore compositionis factæ habebant in *Monte-medio*, decimas omnes habebunt, nisi bladum in eo factum fuerit : si verò bladum ibi factum fuerit, Abbatissa duas garbas decimæ, & canonici tertiam habebunt. Si autem in posterum aliqua essarta in prędicta foresta, siue à Domino de *Pratellis*, siue à canonicis, siue à quibuscumque alijs, facta fuerint, & ad culturam redacta, moniales primo anno omnes decimas percipient, sequentibus verò annis, moniales duas garbas, & Canonici tertiam habebunt. Vt autem hæc compositio ratam & perpetuam firmitatem obtineat, eam pręsenti scripto, & sigillorum nostrorum testimonio, dignum duximus communire. Hoc autem factum est, anno ab Incarnatione Domini millesimo, ducentesimo xj. quarto decimo

cimo Calend. Martij. *Ne* igitur prędicta compositio per me, vel per hęredes meos, vel aliorum machinatione, de cætero possit aliquo modo violari, aut infirmari, quia jus aduocationis illius territorij, de quo decimę proueniunt, ad me pertinere dinoscitur, pro Majori securitate vtriusque Monasterij, eam præsentis scripti testimonio, & Sigilli munimine dignum duxi roborare.

Omnibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, M. humilis Abbatissa & Conuentus S. Amandi, Rothomagensis, Salutem.

III. NOuerit vniuersitas vestra, quòd cùm controuersia verteretur inter nos, ex vna parte, & Priorem & Conuentum *Belli-Loci*, ex alia: super triginta tribus libris Turonens. quas prędicti Canonici à nobis petebant, occasione cujusdam decimationis forestę *de Pratellis*; tandem in hunc modum conquieuit, videlicet: quòd nos de nostro proprio, pro bono pacis, dedimus centum solidos Turonenses: & ita à prędictis Canonicis, à prædicta lite triginta trium librarum fuit in perpetuum recessum: adjectum enim fuit, quòd occasione istorum centum solidorum, pręnominati Canonici nullam prędictæ litis triginta trium librarum, possessionem vendicabunt. Vt autem hoc firmum & stabile perseueret, præsenti scripto sigillum capituli nostri duximus apponendum. Actum fuit hoc anno Gratiæ 1219. duodecimo Calend. Aprilis.

Vniuersis præsentem paginam inspecturis, Thomas de Friauuilla, Decanus, totumque Capitulum Rothomagense Salutem in Domino.

IV. NOuerit vniuersitas vestra nos inspexisse litteras venerabilis Patris nostri, D. *Theobaudi*, Rothomagensis Archiepiscopi, super quadam compositione facta inter Abbatissam & Moniales S. Amandi, Rothomagensis, ex vna Parte, & Priorem & Canonicos *Belli-Loci*, juxta *Pratella*, ex alia; in hæc verba. Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, *Thomas*, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, Salutem in Domino. Noverit vniuersitas vestra, quòd cùm controuersia verteretur inter Abbatissam & Moniales *S. Amandi* Rothomagensis, ex vna parte: & Priorem & Canonicos *Belli-Loci*, ex alia: super omnibus decimis essartorum, & majorum & minutarum venditionum, & omnium Prouentuum Forestę de *Pratellis*, quocumque nomine censeantur. Tandem post multas altercationes, Controuersia illa coram nobis, tanquam coram judice ordinario, sopita est etiam in hunc modum, videlicet: Quòd dicta Abbatissa & Moniales omnium decimarum dictæ Forestæ de *Pratellis*, scilicet Essartorum & omnium venditionum, tam majorum, quàm minorum, quocumque modo factarum & Herbagiorum, defensorum, & omnium rerum & Prouentuum ad dictam Forestam pertinentium, quocumque nomine censeantur, quę possunt, & debent de jure decimari, duas de cætero percipient portiones: & Prior & Canonici omnium antedictarum decimarum tertiam percipient portionem! Et sciendum, quod quando contigit Essarta fieri in dicta foresta, si ad culturam redacta fuerint, dicta Abbatissa, videlicet, & Moniales, primos anno omnes decimas integrè percipient; sequentibus vero annis, ipsę duas garbas in perpetuum, & dicti Canonici tertiam habebunt. Præterea decimam pasnagiorum, & auenarum, consuetudinis dictæ forestæ, sine alicuius reclamatione, dictæ Moniales integrè percipient. De decimis verò terrarum, de *Monte-medio*, & omnium aliarum terrarum ad dictam forestam pertinentium, vbicumque sitæ fuerint, dictę Moniales duas garbas, & Canonici tertiam habebunt, à quibuscumque, siue ab ipsis Canonicis, siue ab alijs cultæ fuerint: hoc saluo dictis Canonicis, quòd quando omnes decimas de terris *Vacariæ*, quę continent circa quadraginta acras terrę, integrè percipient & habebunt. Præterea licet eisdem Canonicis essartare, vendere, & expen-

Digitized by Google

dere ad libitum suum, nemora sua, quę habent apud *Montem-medium*, & infrà clausum suum, de *Bello-Loco*, ex ipsis nemoribus decimam non reddendo. Sed si dicta nemora ad culturam, siue ad villam redegerint, dictæ Moniales primo anno, totam decimam habebunt, sequentibus verò annis, ipsę duas partes, & Canonici tertiam habebunt. Sed si aliqua nemora de cætero, in dicta foresta jam dicti Canonici acquirere potuerint extra clausum suum *Belli-Loci*, vel extra nemus suum de *Monte-medio*, dictæ moniales duas portiones omnium decimarum habebunt, sicuti & de alia foresta, & dicti Canonici tertiam. Sed si ad culturam redacta fuerint, dictæ moniales primo anno, omnes decimas habebunt; sequentibus verò annis, ipsæ duas garbas, & Canonici tertiam habebunt. Decimam verò pecuniæ, quam viridarij dabunt domino, pro foresta custodienda, dicti Canonici integrè percipient. In cujus rei testimonium ad instantiam vtriusque partis, præsenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno gratiæ, 1224. die S. Vincentij Martyris, valete. Nos igitur ad instantiam vtriusque partis, in testimonium compositionis prædictæ, in nostro capitulo, à partibus præsentibus, recitatæ & concessæ sigillum nostrum huic scripto apposuimus.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, Thomas, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, Salutem in Domino.

Nouerit *vniuersitas vestra*, &c. Illic quippe iterum refert præfatas Litteras, tum ipsius Archiepiscopi: Tum Abbatis S. Audoeni, & Sociorum à summo Pontifice delegatorum: Necnon alias Abbatissæ S. Amandi, in hunc modum.

Omnibus, ad quos præsentis scripti notitia peruenerit,
M. Abbatissa S. Amandi, Rothomagensis, & eiusdem V.
loci Conuentus, Salutem.

Nouerit vniuersitas vestra nos talem compositionem fecisse cum Priore & Conuentu de *Bello-loco*, coram iudicibus à Domino Papa, delegatis, scilicet, G. Abbate S. Audoeni, Rothomagensis, & R. Cantore, & Magistro Ioanne de *Sagio*, Canonicis Rothomagens. super decimis quibusdam, ad forestam de *Pratellis*, pertinentibus, qualem habemus, iudicum prædictorum sigillis signatam in hæc verba. *Vniuersis sanctæ matris Ecclesiæ*, &c. vti superius descripsimus: deindè, in fine addit. In cujus rei testimonium, & ne de cætero inter nos & eos super præmissis, oriatur contentio, præsenti scripto, ad instantiam ipsorum, Prioris & Conuentus, sigillum capituli nostri duximus apponendum, anno gratiæ 1224. mense Ianuarij, in crastino S. Vincentij Martyris.

Fiscannum

FISCANNVM

Poſt ANN. 662.

VVLGÒ FESCAN.

Primordia deſignationis loci Fiſcannenſis, pro futura conſtructione Abbatiæ, ſub Anſegiſo Duce.

CAPVT I.

I. QVidam opinati ſunt Abbatiam *Fiſcannenſem* ex recentioribus eſſe, quæ ſub finem ſecundæ ſtirpis Regum Francorum initium ſumpſere: at quàm longè aberrauerint, indè clariùs patebit, quòd eadem Abbatia, priùs eſſet monaſterium ſanctimonialium, conſtrui cœptum à B. *Vvaningo*, viro Illuſtriſſimo tempore S. *Audoeni* Rothomagenſis Archiepiſcopi, & D. *Vvandregiſili*, Fontanellenſis Abbatis, circa ann. Chriſti 662. Verùm vt debitus ordo, in compluribus huiuſce inclytæ Abbatiæ monimentis mox à nobis producendis, ſeruetur: operæ pretium eſt, dignumque in primis iudicauimus, opuſculum vetus MS. venerandæ antiquitatis, ſimul & hiſtoricæ veritatis ſchediaſma peroptimum, in lucem nunc edendum, & ſcholijs quibuſdam illuſtrandum: quo tota rei hiſtoricæ ſeries comprobaretur ac fulciretur: animuſque Benigni lectoris haud parum iuuaretur. Extat autem Fiſcani apud D. Nicolaum de *Marſſeilles*, huiuſce Abbatiæ *Infirmarium*, monachum.

II. *Incipit Libellus de Reuelatione* & authoritate Fiſcannenſis Monaſterij: in quo quidem Libello inuenire potes, ſi ſedulò legas, qualiter ædificata, & Dedicata fuit, dicta Fiſcannenſis Eccleſia, in nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Incipit Prologus.

LIbellum de Reuelatione, ædificatione, & authoritate Fiſcanenſis Monaſterij, Pater inclyte, Guillelme, compoſui, & compoſitum tuæ dilectionis ſincero iudicio, corrigendum & confirmandum deſtinaui: quatenus tuæ celſitudinis aſſenſus, & Libellum edere præcipiat, & edito Libello pondus & authoritatem concedat. Ego quidem, Pater inclyte, ignorantiam meam maluiſſem tanto ſilentio tegere, quàm alicuius ſcripturæ præſumenti iudicio publicare: ſed fratrum noſtrorum juſſione inſtanti, & inſtantia jubenti, compellitur noſter animus poſſibilitatem excedere, ſuamque iuſtitiam multorum aſpectibus hominum improuiſus aperire. Compellitur, inquam noſter animus ſuam ignorare ignorantiam, & noſtrorum fratrum, roganti imperio exhibere obedientiam; cui exhibendæ, & mentis iudicium nullatenus acquieſcit, & propoſiti verecundia, omninò contradicit. Verùm, cùm obedientia ſancta, nullum opus difficile, vel impoſſibile, excuſet, aut excuſare debeat, diu cunctans, multarumque procraſtinationum inducias fugiens, vrgente fraternæ dilectionis continua juſſione, onus tandem imperatum ſuſcepi; & Fiſcannenſis Monaſterij exordia, Libelli ſubſequentis, agreſti & ignobili ſtylo, aperui & expoſui; in quo Libello nulla falſa fallaciter interpoſui: verùm, ſacras hiſtorias, antiquorum virorum fideli narratione cognitas, ſuorumque poſterorum tenacis memoriæ ſinu cuſtoditas, & noſtris temporibus ſuccedentium virorum diligenti relatione illatas ſcripſi, & ſcriptas, ad authoritatem Fiſcannenſis Eccleſiæ, & ad vtilitatem legentium fratrum edidi. Huius igitur Libelli principium, non omnium; ſed paucorum, rationabilium relatorum authoritatem ſecutus: miraculum de ceruo propoſui; & iuxta chronicarum exqui-

sitam diligentiam, Ducis Ansegisi primam fuisse reuelationem constitui. Quod verò ab ipso antiquo exordio, non Gloriosæ & incontaminatæ virginis Mariæ, vt quidam volunt, sed sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis titulo, insignitam fuisse Fiscannensem Ecclesiam prosequutus sum, Ratio fuit: quatenus rem ambiguam, in illam declinarem sententiam, quæ nullius falsitatis consequeretur ignominiam. Omnis enim Ecclesia, licet illius, vel istius distinguatur titulo sancti, principaliter fundatur, constituitur, dedicatur, sub nomine & patrocinio, sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Explicit Libellus.

Incipit Tractatus.

Postquam Summæ Deitatis ineffabilis Trinitas, suæ clementiæ arcano consilio, humanam naturam liberare, antiqui serpentis virulentas persuasiones publicare, disposuit: cuiusdam virginis corporis incontaminati partem incontaminatam, excluso virili opere, inenarrabiliter tulit, quam humanæ speciei compagine, Diuinitùs conformatam, rationali anima, vbertate totius cœlestis gratiæ fœcundata, viuificans, in perfecti hominis substantiam composuit & expoliuit. Illum ergò, ex incorruptę virginis vtero, hominem sine homine, tota quidem sancta & incommutabilis Trinitas composuit, sanctificauit: verùm Verbi solius sublimitas, suæ proprietatis personam personaliter sociauit & conjunxit. Oportebat enim duabus personis obedire vnam, quæ suæ humilitatis exemplo, creaturas informaret, qualiter inferiores suo creatori obedirent: cùm ab æquali, æqualibus tantæ obedientiam humilitatis exhiberi cognoscerent. Huius autem humilitatis officium quasi cuiusdam dilectionis priuilegio, Filius Dei exigebat Deo, quatenus reconciliaret homines, factus homo: quos sua, & virtute & sapientia, creauerat ex nihilo. Suæ igitur dilectionis dulcedinem, dulcedinis exuberantiam, exuberantiæ magnitudinem, misericorditer hominibus manifestam, Dei verbum efficitur caro, concipitur ex illibatæ virginis vtero, progreditur de suo thalamo, non Deum conuertens in hominem, verùm incommutabili Deo personaliter conjungens hominem, Dei & hominum benignum constituens. Ergò Christus perfectus homo, suæ majestatis exinaniuit formam suorum, seruorum induit naturam, induit infirmitatem, quatenus redimendis hominibus faciliùs prædicaret peccatorum indulgentiam, probabilius suaderet conuersionis & reuersionis vtilitatem: quorum naturæ & infirmitati, Diuinæ sublimitatis nequaquam dedignabatur conjungere formam. Poterat planè multis alijs modis Sathanam damnare; suas tergiuersantes insidias, insidiantes tergiuersutias excludere; aut imperans nutu solo, aut Angelorum vtens obsequio, verùm ostendenda videbatur hominibus reuersionis via: quatenus potentiam præcederet patientia, & patientia consequeretur potentiam. III.

Cautè hæc legenda.

Clemens igitur Deus, secreta prouidentia, per hominem hominibus consulens, de humilitate superbiam, de morte damnauit mortem: Originalis noxæ maledictionem conculcans, nouæ gratiæ benedictionem, sui sanguinis effusione, renatis fidelibus clementer impertiens. Ad istius incomprehensibilis gratiæ, solemnis conuiuij jucunditatem, summæ Trinitatis ineffabilis benignitas, conuiuas conuocauit, conuocari constituit, quorum auidas mentes cœlestibus epulis, abũdanter satiaret, suosque torrentis delectabili poculo debriaret. Diriguntur ergò electi discipuli per orbem vniuersum, cœlestis thesauri bajulatores, beatitudinis redditæ annuntiatores, promissæ gratiæ nuntij fideles. Prædicatur charitatis nimietas, incarnationis humilitas, passionis tolerata silenter crudelitas, mortis suscepta gratulanter asperitas: prædicatur, inquam, conuersis peccatoribus, peccatorum perfecta donanda remissio, veteris vitæ adhibenda correctio, nouæ vitæ ædificanda constructio; publicantur dæmonum falsitates, famulantium dæmonibus conuincuntur errores. Cœlestium nubium voluntarium imbrem miraculorum comitantur copiosæ coruscationes: quibus validæ idolatriæ famulantia comminuuntur, & Christo militantia corda corroborantur, & sublęuantur. Imbribus ergo cœlestis gratiæ, totius mundi cultura, fœcundetur, antiqua veprium IV.

proterua

proterua aſperitas extirpatur & ſuccidicur: lætæ prorumpunt ſegetis flores, ſacris colliguntur horreis beatæ ſationis maturatæ meſſes. Promiſſi temporis completa plenitudo: cunctarum delitijs diuitiarum, cœleſtis ſacramenti nuptias ditat: quibus ſponſo omnium rerum ſpecioſiſſimo, thalamis ſpiritualibus copulatur Eccleſia, immaculata virgo. Ergò inuitatæ conueniunt cunctarum gentium nationes & cœleſtis ſponſi conuiuio concinunt cœleſtis harmoniæ ſuauitates: Regalia atria complentur ordinibus diſcumbentium, quorum intentio, perennis aulæ gaudijs ſublimata, obliuiſcitur temporalium voluptatum: in tympano igitur & choro, in cythara & pſalterio, in chordis & organo, conſonant cœleſtes paranymphi, quorum continuæ laudis modulata ſymphonia, totus congregatur mundus, ſupernę curiæ conciliatur chorus Angelorum.

Hic Explicit quare ſanctorum Baſilicæ ædificantur.

CAPVT I.

V. Cernens ergò incorruptę Trinitatis ſublimis Diuinitas, ſuę gratię populum Diuinis laudibus aſſiſtere, temporalium rerum negotia contemnere, imperat ædificari ſacras ædes, quas terrenis negotiis claudi, & ſolis ſuis laudatoribus conſtituit aperiri. Ædificantur ergo Templa ſacra, Templorum ſacrorum ædificia glorioſa, quibus Eccleſiaſtica Sacramenta religioſiùs celebrentur, legalium ſcripturarum myſteria reuelentur, ſanctorum Euangeliorum ſententiæ recitentur, & audiantur. Conſurgunt beatorum populorum ſanctæ Baſilicę ſpiritualibus officijs conſecratę, quas ſummi Imperatoris ęterna prouidentia, ſublimium virorum nominibus inſigniri, ac titulis conſtituit appellari: ſanctis igitur Eccleſiis, ſanctis hominibus conſecratis, ſancti homines exorantur, & venerantur: & ſolus Deus colitur & adoratur. Suis igitur locis BB. Apoſtoli, Martyres & Confeſſores, necnon glorioſę virgines, ſuas Baſilicas ſortiuntur, ſortitis commorantur: quibus concurrentium deuotiones aſpiciant, orationes exaudiant, poſtulata beneficia miſericorditer impendant.

Quomodo vallem Fiſcannenſem ſuo nomini conſecrandam elegit Deus.

CAPVT II.

VI. Conſtructis igitur & Conſecratis ſanctis ſummæ hominibus venerationis habitaculis, ratio exigebat, quatenus trino & vni Deo, rerum omnium Creatori potentiſſimo cæteris glorioſius ædificaretur Templum: quod ſui nominis Regali priuilegio, inſigniret, & ſuæ ſingularis celſitudinis præſentia exornaret, ac cuſtodiret. Tanti igitur Imperatoris habitaculo, Galliarum maritimæ fines eliguntur, qua *Calciacenſis* Prouincia reſpiciens læua, *Sequana* octo millibus diſtante, voracitati Occidentalis Oceani, quodam eminenti promontorio, duorum fluuiolorum, exponit aquas. Ibi ergò eligitur *Calciacenſis*, Prouinciæ *Fiſcannus*, vallis maritima, quæ & ſyluarum & veprium denſitate obſcura, & ingentium ſuperminenti extollentia circummunita, non rerum Creatori habitaculum, verum feris, & marinis latronibus credebatur præbere latibulum. O Diuinæ Majeſtatis humilitatem maximam! O humilitatis maximæ imaginem mortalibus proponendam! non ciuitas, non ager cultus; ſed tanti tituli ſpeciali priuilegio, quædam vallis opaca & horrenda inſignitur *Fiſcannus*. Quæritur, cujus reuelationis verba, aut miraculorum ſigna claruerint, quibus æterna & incommutabilis Trinitas, prædictum locum ſuo ſeruitio ſegregari, & ſui nominis oraculo judicauerit honorari? Quæſtionis ſolutionem propoſitæ crebra antiquorum noſtrorum relatione, cognouimus, cognitamque ſtyli ſequentis diligentia, enucleare curauimus.

De Duce Anſegiſo.

CAPVT III.

VII. *Virorum* igitur fideli narratione cognouimus, *Anſegiſum* Ducem Gallis an-

tiquitùs Imperaſſe ; quem nobilium actuum ſtrenuitas preclara exterius mundo, & multæ religionis virtus inclyta interius commendabat Deo. Barbarorum quippe acies horrendas, & incurſiones truculentas, audaci gladio, Gallorum finibus arcebat, & ſubjectas Prouincias pace continens ſecuras, juſtitiæ laudibus, commendabat, & morum ſanctitate exornabat. Non eius ambitione ſuo Regno adjacentia regna marcebant, aut vaſtabantur: verùm ſuæ virtutis conſilio, vigebant, & pacificabantur. Nullius auaritiæ clandeſtinis Conſilijs Prouinciales ſuos hoſtiliter expoliabat: ſed ſuæ facultatis opibus, ſuorum procerum diuitias regaliter ampliabat, pauperum verò indigentias miſericorditer ſuſtentabat. Tantorum igitur meritorum viro, *Fiſcannenſis* Eccleſiæ primæ reuelationis argumenta conceduntur, primorum argumentorum reuelationes manifeſtantur. Prædictus enim Dux in mundo, velut extra mundum, cujuſdam Theoriç pręrogatiua, conſtitutus, non commiſſa Regni gloria paſcebatur, verùm cœleſtis Imperij manentes opulentias meditabatur, quarum dulcedinis gratia, rerum temporalium negotia, inuitùs tractabat, voluntarius declinabat; & multo vænandi ſtudio vacans, ſyluarum ſolitudine delectabatur, & frequentis occaſione laboris exercebatur. Quocirca *Calciacenſis* Prouinciæ partem maritimam frequentabat: quæ annoſis nemoribus copioſa, diuerſis ferarum generibus præbebat latibula.

De Contractis canibus & equis.

CAP. IV.

Quadam igitur die Dux *Anſegiſus*, ſolito maturus conſurgens, ſuos venatores conuocauit, canes copulari diſpoſuit, plagas, venabula, cæteraque venandi inſtrumenta, ad ſaltum *Fiſcannenſium*, imas valles, & arduos montes, comportari præcepit. Iuſſis igitur ſui Domini venatores obaudiunt, canes conuocant, ſyluarum latebras juſſarum intrant, tendunt retia, cuſtodes adhibent, explorata & implorata loca, ſumma diligentia perluſtrant. Tandem Duci, & ſuis venatoribus, magno labore, & multo inueniendi deſiderio, æſtuantibus & anhelantibus, miræ magnitudinis occurrit ceruus: qui niueo corpore totus candidus, nullius varietatis macula diſtinguebatur. Protinus obſtupeſcentium venatorum clamore maximo, & irruentium canum latratu diſſono, ſublimia æris ſpatia compleatur, & reſpondentes nemoroſi colles clamore feruntur: abſoluuntur canes omnibus copulis, dimiſſiſque habenis, totis viribus admittuntur equi. Verùm ſpecioſus ceruus, Omnipotenti patrono tutus, perſequentium ſæuitiam facilè illudebat; & oppoſita retia, aut tranſilibat, aut ſui violentia pectoris illæſus diſſoluebat. Ergo fruſtra canum incitatur ſagacitas, equorum-ve calcaribus crebris velocitas exigitur, aut nimbus telorum ingens proſequitur. Ceruus enim non diuertendo diſcurrens, aut diſcurrendo diuertens, lento paſſu tranquillus incedebat; & ad locum ſui propoſiti ſuos perſecutores fideliter adducebat. Tandem itaque præfatam venerat ad vallem, ad vallis partem, vbi æterna & incommutabilis Trinitas futuram ſui nominis titulo diſponebat aram. Illuc igitur perueniens ſubſtitit, atque demiſſis cornibus, ſuo genere, cujuſdam benignitatis vultum prætendens, ſecurus ſuos perſecutores reſpexit, ibi circumlatrantes Innocentem nocentes canes, vltio conſequitur Diuina, eorumque omnia membra contrahens, cunctarum virium petulantia feſtinanter priuat: videres alios non latrare hiantes; alios emiſſam linguam non reducere: alios irruentes, inmobiles remanere. Tanti igitur miraculi ſpectaculo conueniunt Dux & venatores ſui, & pede flagrantes, cupiditatem feræ velut captæ congratulantur ex imo. Mira res! repentina vltio Ducem, ſuoſque venatores corripuit, eorumque equorum omnia membra contraxit, & canum ſimilitudine, cunctis viribus expoliauit. Quod miraculi ſignum, aut ſigni miraculum, maximus Heros cernens, latentiſque ſacramenti ſilentium, mentis viuacitate contemplans: ceſſate, exclamat, ceſſate venatores mei, non Ceruum, ſed ſummi Dei nuntium agitare, vel perſequi. Ceruus iſte, inquit, candidus, deſignat nobis locum propoſitum, & loci propoſiti aliquem ſummæ virtutis habitatorem & patronum: quapropter equis noſtris feſtinantes deſcendite, poten- VIII

tiſſimumque omnium rerum Creatorem deuotione ſupplici exorate, quatenus ignorantiæ noſtræ manifeſtare dignetur, quæ tantæ formalitatis ceruo, inſolitæ rei euidentia ſignificari conſpicimus. Deſcendentes igitur, proſternuntur humiliter ſolo proſtratique reuerenter ſupplicant rerum Dominatori potentiſſimo: qui eorum ſuſcipiens deuotionem, præſentis miraculi patefecit ſignificationem, & ſuis equis & canibus reſtituit priſtinam ſanitatem. Nam, cùm finita oratione, ſurgerent, & oculos ad ceruum ſtudioſè reducerent; ceruus demiſſo capite ad ſimilitudinem ſpheræ, in eodem loco circuitum edidit, tacito motu innuens, illic, illius nomine, ędificandum habitaculum, qui ſuæ magnitudinis potentia orbem adminiſtraret vniuerſum. Quo facto ceruus euanuit, circumſtantium notante nullo, vtrum ſurſum aſcenderit, aut terram intrauerit, aut aliter aliàs declinauerit. Dux igitur exultans, præſentiſque miraculi ſignificationem cognoſcens, Diuinæ prouidentiæ gratias reddidit; ramos arborum concidi, conciſaque præcepit comportari, & quandam Eccleſiæ imaginem viminibus & ramis propoſito cerui loco feſtinus compaginauit: conſtituens animo ſe maturius ædificaturum ibi Trino & vni Deo operoſæ magnitudinis oratorium. Verùm, Deo aliter diſponente, regique alij, tanti operis gloriam diſponente; Dux Anſegiſus hominem exuit: & labentibus multis temporibus, prænominatus locus, incultus perſeuerans, ignotus & in honoratus manſit.

IX. Quis, aut qualis fuerit iſte Dux *Anſegiſus*: præciſè non exprimitur: niſi ad Trithemium, & alios; priſcorum Gallorum Regum & Principum Genealogias interminatas, oculos deflexeris: quos lubens pertranſeo. [a] Quantum verò ſpectat ad Ceruum, miro facti ordine, eidem Duci *Anſegiſo* apparentem, nil inſolytum, nec nouum, cùm BB. *Euſtachio*, *Huberto*, &c. ſimillima, imo & longè ampliora euenerint: quæ eruditè diſcutit ac percurrit, Ioannes *Roberti*, [b] poſt S. Ioannem *Damaſcenum*, lib. 3. de Imaginibus.

a Trithemius de Origine & Regib. Francor. Annius viterbienſis. ibid. Charronus in Hiſtor. Vniuerſal. Gall. Vuaſſeburgius, In Antiquit. Gall. Belgic.
b In Hiſtoria S. Huberti part. 3. quæſt. 3.

S. Vaningus, primarius Monaſterij Fiſcanenſis Fundator cœlitùs datur; Tum Clotharius III. Rex Franciæ. Tum etiam SS. Audoenus, Rothomagenſis Archiepiſcopus, & Vuandregeſillus, Fontanellenſis Abbas, Fundatores quoque dicuntur; & S. Hildemarcha, virginibus præficitur, Abbatiſſa.

CAPVT II.

I. MINIMÈ hæſitandum eſt, nec diutius immorandum circa primarium hujuſce inſignis cœnobij fundatorem; cùm luce clariùs conſtet *S. Vaningum*, virum non minùs vitæ ſanctitate illuſtrem, quàm bonorum copia temporalium potentem: genereque ac dignitate clarum, totius rei ſeriem idem Codex MS. ſic refert: vbi de B. Vaningo, & quomodò fuit à febre correptus, narrationem proſequitur. [a] *Multorum* igitur profluxerant temporum dies, & dignus inueniebatur nullus: qui, aut ſignificatum oraculum ædificaret, aut cui ſummæ clementię ineffabilis Trinitas ædificandi ſignificationem declararet. Expectabat enim Diuinæ prouidentiæ celſitudo virum, quem carnalis deſiderij carcere liberum, ſancto ſpiritui conſecraret, & cuſtodiret Templum delectabile. Oportebat quippe hominem, ſpirituale Templum Dei, ædificare Deo corporale Templum: qui ſui interioris conſiderata imagine, conciperet, qualiter exterius, rerum vniuerſarum creatori, Templum ordinare & ædificare deberet. Quocirca tandem tantæ deliberationis ædificando, oraculo, ſanctus & glorioſus confeſſor *Vaningus* eligitur, electuſque monetur. Cujus nobilium actuum excellentiam Galli proceres admirabantur, & cœleſtium morum gratiæ, cœleſtis curia congra-

a Codex MS. Vetus Abbat. Fiſcanenſ. ſup.

tulabatur. Poſſidebat enim, quod non multi, verùm diuites pauci, poſſidere ſolent; & æternorum deſiderium, & affluentiam temporalium bonorum; quorum clementi expenſa, nullorum reſpiciebat, aut fauorem, aut retributionem mortalium. Talium igitur meritorum gratia, & Deo amicus, & mundo clarus & Regi *Lothario* habebatur familiaris & ſecretaneus. *Lotharius* enim Rex, B. *Vaningo* Regni ſui partem maximam commendauerat; nihilominus etiam in totius ſumma ordinanda, vel adminiſtranda, B. viri prudens conſilium ſequebatur & audiebat. Commendauerat, inquam, B. *Vaningo*, Rex *Lotharius* Prouinciam *Calciacenſem*, quę, ob antiquarum ſyluarum abundantiam, & ferarum diuerſarum venationem jucundam, valles diligebat; nulliſque, niſi familiari & fideli committere rationabiliter judicabat. Commiſſas igitur ſyluas fideliter cuſtodiens B. *Vaningus*, frequenter viſitabat, viſitando perluſtrabat; non tantum capiendarum ludo, aut captarum ferarum lucro gaudens, quantum carnalium tumultuum refrigerationem, vmbra ſyluarum, ſolitudine quærens. Tali itaque ſtudio commodiores *Fiſcannenſes*, ſaltus judicabat, judicando frequentabat: ignorans Ducis *Anſegiſi* reuelationem præteritam, ſancti Loci manifeſtationem, & futuri oraculi reuerentiam obſeruandam. Loco enim ſancto S. *Vaningus* reuerentiam nullam exhibebat: verùm ibi frequentes canes copulabat, aut retia tendebat, vel agitabat fugientes feras, vel ſuis priuabat exuuijs captas: quam præuaricationem, nimiæ juris ignorantiæ corrigendam Diuina ſublimitas miſerata, ſanctum corripuit virum, & complendi miraculi manifeſtum dedit indicium.

Ingentium quippe febrium virum ſanctum repentinus ardor inuaſit; qui totius corporis compagem labefactans, cunctiſque viribus membra omnia inclementer priuans, auferre vitam, & mortem minabatur inducere præſentem. Ingraueſcente ergo moleſtia, penitùs vigor vitalis concluditur, concluſus extinguitur; atque conſumpto exteriori, ſuus homo interior in cujuſdam extaſis tranſlatione maxima extenditur & inducitur. Deducitur, inquam, ſanctus *Vaningus*, ad BB. virorum glorioſa loca, & hominum miſerorum crudelia tormenta; vbi quantas, & iuſtorum coronas, & reproborum pœnas, reuerſus narrauit, ſuorumque actuum euidentia patenter expoſuit. Viſis ergò Beatitudinis & miſeriæ perpetuis domibus; judici cuidam S. *Vaningus* præſentatur, atque excelſo ſuæ majeſtatis Throno deponitur, & collocatur. Verùm, cùm & ſedis incircumſcriptum fulgorem, & ſedentis aſpectum terribilem, circumſtantiumque innumeram multitudinem, contemplaretur, & contemplans ferreretur, corruit: & toto corpore proſtratus, coram judicis præſentia, velut exanimis & conturbatus jacuit. Tunc Iudex: Quomodo, inquit, *Vaninge*, *Fiſcannenſem* vallem nomini meo conſecrandam ignoras, & ignorando exhonoras? Qua ratione conſecrationis meæ locum nequaquam attendens, contaminare exhorreſcis? Num vereris incurrere iram meam, cujus fideliter cognoſcis omnipotentem voluntatem? Dixerat, & circumſtantium chorus ſeniorum, ſui Imperatoris ſententiam grauitatis, ſeuero vultu confirmabat. Sanctus autem Vaningus valdè perterritus, nullatenus ora ſoluebat, aut caput ſolo erigere præſumebat: ſed ſui animi puritate, & fatebatur culpam, & poſtulabat veniam, & prætendebat ignorantiæ excuſationem ſolam. Silentibus igitur cunctis aſtantibus, ſuoque ſilentio, & inferendam diſciplinam, & exhibendam indulgentiam, conteſtantibus: ſola ſancta virgo *Eulalia* ſurrexit, & jacentis cauſam ſuſcipiens, clementis judicis ſeueritatem deliniuit, indulgendam ignorantiam exorauit, ſuique familiaris & amici S. *Vaningi*, præſentem vitam viginti annorum protelatione, interuentu ſuo prolongauit. Virgo itaque S. *Eulalia* exauditur, eique exauditæ ſanctus commendatur *Vaningus*, quatenus eum perfectè inſtruat, qualiter ſanctum Oraculum conſtituat, conſtitutumve, quibus perſonis committere debeat. Cui virgo! Conualeſces, inquit *Vaninge*, & viues, tuiſque poſſeſſionibus reſtitueris, ad *Fiſcannenſem* vallem: At in Fiſcannenſi valle, Duci *Anſegiſo* manifeſtatum locum ab incolis diligenter exquire, & inuentum feſtinus excole, ibi ſummæ & indiuiduæ Trinitatis congruum Templum fideliter conſtrue: completum autem Templum ſanctis virginibus commendabis, quibus *Childemarcham*, Burdegalenſem virginem, inibi multarum virginum matrem, inclytam Abbatiſſam præponere curabis. II.

De

De Fiſcannenſi Eccleſia primo per Regem Lotharium fundata, & ditiſſimis prædijs dotata.

CAPVT. VI.

III. Finitis demùm tantæ reuelationis ſermonibus, cum vita ſoſpitatem, & cum ſoſpitate vitam, S. *Vaningus* ſuſcepit æqualiterque ſuis cunctis conualeſcentibus membris: Regem *Lotharium* expetijt, ſuæ reuelationis ſeriem totam explicuit. Quibus Rex *Lotharius* compunctus & perterritus: Feſtinus, inquit, fili *Vvaninge*, regredere, & ſanctum locum iuxta relationis tuæ veritatem, diligenter inquire, rebuſque meis, & tuis, ſummi Imperatoris Palatium, quàm maturiùs glorioſiùsve volueris, conſtrue. Quod læto audiens animo, B. *Vaningus*, ad *Calciacenſem* Prouinciam, continuò remeauit: ingreſſuſque Fiſcannenſem ſyluam, prænominatum locum exquiſiuit; inuenit, excoluit. Adhibitis ergò operarijs, annoſæ quercus cæduntur, & proſternuntur, vimina-ve & vepres extirpantur & comburuntur, & antiquæ ſolitudinis dumis & ſentibus locus cœleſtis habitaculi purgatur, & liberatur. Ponuntur fundamenta, & ineffabili celeritate, conſurgunt parietes ſacri; & velut diuinæ virtutis omnipotenti operatione, collocantur tecta, complenturque ædificia præmiſſæ reuelationis. Conſummato igitur, completoque ædificio, Galliarum Rex *Lotharius*, inuitatur, multarum Vrbium SS. Patres conuocantur, & congregantur, & rerum omnium Creatoris & adminiſtratoris titulo, factum oraculum inſignitur, & conſecratur: conſecratumque Regalibus gazis, & prædijs liberaliter dotatur, & diuitiarum cumulo abundantius ditatur, & ampliatur.

Quomodo Rex Lotharius, ipſius Templi curam Childemarcæ, & pluribus Virginibus commiſit; Adminiſtrantibus SS. Audoeno & Vvandregeſillo.

CAPVT. VII.

IV. Imperat Rex Lotharius, ſanctas virgines congregari: & congregatis virginibus juxta B. *Eulaliæ* juſſionem, *Childemarcam*, ſummæ ſanctitatis virginem præponi: totiuſque Eccleſiæ ſummam adminiſtrationem Sanctis & Beatiſſimis Confeſſoribus, *Audoeno*, & *Vvandregeſillo* committit & injungit.

Quomodo B. Leodegario linguam abſciderat Ebroinus, & poſtea Diuinitùs recuperauit.

CAPVT VIII.

V. Deuotæ igitur virgines ſacræ conueniunt, promiſſæ virginitatis cœleſti ſponſo chyrographa immobilia conſcribunt: ſuæque conuerſationis aromaticis cunctis odoribus, circumjacentes Prouincias, cunctipotenti famulari Deo admonent, & accendunt. Congratulatur B. Trinitas, incommutabilis Deus, & completo Templo, & conuenientium virginum famulatui caſto: quarum trecentarum ſexagintaſex, diurnas nocturnas-ve continuas contemplans laudes, & mortis liberationem, & in manſura ciuitate promittit & præparat Beatæ retributionis immarceſſibilem coronam. Illo tempore, B. & glorioſus martyr, *Leodegarius*, *Fiſcannum* deducitur, quem efferus & nephandus Apoſtata *Ebroinus*, Epiſcopatus ſui ſede injuſtè expulerat, rerum affluentia multarum expoliauerat; & lingua inclementer abſciſſa, totius officio ſermonis priuauerat. Verùm, cùm glorioſus martyr Epiſcopus, ſummi & omnipotentis Dei ſacras ingrederetur ædes, & pſallentium virginum audiret Angelicas voces, ablatæ officium linguæ recepit: & per annorum vertiginem duorum, cum ſanctis virginibus conuerſatus, humilitatis & patientię formam exhibuit, & audientium corda, rore cœleſtis doctrinæ irrigauit & fœcundauit. Cernens igitur B. *Vaningus* inopinatam Templi gloriam, ſanctæque congregationis religionem, & multitudinem cœleſtem, cunctas ſuæ proprietatis diuitias recenſuit, ſanctariumque in vſus virginum delegauit: & toto vitæ ſuæ curſu, totius famulatus humilitatem, & obedientiam in eadem Eccleſia, ratione & conſuetudine ſeruientium exhibuit.

Ex qua quidem narratione, nonnulla veniunt obſeruanda. I. Clotharium, ceu Lotharium (cuius fit mentio) eſſe tertium huiuſce nominis, Clodouei II. filium VI.
qui Regni habenas ſuſcepit poſt ann. 662. [b] & Regnauit annis IV. Regis autem munificentia, qua illud cœnobium ditauit, Fundator rectè agnoſcitur. II. Sanctum Audoenum, Rothomagenſem Archiepiſcopum, non parùm inſudaſſe, ſua Pontificali authoritate & vigilantia Paſtorali, pro huiuſcemodi Abbatia fundanda; cuius rei cauſa & ipſe Fundator nuncupatus reperitur ab *Orderico*, dùm conſtanter ſcribit quòd *vnum cœnobium Sanctimonialium Fiſcanni condiderit.* [c] Illudque *Nicolaus Gillius* admittit: ſed vterque in aſſignatione temporis fallitur. Sanctũ III. Vvandregiſillum, Fontanellenſem Abbatem, titulum etiam fundatoris meruiſſe, tum ob Illuſtriſſimam generis proſapiam, & ingentia, quę poſſederat, bona, huic eidem Abbatię proculdubio collata; tum propter directionem ſpiritualem, & monaſticę obſeruantię diſciplinam, quam inibi edocuit: iuxta Sigibertum; S. *Vvandregeſillus* (inquit) *qui & Vvando, Anſegiſi majoris domus ex Vvalchiſo fratre nepos, hoc tempore claruit: qui cœnobia Fiſcannum & Fontinellam Deo conſtruxit.* [d] Hallucinatur autem, cùm ille ſanctus obierit ann. 665. [e]

Itaque dicimus cœnobium iſtud Fiſcannenſe ædificatum eſſe poſt ann. 662. non VII.
verò ann. 659. vt autumat Antonius *Tepper*, vel 660, vti opinatur Theſaurus Chronologicus. Deindè, cùm conſtet S. *Leodegarium*, Æduenſem Epiſcopum, apud Fiſcannum diuerſatum fuiſſe, tempore ſui exilij; ſequitur inibi moram egiſſe ante annum 685. quo Martyrio coronatus eſt, per impium Ebroinum, majorem domus Regiæ Theodorici I. ex *Sigeberto*, *Baronio*, *Surio*, & alijs. [f] Denique apparet præfatum S. Vvaningum, diem obiiſſe extremum, circa ann. 685. Nam, vt ex viſione cœlitùs ſibi facta, comprobatur, vita illi prorogata eſt per ſpatium viginti annorum; nempe, ab incœptione ſtructuræ huiuſce Abbatiæ ann. circiter 662. vſque ad ann. 682. ex quo *Ferrarius* corrigendus, aiens floruiſſe circa ann. 707. & 730. tam enim verum eſt, quàm quod ſubdit. *Apud Caletes, in Gallia S. Vvaningi, Monachi Fiſcannenſis.* [g] Non me latet de eo agi apud Martyrologium Benedictinum: ſed abſque Monachatus indigitatione: his verbis. *Fiſcanni ſancti Vaningi, Confeſſoris.* Quod animaduertens Hugo Menardus, vir alioqui pius & eruditus, ſcitè hæc intulit. *Dicitur in eodem* Legendario eumdem B. Vvaningum in votis habuiſſe ſe Monaſtico Ordini tradere: ſed aliter à Deo prouiſum. Quod quamuis verum ſit, non tamen remouendus eſt ab Ordine Benedictino: quippe, qui multos annos cum ſanctimonialibus Fiſcannenſibus, vixerit, & vt credibile eſt, regulariter: nam, cùm totis votis vitam Monaſticam exoptauerit, nihil prohibebat eum, earumdem Virginum ritu viuere. [h] Quare Molanus abſolutè, clarèque ita de eo affatus eſt. *In Normania Depoſitio Beati Vvaningi, Confeſſoris*: hic nobile Monaſterium Fiſcanenſe fundauit, & Leodegarium exulem iuuit. [i] Cui aſtipulatur *Sauſſayus.* [k] Porrò, in cœnobio *Hamenſi*, Ordin. S. Auguſt. Canonicor. Regul. Diocœſ. Nouiodunenſ. ſacræ eius Reliquiæ, ſummo cultu, venerationeque cuſtodiuntur: apertum feretrum fuit huiuſmodi Reliquiarum, ann. 1199. Odone III. *Hami* Principe: & Ioanne Abbate, præſentibus: tuncque charta in illud illata, quæ rei memoriam teſtaretur poſteritati: iterum autem recluſum, anno 1382. Tertiò denique anno 1562. cœtu frequentiſſimo Ordinis vtriuſque ſpectante. Eius natalem Hamenſes ciues, & vicini pia deuotione venerantur 9. Ianuar. [l]

Poſtremò, inferendum, neceſſe eſt, S. *Hildemarcham*, *Fiſcannum* aduenisse, ante VIII.
ann. 665. quo (vti nuper diximus) mortuus eſt S. Vvandregeſillus Archimandrita, ad quem illa Diuinitùs miſſa fuerat, vt noui Monaſterij regimen, curam ſanctimonialium ibidem degentium ſuſciperet: illis quippe præfecta fuit à præfato S. Audoeno, Rothomagenſi Metropolita, atque in Abbatiſſam benedicta, vbi tandem ipſamet deceſſit è vita, die 25. Octobris, poſt ann. 685. quo S. Leodegarius martyrij laurea coronatus cœlum inuectus eſt. Porrò eadem die, ipſius ſanctæ Virginis memoria recolitur, apud Martyrologium Benedictum: *Eodem die S. Hildemarchæ, Abbatiſſæ Fiſcannenſis primæ.* [m] Gallicìſque Dipticis inſertus eſt à *Sauſſayo.* [n] Perperam ergò ſcribitur; De S. *Eulalia*, Virgine & Martyre, ipſi B. *Vaningo*, apparente, quòd prima Abbatiſſa iſtius loci extiterit. [o]

b *Sigebertus ann. 662.*
Petrus Ronerius Annotat. 1. in Hiſtoriam Monaſterij. S. Ioãnis Reomaenſ. ann. 660.
Nicolaus Gillius. In Hiſtor. Franc. ann. 661.
Carion. in Chronic. & Corr. [illegible] *lib. 1. Theſauri Hiſtor. Franc. titul. 1. ann. 663.*
Baronius Tom. 8. Annal. Eccleſ. ann. 664.
c *Ordericus lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. ad ann. 678.*
Cenalis in S. Audoeno Archiepiſcop.
Nicolaus Gillius ann. 698.
Charronus cap. 107. Hiſtor. Vniuerſal. Galliæ.
d *Sigebertus in Chronico ad an. 692.*
Belforeſtus lib. 1. Annal. Franc. cap. 41.
Theuetus. Tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 9.
Nicolaus Gillius.
Charronus: Corrozetus. Titul. 29 ſup.
Querceta̅nus lib. 7. Antiquitat. Franc. cap. 6.
Choppinus lib. 2. Monaſtic. Titul. 1. §. 20.
e *Surius die 22. Iulij & Gizgius.*
Baronius ibid. in notis ad Martyrol. Roman. & Tom. 8. Annal.
f *Part. 2. Annal. Ord. Benedictin. centur. 2. ad ann. 659. cap. 2.*
g *Ferrarius in Catalog. SS. ad 9. Ianuarij.*
Item in noua Topograph. ad Martyrol. Roman.
Verb. Fiſci campus.
h *Menardus lib. 1. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin. 8. Ianuar.*
i *Molanus in Additionibus ad vſuardum 9. Ianuarij.*
k *Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. ead. die.*
l *Hemeræus in Auguſta Veromanduorum illuſtrata ad ann. 1108. pag. 142.*
m *Martyrolog. Benedictin. 25. Octob.*
n *Sauſſayus in ſupplemento ad Martyrolog. Gallican. ead. die.*
Ferrarius in noua Topograph. ſup. verb. Fontanell. & Rothomagus.
o *Antiquitates MSS. Norman. pag. 52. apud D. Bigot.*

Abbatia

Abbatia Fiscannensis à Paganis vastatur, & Sanctimoniales pro Christo mortem sponte paciscuntur: Renouatur denuò Monasterij Ecclesia per Guillelmum 1. Ducem; sed prius virginibus inde translatis ad Montis-villare cœnobium.

CAPVT III.

I. QVàm verè, quàm pulchrè, à Saluatore dictum est! *Simile est Regnum cœlorum Thesauro, abscondito in agro.* [a] Regni quippe cœlorum nomine, præsentis sæculi Ecclesia designatur, iuxta SS. Patrum placitum: Thesaurus verò absconditus in agro, quis est; nisi chorus ille Virginum, (virginitas namque thesaurus est, tantò prætiosior, quantò rarior. [b]) intra densissimas syluas, seu arborum saltus, adunatus; Monasticę obseruantiæ, repagulis communitus, totque micantibus virtutibus refertus: Vt meritò in agro, non qualicumque, sed specialiter electo, exculto, & cœlesti rore pleno, nempe *Fescannensi*: qui propterea nominatur *Fisci-campus*: Regius campus, certè & per Antonomasiam, Ager Ecclesiæ: qui omnes alios sua fertilitate superans, plures ex se semel protulit palmites, quàm annus solaris queat emittere dies. Harum Christi sponsarum 366. numerum dudum vidimus & progressum, nunc inspiciamus occasum gloriosum: ex præfato vetusto Codic. MS.

a *Math. 13. V. 44.*

b *Apud D. Gregor. 1. Mag.*

De Barbarorum irruptione, Templique vastatione; sanctarumque Virginum expulsione & interfectione.

CAPVT IX.

II. Defuncto autem B. Vaningo, multorumque dierum transcurrente spatio, inferiores Galliarum Prouincias inuadunt Sequanenses, Pagani; qua cum crudelitate vrbes delentes, castra subuertentes, villas, vicos-ve depopulantes, multorum populorum, interfectorum, aut fugatorum exuuias, & diuitias congregatas asportauerunt, & consumpserunt. Illius ergo tempestatis crudelissimo turbine, Fiscannensis Ecclesia inuaditur, & corripitur, & multorum meritorum Sanctæ Virgines expelluntur, & effugantur: proch dolor! Tanti nominis oraculi sublimia comburuntur, directi parietes confodiuntur, & ipsa fundamenta Templi, suis secretis locis extrahuntur, & comminuuntur. Multæ sanctæ virgines, quas gloriosi Templi amor nimius retinuerat, hostili gladio, ante ipsam sacram aram corruerunt, suique cruoris effusione, vastantium violentiā frustrà tardauerunt, tardandoque extinguere laborauerunt. Quid multa? præualentibus flammis sacrum Templum comburitur, sacro Templo adjacentia ædificia adnihilantur; & solæ remanentes ruinæ, magni apparatus opera præcessisse testantur. O Diuinam patientiam! ô Deitatem patientem! ô patientiæ magnitudinem admirandam! ô omnipotentissime Deus! suis exigentibus culpis cunctas Galliarum Prouincias insana barbaries depopuletur: saltem domus tuæ celsitudinis, singulari priuilegio insignita, reseruetur, custodiatur. Quid enim Templum tuum destruendo, agas, vtrum corrigas culpam, an exerceas patientiam, vel latentium turpitudinum punias immunditiam, omninò ignoramus: ignorantes omnino discutere non præsumimus, cuius igitur præcesserit, nobis occultatur. Verùm, sacri loci confusionem, antiquarum quoque veprium reuersionem, & solitudinem fuisse, & vsque ad tempora Guillelmi 2. Normannorum Ducis perseuerasse audiuimus & cognouimus. [c]

c *Vetus Codex MS. Abbatiæ Fiscanens. sup. Codex MS. D. Ecgw ad calcem. Beda in Marcum MS. A.*

III. Qui fuerint illi Pagani, Fiscannensis cœnobij euersores, expresse hic non

Digitized by Google

ſcribitur; at ipſos proculdubiò extitiſſe Normannos, adhuc gentiles, quique fatentur authores. [d] Horum itaque tempore, circa ann. 842. &c. cùm frequentibus incurſionibus & expilationibus cuncta per Neuſtriam & Galliam deuaſtarent; & ipſum Virginum Monaſterium furori eorum patuit expoſitum, quarum complures pro Chriſto necatæ ſunt: meritò proindè, à *Menardo*, inter ſanctas virgines Martyres ordinis S. Benedicti recenſitæ, in hunc modum. *Sanctimoniales multæ cœnobij Fiſcannenſis à Danis, ceu Normanis caſæ.* [e] Pace autem reddita Eccleſiæ & Regno, ann. 912. Rollone Normannorum Duce, Chriſto Deo, per baptiſmũ colla ſubdente: locus præfatus Fiſcannenſis denuò excultus fuit & inhabitatus à nonnullis ſanctimonialibus vſque ad ann. circiter 989. non verò 990. 996. & 999. quo exindè virgines tranſlatæ ſunt & collocatæ apud cœnobium Montiſvillare, jam ab ann. 675. illic extructum, in ead. Diœceſi, & Caletacenſi Regione. [f] Ex qua quidem Tranſlatione, perperam arbitratus eſt Antonius *Yeppes*, duo Fiſcanni extitiſſe Virginum Monaſteria: juréque eum reprehendit illius interpres Mathæus Oliuerius; cùm omninò diuerſa ſint ſolo & oppido.

Conſtat igitur Fiſcannenſe Monaſterium primò incoluiſſe virgines: quibus aliò tranſlatis ſucceſſerunt Canonici Regulares ſub Guillelmo & Longa ſpatha, Duce Normann. Rei Hiſtoriam geſtæ audiamus ex Codice MS. jam toties allato. IV.

d Supra in Abbatia S. Audoeni cap. 3. & in Fontanellenſ. cap. 9.
e Menardus in 2. Appendice ad Martyrolog. Benedict. ſub Littera S. ex MsS. Codic. Fiſcanenſ.
Yeppes. Tom. 2. Chronic. Ordin. S. Benedict. Centuria 2. ad ann. 659. cap. 2.
Sauſſayus. In Appendice ad Martyrolog. Gallicanum Littera S. Chartonus cap. 114. Hiſtor. Gall.
f Idem Yeppes.
Quercetanus lib. 7. Antiq. Gall. cap. 6.
Chronica Chronicar. Part. 2. fol. 20. in Richardus I. Duce Normann.
Griſius de Clericis Regular. Section. 13. §. 9.
Lenonius in Syntagmate Hiſtorico de SS. Franciæ Cancellarijs in notis ad vitam S. Audoeni Archiepiſcopi Rothomag.
Antiquitates Normann MS. pag. 225. & 226. apud D. Bigot.
Gerealis. Tom. 2. Hierarchiæ Neuſtriæ in Epiſcopo 14. Abrincenſ.

De Renouatione Eccleſiæ Fiſcannenſi ſub Duce Guillelmo.

CAPVT X.

Longa igitur bellorum miſeria contritis & fatigatis Galliarum Prouincijs, aliquando Diuina ſeueritas delinitur, ſuarumque antiquarum miſericordiarum reminiſcitur; & inopinatæ opitulationis conſolationem laborantibus populis largitur. Diuinarum quippe affluentia gratiarum errantes Pagani compunguntur, compuncti conuertuntur, inquam, Barbarorum truculentæ mentes; Religioniſq; Chriſtianæ veritatem ſumma deuotione ſectantur, & venerantur, quam paulò ante ferali væſania perſequebantur, & abominabantur. Vndè contigit, vt dono, & conceſſione *Caroli* Galliarũ Regis, extremas & maritimas ſeptem. [g] Prouincias ſortirentur; quas ſui laboris incolatu externo excolerent, & ab irruentium Barbarorum inuaſionibus defenderent & cuſtodirent. Diuinitùs itaque conciliatis populis, pax mundo redditur, vrbes deletæ muniuntur, ſubuerſaque caſtra vallo competenti & aggere cinguntur: & reuertentibus colonis villæ & agri replentur, & excoluntur. Denique Normanni ſpiritualium gratia Sacramentorum innouati, ſuas acceptas Prouincias, *North*, venti ſui vocabulo, *Normanniam* appellauerunt: cuius terræ Ducatum Rollo I. & Guillelmus Rollonis filius, habuit ſecundus. Huius ergo Ducis tempore, æternæ & Indiuiduæ Trinitatis oraculum reperitur, repertumque notitiæ & vtilitati multorum populorum reducitur, & renouatur. Dux enim Guillelmus præcepit ſeruis ſuis quatenus Fiſcannenſe oppidum renouarent, atque in renouato oppido, multæ ſpecioſitatis & magnitudinis Palatium ædificarent. Obedientes autem ſerui opus aggrediuntur imperatum; oppidoque renouato, excelſi faſtigij ædificare moliuntur Palatium. Vbi dùm diſcurrerent, & ædificando Palatio lapides & cæmenta inuenire ſatagerent; ſacrarum ædium ruinas reperiunt, repertaſque in ædificium humanæ habitationis tranſportare diſponunt. Verùm, repentino conſilio Diuinitùs aſpirati, illius loci antiquos, & indigenas conuocant, inuentarum ruinarum cauſas interrogant; & cujus Imperatoris, alterius potentiæ per ſumma Palatia illas ruinas præceſſerint, diligenter inueſtigant. Locus iſte, inquiunt, interrogati indigenæ, olim clarus & celebris, vallis fuit, rerumque omnium Imperatoris inſignitus titulo, multis virginibus quietem, & habitationem ſecretam præſtitit. Quibus auditis ſancti operarij, ſacrarum ædium deflent vaſtationem, ſuique Paganiſmi exhorrent inhumanitatem, & ſanctis cineribus donantes libertatem, alibi ſui propoſiti operis ſatagunt exquirere materiam: qua inquiſita, & facilè reperta, multæ ambitionis Palatium extollunt, ſuique Ducis juſſionem complentes, breui interuallo, arrepti operis magnitudinem conſummarunt. Ex-

g Prouincias vocat Neuſtriæ, Epiſcopatus, qui ſunt 7.

pleto

pleto igitur tanti laboris præcepto, artifices inuitarunt Ducem *Guillelmum*: castrumque & Palatium consummatum, suę authoritatis judicio & sententiæ reddunt. Quorum *Guillelmus* Dux peritiam & formam completorum operum commendans, eorum negligentiam reprehendit: quod in castro, juxta Palatium, Ecclesiæ nullius oraculum inuenerit. Super cujus negligentiæ culpa, suos artifices arguens; Ite, inquit, & illarum ruinarum loco sancto ædificate Ecclesiam, cujus aspectus sancti Templi memoriam contuentibus reddat; & mihi, aut alicui meo hæredi, antiquam Ecclesiam reparandi voluntatem aliquando incutiat. Ducis jussionem audientes operarij, accedunt ad sacra loca, atque in ipsa incendij & excidij confusione, cujusdam Ecclesiolæ ponant fundamenta: signatoque primæ aræ loco, ruinarum lapidibus & fragmentis, non multæ extollentię parietes erigunt, erectosque ad propositæ quantitatis summam, nulla intercapedine, deducunt. Completis ergo parietibus, tectũ solùm deerat; cujus perlato munimine, aerias inclementias ab vniuersa domo arceri oportebat. Quocirca lignorum inquiruntur fabri, & inuenti adducuntur; eisque cura faciendi tectum injungitur, & relinquitur. Fabri autem instrumenta corripiunt, imperato operi augendo habiliora reddunt; electasque syluas maturius intrare disponunt.

De tecto, quod mare attulit de Constantiensi Prouincia, & duobus lignis, quæ defuerunt.

CAPVT XI.

V. Verùm discurrente deliberationis interuallo, diuina omnipotentia, & fabros à propositi laboris sudore, liberauit & reuocauit: & suę magnitudinis præsentiam in præfata Ecclesiola, eximij miraculi gloriosa attestatione declarauit & docuit. (*in Cod. M. S. Domini Bigot sup. habetur, in pago Constantino, apud quandam insulam in mari*) Constantiensis enim Prouinciæ homines, S. *Marculphi* cuidam Ecclesię quoddam tectum pręparauerant, atque præparatum eidem Ecclesiæ superponere disponebant. Illud ergo tectum, pelagus supergrediens inuasit & sustulit, leuisque vndę obsequio, ad *Fiscanna* littora deuexit: & dictu mirabile! coram sanctæ Ecclesiolę erectis parietibus officiosè deposuit, suique littoris alueo, lapsu innocuo refluxit. Mirantur operarij, & pelagus refluens, & tectum remanens; & in remanente tecto, nullius claui, procellarum impulsu, apparere labefactationem. Consequitur Majus miraculum; nam dùm suis parietibus alienum tectum superponunt, tantæ æqualitatis, quantitatis-ve parilitate inueniunt, quæ conuenientiores metientium lineæ, vel arundines concordiam exprimere possunt. Ligna duo deerant, quæ commissa pelagus non fraudauerat, sed quæ *Constantiensium* hominum manus cæteris lignis tecti nondum compaginauerat. Præcipitur fabris ligna cædere, cæsaque sua industria, lignis superpositi tecti indigentiam supplere & complere. Fabri obediunt, cædunt ligna, metiuntur cæsa; tecti membris cæteris moliuntur conciliare frequentius imposita. Verùm frustratur omnino labor desudans, & peritia diligens; quam nullius artificio lineæ sui laboris opus operi cœlestis gratię possunt conjungere. Qua incommoditate mœstos artifices, ac sollicitos, quidam superueniens releuauit, maximisque littoribus duo ligna jacere nuntiauit, quarum impositione, imperfectionem posse compleri, penitus asseruit. Vnde exhilaratis artificibus, ligna deportantur, totiusque lineę amoto officio, facilè suæ proprietatis loco collocantur: suisque naturalibus membris vniuersa tecti fabrica consummatur, & perficitur.

De Angelo, & Cultello, & vestigijs remanentibus, in eodem lapide, de quo ascendit Angelus.

CAPVT XII.

VI. Tanta ergo miraculorum multitudine artifices excitati, Ducem *Guillelmum* expetunt, suarum rerum euentus maximos exponunt, & ad Dedicationem constructæ Ecclesiæ, paucis persuasionibus accersunt. Tunc Dux, multa cœlestium gratiarum abundantia prædicandus, Episcopos & proceres multos conuocauit: quo-

rum multitudine constipatus *Fiscannum* venit, nouam Ecclesiam intrauit; cuncta Dedicationis necessaria præparari præcepit. Quibus ergo sufficienter præparatis & congregatis; Dux & Episcopi, cum multis proceribus, Ecclesiam consecrandam intrauit, & cujus sancti titulo insigniri debeat, diligenter pertractant. Vbi, dùm diuersa sentirent, sententiasque diuersas defenderent, & juxta deuotionem, quam singuli ad singulos sanctos habebant, Ecclesiam consecrandam contenderent: vir quidam vultu & veste speciosissimus, caput, prolixamque barbam, canis candidissimis coopertus, Ecclesiam intrauit, suaque lumina nusquam flectens, directo itinere ad altare consecrandum peruenit: super quod reuerenter inclinans, cultellum deposuit, nulloque sermone suum silentium corrumpens, conuerso gradu, Ecclesiam exiuit; & quamdam curiam Ecclesiæ penè contiguam ingressus, ibi positum molarem lapidem ascendit, atque indè se sustollens in aera, non comparauit.

Quomodo Dux & Pontifices admirabantur Angelum tam subitò euanescere.

CAPVT XIII.

Multi autem, qui Dedicationis gratia, illa die, *Fiscannum* conuenerant, prosequentes remeantem Angelum, ad lapidem, quem ascenderat, confluxerunt: in quo lapide, Angeli vestigia, velut in arena, aut in sicco puluere impressa reperiunt. Cujus rei admiratione perturbati, *Guillelmi* Ducis præsentiam adeunt; tantæque excellentiæ miraculum velut ignoranti, quisque præcedens, sequens narrare contendit. Gaudent omnes, & altare, super quod cultellum Angelica manu deponi conspexerant, conuenientium corona circumcingunt; atque quid prætendat cultellus depositus, cuncti emucleari quærunt. Tunc sancti Præsules cultellum accipiunt, atque in accepto scripturam inueniunt; cujus indicio, & procerum controuersia finitur, & in cujus titulo Ecclesia debeat Dedicari, declaratur. Erat enim in cultello scriptum: *In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.* Quod audiens *Guillelmus.* Dux præclarus, multo gaudio exiliuit, atque in honore sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, præsentem Ecclesiam Dedicari præcepit; multę promissionis se firmans sacramento, suo opere eamdem Ecclesiam, aliquando ampliari, atque in Ecclesiam tanti nominis, priuilegio concinentem magnificari & extolli. Verùm Diuina Prouidentia aliter disponente, dolo ac fraude *Flandrensium*, præfatus Dux interficitur; suoque filio *Richardo*, ampliandi sancti Templi gloria transfertur & conceditur. VII.

Ecclesia Fiscannensis Readificatur à Richardo, I. Duce Normanniæ; quæ completa, & varijs donis, ac muneribus amplissimis ditata, dedicatur per Robertum, Metropolitanum, & alios Neustriæ præsules. Tum à Canonicis Regularibus inhabitatur indeque Richardus Dux præfatus, jure Fundator Fiscanni habetur.

CAPVT IV.

PIISSIMO, atque Beatissimo Duce Guillelmo I. inter electos Dei (vt credimus) translato, ann. 942. filius eius Richardus I. summæ ingenuitatis, titulo, velut surculus ex dulciflua abscissus arbore, cœpit odoriferos gratissimę pueritiæ flosculos emittere, virque factus, ampliora virtutis & pietatis, per omnem vitam, specimina prębuit. [a] Quæ autem causa extiterit, ceu occasio eius animum impulerit, ad hujusce Monasterij restaurationem efficaciter amplectendam, duplex meritò conjicienda est: Prima, ex eo, quòd natiuitatis suæ exordium, sacra Baptismatis vnda, Fiscanni, sanctificauerit: sic enim habet Historiographus I.

[a] Gemeticensis lib. 4. Histor. Norman. cap. 1. & seq.

graphus ſynchronus: *Tunc Dux* meritò famoſiſſimus, peracto mirabili trophæo, hilaris & lætus, lætiorque nato hærede, & ſucceſſore effectus, miſit Henricum ſummæ reuerentiæ Bajocacenſem Epiſcopum, & Bothonem domus ſuæ militiæ palma majorem & præcipuum; vt ſalutiferæ pacis puerum ſacro-ſancti olei chryſmatiſque liquore inſigniter innouatum, typici lauacri regenerationiſque fonte delutum ſuſciperent, vocitando Richardum. Qui hujus expeditionis mandato, hilaris, mœniaque Fiſcannia præpete equitatu aggredientes, à clero, populoque ſuſcepti ſunt, Monaſticis rebus præparatis reuerenter. Sequenti namque die, totius clero Prouinciæ, populoque ſexus vtriuſque prænati puſionis baptiſmatis gratulatione vndique ſecus adueniente, myſticæ ablutionis benedicto fonte, ab Henrico Reuerentiſſimo Bajocacenſi præſule, cum cæteris Epiſcopis illius terræ, regeneratum ſalutifera trinæ immerſionis inundatione, ſacrique chryſmatis inſignitum nectare, deificæque Trinitatis nomine, veterrimi hominis dempto ſqualore, prædictus pręſul cum Bothone Comite, ſuſcepit puerum Richardum, nomine, de ſancti lauacri purificatione. His verò cum magna reuerentia peractis, cleroque Deum collaudante ſuper Duce nato, regredientibus populorum turmis, præſul cum Bothone, renuntiauit de puero, quę geſta ſunt Guillelmo Duci. b anno 938. Quibus tamen contrarius, ſed perperam Guillelmus *Gemeticenſis*, ſcribit puerum hujuſmodi recens natum Fiſcanni, Bajocas fuiſſe deportatum, cauſa baptiſmi ſuſcipiendi juſſu patris: his verbis. *Regreſſo* eo igitur de prœlio, à præfecto *Fiſcannenſis* caſtri legatus dirigitur: deferens ex quadam nobiliſſima puella, Danico more, ſibi juncta, nomine Sprota, filium eſſe natum. Qui lętus valdè effectus, ſub feſtinatione Bajocas, illum Henrico Epiſcopo mandauit dirigere, vt per ipſius manus ſacro lotum fonte, proprio nomine vocaret eum *Richardum*. Cuius juſſa pręſul gratanter complens, puerum chryſmate deliburum, *Fiſcannum* remittit nutriendum. c

II. Altera cauſa, Richardi animum excitans ad pręfatum opus aggrediendum à prædicto Dudone, ita delineatur. *Cum autem innumerabilibus exuberantium* bonitatum polleret incrementis; quadam die *Fiſcanninæ* ſedis, aggreſſus mœnia, ſtanſque in introitus domus ſuæ ſuggeſtu, atque ipſam domum altiorem, capaciorem que Baſilica in honore Deificę Trinitatis, dedicata, conſpiciens, aſcito petrarum fabro, architectoria arte perito, inquit: Domum Dei & orationis ſuperlatiuo ſpecialis pulchritudinis, decorẹque altitudinis culmine, ſuperminentiorem vniuerſis mœnibus ciuitatis decet, & oportet eſſe. Quia Plaſmator Redemptorque humani generis, gratuita hanc ſibi delegit clementia, mirę que generationis mater typicę ablutionis lauacro extat: atque in hac Diuinæ eruditionis audire verba, noſtraque deflere debemus peccata. Hęc namque aula, porta cœli nuncupatur, & eſt quam incolunt, cuique pręſunt cœlicolę. Hęc domus namque, vt pſalmographus ait: *Mons Dei, mons pinguis: mons in quo beneplacitum eſt Deo, habitare in eo; etenim Dominus habitabit in finem.* Hic namque mons eſt, in quo meus Auus ſe ſtantem, ſeque ablui monte ſalutifero, Diuinę viſionis oraculo conſpexit: & à lepra vitiorum, qua infectum ſe ſomnio cernebat expiari. Quapropter, quia altiore amplioris culminis ſcemate, domum Dei domui noſtrę habitationis pręcellere condecet; experire, ſi fortè, imminentium montium procliuis eſt collibus alicuius petræ materiam reperire quiueris, qua Templum Dei, noſtræ conuerſationis domo alterius fabricare valeas. At ille, accepto illicò lingone, montium procliua prius adijt, eorumque crepidinem diuellit ſarculis, atque nullam petræ materiem vſui maceriæ repeoiens congruam, petijt deuexa montium, inter duos fluuiolos, propè *Fiſcannum* jacentia, ibique maſſam gypſi inuenit, & vnum lapidem gypſeum in modum cubi excidit, & ante *Richardum* Ducem detulit. Tunc Dux magnus, *Richarde*; ſatiſ-ne de talibus reperire poteris? Reſpondit, ſatis Domine. At ille, tuto hanc petram repone loco, & mitte quamplurimos operarios ad excidendos lapides, multaſque calcis viuæ fornaces compone, quia omnibus, quæ neceſſaria ſunt, præparatis, iſtam in initio fundamenti, in titulo erectionis domus Dei primam locabo. Denique Marchio famoſiſſimus præparata calce, petriſque excisis & coaceruatis, atque lateribus artificialiter compoſitis; dictu viſuque mirabile! miri ſcematis forma, conſtruxit in honore ſanctæ Trini-

b *Dudo lib. 3. De morib. & actis Norman. pag. 110. & 111. Chronicon Rothomagenſ. MS. ad ann. 938. Chronica Cadomenſ. ead. ann. Vvalſingham Ypodigmate Neuſtriæ. Chronica Norman. Anonyma cap. 28. Belforeſtius lib. 2. Annal. Franc. cap. 93. Natalis Taillepied cap. 31. Antiquit. Rothomagenſ. Molinæus lib. 2. Hiſtor. General. Norman. cap. 2.*

c *Gemeticenſis lib. 3. ſup. cap. 1.*

tatis delubrum, turribus hinc indè, & altrinsecus præbaltheatum, dupliciterque arcuatum mirabiliter, & de concathenatis artificiosè lateribus coopertum. Hinc forinsecus dealbauit illud, intrinsecus autem depinxit historialiter, auroque & gemmis magno munere acquisitis, altaria decorauit, crucesque miræ magnitudinis ex auro mundissimo fabricauit, calicesque magni ponderis auri & pretij annexuit, aureaque candelabra humanam naturam superexcellentia ante sanctuarium statuit: thuribulaque inauditæ amplitudinis & pretij auro confecta delegauit, atque indumenta phrygio pectine polita, nec semel in Tyrios rubores decocta, quin etiam crassiore auro smagradinisque super insutas apposuit, Gyssosque niueas purpureasque auro intextas, plumeoque mirabilis artificij holoserica commisit; atque clerum numerosæ multitudinis propensa diaria quotidiè recipientem, subque practicæ vitæ palæstra desudantem Christo deseruire coegit. Illo namque Templo Monasticarum facultatum vbertatis affluentia repleto; eoque benedictione Episcopali officiosissimè dedicato: &c. [d] Vbi per *Monasticas facultates*, intelligit Dux, necessarias ad vitam Canonicorum, qui olim vitam Monachorum aliquo modo imitabantur. [e]

Hæc autem referuntur eadem in cod. Fiscanens. MS. quæ haud injucunda erunt benigno lectori. III.

Quomodo Dux Richardus existens in quadam sublimi fenestra sui Palatij, petiit quænam scilicet: ibi esset Ecclesia.

CAPVT XV.

Quadam igitur die, cùm præfatus Dux, Fiscannensis Palatij cuidam sublimi fenestræ accumberet, & sanctæ indiuiduæque Trinitatis Ecclesię longè inferius positam conspiceret, velut ignorans, astantes suos proceres interrogauit, nomenque præsentis Ecclesię, suæ lenitatis sapido sermone inquisiuit: cui illi, Pater, inquiunt, tuus, Ecclesiam istam fundauit, tituloque deificę Trinitatis insigniri & dedicari pręcepit. Quibus auditis gloriosus Dux maximo doloris jaculo compungitur, & erumpentium lachrymarum distillantibus riuis, suam roseam faciem, & barbam niueam madefecit: & diu silens, caputque concutiens, tandem singultibus sermonem irrumpentibus: ô, inquit, quàm malè congruit me hominem tantæ ambitionis habitare Palatio, & Deum omnipotentem tali latere tuguriolo! O, inquam, quàm malè congruit superiorem & cœlestem Dominum inferius habere tugurium: & inferiorem & terrenum seruum, superius tenere Palatium! Quàm rationabilius converteretur me habere paruum, aut nullum, & Dominatorem omnium rerum, tenere & solum, & maximum! Dixerat, & effluentium lachrymarum vndas, nulla animi virtute, nullaque manus crebra deliberatione, aut continere, aut exsiccare poterat. Deinde adjecit: multi in opere cœmentarij inquirantur, inuentique adducantur; quoniam hoc Palatium in comparatione illius Ecclesiolæ, quam despicitis, faciam apparere aut nullum.

Quare Dux Richardus in reædificatione Ecclesiæ Fiscanensis, posuit manu propria lapidem, supra quem Angelus ascenderat, in fundamento Ecclesiæ.

CAPVT XVI.

Eadem Refert: codex MS. Domini Bigot sup.

Accepta igitur jussione Ducis, fideles famuli cæmentorios inquirunt, inquirendo inueniunt, inuentosque sui Domini desiderio & præsentiæ adducunt. Quorum IV. peritiam Dux diligenter discutiens; Ite (inquit) circumquaque per montes, & per valles, & pro ædificando, vnius & trinę Deitatis templo, lapidum materiam inquirite, & singularis formositatis ac magnitudinis, illius Ecclesiolæ loco, Ecclesiam ædificate. Nec mora: inuenti lapides comportantur, magnorum multitudo rogorum concrematur, futurique Templi magna, multaque materia præparatur & congregatur. Fundamento denique ponendo Dux sanctus affuit, arreptoque sarculo; terram primus aperuit; & lapidis, de quo *Guillelmi* Ducis tempore, Angelus ascenderat, partem vnam ipso fundamenti principio primus deposuit. Cernentibus summa delectatio concedebatur, quando tantus Dux, niueo capite

Digitized by Google

capite, prolixa barba, procero corpore, conspicuus, omnes operarios circuibat, alios admonebat, corrigebat istos, vacantes impellebat: illis laborantibus subueniebat, cunctos æqualiter, sui feruoris exemplo, ad cœpti operis maturationem accendebat. Tali igitur ac tanto flagrantis Ducis desiderio, breui interuallo sanctæ & indiuiduæ Trinitatis gloriosum templum perficitur, decorum illa qualitate & quantitate, quam peritorum artificium diligentia, illo tempore, majorem & pulchriorem valuit excogitare. Sancti oraculi intestini parietes, historialiter depinguntur, laquearia verò concathenatis floribus admirandæ compaginationis variato opere distinguntur. Exquisito ergo totius decoris ornamento, parietes Templi singuli expoliuntur, & in suæ proprietatis pulchritudinem perfectam, & perfectionē pulchrā, deducuntur, & consummantur. Quocirca Dux exhilaratus, suæque voluntatis iudicio completi operis respondere speciem admiratus: vasis & ornamentis aureis & argēteis nouam Ecclesiam multipliciter ditauit: cortinarūque sericarum lineatum, atque lanearum triplici adornatione copiosissimè vestiuit. Miroque modo, & sacri altaris ornamentis, & Sacerdotalibus indumentis aureis, & gemmis honorauit & ampliauit. Quibus omnibus Ducis nimia liberalitate compositis & completis, totius Normanniæ, aliarumque Prouinciarum Principes & Episcopi conuocantur & congregantur, atque in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis consummata Ecclesia dedicatur & *titulatur*. Codex MS. præfatus D. *Bigot*, numerat 14. Episcopos tunc inibi interfuisse.

Quoddam admirabile miraculum de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi.

CAPVT XVII.

V. *Eo tempore*, quoddam miraculum relatione dignum, iuxta *Fiscannum* contigit. Sacerdos enim quidam nomine *Isaac*, cùm finitis orationibus, sacrosancta Sacramenta Dominici corporis & sanguinis assumere deberet, substantiam corporis & sanguinis, non panis, aut vini specie reperit coopertam, sed euidentissimè carnis & sanguinis colorem & qualitatem protendentem. Cuius rei nouitate Sacerdos perturbatus, Richardum Ducem, & sanctorum præsulum congregationem festinus adijt, insolitique miraculi magnitudinem patefecit. Tunc Dux, cunctique Episcopi, & populi maxima multitudo, illuc pergunt; & secundum Sacerdotis reuelationem, rei gestæ veritatem inueniunt, & reuerenter tanti ponderis mysteria, sustollentes, ad consecratam Ecclesiam deferunt, vbi sacro calici patinam consigillantes, ad similitudinem Angeli cultelli, quem in crucifixo incluserant, in ipsius sanctæ Trinitatis ara, sacrosancta mysteria concludunt & reponunt. Ea res miraculosa sic memoratur apud Robertum *de Monte*, in appendice ad chronicam Sigeberti, sub ann. 1182. *Hoc etiam accidit cuidam sanctissimo Præsbytero iuxta Fiscannum, dùm cantaret Missam in die Dedicationis Ecclesiæ sanctæ Trinitatis Fiscanni. Qui mittens Diaconum suum vocauit Episcopos: qui ad Dedicationem conuenerant. Et venerunt, & Præsbyter tulit in manibus suis, in Calice: ita vt erat reuestitus, & posuerunt illud in altari. Hæc fecit pietas Domini, ad confirmandam fidem Sacramentorum suorum in nobis, in quos fines sæculorum euenerunt.* Eadem verò sic commemorat codex MS. *Domini Bigot* sup. *Illis in diebus* erat quidam Præsbyter nomine *Isaac*, vir bonæ vitæ, frequenter Missarum solemnia celebrans, ad altare S. Machuti, Episcopi & Confessoris, haud procul à Fiscanno distans, duobus milliaribus: Qui quadam die, &c. Vide, in ea, ad 27. Martij in *Neustria Sancta*. Alia similia, alibi euenisse in Gallia scribit *Rolliardus*, in Historia Melodunensi pag. 406. & 407.

VI. Præsentis ergò (*addit idem toties nominatus Codex MS.*) miraculi magnitudinem, miraculorum antiquorum multitudini, Dux prouidus diligenter concilians, atque vtrorumque miraculorum conuenientia, consecrandæ Ecclesiæ authoritatem compensans, multos canonicos elegit, electisque canonicis sanctæ Ecclesiæ commendauit; quatenus in ea deuotè habitarent, & rerum vniuersarum creatori & Domino æternas laudes, obsequiaque spiritualia soluerent. Omnibus ergò tandem officijs consummatis, totiusque Ecclesiæ statu, summaque, dispositis & determinatis; Dux alacrior Ducatus sui administrationi reuocatur; Episcopique

commissarum ouium speculationi vigilantiores reuertuntur. Porro, huiuscemodi Dedicatio memoratur, in Martyrologio Benedictino, his verbis. *In Normannia Dedicatio Ecclesiæ S. Trinitatis Fiscamnensis* 15 *Iunij*. apud Menardum, cui cæteri subscribunt. [f] ann. 989. die 15. Iunij, peracta à Roberto 44. Rothomagensi Archiepiscopo. Quantum verò attinet ad Canonicos Regulares ibidem ab ipso Duce Richardo collocatos; alij quoque fatentur. [g]

Propterea & Fundator Abbatiæ Fiscannensis meritò nuncupatur: testatur VII.
quippè Ordericus *Fiscanense cœnobium in prospectu maris positum, creatrici omnium sanctæ & Indiuiduæ Trinitati dicatum, à Richardo* 1. *Duce Normanorum, nobiliter fundatum fuisse*. [h] Sic & *Gemeticensis*. Cùm igitur Dux Richardus, multorum operum bonorum polleret incrementis, inter plurima commercia summæ opinionis, apud Fiscannum, miræ magnitudinis & pulchritudinis, in honore Deificæ Trinitatis Templum construxit: mirificisque ornatibus multimodè adornauit. [i] Itemque eadem ita confirmat. *Quædam* verò cœnobia eiusdem Prouinciæ antiquiora, quæ à Normannis adhuc Paganis, fuerant destructa, studio bonorum principum reædificata sunt. Rollo siquidem primus Normannorum Dux, &c. Vuillelmus verò eius filius, ex integro Monasterium Gemmeticense restaurauit: Richardus autem filius eius, & successor, Fiscanni cœnobium. [k] Et ante eos Glaber Rodulphus. Septimo (inquit) de supra dicto millesimo anno, &c. Tunc temporis etiam Dux Normannorum Richardus obijt, qui monasterium ædificauerat nimium locuplex, in loco qui dicitur *Fiscampus*; in quo etiam sepultus quiescit. [l] Rectè ergo Dux ille Richardus I. Fiscanensis Abbatiæ fundator dicitur: non quòd primus illam fundauerit, aut extruxerit: sed quia eamdem à Normanis adhuc paganis destructam, reædificauerit, latifundijs ampliarit, bonis copiosioribus ditauerit, structuris, varijsque ornatibus decorauerit, cultum diuinum inibi redintegrauerit, auxerit ac perfecerit, (Errat autem *Choppinus*, dum Richardum hunc Ducem facit Guillelmi *Nothi* successorem: cùm esset Guillelmi *Longæ spathæ*, filius. [m]) compluresque Baronias illi dederit; imò addunt & Antiquitates MSS. Normaniæ, ipsum accreuisse, excelsioremque reddisse Metropolitanam ædem Rothomag. Itemque ampliasse, Abbatias S. Audoeni, & Montis S. Michaelis. Fundationis autem Fiscanensis Abbatiæ ab ipso Duce Richardo I. exemplar subjicitur.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Quoniam priorum patrum sanctione, necnon decreto bonorum hominum, VIII
quorum mens & possibilitas actuum, non tam caduca, quam etiam mansura, exoptant sibi meritorum præcedentium executione, decreuerunt rata ac rationabilia esse: vt Deo cunctorum datori, sanctisque ipsius, quorum supplemento viget mundus, ac propellitur labens hominum scilicet peccaminum næuus, & impenditur bonis merces, juxta executionem operum: vt ex his, quæ ipsis, in hoc mundo à Deo tribuuntur bonis, reiterato tanquam vicissitudinis chyrographo, eidem Christo, vel sanctis suis, conferant talionem; vt prosit præsentialiter, & in futuro. Idcircò ego *Richardus* Consul, meo posse, quem sibi asciuit cunctipotens Deus, qui est Trinitas & vnitas, sua misericordia præueniente, non proprijs meis exigentibus meritis, & sua mihi largitus est gratis, opto esse fidelis, & confero ei in hoc loco, qui dicitur *Fiscannus*, & in hoc Monasterio, in honore sanctæ *Trinitatis* dicato, de bonis ab eo mihi indigno datis, videlicet *Amundi-villam*, & quicquid ibi pertinere videtur: *Argentias* etiam cum omnibus appenditijs suis; Sanctum *Vualericum*, & quicquid ibi pertinet: *Bretennoles*, ex toto: *Ingulfi* etiam villam, & quicquid ibi meæ ditioni subjicitur: eo rationis tenore, vt in prædicto loco maneat cum firmissima stipulatione, perenniter, absque vlla contradictione. Constituo etiam atque confirmo, donante, concedente, atque laudante *Roberto*, Rothomagensi Archiepiscopo, hanc Ecclesiam in honore S. *Trinitatis* dicatam, & duodecim Ecclesias ad eam pertinentes, ab omni Episcopali consuetudine immunes & liberas; quatenùs, nulli Archiepiscopo futuro, in istis tredecim Ecclesijs, quicquam justè, vel injustè, Dominationis, aut exactionis concedatur, nisi quod *Fiscannensis* Ecclesiæ permiserit atque laudauerit vniuersaliter Conuentus. Qua de re accitis,

f Saussayus in Martyrolog. Gallican. ead die. Chronicon Cadomens. ann. 989. Codex MS. Domini Bigot. ann. 990. Antiquitates MSS. Normann. pag. 225.
g Chronica Chronicorum, Part. 2. fol. 20. in Richardo 1 Norman. Duce. Menardus sup. ad 17. diem Decemb.
h Ordericus lib. 3. ann. 942. lib. 4. ad ann. 1072. & lib. 5. ad ann. 1080. Nicolaus Gillius in Annal. Franc. sub Lothario I. Reg. ad ann. 976.
i Gemeticens. lib. 4. Histor. Normannor. cap. 19.
k Idē lib. 7. cap. 22. Malmesburiens. lib. 2. cap. 10. Cœnalis Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ Vualsingham sup. Massonus in Description. fluminum Galliæ pag. 305.
l Glaber lib. 7. cap. 7. Fragmentum Aquitanicæ Histor. Apud Quercetanū. Tom. 2. Scriptor. Histor. Francor pag. 635. Yepes Tom. 1. Chronic. Bene dictin. centur. 2. ad ann. 659. cap. 23
m Choppinus lib. 1. De Sacro politia Titul. 4. §. 12. Idem lib 2. Titul. 5. §. 5. Innocētius Cironius sanatia ad Quintam compilationem Epistolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 1. Titul. 5. de Electione cap. 5. post Robertum de Monte Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 10.

Digitized by Google

accitis, totius noſtræ Diœceſis Epiſcopis; *Rotberto*, ſcilicet, ſanctæ Rothomagenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo; necnon & *Radulpho*, ſanctæ Bajocacenſis Eccleſiæ præſule; atque *Hugône*, Conſtantiæ Eccleſiæ præſule; *Geraldo* quoque ſanctæ Ebroacenſis Eccleſiæ paſtore: *Rogerio* quoque Liſoienſis Eccleſiæ præſule: *Norgodo* quoque ſanctæ Abrecentenſis Eccleſiæ Epiſcopo: cum aſſenſu fidelium noſtrorum, hoc egimus: vt ſi quis, ab hodierno, & deinceps, hoc contradixerit, vel hanc ſtipulationem violauerit; à ſupradictis Epiſcopis, ex auctoritate patris, & filij, & ſpiritus ſancti; ſanctæque Dei Eccleſiæ Catholicæ; ſanctæque Maria, Matris Domini; ac S. Michaelis, cum nouem ordinibus; atque B. Petri cum omnibus Apoſtolis; ſanctique Stephani, cum omnibus martyribus; necnon & S. Hilarij, cum omnibus confeſſoribus: atque S. Felicitatis, cum omnibus virginibus: & quatuor Euangeliſtis; & centum quadraginta quatuor millibus infantibus: ſint ſegregati & maledicti, atque perpetua maledictione anathematiſati: fiat pars illorum cum Dathan & Abiron, quos infernus degluttiuit viuentes: & cum Anania & ſaphyra, Iudaque Traditore Domini, pari damnatione feriantur, & numquam recipiat terra corpora illorum: ſit illis cœlum æneum, & terra ferrea: ſitque illis Anathema, Maranatha, hoc eſt, perditio in aduentu Domini, niſi reſipuerint, & ad dignam emendationem venerint. Fiat, fiat, fiat. Amen.

Signum *Richardi* Comitis.	Sig. *Radulphi* Abbatis.
Sig. *Vvillelmi* Comitis.	Sig. *Hildeberti*, Abbatis S. Audoeni.
Sig. *Godefredi*.	Sig. *Radulphi*, fratris *Richardi* Comitis.
Sig. Item *Vvillelmi*.	Sig. *Rogerij*.
Sig. *Maddelgeri*.	Sign. Item *Radulfi*.
Sig. *Ryberti*.	Sig. *Torſtingi*, &c.

Extat Rothomagi, in codice MS. in fol. pag. 30. cum hocce lemmate, ad calcem S. Ambroſij in Exameron. *Fiſcanenſis, Abbatiæ Exemptio.* Apud D. Bigot.

IX. Hinc plures etiam alij principes & magnates fundarunt, & dotarunt Eccleſias, ea lege, vt ab ordinariis eſſent exemptæ, quas, fortaſsè, aliàs non ædificaſſent aut indotatæ remanſiſſent; & eo caſu tantumdem minutus fuiſſet cultus diuinus: vti refert de Abbatijs, Cluniacenſi, S. Vincentij, ceu S. Germani Pariſienſ. D. Cornelij Compendienſ. B. *Medardi*, apud Sueſſiones; &c. Ioannes *Lomede*, Tractatu de Exemptionib. Eccleſiaſtic. cap. 4. & cap. 12. §. 6. Itaque, cùm exemptiones dent cauſam fundatoribus & dotationibus Eccleſiarum, quibus augetur ſeruitium Diuinum; & eò fauorabiliores & vtiliores retinendæ ſunt, non autem rejiciendæ, pro vt quotidiè cenſet & judicat Senatus, ſtatus Eccleſiæ conſeruator, declarando abuſum committi, actibus diuinum cultum minuentibus; qui vt augeatur, licet jus patronatus ſit ſpirituale, aut ſaltem ſpiritualibus annexum, tamen ipſis laicis jus illud reſeruatum fuit, vt cæteri alliciantur ad fundationes.

Idem Dux Richardus I. conatur Canonicos è Fiſcano propulſare, ſed impeditus, moritur magno cum pietatis Chriſtianæ, & inſignis deuotionis exemplo: cui ſuccedens Richardus II. filius eius: S. Guillelmum è Diuinione ad ſe vocatum cum aliis ſui inſtituti Benedictini aſſeclis, benignè ſuſcipit, tum Canonicis Fiſcano depulſis in eorum locum ipſos ſubſtituit.

CAPVT V.

I. NONNVLLI arbitrantur Richardum I. Normanſ. Ducem, Monachos Benedictinos, Fiſcanni poſuiſſe, loco Canonicorum Regularium S. D, eo etenim ſic ſcribit Malmesburienſis. *Ea fuerat* (inquit) *filia* Richardi, Comitis Normaniæ, filij Guillelmi, qui poſt patrem, 52. annis illi Ducatui præfuit, & 28. anno hujus Regis vitam finiuit. Iacet apud Fiſcanum

cœnobium, quòd ipse aliquantis redditibus ampliatum, Regula monastica, per Guillelmum quondam Abbatem Diuionensem insigniuerat. a Sed hallucinantur: sanè Richardus I. Dux præfatus ea de re cùm scripsisset ad ipsum B. Guillelmum Abbatem, neque votis eius res obsecundasset: negotium in aliud tempus est dilatum: Cujus causa aperitur in prænominato Codic. MS. Fiscanensi.

a *Malmesburiensis lib. 2. de gestis Reg. Angl. cap. 10. Fragmentum Histor. Aquitan. apud Pithoeum. Chronica Chronicorum sup.*

Quomodo Dux Richardus eijcere fecit Canonicos ab ipsa Ecclesia: & ibidem monachos introduxit.

CAPVT XVIII.

II. *Interea* contigit Fiscannenses Canonicos, aliorum canonicorum mores imitari, latas perditionis vias ingredi; & rerum temporalium luxus & desidias voluptuosè sectari; quam canonicorum miseram vitam, & viuentem miseriam, Dux prudentissimus, Richardus audiens, & audiendo cognoscens, valdè doluit; hominumque prauorum mores, & conuersationem exhorrens; Legato festinanter *Cluniacum* direxit, & sanctum *Majolum*, magnæ humilitatis precibus *Fiscannum* accersiuit, atque secundum S. Benedicti Regulam & institutionem, disponi & ordinari nouam Ecclesiam, exorauit. Cui S. *Majolus*: Hujus, inquit, laboris magnitudinem talis rationis conditione, Charissime fili Richarde, suscipiam, si per totum Ducatum tuum, consuetudinem, quæ vulgariter, *Passagium* dicitur, Deo donaueris; nullumque tuæ potestatis principem, aliquando amplius exigere decreueris. Vbi Richardus Dux, non morbo auaritiæ, verùm occulta Dei prouidentia disponente, & sancto *Guillelmo* Abbati gloriam ordinandi S. Ecclesiam transferente, suorum hominum consilio, acquieuit: & sancti *Majoli* sanctam interpellationem non exaudiuit. Vnde contigit, vt S. *Majolus Cluniacum* reuerteretur; & Canonicorum correctio, vel expulsio, per aliquot tempora protelaretur. b

b *Vetus Codex MS. Fiscanens.*

Verùm, illud haud possum pertransire intactum, quod de ipsius Richardi I. Ducis, pia deuotione, insignique humilitate, narratur: dùm mortis suæ appropinquante tempore, scilicet, ann. 996. voluit apud Fiscannum humari. *Nam* (inquit Dudo) *jussit* sibi excidi sacrofagum silice, & infra Ecclesiam Fiscanno, nomine Deificæ Trinitati consecratam, ante locum stationis suæ locare; & vno quoque die sextæ feriæ quantum frumenti capax erat, & quinque solidos, pauperibus erogare: &c. cœpit anxiari & ægrotare, viribusque deficere, & à Bajocacensi pago, ad aulam Fiscanninæ sedis secedere: ne eò defuncto fastidium translationis esset in plebe: &c. Dux verò magnus Richardus infirmitatis aggrauatus importunitate, cilicio indutus, nudo pede, petijt delubrum Trinitatis Deificæ, diuersaque dona, variaque munera & pretiosa, mittens super altare; perfusus faciem lachrymarum imbre, supplex & deuotus, flebilisque excepit typicum salutiferi viatici stipem, adjumenta scilicet, viæ. Tunc Comes *Rodulphus* dixit ad eum secretiùs: Domine, quo loco Templi præparabitur sepulchrum tuæ requiei? Respondit: Cadauer tanti sceleris, non requiescet infra aditum hujus Templi, sed ad istud ostium, in stillicidio monasterij: &c. c Eadem referuntur apud prædictum Codic. M.S. Fiscanens. Sed laxiori stylo in hunc modum.

c *Dudo sup. pag. 156. & 157. Gemeticens. lib. 4. cap. 20. Ordericus lib. 3. ad ann. 978. Chronica Cadomens. ann. 996. Walsingham sup. ibid. Westmonasteriens. eod ann. Belforestus lib. 3. Annal. Fràc. cap. 4. eod ann.*

Quomodo Dux Richardus in lecto ægritudinis jacens, filium suum Richardum, hæredem sibi constituit: & Ecclesiam Fiscannensem commendauit.

CAPVT XIX.

III. *Tandem* igitur prolixæ ætatis sancto senio Dux inclytus Richardus, fatigatus, cujusdam ægritudinis ingenti molestia corripitur; & corpore dissoluto, cunctis eliminatis viribus, ad extrema deducitur. Qui dùm ingrauescente molestia, extremam imminere cognosceret horam, Ducatus sui cunctis congregatis proceribus, Richardum filium suum vocauit, rerumque suarum omnium hæredem, & successorem constituit. Fili, inquit, Richarde, mei Ducatus & nominis heredem te & successorem constituo; & sanctæ Trinitatis Fiscanensem Ecclesiam, tuæ strenuitatis tutelæ & administrationi trado, & committo, quatenus meæ intentionis ardens propositum in illa compleas, Canonicorumque sordes & immunditias ab illo

illa excludas & expellas, & sanctorum monachorum, imitatrici Apostolorum, multitudini, sanctam Ecclesiam tradas & committas. Corpus meum intra S. Ecclesiam non tumulabis, sed extra, in stillicidio tecti mihi communem dabis sepulturam: quatenus stillantium guttarum sacro tecto diffluens infusio, abluat jacentis ossa, quæ omnium peccatorum labe fœdauit & maculauit negligens, & neglecta vita mea. Quibus leni & hilari sermone peroratis, sopore velut aggrauaretur leui, expalluit; suoque adepto desiderio, animam suam pane vitæ & intellectus saginandam, æternæque beatitudinis gloria coronandam, rerum omnium potentissimo judici reddidit, emisit, & commisit. Cernens igitur Richardus sancti Patris mortem & absentiam, velut lapis diriguit; lamentisque & clamoribus, totam aulam repleuit. Tandemque receptis viribus, amentis similitudine, super exanime corpus irruit, & diu deosculans, quasi recedentem reuocaret, attonitus laborauit; animi verò virtute, longo post tempore reformatus, procerumque circumstantium consolatione releuatus Richardus, sancti Patris exequias, per multos dies celebrauit; & postremo, juxta jussionem factam, in sanctæ Ecclesiæ stillicidio sepeliuit: atque super sepulchrum Patris, in honore S. *Thomæ* Apostoli, Basilicam ædificauit, & vbi ad honorem Dei, & cognitionem sancti Confessoris, frequenter gloriosa miracula clarescunt, & sepulti Ducis merita, intelligentibus animis enucleatissimè ostendunt.

Quomodo Richardus II. fecit appropriare vsui monachorum Fiscanensem Ecclesiam.

CAPVT XX.

V. *Richardus* igitur filius Richardi, totius Normanniæ Ducatum accipiens, ipso sui Ducatus initio, suos rebellantes Normannos prudenter sustinuit, fœliciter superauit, & paterni jugi consuetudinibus potenter reddidit & supposuit. Quibus repentè ciuium suorum seditionibus mitigatis, circumjacentibusque prouinciis, paternæ probitatis imagine, pacificatis & confœderatis; Dux inclytus Richardus, cœpit clarescere, suarumque virtutum fragrantias exurgentes per mundi partes diuersas effundere & dilatare: suorum quippe antecessorum claritatem & eminentiam incomparabili actuum nobilitate præcellebat & obfuscabat, suisque successoribus viuendi imaginem imitabilem nonnullis compingebat, & proponebat. Totius ferè mundi sanctarum congregationum fraternitatem exigebat: atque acceptæ fraternitatis sanctis congregationibus, per annos singulos, juxta propositam quantitatem, magnæ liberalitatis vectigal, voluntarius exoluebat. Tanta suę deuotionis nimietas fuisse fertur, vt ingressus ciuitatem, non prius egrederetur, quàm totius ciuitatis Ecclesias, ante lucanum circumiret, atque in singulis Ecclesijs, sacras excubias celebraret, & multarum lachrymarum flumina funderet & relinqueret. Vbi, si casu orantes reperiebat, suæ dapsilitatis immenso munere replebat; aduentuque suo indigentes multos, ad nocturnas orationes excitabat, & prouocabat. Cùm Dux inclytus Richardus tantarum, gratiarum fulgenti lampade, mundo penè vniuerso, coruscans, sui patris jussionem gloriosam recoluit, & se recolere; ipsius operis effectu & euidentia comprobauit. Congregatis enim summæ peritiæ operarijs, *Fiscannum* venit, & claustra, officinasque alias, omnesque domos monachorum vsibus congruas, ore proprio limitauit, disposuit, & ædificauit. Cunctis ergò officinis completis, solius aquæ vsus deerat, quam laboriosè circumducens, atque in castrum volutis competentibus subterducens, per turres ipsius Ecclesiæ postremas, in curiam manare, atque per cunctas monasterij officinas, abundanter fecit diffluere. Interea diligenter inuestigabat, & inuestigans inquirebat; cui potissimum juxta S. Benedicti Regulam, & institutionem, disponendam & regendam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis crederet & committeret Ecclesiam. Illo tempore, Beatæ memoriæ *Guillelmus* Abbas summæ Religionis affluentia, totius partes Romani Imperij illustrabat; Abbatumque multorum trepidos animos sui feruoris imagine, reformabat & accendebat. Apprimè enim liberalibus artibus eruditum; atque disciplinis Ecclesiasticis, cunctisque spiritualibus officijs, nihilominus etiam ferè virtutum omnium gratia imbutum, & illuminatum, *Diuionensium* Ecclesiæ B. *Majoli* præposuerat & constitue-

rat Abbatem & magiſtrum. Tanto igitur ac tali viro Dux inclytus Richardus ſuos Legatos direxit, & ſui propoſiti intentionem patefecit; atque vt *Fiſcannenſem* Eccleſiam, juxta B. Benedicti Regulam, diſponeret & erudiret, magnæ humilitatis precibus exorauit. Quibus B. memoriæ *Guillelmus* Abbas primùm reſpondiſſe fertur; Chariſſimi filij, audiuimus Duces Normannos, homines barbaros & truculentos, ſubuertere & non ædificare ſancta Templa; delere & effugare, & non colligere aut nutrire ſpiritualium hominum congregationes ſanctas; quapropter ad Ducem veſtrum redite, & nos hujus rei imparatos omninò reſpondete; cùm & nobis fratribus deducendis deſunt equi, atque ſtipendijs conducendorum fratrum, deſunt clitellarij. Quod reuerſorum Legatorum relatione Dux inclytus comperiens, extimuit, multoſque equos & clitellarios feſtinus præparauit: quos reuertentibus Legatis, B. memoriæ Abbati *Guillelmo* humiliter remiſit. Tunc B. Abbas Ducis importunitatem & perſeuerantiam, atque de importunitate & perſeuerantia compenſans animi voluntatem, & deuotionem iſtam; collecta ſpiritualium fratrum multitudine, maxima, iter arripuit, paucíſque diebus decurſis, æſtuantis Ducis deſiderio ſuam & multorum fratrum præſentiam exhibuit. Quem Dux egregius, totius animi ſinceritate, totiuſque ſinceritatis dilectione ſuſcipiens, velut ſuſcepto Chriſto, alijs amotis ſeruientibus, ipſe proprijs manibus ſeruiuit; medioque breuis temporis interuallo *Fiſcannum* deduxit, & ſanctæ Trinitatis Eccleſiam donauit, & tradidit, eamque donatam & traditam, juxta Regulam S. Benedicti, & inſtitutionem diſponi, & ordinari exorauit. Donauit, inquam, & tradidit Dux egregius Richardus Beatæ memoriæ Abbati *Guillelmo* ſanctæ Trinitatis *Fiſcannenſem* Eccleſiam; Canonicorum carnalium expulit enormem multitudinem, quorum poſſeſſiones Eccleſiæ penitus retinens & reddens, expulſis, & conuerti nolentibus Canonicis, alibi congruam reſtituit compenſationem. Nocte igitur, cujus ſequenti die *Fiſcannenſis* Eccleſia ſpirituales ſuſcepit monachos, carnaleſque expulit Canonicos, ipſis Canonicis Eccleſiæ culmen totum Aquilis videbatur operiri: quibus aquilis ingredientium monachorum theoria & ſpiritualis volatus, ac deinceps protegentium Angelorum deſcenſus & conuerſatio congruè figuratur. Igitur B. & glorioſus Abbas *Guillelmus* ſuſceptam Eccleſiam cœpit gubernare & adminiſtrare, & juxta S. Benedicti inſtitutionem, diſponere & corrigere, atque de diuerſis Prouincijs verè fideles conuocare, & in obſequijs cœleſtibus vnire & confirmare: ſubita igitur conuerſione *Fiſcannenſis* Eccleſiæ cœleſtium virorum ſtudijs feruebat, & flagrabat: & multæ opinationis gloria, circumpoſitas Eccleſias præcellebat & obſcurabat. Faſtigium quippe tantæ celſitudinis ſua momentanea tranſlatione, *Fiſcannenſis* Eccleſia conſequebatur: quatenus ita omnes Galliarum Eccleſias tranſcendens, re & habitu ſummæ Religionis, quemadmodum tranſcendebat verbo & ſpeciali priuilegio ſuæ nuncupationis. Parſimonia & pudicitia, & voluntariæ paupertatis abundantia, *Fiſcannenſis* Eccleſia valdè radiabat, luce virtutum, quarum euidentia latentem ſuæ formæ, cæteris forma pulchritudinem deſignabat; atque contuentium mentibus, ſuæ conuerſationis conſilium inire & imitari, perfectarum argumento virtutum accendebat & prouocabat. Ignorabat illo tempore *Fiſcannenſis* Eccleſia totius proprietatis ſingularitatem, ſoliuſque communitatis cognoſcebat vnitam dilectionem, quæ juxta, diuerſitates indigentium, partes diuerſas diſtribuens, SS. Apoſtolorum renouabat & repræſentabat primitiuam imaginem; quorum igitur bonorum eminenti perſeuerantia Dux Richardus *Fiſcannenſis* Eccleſiæ totus aligabatur, atque vtilitatibus ejuſdem Eccleſiæ, totius prouidentiæ diligentia transferebatur. Adeò enim *Fiſcannenſis* Eccleſiæ illuſtrium virorum regularem vitam, & religionem veram diligebat, & diligens frequentabat, vt totius Ducatus ſui collecta, vt ita dicam, pinguedine cœleſti, Congregationi deſeruiret; atque epulaturis fratribus ſeruientium multitudine frequenter ipſe miniſtraret, tantæque humilitatis completo miniſterio, fratrum omnium vltimus reſideret, & regularium epularum delectabili pabulo refici congauderet.

Quod ſpectat ad illam Canonicorum expulſionem, Monachorumque Benedictinorum in eorum locum ſubſtitutionem: Glaber Rodulphus illius æui ſcriptor, compendioſè illud ſic recitat. *Cùm igitur* fama ſanctitatis illius jam latius deferretur, VI.

ferretur,

ferretur, Normannorum Dux venerabilis illum comperiens Richardus; misit ad eum reuerenter supplicans, vt ad se veniret. Qui tandem libenter, vt rogatus fuerat, pergens, venit ad eum: à quo etiam, sicut decebat, honorificè susceptus est. Cuius sanctissimis, cùm recreatus, vt erat totius boni amator, Dux fuisset alloquiis: obsecrauit illum, vt Ecclesiam sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis nomini & honori dicatam, in loco, *Fiscanensi* cognomento, antiquitùs constructam, à suo tamen patre Richardo, honorificentiùs reformatam, ordine Monachorum suscipiens decoraret. Erat enim illic more viuens carnali, jugo soluta regulari, clericorum leuis conciola. Cernens denique pater *Vvillelmus* illius animi deuotionem; promisit se cum Dei adjutorio, illud quod poscebat impleturum. Qui pariter venientes ad prædictum locum satis sublime, ac solemniter commisit ei isdem Dux, cùm aliquibus Episcopis, dominium, & curam regiminis totius loci: tum vir Domini congregauit ibidem Monachorum regularem cateruam: ita videlicet personis numerosam, ac bonorum studijs copiosam, vt triplici sui numero præteritorum numerum excelleret Clericorum. Quòd cernens jam dictus Princeps: multorum donorum, ac possessionum, largitionibus ampliauit locum. Monuit etiam tam Abbatem quàm cæteros fratres sæpius: vt ab illo peterent, quicquid suorum vtilitati expedire nossent: vtpotè quoniam de hac re secundum velle prouenerat ei & posse. d

d *Glaber cap. 10. vitæ B. Vvillelmi. Abbat. Fiscanens. Petrus Rouerius in Illustration. Historiæ Monasterij Reomaens. Annotat. 112. Ibidem. Robertus à Monte sup.*

VII. Eadem confirmat chronicon S. Benigni; nonnulla addens notatu digna, in hunc modum. *Audita* viri Dei fama nobilissimus Normannorum Comes, Richardus, misit ad eum reuerenter, supplicans, vt ad se veniret; qui tandem libenter, vt rogatus fuerat, venit ad eum, à quo, sicut decebat, honorificè susceptus est: multisque eius precibus exoratus est, vt Ecclesiam sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis nomini & honori dicatam, in loco, qui *Fiscannus* dicitur, olim constructam, & à se in ampliorem statum decenter reformatam, susciperet, atque Monachorum collegio decoraret. Cuius precibus annuens, ita præfatum locum omnibus religiosis studijs, cæterisque bonorum copiis adornauit; vt præ cunctis illius Prouinciæ locis, fœlicibus semper floreat incrementis, in quo loco multi conuenerunt nobiles viri, tam clerici, quàm Laici, eius doctrinis cupientes instrui. Inter quos Osmundus Episcopus, sanctæ & religiosæ vitæ extitit Monachus: duo quoque clerici liberalibus artibus apprimè eruditi, aula Regis postposita Vvillelmum patrem expetierunt mente deuota. Vnus eorum vocabatur *Lecolinus*: alter, *Berugerius*. E quibus prior postmodum Abbas extitit: sequens in eodem loco vitæ finem accepit. De transmarinis etiam partibus, hoc est Anglorum terra, vir quidam nobilis, Regali prosapia clarus, *Clemens*, nomine, relictis sæculi pompis, ad idem Monasterium venit, Deo inibi cupiens militare, sed cùm ab hominibus ex sua patria aduentantibus crebrò inuiseretur, magis cupiens Deo seruire cum quiete, quàm vanitates mundi frequenter audire: Diuionense expetiuit cœnobium, vbi laudabilis vitæ compleuit cursum. Fuit itaque secundum Etymologiam sui nominis *Clemens* animo, omnibus virtutibus adornatus; præcipuè humilitate se tam abjectum & vilem asserebat, vt cùm sacerdotij gradu fungeretur: nunquàm in omni vita sua, nisi semel, ad hoc ministerium accedere præsumpserit. e

e *Chronicon S. Benigni Diuionens. lib. 2. Vit. B. Vvillelmi Abbat. cap. 8. Apud Rouerium. sup. Antonius Yepes. sup. Antiquitates MSS. Normaniæ. pag. 225*

VIII Vnum penè omiseram, quod de *Ethelredo*, Rege Anglo, refertur dùm ad Richardum 2. Normanniæ Ducem illic perrexisset: *Anno Henrici* II. Imperatoris 19. *Ethelredus*, quidam nomine, Danos fugiens, venit Normanniam, ad *Richardum*, fratrem vxoris suæ *Emmæ*, filium Richardi Ducis, qui cœnobium Fiscanense, quod pater suus inchoauerat, perfecit. Hic noctibus custodias famulorum fallens, ad matutinas Monachorum ibat, genua flectens in oratione, vsque ad lucem. Quadam nocte sic faciens, ostium Monasterij inuenit obseratum, qui excusso violenter pessulo, soporem Sacristæ turbauit; qui surgens à somno, & videns eum plebeio amictu vestitum, in capillos inuolat, & multos colaphos intulit. Ille incredibili patientia, nec responsum ei dedit. Postera die in capitulo querelam deposuit, & Monachum illum ad vicum *Argennas* sibi præcepit occurrere, minitans se sic vindicare, quòd tota de hoc Gallia loqueretur. Die dicto Monachus, à iudicibus adjudicatus est: quem ille mox absoluit, & vicum eundem, qui optimi vini ferax est, officio Sacristæ addixit: pronuntians eum optimum esse

Monachum; qui benè custodiens munus iniunctum, nec etiam iratus silentium fregit.[f]

[f] Vincentius Belnacens. lib. 25. specul. Histor. cap. 13. Speculum Magnum Exemplor. Distinct. 9. Exempl. 47.

Priuilegia varia obtenta; pro exemptione Ecclesiæ Fiscanens. tum à Metropolitano, & Episcopis Prouinciæ: tum à summo Pontifice: per B. Guillelmum Abbatem: & Richardum 2. Ducem: qui suo amplissimo diplomate confirmat, data à se & alijs cuncta bona, eidem Abbatiæ.

CAPVT VI.

CVM igitur, Fiscannense cœnobium Regularibus disciplinis communitum, Monasticæ radiis obseruantiæ vbique, ob B. Vvillelmi Abbatis reformationem, admodum fulgeret: I.
studuit etiam optimus Princeps Richardus 2. Illud donis ditare amplissimis, & variis cohonestare priuilegijs: qua de re Codicis Antiq. MS. verba audiamus.

Codex MS. veins Abbat. Fiscanens. Cœnalis. Tom. 2. Hierarchia Neustriæ in Episcopo 14. Abrincens.

De libertate Fiscannens. Ecclesiæ Monasterij; vel quomodo Dux absoluit ab omni Episcoporum Iugo.

CAPVT XXI.

Sensit igitur Dux inclytus quorumdam clericorum corrosiones & detractiones præsagijque cuiusdam futuras aduersitates, quos, ob Ducis nimiam charitatem, & sanctæ Ecclesiæ maximam Religionem, inuidiæ morbus infecerat, infectosque crudeli intestini liuoris molestia cruciabat. Horum ergò detrahentium maleuolentiam Dux comperiens, clericorumque præsumptiones superbas, & præsumentes superbias cognoscens, totius Normaniæ Episcopos, & viros nobiles, festinus Fiscannum conuocauit, & Fiscannens. sanctæ Trinitatis Ecclesiam, ab omni Episcoporum Iugo, & consuetudine, iusta, vel iniusta, eripuit & liberauit. Hanc autem libertatem Rothomagensis Archiepiscopus fecit, & fieri voluit: atque alias quatuordecim Ecclesias, ob patris sui memoriam, & fratris, præsentis jussionem, ac voluntatem, ab omni Episcopali consuetudine, & exactione, absoluit & liberauit: donatæ libertatis chartam Archiepiscopus, aliique Episcopi, signo & consensu corroborauerunt, atque corroboratam virorum nobilium adstipulationibus tradiderunt. Cupiens ergo Dux prouidus sanctam Ecclesiam modis omnibus confirmare & præmunire, *Robertum* Regem, & multos Galliarum proceres, *Fiscannum* accersiuit; atque Regali Carta & authoritate, suorumque æqualium consensu, & adstipulatione, ab omni Episcoporum jugo & consuetudine *Fiscannens.* Ecclesiam eripuit & liberauit, & suam suorumque nobilium cartam & ordinationem firmauit & corroborauit: *Hoc autem* fuit assensu tam Archiepiscopi Metropolitani, quàm omnium Episcoporum totius Prouinciæ: vti supra cap. 4. in fine, videre est, in priuilegio Richardi 1. Ducis Normân.

Quomodo Guillelmus Abbas Romam perrexit jussu Ducis: & quomodo priuilegia à Domino Papa obtinuit.

CAPVT XXII.

Ecclesiæ igitur *Fiscannens.* constitutæ libertati Dux Richardus congratulans, fu- II.
turamque perennem mentis viuacitate discutiens, Beatæ memoriæ *Guillelmum* Abbatem compellauit, suæque Legationis injuncto officio, ad Romanæ sedis Apostolicam authoritatem, multis onustum xenijs direxit. Confecto itaque itinere,

nere, Abbas *Guillelmus* Romam peruenit, & piæ memoriæ Papæ *Benedicto*, aduentus sui rationem, & mittentis Ducis voluntatem aperuit, & factæ Cartæ confirmationem, & Apostolici priuilegij authoritatem, magnæ humilitatis oratione congrua, postulauit. Papa igitur *Benedictus*, Ducis diligentiam admirans, & suscepti amici præsentiæ summam excellentiam, priuilegia postulata confirmauit, & voluntarius tradidit, & Fiscannens. sanctæ Trinitatis Ecclesiam ab omni Episcoporum jugo, subjectione, & consuetudine, liberans & eripiens, sub solius Romanæ Ecclesiæ gubernatione & patrocinio constituit & suscepit. Constituit, inquam, *Fiscannens.* soli Romanæ Ecclesiæ subjacere; atque ab omni aliarum Ecclesiarum potestate immunem, & absolutam, & omninò liberam, forma *Cluniacensis* Monasterij permanente. Acceptis igitur Apostolicæ authoritatis exquisitis priuilegijs, Beatæ memoriæ *Guillelmus* Abbas festino cursu Normaniam remeauit, & Ducis Richardi desiderio suæ voluntatis effectum, injunctæque Legationis officium fœliciter consummatum, enucleauit & ostendit. Vnde Dux ineffabiliter exhilaratus, Trino & vni Deo gratias totius intensionis feruore reddidit; qui Ecclesiam, quam Richardus Pater fundauerat, atque ipse Patris Richardi rogatu & jussione compleuerat, ac ordinauerat, Diuinæ prouidentiæ arcano consilio, tantarum personarum conuenientia, ab omnium hominum jugo & prælatione, absoluebat & liberabat. Magnis deindè xenijs suum dilectissimum Abbatem *Guillelmum* honorauit, honoratumque sanctæ Trinitatis Ecclesiæ *Fiscannensis* remisit: iterum atque iterum enixius exorans, quatinus commissæ Ecclesiæ, juxta cœpti Ordinis religionem, custodiret, & custodiendo perficeret, ac confirmaret. Cujus sanctas preces sanctarum-ve precum nimias humilitates, Beatus Abbas, velut oracula Dei suscipiens, Fiscannum intrauit, & per multorum annorum vertiginem, vsque ad Ducatum Hierosolymitæ *Roberti Fiscannensem* Ecclesiam rexit, subjectosque suos verbo & exemplo succendit & reformauit ad imaginem & similitudinem, honorem & gloriam Dei omnipotentis: qui viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ioannes Rouerd Tract. de Priuilegijs & Exemptionibus cap. 4. §. 23. & 25. Item ad calcem libri in Catalogo Ecclesiar. Galliæ exemptarum.

III. De peregrinatione B. *Vuillelmi* ad limina Apostolorum inuisenda; scribunt *Glaber*, & chronicon S. Benigni. [a] Verùm, cùm sæpius in Italiam profectus sit, Romamque pluries adierit, perplex & subobscurum continuò videretur, quonam tempore illud iter esset aggressus, pro rebus hujusmodi Fiscannensibus: nisi superioris Codicis MS. Fiscanens. narratio, signanter expressisset, nomen summi Pontificis, tunc sedem Apostolicam gubernantis, nimirum. *Benedicti*, qui est, 8. sedebat quippe ann. 1012. juxta omnium sententiam: quare ab eo anno 1012. nihil occurrit; quod dissuadeat eum in Italia fuisse: teste Petro *Rouerio*. [b]

a Glaber lib. 1. vitæ B. Vuillelmi Abbat. cap. 13. Chronicon S. Benigni Diuionens. lib. 2 Ibid. cap. 4. Rouerius in Illustra. Histor. Monasterij S. Ioannis Reomaens. annotat. 125. b Rouerius ibid.

IV. His adjecit Dux Richardus II. Diploma priuilegij amplissimi, confirmationem continens, fundationis præsentis Abbatiæ Fiscanens. omniumque donorum, ac bonorum à se huic eidem pia munificentia collatorum: ad perpetuam rei memoriam cujus exemplar hic libens appono.

„Propitia Diuinæ gratiæ Clementia, Ego *Richardus* Normanorum Dux, omnibus Christi fidelibus, toto orbe terrarum, longè latéque diffusis. Quanta Christianæ fidei cultoribus, erga Omnipotentis obsequia, pro spe æternæ remunerationis, debeat esse deuotio, docemur; non solùm Euangelicis, verùm etiam singulis quibusque Diuinæ scripturæ paginis, fermentum spiritalis doctrinæ subministrantibus nobis: quibus etiam cœlestis nos sapientia, quæ Deus est, in tantum ad plenius cognoscendum prudentiæ viam, piè erudire non desistit, in quantum nostræ fragilitatis naturam à se nihil id muneris habere cognoscit. Vnde ne quid nostræ salutis perfectioni desit, cuncta sibi placita hic nobis mandare non cessat, eisque nos obedire, vel aliquando ad hoc expectat; quatinus obedientiæ via, nos quandoque ad paradisi sedes reducat, quos inobedientiæ diuortium, infernali quondam reuinxit cathena. Ergo tantis Diuinæ pietatis monitis, non solùm corporis, sed etiam cordis aures, vt obtemperemus, accommodare oportet: sicut ex ipsa sanctorum Euangeliorum voce, ipso Domino attestante, docemur, qui aures corporis habentibus aliquando ita est locutus: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Qua Domini voce dulcissima, commonitus, Ego, secundus nominis mei Normannorum Dux *Richardus*, eaque necessitate

Digitized by Google

„ compulſus, qua plus cæteris ſæculi curis intentus, plus omnibus me grauari, in-
„ dè obortis ſentiebam ſceleribus, ſi Deus quando otium concederet, intenſiſſimè
„ aures cordis diuinis accommodare cœpi, monitis, ſimul domini implorans cle-
„ mentiam; vt quamtulamcumque mandati ſui particulam, mihi opere complere
„ concederet, cujus obedientia me à peccatis, quibus ſatis ſemper timui, eriperet.
„ Cui ſtudio cùm auidè inſiſterem, audiui ipſum Dominum beata Euangeliorum
„ voce, dicentem: *Date eleemoſynam, & ecce omnia ſunt munda vobis*, Pſalmogra-
„ phum quoque illum Dauid concinnantem: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia eius*
„ *manet in ſæculum ſæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.* Hacitaque ſubnixus ſpe, vt
„ Domini miſericordia mihi ſuper his indulgeret, quæ in me, & carnalis fragili-
„ tatis, & ſæcularis ſolertiæ, culpa contraxerat, ſummam, ergà Diuini cultus
„ obſequia, adhibui animi diligentiam; & præcipuè, vt ordinarem Eccleſiaſticis
„ monaſterium, quod genitoris mei induſtria conſtruxit in honorem ſummæ & in-
„ diuiduæ Trinitatis, in loco, qui *Fiſcannus* dicitur: & vt ei tunc ſatis viſum eſt,
„ ditauit villis ac familijs, ad ſupplementum ſeruorum Dei, ibidem ipſi ſeruien-
„ tium. Nam completo ipſe genitor meus ædificiorum faſtigio, juxta humanæ
„ conditionis communem legem, hominem exuit: cujus ego, Dei gratia hæres,
„ & honoris, & hujus pijſſimi laboris, ſummo ſtudio & auiditate, vt ipſe diſpo-
„ ſuerat, votis libenter annuerem, feſtinus ordinaui in jam dicto monaſterio pau-
„ peres Chriſti, ad ſeruiendum ipſi; committens illud Beatæ memoriæ Abbati
„ *Guillelmo*, qui vita & moribus, doctrina quoque, tanti officij dignus ſemper in-
„ uentus eſt miniſter, humilitatis & patientiæ ſpeculum, non ſolum ſuis exiſtens,
„ verum etiam mundo. Qui ſuſcepto regiminis loco decenter & ordinatè, pro vt
„ ego ſemper optaueram, inſtituta Pij Patris *Benedicti*, in eo monaſterio ſeruanda
„ inſtituit. Vnde ego majori ſuccenſus deuotionis ardore, concedo, pro animæ
„ meæ remedio, genitoris quoque vel genitricis, & conjugis meæ, quæ *Iudith* di-
„ cta eſt, & vniuerſæ prolis mihi à Deo conceſſæ, ad ſupplementum victus ſeruo-
„ rum Dei, in præfato monaſterio ipſi ſeruientium, ſubnotata prædia & poſſeſ-
„ ſiones; conceſſis his, quæ à genitore meo, ipſis ante collata fuerant, id eſt.
„ *Amande villam*, cùm omnibus appenditijs, cum Eccleſiis, & quicquid ad eam V.
pertinet, cum integritate. *Argentias*, cum Eccleſia, terris, cultis & incultis, pra-
tis, vineis, ſyluis, molendinis, aquis, aquarum-ve decurſibus. Portus maris de
Stigue vſque ad *Leregant*: & quicquid ad ipſos pertinet. Villam, quæ vocatur
Bretenuilles. Limpi villam, cum Eccleſia & ſylua, quæ dicitur *Berhardi-vallis. Oerin-*
uillam, cum Eccleſia & molendinis. *Maſnile*, quod dicitur *Vvineluilla*; Eccle-
ſiam de *Formont villa*; & quinque hoſpitia. Villam, quæ dicitur *Sancti Ricarij*, cum
„ Eccleſia. *Conte villam*, cum integritate. Eccleſiam, quæ eſt in villa, quæ dicitur
„ *Pallueллus*. *Maſnillè*, quod dicitur, *Ioannis-villa*; Et aliud, quod dicitur *Berteruille*.
„ *Ingoliuillam*, cum Eccleſia. Villam, quæ dicitur *Sancti Valerici*, cum Eccleſia.
„ Eccleſiam de villa, quæ dicitur *Eſletetot*, cum terra ad eam pertinente, & duo-
„ bus hoſpitibus. Eccleſiam de *Manuvilla*, cum terra ad eam pertinente, & tribus
„ hoſpitijs. In *Dano*, Eccleſias duas; & vnam Capellam, & quinque hoſpitia, cum
„ terra arabili. Hæc ſunt, quæ genitor meus ſeruis Dei in prænotato loco, ſibi ſer-
„ uientibus ad ſupplementum victus conceſſit.
„ His ego, vt ſuprà notatum eſt, ad augmentum ſtipendiorum ſeruorum Dei, VI.
„ Addo & Concedo Monaſterium in honorem S. Mariæ, quod dicitur *Villare*,[c] &
„ quicquid ad ipſum pertinet cum integritate. Item, Abbatiam *S. Geruaſij*,[d] quæ eſt
„ juxta ciuitatem *Rothomagum*; & quicquid ad ipſam pertinet. Item, *Treuerdum*; &
„ quicquid ad ipſum pertinet, cum integritate. Item, in ipſo loco *Fiſcanni*, tertiam
„ partem hoſpitiorum, cum terra arabili, quæ ad ipſam tertiam partem pertinet.
„ Partem quoque ſyluæ, à loco, qui dicitur, *Fuſtes plantati*, vſque ad mare. Telo-
„ neum ipſius villæ totum, & pratorum partem aliquam, molendines tres, & di-
„ midium: ſyluam, quæ dicitur *Extendals*. Apud villam, quæ dicitur *Butellas*,
„ hoſpitia duo, & tertiam partem piſcatoris, quæ pertinet ad areas, & duas ſali-
„ nas, & terram arabilem, cum pratis. Apud *Haroſtutum*, hoſpitia ſex, & ſexagin-
„ ta penſas ſalis, & decimas ſalinarum de *Huluedala*, & de prato acras quatuor,
„ & de terra arrabili acras viginti quatuor, & partem aliquam ſyluæ. Villam, quæ
dicitur,

c Gallicè Montiuilliers Monaſterium Virginum Diœceſ. Rothomagenſ.
d Hunc Prioratus.

„ dicitur, *Vnella*, cum Ecclesia & molendinis quinque & dimidio. Ecclesiam, quæ „ dicitur *Blossa*, & de terra arrabili, in eadem villa, acras sexaginta. Medietatem „ Ecclesiæ de *Huldetot*; & totam terram, cum sylua, quam ibi Germundus tenuit. „ In *Longauilla* de vineis arpentos, duodecim. In villa, quæ dicitur *Dunes*, Eccle- „ siam cum appenditijs suis, & hospitia duo. Masnile, quod dicitur, *Sancta Colum-* „ *ba*, cum integritate. *Huldeboldi villam*, cum integritate. Masnile, quod dicitur, „ *Fontana Berengerij*, cum integritate; Molendinos duos, in villa, quæ dicitur *Lo-* „ *uers*. Item, Ecclesiam quæ dicitur *S. Stephani*, & quidquid ad eam pertinet. „ Ecclesiam de villa, quæ dicitur *Portus gaudij*, & hospitia duo. Ecclesiam S. Satur- „ nini, de *Villa*; *quæ dicitur*, *Nouilla*, & hospitium vnum. Ecclesiam, quæ est in „ villa, quæ dicitur, *Pausa*; & terram, quam tenuit *Rogerius* cum integritate. „ Item, in villa, quæ dicitur, *Rodolium*, Ecclesiam, in honorem S. Mariæ, & „ quicquid ad eam pertinet, cum integritate. Ecclesiam de *Vincardiuilla*, cum ho- „ spitio vno. Item, in fluuio *Sequanæ* piscatoriam, quæ dicitur *Venna sancti Leuth-* „ *fridi*: & in eodem fluuio tractus piscatorios, à loco, qui dicitur, *Batfaldus*, vsque „ ad eum locum, qui dicitur, *Ioseph Sartum*, cum fossatis piscatorijs tribus: & in „ loco, qui dicitur, *Stindta*, tractum piscatorium vnum, cum fossatis quatuor, „ similiter piscatorijs. Item, in fluuio, qui dicitur, *Authura*, in loco dicto, *Hasdans*, „ tractus piscatorios cum aliquibus hospitiis. Item, super fluuium, qui dicitur, „ *Risla*, apud *Pontem-Haldemari*, piscatariam vnam. Item, propè ciuitatem *Rotho-* „ *magum*, in loco qui dicitur, *Fossa de Prato*, acras septem. Et de Prato, qui dicitur, „ *Pipinus*, acras duas. Item, Ecclesiam villæ, quæ dicitur, *Ioisiacus*: cum duobus „ hospitijs. Ecclesiam villæ, quæ dicitur, *Barentinus*, cum duobus hospitijs: & „ acram molendini vnam: aquamque villæ totam, à *Gordo de Pauliaco* vsque ad fa- „ gum *Comitissæ*. Villam quoque, quæ dicitur *Campella*, cum sylua, quæ est à valle „ *Carbonaria*, vsque ad valem *Villaris*, & Ecclesiam de *Stoeauilla*, cum hospitio vno. „ Item, super *Sequanam* fluuium, villam quæ dicitur *Aysiacus*; & Eam, quæ dicitur, „ *Sancta Crux*, & quicquid ibi *Strotiacus* tenuit, & *Heldechiuillam*, supra mare, & „ quicquid ad eam pertinet. Ecclesiam villæ, quæ dicitur, *Bures*, cum omnibus, „ quæ ad eam pertinent. Ecclesiam de villa, quæ dicitur, *Vlmedis*; & quicquid ad „ eam pertinet. Ecclesiam villæ, quæ dicitur, *Magnitrudis*. Ecclesiam sanctæ Ma- „ riæ, quæ dicitur, *Vaslus*, cum omnibus appenditijs suis: & syluam, quæ est inter „ duas aquas. e Masnile, quod dicitur *Almaniscus*, cum Ecclesia, & omnibus eius „ pertinentijs. In *Barberis* & Anis, quicquid iure hereditario, *Emelina*, vxor *Hu-* „ *gonis de Bures*, *tenere videbatur*. Concedo etiam apud *Argentias*, mercatum foren- „ se, per singulas anni hebdomadas; & planam syluam ex *Integro*; pro commuta- „ tiones, quæ est sita in ciuitate *Rothomago*, supra portam *S. Clementis*. Concedo „ etiam decimas monetæ nostræ ex integro: & decimas nostræ Cameræ, videlicet, „ de omnibus, quæcumque mihi, alicujus rei seruitio, dabuntur, videlicet: aut „ emptarum terrarum, aut Emendarum, aut cujuslibetcumque negotij, siue dono „ muneris gratis dato; excepto fiscali censu, aut exceptis his, quæ coustumas an- „ tiquitus dicant. Do & decimas Telonij de Burgo, qui dicitur. *Cadomus*; & vnum „ hospitium: & ad pontem *Diuæ*, hospitium vnum; liberos omnibus nostris „ obsequijs.

e Gallicè Almenesches, monasterium Virgin. Diœces. Sagiens.

VII. „ Hæc omnia, pro amore patris cœlestis, ad vsus seruorum Dei, concedo an- „ nuentibus filijs Richardo, atque Roberto; vt habeant, teneant, possideant, „ absque vlla inquietatione cujuslibet sæcularis, vel judicariæ potestatis, sicuti res „ ad fiscum Dominicum pertinentes. Et ne alius occasionis aditus pateat futuris „ hæredibus, vel nomine illorum, qui ob amorem Dei, cui specialiter hic locus „ dicatus est, & pro animarum suarum remedio, aliqua contulerunt: placuit sub- „ ter annectere, & nostræ authoritatis adstipulatione firmare, ea, quę fideliter, „ communi nostro, aut precariò, vel beneficijs, quæ nostri juris erant, vel de „ hæreditatibus, quas paterno jure possidebant, concessere: additis ipsorum no- „ minibus, id est. Ecclesiam de villa, quæ dicitur *Mesnila*, quam dedit *Rodolphus* „ Comes. Concedimus quoque terram, quam dedit *Odo*, filius *Gislberti Episcopi*, „ id est, Masnile, quod dicitur *Sancti Melanij*, cum Ecclesia. Ecclesiam de *Bulla* „ *villa*, ex integro. Eam partem, quam tenebat ipse in eadem villa: pro reliquo

,, commutauimus à filiis *Sperlengi*, terram *Turuillæ*, cum Ecclesia: & aliam, id est, ,, *Spronuilla*, cum Ecclesia, & quicquid ad eas pertinent: & quod tenebant, quæ ,, dicitur *Auri Marchasium*. Addimus etiam, quod dedit *Odo*, filius Goffredi, id est, ,, medietatem villæ, quæ dicitur, *Ria*, reliquo commutato; pro quo accepimus ,, *Gasani villam*, cum Ecclesia, molendinis, & omnibus pertinentijs: & Masnile, ,, quod dicitur *Sonevilla*, ex integro, cum Ecclesia. Addimus quoque illa, quæ ,, dedit *Ansgottus*, id est, partem, quam tenebat in villa, quæ dicitur *Belnai*, cum ,, sylna, & molendino vno: & quicquid tenebat in villa, quæ dicitur *Butetot* & in ,, *Bramatot*, hospitium vnum. Adjungimus etiam Ecclesiam vnam de *Hurnilla*, ,, quam dedit *Rodulphus*, noster fidelis, cum terræ arabilis aliqua parte. Addimus ,, etiam ea, quæ dedit *Godefredus*, id est totum, quod teneto videbatur, in villa, ,, quæ dicitur *Amblida*, cum duobus molendinis, & quatuor acras prati, quas dedit ,, *Berengerius*. Adjungimus quoque id quod dedit *Petra*, vxor *Rainoldi*, qui dictus ,, est *Vadardus*, id est, totam partem suam, quam tenebat, in villa, quæ dicitur, ,, *Airam*, & in omnibus appenditiis eius, & in Ecclesia. Hæc omnia quasi à nobis ,, data ascribimus & confirmamus.

,, Hoc igitur Donationis præcepto, in Ecclesiasticum jus, ad supplementum VIII ,, victus seruorum Dei, in supradicto loco ipsi seruientium, transfundo res pro- ,, prietatis meæ; & à meis eas vsibus abstrahens, in vsus pauperum Christi, ea de- ,, uotione & spe, transcribo; qua, juxta Dominicum verbum; *Danti eleemosynam* ,, *omnia munda esse credo*; quatenus ea justitia mihi in sæculum sæculi maneat, vt ag- ,, mine sanctorum vel vltimus inueniar. Peto ergo illorum magnitudinem, quos ,, Deus, post me, sublimauerit honore, cui, eo authore præsideo; vt sicut authori- ,, tatis suæ scripta, vel donaria, inuiolata manere voluerint, ita humilitatis meæ ,, chartam, inconvulsam, & inuiolatam manere permittant: nec aliquid huic con- ,, cessioni demant, si eis addere sua minimè monuerit pia voluntas. Si verò aliquis ,, contra eam, audaci temeritate, aliquid conatus fuerit, in primis iram Dei om- ,, nipotentis incurrat, & coactus, auri libras centum, ad fiscum Dominicum per- ,, soluat: vt confusus discat, improborum temeritate non esse violanda, quæ, ob ,, amorem Dei, majorum statuerit authoritas. Hæc autem præcepti cessio, vt om- ,, ni tempore firma maneat, manu nostra, & sigillo subnotamus: & filijs, & fide- ,, libus nostris firmandam tradimus. Actum Fiscanni publicè.

Signum Northmannorum Ducis *Richardi*.
Signum *Roberti*, Archiepiscopi.
Ego tertius *Richardus* hoc signo confirmo.
Ego *Robertus*, hoc signo confirmo.
Hoc ego *Richardus*, signum Crucis faciendo, hujus donationis meæ Chartam confirmo, stabilio, approbo.

Ego *Maugisus*, Episcopus subscripsi.
Ego *Hugo* Ebroicēsis Episc. subscripsi.
Hugo, Episcopus Bajocensis subcripsi.
Signum *Richardi*, filij Gilberti.
Signum *Nigelli*, vicecomitis.
Hugo Cācellarius scripsit & subscripsit.
Signum *Torstingi*, vicè-comitis.

Data mense Augusto, consi..entibus nobis Fiscanni Palatio, anno ab Incarnatione Domini 1027. *indictione Octaua*, *regnante* Roberto Rege, *anno* 36.

Non me latet, ex incuria Amanuensis mendum illic irrepsisse: quare pro ann. Christi: MXXVII. reponendus est, ann. MXXVI. Indictione IX. non IIX. (qua de re *Baronius* ad ann. 562. §. V. & VI. Item ann. 1071. §. IV.) Regnante *Roberto*, Rege Franc. ann. 36. ab eius coronatione in Regem, Aurelijs, viuentes ac volente patre: sicque nubilum omne diffugit, redit serenum.

Quantum verò attinet, ad præfatam Richardi II. Ducis confirmationem, in fa- IX. uorem Fiscannensis Abbatiæ factam: vltro fatentur Authores, ipsum propterea præcipuum extitisse hujusmodi cœnobij benefactorem, & veluti secūdarium fundatorem, ac restauratorem: quippe, cui largissimas possessiones contulerit. Baroniam *Argentiarum*, dono dederit, & multis honoribus ac diuitijs copiosè ampliatū, mirabiliter auxerit, & defensauerit. [f] Cujusquidem Principis verè pij ac liberalis illud insigne exemplar addam, ex fragmento vetusti codic. ,, *Hic Comes*, (inquit) ,, multum ampliauit terris & ornamentis Ecclesiam Fiscanni, quam pater suus pri- ,, mus Richardus ædificauerat. Ibi etiam erat solitus ferè omni tempore, suam cu- ,, riam in solemnitate Paschāli tenere: & aliquando in ipsa solemnitate solebat vnā

[f] *Gemeticens. lib.* 7. *cap.* 22. *Ordericus lib.* 4. *ad ann.* 1074. & *lib.* 5. *ad ann.* 1080. *Malmsburiensis lib.* 2. *cap.* 10. *Continuator. Histor.*

Tinam

„ Tinam, plenam Textis & thuribulis, & candelabris, & quibuſdam alijs orna-
„ mentis, & coopertam quodam pallio optimo, ipſe & vxor ſua ante altare S.
„ Trinitatis, portare, ipſamque pro ſuis peccatis Deo ibi offerre. Ipſa verò die,
„ poſt Miſſas, antequam ad curiam ſuam rediret, atq; cum Baronibus comederet,
„ veniebat cum duobus filijs ſuis Richardo & Roberto; in refectorium monacho-
„ rum: & prædicti pueri afferentes de feneſtra coquinæ ſcutellas, ſicut ſolebant
„ monachi facere, porrigebant patri ſuo, & ipſe per ſeipſum prima fercula ante
„ Abbatem, & poſtea ante monachos, ponebat. Quod cùm egiſſet cum magna
„ humilitate, veniebat ante Abbatem; & ſic ab eo accepta licentia, lætus & gau-
„ dens ibat ad curiam ſuam. Aliquando verò mittebat de menſa ſua Abbati ſcu-
„ tellam argenteam, plenam piſcibus; & mandabat ei, vt eam retineret, atque
„ indè ſuam voluntatem faceret. [g] Sic & chronica chronicarum part. 2. fol. 21. in Richardo 2. Duce Normann. *Readificare* fecit Abbatiam S. Vvandregeſili in
„ Calteníi agro; accreuitque *Fiſcannenſem* Baronijs & Feudis; impetrauit etiam à
„ Papa, quod exemptæ eſſent à ſpiritualitate Rothomagenſis Archiepiſcopi: &
„ obtinuit vt Abbas *Fiſcannenſis* Mitram deferret, veluti Epiſcopus. Quæ omnia alij confirmant: ſed fallitur *Quercetanus*, ea Roberto 3. Duci attribuens: [h] & Antonius *Teppes*, Richardo 3. Duci ipſamet aſſignans. Tom. 2. Chronic. S. Benedicti, ſup.

Anglor. lib. 2. cap. 29. Corrozetus lib. 5. Titul. 29. Theſaur. Hiſtor. Franc. Yeppes Tom. 2. Chronic. Bened. Ilin. Centur. 2. ad ann. 659. cap. 2. Robertus à Monte, ſup.

g Extat in Additamentis ad Hiſtoriã Normannor. Gemeticenſis, in fin.
h Quercetanus lib. 7 Antiquit. Franc. cap. 6.

Reliquum vitæ B. Guillelmi, Abbatis primi Fiſcannenſis: ſub Ducibus Normanniæ, Richardo 2. & Richardo 3. ac Roberto 1. cujus tempore, mortem ſanctiſſimè obiuit: Fiſcani ſepultus: miraculis in vita & poſt obitum clarus: cujus ſacræ Reliquiæ nouiſſimè repertæ, ingenti veneratione coluntur, & exquiruntur.

CAPVT VII.

I. IN Confeſſo eſt, apud probos Authores, B. Guillelmum, natione Italum, (Diuionenſem tamen nuncupatum, eo quòd S. Benigni Diuionenſis prius Abbas extiterit) à Richardo 2. Normanorum Duce, obnixè rogatum, Fiſcannum veniſſe, illicque primi Abbatis officio functum fuiſſe, exactis indè Canonicis, qui vſque tunc temporis id cœnobium incoluerint circa ann. 1000. *Primus enim* (ait Ordericus). *Guillelmus* Diuionenſis idem cœnobium ſub Richardo Duce, ſolerter & religiosè inſtruxit. [a] quiquidem Dux Richardus 2. in fata conceſſit ann. 1026. [b] Duxerat in vxorem, *Iudith*, ſororem *Goiffredi*, Britannorum Comitis: *De qua profluentibus annis tres filios genuit*: *Richardum ſiquidem, atque Robertum, & Vvillelmum, apud Fiſcannum monachili vellere in adoleſcentia functum.* [c] Parum enim illi erat iſtud cœnobium maximis ditare bonis ampliſſimiſque decorare priuilegiis, niſi & filium monachum daret; qui tamen amantiſſimum patrem haud ſuperuixit; cùm è vita exceſſerit ann. 1025. [d] vterque autem moriens, ſcilicet pater & filius, Fiſcani ſepulturam nacti ſunt juxta Richardum, 1. Ducem.

II. His ſucceſſit Richardus 3. præfati Richardi 2. filius; qui vix anno vno, & dimidio, Ducatu potitus, obijt: quare Robertus, frater eius, Normaniæ principatum ſuſcepit, circa ann. 1028. [e] pietatis autem auitæque Religionis æmulator, haud ſegniter operam dedit, pro inſtauranda, conſeruanda; atque amplificanda Regulari obſeruantia inter Monachos cœnobiorum ſuæ Prouinciæ tunc illuſtriorum: quorum ſic meminit præſul Arboretanus. *Anno Domini 1200. cœperunt etiam Religiones S. Trinitatis, Fiſcanni, S. Audoeni, in ſuburbio Rothomagenſi, vel potius*

a Ordericus lib. 11 ad ann. 1107. Chronicon. MS. Rothomag. ann. 1001
b Gemeticenſis ſup. lib. 5. cap. 17. Ordericus lib. 3. ann. 1030. Chronicon Cadomenſ. 1026
c Gemeticenſis cap. 13. ſup. Valſinghami, in Ypodigmat Neuſtriæ. 1025. Chronica Chronicarum part. 2. in Duce Richard. 2. Norman. Belforeſtius lib. 3. Annal. Franc. cap. 18. Robertus à Monte ann. 1006.
d Chronicon Cadomenſ. & Goſtuneſ. ann. 1025. Vuion. lib. 4. ligni vitæ cap. 55.
e Ordericus lib. 3. ſup. Gemeticenſis. cap. 17. ſup. & lib. 6. cap. 1. & 3.

cœnobium, quòd ipſe aliquantis redditibus ampliatum, Regula monaſtica, per Guillelmum quondam Abbatem Diuionenſem inſigniuerat. [a] Sed hallucinantur: ſanè Richardus I. Dux præfatus ea de re cùm ſcripſiſſet ad ipſum B. Guillelmum Abbatem, neque votis eius res obſecundaſſet: negotium in aliud tempus eſt dilatum: Cujus cauſa aperitur in prænominato Codic. MS. Fiſcanenſi.

a Malmesburienſis lib. 2. de geſtis Reg. Angl. cap. 10. Fragmentum Hiſtor. Aquitan. apud Pithoeum. Chronica Chronicorum ſup.

Quomodo Dux Richardus eijcere fecit Canonicos ab ipſa Eccleſia: & ibidem monachos introduxit.

CAPVT XVIII.

Interea contigit Fiſcannenſes Canonicos, aliorum canonicorum mores imitati, latas perditionis vias ingredi; & rerum temporalium luxus & delidias voluptuosè ſectari; quam canonicorum miſeram vitam, & viuentem miſeriam, Dux prudentiſſimus Richardus audiens, & audiendo cognoſcens, valdè doluit; hominumque prauorum mores, & conuerſationem exhorrens, Legato feſtinanter *Cluniacum* direxit, & ſanctum *Majolum*, magnæ humilitatis precibus *Fiſcannum* accerſiuit, atque ſecundum S. Benedicti Regulam & inſtitutionem, diſponi & ordinari nouam Eccleſiam, exorauit. Cui S. *Majolus*: Hujus, inquit, laboris magnitudinem talis rationis conditione, Chariſſime fili Richarde, ſuſcipiam, ſi per totum Ducatum tuum, conſuetudinem, quæ vulgariter, *Paſnagium* dicitur, Deo donaueris; nullumque tuæ poteſtatis principem, aliquando amplius exigere decreueris. Vbi Richardus Dux, non morbo auaritiæ, verùm occulta Dei prouidentia diſponente, & ſancto *Guillelmo* Abbati gloriam ordinandi S. Eccleſiam transferente, ſuorum hominum conſilio, acquieuit: & ſancti *Majoli* ſanctam interpellationem non exaudiuit. Vnde contigit, vt S. *Majolus Cluniacum* reuerteretur; & Canonicorum correctio, vel expulſio, per aliquot tempora protelaretur. [b] II.

b Vetus Codex MS. Fiſcanenſ.

Verùm, illud haud poſſum pertranſire intactum, quod de ipſius Richardi I. Ducis, pia deuotione, inſignique humilitate, narratur: dùm mortis ſuæ appropinquante tempore, ſcilicet, ann. 996. voluit apud Fiſcannum humari. *Nam* (inquit Dudo) *juſſit* ſibi excidi ſacroſagum ſilice, & infra Eccleſiam Fiſcanno, nomine Deificæ Trinitati conſecratam, ante locum ſtationis ſuæ locare; & vno quoque die ſextæ feriæ quantum frumenti capax erat, & quinque ſolidos, pauperibus erogare: &c. cœpit anxiari & ægrotare, viribuſque deficere, & à Bajocacenſi pago, ad aulam Fiſcanninæ ſedis ſecedere: ne eò defuncto faſtidium tranſlationis eſſet in plebe: &c. Dux verò magnus Richardus infirmitatis aggrauatus importunitate, cilicio indutus, nudo pede, petijt delubrum Trinitatis Deificæ, diuerſaque dona, variaque munera & pretioſa, mittens ſuper altare; perfuſus faciem lachrymarum imbre, ſupplex & deuotus, flebiliſque excepit typicum ſalutiferi viatici ſtipem, adjumenta ſcilicet, viæ. Tunc Comes *Rodulphus* dixit ad eum ſecretiùs: Domine, quo loco Templi præparabitur ſepulchrum tuæ requiei? Reſpondit: Cadauer tanti ſceleris, non requieſcet infra aditum hujus Templi, ſed ad iſtud oſtium, in ſtillicidio monaſterij: &c. [c] Eadem referuntur apud prædictum Codic. M.S. Fiſcanenſ. Sed laxiori ſtylo in hunc modum.

c Dudo ſup. pag. 156. & 157. Gemeticenſ. lib. 4. cap. 20. Ordericus lib. 5. ad ann. 978. Chronica Cadomenſ. ann. 996. Vvalſinghamus ſup. ibid. Vveſtmonaſterienſ. eod ann. Belforeſtus lib. 3. Annal. Frãc. cap. 4. eod ann.

Quomodo Dux Richardus in lecto agritudinis jacens, filium ſuum Richardum, hæredem ſibi conſtituit: & Eccleſiam Fiſcannenſem commendauit.

CAPVT XIX.

Tandem igitur prolixæ ætatis ſancto ſenio Dux inclytus Richardus, fatigatus, III. cujuſdam ægritudinis ingenti moleſtia corripitur; & corpore diſſoluto, cunctis eliminatis viribus, ad extrema deducitur. Qui dùm ingraueſcente moleſtia, extremam imminere cognoſceret horam, Ducatus ſui cunctis congregatis proceribus, Richardum filium ſuum vocauit, rerumque ſuarum omnium hæredem, & ſucceſſorem conſtituit. Fili, inquit, Richarde, mei Ducatus & nominis hæredem te & ſucceſſorem conſtituo; & ſanctæ Trinitatis Fiſcanenſem Eccleſiam, tuæ ſtrenuitatis tutelæ & adminiſtrationi trado, & committo, quatenus meæ intentionis ardens propoſitum in illa compleas, Canonicorumque ſordes & immunditias ab

illo

illa excludas & expellas, & sanctorum monachorum, imitatrici Apostolorum, multitudini, sanctam Ecclesiam tradas & committas. Corpus meum intra S. Ecclesiam non tumulabis, sed extra, in stillicidio tecti mihi communem dabis sepulturam: quatenus stillantium guttarum sacro tecto diffluens infusio, abluat jacentis ossa, quæ omnium peccatorum labe fœdauit & maculauit negligens, & neglecta vita mea. Quibus leni & hilari sermone peroratis, sopore velut aggrauaretur leui, expalluit; suoque adepto desiderio, animam suam pane vitæ & intellectus saginandam, æternæque beatitudinis gloria coronandam, rerum omnium potentissimo judici reddidit, emisit, & commisit. Cernens igitur Richardus sancti Patris mortem & absentiam, velut lapis diriguit; lamentisque & clamoribus, totam aulam repleuit. Tandemque receptis viribus, amentis similitudine, super exanime corpus irruit, & diu deosculans, quasi recedentem reuocaret, attonitus laborauit; animi verò virtute, longo post tempore reformatus, procerumque circumstantium consolatione releuatus Richardus, sancti Patris exequias, per multos dies celebrauit; & postremo, juxta jussionem factam, in sanctæ Ecclesiæ stillicidio sepeliuit: atque super sepulchrum Patris, in honore S. *Thomæ* Apostoli, Basilicam ædificauit, & vbi ad honorem Dei, & cognitionem sancti Confessoris, frequenter gloriosa miracula clarescunt, & sepulti Ducis merita, intelligentibus animis enucleatissimè ostendunt.

Quomodo Richardus II. fecit appropriare vsui monachorum Fiscanensem Ecclesiam.

CAPVT XX.

V. *Richardus* igitur filius Richardi, totius Normanniæ Ducatum accipiens, ipso sui Ducatus initio, suos rebellantes Normannos prudenter sustinuit, fœliciter superauit, & paterni jugi consuetudinibus potenter reddidit & supposuit. Quibus repentè ciuium suorum seditionibus mitigatis, circumjacentibusque prouinciis, paternæ probitatis imagine, pacificatis & confœderatis; Dux inclytus Richardus, cœpit clarescere, suarumque virtutum fragrantias exurgentes per mundi partes diuersas effundere & dilatare: suorum quippe antecessorum claritatem & eminentiam incomparabili actuum nobilitate præcellebat & obfuscabat, suisque successoribus viuendi imaginem imitabilem nonnullis compingebat, & proponebat. Totius ferè mundi sanctarum congregationum fraternitatem exigebat: atque acceptæ fraternitatis sanctis congregationibus, per annos singulos, juxta propositam quantitatem, magnæ liberalitatis vectigal, voluntarius exoluebat. Tanta suę deuotionis nimietas fuisse fertur, vt ingressus ciuitatem, non prius egrederetur; quàm totius ciuitatis Ecclesias, ante lucanum circumiret, atque in singulis Ecclesijs, sacras excubias celebraret, & multarum lachrymarum flumina funderet & relinqueret. Vbi, si casu orantes reperiebat, suæ dapsilitatis immenso munere replebat; aduentuque suo indigentes multos, ad nocturnas orationes excitabat, & prouocabat. Cùm Dux inclytus Richardus tantarum, gratiarum fulgenti lampade, mundo penè vniuerso, coruscans, sui patris jussionem gloriosam recoluit, & se recolere; ipsius operis effectu & euidentia comprobauit. Congregatis enim summæ peritiæ operarijs, *Fiscannum* venit, & claustra, officinasque alias, omnesque domos monachorum vsibus congruas, ore proprio limitauit, disposuit, & ædificauit. Cunctis ergò officinis completis, solius aquæ vsus deerat, quam laboriosè circumducens, atque in castrum volutis competentibus subterducens, per turres ipsius Ecclesiæ postremas, in curiam manare, atque per cunctas monasterij officinas, abundanter fecit diffluere. Interea diligenter inuestigabat, & inuestigans inquirebat; cui potissimum juxta S. Benedicti Regulam, & institutionem, disponendam & regendam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis crederet & committeret Ecclesiam. Illo tempore, Beatæ memoriæ *Guillelmus* Abbas summæ Religionis affluentia, totius partes Romani Imperij illustrabat; Abbatumque multorum trepidos animos sui feruoris imagine, reformabat & accendebat. Apprimè enim liberalibus artibus eruditum, atque disciplinis Ecclesiasticis, cunctisque spiritualibus officijs, nihilominus etiam ferè virtutum omnium gratia imbutum, & illuminatum, *Diuionensium* Ecclesiæ B. *Maioli* præposuerat & constitue-

rat Abbatem & magiſtrum. Tanto igitur ac tali viro Dux inclytus Richardus ſuos Legatos direxit, & ſui propoſiti intentionem patefecit; atque vt *Fiſcannenſem* Eccleſiam, juxta B. Benedicti Regulam, diſponeret & erudiret, magnæ humilitatis precibus exorauit. Quibus B. memoriæ *Guillelmus* Abbas primùm reſpondiſſe fertur; Chariſſimi filij, audiuimus Duces Normannos, homines barbaros & truculentos, ſubuertere & non ædificare ſancta Templa; delere & effugare, & non colligere aut nutrire ſpiritualium hominum congregationes ſanctas; quapropter ad Ducem veſtrum redite, & nos hujus rei imparatos omninò reſpondete; cùm & nobis fratribus deducendis deſunt equi, atque ſtipendijs conducendorum fratrum, deſunt clitellarij. Quod reuerſorum Legatorum relatione Dux inclytus comperiens, extimuit, multoſque equos & clitellarios feſtinus præparauit: quos reuertentibus Legatis, B. memoriæ Abbati *Guillelmo* humiliter remiſit. Tunc B. Abbas Ducis importunitatem & perſeuerantiam, atque de importunitate & perſeuerantia compenſans animi voluntatem, & deuotionem iſtam; collecta ſpiritualium fratrum multitudine, maxima, iter arripuit, pauciſque diebus decurſis, æſtuantis Ducis deſiderio ſuam & multorum fratrum præſentiam exhibuit. Quem Dux egregius, totius animi ſinceritate, totiuſque ſinceritatis dilectione, ſuſcipiens, velut ſuſcepto Chriſto, alijs amotis ſeruientibus, ipſe proprijs manibus ſeruiuit; medioque breuis temporis interuallo *Fiſcannum* deduxit, & ſanctæ Trinitatis Eccleſiam donauit, & tradidit, eamque donatam & traditam, juxta Regulam S. Benedicti, & inſtitutionem diſponi, & ordinari exorauit. Donauit, inquam, & tradidit Dux egregius Richardus Beatæ memoriæ Abbati *Guillelmo* ſanctæ Trinitatis *Fiſcannenſem* Eccleſiam; Canonicorum carnalium expulit enormem multitudinem, quorum poſſeſſiones Eccleſiæ penitus retinens & reddens, expulſis, & conuerti nolentibus Canonicis, alibi congruam reſtituit compenſationem. Nocte igitur, cujus ſequenti die *Fiſcannenſis* Eccleſia ſpirituales ſuſcepit monachos, carnaleſque expulit Canonicos, ipſis Canonicis Eccleſiæ culmen totum Aquilis videbatur operiri: quibus aquilis ingredientium monachorum theoria & ſpiritualis volatus, ac deinceps protegentium Angelorum deſcenſus & conuerſatio congruè figuratur. Igitur B. & glorioſus Abbas *Guillelmus* ſuſceptam Eccleſiam cœpit gubernare & adminiſtrare, & juxta S. Benedicti inſtitutionem, diſponere & corrigere, atque de diuerſis Prouincijs verè fideles conuocare, & in obſequijs cœleſtibus vnire & confirmare: ſubita igitur conuerſione *Fiſcannenſis* Eccleſiæ cœleſtium virorum ſtudijs feruebat, & flagrabat: & multæ opinationis gloria, circumpoſitas Eccleſias præcellebat & obſcurabat. Faſtigium quippe tantæ celſitudinis ſua momentanea tranſlatione, *Fiſcannenſis* Eccleſia conſequebatur: quatenus ita omnes Galliarum Eccleſias tranſcendens, re & habitu ſummæ Religionis, quemadmodum tranſcendebat verbo & ſpeciali priuilegio ſuæ nuncupationis. Parſimonia & pudicitia, & voluntariæ paupertatis abundantia, *Fiſcannenſis* Eccleſia valdè radiabat, luce virtutum, quarum euidentia latentem ſuæ formæ, cæteris forma pulchritudinem deſignabat; atque contuentium mentibus, ſuæ conuerſationis conſilium inire & imitari, perfectatum argumento virtutum accendebat & prouocabat. Ignorabat illo tempore *Fiſcannenſis* Eccleſia totius proprietatis ſingularitatem, ſoliuſque communitatis cognoſcebat vnitam dilectionem, quæ juxta, diuerſitates indigentium, partes diuerſas diſtribuens, SS. Apoſtolorum renouabat & repræſentabat primitiuam imaginem; quorum igitur bonorum eminenti perſeuerantia Dux Richardus *Fiſcannenſis* Eccleſiæ totus aligabatur, atque vtilitatibus ejuſdem Eccleſiæ, totius prouidentiæ diligentia transferebatur. Adeò enim *Fiſcannenſis* Eccleſiæ illuſtrium virorum regularem vitam, & religionem veram diligebat, & diligens frequentabat, vt totius Ducatus ſui collecta, vt ita dicam, pinguedine cœleſti, Congregationi deſeruiret; atque epulaturis fratribus ſeruientium multitudine frequenter ipſe miniſtraret, tantæque humilitatis completo miniſterio, fratrum omnium vltimus reſideret, & regularium epularum delectabili pabulo refici congauderet.

Quod ſpectat ad illam Canonicorum expulſionem, Monachorumque Benedictinorum in eorum locum ſubſtitutionem: Glaber Rodulphus illius æui ſcriptor, compendioſè illud ſic recitat. *Cùm igitur* fama ſanctitatis illius jam latius de- VI.

ferretur,

ferretur, Normannorum Dux venerabilis illam comperiens Richardus ; miſit ad eum reuerenter ſupplicans, vt ad ſe veniret. Qui tandem libenter, vt rogatus fuerat, pergens, venit ad eum : à quo etiam, ſicut decebat, honorificè ſuſceptus eſt. Cuius ſanctiſſimis, cùm recreatus, vt erat totius boni amator, Dux fuiſſet alloquiis : obſecrauit illum, vt Eccleſiam ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis nomini & honori dicatam, in loco, *Fiſcanenſi* cognomento, antiquitùs conſtructam, à ſuo tamen patre Richardo, honorificentiùs reformatam, ordine Monachorum ſuſcipiens decoraret. Erat enim illic more viuens carnali, jugo ſoluta regulari, clericorum leuis conciola. Cernens denique pater *Vvillelmus* illius animi deuotionem ; promiſit ſe cum Dei adjutorio, illud quod poſcebat impleturum. Qui pariter venientes ad prædictum locum ſatis ſublime, ac ſolemniter commiſit ei iſdem Dux, cum aliquibus Epiſcopis, dominium, & curam regiminis totius loci: tum vir Domini congregauit ibidem Monachorum regularem cateruam : ita videlicet perſonis numeroſam, ac bonorum ſtudijs copioſam, vt triplici ſui numero præteritorum numerum excelleret Clericorum. Quód cernens jam dictus Princeps : multorum donorum, ac poſſeſſionum, largitionibus ampliauit locum. Monuit etiam tam Abbatem quàm cæteros fratres ſæpius : vt ab illo peterent, quicquid ſuorum vtilitati expedire noſſent : vtpotè quoniam de hac re ſecundum velle prouenerat ei & poſſe. d

d *Glaber cap. 10. vitæ B. Vvillelmi. Abbat. Fiſcanenſ. Petrus Reuerius in Illuſtration. Hiſtoriæ Monaſterij Remacenſ. Annotat. 133. Ibidem. Robertus à Monte. ſup.*

Eadem confirmat chronicon S. Benigni ; nonnulla addens notatu digna, in
VII. hunc modum. *Audita* viri Dei fama nobiliſſimus Normannorum Comes, Richardus, miſit ad eum reuerenter, ſupplicans, vt ad ſe veniret; qui tandem libenter, vt rogatus fuerat, venit ad eum, à quo, ſicut decebat, honorificè ſuſceptus eſt : multiſque eius precibus exoratus eſt, vt Eccleſiam ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis nomini & honori dicatam, in loco, qui *Fiſcannus* dicitur, olim conſtructam, & à ſe in ampliorem ſtatum decenter reformatam, ſuſciperet, atque Monachorum collegio decoraret. Cuius precibus annuens, ita præfatum locum omnibus religioſis ſtudijs, cæteriſque bonorum copiis adornauit ; vt præ cunctis illius Prouinciæ locis, fœlicibus ſemper floreat incrementis, in quo loco multi conuenerunt nobiles viri, tam clerici, quàm Laici, eius doctrinis cupientes inſtrui. Inter quos Oſmundus Epiſcopus, ſanctæ & religioſæ vitæ extitit Monachus : duo quoque clerici liberalibus artibus apprimè eruditi, aula Regis poſtpoſita Vvillelmum patrem expetierunt mente deuota. Vnus eorum vocabatur *Lecolinus* : alter, *Berugerius*. E quibus prior poſtmodum Abbas extitit : ſequens in eodem loco vitæ finem accepit. De tranſmarinis etiam partibus, hoc eſt Anglorum terra, vir quidam nobilis, Regali proſapia clarus, *Clemens*, nomine, relictis ſæculi pompis, ad idem Monaſterium venit, Deo inibi cupiens militare, ſed cùm ab hominibus ex ſua patria aduentantibus crebrò inuiſeretur, magis cupiens Deo ſeruire cum quiete, quàm vanitates mundi frequenter audire : Diuionenſe expetiuit cœnobium, vbi laudabilis vitæ compleuit curſum. Fuit itaque ſecundum Etymologiam ſui nominis *Clemens* animo, omnibus virtutibus adornatus ; præcipuè humilitate ſe tam abjectum & vilem aſſerebat, vt cùm ſacerdotij gradu fungeretur : nunquàm in omni vita ſua, niſi ſemel, ad hoc miniſterium accedere præſumpſerit. e

e *Chronicon S. Benigni Diuionenſ. lib. 1. Vit. B. Vvillelmi Abbat. cap. 8. Apud Reuerium. ſup. Antonius Yeppes. ſup. Antiquitates MSS. Normaniæ. pag. 225*

VIII Vnum penè omiſeram, quod de *Ethelredo*, Rege Anglo, refertur dùm ad Richardum 2. Normanniæ Ducem illic perrexiſſet : *Anno Henrici* II. Imperatoris 19. *Ethelredus*, quidam nomine, Danos fugiens, venit Normanniam, ad *Richardum*, fratrem vxoris ſuæ *Emmæ*, filium Richardi Ducis, qui cœnobium Fiſcanenſe, quod pater ſuus inchoauerat, perfecit. Hic noctibus cuſtodias famulorum fallens, ad matutinas Monachorum ibat, genua flectens in oratione, vſque ad lucem. Quadam nocte ſic faciens, oſtium Monaſterij inuenit obſeratum, qui excuſſo violenter peſſulo, ſoporem Sacriſtæ turbauit ; qui ſurgens à ſomno, & videns eum plebeio amictu veſtitum, in capillos inuolat, & multos colaphos intulit. Ille incredibili patientia, nec reſponſum ei dedit. Poſtera die in capitulo querelam depoſuit, & Monachum illum ad vicum *Argennas* ſibi præcepit occurrere, minitans ſe ſic vindicare, quòd tota de hoc Gallia loqueretur. Die dicto Monachus, à iudicibus adjudicatus eſt : quem ille mox abſoluit, & vicum eundem, qui optimi vini ferax eſt, officio Sacriſtæ addixit : pronuntians eum optimum eſſe

Monachum; qui benè custodiens munus iniunctum, nec etiam leuatus silentium fregit. f

f *Vincentius Beluacens. lib. 25. specul. Histor. cap. 13. Speculum Magnum Exemplor. Distinct. 9. Exempl. 47.*

Priuilegia varia obtenta, pro exemptione Ecclesiæ Fiscanens. tum à Metropolitano, & Episcopis Prouinciæ: tum à summo Pontifice: per B. Guillelmum Abbatem: & Richardum 2. Ducem: qui suo amplissimo diplomate confirmat, data à se & alijs cuncta bona, eidem Abbatiæ.

CAPVT VI.

CVM igitur, Fiscannense cœnobium Regularibus disciplinis communitum, Monasticæ radiis obseruantiæ vbique, ob B. Vvillelmi Abbatis reformationem, admodum fulgeret: studuit etiam optimus Princeps Richardus 2. Illud donis ditare amplissimis, & variis cohonestare priuilegijs: qua de re Codicis Antiq. MS. verba audiamus. I.

Codex MS. veteris Abbat. Fiscanens. Cœnalis. Tom. 2. Hierarchiæ Neustriæ in Episcopo 14. Abrincens.

De libertate Fiscannens. Ecclesiæ Monasterij; vel quomodo Dux absoluit ab omni Episcoporum Iugo.

CAPVT XXI.

Sensit igitur Dux inclytus quorumdam clericorum corrosiones & detractiones præsagijque cuiusdam futuras aduersitates, quos, ob Ducis nimiam charitatem, & sanctæ Ecclesiæ maximam Religionem, inuidiæ morbus infecerat, infectosque crudeli intestini liuoris molestia cruciabat. Horum ergò detrahentium maleuolentiam Dux comperiens, clericorumque præsumptiones superbas, & præsumentes superbias cognoscens; totius Normaniæ Episcopos, & viros nobiles, festinus Fiscannum conuocauit, & *Fiscannens.* sanctæ Trinitatis Ecclesiam, ab omni Episcoporum Iugo, & consuetudine, iusta, vel iniusta, eripuit & liberauit. Hanc autem libertatem Rothomagensis Archiepiscopus fecit, & fieri voluit: atque alias quatuordecim Ecclesias, ob patris sui memoriam, & fratris, præsentis jussionem, ac voluntatem, ab omni Episcopali consuetudine, & exactione, absoluit & liberauit: donatæ libertatis chartam Archiepiscopus, aliique Episcopi, signo & consensu corroborauerunt, atque corroboratam virorum nobilium adstipulationibus tradiderunt. Cupiens ergo Dux prouidus sanctam Ecclesiam modis omnibus confirmare & præmunire, *Robertum* Regem, & multos Galliarum proceres, *Fiscannum* accersiuit; atque Regali Carta & authoritate, suorumque æqualium consensu, & adstipulatione, ab omni Episcoporum jugo & consuetudine *Fiscannens.* Ecclesiam eripuit & liberauit, & suam suorumque nobilium cartam & ordinationem firmauit & corroborauit: *Hoc autem* fuit assensu tam Archiepiscopi Metropolitani, quàm omnium Episcoporum totius Prouinciæ: vti supra cap. 4. in fine, videre est, in priuilegio Richardi 1. Ducis Normān.

Quomodo Guillelmus Abbas Romam perrexit jussu Ducis: & quomodo priuilegia à Domino Papa obtinuit.

CAPVT XXII.

Ecclesiæ igitur *Fiscannens.* constitutæ libertati Dux Richardus congratulans, futuramque perennem mentis viuacitate discutiens, Beatæ memoriæ *Guillelmum* Abbatem compellauit, suæque Legationis injuncto officio, ad Romanæ sedis Apostolicam authoritatem, multis onustum xenijs direxit. Confecto itaque itinere, II.

Digitized by Google

nete, Abbas *Guillelmus* Romam peruenit, & piæ memoriæ Papæ *Benedicto*, aduentus sui rationem, & mittentis Ducis voluntatem aperuit, & factæ Cartæ confirmationem, & Apostolici priuilegij authoritatem, magnæ humilitatis oratione congrua, postulauit. Papa igitur *Benedictus*, Ducis diligentiam admirans, & suscepti amici præsentiæ summam excellentiam, priuilegia postulata confirmauit, & voluntarius tradidit, & Fiscannens. sanctæ Trinitatis Ecclesiam ab omni Episcoporum jugo, subjectione, & consuetudine, liberans & eripiens, sub solius Romanæ Ecclesiæ gubernatione & patrocinio constituit & suscepit. Constituit, inquam, *Fiscannens.* soli Romanæ Ecclesiæ subjacere; atque ab omni aliarum Ecclesiarum potestate immunem, & absolutam, & omninò liberam, forma *Cluniacensis* Monasterij permanente. Acceptis igitur Apostolicæ authoritatis exquisitis priuilegijs, Beatæ memoriæ *Guillelmus* Abbas festino cursu Normaniam remeauit, & Ducis Richardi desiderio suæ voluntatis effectum, injunctæque Legationis officium fœliciter consummatum, enucleauit & ostendit. Vnde Dux ineffabiliter exhilaratus, Trino & vni Deo gratias totius intensionis feruore reddidit; qui Ecclesiam, quam Richardus Pater fundauerat, atque ipse Patris Richardi rogatu & jussione compleuerat, ac ordinauerat, Diuinæ prouidentiæ arcano consilio, tantarum personarum conuenientia, ab omnium hominum jugo & prælatione, absoluebat & liberabat. Magnis deinde xenijs suum dilectissimum Abbatem *Guillelmum* honorauit, honoratumque sanctæ Trinitatis Ecclesiæ *Fiscannensi* remisit: iterum atque iterum enixiùs exorans, quatinus commissæ Ecclesiæ, juxta cœpti Ordinis religionem, custodiret, & custodiendo perficeret, ac confirmaret. Cuius sanctas preces sanctarum-ve precum nimias humilitates, Beatus Abbas, velut oracula Dei suscipiens, Fiscannum intrauit, & per multorum annorum vertiginem, vsque ad Ducatum Hierosolymitæ *Roberti Fiscannensem* Ecclesiam rexit; subjectosque suos verbo & exemplo succendit & reformauit ad imaginem & similitudinem, honorem & gloriam Dei omnipotentis: qui viuit & regnat per omnia secula sæculorum. Amen.

Ioannes Launoÿ Tract. de Priuilegijs & Exemptionibus cap. 4. §. 23. & 25. Item ad calcem libri in Catalogo Ecclesiar. Galliæ exemptarum.

III. De peregrinatione B. *Vuillelmi* ad limina Apostolorum inuisenda; scribunt *Glaber*; & chronicon S. Benigni. [a] Verùm, cùm sæpius in Italiam profectus sit, Romamque pluries adierit, perplex & subobscurum continuò videretur, quonam tempore illud iter esset aggressus, pro rebus hujusmodi Fiscannensibus: nisi superioris Codicis MS. Fiscanens. narratio, signanter expressisset, nomen summi Pontificis, tunc sedem Apostolicam gubernantis, nimirum. *Benedicti*, qui est, 8, sedebat quippe ann. 1012. juxta omnium sententiam: quare ab eo anno 1012. nihil occurrit; quod dissuadeat eum in Italia fuisse: teste Petro *Rouerio*. [b]

IV. His adjecit Dux Richardus II. Diploma priuilegij amplissimi, confirmationem continens; fundationis præsentis Abbatiæ Fiscanens. omniumque donorum, ac bonorum à se huic eidem pia munificentia collatorum: ad perpetuam rei memoriam cujus exemplar hîc lubens appono.

„ Propitia Diuinæ gratiæ Clementia, Ego *Richardus* Normanorum Dux, omnibus Christi fidelibus, toto orbe terrarum, longè latéque diffusis. Quanta Christianæ fidei cultoribus, erga Omnipotentis obsequia, pro spe æternæ remunerationis, debeat esse deuotio, docemur; non solùm Euangelicis, verùm etiam singulis quibusque Diuinæ scripturæ paginis, fermentum spiritalis doctrinæ subministrantibus nobis: quibus etiam cœlestis nos sapientia, quæ Deus est, in tantum ad pleniùs cognoscendum prudentiæ viam, piè erudire non desistit, in quantum nostræ fragilitatis naturam à se nihil id muneris habere cognoscit. Vndè ne quid nostræ salutis perfectioni desit, cuncta sibi placita hîc nobis mandare non cessat, eisque nos obedire, vel aliquando ad hoc expectat; quatinus obedientiæ via, nos quandoque ad paradisi sedes reducat, quos inobedientiæ diuortium, infernali quondam reuinxit cathena. Ergo tantis Diuinæ pietatis monitis, non solùm corporis, sed etiam cordis aures, vt obtemperemus, accommodare oportet: sicut ex ipsa sanctorum Euangeliorum voce, ipso Domino attestante, docemur, qui aures corporis habentibus aliquando ita est locutus: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Qua Domini voce dulcissima, commonitus, Ego, secundus nominis mei Normannorum Dux *Richardus*, eaque necessitate

a Glaber lib. 1. vitæ B. Vuilelmi Abbat. cap. 13. Chronicon S. Benigni Diuionens. lib. 2. Ibid. cap. 4. Rouerius in Illustr. Histor. Monasterij S. Ioannis Reomaens. annotat. 115.
b Rouerius ibid.

,, compulſus, qua plus cæteris ſæculi curis intentus, plus omnibus me grauari, in-
,, de obortis ſentiebam ſceleribus, ſi Deus quando otium concederet, intenſiſſimè
,, aures cordis diuinis accommodare cœpi, monitis, ſimul domini implorans cle-
,, mentiam; vt quamtulamcumque mandati ſui particulam, mihi opere complere
,, concederet, cujus obedientia me à peccatis, quibus ſatis ſemper timui, eriperet.
,, Cui ſtudio cùm auidè inſiſterem, audiui ipſum Dominum beata Euangeliorum
,, voce, dicentem: *Date eleemoſynam, & ecce omnia ſunt munda vobis.* Pſalmogra-
,, phum quoque illum Dauid concinnantem: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia eius*
,, *manet in ſæculum ſæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.* Hac itaque ſubnixus ſpe, vt
,, Domini miſericordia mihi ſuper his indulgeret, quæ in me, & carnalis fragili-
,, tatis, & ſæcularis ſolertiæ, culpa contraxerat, ſummam, erga Diuini cultus
,, obſequia, adhibui animi diligentiam; & præcipuè, vt ordinarem Eccleſiaſticis
,, monaſterium, quod genitoris mei induſtria conſtruxit in honorem ſummæ & in-
,, diuiduæ Trinitatis, in loco, qui *Fiſcannus* dicitur: & vt ei tunc ſatis viſum eſt,
,, ditauit villis ac familijs, ad ſupplementum ſeruorum Dei, ibidem ipſi ſeruien-
,, tium. Nam completo ipſe genitor meus ædificiorum faſtigio, juxta humanæ
,, conditionis communem legem, hominem exuit: cujus ego, Dei gratia hæres,
,, & honoris, & hujus pijſſimi laboris, ſummo ſtudio & auiditate, vt ipſe diſpo-
,, ſuerat, votis libenter annuerem, feſtinus ordinaui in jam dicto monaſterio pau-
,, peres Chriſti, ad ſeruiendum ipſi; committens illud Beatæ memoriæ Abbati
,, *Guillelmo*, qui vita & moribus, doctrina quoque, tanti officij dignus ſemper in-
,, uentus eſt miniſter, humilitatis & patientiæ ſpeculum, non ſolum ſuis exiſtens,
,, verum etiam mundo. Qui ſuſcepto regiminis loco decenter & ordinatè, pro vt
,, ego ſemper optaueram, inſtituta Pij Patris *Benedicti*, in eo monaſterio ſeruanda
,, inſtituit. Vnde ego majori ſuccenſus deuotionis ardore, concedo, pro animæ
,, meæ remedio, genitoris quoque vel genitricis, & conjugis meæ, quæ *Iudith* di-
,, cta eſt, & vniuerſæ prolis mihi à Deo conceſſæ, ad ſupplementum victus ſeruo-
,, rum Dei, in præfato monaſterio ipſi ſeruientium, ſubnotata prædia & poſſeſ-
,, ſiones; conceſſis his, quæ à genitore meo, ipſis ante collata fuerant, id eſt.
,, *Argandes villam*, cùm omnibus appenditijs, cum Eccleſiis, & quicquid ad eam V.
pertinet, cum integritate. *Argentias*, cum Eccleſia, terris, cultis & incultis, pra-
tis, vineis, ſyluis, molendinis, aquis, aquarum-ve decurſibus. Portus maris de
Stigue vſque ad *Leregant*: & quicquid ad ipſos pertinet. Villam, quæ vocatur
Bretenuilles. *Limpi villam*, cum Eccleſia & ſylua, quæ dicitur *Berhardi-vallis*. *Ocrin-
villam*, cum Eccleſia & molendinis. *Maſnile*, quod dicitur *Vuineluilla*. Eccle-
ſiam de *Formontvilla*; & quinque hoſpitia. Villam, quæ dicitur *Sancti Ricarij*, cum
,, Eccleſia. *Contevillam*, cum integritate. Eccleſiam, quæ eſt in villa, quæ dicitur
,, *Pallnellus*. *Maſnille*, quod dicitur, *Ioannis-villa*. Et aliud, quod dicitur *Berterſville*.
,, *Ingoliuillam*, cum Eccleſia. Villam, quæ dicitur *Sancti Valerici*, cum Eccleſia.
,, Eccleſiam de villa, quæ dicitur *Eſtetetot*, cum terra ad eam pertinente, & duo-
,, bus hoſpitibus. Eccleſiam de *Manuvilla*, cum terra ad eam pertinente, & tribus
,, hoſpitijs. In *Dano*, Eccleſias duas, & vnam Capellam, & quinque hoſpitia, cum
,, terra arabili. Hæc ſunt, quæ genitor meus ſeruis Dei in prænotato loco, ſibi ſer-
,, uientibus ad ſupplementum victus conceſſit.
,, His ego, vt ſupra notatum eſt, ad augmentum ſtipendiorum ſeruorum Dei, VI.
,, Addo & Concedo Monaſterium in honorem S. Mariæ, quod dicitur *Villare* [c] &
,, quicquid ad ipſum pertinet cum integritate. Item, Abbatiam *S. Geruaſij* [d] quæ eſt
,, juxta ciuitatem *Rothomagum*; & quicquid ad ipſam pertinet. Item, *Traurdum*, &
,, quicquid ad ipſum pertinet, cum integritate. Item, in ipſo loco *Fiſcanni*, tertiam
,, partem hoſpitiorum, cum terra arabili, quæ ad ipſam tertiam partem pertinet.
,, Partem quoque ſyluæ, à loco, qui dicitur, *Fuſtes plantati*, vſque ad mare. Telo-
,, neum ipſius villæ totum, & pratorum partem aliquam, molendinos tres, & di-
,, midium: ſyluam, quæ dicitur *Extendals*. Apud villam, quæ dicitur *Butellas*,
,, hoſpitia duo, & tertiam partem piſcatoris, quæ pertinet ad areas, & duas ſali-
,, nas, & terram arabilem, cum pratis. Apud *Haroſlutum*, hoſpitia ſex, & ſexagin-
,, ta penſas ſalis, & decimas ſalinarum de *Holuedila*, & de prato acras quatuor,
,, & de terra arrabili acras viginti quatuor, & partem aliquam ſyluæ. Villam, quæ
dicitur,

[c] *Gallicè Montiuilliers Monaſterium Virginum Diœceſ. Rothomagenſ.*

[d] *Hunc Prioratus.*

dicitur, *Vnella*, cum Eccleſia & molendinis quinque & dimidio. Eccleſiam, quæ dicitur *Bloſſa*, & de terra arrabili, in eadem villa, acras ſexaginta. Medietatem Eccleſiæ de *Huldetot*; & totam terram, cum ſylua, quam ibi Germundus tenuit. In *Longavilla* de vineis arpentos, duodecim. In villa, quæ dicitur *Dunes*, Eccleſiam cum appendITijs ſuis, & hoſpitia duo. Maſnile, quod dicitur, *Sancta Columba*, cum integritate. *Huldeboldi villam*, cum integritate. Maſnile, quod dicitur, *Fontana Berengerij*, cum integritate; Molendinos duos, in villa, quæ dicitur *Loners*. Item, Eccleſiam quæ dicitur *S. Stephani*, & quidquid ad eam pertinet. Eccleſiam de villa, quæ dicitur *Portus gaudij*, & hoſpitia duo. Eccleſiam S. Saturnini, *de Villa*; *quæ dicitur*, *Nouilla*, & hoſpitium vnum. Eccleſiam, quæ eſt in villa, quæ dicitur *Pauſa*; & terram, quam tenuit *Rogerius* cum integritate. Item, in villa, quæ dicitur, *Rodolium*, Eccleſiam, in honorem S. Mariæ, & quicquid ad eam pertinet, cum integritate. Eccleſiam de *Vincardiuilla*, cum hoſpitio vno. Item, in fluuio *Sequanæ* piſcatoriam, quæ dicitur *Vennæ ſancti Leuthfridi*: & in eodem fluuio tractus piſcatorios, à loco, qui dicitur, *Batfaldus*, vſque ad eum locum, qui dicitur, *Ioſeph Sartum*, cum foſſatis piſcatorijs tribus: & in loco, qui dicitur, *Stindra*, tractum piſcatorium vnum, cum foſſatis quatuor, ſimiliter piſcatorijs. Item, in fluuio, qui dicitur, *Anthura*, in loco dicto, *Haſdans*, tractus piſcatorios cum aliquibus hoſpitiis. Item, ſuper fluuium, qui dicitur, *Riſla*, apud *Pontem-Haldemari*, piſcatariam vnam. Item, propè ciuitatem *Rothomagum*, in loco qui dicitur, *Foſſa de Prato*, acras ſeptem. Et de Prato, qui dicitur, *Pipinus*, acras duas. Item, Eccleſiam villæ, quæ dicitur, *Ioiſiacus*: cum duobus hoſpitijs. Eccleſiam villæ, quæ dicitur, *Barentinus*, cum duobus hoſpitijs: & acram molendini vnam, aquamque villæ totam, à *Gordo de Pauliaco* vſque ad fagum *Comitiſſæ*. Villam quoque, quæ dicitur *Campella*, cum ſylua, quæ eſt à valle *Carbonaria*, vſque ad valem *Villaris*, & Eccleſiam de *Stotauilla*, cum hoſpitio vno. Item, ſuper *Sequanam* fluuium, villam quæ dicitur *Ayſiacus*; & Eam, quæ dicitur, *Sancta Crux*, & quicquid ibi *Strotincus* tenuit, & *Heldechiuillam*, ſupra mare, & quicquid ad eam pertinet. Eccleſiam villæ, quæ dicitur, *Bures*, cum omnibus, quæ ad eam pertinent. Eccleſiam de villa, quæ dicitur, *Vlmedis*; & quicquid ad eam pertinet. Eccleſiam villæ, quæ dicitur, *Magnitrudis*. Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ dicitur, *Vaſtus*, cum omnibus appendITijs ſuis: & ſyluam, quæ eſt inter duas aquas. e Maſnile, quod dicitur *Almaniſcus*, cum Eccleſia, & omnibus eius pertinentijs. In *Barberis* & Anis, quicquid jure hereditario, *Emelina*, vxor *Hugonis de Bures*, *tenere videbatur*. Concedo etiam apud *Argentias*, mercatum forenſe, per ſingulas anni hebdomadas; & planam ſyluam ex *Integro*; pro commutationes, quæ eſt ſita in ciuitate *Rothomago*, ſupra portam *S. Clementis*. Concedo etiam decimas monetæ noſtræ ex integro: & decimas noſtræ Cameræ, videlicet, de omnibus, quæcumque mihi, alicujus rei ſeruitio, dabuntur, videlicet: aut emptarum terrarum, aut Emendarum, aut cujuſlibetcumque negotij, ſiue dono muneris gratis dato; excepto fiſcali cenſu, aut exceptis his, quæ couſtumas antiquitus dicant. Do & decimas Telonij de Burgo, qui dicitur, *Cadomus*; & vnum hoſpitium: & ad pontem *Diuæ*, hoſpitium vnum; liberos omnibus noſtris obſequijs.

e Galli à Almeneſches, monaſterium Virgin. Diœceſ. Sagienſ.

VII. Hæc omnia, pro amore patris cœleſtis, ad vſus ſeruorum Dei, concedo annuentibus filijs Richardo, atque Roberto; vt habeant, teneant, poſſideant, abſque vlla inquietatione cujuſlibet ſæcularis, vel judicariæ poteſtatis, ſicuti res ad fiſcum Dominicum pertinentes. Et ne alius occaſionis aditus pateat futuris hæredibus, vel nomine illorum, qui ob amorem Dei; cui ſpecialiter hic locus dicatus eſt, & pro animarum ſuarum remedio, aliqua contulerunt: placuit ſubter anneƈtere, & noſtræ authoritatis adſtipulatione firmare, ea, quę fideliter, communi noſtro, aut præcariò, vel beneficijs, quæ noſtri juris erant, vel de hæreditatibus, quas paterno jure poſſidebant, conceſſere: additis ipſorum nominibus, id eſt. Eccleſiam de villa, quæ dicitur *Meſnila*, quam dedit *Rodolphus* Comes. Concedimus quoque terram, quam dedit *Odo*, filius *Giſleberti Epiſcopi*, id eſt, Maſnile, quod dicitur *Sancti Melanij*, cum Eccleſia. Eccleſiam de *Bulla villa*, ex integro. Eam partem, quam tenebat ipſe in eadem villa: pro reliquo

„ Tinam, plenam Textis & thuribulis, & candelabris, & quibusdam alijs orna-
„ mentis, & coopertam quodam pallio optimo, ipse & vxor sua ante altare S.
„ Trinitatis, portare, ipsamque pro suis peccatis Deo ibi offerre. Ipsa verò die,
„ post Missas, antequam ad curiam suam rediret, atq; cum Baronibus comederet,
„ veniebat cum duobus filijs suis Richardo & Roberto; in refectorium monacho-
„ rum: & prædicti pueri afferentes de fenestra coquinæ scutellas, sicut solebant
„ monachi facere, porrigebant patri suo, & ipse per seipsum prima fercula ante
„ Abbatem, & postea ante monachos, ponebat. Quod cùm egisset cum magna
„ humilitate, veniebat ante Abbatem; & sic ab eo accepta licentia, lætus & gau-
„ dens ibat ad curiam suam. Aliquando verò mittebat de mensa sua Abbati scu-
„ tellam argenteam, plenam piscibus; & mandabat ei, vt eam retineret, atque
„ indè suam voluntatem faceret. [g] Sic & chronica chronicarum part. 2. fol. 21. in
Richardo 2. Duce Normann. *Reædificare* fecit Abbatiam S. Vvandregesili in
„ Caltensi agro; accreuitque *Fiscannensem* Baronijs & Feudis; impetrauit etiam à
„ Papa, quod exemptæ essent à spiritualitate Rothomagensis Archiepiscopi: &
„ obtinuit vt Abbas *Fiscannensis* Mitram deferret, veluti Episcopus. Quæ omnia
alij confirmant: sed fallitur *Quercetanus*, ea Roberto 3. Duci attribuens: [h] & Antonius *Teppes*, Richardo 3. Duci ipsamet assignans. Tom. 2. Chronic. S. Benedicti, sup.

Angler. lib. 2. cap. 24. Corrozetus lib. 1. Titul. 29. Thesaur. Histor. Franc. Yeppes Tom. 2. Chronic. Bened. Ilin. Centur. 2. ad ann. 659. cap. 2. Robertus à Monte, sup.

g Extat in Additamentis ad historiam Normannor. Gemeticensis, in fin. h Quercetanus lib. 7 Antiquit. Franc. cap. 6.

Reliquum vitæ B. Guillelmi; Abbatis primi Fiscannensis: sub Ducibus Normanniæ, Richardo 2. & Richardo 3. ac Roberto 1. cujus tempore, mortem sanctissimè obiuit: Fiscani sepultus: miraculis in vita & post obitum clarus: cujus sacræ Reliquiæ nouissimè repertæ, ingenti veneratione coluntur, & exquiruntur.

CAPVT VII.

I. IN Confesso est, apud probos Authores, B. Guillelmum, natione Italum. (Diuionensem tamen nuncupatum, eo quòd S. Benigni Diuionensis prius Abbas extiterit) à Richardo 2. Normanorum Duce, obnixè rogatum, Fiscannum venisse, illicque primi Abbatis officio functum fuisse, exactis indè Canonicis, qui vsque tunc temporis id cœnobium incoluerint circa ann. 1000. *Primus enim* (ait Ordericus). *Guillelmus* Diuionensis idem cœnobium sub Richardo Duce, solerter & religiosè instruxit. [a] quiquidem Dux Richardus 2. in fata concessit ann. 1026. [b] Duxerat in vxorem, *Iudith*, sororem *Goifredi*, Britannorum Comitis: *De qua profluentibus annis tres filios genuit: Richardum siquidem, atque Robertum, & Vvillelmum, apud Fiscannum monachili vellere in adolescentia functum.* [c] Parum enim illi erat istud cœnobium maximis ditare bonis amplissimisque decorare priuilegiis, nisi & filium monachum daret; qui tamen amantissimum patrem haud superuixit; cùm è vita excesserit ann. 1025. [d] vterque autem moriens; scilicet pater & filius. Fiscani sepulturam nacti sunt juxta Richardum, 1. Ducem.

II. His successit Richardus 3. præfati Richardi 2. filius; qui vix anno vno, & dimidio, Ducatu potitus, obijt: quare Robertus, frater eius, Normaniæ principatum suscepit, circa ann. 1028. [e] pietatis autem auitæque Religionis æmulator, haud segniter operam dedit, pro instauranda, conseruanda, atque amplificanda Regulari obseruantia inter Monachos cœnobiorum suæ Prouinciæ tunc illustriorum: quorum sic meminit præsul Arboretanns. *Anno Domini 1200. cœperunt etiam Religiones S. Trinitatis, Fiscanni, S. Audoeni, in suburbio Rothomagensi, vel potius*

a Ordericus lib. 11 ad ann. 1107. Chroni... S. Rothomag. ann. 1001 b Gemeticensis sup. lib. 5. cap. 17. Ordericus lib. 3. ann. 1030. Chronicon Cadomens. 1026 c Gemeticensis cap. 13. sup. Valsingham, in Ypodigmat Neustriæ 1025. Chronica Chronicarum part. 2. in ... et Richard. 2. Norman. Belforestius lib. 3. Annal. Franc. cap. 18. Robertus à Monte ann. 1006. d Chronicon Cadomens. & Gesarnens. ann. 1025. Fvion. lib. 4. ligni vitæ cap. 35. e Ordericus lib. 3. sup. Gemeticensis. cap. 17. sup. & lib. 6. cap. 2. & 3.

SS. *Petri & Pauli*: & *S. Michaelis in monte Tumba*: &c. f Quodquidem verum est, si nomine *Religionis*, quo ordines Religiosi recensentur, præfatorum cœnobiorum Reformationem & Restaurationem disciplinæ Regularis, ceu vitæ Monasticæ, spectaueris: modò, commutaueris ann. 1200. illic mendosè appositum: in ann. 1000. & 1030. quibus hæc Religiositas insignis & propagata est per B. Guillelmum *Diuionensem*, sub præfatis Normannis principibus. De Roberto 1. Duce, hæc quippè refert author Chronic. Benignian.

f *Canalis. Tom. 5.* [illegible]

,, *Postquam* igitur per annos fere triginta, Vuillelmus Abbas Fiscanense rexit III.
,, cœnobium, cùm iam senectute simul & ægritudine grauaretur, & elegisset sibi
,, *Fructuariensem* locum ad habitandum, desiderans in patrio solo quiescere: considerans princeps Regni *Robertus*, qui post patrem & fratrem defunctos; primatum tenebat Normannorum, petiit per Legatos eumdem patrem, vt Abbatem sibi substitueret, quia loci status aliter, sine detrimento, manere non posset. Ad cuius petitionem, quendam sibi valdè dilectum monachum, eiusdem loci Priorem, nomine *Ioannem* constituit Abbatem: licet eum alibi magis optasset præficere. g

IV.

Non diu superstes remansit B. Guillelmus, quin ad superos vocatus sit: sed priùs in Neustriam redeundum est, & Fiscani gradum sistere oportet, vt debitum humanæ naturæ soluat, locumque hunc sibi semper charum, suis sacris nobiliorem reddat exuuijs. ,,Iam verò (inquit *Glober Rodulphus*) in Dei opere magis assiduus ,, quàm frequens cùm esset in Italia, suum biennio præstolans à sæculo excessum; sed rerum opportunitatibus exindè euocatus, ægerrimè tamen, ad Gallias ,, exindè remeauit. Cùmque reuisendi charitate cunctos, *Gorzense* vsque Monasterium à se olim cum cæteris, ad regulare specimen reformatum, deuenisset; ,, quæ supererant inuisere curauit. Dehinc ad prænominatum venit *Fiscannum* ,, post aliquot verò dies, acribus cœpit doloribus affligi. Iam quippe imminente ,, solemnitate Natiuitatis Dominicæ, prænoscens suæ à Christo vocationis diem; ,, conuocatis ad se fratribus, deliberans coram eis prouidè, ac sapienter, de cunctis, quæ ipsius innitebantur patrocinio, quid, vel qualiter agendū, seu ordinandū ,, foret; sicq; vniuersis præsentibus, simul & absentibus, sua benedictione firmatis, ,, ac Deo commissis, expetijt sibi dari salutarem, ac viuificū commeatum: expletisque solemnibus, totis octo diebus nihil omninò loquens, oculos tantum ad Dominum dirigebat, illi soli intendens, illum solum mente respiciens. Iam enim ,, aspiciebat fœlix anima ad illum itura de vasculo carnis, in sua gloria Deum ,, majestatis. Anno igitur ejusdem Natiuitatis Dominicæ 1031. indictione 14. à ,, Natiuitate quoque ipsius Patris ac Dei cultoris 70. & ab aduentu illius in Gallias de Italia 41. Regnante Conrado Imp. in Francia nihilominus Roberto ,, Rege, die Dominicæ Circumcisionis venerabili, atque eiusdem Natiuitatis ,, octauo, sexta feria, mane, dùm aurora superuenientis diei pelleret tenebras è ,, mundo: transiuit à sancto istius Dei amici corpore anima fœlix, & beata, lucerna videlicet orbis, ad sempiternam & Deificam lucem, suis lugentibus, sed Angelis lætantibus, cum quibus laudans ac magnificans benedicit Deum, in quo ,, viuit quicquid iustè subsistit. Sepultum namque est sacrum illius corpus honorificè in gremio eiusdem S. Trinitatis Ecclesiæ, in conspectu euntium, & redeuntium fratrum; vt quotidiè siquidem præ oculis imitabilem haberent patrem, ,, quem ad æternam iustitiæ mercedem, habuere institutorem; ipsiusque meritis ,, & precibus valeant percipere æternæ vitæ Regnum & gloriam, cum sanctis omnibus, donante Domino nostro Iesu Christo Saluatore. h

g *Chronicon sancti Benigni Diuionens. Petrus Rouerius lib. 2. vitæ B. Vuillelmi Abbat. cap. 22. ad ann. 1030.*

h *Glaber lib. 5. vita B. Guillelmi cap. 25.*

V.

His propiùs accedit auctor præfati Chronici Benigniani: B. Guillelmi obitum eodem ann. scilicet 1031. recensens. ,,Postquam (inquit) per annos 42. ipse ,, vineam Dominicam sedulò coluit, eamque jugiter propagare, amplificareque ,, curauit; cùm iam senio infirmitatibusque multis prægrauatus, optaret dissolui, & cum Christo esse, bonam consummationem laborum suorum adimplere ,, cupiens, per omnia monasteria, quæ sub eius fuerant magisterio, pergere cœpit, incipiens ab Italia, circumeundo, & fratres exhortando, vt ea, quæ ab eo ,, didicissent, mente retinerent, & opere adimplere satagerent. Siquidem eius ,, doctrina fuit, juxta quod præcipit S. Benedicti Regula, in verbo, in omni ora-

,, tione,

,, tione, in vestitus qualitate, humilitatem videntibus semper ostenderent, & ve
,, honore inuicem se præuenientes, dilectionem sine simulatione exhiberent. His,
,, & alijs virtutum operibus intentos etiam distinctè legendi & psallendi magiste-
,, rio condiuit. Hæc docendo, cæteris monasterijs peragratis, peruenit ad cœno-
,, bium, nomine, *Fiscannum*, vbi plus solito, infirmitate prægrauatus, & sentiens
,, sibi imminere vltimum vocationis diem: conuocatis fratribus, per octo dies
,, exhortans eos, atque absolutione, & oratione, Deo commendans: octauo die
,, Natalis Domini, sumpto Christi corporis & sanguinis Sacramento, reddidit
,, spiritum: cuius corpus à medicis, qui ibi aderant, conditum aromatibus, ho-
,, norificè traditum est sepulturæ, in ipso monasterio, ante altare S. *Taurini*, con-
,, fessoris, &c. obijt verò prædictus Pater noster Vuillelmus, anno ab Incarnatio-
ne Domini 1031. [i] non ergò, anno 1045. vti mendosè legit vir eruditus [k] vel anno 1002. [l]

VI. Multis autem miraculis, in vita & post obitum claruit: de quibus hæc scribit prædictus Glaber. ,, Nec prætereundum nobis videtur, quòd dum Patris Vuil-
,, lelmi, alloquio multi fuerint in mente recreati, plures etiam in corpore, tactu
,, eiusdem redintegrati, oratione refocillati, visitatione confortati, ac benedi-
,, ctione firmati. Et quamuis nunc minus audiatur, quod olim Christi sequaci-
,, bus vsui fuit suscitare mortuum; pauca tamen è pluribus, vt testati sumus, quæ
,, Dominus per ipsum operatus est, dicemus. Reuertens namque ille quondam à
,, cœnobio S. *Vincentij* Confessoris, cùm jam appropinquaret, S. Benigni monaste-
,, rio, obuiam habuit promiscui vulgi turbam plangentem, ac repedantem à spe-
,, ctaculo cujusdam miserrimi, ex eiusdem seruorum familia, videlicet S. *Benigni*,
,, quem magistratus crimine conuictum, mortique suspensionis patibuli ad-
,, judicatum deliberauerat. Quod audiens vix misericors, miliari distans
,, loco, dimisso equo illuc quantocius accurrens; hoc tantum dicebat, Ie-
,, su, Iesu, qui pepercisti latroni in cruce, miserere. Iussitque suis velociùs
,, infœlicem illum, quem cernebant & trabe pendere, iam rigentem deponere.
,, Ipse verò toto prostratus corpore orationi incubuit. At illis soluentibus loca
,, gutturillius arctantia, exanimis in terram cecidit. Ad quem accedens vir pius,
,, ait: Surge (inquit) Dominus imperat. Ille verò aperiens oculos, erexit se,
,, admirans, valdè se superesse: qui cum viro Dei egrediens, exultantibus cunctis
,, ad monasterium; plures postea vixit annos. Multos nempe ab huiusmodi pati-
,, buli suspendio, ac nece, per diuersas Prouincias, tam interuentu, quam re-
,, demptionis prætio, liberauit. [m] *Idem* author, referens miraculum ad ipsius B.
Vuillelmi Abbatis sepulchrum editum, ann. 1033. ita loquitur. ,, *Migrauit* præ-
,, dictus Pater à sæculo ad Beatorum requiem, in Neustriæ partibus, in Fiscanensi
,, videlicet Monasterio, supra mare Oceanum constituto: quod à Rothomagensi
,, vrbe 40. fere milliaribus distat, vti tantum condecebat virum, in loco optimo
,, eiusdem Ecclesiæ sepultus. Post aliquot verò dies contigit, vt puerulus fermè de-
,, cennis valida confectus ægritudine, ad sepulchrum illius, gratia recuperandæ
,, sanitatis duceretur, ibique à parentibus dimissus decubabat solus: qui subitò
,, respiciens, vidit super idem sepulchrum insidentem auiculam, formam colum-
,, bæ præferentem, quam diu intuens obdormiuit. Dehinc leui exolutus somno
,, euigilans, ita se reperit incolumen, ac si nihil ægritudinis persensisset. Susci-
,, piunt itaque læti parentes suum, fit omnibus commune gaudium. [n] Cuius meminit Martyrologium Benedictinum 1. Ianuarij. *Fiscanni, depositio S. Guillelmi Abbatis, discipuli S. Majoli.*

VII. Nuper vidimus sacrum ipsius corpus humatum fuisse intra Ecclesiam Fiscanensem, in conspectu euntium & redeuntium fratrum, scilicet, ante altare S. Taurini Confessoris: at exindè ablatum, translatumque esse, & absconditum in Capellam S. Mariæ Magdalenæ eiusdem Ecclesiæ, in cornu Euangelij, ad Septentrionalem plagam: intra parietem eiusdem ædis (forsan, ob bellorum frementium varios casus) discimus: vbi incognitum mansit vsque ad ann. 1638. quo die Iouis 28. Octob. illud Sarcophagum reseratum est & apertum, tempore D. Caroli de *Campion*, magni Prioris: qui postea acceptis litteris ab Illustrissimo principe, Henrico à Lotharingia, Abbate commendatario, sub Datum Lutetiæ 3. Nouembris,

i *Chronicon S. Benigni. cap. 24. vita B. Guillelm. lib. 2. apud Petrum Rouerium sup. eiusdem.* *Ibid. in Annotation.* 130.
k *Petrus de Marca, De primatu Lugdunens.* §. 114.
l *Accessiones Roberti de Monte, ad Sigebertũ sub ann.* 1002.
m *Glaber sup. cap.* 13.
n *Idem lib. 4 Histor. cap. 4* *Apud Rouerium cap.* 25. [illegible]

eiusdem anni, rursus apertum est idem sepulchrum, die 6. Decemb. illius an. 1638. ad instantiã præfati principis, Abbatis: vt exindè aliquot Reliquiæ ipsius B. Guillelmi extractæ darentur D. Nicolao le *Roux*, Parœcho de *Veilly*, Decano & Archi-Præsbytero de *Gamachijs*, Diœces. Rothomagens. asportandæ in Sabaudiam, ad Serenissimam Ducissam, cuius nomine, eas instanter petierat. Die itaque assignata, illud quod primò occurrit, in ejusmodi parietis sepulchralis apertione, fuit latens Epitaphium ipsius B. Guillelmi, Abbatis, litteris antiquis in plumbi lamina exaratum; in hunc modum.

Abbatem, plenum, lector, dignosce dierum,
Nomine Vuillelmum hic recubare senem,
Iste loci primus pastor præfulserat eius,
Quo statuit multos, dante Deo, monachos.
Iani primas dies animæ noua claruit eius,
Cui noua Ierusalem obuia tota fuit.

o *Apud Registrum D. Ioannis Breblon, Parochi S. Stephani Fiscanens. Secretarij Abbatiæ & Prothonotarij Apostolici.*

Tum postea, extrahuntur ossa quattuor, ex brachijs ac tibijs: quæ reuerenter suscepta, delata sunt honorificè, per D. Carolum *Parent*, de l'*Estanville*, Monasterij Hortolanum, ad supradictum principem, Abbatem: pro ipsa serenissima Ducissa Sabaudiæ; necnon pro Ecclesia S. Benigni Diuionensis: Hæc autem acta sunt præsentibus: præfatis, monachis magno Priore, & Hortolano; Item DD. Gasparo le *Cheualier*, Præcentore: Adriano de *Lastier*, tertio Priore; Carolo de *Roly*; & alijs. Quæ omnia perlustraui ann. 1640. die 10. Iulij. o

---

Duo proximiores Abbates producuntur, videlicet, BB. Ioannes, & Guillelmus 2. vita monastica obseruantia, & virtutibus eximijs, admodùm illustres.

CAPVT VIII.

a *Chronicon. S. Benigni Diuionens. apud Petrum Romerium in Histor. Rotomagens. cœnobij lib. 2. vit. B. Guillelmi Diuionens. cap. 2.*

b *Vide cap. præcedenti. §. 3. sup.*

c *Chronicon. S. Benigni sup. apud Romerium cap. 22.*

Eccles. 11. V. 30.

d *Ordericus lib. 4. sup. ad ann. 1072. & lib. 11. ad ann. 1107.*

CVM B. Guillelmus Diuionensis, plurium per Galliam Monasteriorum, curam & sollicitudinem assumpsisset; maximè in I.
Neustria, operam impensius dedit, vt quibus ad instantiam Ducum Normannorum, ex charitate præesset, pro bono eorum regimine, omnia coaptaret, nec gubernio eis abesset; primùm constituit Fiscanensi cœnobio priorem, *Theodoricum*, patria Burgundũ, sibi familiarem & amicũ, monasticaq; obseruantia eximiũ: quem postea Gemeticensium præfecit Abbatem. a In cujus locum, alium mox substituit, nomine *Ioannem*: Regulari vita clarum: Priorque extitit Fiscanensis secundus. Itemque Abbas: cujus rei causa paulò superius aperuimus. b De quo hæc recitat testis oculatus. „*Hic* in Italia partibus Rauennæ ortus, litteris eruditus, ac medicinali arte, per ipsius patris jussionem edoctus, religiosæ conuersationis eius, doctrinæ quoque, ac omnium virtutum ipsius, præ cunctis alijs extitit imitator studiosus; qui ab exilitate corporis *Ioannelinus*, diminutiuo nomine est dictus. Sed humilitatis, sapientiæ, discretionis, ac cæterarum virtutum tanta in eo refulsit gratia; vt sicut sanctus refert Gregorius in libro Dialogor. de Constantio Præsbytero; ita & in hoc mirum esset, intuentibus in tam paruo corpore, gratiæ Dei tanta dona exuberare. Sed quia adhuc nobiscum habitat, sufficit hoc tantum dixisse. Dicit enim scriptura: *Ne laudes hominem in vita sua*. c Quiquidem Abbatiam rexit ann. 51. juxta *Ordericum*: d nempe vsque ad ann: 1082, sicque series Abbatum Fiscannensium hoc ordine dirigenda est, maximè à tempore suæ restaurationis.

Digitized by Google

1. B. Guillelmus Diuionenſis, Cluniacenſis monachus, ann. 1000.

2. D. Ioannes, Longobardus, [e] *ann. 1031.*

e Canalis Tom. 5. Eccleſ. Hierarch. a Neuſtr. in Abbat. poſt Robertum de Monte ſup.
f Catalogus MS. Abbat. Fiſcanenſ. Apud D. Bichion.

II. De eo, hoc elogium refert Catalogus Abbatum Fiſcannenſ. MS. „ *Ioannes* „ *Dalye*, Abbas Fiſcanenſis ſecundus, de Italia fuit progenitus: qui cum mona- „ ſterium per aliquot annos prudenter rexiſſet, diuino afflatus numine, Hieruſa- „ lem, cum Richardo de Callido monte, peregrè profectus eſt, & ibidem à paga- „ nis deprehenſus & in carcerem detruſus, multas calamitates & anguſtias per- „ peſſus; pluribus annis reuolutis, ad monaſterium præfatum redijt. Qui poſt per „ ſpatium duorum annorum, vel circiter, gubernauit; tandem ex itinere fatiga- „ tus, grandæuus, anno 51. ſuæ creationis, viam ingreſſus eſt vniuerſæ carnis, ſe- „ pultuſque eſt, in capella B. Ioannis. [f]

Habetur cartula Eduardi, Regis Anglorum, qua conceſſa legitur terra illa, quæ dicitur *Staninges*, ipſi Fiſcannenſi cœnobio: & omnia quæ ad illam jure pertinent poſt obitum Epiſcopi Heluini, cum omni libertate, tam pleniter & firmiter, ſicut in ſua poteſtate firmius fuit. Ad ipſum autē Regem Anglum idem Ioannes Abbas perrexit: qua de re ſic loquitur Codex MS. „ *Anno* Dominicæ Incarnationis 1054. „ Ioannes Fiſcanenſis cœnobij Abbas 2. vir grandeuus, & à puero in Chriſti mi- „ litia apprimè exercitatus, mare diſpoſuit tranſire, terraſque ſuæ ditionis illa in „ Regione ſitas inuiſere; & pro vt competebat vtiliter ordinare. Proindè 2. nonas „ Decemb. à prædicto cœnobio exiit, mare deindè, Deo propitio, fœliciter ena- „ uigauit: deindè Regem, diſpoſitis pro quibus ierat, petijt; à quo honorificè ſuſ- „ ceptus, neceſſariis dapſiliter in ſuos, ſuorumque vſus præbitis, eſt muneratus. „ Præterea petitionem Regi humiliter, de Eccleſia, quæ eſt in *Burhna*, ſuggeſſit, „ cui Rex Eduardus gratanter aſſenſit: præfatamque Eccleſiam ſanctæ & indiui- „ duæ Trinitati perenniter authoritatis ſuæ dono delegauit. Ad eam autem Eccle- „ ſiam, multorum probatur teſtimonio, terra carrucæ ſufficiens, apud *Lantport*, „ pertinere: quam Rex Eduardus ſua largitate noſcitur indulſiſſe, in dedicatione „ ejuſdem Eccleſiæ. Deindè in *Horſea*, ſimiliter eſt terra cum prato; Item, apud „ *Caſtram*, cum ſalinis, & duodecim domibus: quæ omnia Leuigar, & Eggardus, „ præsbyteri, quo ad vixerunt, a prædictis Regibus, ſine diminutione, in eleemo- „ ſina tenuerunt. Guillelmus nothus, Dux Norman. poſtea Rex Angliæ multa etiam tunc eidem Abbatiæ contulit: quæ ſic referuntur in eodem codice, MS. apud D. *Bigot*. Rothomagenſ. virum nobilem, & clariſſimum. „ *Eccleſiæ* ſanctæ „ & indiuiduæ Trinitatis Fiſcannenſi, donauit Vuillelmus Comes, & princeps „ Normannorum, per vnum cultellum, donationem de terra de *Staningis*, cum „ omnibus appenditijs ſuis, antequam iret in Anglicam terram: ſi Deus ſibi eunti „ in Anglicam terram, daret victoriam, & omnium aliarum terrarum, quæ per „ *Goduinum*, & ſuos filios, ei injuſtè ablatæ fuerant. Teſte Vicecomite Aymerico, „ & Richardo, filio Giſleberti, & Pontio.

In nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti: S. & Indiuiduæ Trinitatis: Amen.

„ Ego Vuillelmus, Dei miſeratione, Patronus Normannorum, Rex etiam An- „ glorum, timore Dei tactus & amore, & præcauens in futurum; annuo libenter „ & concedo ſanctæ & indiuiduæ Trinitati, & Eccleſiæ Fiſcannenſi, terras ipſas, „ quas dominus, & Anteceſſor meus Eduardus Rex conceſſit prædictæ Eccleſiæ: „ quod quidem non ſolummodo multorum relatione didici, ſed etiam litteris „ eius caractere ſigillatis. Sunt verò hæ terræ, quas dico; Terra de *Staningis*, cum „ omnibus omninò appenditijs eius, legibus, & conſuetudinibus, & ſacca & ſoc- „ ca: & quia præfatus Rex Eduardus, Dominus meus, ſibi ipſi nimirum proui- „ dus, pro ſalute & remedio animæ ejus, eaſdem terras dari Deo voluit: ego nihi- „ lominus miſericordia Dei indigens, tam pro anima mea, quàm pro eius ipſius „ anima, & omnium prædeceſſorū, atque ſucceſſorum meorum animabus, non „ diſſimili voluntate, & diligentia concedo. Et quoniam inuiolabilem, & ratam

Digitized by Google

,, concessionem istam futuris temporibus permanere volo : assensu conjugis & pro-
,, lis, seu procerum meorum, Regia auctoritate, & crucis caractere, confirmo : &
,, manibus fidelium meorum corroborandam trado.

Signum *Vvillelmi*, Regis Anglorum. †.
Signum *Mathildis*, Reginæ Anglorum. †.
Signum *Roberti* Comitis, filij Regis. †.
Signum *Vvillelmi*, Comitis, filij Regis. †.
Signum *Odonis*, Episcopi Bajocensis. †.
Signum *Roberti*, Comitis Moritonij. †.
Signum *Henrici* de Bellemonte. †.
Signum *Roberti* de Bellemonte. †.
Signum *Roberti* de Montegomerico. †.
Signum *Hugonis*, Comitis Castræ. †.
Sig. *Vvillelmi*, Abbatis Cormeliesis. †.
Signum *Osmundi*, Cancellarij. †.
Signum *Rogerij* de Bellemonte. †.
Signum *Fulcoij* de Monsteriolo. †.
Signum *Bernardi*, filij Ospaci. †.

Nec mirum ? nam antequam prælio congrederetur cum *Haraldo*, & pro Regno Angliæ iniret certamen, monachum quendam Fiscanensem ad eum citius ablegarat, vt ad saniorem mentem reduceret, ann. 1066. ex Guillelmo Pictauiens. in gestis ipsius Guillelmi Ducis, & Angliæ Regis. Parta autem victoria, coronatur Angliæ Rex, ab Archiepiscopo Eboracensi, in die natali Christi, præuia Episcopi Constantiensis concione ad populum, tum, in Neustriam rediens ad cœnobium Fiscannense, Pascha celebrauit Dominicum, cum frequentia venerabilium & præsulum & Abbatum ibid. Porrò ; inter nomina personarum præsentium in detectione corporum SS. Dionysij Areopagytæ, & sociorum martyrum, quæ jussu Henrici I. Regis Franc. facta est ann. 1050. ad confutandam Germanorum vanam de ejusdem S. Dionysij corpore assertionem ; recensetur Ioannes, Abbas Fiscannensis cœnobij, ex codice MS. apud Quercetanum, Tom. 4. Histor. Gallic. scriptor. pag. 161. Idem Quercetanus lib. 2. Histor. Genealog. Domus Vergiacæ cap. 2. & in probation. pag. 72.

Sub eo tempore, princeps *Nicolaus*, filius vnicus Richardi 3. Ducis Normanniæ, puer, monachus, in præfato cœnobio Fiscanensi factus est; compellente ad id Roberto Duce, patruo suo. g Sic & S. *Maurilius*, postea Rothomagensis Archiepiscopus, ann. 1055. h Præterea, *Margarita*, illustris ac spetiosa virgo, ex partibus Teutonicis oriunda, quam Guillelmus, nothus, Normanniæ Dux, & Anglorum Rex, nato suo conjugare decreuerat, fœliciter obiens, antequam nubiles annos attingeret, Fiscannensi cœnobio humata quiescit, circa an. Christi 1064. i iterum. *Anno ab Incarnatione Domini* 1075. *indictione* ..... *Guillelmus Rex Fiscanni, S. Pascha celebrauit ; Cæciliamque filiam suam, per manum Ioannis* Archiepiscopi *Deo consecrandam obtulit: quæ cum grandi diligentia, in cœnobio Cadomensi educata est.* l Tum demum, Alanus, Britanniæ Armonicæ Dux, moriens ann. 1039. tumulatus est apud Fiscanense monasterium. m III.

g *Vide sup. in Abbat. S. Audoeni Rothomag. cap. 7. §. 3. & seq.*
h *Vide in Archiepisc. 46. Rothomag.*
i *Guillelmus Pictauiens. in gestis Guillelmi 2. Ducis Norman. Gemeticensis ibid. lib. 8. cap. 2. & Ordericus lib. 3. ann. 1064.*
l *Ordericus lib. 5. ann. 1075. Parisiens & Vuestmonasteriensis eod. anno.*
m *Antiquitates MSS. Norman. pag. 225.*

3. *B. Guillelmus 2. De Ros.* 1082.

Hujus parentes ex Diœcesi Bajocensi traxerunt originem, præ decore autem delicatæ formæ præstantia, cognominatus est: puella ; vt igitur, adhuc adolescens, copiosius litteris, & scientiis incumberet, mœcenatem habuit Odonem, Bajocensem n Episcopum, juxta Ordericum, de eo sic agentem. ,, *De Discipulis*, IV.
,, quos ita nutriebat ; fuerunt, Thomas, Archiepiscopus Eboracensis : atque Sam-
,, son, frater eius, Episcopus Vvigornensis : *Guillelmusque de Ros*, Abbas Fiscan-
,, nensis : & Turstinus Glestoniensis : multique alij, qui nostris temporibus, in Ec-
,, clesia Dei, floruerunt & subjectis ouibus, pabulo doctrinæ, ædijsque virtutum
,, solerter profuerunt. o Exinde ad dignitates Ecclesiasticas assumptus ; pius ac liberalis extitit, maximè in monachos vticenses, pro quorum noui cœnobij constructione, eleemosynam haud paruam contulit. ,, *Guillelmus autem de Ros* (inquit
,, idem Ordericus,) Bajocensis clericus, (qui in eadem Ecclesia, triplici erat ho-
,, nore præditus, erat enim Cantor, & Decanus, & Archidiaconus) quadraginta
,, libras Sterlingensium dedit vticensibus. Qui non multo post, sæculi pompas
,, spontè relinquens, Cadomensis monachus factus est : & indè priusquam vnum annum

n *Ordericus lib. 11. ad ann. 1107. Catalogus Abbat. Cænolis sup.*
o *Ordericus lib. 8. ann. 1087.*

Digitized by Google

„ annum in monachatu proficeret, ad Fiſcannenſis cœnobij regimen aſſumptus „ eſt. Nomen eius, pro multis beneficiis, quæ vticenſibus contulit, in Rotulo ge„ nerali ſcriptum eſt: & pro ipſo Miſſas, & orationes, & eleëmoſynas, ſicut pro „ monacho profeſſo prorſus agi ſtatutum eſt. [p] *Cæteras* verò illius virtutes exi„ mias, hoc ordine, ſic perſtrinxit. *Guillelmis de Ros*, Bajocenſis clericus, ſed „ Cadomenſis monachus; ferè viginti ſeptem annis, tenuit. Hic, vt myſtica nar„ dus in domo Domini, fragrauit, charitate, largitate, multimodaque probita„ te. Opera, quæ palam ſeduló fecit, vel in occulto coram paucis arbitris, omni„ potenti Deo libauit, atteſtantur, quis ſpiritus in illo habitauit; ipſumque to„ tum poſſidens, ad ſolium Domini Sabbaoth coronandum perduxit. [q] Quamuis autem hic Author id referat ſub ann. 1072: non ideò ſequitur ipſum Guillelmum, Abbatem fuiſſe ſuffectum eodem ann. 1072. (cùm id euenerit ann. 1080.) ſed ſolùm id feciſſe dixerim, vt quorumdam præcipuorum Abbatum tunc, in Normannia exiſtentium, nomina ac virtutes cunctis patenter innoteſcerent. *Operæ pretium eſſe reor* (ajebat paulò altius) *patrum memoriam poſteris intimare, qui Normanniæ monaſteria, ſub Rege Guillelmo prudenter rexere: & æterno Regi, qui incommutabiliter regnat, ſtuduerunt vſque ad mortem diligenter obſecundare*, &c. [r] Incipitque à Fiſcannenſi cœnobio.

[p] *Idem lib. 3. ad ann. 1066. Robertus de Monte ſup.*

[q] *Idem lib. 4. ad ann. 1072.*

[r] *Idem ibid.*

V. Interfuit vnà cum alijs preſulibus & Abbatibus Neuſtriæ, ann. 1087. funeri Guillelmi Nothi Normanniæ Ducis, & Angliæ conquiſitoris Regis. [ſ] Henricus I. Patri Guillelmo ſuccedens, in Regnò Angliæ, (poſt fratrem Guillelmum Rufum) ann. 1100. itemque in Ducatu Normaniæ, (ob fratris Roberti ignauiam ac ſocordiam) ann. 1105. ſummo cum moderamine prudentiæ & manſuetudinis Neuſtriam rexit, ac tutatus eſt: hinc ann. 1107. indictione 15. Comitia Prouinciæ aggregauit, vti bono publico totius Neuſtriæ ſubueniret: quibus & præfatus Guillelmus Abbas interfuit: ac indè rediens, paucis poſt diebus elapſis, mortis debitum ſoluit. „ *Menſe Martio* (inquit Ordericus) idem Rex Conſilium apud Le„ xouium, tenuit, & neceſſaria ſubjectis plebibus Edicta, ex conſultu magnato„ rum, prouidè ſanxit: & Regali poteſtate, ſedatis bellorum tempeſtatibus, Neu„ ſtriam edomuit. Indè remeans Guillelmus de Ros, Fiſcannenſis tertius Abbas, „ ægrotauit, & ante finem ejuſdem menſis, fœliciter migrauit. Hic venerabilis „ vir, bonis moribus pollens, laudabiliter vixit: & multarum nectare virtutum „ imbutus à pueritia, viguit: & in clericatu ac monachatu, ſpeculum bonorum „ operum mundo reſplenduit. Præfatum verò cœnobium, adhuc in monachico „ ſcemate neophytus ſuſcepit; ferè 20. annis gubernauit: in multis, intus & ex„ tra emendauit. Nam Cancellum veteris Eccleſiæ, quam Richardus Dux con„ ſtruxerat, dejecit: & eximiæ pulchritudinis opere, in melius renouanit, atque „ in longitudine & latitudine, decenter augmentauit. Nauem quoque Baſilicæ, „ vbi oratorium S. Frodmundi habetur, eleganter auxit: opuſque tandem con„ ſummatum, à Guillelmo Archiepiſcopo, alijſque quatuor præſulibus 17. Calend. „ Iulij, conſecrari fecit. Defunctus autem, in nouo opere, quod ab ipſo conſtru„ ctum eſt, ante aram glorioſæ virginis Mariæ ſepultus eſt. [t]

[ſ] *Vide in Rothomag. Archiep. ſupra 48.*

[t] *Idem lib. 11. ad ann. 1107.*

VI. Corrigendus eſt error hic poſitus: dùm dicitur, *ferè 20. annis* Fiſcannenſe cœnobium rexiſſe: ſcribendum eſt, *ferè annis 27.* pro vt ipſemet ſuperius jam annotauerat, [u] nam ſi annis 20. ſolummodò præfuiſſet, in fata conceſſiſſet anno 1102. quippè cùm ipſius Abbatiæ curam ſuſcepiſſet ann. 1082. At verò obijt ann. 1107. die 26. Martij, vt & ipſe fatetur & Chronicon Cadomenſe obſeruat; his verbis. *Anno 1107. Obijt Willelmus Abbas Fiſcannenſis.* [x] Quantum verò ad veteris Eccleſiæ reparationem, nouamque illius Dedicationem, ea accidit ſub Guillelmo 48. Rothomagenſi Archiepiſcopo, die 15. Iunij, cujus mentio habetur apud Martyrologiũ Benedictinum. *In Normannia, Dedicatio Eccleſiæ S. Trinitatis Fiſcanenſis.* Fuit autem hæc ſecunda Dedicatio: nam prima aduenit ann. 989. ſub Roberto, Rothomagenſi Archipræſule 44. de qua ſuperius egimus. [y] Pari menda laborat, qui ſcripſit, ipſum Guillelmum, præfatum monaſterium 29. annis rexiſſe [z] dicendum quippe eſt ann. 26. ex inuerſione litterarum numericarum, cætera proſequamur.

[u] *Idem lib. 4. ſup.*

[x] *Chronicon Cadomenſe ad ann. 1107. Ordericus lib. 11. eod. anno.*

[y] *cap. 4.*

[z] *Catalogus MS. Abbat. Fiſcanen.*

VII. „ Multi (addit Ordericus) ſapientes & illuſtres viri, mitis Archimandritæ ille„ cti amore, Fiſcannum confluxerunt, & in ſchola Diuini cultus ſub eodem, ſum-

„ & indiuiduæ Trinitati reuerenter famulati sunt. Fideles ergò & amici discipuli, multa super illo, prosa, seu metro, conscripserunt. Speciale tamen Epitaphium, quod Hildebertus, Cœnomanensis Episcopus, edidit, elegerunt: aureisque litteris caraxatum sic super illum imposuerunt.

Pauperibus locuples, & sacri nominis Abbas
Vuillelmus, solo corpore, cultor humi:
Liber ab Aegypto rediens, deserta reliquit,
Iamque Hierosolymam victor, ouansque tenet.
Cum vitijs odium, cum moribus ille perennem
Pactus amicitiam, firmus vtroque fuit.
Luce graui nimiùm quæ sexta præibat Aprilem,
Redditus est patriæ spiritus, ossa solo.

„ Adelelmus, Flauiensis Monachus, qui multo tempore Fiscanni venerabiliter conuersatus est, geminaque scientia, tam in diuinis, quàm humanis dogmatibus affatim imbutus est: ardenti amore, vt subtilibus scriptis ab eo editis approbari potest, præfato patri, vsque ad exitum vitæ, conglutinatus est. Hic in Rotulo eius, memoriale sat eleganter dictauit, & venerabili vitæ illius luculentos flores, ex diuina pagina coaptauit: quibus visis mellifluæ pietatis affectus ex oculis legentium plures lachrymas elicuit. Ibi, non humanum, vt reor, ingenium tantummodò tam beatè personuit: sed cœlestis gratia beniuolis lectoribus sua charismata demonstrauit, quibus fidelem sponsæ suæ tutorem, pro vtilitate multorum, gloriosè decorauit, & super candelabrum fulgentem lucernam, in hoc mundo coruscare donauit. Multi legentes Rotuli titulum, piè fleuerunt, & superni torisdonum admirantes, pro fideli anima lacrymosas preces Deo fuderunt. Præfatus editor tres Elegiacos versus composuit: quos hîc, ob memoriam serui omnipotentis inserere non me pigebit.

Vtilitas & honor Guillelmus in ordine cleri,
Bajocas triplici clarus honore fuit.
Præmissis opibus, Cadomum subit, indè retractum
Fiscanni celebrat hunc locus ipse locum.
Principio dùm sexta dies superesset Aprilis,
Lis habuit finem, præmia principium. [aa]

Ad hunc Guillelmum, Fiscanensem Abbatem scripsit Iuo, Carnotensis Episcopus, Epistolas varias, nimirum, 19. 32. 80. & 99. Scribunt, non contemnendæ authoritatis probati viri, hunc eumdem Guillelmum Abbatem, corpus Richardi 1. Normaniæ Ducis, in stillicidio Fiscanensis Ecclesiæ, iuxta pium eius votum, Tumulatum, exindè exhumasse, atque locasse intra Ecclesiam, ante altare: [bb] quibus videtur aduersari Robertus à *Monte.* [cc] Hic est, vt arbitror, Guillelmus Abbas, cui dicatur narratio fundationis & Dedicationis Abbatiæ Fiscanensis, ab Authore Codicis MS. [dd] de quo, initio huiusce Abbatiæ memoratur.

aa *Ordericus lib. 11 ad ann. 1107. Marinus Prasnerue; lib. 2. Chronic. MS. Norman. cap. 24. & lib. 3. cap. 41.*
bb *Vincentius Belnacens. lib. 25. specul. Histor. cap. 13. D. Antoninus 2. part. Chronic. titul. 16. cap. 7. §. 3.*
cc *Vide cap. 10. infra §. 6.*
dd *Vide cap. 1. seq.*

Abbatia

Abbatia Fiscannensis, eo tempore, maximè commendatur: à vita Regulari: à Religiosis cœnobiarchis; à Monachis perfectis; ab Hospitalitate; à fraterna charitate; à scientia exculta; à seruitio Diuino: à situ loci: à Templi structura; à sacris Reliquiis: &c.

CAPVT IX.

I. NVNC paulisper immorandum est; & conspiciendum licebit, quanta fuerit eo sæculo, Fiscannensis Asceterij venustas, quantus virtutum eius fulgor, & qualem Christi bonum vbique exhalauerit, sparserit-ve odorem: ex fideli relatione *Baldrici*, Dolensis in Britannia Armorica antistitis: testis oculati cordatique viri: in hunc modum scribentis.[a]

Baldricus, Dolensis Archiepiscopus, Fiscannensibus.

„ *Mentis raptus* in culmine, colonias, quas hospes aliquando transieram, libuit
„ retractare; & per earum singulas cœpi delitiari, & deambulare. Descendi in
„ hortum pomorum; vt viderem mala punica. Videbam Cedrum altam Libani,
„ *Cluniacum*, & arridebam; inspiciebam odorem Cupressum, *Majus-monasterium*,
„ & exultabam: admirabar paradisum opimum, quæ me inter mala sua granata
„ diu nutrierat, *Burgulium*, & jucundabar; præsertim quoniam horto illi, fermè
„ sex lustris custos & hortulanus extiteram. Occasione autem accepta non inho-
„ nesta, vltroneus minorem migraui ad *Britanniam*, & præcipuè, quia Roseto no-
„ stro, plerumque, vt assolet, adulterina suboriebantur fruteta, quæ cùm euel-
„ lerem, vel dissimularem, vel non possem, aufugi: quia malui transmigrare,
„ quàm vepribus exuendis insistere. Timebam si quidem sub fasce laborioso defi-
„ cere: & iam inquietus *Pictauiensis* turbo inchoauerat nequiter efflare. Altiùs
„ igitur sublatus, & in Cathedra Pontificali collocatus, ego Guillelmus, olim
„ Burguliensis *Abbas*, & in *Dolensi sede*, pallio Archiepiscopali decoratus, *Bri-*
„ *tannorum* citeriorum fines cœpi deambulare; sed rosas *Burguliensibus* assimiles illis
„ in campestribus nequaquam potui reperire, seu enim aliquantulum emarcue-
„ rant, seu penitus aruerant, seu radicitus, extirpatæ, nulla signa, quòd saltem
„ fuerint, proferebant; sed deserta, inculta, & squalidas falsugines, solitudo illa
„ prætendebat. Cum *Axa, Caleb* filia, super asinum sedens, cœpi suspirare, non
„ quia migrationis nostræ me pœnituerit, & ad gazas pristinas reuerti volue-
„ rim; sed quia copiosiorem florum vbertatem, quam videbam, videre voluerim. In-
„ stiti paulisper agris exossandis, oleis plantandis; sed terræ maritimæ barbara
„ mephita deuictus, substiti; & quia incassum laboraueram, vehementer erubui.

II. „ *Rubore confusus*, in *Angliam* vcluuolus remigraui; si forte illuc possem inueni-
„ re, quod operibus derelictis, haud dissimile rerum amissarum imagine, me sal-
„ tem posset recreare. O quantum auri & argenti ibi reperi! quantum ciborum
„ crapulatorum copiositatis! quantum lætitiæ & exultationis, quàm dapsiles
„ fratres, quàm facundos, quàm jucundos, quàm admirandos. Lætatus sum &
„ ad *Angliæ* comparationem, *Britanniam*, quam incolere cœperam, autumaui
„ exilium. Gauisus sum, inquam, quia Religionis odore, quo penè illa tota Re-
„ gio flagrabat, exhilaratus sum. Bone Deus! quàm olentes rosas, quàm albi-
„ cantia lilia ibi persensi! quàm ditium aromatum redolentiam ibi hausi; quàm
„ amicis complexibus astrictus, quàm non fictis obsecrationibus, quatinus cum
„ eorum singulis manerem; adjuratus. Non tamen, sicut arbitror, me magnum
„ aliquid, præter peregrinum, æstimabant: sed charitate, quæ in eis redundabat,
„ cogente, cogebar: Paschale siquidem illud responsorium cantabant: mane no-

[a] Extat in Codice MS. Fiscannens. de quo in initio.

,, biſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata dies tua jam ad occaſum vergit. ,, Dignum eſt igitur, vt amodo in iſto Dei requieſcas contubernio. Excuſationes, ,, & excuſatiunculas forſitan in paucis oppoſui, & non ſine communibus lachry- ,, mis reditum maturaui.

,, *Normania*, quædam Prouincia eſt, terræ Brittonum contigua & continua, vt ,, potè quas à ſe quidam fluuiolus Coiſnanus, duntaxat dirimit, & collimitat; ,, hanc intrare & explorare diſpoſui, & intraui: ibi reuera manſiones paradiſicas, ,, inueni: ibi jam nubium incolas, cœnobitarum choreas vidi: ibi à deicolis illis ,, immenſa ſuſcipiebar lætitia, & ad pauſandum compellebar. Explorabam ſin- ,, gulorum mores, ſi fortè per induſtriam tranſeunti mihi ad horam facti fuiſſent ,, hilares, an propter perſonæ noſtræ reuerentiam, nobis exiſterent affabiles, an ,, purè propter Deum, venerarentur hoſpites, an ad oculum, an ad charitatis ex- ,, perimentum. Quid dicam? prima die Aduentus noſtri boni fuerunt, die verò ,, craſtina tantò meliorati ſunt: vt niſi quos heri videram, vultus agnouiſſem, non ,, ipſos, ſed alteros æſtimarem. Gratias egi: & quoniam Deus ſeptem millia ſibi ,, reliquiſſet, qui non curuaſſent genua ante Baal, indubitanter recognoui, in ,, gratiarum actione, & mentis exultatione, *Normaniam* peragrabam; & ad *Becci* ,, gratiſſimam cohabitationem, accedere oportuit: & ibi reuera totius religioſi- ,, tatis plenitudinem aſſiſtricem inueni: quia nullatenus ibi deprehendi poterat, ,, ſeu fictio, ſeu adulatio, ſeu mutatio, ſed quædam ſincera temperies naturalis ,, honeſtatis, quo in loco, pro certo, dici poſſet; ne quid nimis. Ibi poſtquam ,, pernoctaueram, ab Abbate venerabili, recedendi licentiam popoſci, ſed non ,, accepi: nam illud ſancti Spiritus & charitatis organum, illicò reſpondit. Pa- ,, ter, & nos legimus, nec obliuioni tradimus, immò ad exemplum duximus; *&* ,, *coëgerunt eum; mane nobiſcum*. Certè, tua ſalua reuerentia, verba iſta fuere puſilla- ,, nimitatis, non amplitudinis charitatis. Cogendus es igitur, & cogimus te. ,, Tanquam diuinum reſponſum, judicium illud accepi, & acquieui: & quia Deus ,, apud homines inhabitaret, & in eis loqueretur, recognoui, meamque puſillani- ,, mitatem redargui. III.

,, Demum tandem auulſus, à longè, velut ortum ſurgentis auroræ, *Fiſcannum* ,, de quo, multa per peregrinos audieram, vidi; & ipſo limpidiſſimi domicilij ,, veſtibulo (fateor) obſtupui. Præter enim ædificiorum venuſtatorum compoſi- ,, turam decentiſſimam inter parietum lapides, pompis Regalibus, condignos in ,, occurſum noſtrum fratres, parſimonia monachali diditi, prodierunt: paruita- ,, tem noſtram ſalutantes, & tanquam charitatiuo pede ſaltantes; non tanquam ,, ignotum, ſed velut ab ipſis incunabulis familiarem venerabantur atque dome- ,, ſticum. Mirum in modum, quem tunc vſque nec viderant, nec audierant, me ,, ſinguli complexabantur, & gratulabantur; ſenes cum junioribus properabant, ,, & vnuſquiſque ſe vltimum aduentare erubeſcebat. Excuſabat ſe, ſi quis adue- ,, niſſet vlterior, de ſua vltimitate: & omnes applaudebant mihi in commune. ,, Venerabilis Abbas prius aduolauerat, quoniam Prior de aduentu noſtro audie- ,, rat; loqueretur pro omnibus, ſed ſinguli pro ipſo, & pro ſe loquebantur. An- ,, ticipabat alius alium, vt id ipſum exprimeret, humanitatis affectum. Dulcedo ,, gentis, & plenitudo charitatis, ita diſponebat; ſed noſtra gens ferrea tale quid ,, abominaretur, quæ veræ charitatis diſtillante fauo priuatur. Siquidem beata ,, ſimplicitas, neſcit ſuſpicionem: ſed ſuſpicioſa proteruitas ignorat ſimplicita- ,, tem. Melior tamen eſt cenſura charitatis, quam diſpoſitio humanæ traditionis. ,, Suſceptus ſum in clauſtrum, inuitatus ſum in animarum fornacem, Purgato- ,, riam, capitulum, ſermocinantis mei dependebant ab ore: quidam autem in la- ,, chrymas ciebantur, non quia ſermo noſter aliquid ſaporis habuerit, ſed charitas ,, omnia ſperat, omnia credit, charitas neminem negligit. Quidam nobis ſeorſim ,, loquuti ſunt, & ſuper animabus ſuis, ſuſpirioſè queſti ſunt; in omnibus Spiri- ,, tum ſanctum habitatorem inueni; qui (Deus ſcit) nulli reperti ſunt vitioſi. ,, Non enim vitioſus eſt, qui jam vitij, ſi quod fuit, reprehenſor eſt. IV.

,, *Quædam perſona, Adelelmus*, nomine, litteris liberalibus apprimè eruditus, mi- ,, hi Dux & cuſtos deputatus eſt, & miniſter; qui quamdiu ibi fui, nobis familia- ,, riter lateralis adhæſit. Hunc de rebus monaſterij familiaribus, ſegregatim per- V.

„ cunctabat ; & ore diſerto, per ſingula reſpondebat. De Abbate ſuperſtite, vt
„ potè de nouiter ſublimato, bona multa inſinuauit, potiora promiſit, & tandem,
„ ad eum, qui nuper obierat, ſermonem ſuum, ſingultuoſus ita diuertit. Eccleſia
„ iſta, Domine, memorandos habuit Rectores, ſed bonæ memoriæ; qui nuper de-
„ pot deceſſit D. Abbas *Guillelmus*, prædeceſſoribus, ſuiſque Prouincialibus, tan-
„ tùm enituit conſpectior, quantum cæteris luminaribus ſol rutilas eminentior.
„ Iſte ſiquidem, magna litterarum peritia præditus, primus Bajocenſis Archidia-
„ conus, poſteà Cadomenſis monachus, demùm Fiſcannenſis Abbas, Reuerenda
„ & cana perſona, quondam Religionis majeſtas, domum iſtam morum ſuorum
„ extulit cenſura, parietibus dilatauit, & quod ei ſpecialiter præcipuum fuit, fra-
„ trum conuentu ditauit. Multi ſiquidem nobiles Laici & Clerici, Religionis eius
„ odore prouocati, ad conuerſionem exuti ſunt, & vltronei monachum indue-
„ runt, & ſanctis ipſius inſtitutis informati ſunt. Ego ipſe, qui vobiſcum loquor,
„ in longinquo poſitus, bonam domini noſtri *Guillelmi*, opinionem audiui : qua
„ illectus, per licentiam noſtri Abbatis (Abbatem ſiquidem alium habebam, &
„ habeo) gratia ei adhærendi, *Fiſcannum* adij, gratanter ſuſceptus ſum, licet ho-
„ muncio nullius momenti. Omnes nos, quos vides, penes ipſe aggregauit, ſed
„ plures, quàm modò ſumus, fuimus : quoniam Ducem ſuum, poſt ipſius tranſi-
„ tum, quidam noſtrum, penè centum ſequuti ſunt. Domine pater, conjice, &
„ cogita, qualis & quanta fuerit menſa, cujus adhuc tales intuens reliquias, ordi-
„ nis ipſe vigor perſtitit ; verbis & exemplis nos inſtruxit, paterno affectu ſibi nos
„ omnes inuiſcerauit. Nam, ne veritatem tacuerim, propter Deum omnibus
„ omnis fuit ; idcircò ſubſequuntur eum noſtræ lachrymæ, proptereà comitantur
„ eum ſuſpiria noſtra. Quis enim eius reminiſci poteſt ſiccis oculis ? Immolamus
„ tibi, Reuerende pater, nos ipſos, quoniam, vt credimus, ad Curiam Dei noſtri
„ te patronum præmiſimus, non amiſimus. Quis enim dùm noſter eras, in lachry-
„ mis fuit vberior ; in lectulo tuo ſuſpirando, tecum litigabas, in turba nobiſcum
„ quietus eras : in angulo Eccleſiæ, vel in grabatti ſolitudine, totus turbatus eras ;
„ diſceptabas ſiquidem tecum pro noſtris exceſſibus, & ô pater dulciſſime, cruci-
„ figebas te ipſum immiſericorditer, ſi qui contigiſſent, pro fratrum reatibus.
„ Cuius enim exceſſum compatiendo non feciſti tuum ? Toties teipſum macta-
„ ſti, quoties aliquis, vel ego miſer peccaui ; in orationibus frequẽter pernoctabas,
„ deumque quietiſſimũ gemebundus inquietabas, ſine offenſa cum eo litigabas, &
„ per amicum litigium, ipſum tibi, nobiſque, velut alter *Salomon* pacificabas ; redi-
„ mebas eum nobis eleemoſynis, quia quod tibi committebat, fideliter erogabas.
„ Cujus enim pauperis neceſſitas manum tuam ſterilem ſenſit ! quæ Eccleſia non
„ habuit munificentiam ? Circuibas angulos & compita leproſorum etiam, cum
„ ipſis familiariter loquuturus, manus etiam elephantioſas plerumque deoſcula-
„ turus : tuguriola ſubintrabas, vt omnium neceſſitatibus adeſſes ; vt te miſelli
„ cuiuſlibet anguſtia cognouiſſet : amplitudinem pectoris tui, chare pater, quis
„ explicet ? melius igitur fecero, ſi à modo, de te loqui ſuperſedero : Non enim
„ poteſt enucleari verbis ſanctitas tuæ bonæ conuerſationis. Habemus tamen, Deo
„ gratias, vnum de tuis, tuæ dignitatis hæredem, nobis Abbatem, olim tibi fa-
„ miliarem, virum ſatis induſtrium, D. *Rogerium*, miniſtrum, vt ſperamus, ido-
„ neum, magiſtrum nobis profuturum. Sed mutata ſunt ipſa, mutati ſunt princi-
„ pes, mutati ſunt & mores : humanum eſt plangere quod amiſimus, quoniam de
„ melioratione omninò diffidimus. His dictis, Heros luculentus ſiluit ; ſed à la-
„ mentis ſtatim non deſtitit. Mihi etiam maduerunt oculi ; quoniam compatie-
„ bar enarranti. Colloquium intermiſimus, & ad alia procuranda feſtinauimus.

„ *Inſpiciebam* Templi porrecturam, decoram domus Dei capacitatem copioſam
VI. „ ornamentorum ſpecioſitatem, prædiorum etiam enarrabat amplitudinem, &
„ per ſingula mirabar. Gratias tum actitabam, quia Deo, cujus omnia fuerant, vt
„ tot, & tanta fideles contulerant pauperum vſibus profutura. Vt autem de fra-
„ trum Conuentu non tacuerim, vidi multos homines vnius moris illa in domo,
„ vnius animi vnius identitatis, vt ibi jure legeretur : *Multæ multitudinis credentium*
„ *erat cor vnum, & anima vna.* Si quempiam interrogares, Quis eſt ille ? Tantis
„ eum efferebat laudibus, quatinus ei vix alium comparari poſſe crederes : non

,, quòd mentiretur, quoniam in vno quoque erat, vndè meritò extolleretur. Sed
,, alius alium sibimet præferebat; & hoc totum de mutua dilectione, & de Regulæ
,, monachilis institutione procedebat. Litterarum notitia sic redundabant, vt scri-
,, pturæ sanctæ affluentiam pleniter plures attigerint, memoriæ commendauerint,
,, non ob id minus auidè alios loquentes audiebant, neque cæteros tanquam minus
,, sciolos aspernabantur: sed humilitatis gratia, quoslibet superuenientes comple-
,, xabantur. Videns illos orationi frequenter deditos, lachrymis sæpius irrora-
,, tos, parsimoniæ conuenienter intentos, silentio ædificationis verba proferen-
,, tes, Conuentibus monasticis assistentes, & nihil officij sui negligentes. Dei mi-
,, lites, cum antiquo serpente pugnabant, ideoque semper in procinctu erant, to-
,, gam expectabant, & idcircò indefessi dimicabant. Talis Legio, talis exercitus,
,, tale Collegium D. Abbatem *Gullelmum*, vt Dominum timuerant, vt Magistrum
,, audierant, vt patrem dilexerant; & adhuc omnes pro eo suspirabant.

,, Illa in Ecclesia, vnum quid erat, quod mihi non mediocriter complacuit: VII.
,, quod ad Deum laudandum, & excitandum, David canticis suis inseruit: *Lauda-*
,, *te*, inquit, *Dominum, in chordis & organo*, ibi siquidem instrumentum vidi musi-
,, cum, fistulis ex eis compactum, quod follibus excitum fabrilibus, suauem red-
,, debat melodiam, & per continuam Diapason, & per symphoniæ sonoritatem,
,, graues, & medias, & acutas voces vniebat, vt quidam concinnentium chorus
,, putaretur, clericorum, in quo pueri, senes, juuenes, jubilantes conuenirent,
,, & continerentur; organa illud vocabant, certisque temporibus excitabant.
,, Non tamen ignoro, quia sunt multi, qui tale quid in suis non habentes Eccle-
,, sijs, eos qui habent, murmurando dilapidant, quos nos obloquentes & detra-
,, hentes audemus nuncupare: qui quod organa nobis innuant, nesciunt expone-
,, re. Hi dederunt obliuioni, quoniam psalterium Lyrici composuere pelles: Hi
,, forsitan non legerunt David sanctissimum Saul arrepticij chordarum modula-
,, tione furorem mitigasse; Hi pro certo didicerunt, quòd Elysæus ad seipsum,
,, quem gratuiter Rex Israel exacerbauerat, complacandum, suis jusserit: *Adduci-*
,, *te mihi Psaltem*: Dùm verò psaltes caneret, super eum ita mansuetatum facta est
,, manus Domini videlicet spiritus sanctus venit; in iracundam enim animam &
,, maliuolam, spiritus sapientiæ, nequibat, introire. Intrauit igitur in exhilara-
,, tum, per psalterij ministerium. Non igitur aberramus, si tantorum patrum ve-
,, stigia, vt possumus, imitamur: non tamen in his Dominum non oblectari, am-
,, bigimus, sed hujusmodi multa viscera fiunt Ecclesiastica, sicuti aurea, vel ar-
,, gentea, vel serica ornamenta, ad laudem Dei, & ad sollicitandam hebetudinem
,, corporis humani. Ego siquidem in modulationibus organicis non multùm dele-
,, ctor, sed per hoc ad intelligendum excitor, quod sicut multimodæ fistulæ varij
,, ponderis, & diuersæ magnitudinis, in vnam vento agitatam conueniunt canti-
,, lenam: ita homines in vnam debent conuenire sententiam, à Spiritu sancto in-
,, spirati, in eamdem conuenire voluntatem. Porrò, si ligna indolata, dolando: si
,, lapides impolitos, poliendo; ad commodum opus compellimus: quid de homi-
,, nibus, autumas agendum intelligibilibus? vt conuenniantur, dolendi sunt, vt
,, conueniant, bituminandi sunt charitatis glutino, ne dissideant: id totum me
,, docent organa, quæ sistuntur in Ecclesia. Nonne & nos organa sumus Spiritus
,, sancti? Denique, qui hæc eliminat ab Ecclesia, omnem eliminet ab eadem vo-
,, calem strepitum; & cum Moyse, immotis oret labiis, sustineat, donec ei dicat
,, Dominus: Quid clamas ad me? Quod si jubilum; quod si vocum sonum concor-
,, dent non refutamus, dicant æmuli, dicant reprehensores, dicant qui à seipsis
,, dissident, quid agendum est. Nos absolutè dicimus, quia bona sunt organa, si
,, intelligamus mystica, si ex eis spiritualem hauserimus harmoniam; harmoniam
,, etenim hanc omnium moderator, insinuauit nobis, cùm elementa à seipsis mul-
,, tùm dissona simul associauit, & Rythmo consono colligauit. Hoc mihi præstant
,, organa, hoc tympana, hoc cymbala, quod psalterium, quod voces jubilantium:
,, excepto, cùm syllabatim & distinctè scripturas proferimus. Si igitur organa
,, habemus, eis vti Ecclesiastica consuetudine promittimus: sin autem, sine sacri-
,, legio, eis carere possumus. Audientes organa, interiori vniamur harmonia, &
bituminemur dilectione bifaria.

Porro,

VIII ,, Porro, in eadem Ecclesia vidi Rotam, quæ nescio, qua arte conducta, descen-
,, debat, & ascendebat, semper rotabat; quod prius vanitatem putaui, donec ab
,, hoc intellectu me ratio auocauit. Intellexi tandem per hæc veteranorum indicia
,, patrum; quod fortunæ Rota omnium sæculorum aduersatrix, nos ad ima ple-
,, rumque dejicit; iterum blanda deceptrix, ad cacumen altitudinis nos extollere
,, se promittit, sed tamen in circuitu vergit, vt nos de instabili fortunæ vertigine
,, caueamus, neque arridentis, & malè blandientis Rotæ volubilitate confidamus,
,, sapientes illi Doctores veterani nihil inconsultum egerunt. Sed talia faciendo,
,, nos ad intelligentiam inuitauerunt. Sic Moyses insinuauit, cùm per ænygmata
,, loqueretur, & de pecudibus ruminantibus, & non ruminantibus, manducan-
,, dis, & non manducandis, testaretur; idipsum de adipibus, idipsum de renun-
,, culis, dùm scriberet, significauit. Quicquid ejusmodi fecerint, & facimus, le-
,, ctio nobis esse potest, si quis rationis capax est; sollicitamur, in singulis vt pro-
,, uideamus de periculis. Hæc fratres illi sæpè vident, & admirantur, & quid opus
,, facto sit, taliter edocentur; nobiscum autem, qui jam desipimus, ista viluerunt
,, & idcircò detractamus, quoniam intellectuali oculo caremus. Non cuique diffi-
,, cile dicere, hoc nigrum est, si nescierit discernere, quòd hoc candidum est: plus
,, tamen id insipientiæ præsenti deputo, quàm imperitiæ inuentorum imputo.
,, Projiciant casulam, si nesciero quid sit casula: quicquid de institutionibus pa-
,, trum, indagationi nostræ residuum est, non illicò contemnamus, sed, vt scriptum
est, *igne comburamus*.

IX. ,, Abbas Fiscannensis, inter morulas illas, nobiscum frequens protelabat collo-
,, quium, in qua confabulatione, mihi satis compertum est, illum simpliciter Dei
,, seruum esse, qui de animarum salute, frequenter volebat disputare. Querimo-
,, nias suas in sinum nostrum expendebat, & de multis conquerebatur & gemebat.
,, Onus graue & grande confitebatur Abbatiam; & si posset inculpabiliter, & sine
,, pudore, dimitteret libenter eam. Omne vitiosum perfecto odio oderat; neque
,, tamen zelotypus erat. Quantum experire potui, largus, non prodigus, erat; &
,, in ipsis conuiuijs sobrius. Discedendi licentiam postulaui, & vix impetraui: quo-
,, niam, vt adhuc multis secum diebus requiescerem, obnixè precabatur. Victus
,, tamen instantia & improbitate nostra, tandem assensum præbuit: & interim
,, seorsim accito cubiculario nostro, manticam nostram largitate sua impleuit, &
,, me nesciente, famulo nostro taliter intimauit: Hæc quidem ad præsens, pauca
,, sunt, sed si Deus vitam præstiterit, nos emendabimus. Minister noster apprehensa
,, pecunia, secretò locuturus ad nos accessit; & pium furtum Abbatis auri nostræ
,, propalauit. Miratus sum, nec tamen indignatus, sed cur ista fecerit, inquirere
,, cœpi. Istius, ait, monasterij consuetudo est, & à prædecessoribus nostris ad nos
,, vsque manauit; nec persona quælibet à nobis indonata recedat, quin istius Eccle-
,, siæ charitatem sentiat. Sensissetis autem, pater Reuerende, largius; sed me di-
,, sturbat, quòd in hac dignitate sum adhuc nouus, & ad comparationem D. Ab-
,, batis *Guillelmi*, Patris nostri, idiota & nescius. Non tamen recedetis jejunus, quia
,, hyems est, & scriptum est: *Si dimisero eos jejunios in domum suam, deficient in via.* Post
,, mensam recedebam; cùm forte in itinere reperi Birotam onerariam victualibus
,, D. Abbatis refertam, quæ ad locum, quo hospitandus eram, sulcabat. Ad di-
,, ctum; inquam, & ipsum hospitium jam Abbas mandauerat, & qui comitatui
,, nostro deseruirent; nepotem suum, suosque ministros comites nobis adjunxe-
,, rat; nec etiam, quin quædam indumenta mihi contulisset, prætermiserat. Ac-
,, curatè seruitum est nobis, & summo diluculò, vix ab inuicem auulsi sumus; &
,, nos ad Brittanniam nostram repedauimus.

,, Biennio elapso, Fiscannum reuersus sum; nec minori lætitia, quàm ante sus-
X. ,, ceptus sum. Tunc etiam discedenti mihi dedit Abbas scyphum *Mauzerimum*,
,, quem tota auiditate suscepi, quoniam & ita suscepturus erat: quia & tornum,
,, & formam, & materiam decentissimam prætendebat, & lapis prætiosus, scili-
,, cet, calcedonius, summum coopertorij decorabat; adjecit etiam quædam alia.
,, Neve remitteret manu vacua, Romam ituro, mihi eodem anno, auream conso-
,, lationem transmisit; vt sic ostenderet, quòd adhuc mei meminerit. Hæc videli-
,, cet dixerim; vt largitatem Ecclesiæ Fiscannensis, & liberalitatem prædicaue-

,, rim, & Abbatis meminerim, meque non immemorem accepti beneficij demon-
,, ſtrauerim. Reuerſus ſum tertio, & vt mihi viſum eſt, majori, quàm tunc vſque
,, nobis obuiatum eſt gaudio; & quamuis in prouerbio ſoleat dici: *Piſces & hoſpites*
,, *fœtent poſt tres dies*; tertia vice accuratius acceptus ſum; tertio acceſſu, diligen-
,, tiori ſtudio procuratus ſum. Non fatigati ſunt Fiſcannenſes, quin ſeipſos pro-
,, bauerint alacriores, vultuque jucundiores: teſtabantur, & jurabant, quia quan-
,, tum ad ſe, falſum erat prouerbium, quod eis ludendo dixeram, quia nunquam
,, eos mei tæduerat, quoniam & reditum frequentiorem noſtrum exorabant. Exo-
,, rauerunt igitur, quatinus ad Dedicationem Eccleſiæ, quam annuam & feſti-
,, uam agere habebant, recurreram, quæ & proxima erat, & de tædio nullatenùs
,, dubitarem. Plus etenim, inquiunt, triſtamur in noſtro abſceſſu, quàm in noſtro
,, acceſſu: ſimpliciter loquimur, quoniam corde & corde loqui erubeſcimus. Non
,, eſt noſtrum loqui aliquid fictitium, quia puritatem nouit Fiſcannenſe colle-
,, gium. Poſſeſſiones noſtræ, Deo gratias, dilatatæ ſunt, res ſanctuarij nobis com-
,, miſſi copioſæ ſunt; & quid contra hoſpitalitatem murmuraremus; nunquid hi-
,, larem datorem non diligit Deus; & hoſpitales inuicem eſſe, ſine murmuratione
,, jubemur? Grande periculum eſt, ſi à bono hoſpitalitatis torpuerimus, quia
,, quòd hoſpitale noſtrum ſuſtentet, abundanter Eccleſiæ noſtræ ſuppeditat Deus.
,, Locus noſter huc vſque neminem nouit creditorem; nouit dare, ſed ignorat fœ-
,, nerare. Petitionibus poſcentium acquieui & de reditu noſtro pepigi: Abbas au-
,, tem defuit, quia neceſſitas ineuitabilis eum detinuit: ſed ego tot Iuueni Abba-
,, tes, penè quot fratres, non quia inordinatè ſe habuerint, ſed quia noſtro ſerui-
,, tio ſinguli & omnes ſtuduerunt? Erat ibi quidam Robertus, vnus ex prioribus,
,, adhuc imberbis, prolixi tamen temporis, canus animo, ingens capillo, capel-
,, lanus Abbatis, vir amplectendæ caſtitatis; qui tanta curioſitate miniſtrabat, &
,, Miſſæ cælebrandæ ſummo mane, tanta diligentia præparabat, vt penè quotidiè
,, celebrare me coegerit, & ad Eccleſiaſticas proſecutiones me compulerit.

,, Vt autem, Fiſcanni ſitus, non prætermittam; de loco Fiſcannenſi paucis XI.
,, abſoluam. Locus ille velut quidam paradiſi hortus, in formoſa conualle ſiſtitur,
,, inter duas colles, ab hinc agriculturæ, ab hinc ſyluula gratiſſima circumſeptus.
,, Quæ tantæ æqualitatis eſſe videtur, vt vel in eadem die orta putetur, vel à pro-
,, ceritate ſua ad æqualitatem reciſa intelligatur; Brachiorum & frondium & ra-
,, muſculorum cacumina, tantæ ſunt denſitatis, vt ex obumbratione, & virore
,, ſuo, terram & viſum gratificent, ſolis ardores repellant, pluuiarum ingruen-
,, tiam ſuſtineant. Arbores à caudicibus aliquantulum eriguntur, non tamen mul-
,, tæ proceritatis, ſed amœnæ deambulationis. Mare Oceanum Fiſcanno proxi-
,, mum eſt, non enim diſtat à loco ſaltem milliario, piſcibus abundat; receſſus &
,, acceſſus quotidianos generat, portum habet tranquillum: vallum aqua dulcis
,, alluit, & lympida. Fontes habet, & hortis habilis eſt: nutritque pomiferas ar-
,, bores: Riuus, qui caſtellum præterfluit, gratioſos & vtiles habet excurſus: ca-
,, ſtrum nobiliſſimum, munitiſſimis ambitum eſt mœnibus. A Fiſcanno Sequana
,, fluuius naturalis, diſtat quaſi quindecim milliarijs: piſcatura redundat, & Fiſ-
,, cannum præda illa ſuſtentat. Monaſterium altis & decentiſſimis in altum parie-
,, tibus, & magna ex parte plumbo coopertum eſt: Porta Cœli, & Palatium ipſius
,, Dei, aula illa dicitur, & cœleſti Hieruſalem aſſimilatur, auro & argento reful-
,, get; ſericis honeſtatur pluuialibus, ſanctorum Reliquijs, præcipuè inuocatione
,, ſanctæ Trinitatis, & cuſtodia ſanguinis Domini Ieſu, humati à Nicodemo, vt
,, teſtatur B. Ioannes, de membris recollecti gloriatur: ſolemniter & caterua-
,, tim ad ipſam confluunt peregrini, & maximè, quia locus dicatus eſt in ho-
,, nore ſummi Dei. Locum illum complector, diligo, extollo, toto meo cona-
,, tu veneror: vos fratres noſtri, commilitones mei, Abbas, & Monachi, no-
,, ſtra de parte ſaluete, & me quæſo, inter amicos & fideles veſtros computa-
,, te. Non tantum diligo vos, quia mihi eſtis duntaxat munifici; ſed quia, vt
,, credo, vera religione polletis, & omnibus, pro Chriſto, adeſſe ſatagitis: Di-
,, ligo vos propter communitatem veſtram, commendo me vobis, propter ne-
,, ceſſitatem meam: augeat Deus deſiderium meum, ad vobis ſatisfaciendum,
,, ſerenet mihi benignitatem veſtram, ad me diligendum; & nos & vos juuet

& excitet

& excitet ad sibi seruiendum. Amen. *De Baldrico* autem Archiepiscopo scribit *Ordericus*: quod cœnobia viciniora, Fiscanense, Fontanellense, & Gemeticense, aliaque plura visitaret, & in timore Dei sacris sermonibus confortaret. b

b *Ordericus lib. 9. in fine.*

Rogerij & Henrici, Abbatum Fiscannensium gesta referuntur: ad quem Henricum Arnulphus, Lexouiensis Episcopus, varias scripsit Epistolas.

CAPVT X.

I. COEPTVM jam superiùs de hujusmodi Asceterij Archimandritis sermonem prosequendum duximus; quo discimus subsequentes hoc ordine claruisse.

4. Rogerius 1107.

Apud *Argentias* in Diœcesi Bajocensi ortus, monachum induit sub præfato B. Guillelmo 2. Abbate tertio, cui successit: familiaris quippe ac notissimus illi fuerat; vir idoneus, & satis industrius, pius, benignus, humilis ac timens Deum. a Electus itaque Abbas ann. 1107. adhuc Leuita, benedictionem, Sacerdotali ordine suscepto accepit, à Guillelmo 48. Rothomagensi Archiepiscopo. Qua de re Ordericus, testis oculatus audiatur. „ *Denique* (inquit) post „ obitum sæpedicti patris, Rogerius Bajocensis, electus est, & à Guillelmo gran„ dæuo, Metropolita 12. calend. Ianuar. consecratus est: sicque regimen Fiscan„ nensis Ecclesiæ, quartus Abbas adeptus est. Primus enim Guillelmus Diuionen„ sis idem cœnobium, sub Richardo Duce, solerter & religiosè instruxit: cui „ Ioannes Italicus, per annos 51. successit: tertio autem in loco Guillelmus Bajo„ censis, pro decore, cognominatus, *Puella*, præfuit: à quo in monachili scemate „ susceptus successor, quod docturus erat, didicit. Tunc in festiuitate S. Thomæ, „ Apostoli, silicernius præsul; præfatum Rogerium, aliosque 120. Sacerdotes or„ dinauit: & in crastinum, benedictionem Abbatis super illum, Rothomagi per„ egit. Nouus itaque Præsbyter & Abbas, Fiscannum ad natale Domini celebran„ dum redijt; jamque receptum regimen, ferè 32. annis tenuit. b Primus omnium Abbatum, qui adfuerunt in Concilio Rothomagensi celebrato, ann. 1118. indictione 11. nonis Octob. per *Guillelmum*, præfatum Archiepiscopum: nominatur: c itemque in Synodo Rothomagensi, sub *Goisfredo* 49. Metropolitano, præsidente ibidem *Matheo*, Albanensi Episcopo, Legato Apostolico, ann. 1128. indictione sexta, mense Nouemb. d Eius peculiares virtutes graphicè perstrinxit *Baldricus*, Dolensis Episcopus; e: rexit vsque ad ann. 1139. quo ad Dominum perrexit, sepultus in Capella S. Martini. f

a *Baldricus sup. [illegible] & Catalogus MS. Abbat. Fiscanensis sup. Robertus de Monte sup.*

b *Ordericus lib. 11. ad ann. 1107.*

c *Idem lib. 12 ad ann. 1118.*

d *Ibid. ad ann. 1128.*

e *Vide cap præcedent. §. 5. & 9.*

f *Catalogus MS. Abbat. sup.*

5. Henricus de Solliaco, seu de Solleio, de Sully.

II. Monachus extitit Cluniacensis; g Henrici II. h sed rectius, Stephani, Angliæ Regis, & Henrici, Vvintoniensis Episcopi, ex sorore, nepos: sub finem anni 1139. seu initio anni 1140. Abbatiæ Fiscanensi præficitur: iuxta Chronicam Normanniæ. „ *Henricus* (inquit) fit Abbas Fiscanni, nepos Regis Stephani. i Cui „ Ordericus in hunc modum adstipulatur. *Anno ab* Incarnatione Domini 1140. „ indictione 3. Stephanus Rex, consilium congregauit, & de statu Reipublicæ „ cum proceribus suis tractare studuit. Tunc inter optimates, de constitutione „ Saresburiensis Episcopi lis orta est. Henricus Guentoniensis præsul, Henricum „ *de Solleio*, nepotem suum intromittere voluit: & quia majori vi resistente præ„ ualere nequiuit, iratus de curia Regis recessit. Gualerannus namque Mellenti„ cus Comes, Philippum de *Harulsicurte*, Archidiaconum Ebroicensem elegerat,

g *[illegible] post Robertum de Monte.*

h *Catalogus MS. sup. Robertus de Monte 1139.*

i *Chronica Normaniæ [illegible] ad ann. 1140. Item Continuator Vvigorniensis eod. anno.*

Digitized by Google

„ eique Rex, pro pluribus cauſis, liberaliter acquieuerat. Præfato autem iuueni „ cœnobium Fiſcannenſe conceſſit: in quo tempore, quatuor Abbatum præce- „ dentium magna Religio floruit. [l] Nuper vidimus, quibus laudum encomijs præfulſerit Fiſcannenſe cœnobium: quæ eadem olim proſequutus eſt *Dudo* hoc metro: quod quandoque per Apoſtropham ſic cecinit.

l Ordericus lib. 13. ad ann. 1140.

Viuas Fiſcannis, ſemper fœlicibus annis,
Fiſcannis gaude, quia tu digniſſima laude:
Vos Fiſcannenſes, virtutum cingitis enſes,
Eccleſiæ poſtes, nebuloſos ſternitis hoſtes.
Fœlix Fiſcannis ſtella rutilante Ioannis,
Qui vigili cura, mereris regna futura:
Seminat in luctus, metet in ſua gaudia fructus.
Grex ſuus eſt tutus, Domini mandata ſecutus,
Nam ſibi prodeſſe cupiens dat vtrumque neceſſe.
Expedit vt duret, & vt Eccleſiaſtica curet,
Sub quo Bernardus: Chriſti dulciſſima nardus,
Hoſtis ad angorem, qui ſanctum ſpirat odorem. [m]

m Dudo lib. 3. de moribus & actis Normanor. in fine Apoſtrophæ.

Super quodam litigio exorto inter ipſum Abbatem, & Arnulphum, Lexo- uienſem Epiſcopum, ſcripſit contra eum ipſe Pontifex ſubſequentem Epiſtolam. III.

Ad Hugonem, Rothomagenſem Archiepiſcopum.

„ Super injuria, quā nobis infert Dominus Fiſcannenſ. litteras veſtræ majeſtatis „ accepimus, continentes: quod ipſe nobis Sacerdotē ad Eccleſiam illam, de qua „ agitur, per manum veſtram conſentit offerri. Et nos nimirum ſanctæ & benignæ „ nobis diligētiæ veſtræ gratias agimus: ſed verſuti hominis timemus aſtutias, ne „ hoc facto, & prudentiā veſtram circumuenire, & iuſtitiæ noſtræ præjudiciū com- „ parare diſponat. Iudicatum enim eſt inter nos, & à Delegatis ab Apoſtolica ſede „ judicibus imperatum; vt nobis ablata reſtituat, & excommunicatos ad ſatisfa- „ ctionem venire compellat, ſacerdotem offerat, per quem & Eccleſiam & popu- „ lum nobis, tanquam Paſtori & Epiſcopo animarum ſuarum faciat obedire. In „ quo, ſi de alterius, & non de ipſius manu, ſuſcipimus Sacerdotem, non reſtituta „ nobis videbitur, ſed ſequeſtrata poſſeſſio: plurimùmque hoc poterit, partem „ noſtram, cum de dominio tractabitur, impedire. Sed nec ad obſequendum iu- „ dicibus ſola ſufficit Sacerdotis oblatio; niſi & ea, quæ præſcripta ſunt, nobis in- „ tegrè fecerit exhiberi. Si tamen ad præſens, de ea inter nos compoſitione tracta- „ retur, quæ omne in futuro litigium tolleret, poſſemus ad omnem temperantiam „ conſilio veſtræ paternitatis adduci: ſed aduerſario, ad pugnam ſe totis viribus „ accingenti, vires addere, non eſt imprudentis tantum hominis, ſed inſani. [n]

n Arnulphus Epiſcopus Lexouienſ. Epiſtola 15. Tom. 12. Bibliothec. Patrum. Part. 2.

Videtur poſtea hanc ſimultatem conciliaſſe: & verbis mitioribus inter ſe vſos fuiſſe, vtcumque notat eiuſdem Arnulphi Epiſcopi, ad ipſum Henricum, Abba- tem, Epiſtola. IV.

o Idem Epiſtola 56.

Ad Henricum, Fiſcannenſem Abbatem. [o]

Amici noſtri, qui diebus iſtis, Hieroſolymam profecti ſunt; ex equite me pe- ditem reddiderunt. Et quia indignum eſt hominem opinionis meæ, per manus humilium, in equitem reformari, in veſtram id duxi gloriam conferendum: quem non ſolùm Equeſtris ordinis dignitas, ſed etiam Regij ſanguinis excellentia ſu- blimauit. Hoc etiam eò ſtudioſius veſtris cenſui meritis, reſeruandum, quia eos, qui-

quibus tribuit, vestrà reddit industria cautiores; cùm ita viris prudentibus amicam parsimoniam in ipsa largiendi liberalitate seruetis, vt & amicus semper apud vos possit inuenire quod placeat, & vobis opportuna non desit materia largiendi. Indè est, quòd vos vtiliter, & doctrina quæritur & prouentus: vt & ditiores copia faciat, & prudentia doctiores. Sic enim vestra operatur inter vtrumque discretio, vt quod virtutis est, vtrinque reducens, quod vitij est separet ac repellat: ne vel sobrietatem tollat effusio, vel parcitas quandoque manus contrahat affluentes. Si tamen in alterutro peccandum est; malim facilis, quàm difficilis, promptior aliquando, quàm tardior inueniri. Porrò, inter omnia, quæ donantur, æquus est, id quod donatorem pluribus occasionibus reddit obnoxium, quia si quid à laude minus est: ij, quibus datur, statim culpæ donatoris attribuunt, reique imperfectionem, licet de inopia quandoque proueniat, imperfectioni voluntatis ascribunt. Si durius ambulat, cōcussionis arguunt donatorem; seque ruinæ destinatos prædicant, si pes vnquam fortuitum cæspitem retrusus offendat: si durus est, aiunt ipsum de veteri Domino traxisse duritiā qui amicos segnius audire cōsueuerit, quā equus calcaribus obedire. Si minus elegātis formæ, si minus habeat venustatis, asserūt rem informē nō satis dignitati donatoris, vel donatarij cōuenire. Interea, si quid imprecandū est, non equo, sed auctori potius imprecantur: qui tot scandalis injuriam magis irrogasse videatur, quàm beneficium contulisse. Palam esse nolle, eum à se quicquam vlterius implorari: qui id dederit, quod negasse satius fuerat, quàm adjuncto maleficio præstitisse. Certum est etiam quosdam non tantum calumniatores, sed ingratos etiam inueniri, falsa rei donatæ vitia confingentes; vt omni gratiarum debito videantur absolui. Quisquis tamen accipit, ipsa statim susceptione redditur obligatus: etsi penes eum res donata resederit, alleganti vitia ratio quasi cujusdam legitimæ præscriptionis occurrit. Si quidem in rebus donatis, nec quantò minoris, nec reddibitoria locum habet: sed omnem actionem exceptio spontaneæ liberalitatis elidit. Quod si aliena bene merentibus gratia non respondet, merces tamen sua virtuti non deerit: quæ potius interioris fructus lucra considerans. Satis habet simpliciter apud se de bono fœlicis conscientiæ testimonio gloriari. Nec enim subjecta est externæ dispositionis arbitrio, sed in sua propriæ puritatis majestate consistens, ab indignioribus præmia non inquirit: ita tamen, vt neque ex eis honestè prouenientia respuat, nec pro desiderio eorum, vel vsu, si qua nouit potiora dimittat. Quòd si quem fructus trahit exterior, is, sicut ait sapiens ille, non potest, nisi similem materiæ sperare sententiam: quoniam fortuitis intentus, nonnisi fortuitos experietur euentus. Altera sequitur.

Ad Henricum, Fiscannensem Abbatem. [p]

[p] *Ibid. Epistola 64.*

V. **Credimus prudentiam vestram fideli memoria retinere causam: quæ inter vos, & latorem præsentium pauperem vertebatur, Apostolica nobis olim auctoritate commissam. Nos verò in hoc, sicut in alijs, dilectæ nobis gratiæ vestræ obsequium pronius exhibentes; ipsum de magna summa vobiscum pro modico transigere fecimus. Et vt modicum illud vtilius futuro perciperet: ad vestram per omnia descendere voluntatem. Ipse verò jam dudum miserabilibus nos lamentis infestat, asserens, quòd placitum transactionis vestra ei magnificentia subtrahat: nec sanctitatem vestram in aliquo moueat, vel miseria pauperis, vel veritas pactionis. Quòd si quid aliquando forte solutum est, post multas fatigationes, & tempora semper, vel specie vilius fuit, vel deterius qualitate: super quo, rogamus vos, & obnixis precibus obsecramus, quatenus in hoc, honori suo, & iustitiæ pauperis, & molestiæ nostræ gratia vestra prouideat: eique, quod sub tanta venerabilium personarum celebritate promissum est, non solùm fideliter; sed etiam liberaliter tribui faciatis, ne fortè homo vagus, & pertinax, ad subsidium majestatis Apostolicæ recurrere compellatur, communem de nobis & vobis querimonias portans: scilicet, quod mandatum eius à nobis minus fideliter adimpletum sit, & à vobis fides transactionis minus veraciter obseruata.**

VI. Circa ann. 1161. [q] seu, ann. 1162. *Primus Richardus, Dux Normannorum, & fr-* [q] *Chronica Norman; latina ad ann. 1161.*

cundus Richardus, filius eius, apud Fiscannum, leuati de Tumulis suis, in quibus separatim jacebant, post altare S. Trinitatis, honestius ponuntur. Huic Translationi Henricus, Rex Anglorum interfuit, & Episcopi Normanniæ; & dedit illi Ecclesiæ syluam de Hogis. [r] Horum autem corpora, iterum aliò translata inferius videbimus cap. 14. §. 4. ad ann. 1518. Tandem ipse Henricus Abbas, quadragesimo nono, sui regiminis anno, hominem exuit; sepultusque est in capella S. Petri [s] ann. 1187. pluries adhuc de eo habetur mentio, ann. 1166. &c. [t] Porrò ann. 1168. & 1170. *Combusta est Fiscanensis Ecclesia 4. Calend. Iunij Feria 4. post Octauas Pentecostes: juxta Robertum à Monte sup. & Antiquitates MSS. Norman. pag. 294.*

[r] *Robertus de Monte, in appendice ad Sigebertũ ann. 1163.*

[s] *Catalogus MS. Abbat. Fiscannens.*

[t] *Ex libro nigro Bajocens. Ecclesf. fol. 28. Item in Cartulario ejusd. Ecclesf. Cartularium, Vticense fol. 66. & Conchense fol. 101. Chronicon MS. Rothomagense ad ann. 1187. Antiquitates MSS. Norman. pag. 226.*

Cæteri Abbates, tum Religiosi professi, tum Commendatarij recensentur.

CAPVT XI.

RESIDVVM hujusce inclyti Monasterij ad cœnobiarcharum seriem promouendam spectans, paucis absoluendum venit. Itaque sextus nobis occurrit Abbas. I.

6. *Radulphus.*

Apud *Argentias*, in Dioecesi Bajocensi nascitur: qui ad hoc munus, circa ann. 1190. euocatus, accepit à Rege concessionem pro suis fœdis ann. 1211. rexit cœnobium, ann. 30. sepultus est, propè altare S. *Taurini*, ad læuam, sub Tumba ærea, paululùm à solo eleuata. Sub eo claruit Nicolaus Prior Fiscanensis, testis semel & iterum ann. 1217. in codice MS. Prioratus Belli-loci, pag. 249. & 283.

7. *Richardus.*

Apud *Argentias*, vti prædecessor (cujus nepos erat) natus; Abbas ann. 1220. extitit, præfuitque annis duobus cum dimidio, ac mortuus, tumulatus, est in capella S. Nicolai.

8. *Richardus 2. Morin.*

Paluel, vico Rothomagensis Diœcesis exortus, fit Abbas ann. 1223. qui cùm per annos quinque monasterium gubernasset, obijt, sepulturam nactus in capella S. Martini. [a]

[a] *Catalogus MS. Abbat. Fiscannens.*

Sub Honorio III. Papa (qui Pontificatum inijt, ad ann. 1216. vsque ad ann. 1226.) non modica exorta est simultas pro electione Abbatis Fiscannensis, facta in absentia Abbatum sancti Taurini Ebroicensis, & sancti Leuefredi de Cruce; cujus mentio sic habetur in Decretalibus. *Constitutis in præsentia nostra* procuratoribus S. Taurini Ebroicens. & sancti Leofridi de Cruce, Monasterij Fiscanensis, Abbatam. Dilectum F. nostrum Bertrandum, SS. Ioan. & Pauli Præsbyterum Cardinalem dedimus auditorem, coram quo proposuerunt procuratores dictorum Abbatum, quòd vacante præfato monasterio, quod immediatè ad Romanam Ecclesiam pertinet, monachi ejusdem loci, contemptis præfatis Abbatibus, qui commodè poterant, & debebant de jure vocari ad electionem Abbatis, tenuerè procedentes, H, quondam Abbatem S. Iudoci ad ejusdem regimen minus idoneum eligere præsumpserunt: quare petebant electionem factam penitus irritari. *Cùm autem procuratores ipsorum Abbatum jussi essent exprimere, quo jure ipsi Abbates deberent electioni Abbatis Fiscannensis monasterij interesse: responderunt, quòd olim, cùm assumerentur in suorum monasteriorum Abbates, fuit specialiter indultum, eis, ab Abbate, & Conuentu Monasterij Fiscanensis, vt haberent vocem in capitulo eorumdem. Nos autem rationem hujusmodi friuolam reputantes* II.

Digitized by Google

reputantes, super hac re, perpetuum silentium imponimus Abbatibus supradictis. [b] Isti enim Abbates (vt probè annotat glosa [?]) monachi erant cœnobij Fiscannensis, quando assumpti fuerunt in Abbates; & tunc Conuentus reseruauit illis confraternitatem, & quod haberent vocem in capitulo Fiscannensi: & ità hoc pretextu se credebant debere vocari ad electionem Abbatis. Sic consueuerunt facere multi monachi, vt quasi sint de collegio vtriusque monasterij: vt sic possint eligi, si conueniant, vt de collegio eodem fiat electio. Petebant ergo isti Abbates electionem Fiscannensis Abbatis cassari; in qua dicebant se fuisse contemptos, qui in quasi possessione esse videbantur. Verùm, cùm isti tempore petitionis suæ expulsi erant de possessione juris, quod se habere credebant: quia quandoque fortè habuerant vocem in capitulo Fiscanni; nec ad illos de jure communi electio pertineret; meritò debebant exprimere, quo jure hæc petebant. Ideoque ineptam actionem, siue causam exponentes, imponitur eis silentium; eo quod allegauerint consuetudinem hanc nomine suo, quam solummodo debebant producere nomine Ecclesiarum suarum. [c]

b *Lib. 1. Decret. Tit. 6 de Electionem & Electi potestate cap. 47. Consideratis.*

c *Glossa ibid. & Innocentius Cyranius ibid. in notis.*

9. *Guillelmus 3. Vaspail.*

III. Propè Cadomum, in pago, qui dicitur *Ros*, Bajocensis Diocesis, natus, ex Priore S. Audoeni, ann. 1228. cœnobiarchiam Religiosè, per vnum & triginta annos exercuit; ac tandem moriens, humatus est, in capella B. Mariæ Virg. versus capellam S. Andrææ [d] memoratur in codice MS. fratrum prædicat. Argentanens.

d *Catalogus sup.*

10. *Richardus 3. de Treigos.*

Villæ de *Treigos*, Diœcesis Constantiensis, inquilinus erat: notatur ad ann. 1259. & 1260. [e] & per 26. annos hanc rexit Abbatiam; mundoque valedicens, Tumulum habuit in capella B. Mariæ Virgin. ad partem sinistram. Sub eo compositio acta est ob jurgium exortum inter eum & Canonicos Regulares *Belli-Loci*, qua de re extat istud instrumentum, ex codice MS. excerptum: in hunc modum.

e *Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 180.*

Vniuersis præsentes litteras inspecturis, Richardus, Dei gratia, Abbas Fiscannensis, & ejusdem loci Conuentus, Salutem in Domino.

Noueritis, quòd cùm inter nos, ex vna parte, & viros Religiosos, Priorem & Conuentum *Belli-Loci*, ex alia, quæstio verteretur, super quibusdam decimis, sitis infra limites Parœchiæ de *Huglevilla*, in feodo, qui dicitur, *Feodus Fiscannensis*, quas dicebamus ad nos, & Monasterium nostrum pertinere; dictis Priore, & Conuentu contrarium asserentibus; Tandem post multas altercationes, de prudentum virorum consilio, qui pacis & concordiæ videbantur amatores, de consensu partium talis amicabilis compositio intercessit, videlicet: Quod dicti Prior, & Conuentus, & eorum successores, dictas decimas perpetuò habebunt, & possidebunt de cætero ad jus & proprietatem suam; & quicquid juris in eisdem decimis habebamus, seu potueramus habere, eisdem Priori, & Conuentui dimittimus penitùs, & quitamus; & vt idemnitati nostræ, & nostri monasterij prouisum sit in futurum, dicti Prior, & Conuentus, ac eorum successores, reddent nobis & successoribus nostris, pro quitatione dictarum decimarum apud Fiscanum perpetuò, singulis annis, duodecim libras Turonenses, vel currentis monetæ equiualentis, terminis infra scriptis, videlicet, sex libras infra octabas S. Michaelis, & alias sex libras infra octabas Paschæ, sub pœna viginti solidorum Turonensium, pro quolibet termino, in quo deficient in solutione prædicta; & pro qualibet alia septimana, in qua solutione cessarent, soluerent similiter decem solidos pro pœna, quousque de principali debito, & pœnis commissis, nobis & nostris successoribus fuerit plenariè satisfactum: ita quod dictas pœnas exigere possimus quotiens commissæ fuerint: rato nihilominus remanente pacto principalis obligationis. Renuntiamus etiam expressè omnibus Litteris, super dicta controuersia à sede Aposto-

lica impetratis ac etiam impetrandis, & processibus per eas habitis & habendis; in cujus rei testimonium litteris præsentibus sigilla nostra duximus apponenda, teste vniuersitate capituli nostri. Datum anno Domini 1260. mense Aprilis: ita codex MS. *Belli-Loci*, pag. 385. & 185.

11. Guillelmus 4. 1285.

È vicò de *Putot*, Bajocensis Diœcesis, traxit originem, qui ann. 12. suæ electio- IV.
nis, vitam finiuit, sepultus in capella S. Andrææ, ad parietem, versus capellam B. Mariæ Virginis [f] De eo, mentio habetur ann. 1295. [g] Fiscanensem villam à Rege monasterio comparauit.

[f] *Catalogus MS. Abbat. sup.*
[g] *In libro Rubeo MS. Ecclef. Bajocens. fol. 26.*

12. Thomas 1297.

Apud S. *Benedictum in Vmbris*, Diœcesis Constantiensis, obortus: huic monasterio præfuit per spatium decem annorum cum dimidio: cujus funus actum est in capella S. Ioannis, ad latus dextrum. [h] interfuit concilio prouinciali apud *Denuillam*, anno Christi [i] 1304.

[h] *Catalogus sup.*
[i] *Vide infra cap. 13. §. 6.*

13. Robertus. circa ann. 1307.

Ex oppido de *Putot*, Diœcesis Bajocensis, oriundus; qui anno 19. à sua electione, regna cœlestia, vt piè creditur, adeptus, honorificè meruit sepeliri, inter Capellam S. Andrææ, & Capellam S. Ioannis Baptistæ. [k]

[k] *Catalogus sup.*

14. Petrus Roserij.

Hic natione Lemouix; patrem habuit Guillelmum *Monstrium*, *Rosei* vici Dominum, ex *Malo-monte* oppido oriundum: vndè appellatur hic Petrus, *Monstrius*, *Roserius*, ceu *Rosarius*, vel de *Rosariis*, & de *Malo-monte*. Monachus fuit Benedictinus Casæ Dei; postea, in alma vniuersitate Parisiensi Doctor Theologus, ac domus Sorbonicæ prouisor: mox Abbas Fiscanensis electus, circa ann. 1326. deindè gradatim per Ecclesiasticas dignitates, Archiepiscopatum Rothomag. an. 1330. & Cardinalatum euectus 1338. ad summum tandem Pontificatum, sub nomine Clementis VI. peruenit ann. 1342. vir sapiens, & concionator valdè nominatus, multæ doctrinæ, compositæque eloquentiæ: necnon liberalis in omnes, & perhumanus. Quanto autem tempore, Fiscannensis Abbas exstiterit, nobis incompertum manet: id solùm dixerim, post tres annos sui regiminis, in dicto Monasterio, clarescentibus eius meritis, ad Pontificales infulas fuisse promotum: [l] cætera egregia ipsius facta, copiosius suo loco descripsimus. [m]

[l] *Ibid.*
[m] *In Archiepiscop. Rothomagens. sub. 63.*

15. Philippus.

Si conjectura vti licet, ad istam Fiscannensem Abbatiam regendam anno 1329. V.
est vocatus hic Philippus, natione Burgundus: quandoquidem fuerit, vt legitur, ex Priore de *Longauilla*, ad id munus auctoritate Apostolica assumptus: rexit autem tres menses; nihilque egit sermone, vel memoria dignum: quippe, qui graui infirmitate detentus, finem vitæ acceperit, antequam gratiam benedictionis percepisset, vel possessionem sumpsisset Monasterij, nisi duntaxat per procuratores. [n]

[n] *Catalogus sup.*

16. Robertus.

Bajocensis Diœcesis alumnus, de suburbano, *Brechy*, vulgò nuncupato, exortus: à primo juuentutis flore Fiscanni monachatum induit, vbi postea Abbas, anno 1329. renuntiatus est. Qui cùm annis duobus, mensibusque nouem vixisset, viâ vniuersæ carnis ingressus est: sepultus ante altare S. Taurini, ad læuam, propè parietem.

17. *Guillel-*

17. Guillelmus 5. Bourget.

Patria Cadomenſis erat, Diœceſ. Bajocenſ. anno 1332. Abbas electus eſt: duobus verò annis ſolum præfuit, & juxta prædeceſſoris tumulum quieſcit.

18. Guillelmus 6. Chouquet.

Ex ciuitate Bajocenſi oriundus, electus ann. 1334. rexit ān. 9. ſepultuſque eſt omni cum honore & obſequio, ante altare vbi quotidie videlicet, celebratur, Miſſa matutina ad læuam prope parietem.

19. Nicolaus de Vetüeil, al. de Nantüeil.

Subrogatur ann. 1343. Hic fuit olim Abbas S. Medardi Sueſſionenſis, per fœlicis recordationis D. Clementem VI. Papam: reſignauit autem dictam Abbatiam Fiſcannenſem, in manibus ſummi Pontif. poſtquam illam annis 14. gubernaſſet: ſicque poſt dies aliquot obijt Auinione, vbi & quieſcit. [o]

[o] Ibidem.

20. Ioannes 2.

Ex pago de *Grangia*, Diœceſis Lugdunenſ. ortum habuit, Doctor Decreti, à Carolo V. Rege Franc. factus curiæ ſubſidiorum prothopræſes, indè Abbas Fiſcanenſis euaſit ann. 1357. tum Legatus ſummi Pontificis ann. 1363. amandatus pro pacificatione Regum Arragonenſ. & Caſtulonenſ. [p] demùm ann. 15. ſui regiminis, ad ſedem Pontificalem Ambianenſem & Cardinalatum aſſumptus, tandem Epiſcopus Tuſculanus factus, moritur Auenione, anno 1402. cuius corpus exindè tranſlatum eſt Ambianum: cùm prius deputatus fuiſſet à præfato Rege Francor. vnà cum Archiepiſc. Rothomagenſi, nepote Papæ, pro pace Anglicana. [q]

[p] *Mariana de Rebus Hiſpan. lib. 17. cap. 6. ad ann. 1363.*

[q] *Ibid. & Morliera lib. 2. Antiquit. Ambianenſ. pag. 195. in eo. Frizonus lib. 3. Gall. Purpuratæ, pag 406. & 407. Ciaconius in eo: ſub Gregorio XI. Gallia Chriſtiana in Epiſcop. 53. Ambian. & in Abbatia S. Dionyſij ſub 54. Abbate. Chenu in Epiſcop. Ambianenſ. Italia ſacra in Tuſculano 18. Epiſcopo.*

21. Philippus 2. du Foſſé.

Patria Burgundus erat: & ex Abbate S. Richarij 40. factus eſt Abbas Fiſcanenſis 1372. [r] Migrauit à ſæculo, cùm rexiſſet, ann. Nouem. & Fiſcanni quieſcit, vbi quotidie Miſſa matutinalis celebratur, ad latus dextrum.

[r] *Ignatius Ioſeph lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. Abbatisuillæ cap. 8. ex Gallia Chriſtiana. In Centula Abbatia.*

22. Petrus 2. Ceruesie.

VI. In vico Diœceſ. Rothomagenſ. qui dicitur *Riuilla*, à Fiſcanno, quaſi quinque milliaribus diſtans, natus eſt, & nutritus, in Abbatem eligitur anno 1381. qui poſtquam, per annos nouem præfuiſſet, morte interueniente, tumulatus eſt in Capella S. Petri ad læuam, propè parietem. Nominatur tamen Guillelmus de *Stouteuilla* Epiſcopus 24. Lexouienſis, Abbas Fiſcanenſis ita Quercetanus lib. 6. Hiſtor. genealog. domus Bethunienſ. cap. 2. pag. 390. ſed dicendum, Guillelmus frater Eſtoldi, Abbatis Fiſcanenſ. [ſ]

[ſ] *Catalogus Fiſcanenſ. ſup.*

23. Eſtodus, ceu Eſtoldus, d'Eſtouteuilla.

Ex veteri, nobiliſſimaque progenitus familia, in Diœceſi Rothomagenſi, fit Fiſcanenſis Monachus, tum, Abbas Ceraſienſis 9. ac Beccenſis 24. Archimandrita: deindè ann. 1390. ad cœnobiarchiam Fiſcannenſem euocatus eſt. Non me latet hunc nonnihil apud Beccum geſſiſſe, quod illi maculam inurit, ſi Chronico Beccẽſi aſſentimus: [t] verùm id omne poſtea emendaſſe, vel in melius commutaſſe, ſatis ſuperque conſtat ex Codice Fiſcannenſi: vbi de eo iſtud habetur Elogium. „ *Eſtoldus* de *Eſtouteuilla*, in jure Canonico Doctor, egregius, qui zelo Dei ſuccenſus, Miſſam Clericorum Fundauit, necnon Choriſtas, quibus, pro eorum victu „ & veſtitu, ſufficientes redditus annuos acquiſiuit, multaque alia bona fecit Monaſterio, quæ longum eſſet referre; qui poſtquam præfatum Monaſterium per

[t] *Vide infra. vbi de Abbatia Beccenſ. cap. 9.*

„ triginta tres annos religiosè gubernauit, mortem obijt, sepultusque est in naui Ecclesiæ, humili sepultura contentus. [u] Misit procuratorem *Ioannem Vvipaydum*, ad Concilium Constantiense anno 1416. [x]

u *Catalogus MSS. Abbat. Fiscannens.*
x *Bzouius ad ann. 1416. §. 20. in fin.*

24. *Aegidius de Duremont.*

Sacræ Theologiæ Professor, successit ann. 1423. rexitque annis viginti duobus. [y] qui, vnà cum *Nicolao*, Gemeticensi Abbate, ann. 1430. adstitit injustæ condamnationi Ioannæ, puellæ Aurelianensis, per Petrum *Cauchon*, Beluacensem Episcopum. [z] Tum ann. 1437. Rothomagi interest consilio Archiepiscopi: vide infra cap. 13. §. 11.

y *Cathalogus præfatus.*
z *Bzouius in Annal. Eccles. ad an. 1430. Antiquitates MSS. Normanniæ pag. 425. ann. 1431. & 1436.*

25. *Ioannes 3. de Hanola.*

Ann. 1445. de *Hauilla* de *Haule*, eius tempore ann. 1460. campanile, cum VII.
corpore Ecclesiæ Abbatialis Fiscanensis, arsit, ac corruit; necnon campanæ omnes eo incendio fusæ sint, ac consumptæ. [aa] Interfuit Scacario Normaniæ ann. 1464. [bb] Demum ann. 25. sui regiminis, animam Deo reddidit, sepulturam nactus, in naui eiusdem Ecclesiæ, iuxta præfatum D. *Estoldum*, Abbatem. [cc]

aa *Chronica scandalosa Ludouici XI. Reg. Franc. Monstreletus in Addition. ad volumen. 3. fol. 134. Antiquitates MSS. Normanniæ pag. 469.*
bb *Ex Scacarijs Norman. pag. 532.*
cc *Catalogus sup.*

26. *Ioannes 4. Balliie.*

Anno 1470. renuntiatus Abbas rexit annis duodecim. [dd] Hinc corrigendus *Claudius Robertus*: dùm hunc scribit Abbatem Beccensem: [ee] quandoquidem Abbas ille vocabatur Ioannes *Boucardus*, Abriucensis Episcopus: at Ioannes *Balliie*, Ebroicensis erat Antistes. [ff]

dd *Ibid.*
ee *Gallia Christiana in Episcopis Ebroicens. 52.*
ff *Vide in Abbatia Becci.*

27. *Antonius de la Haye.*

Fit Abbas an. 1482. de eo Louuetus in nobilitat. Beluac. Dicitur ex Regali natus prosapia: quem propterea sibi consanguineum & consiliarium vocabat Ludouicus Rex XII. vir doctus, & sacræ paginæ professor eruditissimus: præfuit annis decem; exindéque fit Abbas compendij, ac postea S. Dionysij in Francia, ann. 1499. [gg] Obijt 1504.

gg *Catalogus sup. Gallia Christiana in Abbat. 62. S. Dionysij in Frãc. Doubletus lib. 1. Histor. Abbat. S. Dionysij cap. 36. Sammarthani Tom. I Histor. Genealog. Domus Frãc. lib. 15 cap. 5.*

28. *Antonius 2. Boerius, Bohier.*

Humili quidem loco in Aruernia natus: & à puero Monachus; sed vir alti ingenij, & ingentis animi, fit Abbas Fiscanni, ann. 1492. & S. Audoeni, ann. 1495. [hh] Interestque Scacario Norman. ann. 1497. tum ann. 1498. funeri Regis Caroli VIII. Interfuit apud S. Dionysium 29. & 30. April. itemque eodem anno, die 2. Iulij, adest in Regio ingressu Ludouici XII. apud Lutetiam: sed & D. Georgij Ambasiani Cardinalis Archiepiscopi Rothomagens. exequiis, interest anno 1510. apud Lugdunum: ex Godefredo, in ceremoniali Franciæ, post Gaguinum, & alios Histor. Franc. scriptores. Eique Fiscani & S. Audoeni Abbati, atque Cancellario Normanniæ eminentissimo dicat Eutropium, Nicolaus *Maillard*, Rothomagensis, calendis April. 1513. Item, Guillelmus *Paruus*, Dominicanus, Doctor Theologus, Christianissimi Reg. Confessarius, dicat chronicon Sigeberti 7. idus Iunij, eiusd. anni. Cardinali verò S. Anastasiæ, & Archiepiscopo Bituricensi, Guillelmus *Pepinus*: dicat sermones Quadragesimales. Castellum de *Fontanis Burgi*, pertinens ad suam Abbatiam, extruxit. [ii] Obijt ann. 1518. Hic terminatur Catalogus MS. Abbatum Fiscannens. [kk]

hh *Vide sup. in Abbat. S. Audoeni, cap. 15. Garimbertus lib. 6. cap. 2. sub Leone X. Ciacconius. Ibid. Catalogus MS. Abbat. Fiscan. Gallia Christiana in Archiepiscop. Bituricens. Hilariô à costa lib. 8 Histor. Catholic. in vita Leon. X. Papæ, pag. 85. Frisonius lib. 4. in eo Cardinali.*
ii *Antiquitates MSS. Norman. pag. 252.*
kk *Ciaconius sup. pag. 1431. Frisonius lib. 4. Gallia Purpurata. fol. 567.*

29. *Adrianus Gouffier.*

Dictus Cardinalis de *Boissy*, in Gallia Legatus, factus Abbas Fiscanensis, moritur anno 1523. VIII

30. *Ioannes 5. à Lotharingia.*

Ann. 1518. primus Commendatarius Abbas. Antonius Machantius Translationem

tionem Gallicam Oration. Ciceronis pro reditu M. Marcelli, dicat. ei ann. 1534. Obijt anno 1550.

31. *Carolus à Lotharingia, mortuus 1574.*

Præfati nepos & S. R. E. Cardinalis.

32. *Ludouicus à Lotharingia.*

Caroli nepos, & S. R. E. Cardinalis, defunctus ann. 1588. Bleſis.

33. *Aymarus de Chattes.*

Eques Melitenſis, Commendatarius de *Chattes*: debitum mortis ſoluit ann. 1602.

34. *Franciſcus à Ioyoſa.*

S. R. E. Cardinalis, Rothomagenſis Archiepiſcopus, in fata conceſſit ann. 1615.

35. *Henricus à Lotharingia, Guyſeus.*

Nominatus Archiepiſcopus Rhemenſis, ſucceſſit: ſed nunc Clericali Ordine abdicato, fit Dux Guyſeus, ann. 1643. mortuo patre.

36. *Henricus Borbonius Epiſcopus Metenſis.*

Nominatus à Rege 1641. viuit 1662. Abbas S. Germani à *Pratis* Pariſijs.

Monachi quidam illuſtriores, ex hoc cœnobio ad alias Eccleſias regendas euocati: Vrbanus II. ſed maximè Cœleſtinus III. ſummi Pontifices, Fiſcannenſis Monaſterij priuilegia innouant ac confirmant.

CAPVT XII.

1. POST hujuſce inſignis Aſceterij Archimandritas, ponè ſequuntur, illuſtriores Monachi, qui ex hoc cœnobio euocati ſunt ad quaſuis dignitates Eccleſiaſticas: inter quos elucent B. *Maurilius*, Archiepiſcopus Rothomagenſis 46. ann. 1055. Fiſcannenſis alumnus. [a] *Rhemigius*, Dorcheſtriæ (ſeu Lincolnienſis) Epiſcopus, ann. 1085. qui propter loci tenuitatem, & obſcuritatem, Epiſcopatum, Lincolniam, celebre oppidum tranſtulit. Vbi in ipſo montis vertice, prædijs pecunia à ſe comparatis, Eccleſiam inſignem in honorem B. Mariæ Virginis conſtruxit, quam libris, hominibus probis & doctis: & licet litem ei intenderet Eboracenſis Archiepiſcopus, & oppidum illud ſuæ juriſdictionis eſſe vehementer contenderet; cœptam tamen ille ædificationem acriter vrgebat, nec deſtitit. Homo fuit, licet corpore admodum exiguo, animo tamen magno & excelſo, multiſque bonis dotibus prædito. Fuit quoque & læſæ majeſtatis nota apud Regem aſperſus; ſed hanc omnem labem nomini eius inuſtam, famulus quidam eius, ferrum igne vehementer exardeſcens, illæſis pedibus, ad innocentiam illius teſtandam, pertranſeundo, ita eluit, vt priſtinam Remigius apud Regem gratiam recuperarit. Cujus monitis Rex ipſe edoctus Guillelmus 2. Nothus, ſalutaribus, pro tranſgreſſionibus ſuis expiandis, duo cœnobia fundauit: Vnum in honorem S. Martini

[a] *Orderic. Vital. lib.* 5. *ad ann.* 1080. *in eo Archiepiſcopo. Rothomag. Yepes. Tom.* 2. *Chronic. Benedict. centuria* 2. *cap.* 2. *ad ann.* 659. *vide in Archiepiſcopis Rothomag.*

Digitized by Google

in Anglia, vbi bellum consertum fuit, ann. 1066. quod & sic ideo nuncupauit: aliud verò, in Normania apud Cadomum, in honorem S. Stephani Prothomartyris: quæ & consecrari jussit. [b] Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, ad ann. 1087.

Herebertus, seu Humbertus, vir magnanimus & admodum litteratus, ex Priore Fiscanensi, Abbas primo Ramesiæ, deindè Episcopus Tedfordiæ; ann. 1091. cujus sedem Noruuicum transtulit, ann. 1094. quem tamen adulationis auaritiæ & ambitionis vitia quædam obscurabant, sed hanc ille turpitudinem, egregia pœnitentia, præclarisque operibus diluit: quibus illustrior effectus migrauit ad Dominum, ann. 1109. [c]

Estoldus de *Stoteuilla*, prius Abbas Cerasiensis, & Beccensis, postea Fiscanensis 23. plures alios omitto, qui Abbates extiterunt S. Taurini Ebroicens. *De Cruce S. Leufridi*; &c.

Tanta autem celebritate hocce monasterium semper viguit, vt apud omnes maximo in honore habitum sit & conseruatum. Cujus rei gratia, summi Pontifices Romani, & Archiepiscopi Rothomagenses, illud plurimis gratijs, fauoribus, priuilegijs, & exemptionibus, decorarunt; tum in primaria eius fundatione; tum, in sequenti ipsius restauratione, vti Superius latè notauimus [d] Verùm, cùm (vt temporum ferunt varietates) omnia dilabentibus sæculis procliua reddantur, & quæ fixa erant, ac stabilia, processu ætatis, quasi consenescant, & ad occasum vergant: consultò decreuerunt Fiscanenses monachi, ad sedem Apostolicam, cui immediatè subjiciebantur, recurrendum sibi fore: pro suis priuilegijs & exemptionibus innouandis ac confirmandis: ne quid contra eos in posterum moliretur: quod tunc fuerat attentatum, circa ann. 1185. qua de re extat sequens Diploma Apostolicum Vrbani III. Papæ. II.

[b] *Malmesburiens. lib. 4. Pontific. Anglor. Parisius. Histor. Anglor. Vuestmonasteriens. ibid. ad ann. 1085. 1088. 1089. Harpsfeldius in Histor. Ecclesi. Anglic. sæcul. 11. cap. 22.*

[c] *Parisius ann. 1094 Vuestmonasteriensis ad ann. 1091. & 1094 Harpsfeldius sup. cap. 17. Ioannes Picardus in notis ad lib. 3. Epistol. 121. S. Anselmi Cantuariens. Archiepiscop. post Malmesburiensem sup. & lib. 4. cap. 32. de Reg. Angl. Robertum de Monte in Appendic. ad Sigebertum sub ann. 1133.*

[d] *cap. 2. & 6.*

Vrbanus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs, Henrico, Abbati, & Conuentui Monasterij Fiscanensis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cùm vobis à sede Apostolica sit indultum, vt nullus, in Ecclesiam, vel personas vestras, excommunicationis possit, vel interdicti, sententiam promulgare: quia venerabilis frater noster Rothomagensis Archiepiscopus, nuper quendam monachum vestrum, excommunicationi supposuit, & eum postmodum pro sua voluntate absoluit, ex hoc vestræ timetis Ecclesiæ præjudicium generari: vnde nos vestræ volentes tranquillitati prospicere, Apostolica authoritate, statuimus, vt ex hoc nullum vobis, vel Ecclesiæ vestræ libertati præjudicium generetur. Nulli ergò omninò hominum, liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere: &c. Datum veronæ 2. nonas Iunij. [e]

His attamen haud contenti Fiscannenses; institerunt apud Cœlestinum III. Papam, circa ann. 1197. pro tutiori priuilegiorum suorum firmitate, vt iterum ab ipsa sede Apostolica confirmarentur, quorum pijs votis vltro assensit præfatus Pontifex, in hunc modum. III.

[e] *Apud Cartularium seu Archiuum Abbatiæ Fiscanens.*

Bulla Celestini III. Papæ.

Licet ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio; viros religiosos communiter honorare & diligere debeamus, ac Ecclesiis sibi commissis suam justitiam conseruare: illis tamen propensiori cura, nos conuenit prouidere, qui B. Petro specialiori prærogatiua noscuntur peculiariter adhærere. Fiscanense siquidem monasterium S. Trinitatis, vt potè, in religione fundatum, ac longè retrò temporibus, nobile extitit ac famosum, nec alicui, nisi tantum Romano Pontifici subjectum; pro quibus omnibus locum ipsum, ampliore gratia & beneuolentia dignum fore censemus, & familiariter sub pio Apostolicæ gremio volumus confouere. Verùm, cùm sicut nobis exponi fecistis, quendam monachum vestrum in Angliam pro tuenda libertate monasterij Fiscanensis, cum prædecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum priuilegijs mitteretis, dùm mare, inter terram vestram & Angliam

gliam interpositum transmearet, contigit; vt tempestate ferina, monachus ille quassatus, priuilegia perderet, cum rebus aliis, quas habebat. Nos igitur prouidere volentes, ne quia illa priuilegia non habetis, jus vestrum in aliquo diminui valeat, vel turbari: omnes dignitates, libertates, & beneficia, monasterio vestro, à Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, indulta, præsentis authentici pagina confirmantes: præfatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, cum omnibus Ecclesiis infra nominandis, sub B. Petri, & nostra, protectione, suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium in præsentiarum justè, & Canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, Deo propitio, poterit adipisci: firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis exprimenda vocabulis.

IV. *Ecclesias videlicet totius Parœchiæ Fiscanensis.* Ecclesiam de *Esletot.* Ecclesiam de *Limpiuilla.* Ecclesiam de *Turmouilla.* Ecclesiam de *Vvite flou.* Ecclesiam de *Pallüel.* Ecclesiam S. *Richarij.* Ecclesiam de *Ingouilla.* Ecclesiam de S. *Vvalerico.* Ecclesiam de *Magna-villa.* Ecclesiam de *Vvellis*, & Duas Ecclesias, quæ sunt apud *Dunum.* Apud Rothomagum: Ecclesiam S. *Geruasij.* Ecclesiam S. *Mariæ de Vvaslo.* Ecclesiam S. *Albini*, super *Sedan*: & Ecclesiam de *Tornilla.* In Episcopatu Lexouiensi; Ecclesiam de *Dudecherauilla.* In Episcopatu Bajocensi; omnes Ecclesias de *Argentijs*, cum pertinentiis: & omnes de *Dimondeuilla*: & Ecclesiam S. *Gabrielis.* In Anglia, Ecclesiam de *Staninges*, cum Cappellis suis. (*In Monastico* Anglico Tom. 2. habetur *Cogesensis* prioratus in agro *Oxoniensi*) In Francia, Ecclesiam de *Auiscomonte.* Abbatiam quoque de *Bernayo.* Abbatiam S. *Taurini* Ebroicensis. Abbatiam S. *Berthæ de Tornesio.* Et ordinationes earum, vobis, & per vos, Fiscannensi Ecclesiæ confirmamus.

Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia, seu violentia, præponatur: nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, de suo, vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam, prouiderint eligendum. Electus autem ad sedem Apostolicam, aut quem maluerit Catholicum Episcopum, Romani Pontificis licentia & mandato, benedicendus accedat. Sane noualium vestrorum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus colitis; siue de nutrimentis animalium vestrorum; nullus à vobis decimas expetere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos, liberos & absolutos, è sæculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit, nisi arctioris religionis obtenta licentia, de eodem loco discedere: discedentem verò absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Chrisma verò, Oleum sanctum, Ordinationes monachorum, seu clericorum vestrorum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum prædictarum, à quocumque malueritis Catholico recipiatis Episcopo: qui nostra fultus authoritate, quod postulatur, impendat. Ad hæc, adjicientes, statuimus, vt ad nullius Concilium, Abbas ipsius loci accedere compellatur; nisi à Romano Pontifice, vel ab ejus Legato, fuerit euocatus. Nec vestra Ecclesia, vel Abbas, vel monachi, aut Clerici vestri seruientes in Ecclesijs, à jurisdictione Episcoporum prorsus exemptis, præter Romanum Pontificem, vel eius Legatum, à Diuinis interdicantur officijs, vel excommunicationi subdantur. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vrbis clausis Ianuis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, Diuina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus; & eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salua tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. In parœchialibus verò Ecclesijs, quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Diœcesano Episcopo, præsentare: quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, vt ei, de spiritualibus, vobis verò temporalibus, debeant respondere.

Quicquid prætereà dignitatis, libertatis, vel beneficij ab Apoſtolica ſede, Fiſcanenſe monaſterium obtinere cognoſcitur; nos quoque vobis, & Eccleſiæ veſtræ itidem concedimus & firmamus. Nec Epiſcopis, vel Epiſcoporum miniſtris, nec perſonis quibuſlibet, liceat exactiones aliquas, aut moleſtias, Fiſcannenſi cœnobio, vel Eccleſijs ſupradictis, vel clericis eiſdem deſeruientibus irrogare: ſed liberi & quieti perſiſtant, quatinus omnipotenti Deo liberius valeant vota perſoluere. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione, conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura: ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum, Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertio-ve commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate; reamque ſe diuino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat: & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat; atque in extremo examine, diſtrictæ ſubjaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, præmia æternæ pacis inueniant. Amen. VI.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego *Albinus*, Albanenſ. Epiſcopus.
Ego *Octauianus* Hoſtienſ. & Vellitrenſ. Epiſcopus.
Ego *Petrus* Fornerius S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego *Ioannes* titul. S. Clementis Card. Viterbienſ. & Tuſcanell. Epiſcopus.
Ego *Guido* Præsbyter Card. S. Mariæ, & S. Calixti.
Ego *Ioannes* titul. S. Stephani in cœlio Monte Præsbyter Card.
Ego *Centius* titul. S. Laurentij, in Lucina, Præbyter Card.
Ego *Ioffredus* titul. S. Praxedis, Præsbyter Card.
Ego *Federicus* titul. S. Marcelli, Præsbyter Card.
Ego *Gratianus* SS. Coſmæ & Damiani, Diaconus Cardinal.
Ego *Gerardus* S. Adriani, Diaconus Card.
Ego *Gregorius* S. Mariæ in porticu, Diaconus Card.
Ego *Gregorius* S. Mariæ in Aquiro, Diaconus Card.
Ego *Nicolaus* S. Mariæ in Coſmedin, Diaconus Card.
Ego *Bebo* S. Theodori, Diaconus Card.

Datum Laterani per manum centij S. Luciæ in Orchea, Diaconi Cardinal. Domini Papæ Camerarij 7. Calend. Iulij indictione 14. Incarnationis Dominicæ ann. 1196. Pontificatus verò Domini Cœleſtini Papæ III. anno ſexto.[f]

f ibid.

Aliud Diploma ejuſdem.

Cæleſtinus, Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis, Abbati, & monachis Fiſcanenſibus, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Requiſiſtis à nobis, vt ſi ab aliquo fuerit poſtulatum, vt cauſas, quæ inter vos & alios agitari noſcuntur, perſonis Rothomagenſibus committamus, quos veris ex cauſis ſuſpectos habetis, nullatenus præbeamus aſſenſum; cùm ex hoc veſtrum monaſterium in jure ſuo non modicam poſſet ſuſtinere jacturam. Quoniam igitur vnicuique licet ſuſpectum ſibi de ratione iudicem recuſare, idemnitati veſtræ, in hac parte prouidere volentes, præſentibus vobis litteris indulgemus: vt ſi præfati Rothomagenſes à nobis in aliqua cauſa contra vos judices fuerint conſtituti, nulla hujus facta mentione reſcripti, minimè teneamini, ſub eorum examine, veſtris aduerſariis reſpondere. Datum Laterani ſexto Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.[g] VII.

g ibid.

VIII

Item , aliud Diploma ejusdem.

Cœlestinus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis, Abbati, & Conuentui monasterij Fiscannensis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm ex injuncto nobis Apostolatus officio, Ecclesiarum omnium curam gerere teneamur: illarum tamen idemnitati & grauamini specialius intendere nos oportet, quæ ad nos nullo pertinent medio. Ad audientiam si quidem nostram, ex vestra conquestione peruenit, quòd Archidiaconus Caleti, occasione Hospitij, quod Henricus bonæ memoriæ Abbas vester, caritatiuè & liberaliter eidem Archidiacono, ac prædecessoribus ejus, aliquotiens conferebat, annuam à monasterio vestro procurationem contra priuilegia Romanæ Ecclesiæ exigere non veretur: nos ergò nolentes tantum prædicti monasterij sustinere grauamen, vniuersitati vestræ, authoritate præsentium, inhibemus, ne eidem Archidiacono, super procuratione ipsa debeatis in aliquo respondere. Statuentes, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Laterani III. nonas Iunij, Pontificatus nostri anno septimo. [h] h Ibid.

Innocentius III. Alexander III. Nicolaus III. Martinus IV. & alij summi Pontifices: tum Rothomagenses Archipræsules: necnon Concilia Prouincialia totius Neustriæ, priuilegia, exemptiones & immunitates ejusdem Abbatiæ Fiscanensis, approbarunt, confirmarunt, & innouarunt.

CAPVT XIII.

I. QVID cæteri Pontifices Maximi, huic inclyto monasterio contulerint, inspiciamus: inter eos primus nobis occurrit Innocentius III. præfati Cœlestini successor: cujus tale diploma habetur.

Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilecto filio, Archidiacono Fiscannensi Rothomagens. Diœcesis; Salutem & Apostolicam benedictionem.

Precibus dilectorum filiorum, Abbatis, & Conuentus monasterij Fiscannensis, ordinis S. Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, benignum impertientes assensum, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus: quatenus suspensionis, excommunicationis, & interdicti sententias, si quas venerabilis frater noster Archiepiscopus Rothomagensis, vel quiuis alius, authoritate litterarum, quas eis superfaciendis obseruari, Apostolicis statutis, direxerimus, in Abbatem, & monachos, & quoslibet alios eis subjectos protulerint, sine qualibet difficultate relaxans, dispenses, authoritate nostra, cum illis, qui exindè irregularitatem aliquam incurrerint. Datum Perusij V. Idus Augusti, Pontificatus nostri, anno 13. [a] a Extat in Archiuo Abbatiæ Fiscanens.

Aliud Diploma Apostolicum.

Alexander, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs, Abbati, & Conuentui monasterij Fiscanensis, ordinis S. Benedicti, ad Romanam Ecclesiam, nullo medio pertinentis; Salutem & Apostolicam benedictionem.

II. *Vt* pulchra & decora filia Hierusalem fidelibus, & terribilis infidelibus, appareat, vt castrorum acies ordinata; Ecclesia variis insignitur titulis dignitatum.

Digitized by Google

per quas, tanquam ornata monilibus, & circumamicta varietate illustrium virtutum, exhibet majestatem. Et quod tandem in re habebit, in spe gerere se ostendens; veritatem indicat per figuram. Quare sedes Apostolica, mater Ecclesiarum omnium, & magistra, Ecclesias illas, tanquam adolescentulas suas, honorum insignibus libenter adornat, pro meritis singularum: sperans, vt ornatè, tantò se immaculatas diligentiùs studeant conseruare, quantò propensiùs, tenentur diligere decus proprium & decorem. Ea propter dilecti in domino filij, vestris supplicationibus inclinati; tibi, fili Abbas, & successoribus tuis, in perpetuum, vtendi Mitra, Annulo, Tunica, Dalmatica, Chirothecis, & Sandaliis; ac benedicendi pallas altaris, & alia ornamenta Ecclesiastica: conferendi primam tonsuram, ac minores, plenam concedimus, authoritate præsentium, facultatem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; &c. Datum Anagniæ II. idus Septemb. Pontificatus nostri anni. 1. b

b Ibidem.

Aliud Diploma.

Nicolaus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis, Abbati & Conuentui Monasterij Fiscannensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Dioces. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Petitio vestra nobis exhibita continebat: quòd fœlicis recordationis Alexander Papa, prædecessor noster ad instar piæ memoriæ Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri, per suas vobis duxit litteras indulgendum: vt vsque ad decennium, per litteras Apostolicæ sedis, vel Legatorum eius, impetrandas, in quibus Rothomagensis Archiepiscopus, qui fuerit pro tempore, vel Officialis eius, seu aliquis de Rothomagens. Ecclesia iudex conseruator, aut executor datus esset, contra vos, monasterium vestrum, vel membra ipsius, procedi minimè posset, absque speciali mandato suo, faciente plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem. Postmodum quoque bonæ memoriæ Clemens Papa, prædecessor noster, gratiam in hac parte vobis factam cupiens ampliare: vt vsque ad triennium, finito decennio prædicto, per similes litteras contra vos, siue Monasterium, & membra eiusdem, procedi non posset, nisi forsan in eisdem simillibus, de illius concessione specialis ac plena, & expressa mentio haberetur, vobis authoritate litterarum suarum concessit. Quia verò religionis vestræ feruor dignè meretur, vt iis, quæ pro statu vestro pacifico petitis, nos vobis inuenisse beneuolos gaudeatis, vobis authoritate præsentium indulgemus: vt per litteras Apostolicas, vel Legatorum sedis Apostolicæ, in quibus Rothomagensis Archiepiscopus, qui fuerit pro tempore, vel Officialis eius, seu aliquis de prælibata Ecclesia, Iudex, conseruator, aut Executor, datus fuerit; vos aut monasterium, & membra eiusdem, conueniri aliquatenus non possitis, nisi forsan in illis, de præsentibus specialis & expressa, seu de verbo ad verbum, mentio habeatur. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infirmare, &c. Datum Reate 5. Calend. Octob. Pontificatus nostri anno 2. c III.

c Ibid.

Aliud Diploma.

Martinus Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilecto filio, Abbati Monasterij Fiscannens. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Diœcesis: Salutem & Apostolicam benedictionem.

Vt ex sinceræ deuotionis affectu, quem ad nos, & Romanam Ecclesiam habere dignosceris, fauorem Apostolicum tibi sentias accreuisse: benedicendi calices, pallas altaris, corporalia, & vestes sacerdotales, ad vsum tantum Monasterij tui, & Ecclesiarum tibi pleno jure subditarum, in eodem duntaxat monasterio (dummodò tibi ab Episcopo, secundum morem præficiendorum Abbatum, manus impositio facta esse noscatur, & te constet sacerdotem existere) tibi authoritate præsentium, concedinus facultatem. Nulli ergò hominum omninò liceat hanc paginam nostræ, concessionis infringere; &c. Datum apud Montem Flasconem. IV.

8. Calend.

8. Calend. Octobris, Pontificatus nostri anno 2. [d] Alia ibidem existentia propè innumera, lubens omitto, priuilegia. [d ibid.]

V. Præfatis autem gratijs, fauorib. priuilegijs, & exemptionibus Rothomagenses Archipræsules vltrò assensum præbuerunt; ea omnia agnouerunt, confirmarunt, & pro tempore, comprobarunt; cujus rei gratia, subsequentia ipsorum Metropolitarum producimus ampla testimonia.

Hugo, Dei gratia, Rothomag. Archiepiscopus, dilecto filio Henrico, Abbati Fiscannensi, ejusque successoribus, in perpetuum.

Ecclesiarum beneficia & jura tunc demùm justè ac stabiliter habetur, cùm Pontificis manu, de cujus parochia, ea esse constiterit, data fuerint, & ejus authoritate confirmata. Indè est, quòd tuæ justæ petitioni, dilecte in domino fili Henrice, assensum præbentes, habito consilio & assensu capituli nostri, Ecclesias quasdam cum parochijs suis, in nostro Episcopatu, perpetuò jure libertatis, absolutas ab omni jure Episcopali, tibi, tuisque successoribus, & Ecclesiæ Fiscanensi, habendas in perpetuum concedimus & confirmamus. Vt igitur nulla super eis, de jure libertatis, oriatur contentio; eas huic cartæ nostræ nominatim inseruimus scilicet:

Ecclesiam de *Estutot*.
Ecclesiam S. *Geruasij*, apud Rothomagum.
Ecclesiam S. *Mariæ* de Vuasto.
Ecclesiam de *Limpiuilla*.
Ecclesiam de *Tormotvilla*.
Ecclesiam de *Vvitesfue*.
Ecclesiam de *Paluel*.
Ecclesiam S. *Richarij*.
Ecclesiam de *Ingouilla*.
Ecclesiam S. *Vvalerici*.
Ecclesiam de *Manneuilla*.
Ecclesiam de *Vvellis*.
Ecclesiam de *Plena sylua*.
Ecclesiam S. *Petri* de Senis.
Ecclesiam S. *Mariæ* Gaillardæ.
Ecclesiam S. *Petri* pauui.

Vt ergò jus prædictarum Ecclesiarum, tibi, & tuis successoribus, & Ecclesiæ Fiscannensi, constans & ratum conseruetur, præsenti scripto, & sigilli nostri authoritate confirmamus. Testes, Gaufridus, Rothomagensis Ecclesiæ; Decanus, & Archidiaconus: Vuillelmus cantor, Radulphus sacrista: Osmundus, Ægidius, Berardus, Archidiaconi: magister Reynerius; magister Reinaldus de sancto Amando, qui hoc notauit. [e]

Vniuersis præsentes litteras inspecturis. [e ibid.]

VI. *Guillelmus* miseratione Diuina, Rothomagens. Archiepiscopus, Gaufridus Abrincens. Mathæus Ebroicens. Philippus Sagiens. Guido Lexouiens. & Robertus Constantiens. Episcopi, Rothomag. Ecclesiæ suffraganei: salutem in domino sempiternam. Noueritis, quòd vir religiosus, frater Thomas, Abbas monasterij S. Trinitatis Fiscanens. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagens. Diœces. à nobis requisitus, & non coactus, priuilegiis Apostolicis super exemptione suæ personæ, suique monasterij prædicti, in omnibus eis saluis, vnà nobiscum conuenit, & interfuit ad Prouinciale Concilium apud *Deuvillam*, propè Rothomagum, ob ardua negotia totius cleri Rothomagens. Prouinciæ celebrandum; protestans idem Abbas expressè, quòd ob hoc ad alia Concilia seu conuocationes quascumque per nos, & nostrum quemlibet, in posterum faciendas, ipse, suique successores, tanquam ab omni ordinaria jurisdictione locorum notoriè exempti, sedique Apostolicæ immediate subjecti, nullo modo possint interesse compelli: quam protestationem, tanquam idoneam & rationi consonam admittentes, habere volumus roboris firmitatem. In cujus rei testimonium, sigilla nostra præsentibus litteris sunt appensa. Actum & Datum apud locum prædictum, die Martis post festum Assensionis Domini, anno ejusdem 1304. [f] [f ibid.]

Alia Carta.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis, Mathæus de Neapoli, archidiaconus majoris Caleti, in Ecclesia Rothomagensi, in salutis Authore, Salutem.

VII. *Vniuersitati* vestræ notum facimus, & testamur; quòd venerabiles, & discreti

viri, Abbas, & Conuentus monaſterij Fiſcanenſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, conceſſerunt nobis, ob dilectionis feruorem, quem ad ipſum monaſterium gerimus, pro gratia ſpeciali, quòd ipſum monaſterium, Prioratus, Maneria, ad ipſum ſpectantia, ſiue ſint intra metas præfati Archidiaconatus, vel alibi, vbicumque: poſſimus, ſi quando voluerimus, videre, & cùm libuerit, accedere ad eadem, non vt Archidiaconus, ſed vt priuata perſona, & ſimpliciter vt amicus: & ſi de dictorum vrbanitate procedat, & munificentia, comedere, bibere, pernoctare, & morari, etiam in eiſdem. Ex cujus gratiæ conceſſione, confitemur & teſtamur, quod in præmiſſis, vel in aliquo præmiſſorum, dictis, Monaſterio, Prioratibus, & Manerijs (in quibus nullum jus habere dignoſcimur) nolumus per gratiam hujuſmodi, tanquam exemptis, præjudicium generari; nec per hoc etiam volumus, quod nobis, & ſucceſſoribus noſtris, vel alicui noſtrum, in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, ius aliquod acquiratur, etiam ſi nos ad Monaſterium, Prioratus, & Maneria prædicta, per tempus, quod ad præſcribendum ſufficeret, accedere, ac in ipſis comedere, bibere, pernoctare, ac etiam morari contingat: ſed & conceſſionem præfatam taliter nobis factam, fatemur eſſe gratiam perſonalem. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus, noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Rothomagi, die mercurii poſt feſtum Tranſlationis S. Benedicti, anno Domini 1305.[g] Huic poſtea ſubſcripſit Guillelmus de Flauacuria, Archiepiſcopus 59. Rothomagenſ. in hunc modum.

[g] ibid.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis.

Guillelmus permiſſione Diuina, Rothomagenſis Archiepiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Etſi viri Religioſi, venerabiles & honeſti, Abbas, & Conuentus Monaſterii Fiſcanenſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, dilecto in Chriſto filio, Magiſtro Mathæo de Neapoli, Archidiacono maioris Caleti in Eccleſia noſtra Rothomagenſi, ſuæ conſideratione perſonæ, de gratia conceſſerint ſpeciali, aut forſitan in futurum concedant; vt dictum Monaſterium, quod exemptum fore dignoſcitur, atque domos ipſorum Religioſorum, & loca exempta ſui Archidiaconatus metis incluſa, vel extra ipſum Archidiaconatum, infra noſtræ Diœceſis tamen metas, ingrediatur peregrè, vel cauſa recreationis & ſpatij, ſeu ſolatij, comedendi, & pernoctandi cum ſuis familiaribus, & euectionibus, Archidiaconi jure prorſus excluſo, ſicut eos præſumimus eſſe facturos; nullum propterea, vel aliquod eorumdem præfatis monaſterijs & Religioſis Nolumus, aut intendimus præiudicium generari, nunc vel in antea; neque dictæ noſtræ Rothomagenſi Eccleſiæ, aut prædicto Archidiacono, ſiue ſuis ſucceſſoribus, contra dictos Religioſos, & monaſterium; aut in eos nouum aliquod ius acquiri quomodolibet, vel creari, quin eius ſua exemptio perſeueret, his non obſtantibus, penitus illibata; ſpecialiter intendentes exiſtere gratiam hujuſmodi perſonalem, dictique Magiſtri Mathæi perſonam non transgredi, & ad nullum ſuorum ſucceſſorum extendi. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras antedictis Religioſis dedimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud Gaillon 17. die menſis Iulij, anno Domini 1305. VIII

In nomine Domini. Amen.

Pateat vniuerſis, per præſens inſtrumentum, quòd anno à Natiuitate eiuſdem 1311. indictione nona, ſecunda die menſis intrantis Auguſti, Pontificatus Domini Clementis V. anno ſexto, in noſtra publicorum notariorum infra ſcriptorum, & teſtium ſubſcriptorum, præſentia, coram venerabilibus viris, & diſcretis Dominis, Hugone de Charenton, Cantone Claremontenſi, Ioanne de Crenches: & Ioanne de Duno, Officiali Rothomagenſi: Vicariis Reuerendi in Chriſto Patris ac Domini D. Ægidij, quondam Narbonenſis Archiepiſcopi, nunc, permiſſione Diuina, Rothomagenſis Electi, perſonaliter comparente, Reuerendo in Chriſto Patre ac Domino, D. Roberto, eadem permiſſione, Abbate Monaſterij Fiſcanenſ. ad Romanam Eccleſiam nullo medio, pertinentis, exempti prorſus notoriè ab omni juriſdictione ordinaria, per priuilegia Romanorum Pontificum, pro ſe, & IX.

Conuentu

Conuentu eiusdem Monasterij: vir venerabilis & discretus D. Richardus de *Thybouvel*, Legum Professor, proposuit, seu protestatus fuit, nomine dictorum, Abbatis & Conuentus, & pro ipsis: quòd idem Dominus Abbas comparebat ibidem, coram dictis Vicarijs, auctoritate Apostolica duntaxat, & non alia; ac etiam significauit eisdem Vicarijs, & dixit expressè, quo supra nomine, quòd idem Abbas pro se, & Conuentu dicti Monasterij Fiscanens. ac pro monachis eiusdem Monasterij proponebat, & intendebat venire ad Vniuersale Concilium, in Viennensi ciuitate celebrandum, vel alibi, vbicumque, auctore Domino, dictum Concilium contigerit celebrari, aut mittere Procuratorem sufficienter instructum, ad ea facienda, quæ in litteris Apostolicis continentur; quæ proposita, seu protestata ex parte dicti D. Richardi, præfatus Dominus Abbas statim acceptauit, & ratificauit expressè. Quibus sic propositis, prædicti Vicarij dixerunt; verum esse, quòd auctoritate Apostolica, & non alia dictum Abbatem, & Conuentum vocauerint. Acta sunt hæc Rothomagi, in majori aula dicti Reuerendi Patris, anno, indictione, die, mense, & Pontificatu, prædictis: testibus viris religiosis & honestis Domino G. S. Vvandregisilli Abbate; DD. I. S. Audoeni Rothomagensis; I. Sancti Georgij; G. S. Catharinæ: & G. de Becco Heluini, Abbatibus: Magistris, Guillelmo de Monteferrando, Ioanne, dicto *Fournet*, Iacobo Osmundi, Vvaltero de *Foule*, clericis: Domino Thoma de *Villaribus*, Legum professore; Thoma Vincentij, & pluribus alijs Rothomagens. & Bajocens. Diœces. ad præmissa specialiter vocatis & rogatis. Et ego Thomas, dictus, *le Plumé*, Clericus Bajocens. Diœces. publicus auctoritate Imperiali Notarius, omnibus præmissis, vnà cum Radulpho Amandi, aliàs dicto *Estrigales*, Rothomagens. Diœcesis, publico Sacrosanctæ Romanæ Eccles. & Imperiali auctoritate, Notario infra scripto, & Testibus, supra scriptis, interfui; præsensque instrumentum propria manu scripsi, & in publicam formam redegi, signoque meo signaui solito, rogatus in testimonium præmissorum. Et ego Radulphus Amandi, aliàs dictus, *Estrigales*, Clericus Rothomagens. Diœces. &c. vt sup. sub anno, indictione, die, mense, Pontificatu, & loco, prædictis. [b] *Ibid.*

In nomine Domini. Amen.

X. Per hoc præsens publicum instrumentum pateat vniuersis, quòd anno à Natiuitate eiusdem, 1317. indictione 1. Decima octaua die mensis Nouemb. videlicet die veneris in octabis S. Martini, circa horam tertiam, Pontificatus sanctissimi Patris, ac Domini, D. Ioannis diuina prouidentia Papæ 22. anno primo, in mei notarij publici, & testium scriptorum, præsentia; venerabilis in Christo Pater, ac Dominus, D. Robertus, Dei gratia, Abbas Monasterij Fiscanens. Ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Diœcesis, ad Prouinciale Concilium, quod apud Pontisaram, dictæ Diœcesis, ad diem supradictum, Reuerendus Pater ac Dominus, D. Ægidius, permissione Diuina Rothomagensis Archiepiscopus, authoritate Apostolica sibi supra negotio, personas quondam ordinis Templi, & earum statum tangente, specialiter, vt dicitur, commissa, & sua etiam, fecerat conuocari, vnà cum eodem D. Archiepiscopo & prælatis ibidem præsentibus, conuenit & intrauit, videlicet: in Monasterio S. Martini, iuxta Pontisaram, in choro dicti Monasterij, ante magnum altare Monasterij eiusdem: ex parte dicti Domini Abbatis, ibidem præsentis, & pro ipso, ante omnia. In eodem Concilio palam & publicè, protestatione præmissa, in modum inferius annotatum, quam protestationem dictus Dominus Abbas, per venerabilem virum, & discretum, legi fecit, de verbo ad verbum, videlicet, per magistrum Ioannem, dictum *Gouin*, clericum, quem ad hoc constituit organum suæ vocis: dictæ protestationis tenor sequitur in hunc modum. *Nos frater* Robertus, Abbas Monasterij Fiscanens. ad Romanam Ecclesiam, nullo medio pertinentis; protestamur, quòd ad istud Prouinciale Concilium apud Pontisaram, solùm illa ratione conuenimus, authoritate Apostolica, & non aliter ad illud intramus: si & quantum de fide nostra, & eam tangentibus, in eodem est agendum, & si super alijs tractari contigerit, quòd per hoc priuilegijs Apostolicis, super exemptione personæ nostræ, nostrique præfati monasterij,

Digitized by Google

nullum in poſterum præjudicium generetur; & quòd per hoc ad alia Concilia, ſeu conuentiones quaſcumque per D. Rothomagenſem Archiepiſcopum, aut eius ſuffraganeos; vel eorum alterum in poſterum faciendum. Nos, ſucceſſoreſque noſtri, tamquam ab omni iuriſdictione notoriè exempti, ſedique Apoſtolicæ immediatè ſubjecti, nullo modo poſſimus intereſſe compelli. Qua proteſtatione ſic facta, & perlecta, vt præfertur, dictus magiſter Ioannes: nomine dicti Abbatis, & pro ipſo, petijt à dicto Domino Archiepiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ ſuffraganeis ibidem aſtantibus, ſuper his litteras ſibi concedi: & dictus Dominus Archiepiſcopus incontinenti reſpondit; quòd per dicti Abbatis intrationem & comparitionem, in dicto Concilio, nolebat, nec intendebat eidem Abbati & Monaſterio, vel perſonis eiuſdem, nec priuilegio, & Exemptioni prædictis, aliquod præiudicium generari: nec ſibi, vel Eccleſiæ ſuæ Rothomagenſi aliquod jus de nouo acquiri. Quibus ſic factis, idem Dominus Abbas, & Magiſter Ioannes, eiuſdem Abbatis nomine, petierunt à me, notario publico infra ſcripto, ſibi ſuper hoc fieri publicum inſtrumentum. Acta ſunt hæc, anno, indictione, die, menſe, hora, Pontificatu, & loco, prædictis: præſentibus inter cæteros in dicto Concilio, Reuerendis in Chriſto patribus ac Dominis, DD. Bajocenſi, Lexouienſi, Abrincenſi, Sagienſi, & Conſtantienſi, Epiſcopis, Eccleſiæ Rothomagenſis ſuffraganeis: de Becco Helluini, S. Vvandregeſilli, de Cadomo, de Ceraſeyo, & de Voto, Abbatibus, teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis; aſtante etiam multitudine gentium copioſa.

Et ego Guillelmus, dictus *Piſſoudet*, clericus Bajocenſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, præmiſſis omnibus fui vocatus & rogatus ea ſcribere; ſcripſi & publicaui, præſentique publico inſtrumento indè confecto, ſignum meum appoſui conſuetum rogatus in teſtimonium præmiſſorum. i

i Ibid.

XI.

Ludouicus de Luxemburgo, Dei gratia Rothomagenſis Archiepiſcopus, & Franciæ Cancellarius, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Salutem in Domino.

Cùm ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter, D. Eugenius, Dei prouidentia Papa IV. litteras ſuas Apoſtolicas, de & ſuper Tranſlatione Concilij Baſilienſis ad ciuitatem Ferrarienſem; & conuocatione ad illud, confectas nobis direxiſſet, propter quas, & etiam propter aliqua, quæ hic de nouo, à dicto loco de Baſilea deuenerant: vtpotè, de ſuſpenſione præfati Domini noſtri Papæ ab adminiſtratione Papatus: omnibus & ſingulis ſuffraganeis noſtris, & capitulis, ac vniuerſis, etiam Exemptis, Prælatis, qui ad Generalium Conciliorum celebrationem accedere, vel mittere, de iure, vel conſuetudine tenentur, injunxiſſemus, & mandaſſemus, quatenus ad nos in Capella noſtra Archiepiſcopalis manerij Rothomag. certa die jam tranſacta comparerent, conſulturi & deliberaturi vnà nobiſcum, & concluſuri, quid & qualiter in hac re eſſet agendum: Hinc eſt, quòd anno, & die infraſcriptis, in ipſa Capella noſtra, nobis inibi ad præmiſſa præſidentibus, comparentibus, venerabilibus fratribus, ſuffraganeis noſtris, Dominis Petro Lexouienſi, Ioanne Sagienſi, Epiſcopis: Paſquerio Meldenſi Epiſcopo: Ægidio, Abbate Monaſterij S. Trinitatis Fiſcanenſ. ordinis S. Benedicti, Sacræ Theologiæ Profeſſore, cùm nonnullis alijs, cæterorumque ſuffraganeorum noſtrorum Vicariis, & eiuſdem Prouinciæ Prælatis; ſtatim dictus Abbas Fiſcanenſ. per nos requiſitus, & non coactus, in ipſa Capella, & dicto Concilio, ſaluis in omnibus ſuis priuilegijs Apoſtolicis, ſuper exemptione ſui Monaſterij Fiſcanenſis & perſonæ, comparuit, & vnà nobiſcum conuenit, proteſtans ſpecialiter & expreſſè, quòd ob hoc ad alia Concilia, ſeu conuocationes quaſcumque per nos, aut ſucceſſores noſtros in poſterum faciendas, ipſe, ſuique ſucceſſores, tanquam ab omni ordinaria juriſdictione locorum notoriè exempti, ſedique Apoſtolicæ immediatè ſubiecti, nullomodò poſſint intereſſe compelli; petens & requirens ipſas ſuas proteſtationes per nos recipi & admitti; aſſerendo litteras conſimilium proteſtationum per prædeceſſores noſtros, in caſu conſimili ſibi fuiſſe conceſſas. Nos verò eius

eius petitioni & requestæ fauorabiliter annuentes, dictas suas protestationes tanquam idoneas, & rationi consonas, vt præmittitur, factas, juxta litteras alias per prædecessores nostros sibi factas & concessas, recepimus, & admisimus, recipique & admitti volumus per præsentes; iure tamen nostræ dignitatis Archiepiscopalis, & quolibet alieno saluo. Datum Rothomagi sub sigillo cameræ nostræ anno Domini 1437. die Mercurij, secunda mensis April. ante Pascha Domini. Signat,

GVEROVL. [k] k Ibid.

Alia Carta.

XII. *Guillelmus*, miseratione Diuina, Titulo S. Martini in Montibus sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyter Cardinalis, de Estouteuilla, vulgatim nuncupatus, Archiepiscopus Rothomagensis, vniuersis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus, quòd cùm die 28. mensis Augusti, ad monasterium S. Trinitatis Fiscanens. Ordinis S. Benedicti, peregrè profecti, & à venerabili patre, Ioanne, ipsius monasterij Abbate reuerenter & humiliter, cum nostra comitiua recepti fuissemus; nos protestationem dicti Abbatis, tam nomine suo, quàm dicti sui monasterij, ad Romanam Ecclesiam, sine medio pertinentis, tunc coram nobis factam, scilicet, quòd hujusmodi nostra receptio sibi, & suis successoribus, priuilegiis & juribus suæ exemptionis in aliquo non noceret, seu præjudicaret, libenter admisimus, & annuimus: in cujus rei testimonium, sigillum nostrum rotundum, præsentibus litteris duximus apponendum. Datum ann. Domini 1454. die prædicta. [l] l Ibid.

Item alia Carta.

XIII *Robertus* de Croismare, Licentiatus, in Legibus, Archidiaconus, & Canonicus magni Caleti, in Metropolitana Rothomagensi Ecclesia: omnibus hæc visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum facimus, quòd cùm inter visitandas Ecclesias parœchiales, & alia nostri antedicti Archidiaconatus pia loca, ad monasterium S. Trinitatis Fiscanens. quod nullo medio S. R. E. subdictum esse dignoscitur, hodiè peregrè diuertissemus, fuissemusque magna cum charitate suscepti, cibo, potu, & hospitio humanitùs recreati: ne tamen quis in posterum posset arbitrari, aut ex consuetudine allegare, quòd hujusmodi congratulatio à venerabilibus Religiosis dicti loci nobis facta fuerit, ad causã alicujus juris, aut prærogatiuæ, quam in eos, aut eorumdem loca, sic vt præfertur, à priscis temporibus exempta, ratione nostræ dignitatis Archidiaconalis prætenderemus, & fortassis, in eorumdem, & suorum successorum detrimentum, & grauamen, vergere posset in futurum: ea de re, motu proprio declaramus, & attestamur, quòd propter hujusmodi visitationem amicabilem, & cum eis in cibo, & potu familiarem communicationem nullo modo intendimus, seu volumus suis priuilegijs, exemptionibus, & libertatibus præjudicare, nocere, aut contradicere. In cujus rei testimonium præsentes litteras signeto nostro muniuimus, & eisdem pro sua conseruatione tradidimus, anno Domini 1477. die verò penultima Maij. [m] m Ibid.

Reges Galliæ huic Abbatiæ impensè fauerunt, cujus priuilegia & immunitates tutati ſunt Abbas Fiſcanenſis, omnes alios totius Neuſtriæ, præter S. Audoeni Rothomag. Cœnobiarcham, dignitate præcedit: Sacræ Reliquiæ in Eccleſia Fiſcannenſi deuotè aſſeruatæ: & Ducum Normanniæ Richardi 1. & 2. Fundatorum, oſſa transferuntur.

CAPVT XIV.

NON minori deuotionis affectu, Fiſcannenſis Eccleſiæ res proſecuti ſunt noſtri Chriſtianiſſimi Monarchæ: maximè poſtquam, Philippus 2. Adeodatus, cogmento Auguſtus, totam ſibi, juſto belli jure, ſubdidit Normanniam ann. 1204. [a] cujuſquidem Regis carta ita incipit. I.

a Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum ann. 1204.

Philippus, Dei Gratia, Francorum Rex.

Vniuerſis Bailliuis ſuis Normaniæ, ad quos litteræ præſentes peruenerint, ſalutem. Mandamus vobis per Appoſitum, quòd omnia jura & omnes libertates, Eccleſiæ noſtræ Fiſcannenſis, per vos manuteneatis; ſecundum tenorem & vſum priuilegiorum ſuorum, nec eidem Eccleſiæ injuriam fieri, nec eam indebitè moleſtari, nec grauari, permittatis. Actum Meduntæ, anno Domini 1207. menſe Decembri. [b] *Iam antea* Henricus Abbas commiſerat cuſtodiæ ipſius Regis villam de Buxeio, cum hominibus & pertinentijs ejuſdem loci; quòd poſtea notum facit omnibus Radulfus Abbas, præfati ſucceſſor, ann. 1204. qui & alia carta teſtatur eumdem Regem illi dediſſe ac conceſſiſſe placitum ſpathæ totius terræ ad Fiſcanenſ. Abbatiam ſpectantis, ann. 1211. [c] Quæ omnia S. Ludouicus poſtea confirmat, in hunc modum.

b Ex Archiuo Abbatiæ Fiſcanenſ.

c Codex magnus MS. fol. 31. pag. 2. Lutetiæ apud D. De Vyon, D. de Herouual.

Ludouicus Dei gratia, Francor. Rex.

Notum facimus vniuerſis, tam præſentibus quàm futuris, quòd nos litteras H. quondam Regis Angliæ, vidimus in hæc verba. *H. Dei gratia*, Anglorum Rex, Dux Normaniæ & Aquitaniæ ac Comes Andegauiæ: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, juſtitiariis, vitercomitibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis Francor. & Anglor. Salutem. Sciant me conceſſiſſe, & præſenti carta confirmaſſe Henrico, Abbati Fiſcanenſi, cognato meo, & Eccleſiæ Fiſcanenſi terras ſuas Angliæ & Norman. quas Comes Richardus Dux Norman. & Vvillelmus, Rex Angliæ, & omnes alij prædeceſſores mei in eleemoſynam prædictæ Eccleſiæ dederunt, & ſigilli ſui conceſſione confirmarunt; quare volo, & firmiter præcipio, quòd Abbas & Eccleſia Fiſcanenſis, amodò prædictas terras cum omnibus omninò earum appenditiis teneant benè, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè cum omnibus legibus & libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quittanciis, placitis, & querellis, & cauſis omnibus, abſque omni ſubjectione & dominatione Baronum, vel Principum, & omnium aliorum, & abſque omni inquietatione cujuſlibet indicariæ poteſtatis, vel nominatione dignitatis, ſicut res ad Fiſcanenſe Dominicum pertinentes: & quia diligenter inſpexi cartas Richardi, Ducis Norman. & Guillelmi, Regis Angl. & aliorum prædeceſſorum meorum, iterum præcepio, quòd monachi Fiſcanenſ. vel eorum homines, non reſpondeant de aliquo tenemento ſuo, vel de aliqua alia re, niſi coram me, vel corã mea capitali iuſtitia; ſed habeant omnem Regiam libertatẽ & iuſtitiã de omnibus rebus,

Digitized by Google

rebus, quæ in terris ſuis euenient, vel peterunt euenire, Teſtibus, Arnulpho Lexouienſi, Philippo Bajocenſi, Richardo Londonienſi, Epiſcopis: Vvillelmo ..... Regis Cancellario, Richardo de Humeto, Garino Syluanetenſi, Giraldo, Manaſſes Biſet, Roberto de Nouoburgo, Roberto de Dintanuilla. Ioſcelino de Baillliolo, Nicolao de Stoteuilla, apud Vveſtmeſter: in cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. *Actum apud* Melodunum anno Domini 1269. menſe Martio. Ex codice magno MS. fol. 49. Lutetiæ ſup. pag. 2. & fol. 50. pag. 5. Poſtea Henricus VI. Rex Anglus occupata per vim Normania, dedit Arcas ann. 1420. ac conceſſit monachis Fiſcanenſ. vt abſente Abbate, ipſi poſſint altam Iuſtitiam & Iuriſdictionem per ſe, officiarios & miniſtros ſuos, pro vt ante conſueuerant. Sub datum Giſortii 28. die Septemb. ann. Regni ſui. 7. Ex Maximo codice MS. fol. 69. Lutetiæ ſup.

II. Tanta exindè Majeſtate, gloria, & honore, hæc Abbatia fulſit, vt de primatu, cum omnibus alijs totius Neuſtriæ cœnobiarchis contenderit: quos longè autumabat procellere. Nihilominus à cauſa excidit, coactuſque ceſſit: ſed ſoli Abbati, monaſterioſque S. Audoeni Rothomagenſ. in Scacarijs Normaniæ ann. 1452. 1453. 1456. & 1497. die Lunæ, 28. Decemb. d Porro, Abbatia Fiſcannenſis, cum prioratibus indè dependentibus, ſubjicitur conſeruatori ſuo, ſcilicet Abbati S. Genoueſæ Pariſienſ. ex priuilegio Apoſtolico. e

d *Ex Scacarijs Normann.*
e *Choppinus lib. 3. de ſacra politia Titul. 5. §. 5.*

III. Sanctarum Reliquiarum extitit ſacrarium Auguſtiſſimum: quarum meminit Baldricus, Dolenſis: in Britannia Armorica Epiſcopus; dùm circa ann. 1110. ceu 1120. Fiſcannenſe perluſtraret Aſceterium. *Sanctorum Reliquiis (inquit) præcipuè inuocatione Sanctæ Trinitatis: & Cuſtodia ſanguinis Domini Ieſu (humati à Nicodemo, vt teſtatur B. Ioannes) de membris recollecti, gloriatur: ſolemniter, & cateruatim ad ipſam confluunt peregrini: & maximè, quia locus dicatus eſt in honore ſummi Dei.* f Has autem ſacras Reliquias lipſanothecis aureis & argenteis reconditas, velut Theſaurum pretioſiſſimum, nunc vſque aſſeruarunt Fiſcannenſes: qua de re leguntur ſubſequentia carmina rithmicè tunc compoſita, pro vt ætas ferebat, in quoſdam zoilos illius ſæculi.

f *Baldricus. Vndè ſup. cap. 9. §. 11.*

Verſus contra quoſdam Romipetas, compoſiti, ad eliciendam veritatem de theſauro Fiſcannenſi.

Integritas veri diſcreto prædita cultu,
Neſcit ab oppoſitis tacito diſcedere vultu;
Hoc liquet ex auro. De quo ſi certificari
Quis velet, hæc poterit pro certo teſtificari:
Marcarum numerus fuit octoginta nouemque,
De quibus extorſit Rex, quinquaginta duaſque,
Sic & triginta ſeptem ſub pondere reſtant
Fixo, quæ fabris lucri ſolatia præſtant
Namque reforctari theſaurum tempore certo
Sic decet, his Marcis, quòd more niteſcat aperto.
Quod benè ſi numeres marcæ cujuſque tenorem;
Quingentæ poterunt libræ cumulare valorem.
Namq; decem ſeptemq; ſimul libras fuit empta
Marcarum quæque cupri ſudore cruenta:
Quæ benè ſi jungas numerũ Breuiare valebis,
Quatuor & ſeptem libris ſic puncta tenebis,
Sicque quater centum, ſic octoginta Nouemq;
Libræ; reſtituent theſauri debita quæque.
Iſta metri ſeries textus caligine plena,
Hac metra plus lucis, quàm nubis reddit egena:
Sed tamẽ hæc memori ſenſu plantata monebũt
Doctos vera loqui, reproboſq; tacere docebunt;
Namque parit leue mentis concepta ſerenæ
Doct⁹ & ad plenũ fera mẽs vomit ore venenũ.

IV. Hæc vero clariora redduntur, ex Tranſlatione Ducum Normann. Richardi I. & II. præſentis Abbatiæ Fundatorum, peracta ann. 1162. quando horum corpora in decentiorem locum fuerunt repoſita: g (cui interfuit Henricus II. Rex Anglorum,) iterum renouata ann. 1518. prout ſequens enuntiabit rei geſtæ declaratio. *Antonius*, miſeratione diuina, tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbyter Cardinalis, Archiepiſcopus, Patriarcha Bituricenſis, Aquitaniæ primas, ac Monaſterij ſanctiſſimæ Trinitatis Fiſcannenſis, Abbas; Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, litteras noſtras præſentes lecturis, vel auditi uris, ſalutem in Domino ſempiternam.

g *Vide ſup. cap. 10. §. 6.*

Cùm litteræ Reuerendiſſimi quondam Domini D. Henrici, Tituli SS. Nerei & Achillei, Præsbyteri Cardinalis, & Apoſtolicæ ſedis Legati, vobis in ſupradicto

nostro Monasterio existentibus præsentarentur, quarum tale est exemplum.

Henricus Dei gratia S. R. E. Præsbyter Cardinalis, tituli SS. Nerei & Achillei, & Apostolicæ sedis Legatus, omnibus fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris, salutem, & cum prosperitate præsentis vitæ, ad societatem ciuium supernorum, peruenire. Vniuersitati vestræ curauimus intimare, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1162. regnante & præsente, gloriosissimo & Illustrissimo Henrico II. Anglorum Rege, cùm Legatione Domini Alexandri Beatissimi Papæ III. in Gallicana Ecclesia fungeremur; vnà cum venerabilibus fratribus nostris, Rotrodo Ebroicensi, & Arnulpho Lexouiensi, & Philippo Bajocensi; & Achardo Abrincensi, Episcopis, ad Ecclesiam Fiscannensem, causa deuotionis accessissemus, & cùm illuc, volente Domino veniremus, tam de nostro, quàm de ipsorum consilio, & authoritate 5. nonas Martij: *Sanctorum Flauiani & Contesti*, Pontificum & Confessorum: necnon B. *Sydonii* Abbatis, & Confessoris: Gloriosæ quoque *Afræ*, martyris, corpora: & partem quandam Reliquiarum *Perpetuæ*, & *Genouefæ*, fœlicissimarum Virginum; de locis, in quibus tunc jacebant, ad loca digniora, in quibus modò sunt, solemniter ac reuerenter transtulimus: & adhibita celebri executione ac reuerentia, in capsis aureis & argenteis, manibus nostris licet indignis, cum laudibus & hymnis recondidimus. Vtrorumque insuper Ducum, Diuæ memoriæ, *Richardi* antiquioris & iunioris ossa, in conspectu omnium, ad sepulchra illa, in quibus modo sunt, ab Episcopis fecimus deportari: vt qui speciales illius Ecclesiæ Fundatores, ac Dotatores extiterant, post altare Maius, de proximo positi, reconditi essent eximiùs: vt pro corporum vicinitate sanctorum, & precibus monachorum, facilius impetrare mereantur veniam delictorum. Affuerunt huic facto & multi Abbates, venerabiles personæ, & monachi & clerici quamplures; & multi nobiles viri, Barones Normanniæ, & multitudo copiosa vtriusque sexus. Factum est autem hoc à nobis, supplicante venerabili fratre nostro, Henrico Abbate, consanguineo iam dicti magnifici Regis, & vniuerso Fiscannensi Conuentu. Authoritate igitur BB. Apostolorum Petri & Pauli, & Domini nostri Alexandri Papæ, & supra nominatorum Episcoporum; quadraginta dies, de iniuncta pœnitentia, omnibus illis fidelibus Christianis indulgemus; qui singulis annis, à Pascha Domini, vsque octauas Pentecostes, causa pietatis & venerationis sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & iam dictorum sanctorum, & aliorum, qui in eadem requiescunt Ecclesia Fiscannensi, veniunt. Constituimus etiam, vt singulis annis, in sancto die Ascensionis Domini, hoc memoriale scriptum coram illis, qui adfuerint, recitetur, vt huiusmodi edictum, deuotius & firmius semper Domino largiente, seruetur. Adsunt insuper, bonæ recordationis, patris nostri Adriani Papæ III. in præsenti litteræ, scriptæ ad Hugonem Rothomagensem Archiepiscopum, quæ debitam venerationem, Apostolica authoritate præferentes, ante nos, ad hoc ipsum perficiendum, specialiter sunt destinatæ. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen.

Nos, qui bonorum operum imitatores esse cupimus, anno salutis 1518. die 23. Augusti, omnibus religiosis prædicti nostri Monasterij existentibus, ipsa ossa prædictorum Ducum, pietate ducti, visere voluimus: vt si quid esset per vetustatem innouandum, id operâ nostra fieret; ea re ipsum altare maius aperire iussimus, subquo arculas duas plumbeas antiquitate corruptas, nonnullisque locis perforatas, in quibus ipsorum Ducum ossa clausa erant, inuenimus, quas nos aperuimus: statimque nostro jussu, eadem materia & forma, factis alijs nouis arculis, ossa omnia integra denuò recondidimus, & sub ipso majore altari, missa per nos & officio celebratis, iterum ea reposuimus. Reliquum est, vt ne tam dignorum & bonorum Principum, Fundatorumque ac Dotatorum prædicti nostri Monasterij salutis animarum immemores iudicari nos ab aliquo permittamus: quapropter de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli, eius Apostolorum, authoritate confisi, omnibus & singulis fidelibus Christianis vtriusque sexus, verè pœnitentibus & confessis, vel in proposito confitendi existentibus, qui supradicta die videlicet 23. mensis Augusti, à primis vsque ad secundas Vesperas, pietatis ac deuotionis causa, prædictam nostram sanctissimæ Trinitatis Ecclesiam annuatim visitauerint,

viſitauerint, & pro ſalute prædictorum Ducum, orauerint: de injunctis eis pœnitentijs centum dies miſericorditer in Domino relaxamus & indulgemus. Conſtituimus etiam & mandamus, in his noſtris litteris, Epitaphium quondam Richardi II. Illuſtriſſimi Ducis Normaniæ, quod in eius arcula vetere inſculptum lamina plumbea reperimus, ijſdem caracteribus deſcribi; quo noſtra omnis in prædictos Fundatores obſeruantia & deuotio clarior ac compertior fieret. Voluimus ad perpetuam rei memoriam præſentibus litteris, perpetuis futuris temporibus, duraturis, addi ipſam prædictam laminam, in ipſius Richardi II. arcula noua, iterum per nos, ne periret, fuiſſe repoſitam: *Hic Dux Richardus jacet: hac ſub mole ſepultus.*
Arma decuſque ſuis fama procul poſitis.

Datum Pariſiis, ſub ſigilli noſtri ſoliti impreſſione, anno ſalutis 1518. die 17. menſis Decemb. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Leonis, diuina prouidentia Papæ X. ann. 6.

De mandato prædicti Reuerendiſſ. Domini D. Cardinal. Bituricenſ.

PERPETVVS HENRIOTVS. [h] *Ibid.*

V. Hæc omnia Cardinales, mox proferendi, confirmarunt; aliaque indulta ſpiritualia contulerunt: quorum litteras huc duximus apponendas, ad majorem tantæ rei manifeſtationem.

Adrianus, tituli S. Sabinæ; Ludouicus, tituli S. Syluestri; Christophorus, tituli S. Mariæ in Aracœli, Præsbyteri: & Bernardus tituli S. Mariæ in Porticu, Diaconus: miſeratione Diuina S. R. E. Cardinales: vniuerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Significauit nobis Reuerendiſſimus Dominus & frater noſter, D. Antonius, tituli S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Præsbyter Cardinalis, Bituricenſis nuncupatus, Reuerendiſſimum quondam Dominum D. Henricum, Tituli SS. Nerei & Achillei, Presbyterum Cardinalem, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Legatum, anno, Incarnationis Dominicæ 1162. ſolemniſſimè, vt ſuæ teſtantur Litteræ, oſſa vtrorumque Diuæ memoriæ, Illuſtriſſimorum Normanniæ Ducum, Richardi antiquioris & junioris, Monaſterij ſanctiſſimæ Trinitatis Fiſcannenſis, cui nunc ipſe Reuerendiſſimus Dominus, ex Apoſtolica conceſſione præeſt, Fundatorum, à locis, in quibus prius fuerant inhumati, ad altare maius tranſtuliſſe. Deindè, anno 1518. die 23. Auguſti, pietate motus, ipſum prælibatum Reuerendiſſimum D. Bituricenſem, quod tantorum Principum oſſa, ab hinc 500. annos, viſiſſet nemo, verentem ne incuria perirent funditùs, nonnullis Regularibus Prælatis, omnibuſque religioſis dicti ſui Monaſterij aſſiſtentibus, ipſa oſſa prædictorum Ducum inuiſere voluiſſe, omniaque, quæ propter antiquitatem, renouanda erant, reſtituiſſe: quod nobis prælibati Reuerendiſſimi Domini Bituricenſis, deuotionis, qua ipſorum Ducum memoria proſequitur, fuit indicium: qua rectè conſiderata, ac probata, & nos in eamdem pariter flexi fuimus. Quod vt facilius perſpici poſſit, vt prædictorum Ducum animabus feramus, (vti par eſt) auxilium: nos de omnipotentis Dei miſericordia, eiuſque Apoſtolorum Petri & Pauli, auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis, vel in propoſito confitendi exiſtentibus, qui ſupradicta die 23. Auguſti, à primis Veſperis, vſque ad ſecundas Veſperas incluſiuè, pietatis ac deuotionis cauſa, prædictam ſanctiſſimæ Trinitatis Eccleſiam annuatim viſitauerint, proque ſalute animarum prædictorum Ducum orauerint; de injunctis eis pœnitentiis, centum dies, id eſt, quiſque noſtrum ſigillatim, miſericorditer in Domino relaxamus & indulgemus: præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis: quibus, in omnium præmiſſorum fidem, manu noſtra, ſignatis, ſigilla ſolita noſtra juſſimus appendi. Datum

Pariſiis anno ab Incarnatione Dominica 1518. die 17. menſis Decemb. Pontificatus in Christo ſanctiſſimi Patris ac Domini noſtri, Leonis, diuina prouidentia Papæ X. anno ſexto.

Ludouicus de Borbonio, Card. S. Sylueſtri. Chriſtophorus, Card. de Araculi.
Bernardus, Card. S. Mariæ in Porticu.

Sanguis Chriſti verus, in Eccleſia Abbatiali Fiſcanenſi reuerenter aſſeruatur: hiſtoria rei geſtæ enarratur: probaturque verus Chriſti ſanguis etiam-num apud nos remanere, latria adorandus: & Theologica veritate, & fidelium pietate, ac miraculorum gloria.

CAPVT XV.

I. INTER alias autem ſacras Reliquias, quas Fiſcannenſis Eccleſia reuerenter complectitur, prætioſior euaſit; *Portio ſanguinis Ieſu Chriſti, Saluatoris noſtri*: cujus rei hiſtoria ſic incipit. *Defuncto Guilelmo*, Rollonis filio, Duce Normanorum, remanſit Richardus filius eius: qui poſt multas tribulationes per Franciam atque Normaniam in infantia ſua, ſibi illatas, in patris ſui ſucceſſit hæreditatem, ſcilicet, in Ducatum Normaniæ. Qui cùm aliquamdiu in regimine Ducatus floruiſſet, Fiſcanenſem Eccleſiam à patre fundatam, diligenti affectu ſe viſere propoſuit. Quò cùm veniſſet, Capellanum ſuum *Harogerium*, ſic alloquutus, ait. Multa tranſierunt tempora, poſtquam pater meus Vuillelmus, Dux obijt: timeo ergò, ne ſicut & ego, ſic & Eccleſia, quam pater meus fundauit, ex defectu conſilij, aliquibus ſubjacuerit incommodis. Quare præcipio, vt dicas Magiſtro *Roberto*, qui fuit Capellanus patris mei in eadem Eccleſia, & *Achardo*, Theſaurario, ſocio ſuo, vt omnia ſcripta de donis Vuillelmi patris mei, & Baronum ſuorum, & de omnibus Reliquijs Eccleſię, mihi celeriter afferantur. Volo enim ſcire, ſi in aliquibus imminutæ ſint Reliquiæ Eccleſiæ, vel redditus, poſt mortem patris mei. Quid plura? factum eſt, vt imperauit Dux. Cùm igitur hinc indè quamplures ſcripta legerent inter cætera inuentus eſt à lectoribus, Rotulus quidam, cujus continentia, hæc erat. *Infra ambitum*, hujus Eccleſiæ eſt pretium ſub quodam Altari; ipſumque pretium, vt ſubſequens *declarabit littera, proculdubiò ab Hieroſolymitanis partibus ad nos vſque peruenit: &c.* [a] *Vbi refertur quomodo à Nicodemo*, Chriſti diſcipulo, ſanguis hic prætioſus fuit recollectus: quando corpus Saluatoris depoſuit de cruce, & in monumento ſepeliuit: [b] Tunc enim prætioſum ſanguinem Chriſti recollegit circa vulnera pedum, manuum, ac latteris ipſius corporis Domini, & in ſua repoſuit Chirotheca: conſeruauitque omni tempore, deindè moriens, reliquit ipſum nepoti ſuo Iſaac: &c. At, antequam vltra progrediamur, quędam ſunt hic annotanda, conſideratione digniſſima: & veluti, ad lapidem lydium Theologię Scolaſticę examinanda, vt omnis error prorſus à nobis abigatur: & in poſſeſſione tanti theſauri gloriemur.

a Codex MS. Relationis Hiſtoric. veri ſanguinis Chriſti. Apud Fiſcannum. Extat apud D. de Marſeilles Religioſum informatiuum Abbatiæ Fiſcanenſ.
b Ioan. 19. ℣. 39.

II. *An in triduo paſſionis, fuerit, licet effuſus, Hipoſtaticè vnitus verbo?*
An tunc adorandus latria?
An, adhuc portio illius aliqua remanſerit in terris?

Ad primum quæſitum, reſpondent affirmatiuè Theologi inſignes. Capreolus in 4. Sentent. Diſtinct. 11. quæſt. 1. art. 3. ad Argument. 5. contra 1. concluſ. Sotus ibid. diſtinct. 10. quæſt. 1. art. 2. Directorium inquiſitorum part. 2. quæſt. 10. muner. 1. Diagus de Prouinc. Arragonenſ. lib. 1. cap. 22. Syluester Prieras in Roſa Aurea, Tract. 3. quæſt. 31. Agaſſinus Solarus in hiſtoria Theologica de Syndone

Digitized by Google

done Euangelica lib. 2. cap. 1. & ſeq. Suarez, in part. 3. D. Thomæ tom. 1. Diſputat. 15. ſection 6. Vaſquez ibid. Diſputat. 36. cap. 4. & 8. Bzouius, in Annal. Eccleſ. ad ann. 1352. §. 19. & ann. 1463. §. 1. & ſeq. Gamachæus in 3. part. S. Thomæ quæſt. 5. cap. 1. De valentia, ibid. Tom. 4. Diſputat. 1. quæſt. 5. punct. 1. qui ibidem ad 3. Argument. hæc ſubdit. *Aliud* namque eſt quendam Chriſti ſanguinem fuiſſe loco ſeparatum à corpore, in illius effuſione; vel etiam nunc vbi aſſeruatur: Aliud autem fuiſſe à diuino ſuppoſito dimiſſum: Nam etiam anima in morte & deſcenſu Chriſti ad inferos fuit à corpore ſeparata; & corpus ab anima, & tamen vtrumque iſtorum manſit ſemper hypoſtaticè vnitum diuino ſuppoſito: Ita etiam ſanguis vbicumque fuerit, vel ſit: quo fit, vt vbique debeat affici cultu latriæ.

III. Ad ſecundum quæſitum, reſpondent etiam affirmatiuè. Quin & ſi daretur in Chriſto Duplex ſanguis, nempe Radicalis, ſeu, vitalis: & nutrimentalis, vel etiam miraculoſus: nam quoquomodo acciperetur, reuerendus eſſet adoratione latriæ, abſoluta, vel relatiua: vti probè ſcribit Puteanus in 3. partem. D. Thomæ, tom. 2. quæſt. 5. art. 1. Dubitat. 2. *Franciſcus Collis* de ſanguine Chriſti lib. 5. diſp. 8.

IV. *Ad* tertium quæſitum affirmatiuè quoque reſpondent. *Ita Lutetiæ* Pariſiorum, in ſacro Sacello Regio, ex Bzouio ſup. Apud *Vveſtmonaſterium*, in Anglia ex Pariſio, in hiſtor. Angl. ad ann. 1247. *Item*, in Additamentis: & *Vveſtmonaſterienſis*, eod. ann. *Romæ* in Baſilica Lateranenſi, ex Vvadingho, Tom. 4. Annal. minor. ad ann. 1351. §. 18. Bzouio, ſup. ad ann. 1463. pap. 414. *Mantuæ*: ex Puteano, Vvadingho, & Bzouio ſup. *Venetijs*, in Conuentu fratrum Minor. ex Fauentino, in 3. ſentenc. diſtinct. 22. diſput. 52. numer. 10. in fin. & Bzouio ſup. *Brugis*, ex Vvadingho, ſup. poſt. Iperium, in Chronico Bertinenſi, cap. 43. Apud *Balmam* in Prouincia, ex Prierate ſup. Tract. 2. feria 5. infra octauam Paſchæ, *Ribadeneira* in vita S. Magdalenæ 22. Iulij. *Billoni* in Aruernia, ex Seguino de cultu & veneratione ſanguinis Chriſti, Dominico Carmelita in SS. Aruernenſ. Sed præcipuè in Gallia pluribus in locis: quod confirmat Bulla Pij II. ad ann. 1461. Abbati monaſterij S. Mariæ, Xantonenſis Diœceſis directa: his verbis. *Petitio exhibita* continebat, quod licet tanto tempore, cujus memoria non exiſtit, in Eccleſia dictæ domus, vt piè creditur, quædam portiuncula prætioſi ſanguinis, Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ligno crucis, pro redemptione humani generis, ſalubriter effuſi, &c. *& infra*. Nos igitur, qui de prædictis certam notitiam habemus, attendentes, quòd veritati fidei nullatenus repugnat affirmare, Redemptorem noſtrum, de ſanguine præfato, ob ipſius paſſionis memoriam, aliquam partem in terris reliquiſſe: &c. Extat apud Prieratem ſup. & magnum Bullarium.

V. Sanè Nicephorus lib. 1. cap. 30. de B. Virgine Maria, Deipara, & S. Ioanne Euangeliſta, narrat, quòd multa pietatis obſequia Chriſto paſſo præſtiterint: „ *Sanguinemque* & aquam è latere eius, quaſi adhuc viuentis, recens profluentem, „ religioſè ſimul & honorificè admodum. exceperint. Quæ omnia ſic ipſa Dei genitrix, virgo piiſſima, ſanctæ Brigittæ poſtea reuelauit. *Cùm tempus* (inquit) vocationis meæ de hoc mundo, inſtaret, ego ipſam commendaui S. Ioanni cuſtodi meo, cum ſanguine illo benedicto, qui remanſit in vulneribus eius, quando depoſuimus eum de cruce; poſt hoc S. Ioanne, & ſucceſſoribus ejus ſublatis de mundo, creſcente malitia & perfidia, fideles, qui tunc erant, abſconderunt illa, in loco mundiſſimo ſub terra, & diu fuerunt incognita, donec Angelus Dei, illa amicis Dei *reuelauit*. [c] Hæc autem copioſius acta referuntur apud *Pariſium* ſup. Habes ea de re Tractatum ſatis elegantem in hiſtoria Franciæ MS. ſub. Carolo 5. part. 1. cap. 33. vulgari idiomate conſcripta, per *Chriſtianam piſanam*. [d] vidè Laurentium *Beyerlinck*, in theatro vitæ Humanæ. Littera P. *Peregrinatio ad ſanguinem Chriſti*: & lib. 7. cap. 23. *De ſanctitate Monarchiæ Francicæ*, à nobis compoſitæ. Nunc autem ad priora redeamus.

c Lib. 6. Reuelatio S. Brigittæ cap. 113. Poſt Metaphraſten. 15. Auguſti.

d Extat Pariſiis apud D. Vvion. In camera computorum Auditorem.

VI. Igitur Richardus Dux Normaniæ, quæri jubet & inueſtigari, qua parte Templi ſub quo-ve altari, talis theſaurus ſanguinis Chriſti deliteſceret: tantùm laboratum eſt, vt tandem repertus fuerit, & ab ipſo Duce magno cum gaudio exceptus, maximaque cum reuerentia aſſeruatus: vndè haud mirum eſt, ſi *Baldricus*, Dolenſis Epiſcopus, tot laudibus extulerit Fiſcannenſem Eccleſiam, ſed maximè, ob cu-

ſtodiam ſanguinis Ieſu Chriſti circa ann. Chriſti 1120. quo florebat. [e] „ Porrò, „ ann. 1171. ab Incarnatione Domini 14. Calend. Auguſt. Regnante Rege Hen- „ rico II. tempore Henrici Abbatis Fiſcanenſis V. reuelatus eſt apud Fiſcan- „ num, theſaurus incomparabilis, prætioſus ſcilicet: Sanguis Domini noſtri Ieſu „ Chriſti, à glorioſo Duce Richardo I. (ſicut patrum noſtrorum ſcriptura teſtatur „ antiqua, & fama) diligenter abſconditus. Diligenter (inquam) occultatus „ erat ille Theſaurus prætioſus, in columna quadam lapidea rotunda, non longè „ ab altari S. Saluatoris, intra murum, miro modo conſtructa, & ipſius muri fa- „ cie ex vtraque parte cooperta. Vigilantes ſiquidem circa columnam hinc indè „ debiles, infirmi, cæci, & claudi; ſanctitatem loci, diuerſarum recuperatione „ ſanitatum, Deo gratias agentes, agnouerunt: & qui quaſi ad extremum perdu- „ cti exitum, in grabatis aduenerant, priſtina ſanitate recepta, incolumes remea- „ bant ad *propria*. [f] De hujuſmodi autem miraculis, ad prætioſum ſanguinem Chriſti factis, in Eccleſia Fiſcannenſi, ſuo loco egimus: [g] Propterea & ibidem, in Theca auro & argento adornata, magna cum reuerentia, vti par eſt, honorifi- centiſſimé, aſſeruatur. [h]

VII. In cujus gloriam, Miſſa, ex deuotione, de eo prætioſo ſanguine, celebratur, ante ipſum ſacratiſſimum theſaurum in altari coram poſito: nec abs re, quandoquidem apud fideles, tantum iuualuit feruor & pietas erga ea, quæ Chriſtus pro nobis paſſus eſt: vt in tanti beneficij memoriam, Miſſæ reperiantur compoſitæ & approbatæ, in Antiquis Miſſalibus: pro vt vidi, in multis Galliæ & Germaniæ partibus.

MISSA.
- *De Paßione Domini,*
- *De cruce Domini.*
- *De ſeptem Verbis Domini in Cruce.*
- *De Corona Domini.*
- *De quinque plagis Chriſti.*
- *De lancea Domini.*
- *De clauis Domini.*
- *De ſanguine Chriſti.*
- *De inſignijs Paßionis Chriſti.*
- *De ſepulchro Domini.*
- *De ſudario Chriſti.*
- *De ſacro eius vultu, ſeu de Veronica.*
- *De lachrymis Chriſti.*

Nec tantum Galli hiſce varijs myſterijs ſacræ Paſſionis Chriſti venerabantur memoriam; ſed & ingenti deuotionis accincti certatim pergebant olim in Hieruſalem, ad Saluatoris: illic veſtigia adoranda: juxta S. Hieronymum? *Quiſquis* (inquit) *in Gallia fuerit primus, huc properat.* [i]

[e] *Vide ſup. cap. 14. § 3.*

[f] *Codex MS. de Relatione Hiſtorica veri ſanguinis Chriſti ſup. circa fin.*

[g] *Vide Neuſtriam ſanctam ad 15. Iunij miraculo 28. 29. 30. & ſeq.*

[h] *Pepinus in Epiſtola Dedicatoria ad Antonium Boyer, Abbatem Fiſcanenſ. Cardinalem pro Concionibus Quadrageſimal. ſuper Euangel. Simon Martinus cap. 11. vitæ ſancti Vulphly pag. 183. Sed ibi mendosè. Gemeticenſis loco Fiſcanenſis ponitur.*

[i] *Epiſtol. ad Marcellam.*

GEMETICVM CEV, GEMMETICVM, Gallicè, Gemieges, & Iumieges.

Post an. 662.

Antiquitas cœnobij Gemeticensis, & huiusce nominis Etymologia: quo tempore extructum sit, inuestigatur: sanctus Philibertus, Monachus, & Abbas 2. Resbacensis, futurus Gemeticensis primarius Ætheriarcha.

CAPVT I.

I. INTER vetera Neustriæ Asceteria meritò computatur; in peninsula Sequanæ, quinque leucis, à Rothomago, in cuius situm est Diœcesi, ordinem S. Benedicti ab initio professum: tanta perfectione Monasticæ obseruantiæ excultum; vt Aubertus *Myræus*, illud inter cœnobia Normaniæ illustriora reposuerit, quæ Abbatum, ac præconum Euangelicorum seminaria olim extiterunt. [a] Ab Episcopo verò *Arboretano*, tertio loco ponitur Gemeticense claustrum, in agro *Caletensi*, inter Conuentus Monachorum in Gallia, qui cultioris ac sincerioris vitæ exemplar, ab vnius congregationis fonte, Diuæ scilicet Iustinæ, sub Eugenio IV. Papa, piè ac religiosè receperunt. [b] Quod etiam-num, hocce nostro vltimo sæculo, gratanter conspicimus expletum, dùm inibi reformatio introducta, in pristinum statum omnia reduxit. B

II. Sicut autem duplici vocabulo hæc Abbatia insignitur: ita, gemina ratione, talis denominatio haud illi perperam tribuitur. *Qui locus* (inquit author, soli eiusdem inquilinus) *iure Gemeticus vocatur, quia pro suis offensis illic Gemunt; qui in flammis vltricibus gemituri non erunt. Quidam verò à* Gemmâ, *illum vocatum arbitrantur; quia vt* Gemma, *in annulo, rutilat, situ & vbertate fructuum.* [c] quæ vltima ratio ab aliis sequitur. [d] Dicatur S. Petrò, Apostolorum Principi: Taxaturque ad 2300. florenos aureos pro Annatis cameræ Apostolicæ soluendis. [e]

III. Quantum verò spectat ad istius celeberrimi Monasterij Fundationem, non omnes conueniunt. Priores volunt Fundatum fuisse à *Dagoberto* Rege, precibus S. Philiberti primi Abbatis, circa ann. Christi 640. ita enim habet, vetus author Anonymus: „*Postquam* Vniuersalis Dominus, humanæ salutis author, pariter ac „Redemptor, Gallorum feralia suæ ditioni subjugauit colla; quartus à Clodoueo „(qui primus Christianæ Religionis normam, B. Rhemigio tradente, suscepit) „*Dagobertus*, gloriosus Princeps, nobilitate clarus, potentia præpotens, armis „strenuus, Regi Regum Christo satis deuotus, regni Francorum, Deo sibi suffragante, suscepit habenas. Cuius tempore, velut palma, in Gallijs, sancta „mater refloruit Ecclesia, diuersis sanctorum Sacerdotum, Monachorumque „virtutibus adornata, ac Deo dicatarum virginum; vt iuxta veridicam Pauli „Apostoli sententiam, vbi hactenus abundauerat delictum, superabundaret gra„tia. Inter quos, velut sydus, cæteris micantius, vir Domini Philibertus, mo„nachorum egregius pastor, cœnobiorum nobilis Fundator, in saltu Gemmeti„censi, ex prædicti Regis *Dagoberti* largitione, Monasterium, à primo lapide fun„dauit, construxit, ac Deo famulantium Monachorum nobili congregatione ornauit. [f] *Nimirum* ann. circiter 640. [g] verùm, cùm hæc multa contineant enu-

a *Myræus in codice Donationum piarum cap. 36. in notationibus.*

b *Cænalis tomo 2. de Tuendo Sacro cælibatu, vbi de Ordine Benedictino.*

B *Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedictin. Centur. 3. ann. 684. cap. 7.*

c *Gemeticensis lib. 2 Histor. Norman. cap. 6.*

d *Vealsinghom. in ypodigmate Neustriæ.*

Iuretus in Obseruationibus ad Epistol. 160 Iuonis Carnotens.

Claudius Robert in Gallia Christiana in ea Abbatia.

e *Item Claudius Robertus. Ibid. in Archi-Episcopio Rothomagens.*

f *Acta vitæ S. Austrebertæ Virg. Abbatissæ.*

Apud Surium tom. 1. 10. Februar.

g *Claudius Robertus sup. in hac Abbatia.*

ized by Google

cleanda, dignum duximus nonnulla præmittenda, de Monachatu, necnon cœno-
biarchatu ipsius S. *Philiberti*; quæ lectoris animum iuuabunt; multumque confe-
rent ad hujusmodi Fundationis tempus & æuum distinctè cognoscendum.

Fuit igitur S. *Philibertus*, Neustrius origine, patria Lexouiensis; [h] nobili gene- IV.
re ortus, patrem habuit *Philibaudum*, postea *Iuliæ-Bonæ* Antistitem expetitum: ad
Sequanam fluuium. Annos quindecim natus, curiam Regis Franciæ *Dagoberti*
adiens, societatem inijt & amicitiam cum S. *Audoeno*, tunc eiusdem Monarchæ
Auriculario, viro prudentissimo, & integerrimæ vitæ splendore, inclyto. Sed
præstat huiusce narrationis autographum audire sic loquentem. ,, *Itaque* B. Phi-
,, libertus, Helisano territorio ortus sæcularis litteraturæ minimè rudis, pro gentis
,, illius more, planè strenuus, in vico Iulij est educatus: ea potissimum ratione;
,, quòd patrem eius *Philibaudem*, fauore Regio, laicæ functionis ministerio abso-
,, lutum, eius loci ciues sibi Episcopum expetiissent. Qui cùm iam pridem co-
,, gnouisset adolescentem Philibertum, bona ac liberali esse indole, cum Regi
,, Dagoberto, commendauit: quem inter Francorum Reges constat fuisse fortis-
,, simum. At verò Philibertus, nobilitate conspicuus, in *Audoeni*, optimatis fa-
,, miliaritatem admissus est: qui sanè, aureo licet baltheo cinctus, Deum impen-
,, sè amabat, & inter alios aulæ proceres, cum primis illustris habebatur, claris-
,, simisque vitæ meritis insignis, Rothomagensis Ecclesiæ, factus Episcopus, vir-
,, tutum signis modò egregiè coruscat in terris. [i] Sicque inter Aulicos S. *Philiber-*
,, *tus* vitam agebat ann. 642. [k] Mansit autem S. Philibertus in curia prædicti *Dago-* V.
berti Regis, vsque ad ann. suæ etatis vigesimum: quo se contulit ad *Resbacense* cœ-
nobium, in *Brya*, Diœcesis Meldensis, à præfato S. *Audoeno*, recens fundatum:
vbi comam deposuit, & Monachum professus est sub B. Aglio, ceu Agilo, Abbate.
,, *Vbi verò* (iuxta dictum Autographum) *Philibertus adolescens*, vicesimum ætatis
,, expleuit annum: diuina præcepta audiens, apud se deliberauit, Christi fieri dis-
,, cipulus, facultatibus omnibus derelictis. Nec tamen suo voluit viuere arbi-
,, trio, sciens non debere illum præesse aliis, qui subesse non didicerit: nec à sub-
,, ditis exigere obedientiam, qui eam superioribus non exhibuerit. Dedit ergò
,, operam, vt alicubi reperire posset Dei seruum, eximia religione probatissimum.
,, Comperit autem huiusmodi esse *Aglium*, *Resbacensis* cœnobij præfectum: quod
,, cœnobium S. *Audoenus*, cum sociis quibusdã, in suo fundo condiderat, & hunc
,, *Aglium*, virum Dei, è *Luxouiensi* Monasterio accitum, huic suo cœnobio patrem
,, constituerat. Rebus igitur omnibus, quas habere poterat, in pauperes erogatis
,, (ita vt nihil quicquam indè amicis, aut parentibus impartiret, sed haud secus,
,, atque Regia negotia ipsi credita, cautè & religiosè dispensaret) ad cœnobiũ *Ras-*
,, *bacense* se cõtulit, atque illic à B. Aglio amãter susceptus, capitis comã deposuit,
,, christiq; iugũ suaue, & onus leue sustulit: atq; adeò in omni religione & sancti-
,, tate excreuit; vt etiam perfecti viri in eo cernerent, quod meritò imitarentur. [l]

Ex quibus redarguuntur: qui scripserunt *Rasbacum*, seu *Rosbacum*, vel *Resbacum*, VI.
esse illud Monasterium, nunc S. *Audoeni* nomine nuncupatum, apud Rothoma-
gum: iuxta *Robecum*, Gallicè, *Robec*, amnem situm: ab ipso S. Audoeno funda-
tum? [m] cùm ex gestis ipsius S. Archipræsulis testatum sit, illud cœnobium extru-
ctum fuisse, non Rothomagi, sed in *Brya* Regione Franciæ. *Itaque* (ait Fride-
godus) *in Brigiensis sylua recessibus, Rasbacis fluuioli officinas perlustrans, cunctisque*
Dei seruis necessarijs habitaculis instruens, in suo patrimonio, monasterium prædictæ Regulæ,
quod Hierosolymam voluit dici, efficaciter construxit: &c. [n] Neque veritati consonat,
ipsum S. *Philibertum*, Monachatum egisse in Monasterio Lexouiensi; vti perperam
legitur. [o] Quandoquidem apud Lexouium, *Lisieux*, in Neustria, Monachorum
nusquam extiterit, nec est etiam-num, tale cœnobium. Fatemur equidem, ipsum
S. Philibertum stadium Monasticæ obseruantiæ ingressum fuisse sub B. *Agylo*, Mo-
nacho Luxouiensi, *Luxueil*, in Burgundia: sed tunc Abbate Resbacensi in Brya:
nec me latet eumdem S. *Philibertum*, inuisisse ipsum Luxouiense Monasterium:
sed cùm jam præfuisset Abbas Resbacenci cœnobio, post S. Agylum: vt paulò infe-
rius dicemus. Deindè, hallucinatur valdè *Ferrarius*, *Rasbacum*, & *Orbacum* simul
confundens: [p] Nam *Rosbacum*, seu *Resbacum*, vulgò, *Rebez*, vel *Resbaix*: extat in
Diœcesi Meldensi, ad Matronam fluuium: [q] *Orbacum*, verò, in Territorio Suessio-

h *Petrus à S. Iuliano in Antiquitatib. Tournus. pag. 505.*

i *Acta vitæ S. Philiberti Abbatis 1. Gemetice. s.* *Apud Surium 20. August. cap. 1.*
k *Petrus à S. Iuliano. sup. pag. 504.*

l *Apud Surium sup. cap. 2.*
m *Petrus à S. Iuliano sup. pag. 505.* *Ferrarius in Topographia noua ad Martyrolog. Roman. Verbo Rasba, num.*
n *Fridegodus in vita S. Audoeni Rothomag. Archiepiscopi cap. 6.* *Apud Surium 24. Augusti.*
o *Apud Petrum à S. Iuliano sup.*

p *Ferrarius sup.*
q *Gallia Christiana in Episcopis Meldens. & in Abbat.*

VII. nensi, vulgò, *Orbez*: r à S. Regulo, Rhemensi 26. Archiepiscopo, fundatum. [s]

Quo verò tempore Resbacense cœnobium conditum sit perscrutemur. Assignatur seu potiùs, de eo sermo habetur, ann. 637. apud Sigebertum: his verbis. *Sanctus verò Dado, qui & Audoenus, intra Brigensem saltum, cœnobium construxit, quod Resbacis dicitur, in quo S. Agillum* Abbatem *præfecit.* [t] Alij verò id referunt ad ann. 640. [u] ad quod monasterium haud se contulit S. *Philibertus*: nisi ann. 642. vti nuper notauimus: cujus & regimen suscepit: post decessum ipsius B. Agili, protocœnobiarchæ. „ Postquam autem B. Aglius, (*ait Autographus*) obdormiuit in domino; „ fratrum vnanimi consensu, Philibertus in eius locum subrogatus est. Quem tum „ videre licebat humilitate pollentem, hospitalitatis studiosum, abstinentiæ de„ditum, prudentia eximium, charitate feruentem, zelo Dei inflammatum: do„mum ipsi creditam strenuè gubernantem, nullius personam accipientem, vitia „ reperta radicitus extirpantem, &c. [x] B. Agylum volunt floruisse, objisseque ad ann. 670, [y] sed mendosè; dicendum potius, ann. 657. ceu 660. cùm *Clodoueus* II. Rex Franc. sub quo incœptum est Gemeticense cœnobium, migrauerit è vita,

VIII ann. 662. [z] ceu 664. Nec his contentus S. *Philibertus*, Galliam, Burgundiam, italiam, &c. peragrauit, plura illic cœnobia collustrans; vt exindè diuersa monasticæ obseruantiæ documenta addisceret, secumque asportaret: ex eod. Autographo. „ Sed quia perfecti semper ad meliora contendunt, sacerdos Christi, sanctorum „ lustrauit cœnobia: vt posset aliquid haurire emolumenti, ex illorum perspecta „ sanctitate. Itaque inuisit *Luxoniense*, *Bobiense*, & alia S. *Columbani* institutum com„plexa monasteria; nec ea duntaxat, sed quæcumque in Gallia, Italia, Burgun„dia, extabant solerti animi industria, instar apis prudentissimæ, optima quæ„que colligens, viuendi instituta & exempla. Legebat studiosè *Basilij* præclaras „ constitutiones, *Macharij* Regulam, *Benedicti* Decreta, *Columbani* instituta sanctis„sima: atque ita onustus virtutum aromatibus, sectatoribus suis egregia de se „exempla præbebat. [aa]

r Ibid. in Episcopis Suessionens. & in Abbat.
s Sigebertus in Chronico ad an. 637. Gallia Christiana in ea Abbat.
t Antonius Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedictin. Centuria 2. ad ann. 618. cap. 5. & ann. 677. Dadræus de Archiepiscop. Rothomag. sub S. Audoeno.
u Apud Surium sup. 20. August. cap. 4. Petrus à S. Iuliano. sup. pag. 505. Petrus Crisius in Historia de Clericis Regularibus. Scction. 11. §. 21.
x Trithem. in lib. 3. viror. illustr. Ord. S. Benedicti cap. 92. Vuion in notationib. ad Martyrolog. Benedictin. 30. Aug.
y Sigebertus sup. Nicolaus Gillius. Tillius in Chronic. Reg. Franc.
z Baronius in Annal. Ecclesi. ex Appendic. ad Gregor. Turonens.
aa Apud Surium sup. cap. 5.

Beatus Dagobertus, Rex Franciæ haud dicendus Fundator, Gemeticensis cœnobij; sed Clodoueus II. Rex, eius filius: vnà cum sancta Bathilde, Regina, vxore sua: quæ huic monasterio, & sancto Philiberto, ejusdem loci protocœnobiarchæ, quo ad vixit, quamplurima piè præstitit.

CAPVT II.

I. PRIVSQVAM de structura Gemeticensis cœnobij sermonem vlterius protrahamus, explicanda veniunt verba, à nobis superius allata: [a] (quæ primo occurrunt in actis sanctæ *Austrebertha* virginis Abbatissæ) quibus, scriptor eorum anonymus, antiquus tamen; tradit S. *Philibertum*, præfatum, ex largitione *Dagoberti* Regis, fundasse, atque construxisse monasterium. Sanè cùm clarè proponat id opus aggressum esse, tempore dicti Regis, liquet cordatis viris, & historiam callentibus, ipsum hallucinatum esse, vel potius, mendum inibi irrepsisse: dùm loco *Clodouei*, scriptus sit *Dagobertus*: nisi dicatur, ex largitione forsan vltimæ ac supremæ voluntatis ipsius *Dagoberti* Regis morientis; in pijs operibus complenda: *Clodoueus* Rex, sumptus exindè largitus sit S. *Philiberto*, pro constructione Abbatiæ Gemeticensis: [b] quòd triplici ratione sic ostendimus.

II. *Primò*, ex tempore obitus dicti *Dagoberti* Regis: nempe ann. 643. ceu 644. vel 645. [d] *Secundò*, ex juuenili ætate S. *Philiberti*, qui tunc ætatis suæ ann. 25. vix attigerat. *Tertiò*, ex maxima rerum gestarum inconuenientia. Nam si ad ann. 642. in curia præfati Regis versaretur; à qua non recessit, nisi cùm esset annorum viginti suæ ætatis, vt monachus fieret in cœnobio *Resbacensi*; vbi postea, in Abbatem est electus circa ann. 657. ceu 660. [e] quomodò poterat, sub *Dagoberto* Rege, cœno-

a Cap. præcedenti §. 3.
b Stephanus Tarano in Annalib. Franc. Syrmundus in notis ad Tom. 1. Concil. Antiq Gall.
d Sigebertus in Chronic. Mathæus Vuestmonasteriens. de Reb. Anglic. Tillius in Chronico; Gillius in annalib. Franc.
e Cap. præcedenti. Renatus Benedictinus.

bij Gemeticensis fundationi intendere: qui needum, ea quæ sunt Religionis monasticæ didicerat? hoc enim maximè repugnat chronologicæ veritati, temporumque Epochis: necnon historicæ rationi: vt intuenti patet.

Proindè, vera est omninò eorum sententia, quæ communiter à probatis authoribus tenetur: [f] videlicet, id euenisse sub *Clodoueo* II. Rege, & *Bathilde* Regina; qua de re sic loquitur Autographus. ,, Quando autem visum fuit omnipotenti III.
,, Deo, lucernam tantam ponere super candelabrum, vt longè latèque eius se lu-
,, men, & virtutum radij diffunderent: eam illi voluntatem adspirauit, vt sua
,, operâ monasterium extruendum curaret. Itaque à Rege Francorum Clodoueo,
,, & eius conjuge *Batilde*, locum in pago Rothomagensi, supplici prece obtinuit,
,, quem antiquitùs *Gemmeticum* appellabant: atque illic egregium cœnobium ædi-
,, ficauit. Congruè sanè locus ille *Gemmeticus*, est dictus, quippe qui instar gemna-
,, tum multi-vario sit decore conspicuus. Videas illic arborum comas syluestrium,
,, multigenos arborum fructus, solum fertile, prata virentia, hortorum flores suaue-
,, olentes, hortis grauidas vites, humum vndique cinctam aquis, pascua pecorum
,, vbertima, loca venationi apta, auium cantu circumsonantia. Sequana fluuius illic
,, cernitur latè ambiens; & deindè suo pergens cursu, vno duntaxat commeantibus
,, aditu, relicto. Ibi mare increscens nunc eructat: nunc in sinum suum reuolutum,
,, nauium fert compendia, commercia plurimorum. Nihil illic deest; quicquid
,, vehiculis pedestribus, & equestribus plaustris, & ratibus subministratur, abun-
,, dè suppetit. Illic castrum condidere antiqui, ibi stant, in acie, illustria castra
,, Dei: ibi præ desiderio paradisi suspirantes gemunt, quibus postea opus non erit,
,, in flammis vltricibus, nihil profuturos edere gemitus. Ibi denique almus sacer-
,, dos Philibertus, multiplici est laude, & prædicatione efferendus: qui instar Pa-
,, triarchæ Iacob, in animabus septuaginta, demigrauit in hanc eremum, addito
,, grege septemplici, propter septiformem gratiam spiritus sancti. Ibi enim eius
,, prudentia construxit mœnia quadrata, turrita mole surgentia, claustra excipien-
,, dis aduentantibus mirè opportuna. In his domus alma fulget; habitatoribus
,, digna. Ab Euro surgit Ecclesia, crucis effigie, cujus verticem obtinet Beatissima
,, Virgo Maria; Altare est ante faciem lectuli, cum Dente sanctiss. patris *Philiberti*,
,, pictum gemmarum luminibus, auro argentoque comptum: ab vtroque latere,
,, *Ioannis* & *Columbani* Aræ dent gloriam Deo; adherent verò à Borea, *Dionysij* Mar-
,, tyris, & *Germani* Confessoris, ædiculæ; in dextra domus parte, sacellum nobile
,, extat S. *Petri*; à latere habens S. *Martini* oratorium: Ad Austrum est S. Viri cel-
,, lula, & petris habens margines; saxis cinguntur claustra camerata: is decor cun-
,, ctorum animos oblectans, cum inundantibus aquis, geminùs vergit ad Austrum.
,, Habet autem ipsa domus in longum pedes ducentos nonaginta, in latum quin-
,, quaginta: singulis legere volentibus lucem transmittunt fenestræ vitreæ: subtus
,, habet geminas ædes, alteras condendis vinis, alteras cibis apparandis accom-
,, modatas. [g]
,, In hunc locum conueniunt Deo dignè seruire cupientes; nihil sibi, seu pro-
,, prium vendicantes, nullo compendio indigentes: sperantes enim in Domino non
,, deficient omni bono. Verèque in eis completur illud scripturæ Diuinæ: Pax mul-
,, ta diligentibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum. Mira illic fulget
,, charitas, multa abstinentia, summa humilitas, præcipua castitas. Habent illic
,, & suum è marinis belluis solatium, vel compendium: quod mirum sanè est, & à
,, sæculo inauditum. Vncis enim, retibusque & ratibus capiunt pisces maris, lon-
,, gos pedes quinquaginta: ex quibus non solùm escas sibi parant fratres, sed etiam
,, pinguedine illorum, fouent lucernas. Faciunt hoc merita S. Philiberti, & mul-
,, torum aliorum illic quiescentium sanctorum fratrum, qui fideliter Domino ser-
,, uierunt; & tempore pacis, cum Christo cruci affixi, sua voluntate, Martyrium
,, obiere, & cum Christo, corpore mortui, expectant judicij diem, magnorum
,, certaminum coronas recepturi. Et hæc quidem de situ loci breuiter diximus: nunc
,, ad gestorum ordinem reuertamus. [h]

Quamuis autem permissu Regis *Clodouei*, Reginæque S. Bathildis, D. *Philibertus* cœnobium Gemeticense extruxerit: pro cujus fundatione, locum etiam ex eorumdem pia munificentia acceperit: attamen specialiter legitur huic operi animum IV.

[f] *Gazetus in vita S. Philiberti 20. August. Geisius. Petrus à S. Iuliano Vuo'finghamus sup. Antonius Yeppes sup. ad ann. 662. cap. 1. & 684. cap. 4. & seq. Saussayus in Martyrolog. Gallicano 20. August. Meyerus in hist. Flandr. ad ann. 592. S. Antoninus 2. part. Chronic. Titul. 13. cap. 6. §. 18. Baldericus lib. 2. Chronic. Cameracens. cap. 19. Vincentius Beluacens. lib. 23. Specul. historial. cap. 94. Ordericus lib. 3. Histor. Ecclef. ad ann. 912. & lib. 5. ad ann. 1080. vbi de S. Audoeno Archiep. Rothomagens. Gemeticensis sup. lib. 1. cap. 6. Robertus de Monte Tractat de Abbatibus & Abbatijs cap. 9.*

[g] *Gesta S. Philiberti 20. August. Apud Surium cap. 6.*

[h] *Ibid. cap. 7.*

mum dedisse, opitulante Regina Bathilde; quod & clarè reserat scriptor vitæ eius. *Domino etiam Philiberto* (inquit) *Gemmeticensis Monasterij Abbati, magno & Religioso viro, syluam magnam è Fisco, vbi ipsum cœnobium situm est; magnaque munera; & pastus, de Fisco Dominico; ad ipsum monasterium construendum concessit.* [k] Quibus verbis, insinuatum nobis videtur hujusmodi Gemeticense cœnobium fundari cœpisse, post ann. 660. sub finem Regni ipsius *Clodonej* II. qui debitum mortis soluit ann. 662. ceu 664. cujus superstes vxor pijssima, S. *Bathildes*, ejusdem Regni Regens facta, Monarchiæ habenas moderabatur, quo vsque *Clotharius* adolesceret, & ad majoritatem puerulus Rex perueniret: quo tempore, hæc ipsa, cordata Regina, pij viri jam defuncti voluntati obsecundans, & filiorum vtilitati prospiciens, summa cum deuotione præstabat. [l] Quare id factum obuenisse ann. 740. [m] ceu 646. vel 652. vti perperam scribitur: prorsus reijcimus: nisi referatur ad tempus fundationis *Monasterij Villaris*, Gallicè, *Mons-tiuillier*: inibi proximè subsequentis, ab ipso sancto *Philiberto*, extructi, circa ann. non 740. sed forsan 674.

V. Simili prope menda laborat, Author carminis, in laudem hujusce insignis cœnobij decantati; quandoquidem S. *Philibertum*, oriundum tradit è Burgundia; & ann. 640. sub *Dagoberto* Rege, Gemeticensis Abbatiæ primordia dedisse; sed quibus jam ex præfatis patet ampla responsio: sic autem carmen cecinit.

i *Gemeticensis sup.*
k *Apud Surium 26. Ianuar. cap. 5. vitæ S. Bathildis Reginæ Franc.*
l *Bibetius in vita S. Bathildis Reginæ cap. 4.*
Tippes sup. ad ann. 662 cap. 1. centuria 2.
Gaguinus lib. 3. in Clotario II. Reg. Franc.
Aymoinus lib. 4. cap. 43.
m *Cenalis Tom. 5. pag. 1 Hierarchia Eccles. Neustriæ.*
n *Ferrarius in noua Topograph ad Martyrolog Roman.* verb. Heius insula *Antiquitates MSS. Normanniæ pag. 223.*

ARGVMENTVM.

Siste gradum stabilem prudens quicumque viator,
Aspice quæ graphicis sunt his depicta tabellis:
En tibi clara patent, sicut spectantis in vnda,
Seu leui in speculo solet apparere figura,
Quæ fuerint hujus rutilæ primordia Gemmæ,
(Gemmeticum siquidem à Gemma, dixere priores;
Quod reliquis Gemmæ præcelleret instar Eoæ)
Indè scies quinam dederint Regesque, Ducesque,
Tot bona, tot terras, & opes, tot prædia, census:
Vnde Monoptolemi nongenti cælitùs acti,
Strictius inclusam possent hic ducere vitam.
Quas itidem lelegum turmæ Dacæque phalanges;
Intulerint clades. Qui tandem à sedibus imis,
Hæc loca sarcierint priscis conuulsa ruinis,
Expedio breuibus, complexus gesta camœnis.

Prima fundatio dicti Monasterij.

Secula sex Phœbus cùm lustris voluerat octo.
Virginis à partu, dùm sanctus vir Philibertus
(Celtica quem genuit claro Burgundia partu)
Hos petiit fines, tanta stipante caterua
Quanta Iacob Gessen, ipsam culturus eremum.
Quæ licet hæc quondam spinosis horrida syluis;
Vndique diuersa restagnans cincta palude,
Gente prius nulla, nullis sit culta colonis,
Nec cereri penitùs, nec dulci nota Lyæo,
Nulla tamen toto fœcundior extitit orbe:
Ille pater postquam Dagoberti munere Regis;
Prima hujus sacri statuit fundamina Templi:
Mox quippe antiquam mutarunt omnia formam.
Hic vbi Capripedum latitabant antra Deorum
Solivagis habitata feris, nunc peruia sanctis,
Aurea Templa nitent, instar stellantis Olympi;
Nocte dieque preces effundunt inclyta Diuùm,
Cantica nunc resonant, nunc summo sacra Tonanti;
Agmina persoluunt monachorum munia laudum,
Angelicos imitata choros, vbi monstra ferarum

Digitized by Google

Horrisonis vacuas complebant vocibus auras.
Quæ priùs exuccos syluestri germine fœtus
Tristis alebat humus, condensis obsita dumis,
Fertilis ambrosios cœpit producere fructus.
Taxus olens, tiliæ molles, aconita, cicutæ
Alcinoi syluis cedunt; nigra bacca racemis.
Purpureæ grauidis turgent in vitibus vuæ,
Et renouatus ager, dulces producit aristas.
Hic vbi crescebant calami, juncique lacustres,
Luxuriant vario gemmantia prata colore:
Deque paludigenis nunc surgunt pinguia cannis
Pascua, & ingentes labuntur ab æquore pisces
Fluctibus impulsi, quoties Latois vtrinque
Iungit horizonti roseos Titania currus,
Ac rapidus, turgente Salo, reflectitur amnis;
Vt refluant per agros, per prata virentia viui,
Qui fœcunda suis irrorent frugibus arua,
Vt rigat Ægyptum septeno gurgite Nilus.
Hæc dedit ille sator rerum, qui terminat orbem
Maxima qui solidam statuit super æquora terram,
Sistit & immensos præscriptis finibus amnes,
Ne Cybele tumidis obruatur Tethios vndis:
Imbribus & montes, sterilesque humectat arenas,
Vt sua cuncti parens concedat munera Tellus,
Vndè trahant vitam quæcumque cibaria poscunt.
Siue per incultos errent animalia campos,
Siue secent liquidum stridentibus, aera pennis,
Vel quæ monstra natant variis distincta figuris:
Quicquid & ætherea spirando vescitur aura,
Confouet, & propria vnicuique alimenta ministrat.
Denique qui quondam siccis de rupibus vndas
Duxit, & ex alto demisit vertice carnes,
Mannaque: seu pluuio funduntur ab æthere nimbi,
Vt populum, mirante polo, nutriret Hebræum,
Per steriles campos, desertaque rura vagantem.
Sic sua Gemmeticis largitus dona colonis
Fecit, vt inuitis naturæ legibus olim
Aspera quæ fuerat, fieret cultissima eremus:
Quam circumflexo præcingit Sequana fluxu,
Haud secus ac Arcton sinuosi cauda Draconis. ○

○ *De Fundatione, Ruina, & Restauratione inclyti Monasterij Gemmeticensis Carmen: cujus claustri parietibus inhærent Tabellæ, quæ totius rei summam indicant. Extat apud Antonium Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedictinor. centuria 3. ad ann. 684. cap. 7. pag. 795. & seq.*

S. Philibertus

S. Philibertus, è Gemeticensi cœnobio, velut splendidissimum Iubar, virtutis & sanctitatis, vbique signa spargit & diffundit: Monasteria Virginum, Villariense & Pauliacense construit: ab impio Ebroino, Domus Franciæ Majore insectatus; & falsò apud S. Audoenum, Rothomagensem Archiepiscopum, accusatus, carceri mancipatur; cujus innocentia cognita, exindè, non sine honore educitur.

CAPVT III.

I. VT igitur S. *Philibertus*, primus cœnobij Gemmeticensis Abbas euasit, mirùm! quantis virtutum radijs emicuerit, quotque perfectionis specimina vbique locorum profuderit. Meritò inter præcipua Ecclesiæ Gallicanæ ornamenta, & sidera, tunc collucentia, sub Regibus Francor. Dagoberto I. Clodoueo II. &c. ab *Orderico* recensetur. *Temporibus* (inquit) *borũ Regum in Frãcia, viri S. virtutibus & signis claruerũt, Romanus & Audoenus; Ansbertus & Eligius: Ebrulfus & Iaunomarus; Maurus & Colũbanus: Philibertus, & Vvandregisilus: alijque plures fide & prædicatione pollentes; sanctitate & prodigiis coruscantes.* [a] Maximè autem illius meminit, vbi de S. Audoeno, Rothomagensi Archiepiscopo agens, hæc subdit: *In diebus præfati Pontificis, B. Philibertus, fortis signifer insignis aciei apud Gemmeticum emicuit.* [b]

II. Ex Gemetico autem, velut in specula positus, compluribus fiebat causa salutis; & omnibus, ea quæ ad animarum profectum iuuabant, pro viribus, suppeditabat. „ *Solebat* vir pius (ait Autographus) ob animarum curandam salutem, fratres è „ monasterio ablegare, vt suis exhortationibus instruerent. Itaque confluebant „ ad eum viri nobiles, & potentes; propriaque calcata voluntate, Christi seruitio „ se mancipabant. Cumque in monasterio fratrum numerus increuisset aliud cœ„ nobium condidit, quod *Pauliacum* vocant, decimo milliario à *Gemmetico*; atque „ in eo habitare voluit, sanctas fœminas, quibus præfecit matrem prudentissi„ mam, illustri familia ortam, *Austrebertam.* Multa quoque alia ejus exemplo, con„ structa sunt monasteria in Neustria. Longum est enarrare per ordinem singula, „ quantumque eius opinio creuerit: vt etiam Abbates alij sua monasteria relin„ querent, vel probatissimos monachos suos ad eum ablegarent: vt multo tem„ pore apud eum degentes, eius vitam & conuersationem discerent: sicque ad suos „ reuersi, rectius illis consulere possent. Eos omnes vir sanctus, & in fide vera pro„ bè instituebat, vel confirmabat: & vt mutuam sinceramque inter se charitatem „ retinerent admonebat. Multa tum ei pecunia à Rege, & fidelibus offerebatur: „ cujus ille decimam partem indè septies detraxit. Cúmque id anno integro fecis„ set; semper plus ei pecuniæ accessisse comperit, quàm ipse indè abstraxisset. Eas „ verò decimas captiuis redimendis, & alendis pauperibus, assignabat, idque adeò „ liberaliter: vt etiam monachos suos cum onustis nauibus in regiones transmari„ nas mitteret, qui illic captiuorum greges redimerent. Si qua etiam pro fratrum „ vtilitate vellet opera fieri: plus mercedis solebat dare, quàm sæculares homines „ consueuissent: Atque ita lætante vicino populo, iustos labores dignis compensa„ bat præmijs. [c] Item, Eodem tempore, *Vvarratto*, Palatij princeps, in *Caltino* ter„ ritorio, oppidum donauit S. Philiberto, vt in eo virginum monasterium construe„ ret; *Villare* id appellant: vbi hodiéque viget sacra Religio. [d]

III. At cùm S. Philibertus tanta fulgeret sanctitate, totque miraculis clareret, quidam ventus vrens persecutionis eum decoxit; nimirum impius ille *Ebroinus*, Major Domus, Theodorici I. Regis Franciæ, qui ipsum è suo monasterio ejecit tandem, atque exilio mulctauit. „ *Porro* autem, cùm pestifer ille Ebroinus (qui ob

a *Ordericus lib. sup. longè à medio.*

b *Idem lib. 3. ad ann. 678.*

c *Apud Surium 20. Augusti. in vita S. Philiberti cap. 15.*

d *Ibid. cap. 21.*

Google

,, nimiam crudelitatem à Francorum gente palatino fuerat honore nudatus, & in
,, Luxoniensi cœnobio tonsus, postea vilis Apostata factus,) malignitatis eum im-
,, pellente spiritu, multa rabie, ferri cœpisset in nobiles Christi sacerdotes, &
,, Francos, multisque ei consentientibus: contra Dei mandatum, pristinum recu-
,, perasset honorem, S. Philibertus ad eum profectus, Apostatam eum appellauit,
,, asserens, nullum hominem Christianum, cum ipso communicare debere. Fecit
,, hoc vir Dei, quod speraret se ferro trucidatum, ad Martyrij palmam peruentu-
,, rum: sed Dominus eum multorum profectui seruauit, qui eius opera vocandi
e Ibid. cap. 16. ,, erant ad regna cœlorum. [e] Sed nunquid Ebroini perfidia huc pedem fixit? mi-
nimè gentium, imò, magis ac magis sæuiendo in sanctum Dei virum nusquam,
destitit, quo vsque sua versutia illum è propria sede depulerit. ,, *At verò* diabo-
,, lus, instar rapacis lupi, sæuiens, & animarum greges immanissimis dentibus la-
,, cerare volens, quosdam in B. Virum, Rothomagenses clericos inflammauit:
,, qui (vt inter eum, & B. Audoenum, Rothomagensem præsulem, discordiam
,, sererent) apud illum Episcopum, virum Dei falsò detulerunt; tantumque effi-
,, cere potuerunt, vt Philibertum, quem antea præcipuè charum habuerat, jusse-
,, rit in custodiam duci. Sed ecce, dùm vir Dei, in illo ergastulo Psalmos Daui-
,, dicos concinit, vespertiliones, qui illic magno numero congregati erant, diui-
,, na virtute, suauissimum de se reddunt odorem. Indè è carcere, litteris Audoeni
,, dimissus, ad *Ansoaldum*, virum nobilem, Pictauorum Episcopum, Monasterij
,, construendi causa profectus est: quòd eorum hominum, qui eius prædicationi-
f Ibid. cap. 17. ,, bus conuertebantur, multitudinem locus vnus capere non posset. [f]

Rem verò copiosius ac distinctius enarrat, gestorum S. Aichardi, Abbatis 2. Ge- IV.
meticens. Autographus. ,, *Hac tempestate* venerandus, (inquit) Dei Sacerdos,
,, & Abbas Philibertus Gimesiensis cœnobij Ecclesiam regebat, vir miræ abstinen-
,, tiæ, & doctrinæ, ac vitæ meritis decoratus: de quo vitæ Liber editus, inter cæ-
,, tera, quæ ab eo gesta narrat miracula, patientiam, & longanimitatem ipsius
,, tantam enumerat; vt si ratio temporum, & occasio, carcerem, aut ignem, aut
,, certè gladium exhibuisset, hic certè tenebrosi carceris ergastulum non diffugis-
,, set; hic pœnalis incendij flammam, aut ferientis gladium intrepidus subiret.
,, Enim-verò, quantas ab impijs insidias, quantas à falsis fratribus, vsque ad car-
,, cerem pertulit insidias, cùm tamen nullis ad odium injurijs, nullis ad vltionem
,, molestijs, victrix patientia vnquam potuit incitari? vigebat sanè in eo virtus
,, authoritatis, qua Reges & principes malè agentes libera fronte corripiebat; lon-
,, gè ab eorum distans consortio, quales nostro hoc tempore in Ecclesia Dei con-
,, spicimus, quod non sine dolore dicimus: quibus mos est prauorũ principum mo-
,, res, aut omninò tacendo approbare, aut adulatoria arte demulcere. Vndè &
,, ipse ab *Ebroino*, qui Major in aulea Regia, aduersus Francorum principes, furia-
,, li mente conspirauerat, quique B. *Leodegarium* varijs pœnis cruciatum, facit in-
,, terfici; vndè ab eodem, inquam, *Ebroyno* infestis odijs, insectabatur, hac maxi-
,, mè causa, quòd eum ad monasterium, de quo præuaricator exierat, redire mo-
,, nebat. Quod cùm ille minus audiret, B. dei Athleta eum à communione fide-
,, lium, velut reprobum & Apostatam extorrem fieri debere judicabat. Nam is
,, *Ebroynus* sub Rege Clothario, Major domus extiterat: & quia apud Regem, præ
,, cunctis familiaris gratiæ locum obtinebat, multos Francorum nobiles, sublatis
,, exhæredauit patrimonijs, varijsque perturbare non destitit injurijs. Verùm de-
,, functo Rege Clothario, cùm germanum ipsius Theodoricum in regnum fratris,
,, contra voluntatem Francorum, substituere idem *Ebroynus* moliretur: Franci ve-
,, teris injuriæ memores, metuentes, si eius dispositio præualuisset, ipse in eos re-
,, diuiuæ crudelitatis, animo perniciosius efferberet, perturbato ipsius consilio
,, Childericum sibi Regem fecerunt. [g]

g Fulbertus in Gestis S. Aichadri Abbatis cap. 7. Apud Surium. 15. Septemb. Sigebertus in Chronico ad an n. 667.
h Sigebertus sup. & ad ann. 680.

,, Eo terrore consternatus *Ebroinus*, transfugio sibi consulere satagebat: sed cùm V.
,, effugij tutum non reperiret consilium, postulat à Rege, vt relictis omnibus quæ
,, possederat, in monasterio, sub regulari disciplina, sibi viuere liceret. Rex au-
,, tem alta mente retractans studia ipsius, quibus aduersum se *Ebroynus* machina-
,, tus fuerat, quo à Regno Francorum extorrem faceret; vix ad hanc conditio-
,, nem inflecti potuit; nisi B. *Leodegarius*, quem Rex idem suo consilio præfecerat,
multa

„ multa id prece obtinuisset. Ita *Ebroynus*, in monasterio Luxouio, monachum „ professus, euasit. Sed non multò post, audiens Childericum defunctum, & „ Theodoricum in regnum sublimatum; vt Leo ruptis retibus elapsus, ita rupto „ proposito, è monasterio furibundus se exemit.[h] De hinc Regis, amicitiam emeri„ tus, in gradum priorem restituitur. O rerum miseranda conuersio! O dolenda „ libertatis noxiæ conditio. Nam hic, de quo sermo est, *Ebroinus*, videns ad arcem „ suæ nequitiæ, Regis adspirare potentiam: se in omnem iram collegit aduersus „ hos, quos contra se, de Regis electione, olim contendisse meminerat, & maxi„ mè aduersus sanctum virum *Leodegarium*. Hunc sanè feralibus odijs persequeba„ tur, nulla ipsius alia causa offensus: nisi quòd Apostasiæ ipsius secretò repre„ hendebat errorem, ac vt pater filium, de reditu blandè admonebat, sed peruer„ sa mens, non poterat viri justi correctionem sustinere: immò furiali spiritu ac„ census, persequi monitorem suum non destitit, donec oculis effossis, lingua suc„ cisa, tandem Christi martyrem gladio interfecit.[i]

VI. „ Porro, B. Philibertus, cùm pro causa Monasterij, ad Palatium properasset, „ ibi præfatum *Ebroinum* conspiciens, tentabat ferum animum blandis allocutio„ nibus, ad resipiscendi consilium inflectere: aut si id non procederet, vel exemplo „ B. *Leodegarij*, fœlici vitam morte finire. Igitur vir Dei, cùm feram pestem à pro„ posito malitiæ nequiret auertere; jam stimulis acrioribus durum pectus cœpit „ pungere, & quædam de imminentibus animæ supplicijs prædicere. Videns au„ tem callidus hostis, in viro Dei tantam mentis constantiam, qua eum à se nullo „ modo posset auertere, arte quadam moliebatur, si fas fuisset, eum ab increpa„ tione deflectere: offerens ei auri & argenti prætiosa talenta, cum ingentibus or„ namentis. Quæ vir Dei alto consilio reprobans, dicebat, nulli Christiano fas esse „ suis donis communicare. Fremens ergo rapidus lupus, ad nocumentum viri justi, „ se animosius accinxit. Percontatus itaque, cujus Diocesanus esset, dùm compe„ risset, ex Rothomag. coloniæ monasterio esse; perquirere cœpit argumenta: qui„ bus virum Dei, aut penitùs extingueret, aut cœnobium ipsum *Gimesiense* funditùs „ posset euertere. Litteras itaque arte compositas, B. *Audoeno*, qui tunc temporis „ Pontificalem Cathedram regebat, transmisit, tanquam ex nomine Philiberti, ad „ Regem Missas; quibus ipsum Pontificem, reum Majestatis incusaret, necnon „ auri & argenti pondus enorme thesauris Regijs eum accumulasse, per quod Re„ gis animum sibi conciliaret: vt sanctum Pontificem à sede propria extorrem, „ perpetuo exilio damnaret, & se in locum ipsius subrogaret, ad fidem igitur com„ menti hujus faciendam, viros nequissimos subornabat, qui B. *Audoenum*, licet „ longè abhorrentem, tandem, dùm dolum non præuidet, importunis monitis „ ad credendum, impellunt, adeò, vt S. Abbatem carcerali ergastulo recluderet: „ vbi per aliquod tempus demoratus, anterioris patientiæ virtutem non amisit. „ Beatus vero, Pontifex, mox vt accusationem, ex inuidia conflatam intellexit, „ & vndè, inter *Ebroinum*, & S. Philibertum, causa odiorum emerserat, recogno„ uit: pœnitentia ductus, virum innocentem, non sine honore, de carcere eduxit, „ & suo monasterio decenter relocauit. At vir Domini Philibertus, timens, ne „ pro vnius sui odio, bestialis animus in totum gregem, feritatis suæ procellam, „ intorqueret, dùm jam terras, & possessiones Monasterij longè positas assiduis in„ cursionibus vastare non cessabat: decreuit longius à loco, quem regebat, abire, „ vbi eremiticam vitam agere potuisset: sed valdè sibi videbatur indignum, gre„ gem sibi commissum, sine pastorali regimine reliquisse.[k]

Scribit Claudius *Roberti*, hunc S. Philibertum fuisse expostulatum vico-Iuliensem Episcopum;[l] sed errore labitur; fuitque pater eius: vt scitè notauit Petrus de *Marca*.[m]

i *Fulbertus sup. Apud Surium cap. 8. Sigebertus ann. 682. 683.*

k *Fulbertus sup. cap. 9.*

l *Gallia Christiana in Episcopis Aduensib.*

m *Lib. 1. Histor. Bearnens. cap. 25. §. 8.*

S. Philibertus, eiusdem Ebroini persecutionem declinans, ad Ansoaldum, Pictauiensem Episcopum se contulit: in cujus Diœcesi, duo Monasteria, Quinciacum, & Herio-insulæ, construxit; mortuo autem Ebroino, Gemeticum reuertitur, ad instantiam S. Audoeni, Rothomagensis Archiepiscopi, cum quo & amicitiam pristinam conciliauit.

CAPVT IV.

INTER alia, quæ sancto Philiberto agente, constructa sunt asceteria; *Quinciacum*, in Territorio Pictauiensi recensetur: Vbi B. Aychardus vitæ perfectioris tyrocinium posuit: (juxta priscam illius Autographi enarrationem) quando à parente licentiam expetebat, foras abeundi; vt domo paterna, rebusque sæculi penitùs à se abdicatis; Deo pleniùs inseruiret, ac famularetur. ,, *Tu nosti* (inquiebat filio pater) haud procul à nobis, quem- I.
,, dam hereditarium nobis vicum *Quintianum*, in quo monasterium, in honorem
,, S. Petri fundatum, D. *Philibertus*, Regulari disciplina communiuit: sed præ exi-
,, gua rerum appendentium possibilitate, raro famulantium numero coarctauit.
,, Tu ergo vnum, quod vis, è duobus elige: Aut eumdem locum de rebus faculta-
,, tum nostrarum ampliorare contende: Aut, tu alterum in honorem S. Mariæ, in
,, proprio territorio nostro, ædificare ne differas: & nos illud terris, & vineis,
,, pratis, & pascuis vberrimis amplificare promittimus. Nec mora! de promissio-
,, ne patris hilarescens, maturiùs explere ardebat, quod animo conceperat. Sed
,, reputans, quod inconsulto Episcopo, illicitum foret sibi, in qualibet Diœcesi
,, monasterium construere, Ansoaldum, Pictauensem Episcopum impiger adijt;
,, (nam in Parœchia sua præfatus ager erat) & super hujusmodi assensum ipsius
,, gratanter impetrauit. Ipse Episcopus libens annuit, ipse primus operi manum
,, apposuit, ipse perfectum oratorium in honorem B. Mariæ dedicauit: Ipse colla-
,, ta donaria, sub Testamento scripta roborauit. Quam dedicationis diem solem-
,, nibus officijs peractam, non sine Diuinæ authoritatis nutu expletam, qui affue-
,, rant, cognouerunt. Nam dùm peractis officijs venerandus Episcopus, & B.
,, Aichardus, ad horam refectionis cum cæteris fratribus ad mensam discubuissent,
,, lector aperto codice, primum sibi oblatum versum Dauidicum intulit: *Hæc*
,, *dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.* Mox vir Apostolicus
,, ex prophetali versu, sumpta occasione, B. Aichadrum intuens, jam præ gaudio
,, silentium rupit, & spiritu exultante: Frater, inquit, charissime, nunquid audis
,, qualiter nos ad exultandum & lætandum Diuina psalmodia præstringit? Credo
,, etenim, nec vana fides, non fortuitò lectori prophetalem versum ad manum ve-
,, nisse, sed nutu ipsius, qui cuncta ordinat, factum esse constat: vt intelligeremus
,, nos prophetico spiritu præmoneri, vt qui ad supernam Hierusalem festinamus,
,, præsentis Ecclesiæ solemnem diem, exultantibus animis celebrare curemus.
,, Dubium sanè nulli credenti esse potest, quin hodie super hanc domum, quam
,, licet indigni Deo dedicauimus, supernæ ciuitatis pateant januæ: & ipse Domi-
,, nus, licet semper vota & preces fidelium libens suscipiat, hodiè tamen cunctis
,, se præsentibus exorabilem præbeat. Vnde & nos, qui filij Ecclesiæ sumus, ma-
,, tris nostræ hunc diem festum ab anno in annum, cultu celebriori renouare stu-
,, deamus. Ita ordinatis omnibus, quæ loci & temporis opportunitas exigebat;
,, abeunte Pontifice, ipse D. Aichardus, in loco resedit. In quo probatas perso-
,, nas, sub regularis disciplinæ titulo, constituit: ipse signifer Diuinæ militiæ, ipse
,, forma vitæ, & speculum sobrietatis & justitiæ, subjectis suis ad patriam cœle-
,, stem, verbo & exemplo ducatum præbebat, in tantum, vt crescente religione,
infra

Digitized by Go

,, infra breue tempus, locus ille famæ celebrioris nomen obtineret. [a]
II. Solum igitur vertere optans B. Philibertus; *Gemeticum* quidem dereliquit, at
non absque mentis molestia, animique perturbatione haud modica. ,, *Valdè* quip-
,, pe (subdit idem Author) sibi videbatur indignum, gregem sibi commissum,
,, sine Pastorali regimine reliquisse. Erat ei paulò ante de B. Aichadro, fama præ-
,, cognita, per alienos audita, per suos Legatos certius exquisita: quòd apud
,, *Quinciacum*, Pictauensis coloniæ vicum, in sancta conuersatione, nulli inferior
,, claruisset. Hunc, si ita nutu Dei præordinatum foret, suo in loco subrogare ni-
,, tebatur: vt vel hinc tam S. viro reuerentiam præfatus aduersarius exhiberet, &
,, à loco suæ tyrannidis inuidiam refrænaret. Instabat ei, & alia, sed ad id efficien-
,, dum causa opportuna, si quidem memoratæ vrbis Episcopus *Ansoaldus*, nomine,
,, in *Insula Erio*, maris, nuncupata, Monasterium construxerat, quod de rebus suis
,, hæreditariis plenè ditauerat, in quo Monasticam regulam instaurare præopta-
,, bat; & ea gratia multo ex tempore B. *Philibertum* eò attrahere conabatur. [b]
III. ,, Concurrentibus itaque causis, hinc videlicet Ebroino persequente, hinc Epis-
,, copo postulante, tertiò autem pro B. *Aichadri* expeditione, B. *Philibertus* sumpta
,, profectione, Pictauos vsque peruenit. Ibidem de injuriis *Ebroini*, & Monasterij sui
,, incommodis, multa & vera conquestus est; quæ vir Apostolicus *Ansoaldus* primò
,, quidem ægro animo accepit: sed opportunum votis suis euentum gratulatus, viro
,, Dei respondit. Audisti pater amantissime, qualiter Dominus & magister noster
,, cœlestis, discipulos suos, cùm de mundi eos persecutione præmuniret, dicebat:
,, *Cùm persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Exigit ergò tempus, vt
,, Diabolo exercendæ crudelitatis locum adimas, ne in gregem Dominicum cru-
,, delitatis procella effusius incumbat. Prouideat sanctitas tua de Monasterio,
,, fratrem idoneum, qui oneris huius in se curam suscipiat, qui mores & studia ma-
,, gistri, in condiscipulis rependere sobriè norit. Ego sanè, non absque Dei beni-
,, gna ordinatione esse profiteor, quòd nostris impulsus partibus applicuisti, quem
,, multo ex tempore, videre optabam; vt de tua institutione nostri Monasterij,
,, quod *Erio* maris in insula, construximus, partem habere potuissemus. Nunc, quia
,, teipsum grata temporum occasio nobis condonauit, ne tu, quæso pater, Diui-
,, næ, vt vides, ordinationi contraire studeas: sed locum, quem tibi offerimus, re-
,, gendum suscipe: vt & de cæteris negotijs, quæ curæ Pastoralis sollicitudine in-
,, digent, administrari, te secundum adjutorem habeam. [c] Omitto ex industria,
responsionem ipsius S. *Philiberti*, eo quod crediderim, eam tunc minimè fuis-
se prolatam ab eo, sed aliò tempore, inferius à nobis assignando: prout
gestorum S. *Philiberti* antiquior anonymus conscriptor, tali enarratione com-
IV. memorat.
,, *Litteris Audoeni dimissus* (scilicet S. Philibertus) ad Ansoaldum, virum no-
,, bilem, Pictauorum Episcopum, Monasterij construendi causa, profectus est:
,, quòd eorum hominum, qui eius prædicationibus conuertebantur, multitudinem,
,, locus vnus capere non posset. [d] Per id tempus, sæculari potentia, plus satis flo-
,, rebat Ansoaldus. Itaque vir Dei illum secretò reprehendit; multaque ei futura
,, prædixit, quæ postea rei probauit euentus. Cernens autem electus Dei sacerdos
,, Ansoaldus virum Beatum prophetico pollere spiritu, & eximia sanctitate con-
,, spicuum esse: totum se illius consiliis commendauit, & sub eius religionis dis-
,, ciplinam, Pontificiam cœpit inclinare potentiam. Cúmque eum vellet secum
,, in vrbe retinere, ille verò semper eremi vastitatem appeteret: in maris insulâ
,, *Herio*, cœnobium construxerunt *Ansoaldus*, ope & liberalitate; *Philibertus* reli-
,, gione, opere, doctrina, & Monachorum frequentia. In quem locum, de *Gemme-
,, tico* fauomella commigrarunt, cum animarum examine: atque eundem locum
,, *Ansoaldus*, vir Apostolicus, magnis muneribus ditauit ex rebus propriis, facta
,, etiam villarum commutatione cum Ecclesia Pictauiensi. [e]
V. Quid verò, in ejus absentiâ, apud Gemeticum, actum sit, ita prosequitur.
,, *Interea*, cùm S. Philibertus, nec cum Ebroino communionem iungere, nec in
,, Neustriam redire vellet: sanctúsque *Audoenus*, loco illius, alium vellet consti-
,, tuere Abbatem, sed monachi fortissimi, absque permissu Rectoris sui, nec mi-
,, nis & terroribus, nec blanditiis, possent ad consentiendum permoueri, vt

a *Fulbertus in vita S. Aichardi cap. 6. sup. Apud Surium.*

b *Ibid. cap. 9.*

c *Ibid. cap. 10.*

d *Anonymus in vita S. Philiberti cap. 17. Apud Surium 20. Aug.*

e *Ibid. cap. 18.*

„ alium Abbatem admitterent, & fidem *Philiberto* datam infringerent: *Crodobertus* „ miser homunculus, cujus filium olim in sæculo *Philibertus*, è sacro fonte susceperat, quique postea factus monachus ei obedientiam promiserat; contra justitiæ „ præscriptum, eius Monasterij regendi curam suscepit. Sed eodem die Diuinitus „ percussus: tanta doloris acerbitate afflictus est, vt eius viuentis corpore ossa excidereut, & miserabilem vitam, miserrima morte finiret. Succedens autem ei, „ ex B. *Audoeni* voluntate, *Rogentrannus*, Archidiaconus *Abrincatinæ* Ecclesiæ est „ præfectus: atque eodem tempore, *Ebroinus* Apostata, interfectus est. [f] Atque ita, post annos octo, à suo recessu S. Philibertus, Gemeticum est reuersus, & ingenti cum lætitia exceptus.

f Ibid. cap. 19.

„ *Tum verò* (inquit idem Autographus) Sanctus Spiritus B. Audoeni pectus sua „ charitate inflammans, id effecit, vt is Legatos suos mitteret ad Philibertum: „ qui eum hortarentur redire, vt mutua inter ipsos posset concordia sarciri. Ita „ ergò recuperauit *Philibertus*, cœnobium suum: gratulante *Neustria* vniuersa præsentia tanti viri, & monachorum agmine obuiam illi procedente, cum laudibus, & sacris Reliquijs, eumque intra suum cœnobium reducente. Cùm autem „ duo illi eximij Sacerdotes, Audoenus & Philibertus, in mutuos venissent conspectus, veniam à se inuicem precabantur; colla manusque vicissim osculabantur: & tanto inter se amoris ardore copulati sunt, vt nulla vnquam postea inter „ ipsos dissensio intercesserit. Octauus cum erat annus, quod à suo monasterio „ absuerat, jamque noni anni initia agebantur; quod quidem ita fore ipse antea „ prædixerat. Nam cùm infœlix quidam Diaconus Monasterij crucem, furto abstulisset, idque demum noni diei initio fuisset deprehensum: vir Dei quibusdam „ secreto, ait, tot annis monasterium illud pastore cariturum, quod diebus crucem amisisset. [g] Vt autem firma inter *Audoenum* & ipsum charitas permaneret, „ conuenit inter eos; vt vbicumque visum esset, *Philibertus* degeret, atque alijs suis „ Monasterijs Rectores præficeret, quandoquidem longo interuallo alia ab alijs „ distabant. [h] VI.

g Anonymus sup. cap. 19.

h Ibid. cap. 20.

Ansoaldus, Pictauorum Episcopus Gemeticum venit, cuius operà S. Philibertus Pictauium proficiscitur, ad cœnobium Quinciacum: ex quo B. Aichadrum obtinuit, sibi successorem, quem & Gemetico præfecit Abbatem: Tum valedicens omnibus, in Herio insula, moram sibi delegit solitariam, vbi tandem mundo defunctus, fœlix transijt ad gloriam.

CAPVT V.

DVM igitur S. Philibertus, vt bonus Pastor, Gemeticensi cœnobio, summa cum vigilantia, moras necteret, & gregis sibi commissi curam paterna sollicitudine ageret: Ansoaldus, Pictauiensis antistes, Gemmeticum veniens, tantùm apud virum Dei, præualuit, vt ipsum tandem rursùs in suam Diœcesim auocauerit. „ *Manente* autem eo (ait autographus) in Gemmetico: Ansoaldus præsul, „ eius inuisendi causa, eò aduenit. Illisque pariter consedentibus, „ nuntius allatus est, quendam Monachum à maligno spiritu vexari: cùmque simul abiissent ad eam domum, in qua æger jacebat, & pro eo Dominum orassent, mox fugit Sathan, & homo redijt ad sanitatem. [a] Vir Dei profectus Pictauium, cum multo gaudio, ab *Ansoaldo* Episcopo exceptus est: abiitque ad „ *Quinciacum* Monasterium, egregio constructum loco; quod Monasterium Monachis ille impleuit, cùm prius veteres eliminasset errores; atque illic Christus per „ seruos suos assiduè laudatur. Voluit autem, id aliis consulentibus, *Aichadrum*, „ virum sanè idoneum, & electum discipulum suum, *Gemmetici* Monasterij administrationem I.

a Anonymus vitæ S. Philiberti sup. cap. 20.
Apud Surium 20. Aug.

„ nistrationem suo loco suscipere. Etsi autem fratres dolerent se destitutos patris „ Philiberti præsentia corporali: tamen eius per gratiam, præsentis voluntati ob- „ temperantes, *Aichadro* obedientiam promiserunt. [b] Ad eos visitando, vir Dei „ *Philibertus*, veniens sedulò hortabatur; vt semper religionem opere seruarent. „ Deindè commendans eos Domino, cum eis esset benè precatus, in Insulam *He-* „ *rio*, est reuersus, *Quinciaco* autem Monasterio vnum è suis Monachis præposuit. [c]

b *Ibid. cap. 11.*

c *Ibid. cap. 12.*

II. Vides ex præfatis, duo, vel tria; in animo B. Philiberti constitisse: Nam & loco Gemmeticensi alium prouidere superiorem; & B. *Aichadrum* illic constituere Abbatem: ac deindè aliò sibi mansionem parare, ab hominum frequentia semotam summè exoptabat. Huic vltimæ propositioni manum dabat Episcopus Ansoaldus: sed alijs prioribus satisfactum iri cupiebat S. Philibertus. Offerebat Episcopus præfatum locum in *Herio* insula, jam jam à se inhabitatum: nec abnuebat B. Philibertus, modò petitioni suæ effectũ præberet, quod Fulbertus, grauis author, ita cómemorat. „ *Cui Beatus* Philibertus: prouidebit sibi, inquit, Dominus juxta volunta- „ tem suam, loci ipsius, moderatorẽ, nec diutius, sine pastorali regimine languere „ patietur locum sibi dicatum: Tu mihi tantum causam, pro qua beatitudinis tuæ „ sedem appetij, ne patiaris, obsecro, mihi negare. Frater & Domnus noster *Aicha-* „ *drus*, apud *Quintianum*, vestræ Diœcesis vicum, moderno ex tempore monaste- „ rium regit; hunc, si vestra paterna gratia, ad regendum locum nostrum, dare „ dignabitur, quamuis mihi onerosum sit hujusmodi regimen vltrà apprehende- „ re, non tamen diffugiam subire quodcumque mihi onus imponetis, Alioquin, „ quodcumque mihi periculum subeundum sit! locum mihi commissum nec metu „ mortis deseram. Hinc venerandus præsul velut alto vulnere saucius: O, inquit, „ pater charissime, quantum hoc vno verbo me turbatum reddidisti: quo, dile- „ ctum nostrum, & vniuersæ patriæ necessarium, ab hac prouincia quæris remo- „ ri! Qua in re, si consensum adhibeo, quanta, putas, plebis in me maledicta „ congessero? Nam, vt de cœteris virtutibus ipsius sileam; testantur agricolæ, „ fatetur plebs vniuersa, ex quo beatus ille frater habitationis suæ in hac Diœcesi „ sedem delegit, morbus & tempestas, fames & gladius, grando & sterilitas, & „ noxia vis procellarum, ab hac Regione aufugerunt, quæ annis singulis pagum „ istum damnosa infusione populabantur. Omittenda tibi igitur est, frater, hæc „ petitio; hoc à nobis potius tibi expetendum est, in quo mihi non vniuersæ ple- „ bi, incommodus fueris. Veruntamen super his Diuinæ voluntatis experimen- „ tum capiamus: vt si à Deo authore, hæc ista sit promotio, non intractabilem, „ sed beneuolum se nostris præbeat consultibus. Si autem inexorabilem, offen- „ dimus: sciamus nos aduersus Dei voluntatem quærere, à loco suo mouere homi- „ nem. Ne, tu itaque frater mi, dissimulando studio me talia confingere credas; „ properemus ad virum Dei, & sciscitemur voluntatem ipsius. Talia inter se, his „ duobus patronis conferentibus, proxima nocte, beatum virum vox emissa præ- „ monuit; ne obstinatiùs aspernaretur mandata, quæ sibi proximo mane delata „ forent. Diuinitùs autem ad regimen *Gimesiensis* cœnobij, præordinatus extite- „ rat. Mox subsequenter illi duo viri Dei, Episcopus *Ansoaldus* & *B. Philibertus* in „ somnis B. Aichadro apparuerunt: Episcopus virgam pastoralem, Beatus verò „ *Philibertus* Regulam S. Benedicti, porrigebat, ambo, quasi ex vno ore dicentes: „ Surge, frater, & officium, quod tibi à Deo imponitur, obedienter suscipe. Acci- „ pe virgam, per quam subditorum errata corrigas, & ad rectum disciplinæ redu- „ cas: librum etiam, vt tu primo, quæ in eo sunt exarata, custodias, & in his tibi „ subjectos informare ne desistas. [d]

d *Fulbertus in vita S. Aichadri Abbat. cap. 10. Apud Surium sup. 15. Septemb.*

III. „ Mane autem facto, vir Dei tacitus intra se visionis ventilabat arcanum, cum „ equo in cursu fatigato, Legatus à præfatis patribus missus, ante præsentiam ip- „ sius aduenit, & reuerenter consalutato, mox ad futuros patres nuntiauit. An- „ maduertens vir sanctus visionis suæ effectum, non longius differendum, ait: „ Adjutorium meum in manu tua, Deus meus. Si tanti oneris mihi instat sarcina „ amplectenda, fiat tuo adjutorio: & quodcumque illud fuerit, tua ope, tuo mu- „ nimine, complacito tibi fine expleatur. Nec mora: superuenientibus patribus, „ tota loci ipsius congregatio, cum crucibus, & textis Euangelicis, & solemnis „ pompæ ornatu, obuiam venit, dicens: Benedicti, qui veniunt in nomine Domi-

,, ni. Paratis denique omnibus, quæ jus hospitalitatis exigit, dum eos ad mensam
,, vir Dei vocaret, venerandus Episcopus cum B. *Philiberto*, illum paulò ad remo-
,, tiorem locum educunt, & aduentus sui causam, simul & petitionem exponunt:
,, cùm de verbis eorum interim tacitus, ad modernam visionem animus ipsius re-
,, currit, & colloquentibus ait: Si est, patres mei, & Domini, si est, inquam, hoc
,, ex Deo consilium, quis ego sum, qui diuinæ dispositioni contraire debeam? Vos
,, autem miror tot patres venerandos, consilio, & prudentia sublimes, præter-
,, misisse, & me, vnum nouitium, me, inquam, fatuum, nulla virtutum gratia
,, pollentem, ad tanti regiminis onus delegisse. Tu, inquiunt, pater sancte, ne
,, dixeris. Nam & si ita foret, vt dicis, potens est ille, cujus nutu nos huc aduenis-
,, se confidimus; potens certè omnem gratiam tibi infundere, qui aridam terræ
,, faciem fluentis cœlestibus inebriare, & fructum vberiorem de sterili humo pro-
,, ducere valet. Quod autem nobis objicis, prætermisisse nos viros illustres, me-
,, ritis & prudentia ornatos, & te nouitium, & fratrem elegisse: super his tibi ve-
,, rum responsum damus, quòd diu quæsitis & perscrutatis omnibus, omnes in te
,, vno conspeximus, & singula singulis gratiarum dona dispertita, tibi multiplici-
,, ter infusa cognoscimus. Ne nos igitur diutiùs protrahas, ne vè cœleste decretum
,, euertere præsumas: sciens, quia non hominibus, sed Deo contraisse videberis,
,, si inconsolatos super his nos à te remiseris. Hinc venerabilis heros; Non equi-
,, dem vobis contraire volo, immò Christo in vobis obedire gratanter exopto:
,, verùm quod superest diei, nobiscum, Deo authore, peracturi estis, & mane fa-
,, cto, consilium hoc fratribus nostris reuelabitis; quia inconsultis illicitum est no-
,, bis, & illos deserere, & ad alia loca demigrare. Quod & ipsi libenter annuunt.
,, Et jam dies crastina illuxerat: fit conuentus fratrum, panditur eis consilium.
,, Quis verbis explicare queat, quantus dolor, quanta suspiria? Tanquã filij paterni
,, funeris nuntium audissent; dolor internus nullo consolationis verbo leniri pote-
,, rat; donec gregis Dominici curam, sub regimine B. *Philiberti* constituit, & sub
,, eo, quem ipsi ex fratribus voluissent patrem habere, eligendi liberam donauit
,, optionem. Ita, Deo inspirante, vnanimes facti omnes, communi voto, quod
,, quærebatur, assentiunt. Nec mora! Eligitur quidam venerabilis frater, *Probus*,
,, nomine, & moribus; qui ab Episcopo consecratus, à B. Aichadro institutus,
,, præfatum locum, quo ad vixit, strenuè rexit. Data itaque pace, & valedicentes
,, fratribus, venerandus Pontifex cum B. *Philiberto*, sanctum Dei *Aichadrum*, in
,, *Neustriam* prouinciam vsque deducunt. Hinc Rothomagensis sedis Pontificem
,, B. *Audoenum*, videlicet adeunt, cui B. *Aichadri*, & genus & nomen, immò vitæ
,, sanctitatem notificantes, summa prece depostulant: vt quia per inuidiam *Ebroi-*
,, *ni*, *Gimesiense* cœnobium sine pastore esse nouerat; hunc talem virum, ipse loci
,, ipsius Rectorem substitueret. Quod & Dominus Archiepiscopus libens annuit,
,, simulque descendens cum eis, virum Dei *Aichadrum*, præfato monasterio subro-
,, gauit. Nec poterat talis commutatio sine gaudio esse & dolore. Mœrent illi,
,, quòd amittunt sanctissimum patrem: gaudent isti, quòd recipiunt consolato-
,, rem pijssimum: substitutus ergò in loco memoratus pater Aichadrus, qualem se
,, quantumcunque in omni genere virtutum exhibuit: non est præsentis negotij,
,, per singula explicare. [a]

Nunc sese offert difficultas haud modica, vtinam à nobis dissoluenda: ex præfatis duobus scriptoribus conflata; volunt quippè S. Audoenum, Rothomagensem Archiepiscopum, adhuc in humanis vitam agere, etiam post Ebroinum, domus Regiæ Majorem, occisum: [b] scilisset ann. 688. [c] proindéque ipsum B. Pontificem, migrasse ad Dominum circa ann. 690. vel 696. [d] Quibus sanè omninò aduersantur, graues, antiquioresque Authores, *Fridegodus*, *Ansgradus*, & alij, qui de rebus gestis SS. *Audoeni* & *Ansberti*, Rothomagensium Archiepiscoporum scripserunt: quorum testimonio, discimus ipsum S. Audoenum obdormisse in Domino ann. 677. S. Ansbertum verò eius successorem, concilium celebrasse Rothomagense, ann. 682. ac tandem spiritum Deo reddidisse ann. 695. vti suo loco fusius disseruimus: [e] hisque magis assentimus: post Ægidium *Bucherium*. [f] IV. V.

Ad vltimum S. Philibertus, in *Herio* insula domicilium eligens, illic sanctissimè præfuit, ac fœliciter vitæ cursum absoluit: ob cuius præclara merita, & virtutes, atque

a *Ibid. cap. 11.*
b *Anonymus in vita S. Philiberti & Falbertus in vita S. Aichadri sup. apud Surium.*
c *Sigebertus in Chronic. Tillius ibid. Nicolaus Gillius & alij.*
d *Sigebertus ex Adone in Chronic. & Aimonio lib. 4. cap. 46.*
e *In Archiepiscopis Rothomagens. 21. & 22.*
f *In notatione ad Chronologiam Reg. Francor. Merouear. §. 17. Extat ad calcem Tom. 1. Histor. Episcoporum Leodiens. per Chapeauillum.*

Digitized by Google

atque miracula: memoria eius in benedictione est: eamque 20. Augusti, (quo è vita decessit) colit S. mater Ecclesia Catholica: vt constat ex Martyrologio Romano. In *Herio S. Philiberti Abbatis.*

Item, Vsuardus.

Herio insula, S. Philiberti, *Abbatis; qui post militiam temporalem, Christi tyrocinio mancipatus, Monasteriorum extitit Fundator deuotus.*

Sic Beda, & Ado. *S. Philiberti, Abbatis.*

Martyrologium Benedictinum.

In *Herio insula, S. Philiberti* Abbatis, *magnæ sanctitatis viri.*

Omitto recentiores, aliosque multos authores, quos ad 20. Augusti in *Neustria Sancta* nominatim recensebimus.

Quis fuerit S. Aichadrus, antequam foret Gemeticensis Abbas secundus: visio Angelica cœlitùs illi facta, de nongentis Monachis sibi subjectis in eodem cœnobio: quorum media pars, dulci sopore mortis vocati, eadem die, transierunt ad gloriam paradisi.

CAPVT VI.

I. BEatus *Aichadrus*, ceu *Aichardus*, vel *Achadrus*, Pictauis, nobilibus & piis parentibus ortus, ab ineunte ætate futuræ sanctitatis specimen dedit. Nam sub cura cujusdam serui Dei educatus, infra breue tempus, in omni genere sacræ disciplinæ adeò perfectus emicuit: vt cunctos non solùm præiret scientia, sed virtutum quoque superexcelleret gratia, potens in iejuniis, patientia fortis, humilitate fundatus, cæterarum etiam virtutum fulgore decenter ornatus; etsi tunc foret puer decem annorum. Audito verò *Ansionis*, celebris Monasterij nomine, in quo religiosorum non minima turba, regularis vitæ disciplinam seruabat, eò, jam duodennis factus, properare voluit: vbi coma capitis deposita, jugum Christi suaue suscepit. Nec Christus lucernam suam sub modio, diu latere passus est: nam cæci, & claudi, variaque molestia depressi, monitis Angelicis ad eum ire jubentur; à quo celerem reportarent salutem. Iam 20. annorum cursum expleuerat adolescens, cùm ad altiorem perfectionis modum aspirans, monasterium *Quinciacum*, jam à S. Philiberto, Gemeticensi Abbate in honorem S. Petri cœptum, sibi elegit inhabitandum: quod & paternis sumptibus, & proprijs expensis, ampliauit, perfecit, & S. Mariæ Virgini, Deiparæ, dedicandum curauit ab Episcopo Pictauiensi *Ansoaldo*: cui & Abbas præfuit. Vndè postea, ab eodem S. Philiberto, euocatus, de licentia eiusdem Diocesani Pontificis, & consensu Monachorum, ad regendum Gemeticense cœnobium ablegatus est: fuitque illius loci secundus Archimandrita. [a] Ex quibus erroris arguitur Ordericus; dùm agens de fundatione Abbatiæ Gemmeticensis, per S. Philibertum Protocœnobiarcham: subdit: *cui, post aliquot annos S. Aichadrum (quem de Herio Monasterio assumpserat) præposuit.* [b] Nusquam enim S. Aichardus fuit *Herij* cœnobij Monachus, sed *Quinciacensis* alumnus: corrigendæ etiam Antiquitates MSS. Norman. pag. 119. & 223. dantes S. Philiberto S. Leodegarium successorem ac postea D. Aichardum.

II. Vnum autem de eo singulare referam: quod valdè confert ad commendationem ipsius, tum S. Aichadri, tum cœnobij Gemmeticensis: iuxta Fulbertum ita loquentem. „ *Multa* sunt huius viri, & admiranda gesta, atque ad ædificationem po-

a Fulbertus. Surius. Reuerendus benedictinus [illegible] Ribadeneira in vita S. Richardi Abbat. 15. Septemb. Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedict. Centuria 3. ad ann. 684. cap. 7. Caralis. Tom. 5. Hierarch. Neustria Gallia Christiana. In Abbat. Gemetic. & alij. In Neustria Sancta ad 15. Septemb.

b Ordericus lib. 5 ad ann. 1080. sub S. Audoeno Archiepiscopo Rothomag.

,, sterioruṁ vtilia; quæ dùm miseræ vanitatis vitabat jactantiam, ne ad hominum
,, notitiam peruenirent, perpetuo studuit commendare silentio. Quæ autem, vel
,, fama referente, vel etiam virorum illustrium authore testimonio, ad nos vsque
,, peruenere, ne hæc quidem vniuersa stylo comprehendere possumus: verum
,, vnum, vnum, inquam, stupendum quidem relatu, sed memoria dignum refero,
,, ex quo vir iste sanctissimus, quantus apud summum iudicem sit, indubitanter
,, agnosci potest, vel ad obtinenda quæcumque poposcerit, seu ad exterminanda,
,, quæcumque vitauerit.

,, *Quadam* die, intra cellulam, in qua familiare contemplationis secretum age- III.
,, re consueuerat, solitarius residebat, vbi hæc ipsa, quæ eum vrgebat, sine ces-
,, satione, cura super grege Dominico, tunc quoque animum ipsius cœpit vehe-
,, menter agitare; quòd viribus exhaustis, veterana ætas ad regendam tantam
,, Christi familiam, jam sibi sufficere non videbatur. Erat sanè sicut Textus vitæ
,, B. Philiberti commemorat, qui in loco eodem præcesserat, nongentorum Mo-
,, nachorum. Quod sanè, nulli mirum videri potest. Nam patris huius egregia
,, fama, & loci circumquaque effusa religio, de remotis terræ partibus, homines
,, velut apes, ad mellecastra, conuersionis amore, ad hunc vnum locum attraxe-
,, rat. Dùm ergò supra vires vnius hominis sibi inesse negotium considerat, hæret
,, incertus animo, quam in partem pronior inclinare se debeat. Nam multi eum,
,, ea tempestate, à labore desistere, & ad tranquillam sedem quietis suadebant eli-
,, gere: quod ille alto consilio respuerat, dicens, illam boni operis victimam ne-
,, quaquam ante oculos interni iudicis placere, quam finis boni non approbat cō-
,, summatio: quod in lege, caput & cauda, auferri iussa, præfigurant. Alij autem
,, intollerabilem multitudinem, in breuiorem summam redigi hortabantur:
,, & hoc quoque vehementer deuitabat, clamans huiusmodi hortamentum de
,, cœlo nequaquam inspiratum, vt sacræ familiæ numerus dirimendo minuatur,
,, qui Angelici ordinis formam, vel ipsa muneri similitudine, præ se ferre vide-
,, batur. Nam Centenarius nouies multiplicatus, qui aliud videtur innuere, nisi
,, vt ita dicam, illos ciuium supernorum nouem ordines, ad quorum societatem
,, ipsa numeri, Tetragona forma præsentē familiam inuitabat? Hac interna specu-
,, latione animatus vir Domini, quālibet senio perfractus, aduersū se semetipsū eri-
,, gens, tanquā conjurationē init, & de infirmitate virtutē de imbecillitate constan-
,, tiā, exerit; ne sacri collegij beata Societas, nisi Christo vocāte, sūmē potentis nu-
,, merū amittat. Nam, & cū aliquando corporis incommodo traderetur, paterni
,, zelo amoris, vincebat corporeæ molestiā passionis: in quo, illud animaduerten-
,, dū, quòd qui lāguentibus alijs, potenter medelam præstare consueuerat, seipsum
,, curare penitus refugeret; quia dū flagella Dei libens plectabatur, gaudebat vbe-
,, rius, de verbere Dei humiliari, quàm de virtutum potentia gloriari. O nostra
,, in hac parte infœlicitas! quibus si magnum aliquid egisse contigerit, mox ad
,, populares aures, & publicas stationes, efferri gratulamur: nihil tunc, quod egi-
,, mus arbitrantes, nisi à vulgi opinione, nobis Apostolici meriti nomen acquira-
,, mus: illud cæcis oculis malè intuentes, quod signa & prodigia, etiam pecca-
,, tores, in nomine Domini facere videntur; sed nos ad propositum redeamus. e

e *Balbertus* [illegible] *in vita S. Aicbadri. Apud Surium cap. 17.*

Porro, vir Domini, cùm per spiritum intellexisset, vitæ sibi terminum immi-
,, nere, timens, ne grex Dominicus post mortem suam, rursus mundi illecebris IV.
,, irretiretur, petiuit à Domino, vt hos corporeo vinculo absolutos in pace susci-
,, peret; aut si pro ouibus suis inter mundana discrimina, aliquantulum eum la-
,, borare juberet, ipsa quauis consilij sui prouida dispensatione, tanti oneris sar-
,, cinam alleuiaret. Nec multò post, solè occidente dies clauditur: illi ad reficien-
,, da somno corpora, in dormitorium se contulerunt. Quos pater venerabilis, post-
,, quam omnes consignasset, & ipse delectabili sibi stratu cilicino accubuisset, rur-
,, sus curæ prioris stimulantes aculeos abjicere à se nequibat, donec diuinæ psal-
,, modiæ cursu arrepto, curas mordaces, tali ventilabro abigere à se videbatur:
,, cùm inter agendum oculos ad meridianam plagam intendens, vidit Angelum,
,, miro aspectu & habitu coruscantem, virgam manu gestantem: Alterum verò ex
,, aduerso stantem teterrimum, qui flammantibus oculis, igneas emittebat scin-
,, tillas, aliàs sanè monstrum horribile, & deforme, quale ad puniendas animas
reorum

rorum, figmenta poëtica depingunt. Cui prior ille; Quid tu, inquit, immunda bellua, seruorum Dei habitacula, insidiatus subintrasti? Nunquid tuum esse aliquid hic arbitratus inuenisti? Quid tibi & familiæ Dei? Nulla tibi licentia ad percutiendum datur hic, aut potestas. Ille è contra; si, inquit, annales veteres & modernos inspicis, quæ fuit ab initio gens vlla, sortis nostræ ditione adeò libera, vt in ea licentia nobis operandi potestas vlla deesset? Nam primi terrigenæ, quid fraus nostra valeret, experti sunt. Sed, vt plura sileam, nunquid non gens Hebræa denos septies annos captiuitatis deplorans, nostræ dominationis sensit injuriam? Enimverò, quis fuit Dux, & totius feralis consilij architectus, quando in atrio Caiphæ, mors Christi tractabatur, quis fuit, inquam, nisi ego? in iustam sublimibus causis, quod meum erat licuisse, non defuit: & nunc à loco isto, & familia, ne aliquid mihi liceat, ejiciar? non igitur, sanè, hinc taliter abscedam, vt non quouis modo, imminentem transmigrationem studeam perturbare. Ad hæc S. Angelus Dei, dixit: Quid tu nequissime Christum hic numerare præsumis? Aut quid tu nefarium consilium in morte ipsius concitasse gloriaris? Nam mors Christi tibi ademit mundi Imperium. Mors Christi, vita est credentium; sed tibi, & principi tuo æternale supplicium. Quod verò in primis terrigenis nocendi accepisti potentiam, inobedientia promeruit: qui concessa arbitrij libertate, dum male abusi sunt, extorres à paradisi delicijs, & immortalitatis gloria nudati, indigebant Christi morte reparari: tu in hac parte nihil tuum inuenies hic, in quo fraudis tuæ nequitiam exercere tibi liceat: quia in istis obedientia, in istis humilitas, in his charitas regnat: quæ talia merentur vitæ præmium, non exilium. Quod autem de Hebræorum captiuitate susurras; in illis præuaricatio meruit exterminationem, exterminatio captiuitatem, captiuitas confusionem. In his verò, quia non præuaricatio, sed legis Christi obseruantia; non offensio, sed obedientia; non inuidia sed charitas regnat: idcirco transmigratio, qua vocantur ad præmia, non erit illis ad confusionem, sed ad remunerationem: non ad Babylonem, sed ad Hierusalem cœlestem: non sub Chaldæorum Rege, sed sub cœlorum Dominatore. Ad hæc insidiator malignus ait: Ergo hinc ego inanis abibo? Respondit Angelus, dicens: Non sic abiturus es. Habebis hic ministerium, illis quidem fructuosum, sed non tibi proficuum: illis ad expiationem, sed tibi ad confusionem. Ad hæc, ille; Nunquid ego his, aut vllis christicolis debitor sum ad salutem? At ille, in hoc, inquit, debitor es, quia si quid in eis est, quod resecari debeat, horrore visionis tuæ purgabitur. Ille è contra; Abeam, inquit, hinc inanis potius & deceptus, quàm ex visione mei, medicinale Antidotum illis terror infundat. Hæc inter se illis altercantibus, verba singula vir Domini captans, terrore simul & gaudio concutiebatur. Cui propius Angelus Domini assistens ait: Tu frater, de his, quæ audisti, & vidisti, ne terrearis, sed potius constans esto, & viriliter age, quod cœpisti: quia exaudita est deprecatio tua. Nam in proximo est horum fratrum vocatio: sed & nomina eorum scripta sunt, in ordine eorum, qui sequuntur Agnum. Tu ergò primo diluculo conuocatis ad te omnibus, edicito, vt internas mentium conscientias per confessionem funditus exhauriant, & quantum superest diei, pœnitentiæ se arctius submittant: dehinc sumpto corporis & sanguinis Dominici viatico, sollicite vocationis horam, expectent, parati ad cœnam Agni venire. [b]

V. Hinc vir Dei: qui sunt, hi, inquit, & quanti ex familia, qui vocantur? Et Angelus; media pars horum (inquit) jam ad hanc expeditionem ascripta est, & hi ex nomine, quos hac virga designari mox considerabis. Tu diligenter animaduerte; & hos nominatim jube mox esse paratos. Hinc vir Domini; si, inquit, isti vocantur ad Regnum, quid non exeo cum illis? Cur pater filijs consocius non procedit? Ego igitur senex, & viribus exhaustis impotens, quo vsque ad laborem, & ærumnosam vitam, post hos reseruar? O si me ex luteo isto corpore dissolui expediet, & esse cum Christo! O si me cum meis fratribus his exire, & ad beatas sedes patriæ cœlestis venire donetur! Ad hæc illi Angelus: venies quidem venies, sed non modo: venies, sed non injussus, & nisi vocatus. Superest tibi adhuc in vinea domini laborare aliquantulum, & lucrari Deo animas, quæ nondum se satis ad cultum diuinitatis applicuerunt. Quas cùm perfectè elimatas

b Ibid. cap. 19.

ad Christi horrea emiseris: tu quoque cum multiplici fructu, in senectute bona, plenus dierum migrabis ad dominum. Et quæ putas, tunc erit tibi lætitia, cùm videris tibi obuiam venire cum psalmis hos ipsos, quos ante præmiseris? Ibi erit tibi & illis communis de alterutra beatitudine lætitia. Tu ergò ne molestè feras; si his ad præmia euntibus, tu interim ad laborem reseruaris. Nec tibi labor ingratus esse debet, cui præmia majora succedunt; maximè, cùm alter, nec coronam tuam surripiet, nec tibi tua præmia descrescent; quin potiùs, vbi singuli horum, propriam mercedem laborum accipient, tu cum singulis, & præter singulos, remuneraberis. Hi enim sunt fructus certaminis tui; hi manipuli, quos mittis ad aream Christi. e

e Fulbertus cap. 19. sup.

Ecce, quæ dicta sunt tibi, memoriter tene; & quæ nunc ago, diligenter intuere. Nam, quos tactu virgæ hujus attigero, hi sunt, qui vocantur à Domino: quos verò pertransiens intactos relinquo; hi reseruantur ad tempus vocationis suæ. Hæc fatus, fratres placidæ quietis somno affectos, aggreditur; & coràm deambulans, alios tangebat, alios prætereiens, reseruabat. Quæ omnia vir domini sollicitè intuitus: horum, qui vocabantur, nomina memoriter in pectore recondebat. Vt autem deambulatione expleta, Angelum sanctum, vir sanctus abire æstimauit, clamabat ad eum, dicens: si nos hinc abiturus ita relinquis Domine, quem familiæ tuæ custodem in his relinquis? Aut quod ad officium, exterminatorem hunc nobis residere maluisti? Cui Angelus: ne verearis, inquit, à facie eius: Nulla ei in hac Christi familia ad nocendum data est potestas, præter quòd animabus & corpore exituris, visio illius expiabilem terrorem incutiet; vt si in eis aliquid est, quod resecari debeat, vel horrendæ illius visionis terrore expietur. Sed neque ego locum istum ex die, qua fundandi sumpsit exordium, deserui, nec desero. Ad hæc dicta, continuò disparuit. Ille autem, qui procul spectabat, spiritus horribilis, vt vidit sibi sublatam nocendi potentiam, tristis ab eo abscessit & confusus. At noctem illam vir Domini totam insomnem ducens; prima luce fratres in auditorium collegit. Quibus circumsedentibus, & de incerta causa quærentibus, pater affabilis cœpit ab eis sciscitari, si quid nocte illa vidissent, vel audissent. Cui respondentes, alij dicebant vidisse se tanquam Paschali festo procedere ad Ecclesiam, inæstimabilis altitudinis arce fundatam, gemmarum multicoloria varietate pulchrè distinctam; Alij referebant audisse fratres ad cœnam magni principis inuitatos, cum quibus & ipsi procedere optabant: sed is, qui illos vocauerat, dicebat istis; ne ad præsentem cœnam exire deberent injussi, deberent potius modicum tempus sustinere, donec militiæ suæ cursu peracto, & ipsi ex nomine vocarentur. f — VI.

f Ibid. sup. cap. 20.

Hinc vir domini, paulò silentium tenens intra se, tandem altè suspirans, ait: Non sunt hæc fratres mei, vana somnia, nec illusio phantastica, sed sunt certi mysterij documenta, quæ vobis nouæ transmigrationis proprietatem, propè diem pronuntiant affuturam: vobis, inquam, quos de ærumnis hujus sæculi, ad supernam Hierusalem, Paschali transitu, prædocent, euehendos; vt ad cœnam magni illius principis, & æternum conuiuium cum electis suis discumbere, & donis cœlestibus vberius perfrui valeatis. Ne autem vos super hoc mysterio suspensos teneam, qui Paschalis lætitiæ festum acturi, ad montem procedere videbantur, hi sunt, quos præparari diuina vocatio jubet: vt de ergastulo carnis emigrantes, in superna cœli arce, lætum Pascha cum ciuibus cœlestis Hierusalem concelebrent. Qui autem ex vobis residere ad tempus jussi sunt, ne ad instantem cœnam ire debeant; hi sunt, quos adhuc in hoc mortali corpore retineri jubet, donec carnis tentamina plenius euincant, & contemplationis arcem comprehendant: & tandem superatis hostibus, ad palmam cœli emigrabunt victoriosi. Quare, agite, fratres mei, & filij charissimi, vtcumque pigra inertia huc vsque vestri immemores & somnolentos vos effecisset, nunc tamen hora est jam vos de somno surgere, & instantem vocationis vestræ exitum subsidijs auxiliaribus præmunire: ne quid in vobis pars aduersa inueniat, quo cursum vestrum præpedire, aut à beatæ regionis sede, vos valeat auertere. Proindè, acceleranda vobis sunt medicinalis pœnitentiæ remedia; & tantò instantius in lachrymis & confessione, quærenda, quantò inducijs præfinitis, nulla supersedet sedes resi- — VII.

Digitized by

dua, præoccupemus igitur faciem, quam offendimus, judicis magni; vt sicut Niniuitarum veteres offensas triduana lamenta expiarunt, ita continuatis triduo jejunijs, errata nostra expiantes, nos ipsos domino in cinere & cilicio, mactare festinemus: quatenus animas, ab omni corruptionis labe emundatas illi reddere valeamus. Iam Fratres aliquantulum turbati (necdum enim illis vir Dei visionem exposuerat) cœpere sciscitari ab eo; quid hæ induciæ, quid portendere toties repetita vocatio. Quibus ille, ne manerent vltra incerti, ex ordine, cuncta, quæ viderat, exponit. Tum verò videres homines, tanquam alto vulnere sauciatos, in planctum erumpere, cum luctuosâ hujusmodi quærimonia: Quid audimus, dominator Domine, quid audimus? Heccine nobis instat inaudita calamitas? siccine nos rapit mors repentina? O rerum summe Deus, nunquid tuo sic judicio præfinitum esse constat, vt ex vna familia, tot repentè funera efferantur, & mater Ecclesia, tot filijs orbata remaneat? Enim-vero, si est hæc ira furoris, quæ scelerum nostrorum exiget vindictam; aut certè magnæ pietatis gratia, quæ nos de ærumnis vitæ mortalis ad requiem transferri jubeat; nos quid sumus domine, qui te in causam vocare debeamus, aut quare hoc facias, quærere habeamus? Sit, sit, potius domine libera tibi in omnibus, quæ agis potentia, & si leniri non potest, de nobis præfinita judicij censura; *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Sit nobis fas, vel sub ipsa mortis expectatione, optare à te celerem peccatorum indulgentiam, qui potens est sub hora multi temporis reparare negligentiam: dum nimirum pœnitentia apud te, non tempore annorum pensatur, aut mensium, sed profunditate luctus & lachrymarum. *Ibid. cap. 21.*

VIII His dictis, quis, obsecro, tam saxeum pectus haberet, qui se à fletu & lachrymis continere potuisset: cùm videret famulos Christi in terram prosternere, corpora nuda virgis cædere, pugnis conscia pectora tundere, culpas voce lachrymabili damnare? nec minus erat videre proprios lectos, ne quid furtiuum inter paleas lateat, penitus euertere, tanto adeò studio: vt si pilus cilicinus inueniatur, mox coram fratribus, in medium proferatur. Sed neque hoc sibi impunitum transire optabat, is, qui attulerat. Sic sancta illa Christi familia vniuersa, in luctu & amaritudine persistens, superuenturum diem expectabat. Flebant isti, quòd fratres charissimos amittebant, illi quòd ab istis separabantur: & tamen dolendi affectus istis & illis æqualis esse non poterat, dùm illi vocantur ad præmia, isti ad laboriosam militiam retinentur. Sed quis dicere sufficiat, quantæ se pœnitentiæ asperitate, alias effecerint, cùm totum illud triduum, atque etiam quartum, expectati sui exitus diem, absque vllo corporeo alimento transegerint? Etenim, cui poterat delectare ciborum refocillatio vlla, vbi ad protelandum vitam, cibi comestio nulla suppetebat? Et iam quarti diei aurora illuxerat, & fratres vniuersi in Monasterium conuenerunt: Diuini Sacramenti percepturi viaticum. Qui vt Missam Dominicam, & Sacra mysteria expleuerunt, à Beatissimo Patre suo, absolutionis sacræ pignus extremum acceperunt. Dehine Sacramentis cœlestibus communicati, pacem sibi osculantes dederunt: sicque in capitulare sessorium se, subsequente patre, contulerunt. Ibi se, suasque animas sibi inuicem commendauerunt. Cùm nihil superesset, nisi horam vocationis expectare, vir sanctus singulis habuit custodes, qui obeuntes attentius obseruarent, & exitum eorum diuinis psalmodijs præmunirent. O dignum memoria spectaculum! Etenim ante ipsum animæ exitum, videres facies singulorum, indicibili claritatis specie clarescere, vt nulli dubitandum foret, in eis jam futuræ resurrectionis gloriam, de mutatæ carnis specie demonstrari. Iam hora diei tertia inclaruerat: & ecce pars vna, tanquam somno quietis resoluta, dulci quieuit in pace. Hora autem sexta, pars altera, manibus in cœlum erectis, seipsam domino commendauit; simili modo, hora diei nonâ, pars tertia expirans, obdormiuit in domino: vespere autem facto, subsequenter pars, quæ residua erat, facta oratione, spiritum reddidit. Nos sanè fœlicis hujus transitus horas, non absre, emunerare jure putabit, qui hos, de quibus loquimur, corporis Christi vera membra esse crediderit: qui caput suum sequentes, hora, qua Christus ad passionem ductus est, & qua crucis sustinuit patibulum, & qua etiam spiritum emisit, im-

,, mò, qua sanctum corpus eius, sepulchro tumulatum est, ipsi quoque terræ corpora beatas Christo animas reddiderunt. Nec illud quæri opus est; quantam obseruantiam circa exequias defunctorum, hi, qui remanserant, exhibuerunt. Instauratur per octonos dies, celeberrimo cultu, sepultura sanctorum. O fœlix locus! ô Tellus, ô ager pretiosus! tot beatorum corporum thesauro ditissimus! Nescit apprætiare humanum genus, quanta in te virtus, quàm salutaria mentis & corporis medicamenta in te lateant, si fides exigat. g

g Ibid. cap. 11.

B. Aichadrus, dulci allocutione, filiorum delinit dolorem, super recessu fratrum suorum ad gloriam: & ipsemet postea, proinde etiam animi mœrore confectus, consolatur ab Angelo: qui illi prænuntiat diem obitus sui vicinum: ad quem, expeditè se parat; superstites alumnos, blanda exhortatione confortat: & denique fœliciter obdormit in Christo.

CAPVT VII.

NVlli dubium est, quin ex absentia tot virorum sanctorum, alij superstites, aliqualem non senserint dolorem: maximè cùm incolatus eorum super terram esset prolongatus; sed haud illis defuit è vicino consolator egregius, nimirum S. Aichadrus, omnium pater amantissimus, qui presto illis adfuit, interiorem animi ipsorum sic deliniens mœrorem: iuxta Autographum. ,, *Expletis autem* (inquit) sacræ sepulturæ diebus, suggestum est B. Aichadro, de quibusdam fratribus, qui se inconsolabili dolore afficiebant, quòd defunctis superuexissent. Quorum alij morbo, alij senio, affecti, ingratam vitam suspirantes, dicebant se longè esse à memoria Dei: alij à primæua ætate, Christi militiam assumpsisse, & nec inter extremos consortes, mercedem recepisse: alij longa carnis tentamina tolerasse, carnem in vigilijs & jejunijs prolixis maceras- se, & tanto se tempore à Regno differri condolebant. Quæ cùm venerabilis pater audisset, jubet fratres coram se adduci, & moderata eos increpatione coercuit in hunc modum. Stulta, inquit, hæc est, fratres, quam de vobis, audio, querimonia, & vereor, ne, dùm vobis consulere quæritis, Deo contrarie inueniamini: & vndè ad præmia festinatis, indè à præmijs longè efficiamini: quasi & nos quoque si esset ratio, non idem optaremus. Quis enim animam suam nolit ex isto corpore mortis, si liceat, absolui? sed non licet absoluere, nisi ei, qui ligauit. Naturæ vinculo anima conjuncta est corpori: sed quis Author naturæ, nisi omnipotens Deus? Et quis hoc animæ & corporis nostri Deo complacitum contubernium interrumpere, aut dissociare audeat? non quia vos ipsi propria manu vobis mortem inferre velitis: sed quia vnum quodammodo esse videtur, & vitæ finem optare, & mortem sibi accelerare. Sed quis à Domino suo depositum sibi ob custodiam, thesaurum, antequam reposcatur, eijciat? nonne is graui pulsasse injuria Dominum suum condemnabitur? Dei possessio sumus, Deo seruitium debemus: quasi serui expectemus imperium, quasi fideles depositum custodiamus. Non recusemus vitæ istius munus, quod dedit nobis: non refugiamus donum cœleste. Ab ipso accepimus, quod sumus; ipsius quoque debet esse, vt quamdiu velit, simus. Vtrumque enim ingrati est; & citiùs discedere, quàm velit, & diutius viuere velle, quàm velit ipse, qui vitam donauit. Reuera, qui animas corporibus infudit, non erit piger, non erit ad repetendum immemor; cùm repetere ei depositum placuerit. Numquid ante festinauit Abraham, quàm audiret: Exi de terra tua, & de cognatione tua? Numquid ante ascendit Moyses, quàm diceretur ei: Ascende in montem *Abarim*? sed, ascende, dictum est, & ascendit; & mortuus est quasi bonus seruus, qui expectaue-

,, rat

,, rat Domini ſui præceptum. Enim verò, quid intereſt, vnumquemque noſtrum
,, ſibi manus inferre, aut vitam ingratam velle, ſuperuentu mortis abrumpere?
,, Deus omnipotens theſaurum, vt dixi, nobis optimum dedit, atque incluſum in
,, hoc vaſe fictili; & conſignatum commiſit nobis cuſtodiendum, quoad placeat
,, ipſi repoſcere. Nonne vtrumque crimen eſt, & reijcere depoſitum, non repoſcen-
,, te eo, qui dedit, vel repoſcenti negare? ſi hominis depoſitum abijcere, infamiæ
,, eſt, quantò magis reijcere depoſitum Dei? ſed quærelarum ſatis ſit. Audio quoſ-
,, dam noſtrum fratres aſſumptos nimis ægrè tuliſſe: quibus & ego dico, infanti-
,, lem hanc eſſe moleſtiam. Non enim amiſiſtis fratres: ſed præmiſiſtis interceſ-
,, ſores. Diuitibus ſæculi mos eſt, quando in hoſtem mouent, aut ad curiam Re-
,, gis proceſſuri ſunt, ante ſe viros induſtrios præmittere: qui hoſpitales caſas, &
,, cœteros, qui ſunt neceſſarij, apparatus ſtrenuè procurare feſtineat. Ita & vo-
,, bis quandoque egreſſuris, gratum vobis eſſe debet, tales viros à ſæculo vos præ-
,, miſiſſe; qui interim, & apud ſummum principem vobis ſint placidi oratores, &
,, in quibus vos ſuſcipiant poſtmodum, ſydereas præparent manſiones. Neque
,, enim æmulos veſtros miſiſtis, qui vſurpent præmia veſtra: ſed qui ampliora ef-
,, ficient beneficia veſtra. Nolite ergò indignari, quòd juniores vos præceſſe-
,, runt: ſed inſtanter elaborate, vt vel ſerò cum junioribus, aſſumi in regno cum
,, junioribus mereamini, ſcientes, quia ante patres antiquos paradiſum latro in- a *Fulbertus cap 13. ſup. Apud Surium.*
,, troiuit. a

II. Et hæc quidem optimè enunciata, maximè profuerunt: attamen dolori ſibi
ex tali euentu etiam inflicto, medendum fuit: cùm protinus & ipſe B. Aicha-
drus, ſe ab illa communi mœſtitia haud ſenſerit ſe alienum: quapropter majori in-
diguit ſolatio, qui omnium juuabat pondus anxium, ſicque Angelica meruit viſi-
tatione demulceri: eodem authore teſte. ,, *Poſtquam* (inquit) his verbis fraterna
,, pectora à concepto dolore compeſcuit: ipſe mox de ſe ſibi documentum exhi-
,, buit. Permultorum eſt genus hominum, qui minus ſibi ad conſulendum prouidi
,, ſunt, quàm alijs; & aliorum cauſam longè melius tractare norunt, quàm ſuam.
,, At hic vir ſanctus, poſtquam fratres ad ſoluenda defunctis officia à ſe emiſit;
,, ipſe ad oratorium familiare ſeceſſit. Ibi, de ſic inaudito caſu fratrum, multæ &
,, variæ cogitationes mentem commouere, cùm ſibi ad memoriam redit illa du-
,, dum expetita oratio, quam pro fratribus ipſis tantoperè profudebat: ſuper qui-
,, bus petierat, vt, aut de hac vita ærumnoſa, ad regnum eos Deus prope diem
,, ſuſciperet, aut quoquo modo tanti oneris ſibi ſarcinam alleuiaret. Tum verò
,, audires hominem ſe reum vniuerſorum clamare, ſe ſolum fraternæ cladis, & om-
,, nium interitus authorem eſſe, hominem peſtiferum, hominem morte dignum:
,, non qui criminoſorum aliorum ſimili morte plectendus ſit, ſed qui tantos filios
,, Dei, ſcelerata prece, vitali luce priuauerit. Me miſerum, inquit, vt quid conti-
,, git primæ habitationis pauperem locum deſeruiſſe, vt ditioris cœnobij ſubli-
,, mem thronum appeterem? quem dùm nec ſenſu regere noſſem, nec ad regen-
,, dum melioribus locum præberem, is ego, qui ſubditis iter eſſe debuiſſem ad
,, ſalutem, is, inquam, auctor extiti & Dux ad mortem. Sed ni, ex verbis tuis,
,, quiſquis es, Angele Dei, aſſumptos in gloriam noſſem, optare mihi jure pote-
,, ram, vt pro innocente familia, ego anathema fierem. In hoc ſaltem tu mihi
,, conſcius eris, quòd non, vt interritum eorum optarem, hæc mihi intrat cauſa
,, orationis; ſed nè, ſublato Paſtore, grex deſtitutus, rurſus cœnoſa mundi vora-
,, gine irretiretur, optaui eos melius, in patriam æternæ manſionis aſſumi. Cùm
,, ergò tanta ſe mentis amaritudine, vir ſanctus accuſaret, ecce Angelus Domini
,, aſtitit illi, dicens: quid eſt famule Dei, quòd ſic in luctu, & mentis amaritudi-
,, ne, teipſum cruciare voluiſti? ſi Abraham, vnicum filium ſuum Domino nega-
,, re noluit; tu quis es, qui Deo ſeruos repetenti reddere nolles: An tu judicium
,, Dei immutare tentabis, vt cùm ille vellet milites ſuos ad coronam vocare, tu ei
,, reſiſteres, & velut ille quondam Pharao, aduerſus eum væſano militares furore?
,, Sed eſto, animas eorum à te requirendas arbitraris, pro eo quòd inconſiderata
,, petitione, dùm lapſum eorum metuebas, eos de mundo tolli præoptaſti: verùm,
,, ſuper hac te non te habes cruciari. Non enim fuit zelus odij, ſed paterni inſigne
,, amoris. Nam, etſi tibi hoc, qualecumque eſt, imputandum metuis: lætandum

„ tibi potius est, quòd illi assumpti in gloriam, cum Deo viuunt; & tu importabili
„ oneris fasce leuatus, hos, qui residui sunt expeditius regere, & obseruare vale-
„ bis. Nam, ne super his ambigua te confundat opinio, non erit ingratum Deo, si
„ & hos, qui adhuc supersunt ex hac laboriosa vita assumi in patriam poposceris
„ Veruntamen de eorum assumptione, Dei voluntatem habes expectare, quo ad
„ ipsi placeat, & quo ordine jubeat, hos de mundo transire, & cum fratribus suis
„ in Regno quiescere. Tu verò, quoniam fœlici consummatione militiæ sacræ cur-
„ sum peregisti, quod super est vitæ, dignis operibus, & exemplis salutaribus, im-
„ pende: sciens, quia in proximo est tempus vocationis & remunerationis tuæ. Et
„ hoc tibi signum: hodie noueris tibi superuenire nuntium de obitu fratris & co-
„ Abbatis tui, *Philiberti*, quem Dominus rebus humanis exemptum, fœlici transi-
„ tu de hoc mundo vocauit in Regnum. *b Ibid. cap. 24.*

„ Ad hæc verba Angeli, vir Domini Aichadrus, licet charissimi viri obitu tur- III.
„ batus, tamen de gloria ipsius exhilaratus, ait: gratias ago tibi Domine Iesu
„ Christe, qui me, seruum tuum, per Angelum tuum, consolari dignatus es, vt
„ quem mœror & tristitia de occasu famulorum tuorum effecerat, audita eorum
„ gloria, releuares: insuper, & glorioso transitu patris *Philiberti*, supernus nuntius
„ noua me exultatione recrearet. Postquam verò instante die vocationis meæ mihi
„ innotescere voluisti; hunc precor, hunc obsecro, Deus meus, quantocyus accelera,
„ & debilem senem corporis hujus vinculis absolue: cui nihil est in terra, nisi te
„ desiderare, te concupiscere, qui solus es vita mea, gloria mea, desideriũ meũ, salus,
„ & beatitudo mea. Hos ergò, quibus me seruum tuum præesse voluisti, tuæ, pastor
„ bone, custodiæ commendo: tu eos, Domine, ab immundis spiritibus, & ab om-
„ ni turbidinis inquietudine, defende, nè pars aduersa nequitiæ suæ fraudem ali-
„ quam in eis exercere præualeat. Ita fatus, fratres ad se conuocari jussit, quos pa-
„ terna exhortatione allocutus, ait: Aduertite, fratres, quæ dico. Transiturus
„ ex hoc mundo ad patrem dominus, dùm electos sibi alumnos, præceptis Euan-
„ gelicis informaret: hæc, inquit, *mando vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos:*
„ Et iterum: *in hoc cognoscent homines quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad*
„ *inuicem.* Ego igitur, non dominus, sed seruus seruorum eius, antequam separer
„ à vobis, exemplo cœlestis magistri nostri, hanc vobis semper habendam, hanc
„ firmiter tenendam, præ omnibus dilectionem instituo. Dehinc vos præmunitos
„ esse præmoneo, vt quia humani generis aduersarius locum istum, vt ipsi experi-
„ mento didicistis, incursare non desistit: vos contra nequitiæ ipsius machinamen-
„ ta, summam apprehendite vigilantiam, per quam multiformes ipsius dolos vita-
„ re possitis. In hoc versutiæ ipsius consideranda sunt vestigia; vt quem vitiorum
„ oblectamine non potest subjugare, hunc falsa virtutum specie decipere conten-
„ dat. Ad hujus refellendas igitur insidias, apprehendenda est vobis illa, qua ele-
„ ctos suos dominus armauerat, serpentina prudentia: vt dùm vobis jactantiæ pe-
„ dem injecerit, intra vosmetipsos cogitate, quia superbia de cœlo Angelos, &
„ homines de paradiso dejecit. Si vobis inuidiæ virus, aut odij, infundere tenta-
„ uerit: mementote, quia inuidia diaboli humano generi mortem infudit. Si vos
„ ad iram prouocauerit; audite patrem vestrum dicentem: *in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Si quem vestrùm de peccato, in desperationis foueam merge-
„ re tentauerit; consideret quàm multos, per pœnitentiam & emendationem do-
„ minus à perditione liberauerit, dicens: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, &*
„ *viuat.* Ipse est enim, qui per prophetam, ait: *In quacumque die conuersus peccator in-*
„ *gemuerit, saluus erit.* Si vobis cupiditatis, aut auaritiæ vitium objecerit; memores
„ estote illius in Euangelio diuitis, & quæ sit illi in inferno causa supplicij. Si ven-
„ tris ingluuiem promouerit; audite Euangelij diuinum mandatum: *Attendite, ne*
„ *grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.* Contra verbositatem tenete Apostoli
„ verbum, dicentis: *Quia in multiloquio peccatum non deerit.* Si fornicationis, aut ali-
„ cujus luxuriæ immunditia vos polluere tentauerit, audite scripturam dicentem:
„ *Quia neque fornicarij, Regnum possidebunt.* Tali itaque armatura Dei assuescite con-
„ tra vitiorum acies bellare: scientes, quia *non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.*
„ Hæc, filij mei charissimi, hæc, obsecro, peruigili mente retinete: scientes, quòd
„ haud longo me tempore vobiscum habebitis. Ecce vos mihi testes estis, qualiter
ab ado-

Digitized by Google

,, ab adolescentia inter vos conuersatus sum. Si qua vos in re, aut verbo, aut praui ,, vitæ exemplo, offendi: ignoscite mihi.

IV. ,, Tali Diuini verbi exhortatione, fratres, per septem dies præmuniens, ædificare non destitit. Septimo verò die, acutis febrium pulsibus, sine intermissione, ,, cœpit vrgeri: atque ita circumstantibus fratribus, ait: jam non vos vltra longo ,, detineo sermone, fratres mei. Nam etsi hucusque contra vim morbi electatus, ,, vobis silere doloris stimulos, intra præcordia furentes, tentaueram; jam, quia ,, dolor ad vitalia vsque prorumpit, dissimulare vltra non valeo. Vnum hoc vobis, ,, præque omnibus vnum denuntio; ne odium inter vos, ille author mali serere, ,, & fraternam pacem rumpere præualeat. Ipsi scitis, quia odium hominem separat à Deo, à cœlo dejicit, à paradiso excludit. Odium nec passione adimitur, ,, nec martyrio expiatur, nec fuso sanguine emundatur. Quam pestem à vobis ,, Deus omnibus auertat. En ego colligor ad patres meos: vos corpus meum intra ,, sepulturam fratrum nostrorum recondite. Hæc locutus, collegit se in lectulum ,, cilicio constratum; & eleuatis in cœlum oculis, spiritum cœlo reddidit, 17. Calend. Octob. Regnante Saluatore, & Domino nostro Iesu Christo; cui est honor & gloria, per immortalia sæcula sæculorum, Amen. [e]

V. Quo autem tempore id acciderit, non omninò constat. Volunt nonnulli S. Aichadrum claruisse ad ann. 680. [d] quibus vltrò assensum præbemus. Addit *Gazetus*, ipsum excessisse è vita, circa ann. Christi 690. [e] Ejus tamen mortem refert Antonius *Yeppes* sub ann. 684. [f] Septembris 15. cùm prius objisset S. Philibertus 20. Augusti, ejusdem anni. Sanè, hos viros sanctissimos, eodem anno, simul ex hoc mundo transisse ad gloriam, possibile non nego: at ann. 684. excessisse vel peruenisse ad ann. 690. probabilissimum, ex præfatis, arbitror. Porrò S. Aichadri nomen veneratur ab Ecclesia Catholica, quæ illi sacros defert honores.

Ex Martyrologio Romano 15. Septemb.

Eodem die Depositio S. Aichadri, Abbatis.

Ex Martyrologio Benedictino.

In cœnobio Gemmeticensi, in Normannia, Depositio S. Aichadri, Abbatis; cujus corpus requiescit Aspris, in Præpositura S. Vedasti.

Ex Molano, in Additionibus ad Vsuardum.

Eodem die, Depositio S. Aichardi, Abbatis.

De eo alij permulti agunt, ead. die [g] quos licebit conspicere in *Neustria sancta*, vbi S. Aichadri gesta, ex integro referenda sunt à nobis: ex quibus perspicuè liquet, quàm longè à vero aberrauerit, quidam Neotericus, S. Achardum sub ann. 609. floruisse scribens. [h]

e Ibid. cap. 25.

d Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. Surius. Lippelous. Ribadeneira, &c. ad 15. Septemb in vita S. Aichadri.

e Gazetus ibid.

f Yeppes Tom. 2. Chronic. Benedictinor. sup. ad ann. 684. cap. 9.

g Ferrarius in catalog. Sanctorum. Myraeus in Fastis Belgic. Saussayus in Martyrol. Gallic. &c. 15. Septemb.

h Petrus à S. Romuald. in Thesauro Chronolog.

B. Hugonis, Gesta conscribit Baldricus, Dolensis in Britannia Armorica, Pontifex: volens ipsum B. Hugonem, Archiepiscopum extitisse Rothomagensem: ac postea Monachum Gemeticensem.

CAPVT VIII.

MVLTA se offerunt notatu digna; B. *Hugonis*, ortum, statum, & dignitatem referentia; quæ inferius duximus discutienda, postquam Gesta ipsius, ex MS. codice, excerpta, in medium protulerimus: quorum narratio ita subsequitur. [a] I.

[a] Ex MS. Codic. Abbatiæ S. Vedasti Atrebatens.

Incipit prologus in vitam S. Hugonis.

Baldricus Dei gratia, Britannorum Archiepiscopus, *Vrsioni*, venerabili *Gemmeticensium* Abbati, ejusdemque loci Reuerendæ congregationi, obedientiam & benedictionem. Omnis materies nullius politoris artificio commendata; minoris apud intuentes est pretij. Aurum enim & Argentum, Ebur & Lignum, marmor & omnegenus lapidum, nulla decusata sculptura, vel politura, quod esse videbantur, duntaxat sunt; quibus si accesserit manus politoris, statim ex pretiosis prætiosiora fiunt. Haud dissimiliter quælibet nobilis historia, nisi vrbanè recitetur, vilescit; nisi disertus eam colorauerit stylus, à nobilitate sua deperit. Cantilenas etiam nisi commendauerit modulatio; lectionem quoque nisi venustauerit scenoritas, & faceta distinctio: ipsa eam deturpat inconcinnitas, & fastidiosa subripit ei vilitas. Euidens est igitur quia tantum in singulis super addita valet Euphonia: quantum in omnibus nocet negligentia, vel imperitia. Vos autem fratres *Gemmeticenses*, Gemma cœnobialis, Gemma laudabilis, humilitati nostræ imperando, & obsecrando injunxistis, quatenùs de conuersione & conuersatione D. *Hugonis*, Rothomagensis Archiepiscopi, viri penè ab vtero matris sanctissimi, aliquid scribam; ex *libello*, *qui* super hoc ab annis & annis conscriptus est, correctoriè censoris oculum adjiciam. *Librum* autem illum, vel laudare, vel liuidare supersedeo, corrigere verò non præsumo: quoniam ad hoc opus & onus, nequaquam sufficio. Beatus siquidem *Hugo*, Regale germen eluxit; & ideò Regali vrbanitate, calamoque Palatino, tanta res deberet præsumi. Nam, quis ego, qui scribam? Quis, inquam, ego, quem nullus color Tullianus associat, qui ad hoc sufficiam? Sed quis ego, qui D. Abbati vestro, vobisque fratribus nostris, & dominis, imò ipsi charitati, non obediam? Totus igitur vester, vobis acquieui: & de Gestis Domini mei *Hugonis*, pro vt potui, paucis absoluam. Forsitan etiam spiritus sanctus dispensauit, quatinus ego Britannorum Archiepiscopus, Normannorum Archiepiscopum, monachus monachum, prædicem; & veritate seruata extollam, & de nobili materia, parum quid excerpam, spiritum autem paraclytum mihi coöperatorem & coadjutorem, ipse beatissimus *Hugo*, precesque vestræ, charissimi fratres, implorent. Amen.

Incipit vita ipsius S. Hugonis Archiepiscopi.

Lecturos, quod de B. Hugone, succinctè digessimus, persuasos, & obsecratos volo, ne nimis inuectim nobis insurgant. Ne simplicitatem nostram violent: qui tanquam præsumptiuus noua de veteribus, elicui, & scriptis eorum velut occlamaui. Scripta illa non diffiteor simplicia; sed tamen scio veracia. Quòd autem illuc manum nostram applicui; charitas & obedientia coegit. Nec ego in scribendis, quæ Deus per D. *Hugonem*, miraculis, operatus est, diutius immoror, cùm tamen II.

men multa sint : sed sanctitudinem ipsius, modumque conuersationis pro vt potero, explicabo. De miraculis autem libando, quasi dissimulabo, quæ possunt fidelibus & infidelibus esse communia : sicut scriptum est, quia se, de miraculis jactantibus, *Nescio vos*, dicturus Dominus. Enim-verò *Hugo*, infantiam & adolescentiam, insuper & ætatem suam reliquam, ita sanctificauit ; vt quo ad vixit, longum martyrium duxerit, inter spinas rosa formosa floruerit, eleemosynis, & jejunijs, lachrymisque suis Roscidus, tanquam suo sanguine purpuratus rubuerit, & nihil, quod religiositati competeret, neglexerit. Nam juxta sui Iesu condictum, crucem suam bajulauit : quo vsque crucifixus, ad Iesum crucifixum migrauit.

III. Quibus autem parentibus Hugonis genealogia processerit, illis difficillimum est ignorare, qui Regũ Francorum prosapiam successiuam (scriptum est enim) curauerunt legere. Inter siquidem Regũ illorum nobilissimam computationem, quidam nobiliũ, nobilissimus emersit, Galliarũ & Italiæ imperator, Carolus magnus, *Pipini* patricij filius, bellis inuictissimus, & tamen incessanter bellicosus: istius Caroli magni exercitus quemdam Bajoariæ Ducem, nomine *Taßilonem*, in quodam conflictu deuicit, & cœpit ; & captum in Franciam, Imperatori præsentauit, quia non sine damno & labore graui, de eo tandem triumphauit. Quem Rex exilio damnatum, vt tamen ei vitam concederet, monachum in *Gemmetico* monasterio, fieri permisit ; qui locus, & tunc, & multò post, magna rerum copiositate, & ordinis rigore, effloruit. *Anstrudem* verò *Taßilonis* filiam thalamis suis Imperator asciuit ; & exindè filium genuit, quem *Hugonem* vocari voluit. Anstrudis autem prædictum liberum suum, tenerrimè dilexit : & suis vberibus educauit, quo vsque jam in anno quarto Regis Caroli, eum delegauit in palatio alendum, & vt filium Imperatoris ibidem salutandum & honorandum, super quem paterno spiritu exhilaratus dominus imperator, multùm exultauit, & infantulum custodiæ fideli commendauit. Puer autem prouehebatur ætate ; & apud Palatinos magna proficiebat gratia.

IV. Tempus affuit, quo puer Regij germinis litteris imbuendus destinari debuit. Mandatum est de eo, qui curam super hoc impenderet, magistro. Adjunctus est itaque Hugo coætaneo exercitui, quatinus libentius vacaret scholis, vt nos est artis litteratoriæ, prima videt elementa : quæ illi præsentabantur in membranula. Nondum quinquennis erat, & jam in isto tyrocinio desudabat. Exercitium autem illud vltra collegas suos, haurire videbatur : & in ejus pectusculo, tanquam in mollicera, formabatur, quicquid inuehebatur. Erat siquidem animus eius miræ capacitatis, & tenacis viuacitatis, & vltra tempus infantile, industriæ sagacitatis : non tamen sine Magistri ipsius admiratione ; qui jam aliquid magnum auspicari cogebatur de Hugone. Iam quoque spiritus sanctus aliquid præsignabat in puerulo ; quod olim Galliarum profuturum esset omni populo. Transcendebat siquidem ætatulam puerilem : & anticipabat magistri solliciti curiositatem. Nec tantum erat in litterarum perceptione laudabilis ; sed jam aliquatenus facundus erat in colloquijs. Redimebat aliquando Magistrum suum, promissis, & quibusdam hortationibus ; quatinus insisteret magis sedulus super eum, studijs scholaribus. Iam enim videbatur agere septennium ; & tamen vltra septennis agebat tyrocinium.

V. Audiuit Rex hujuscemodi de filio, neque si quidem genitoris animus, à primogenito suo diu poterat esse longinquus ; cumque ad se deductum complexatur, & deosculatur, & de tam tenelli infantuli sagacibus responsis admiratur etiam, quod magnum quid in200 filioli pectusculo latitaret. Præter enim perceptionem doctrinæ ; venustabat eum quædam honestas vitæ. Neque siquidem jocis puerilibus assidebat, neque spectaculis Regalibus inhiabat : sed pedetentim ad prouectiora maturabat. Imperator de filij sui gauisus indole, ad Ecclesiam Beatissimi *Dionysij*, eum direxit ; quatinus ibi inter seruos Dei educaretur & doceretur, prospiciebat siquidem Rex filio suo vtile : vt ibi nutriretur, vbi nulla mali theca macularetur. Susceptus est in scholis : & accuratè alebatur filius Regis. Tantò autem videbatur capacioris ingenij : quantò & altioris erat sanguinis. Nec propter Regalem celsitudinem dedignabatur disciplinam : sed deditus scholæ, subditus erat & ferulæ. Diligebat quippe virgam : quo facilius assequeretur disciplinam. Nam nullo mens eius inflabatur supercilio ; pro eo quod erat oriundus germine Regio. Putares illum in-

ter conſcholares vnum de inferioribus ; quia nullatenus extollebatur profublimibus vtriuſque parentelæ diſcurſibus. Magiſtros & condiſcipulos ſæpè numero matutinus præueniebat : vt planè daretur intelligi in tam ſtudioſi diſcipuli nouitate, diſcipulatus nouitas. Nam quicquid audiebat pectore ſitibundo vltra humanum ingenium ſibi rapiebat ; & de paucis multa conjiciebat. Erubeſcebat enim non mediocriter, ſi vnquam otioſus inueniretur. Mirabantur enim Magiſtri, mirabantur omnes ; quoniam nec admirari non poterant, quid talis & tanta litterarum abyſſus portendebat. Ipſe ſiquidem Magiſtros ſuos precibus per ſe redimebat, vel quouis pretio conducebat, ſeu etiam compellebat ; quo lectionibus inſtarent, ipſumque famelicum quoquomodo ſatiarent. Erat igitur de eo multus, & frequentiſſimus ſermo: interim ad annos quidennos Hugo pubeſcebat, & prouehebatur: & Ciceronis, Varroniſque libris decurſis, jam in alijs cogitationibus verſabatur in eius pectore, quàm olim conceperat, Dei dilectio ; & ex inſtabat iſtius conceptionis parturitio. Nolebat amplius occupari garrulitatis ſophiſmatibus ; ſed de cætero vacare deliberabat diuinis occupationibus.

Subintrauit autem eius animum huiuſmodi cogitatio, quatinus ad Apoſtolorum limina properaret, ipſorum fulciendus patrocinio : Dignum ſiquidem autumabat, tantis doctoribus prius ſuũ propalare deſideriũ : quos principes nouerat Apoſtolorũ omniũ. Decernebat etiã ſibi magiſtrũ aſcribendũ, petri, immò Dei ſpecialẽ Vicariũ. Arbitrabatur etenim voti ſui promereri quodlibet incrementũ, per ipſos Senatores ; qui totius Apoſtolatus obtinuerant principatum. Accepta igitur à Magiſtro ſuo ad Palatium redeundi licentia (magiſtris quippe ſuis ſemper ſubditus eſſe volebat) venit ad patrem : vt ei confiteretur voluntatem. Alacri vultu ſuſceptus eſt, & cum Clericis Palatinis aliquantulum conuerſatus eſt. Die quadam, ad Miſſas clerici ſuſtinebant Imperatorem, & interim, vt aſſolet, de quibuſdam Diuinis, ambiguam habuere confabulationem. Dixit vnuſquiſque quod ſentiebat; nec tamen quilibet ad ſententiæ medullam, pertingebat. Audiebat Hugo vniuſcuiuſque taciturnus ſenſum ; nec redarguebat iſtum vel illum. Elationem vitabat, dùm nondum rogatus, ſilebat. Tandem ad illum peruentum eſt : & ab illo reſponſum quæſitum eſt. Pendebat ab ore ſermocinantis : & admirabantur prudentiam exponentis. Non videbatur enim loqui ore hominis : ſed loquebatur tanquam plenus ſpiritu Dei. Placuit igitur omnibus. Nec defuit, qui de filij prudentia patri nuntiaret : ſuper quæ in immenſum gauiſus eſt. Extunc Carolus magnus cœpit eum habere chariorem : eique majorem à ſuis lateralibus impendi decernebat honorem. Ex tunc vocabat eum familiariùs : etſi grande quid emergebat : audiebat eum attentius. Dedit ei tunc Imperator in duabus Abbatiis, omnia ſua Regalia, *Resbacenſem* videlicet locum, & *Crucem S. Audoeni*, villas videlicet perpulchras, & ad eius redditum opportunas. Cognouit etiam quod Romam proficiſci diſponebat, quod ſtatim ei conceſſit : & euectiones, quæ Regis filium decerent dapſiliter præparauit. Scripſit etiam *Leoni*, Papæ venerabili, quatinus Hugonem ſuſciperet, provt competebat filium Imperatoris. Erat ſiquidem ei chariſſimus, & omni acceptione dignus. Si quid etiam Hugo à Papa poſtularet ; mandabat Rex, quatinus ei indifficulter impertiret ; diligeret ipſum paterno affectu, & in omne bonum confirmaret eum charitatis affectu. VI.

Iam verò, qualem ſe conuiatoribus ſuis exhibuerit, quàm jucundum, quàm dapſilem, quàm benignum, quàm omnibus indigentibus magnificum ; quàm ſobrius in conuiuijs, quàm indigus ſibi inſeruierit, quàm affabilis fuerit, quàm rarus in verboſitate, quàm ſedulus in oratione, & pernoctatione, non eſt noſtrum edicere ; quia non omnia poſſumus omnes. Vbi quoque Romam ventum eſt, quàm ſingultuoſas lachrymas immolauerit, quanto mœrore ſe in auribus Dei, & B. Petri affecerit ; ipſe nouit melius, cui ſe totum vouebat, bonæ indolis juuenculus. Putares illum carne præmortuum ; tanta ſoliditate deoſculabatur ſolum. Commendabat ſe ſuppliciter omnium ſanctorum patrocinijs : in quorum conuerſabatur domicilijs. A Domino Papa tandem Hugo ſolemniter excipitur : & in omnibus tanquam Regis filius, honoratur. Alloquitur alter alterum ſpirituali jucunditate, ſeque ſibi communicant reciproca viciſſitudine. Inter alia piæ confabulationis colloquia, Hugo Domino Papæ ſecretum ſui pectoris deſiderium ape- VII.

rit: & de se clericando delegit. Audit Papa juuenis voluntatem; & dubitat, an ipsius debeat fauere petitionibus. Veretur Imperatorem in vtroque timet enim, si Rege inconsulto, filium tondeat; identidem veretur, si filij Regiam voluntatem offendat. Ascendit tandem in cor Apostolici, quia melius erat juueni acquiescere, vbi Deo seruiretur: quàm tantam rem negligere, vbi Deus offenderetur. Regem post offensam prouidebat sibi reconciliandum: si duntaxat Deum promereretur propitium. Et adjecit: Rex per cartas suas nobis mandauit: quatinus in omnibus filij sui satisfaciamus voluntati. De Tonsura, non expressit: sed qui dicit in omnibus; nihil excepit. Faciamus igitur in quo Deo lucremur. Nos jaciamus fundamentum: Deus dabit incrementum. Et statim admotis forcipibus, arreptam Hugo suam ipse Cæsariem, confestim amputauit: ipsamque singultuosus Domino Deo libauit. Videres astantes pia compunctione collachrymantes: & de Hugone altius præsagientes. Factus est itaque Hugo, Domini Papæ filius adoptiuus; cuius se totum bonus adolescens mancipauerat præceptionibus. Promotus itaque clericus, prostrauit se Hugo humillimus Domini *Leonis* pedibus: vt vbicumque de cætero specialiter fulciretur ipsius orationibus. Cincinnos autem capitis sui B. Petro obtulit: vt per hoc signum, totus dicaretur clericatui. Dixit etiam: processu dierum, Deo cooperante, me Monachum futurum profiteor, in nostra patria, in quodam Dei contubernio, *in Gemmeticensi* videlicet Monasterio. Tempore opportuno, vsque Leuitam, per manum summi Pontificis, (diu siquidem cum eo mansit.) ordinatus est: & tandem multis Sanctorum Reliquijs, quas vnicéque flagitauerat, honoratus, in Franciam, prospero pede, regressus est.

VIII Non tamen silentio supprimendum est, quòd dùm Roma exiret, per ipsum Dominus Deus operari dignatus est. Neque siquidem vlterius militem suum volebat absconditum: qui Deum suum jam prædicabat per publicè assumptum clericatum. Dæmoniacus quidam cautè cathenatus (nam nimio Dæmonis furore angebatur) multis suorum comitatus, ante sanctissimum Hugonem adducitur: & pro eo instanter supplicatur. Interim se miser ille dilaniabat, horrendumque clamabat: & si quid attigisset, violenter discerpebat. Erat enim furor immensus. Substitit Hugo sanctissimus, instinctu sancti Spiritus afflatus: nec poterat carere misericordiæ prærogatiua, in quo Spiritus S. viuebat affluētia. Quē videns Dæmoniosus, confestim, tanquam obstupuit: & cōcitus in terrā corruit. Iam enim spiritus malignus commentabatur; quod Spiritus sanctus ordiebatur. Rogat Hugo Beatissimus Episcopos, qui aderant, qui eum deducebant, quatenus benedicant; quoniam & præsignare debebant. Ipse autem intrepidus ad furiosum accessit, eique lignum S. crucis supposuit: & in nomine Domini, spiritui maligno increpatiuus imperauit, quatinus innoxius discederet, neque denuò illum vexare præsumeret. Dedit ei etiam ad potandum aquam benedictam: ipse quoque illum manu sua signauit, & perturbatorem serui Dei à non propria sede expulit. Mirati sunt vniuersi; neque post hæc, de sanctitate Hugonis taceri potuit. Ad confirmationem quoque miraculi, furibundus ille, sui compos effectus, sanus & lætus, cum illo sancto collegio proficiscebatur; & in laudes Dei cum alijs, incolumis, gratulabatur.

IX. In redeundo, sanctus ille nunquam fuit otiosus. Iugis ei oratio, iuge jejunium: juge exercitium psallentium. Eleemosyna larga; contemplatio crebra. Et quamuis hæc & singula Hugo ante clericatus assecutum tyrocinium consueuisset: tamen detonso capite, & ordine suscepto, tanquam immutatus est, quoniam ex tunc in omnibus bonis sedulò spiritus eius contribulatus est. Eo in tempore Carolus *Treuiris* in Palatio suo residebat. Affuit quispiam, qui Regi de filij sui aduentu nuntiauit: eique vt quantocius ad se maturaret, mandans! Afficiebatur etenim magno videndi eum desiderio. Misit quoque illi obuiam magnam domus suæ partem: adjuncti ei & plures, de illius mutatione mirantes. Alij dolebant, & flebant; Alij, quibus mens sanior erat, gaudebant. Erat in Regis curia Hugonis frater Germanus, *Drogo* nomine; laudabili & ipse venustatus conuersatione. Hic fratri festinus obuiauit, eumque deosculatus, vlnisque fraternis complexatus, vberrimè plorauit: plorauit, inquam, tanquam jam videret mortuum, quem videbat clericatum, non quia clericatui derogaret, cùm ad idem opus anhelaret: sed fraternus

affectus lachrymas extorquebat, singultusque nimios repererat. Plorabat igitur, & plorando tabescebat. Ad quos Hugo, & ad fratrem præcipuè: gaudendum est, inquam de me, tibi frater, & vobis, quoniam talis est mutatio dexteræ excelsi. Venienti filio pater assurgit, eumque deosculatum sibi consedere fecit: maduerunt oculi Regi, pro quasi rediuiuo & reduce filio, hæsitque diu in complexatu osculo. Delectabatur filio Imperator, in vtroque, præcipuè tamen in Hugone.

Sedentibus eis iuxta patrem ad mensam, allatæ sunt epistolæ; alia de *Rothomagensis*, alia de *Metensis* Ecclesiæ infortunio, vnaquæque conquærens; & Pastorem illius populi migrasse intimans. Dicebant etiam clerus & populus illius & istius Ecclesiæ: Rex, concordi supplicatione precatur, vt duos liberos suos Pontifices sibi mereantur: (nam & *Drago*, de quo modo sermo, admodùm litteratus erat) Canonicè, inquiunt, eos elegimus, tantummodò non desit nobis magni Cæsaris assensus. Litteris recitatis, Augustus interim siluit; donec super hoc accitis multis Episcopis & optimatibus suis, consuluit. *Aquisgrani* concilium propterea specialiter Carolus celebrauit: in quo super Ecclesijs desolatis consilium quæsiuit. Non enim tunc temporis Reges inclyti super tali re, temerè vel præcipitanter agebant: sed cum Episcopis, virisque religiosis, consideratè & morosè conferebant, Deique voluntatem humanis intrusionibus semper præferebant. Et litteræ denuò recitatæ sunt: & Legati sapienter distinctè loquuti sunt. Cognouit sancta synodus, quòd huiuscemodi rei Dux & præambulus extiterat spiritus sanctus: neque si quidem sensus humanus tam opportunam, tamque consonam fecisse potuerat electionem. Adducti sunt duo fratres, duæ oliuæ, duo magna luminaria, in medio: & de ipsis, prout spiritus sanctus dictauerat, est institutum. Rex autem electionem factam, & condictum Episcoporum, nutu suo confirmauit: & *Rothomagensibus* Hugonem; *Metensibus* verò Drogonem destinari mandauit. Subdidit etiam Hugoni, qui major natu erat, *Abbatias*, & omnia Regalia, quæ in Diœcesi illa Rex, jure hæreditario, possidebat: sumptibus filij sui, & vsibus pauperum Christi, temporibus suis, profutura. Drogoni etiam *Metensem*, cum suis Regalibus, eodem tenore, subjugauit Prouinciam. Facta est hæc synodus *Aquisgrani*, tertiodecimo calendar. Octobrium, anno ab Incarnatione Domini 702. regnante magno Rege Carolo. Fratres prædicti, quibus vltra spem & voluntatem contigerat, obstupefacti, dubitabant, quid potissimum deberent, acquiescere, an reniti: Reniti, inobedītioni: acquiescere hujusmodi deputabant vel humanæ ambitioni. Reniti tamen præsumpsissent: nisi ex Deo adjurati coactiuè fuissent. Nec quilibet poterat refellere rem, tam secundè progredientem: ex Diuina prouidentia processisse. Quoniam igitur die crastina, Sabbathum illucescebat, & autumnale jeiunium erat, eos sancta synodus Præsbyteros ordinauere, & die subsequenti, Dominica videlicet, Episcopos consecrauere. Sciebant equidem dilationem in hujusmodi nociuam. Emisit eos Imperator Augustus, ad sibi prædestinatas à Deo sedes; adjungens vnicuique Legatos idoneos, sumptusque necessarios, & ex thesauris Regalibus copiosos.

Suscepit Hugonem *Rothomagus* cum magno tripudio; & obuiauerunt ei omnes cum exultatione & gaudio: successit itaque isdem vir venerandus Hugo, in sede *Rothomagensis Ecclesiæ* 23. à *Mallone*, primo Pontifice eiusdem vrbis; porrò in regimine cœnobij *Fontanellensis*, à S. *Vvandregesilo*; & à B. *Phileberto*, in regimine cœnobij *Gemmeticensis*, septimus: & à D. *Aichadro*, sextus. Mensa sua tantæ lætitiæ condigna, die illa, prius refocillauit pusillos pauperes, deinde pauit majores. Nec illa, nec aliis diebus, mensæ suæ defuit lectio: ne fortè loquacitas subreperet in conuiuio. Dein Ecclesijs Dei reædificandis cœpit insistere: & Ecclesiam in honore Iacobi Apostoli, à fundo diruptam decreuit reædificare. Tabernas meretricales, lupanar, & prostibulum, & omnem abusum, quæ publica erant in ciuitate, destrui mandauit: vt liberius munditiæ vacaretur & castitati. Mandauit etiam ad se, ex tota Diœcesi sua, Dei seruos clericos, & Monachos, sanctimoniales, & viduas, vt sanctam illorum conuersationem sigillatim dignosceret: & illorum paupertati subueniret, si quid fortè deesset. Commendauit etiam se notitiæ singulorum, & orationibus. Vocabat certis temporibus Hugo sanctus & disertus plebem suam, & differens de scripturarum jucunditate, sæpè docebat eam: & ad cœleste desiderium eos accendebat. Celebrabat inter Episcopos suos Concilia: in quibus affluenter

Digitized by Google

affluenter & affatim, de morali sanctitate disputabat. Nolebat enim, vt se quodlibet tempus præteriret; quo à Diuinis operibus otiosus esset. Nec spero, quòd aliquis à Conciliorum conuentu discesserit; donec in euectionum visibus, salutationem & benedictionem illius largifluam perceperit. Quippe nolebat aliquid proprium, sed faciebat omnia sua communia: maximè tamen pauperibus profutura. Nec illud silendum est, quòd ideò in Hugonis curia, copiosa quotidiè parabantur conuiuia: quoniam & Ecclesiæ *Rothomagensis* dignitas, & Regij sanguinis celsitudo, illud exposcebat. Quæ conuiuia pauperibus & superuenientibus communicabat; ipse tamen à mensa copiosa, semper vel jejunus, vel esuriens surgebat. Mensæ suæ lectionis condimentum non deerat, quoniam suus homo interior ex hac maximè delectabatur & viuebat. Accidit igitur, vt quadam die, lector in principio lectionis hujusmodi exordium dederit: *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram: quoniam facilius est camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in Regna cœlorum, statimque subjunxit: Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est Regnum Dei.* Et iterum: *Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Quæ lectio viro Dei incussit formidinem: vt se vir Dei specialiter increpatum intellexerit, quatinus à Septuagesima vsque in Ramis palmarum, cum fratribus *Gemmeticensibus* habitaret, silentio, jejunijs, & orationibus vigilaret. Adhuc indutus clericum, jam viuebat Monachum.

XII. Deindè, paucis euolutis diebus, mortuo Patre, diuersarum regionum conuocato populo, indignum se esse Episcopum, præ humilitate reputans, & proclamans, postquam per viginti sex annos, *Rothomagensem* rexerat Ecclesiam, licentia à populo suo accepta, *Gemmeticum* migrauit: & ibi factus Monachus Archiepiscopalem exuit dignitatem. Vbi ferè decennio in hoc carnis vixit exterminio: & germen Regale seipsum deposuerat in totius vtilitatis sterquilinio. Die quadam, matutinorum expleta solemnitate, Beatus ille peculiares ex more celebrans orationes, remansit in Ecclesia, lachrymis rigans pauimentum, precibus pulsans cœlum; nudus pedes, marmoris & hyemis despiciebat algores. Totus in cælo; nihil de terreno curabat incommodo. Febres igitur Hugonem aggressæ sunt; quæ illi mortem contiguam nuntiauerunt. Febribus igitur quatiebatur: sed quoniam ab itinere patrum aliquantulum coercebatur adhuc, angustiabatur. Desiderabat enim cum Apostolo: *dissolui & esse cum Christo.* Accersiri tamen ad se mandauit Abbatem, & fratres *Gemmeticenses*: vocauit etiam successorem suum, Archiepiscopum *Rothomagensem*; quibus sui corporis dissolutionem prædixit, seque ipsorum orationibus commendauit. Munitus autem corporis & sanguinis Dominici perceptione, sed primùm delibutus olei sancti liquore, & alijs Christianæ religionis insignibus Deo spiritum reddidit: Corpusculum quoque sanctis operibus profligatum, pallida Monachorum turba aromatibus condiuit. Migrauit autem sæpènominandus Hugo, pridie idus Aprilis: in confessione veræ fidei, & in consummatione veræ religionis. Totus verò B. Hugonis conuersationis & agonis cursus, quædam fuit Deo acceptabilis militia, quæ mox in ipsa rutilare cœpit pueritia. Fuit autem copiosus in eleemosynis, in prædicatione discretus & subtilis, amator paupertatis, continui conseruator jejunij: alumnus, & vas honestum sobrietatis, contemptor totius carnalitatis. Obedientiam & humilitatem, duas videlicet sorores egregias, sibi conglutinatas prælegit, & peculiauit: & inter Monachos *Gemmeticos* Monachus mansuetissimus habitauit, & dormiuit. Multorum autem miraculorum patrator enituit: quæ tamen semper esse abscondita voluit. Nos autem illa stylo celebriori digerenda dimisimus: manumque nostram quieti prospectantes, à tanta falce subtraximus. Vixit autem ille Beatus annis septuaginta quatuor, semper militans in procinctu: duntaxat vt togam mereretur. Euolauit autem ad locum à Deo sibi destinatum: senex, plenusque dierum. Senectus est enim venerabilis, non diuturna, neque numero amorum computata: sed Deo placens, & benè disposita. Fecerunt autem ei exequias celebres & lugubres, grex flebilis & pupillus *Rothomagensis*, & *Gemmeticus*, quos omnes paterno educauerat affectu; cùm tamen scirent rationabiliter de eo magis gaudendum, quem Deus Deorum vocauerat ad cœlum: cujus Regnum & Imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Gesta B. Hugonis à Baldrico, Dolensi Episcopo edita: examinantur, discutiuntur, & exploduntur: quòdque varijs mendis & salebris, veritati historicæ & rationi chronologicæ, repugnantibus, scateant, deducitur. Excerptum quoque chronici cœnobij Noualiciensis, de eodem B. Hugone, postea Abbate istius loci; pari correctione indigere, ostenditur.

CAPVT IX.

TAm multa sunt, tamque varia & diuersa, in præfatis, S. Hugonis gestis, vel coaceruata, vel conficta, ne dicam falsa; vt proindè à nobis gradatim sint discutienda, breuiterque enucleanda. Quod in primis, notat de *Tassilone* Bojorum *Duce*; consonat vniuersæ illius temporis historiæ, ad ann. 788. [a] Maximè autem de illius *Tassilonis* Monachatu, ad Gemmeticum cœnobium; [b] quo & debitum mortis tandem persoluit. I.

De filia verò eiusdem *Tassilonis* Ducis, quam vocat *Austrudem*: à Carolo magno in Thori consortem, assumptam: repugnat omninò veritati historicæ: qua edocemur; non solùm *Tassilonem* Monachatum professum: sed & ipsius vxorem, velamen sibi imposuisse Religionis: & duas filias eius, vnam ex illis transmisisse ad *Calam* Monasterium, & aliam ad *Laudunum* Monasterium. [c] hæc Carolus magnus. II.

Præterea, vult ipsum Monarcham Carolum, ex ipsa *Austrude* genuisse S. Hugonem: cùm tamen *Eginhardus*, testis oculatus, testatum reliquerit: ipsius matrem, nuncupatam fuisse Reginam. [d] Non re, sed nomine. [e]

Asserit *Hugonem* primogenitum extitisse, *Drogonem* verò natu minimum: cui omnes aduersantur oculati Authores. Cùm enim Carolus 4. concubinis vsus fuisset ad Thorum, tertiam sibi copulauit, nomine Reginam, *quæ ei Drogonem, & Hugonem genuit.* [f] Eadem referunt *Theganus* & *Nithardus*: vti mox patebit. III.

Addit S. Hugonem jam adolescentem, Romam profectum, à Leone Papa, fuisse non solùm clericali militiæ ascriptum, sed & vsque ad Leuitam ordinatum: immò verò post reditum, vnà cum fratre suo *Drogone*, ad Episcopatus postulatum: ac proindè ab Episcopis simul consecratos: illum in Rothomagensem, istum in Metensem, Pontificem: ex sententia Concilij Aquisgranensis: instante ipso Carolo Rege, &c. Quæ certè mihi fictitia semper visa sunt, & commentitia: nec absre, quandoquidem contrarium scripserint propiores rei gestæ testes. *Fratres quoque* (inquit Nithardus, de Ludouico Pio Imperat) *adhuc teneræ ætate Drogonem, Hugonem, & Theodericum, participes mensæ effecit, quos & in Palatio, vnà secum nutriri præcepit: & Bernardo, nepoti suo, filio Pipini, Regnum Italiæ concessit. Qui quoniam ab eo paulò post defecit, capitur; & à Bertimundo, Lugdunensis Prouinciæ præfecto, luminibus pariter & vita priuatur. Hinc autem metuens, ne post, dicti fratres, populo sollicitato eadem facerent: ad Conuentum publicum eos venire præcepit, totondit, ac per Monasteria, sub libera custodia, commendauit.* [g] Si adhuc teneræ ætate erant sub Ludouico Pio Augusto: quomodo poterant in Episcopos consecrari, tempore Caroli magni? jam enim è vita excesserat. Eadem confirmat *Theganus* in hunc modum. *Eodem tempore, jussit fratres suos tonsurari, Drogonem, Hugonem, & Theodoricum, ad discordiam mitigandam: & liberalibus disciplinis jussit institui: quos postmodum honorificè constituit. Drogoni Episcopatum dedit: & Hugoni cœnobialia Monasteria.* [h] Assumptus est autem Drogo ad Metensem Pontificatum, ann. 823. juxta *Sigebertum*. *Drogo* (inquit) *frater Ludouici Imperatoris, fit Metensium Episcopus.* [i] Quodquidem distinctius enarrat, Anonymus, qui tum rebus interesset Palatinis. *Gundulfo porrò* (ait) IV.

Metensi

a Apud Quercetanum. Tom. 2. Historiæ Francor. scriptor. Coætaneor. ann. 788.
b Ibid. in Annalib. Franc. Monasterij S. Nazarij pag. 6. & in alijs Annalib. Antiq. pag. 7. ad ann. 788.
c Ibid. in Fragmento Annal. Francor. pag. 23. ann. 788.
d Eginhardus in vita Caroli magni. Ibid. pag. 100.
e Gallia Christiana in Episc. Metens. 40. Drogone.
f Æginhardus sup.
g Nithardus lib. 1. Histor. Franc. ad ann. 815. 818. & 819. Apud Quercetanum sup. pag. 360.
h Theganus de gestis Ludouici Pij Imperator. Tom. 2. Ibid. pag. 280.
i Sigebertus in chronico ann. 823.

metensi Episcopo, eodem tempore defuncto, Clerus omnis, populusque ejusdem Ecclesiæ, veluti vno spiritu animati; Drogonem Imperator. fratrem, sub Canonico habitu nobilissimè viuentem, sibi poscunt dari sacerdotem: mirumque in modum, tam Imperatoris, quàm procerum eius, sed & totius populi consensu, quasi quodam coagulo, in vnum coniurauit, vt omnes id velle, nullus nolle, reperiretur. Ideò Imperator. cum summo gaudio petitioni Ecclesiæ annuit: eisque quem petebant Pontificem dedit. [k]

[k] *Vita & Actus Ludouici Pij Imperator. ann. 823. Apud Quercetanum sup. pag. 302.*

VI. Subjungit ordinationem S. *Hugonis* & *Drogonis*, in Episcopos; peractam esse in synodo Aquisgranensi, ann. 702. Regnante magno Rege Carolo: qui tamen eo tempore, necdum natus agnoscitur in tota Regum Franc. Historia Genealogica. Quod si illic, vitio librariorum, mendum irrepserit, legendumque sit, ann. 802. quomodò hæc sibi cohærere possint, haud video: tempus hujusmodi ordinationis, Pontificatus, & obitus, Nam, vt de S. *Hugone* specialius agamus: nil magis absurdum reperies. Scribit etenim, paucis euolutis diebus, à morte Caroli-Magni, Imperatoris, optimi patris, Hugonem Pontificatu, se, præ humilitate, abdicasse, postquam per viginti sex annos Rothomagensem rexisset Ecclesiam: sicque *Gemmeticum* se transferens, illic ferè decennio, monachum egerit, ac tandem annos natus septuaginta quatuor, sanctè quieuerit. Conueniunt omnes hunc Imperatorem obijsse, die 25. Ianuarij ann. 813. seu 814. pro varia supputatione, cùm esset septuagenarius, seu ann. 71. vel 72. Atqui S. *Hugo*, ferè decennio super-vixit: scilicet vsque ad ann. 824. quo è vita decessit, cùm esset 74. annorum: Igitur, quando Carolus migrauit è vita septuagenarius, seu ann. 72. Christi vero ann. 814. S. Hugo, jam ann. 64. attigerat: sicque pater præcessit ætate filium, solummodò annis octo: cùm autem idem Carolus Rex jam antea complures filios & filias habuisset: profectò, eorum quosdam genuisset, antequam ipse natus esset: quod omninò ridiculum est.

VII. Deindè, ann. 814. agebat S. Hugo sui Pontificatus, ann. 26. ex quo sequitur, ann. 788. sumpsisse Episcopatum: quo tamen tempore, *Anstrudis*, prætensa eius mater, filia *Tassilonis* Ducis, vix eum concepisset in vtero; vti liquet ex præfatis jam ab initio deductis: præterea, si Caroli magni tempore obitus S. Hugo, esset 64. annorum; Pontificatusque sui attigisset ann. 26. quomodo dicitur adhuc tenera ætate vitam agere, sub Ludouico pio Imperatore?

VIII Denique, scribit, quòd cùm S. Hugo ad annos peruenisset quindenos; adolescens, Romam perrexit, vbi à Leone Papa III. Clericus factus est: quiquidem Leo haud summum Pontificatum adeptus est ante ann. 795. ergò Clericus euasit Hugo, post Episcopalem consecrationem obtentam: vel eo tempore nondum Episcopali initiatus erat ordini: cùm tamen eius dictis, S. Hugo jam sui Episcopatus annum sextum, vel septimum attigisset. Cætera verò, quæ exindè etiam deduci possent, vel aliundè afferri, lubens omitto; cùm fabulam potius redoleant, veritati, quę historicæ, & rationi chronologicæ magis repugnent; quam quid certum referant. Ex quibus omnibus istud elicio, assertum, hunc *Hugonem*, Caroli Magni filium, monachatum haud potuisse assumere sub S. Aichadro apud *Gemeticum*.

IX. Alia verò se se offert de hujusmodi S. *Hugone*, Caroli Magni naturali filio narratio, quam sic habet Chronici cœnobij *Noualiciensis*, quod in valle Segusiana situm est, excerptum. „ *Post denique* inuasionem Italiæ à Karolo factam pergente eo, „ In Romaniæ tellus, vbi & Imperium, & patriciati honorem promeruit; reuertente eo, *Hugonem*, filium suum puerulum adduci præcepit, quem B. viro *Frodoino* commendans, rogauit vt in sancta & monastica professione, illum nutriret. „ Qui benignè eum suscipiens, aluit, & enutriuit, vt filium tanti Imperatoris decuit. Ob cujus amorem illo in loco, multa prædia terrarum, & thesaurum multum ibi largitus est: &c.[a] De eo Italico bello à Carolo confecto, & Ticino capto, cum eius Rege Desiderio; ann. 774. agunt quamplures scriptores.[b]

X. Defuncto ipso B. *Frodoino*, Noualicensi Abbate, 6. Idus Maij successit illi *Ambulfus*; „ *Cùm autem* hic sanctè & religiosè viuere in præsenti studuisset sæculo; post „ aliquantos annos sarcinam carnis abijciens, fœliciter migrauit ad dominum. „ In cujus locum protinùs ad regendam Noualiciensem Ecclesiam, Domnum & „ sanctum promouerunt fratres *Hugonem* Karoli magni filium. Ob istius quippe „ *Hugonis* amorem, sicut supra in sua oblatione descripsimus, multa, & carissima

[l] *Ex vetustissimo Codice MS. Monasterij Noualiciensis titul. 15. Apud Quercetanum sup. pag. 226.*

[m] *Sigebertus & in Scafnaburgensis, Chronicis ad ann. 774. Eghidardus eod. anno & Annales Francorum sub.*

Digitized by Google

Carolo Magno anno. 774. [m] *Apud Quercetanum sup. pag. 8. 14. 29. 51. 71. &c.*
[n] *Exceptum Chronici cœnobij Noualicienſ. ſup. titul. 24. & 25.*
Apud Quercetanũ ſup. pag. 228.
[o] *Ibid. Titul. 27.*
[p] *Ibid. Titul. 30. pag. 229.*

,, ſanctorum corpora, cum varijs vaſculis aureis argenteis-ve. Ibi pater eius Karo-
,, lus largitus eſt: &c. [n] Interim, moritur Carolus Imperator ann. 814. ad cujus
funus adfuiſſe dicitur ipſe *Hugo*, Abbas, cum fratribus Caroli filijs. [o]

Sed tandem adijciamus, quæ inibi ſubijciuntur. ,, *Erat præterea* in arua Fran-
,, corum, monaſterium quoddam ditiſſimum, in honore S. Medardi, Confeſſoris,
,, fundatum, quod nuper Karolus, ob amorem filij ſui *Hugonis*, quem oppidò vide-
,, bat incrementis ſanctæ religionis, & ſanctitatis vbertim excreſcere, & ad exem-
,, plum B. Viri *Frodoini*, Magiſtri ſui, de die in diem proficere, auxit, vt dicunt,
,, illud monaſterium Noualicio, vbi ipſe præerat pater &c. [p] Poſt paucos verò an-
,, nos, idem vir venerabilis *Hugo*, cùm quadam die, ſecundum morem Abbatiæ
,, ſuæ, cellas, cauſa prouidentiæ, & admonitionis circuiret, deuenit in Franciæ
,, Tellus; vbi multæ Cellæ erant ſub ditione Noualicienſis cœnobij erectæ. Quas
,, cùm ex parte requiſiſſet; conſedit mox in præfato Monaſterio, videlicet, S. Me-
,, dardi, confeſſoris. In quo cum aliquantis commoratus eſſet diebus; infirmita-
,, te corporis tactus, ægrotare cœpit. De qua ægritudine, ad necem vſque perdu-
,, ctus, obijt illic idibus Iunij, per omnia fœliciſſimus: ibique ſacrum eius corpus
,, honorificè quieſcit humatum. Erat enim ſapientia & ſcientia præcipuus, elee-
,, moſynis largus, pietate laudabilis, corpore caſtus, mente deuotus, animo vi-
,, gil, pulchritudine corporis valdè decoratus, ſicut prolem, tanti decebat Impe-
,, ratoris. Poſt multos itaque annos, retulit nobis Abbas ille de S. Medardo, quòd
,, præfatus *Hugo* Abbas, apud ipſos, multas virtutes & miracula per eum Domi-
,, nus, illo in loco operatus ſit, & quanta veneratione ab incolis loci haberetur.
,, Hoc quoque defuncto, excellentiſſimus pater *Eldradus* in Abbatia præficitur.
,, Hujus itaque patris vitam, noſtris temporibus, quantumcumque ex ſuis mira-
,, culis atque virtutibus colligere potuimus, tam viſis, quàm auditis, lectis-ve,
,, quibus per eum Dominus operare dignatus eſt, deuotiſſimè in eius laudibus ſi-
,, mul ſcribere curauimus. [q]

[q] *Ibid. Titul. 31. pag. 229.*

Ex quibus omnibus perſpicuè cernitur: quantum iſte *Hugo*, differat ab altero, XII.
Hic quippe jam puerulus erat: ann. 744. Itemque Abbas S. Petri Noualicienſis, in valle Seguſiana, ann. 814. & demùm vitam finiuit apud cœnobium S. Medardi Confeſſoris in Gallia, vbi ſepultus jacet, miraculis glorioſus: juxta hoc exceptum: quætamen ita inter ſe contraria ſunt, vt vix certò ſciri poſſit, cui horum fides adhibenda ſit: licet ad *Baldricum*, magis propenſus ſim: maximè, quantum ſpectat ad *Hugonis* (de quo, ſequenti capite) illius Gemeticenſis cœnobij alumni, monachatum & Pontificatum: cùm præfatum Noualicienſe exceptum nullo alio fulciatur authore: Immò verò contrarios habeat ſcriptores coæuos, pro vt ſequenti capite patebit: ſacrum etiam corpus S. *Hugonis*, è Gemmetico, *Haſpram* eſt tranſlatum: [r] vbi nunc quoque veneratur: quod autem Sueſſioni apud S. Medardum aſſeruatur, corpus eſt S. *Remigij*, Rothomagenſ. Archiepiſcopi. [s]

[r] *Infra cap. 12. §. 2. 3. & ſeq.*
[s] *Vide in Archiep. Rothomagenſ. 29.*

Quis, & quo tempore, claruerit S. Hugo, apertiſsimè oſtenditur, juxta veritatem hiſtoricam, rationemque chronologicam. Verè diſtinguitur, omninòque eſt diuerſus, ab Hugone Caroli magni, notho filio: Abbate; viro militari, poſtea in prælio occiſo.

CAPVT X.

BEATVS Hugo, illuſtri genere natus, nobilior autem virtutibus factus, filius fuit *Drogonis* principis, primogeniti *Pepini*, majoris Palatij Franciæ. [a] Hic autem Pipinus cognomento de *Heriſtallo*, ab alijs dictus eſt etiam, *Groſſus*: Pipini à *Landa*, primi Brabantiæ Ducis, nepos. Cujus vxor extitit *Plectrudis*, Lotharingiæ, ſeu Auſtraſiæ Dynaſtæ; ex qua genuit *Drogonem* & *Grimoaldum*: ſed ea contempta vxore legitima, *Alpaidem* pellicem ſuper induxit, ex qua I.

[a] *Codex MS. Abbatum Fontinellenſ. in eo Hugone. Apud D. Bigot. Dadræus in Archiepiſcop. Rothom. ſub eod.*

ortus

ortus est Carolus *Martellus*; pater Carolomanni, & Pipini, *Breuis*: postea Regis Francorum.[b] Pipinus igitur *Grossus*, obijt ann. 714.[c] cùm prius migrasset, filius eius *Drogo*, Dux Campaniæ, ann. 699.[d] seu ann. 708.[e]

II. Propterea, Ordericus, de hocipso B. *Hugone* agens; sub-intulit: *Hic consobrinus Pipini, Principis Francorum, fuit.*[f] cui alij adstipulantur. Quorsum autem dicuntur consobrini B. *Hugo*, & Pipinus *Breuis*? consobrini quippe vocantur, qui ex duabus sororibus, sunt progeniti, quasi consororini: potius namque dicendi forent compatrueles, quippe, qui ex duobus fratribus nati essent. Sed breuiter respondetur, more vulgari, ipsi communi appellatione consobrini nuncupari. Porrò, de pueritia, adolescentia, & statu laicali ipsius copiosè superius egimus, in Abbatia *Fontanellensi* S. Vvandregisilli, cap. 6.

III. Per id tempus S. *Aychadrus*, Gemeticensis Abbas, vitæ moribus, & virtutum coruscatione fulgebat. Ad cujus piam conuersationem, Beatus Iuuenis Hugo, diuina inspiratione succensus; disciplinam monachorum, & habitum, ex toto desiderio appetiuit, sacrisque magistri moribus informatus, omni virtutum genere perfectus emicuit. Interim S. Aichadrus moritur, ann. 690. obieruntque & B. Hugonis parentes, videlicet *Drogo*, & Pepinus *Grossus*; pater eius, & Auus; post quorũ decessũ, suscepto Regularis professionis schemate, in Gemeticẽsi cœnobio, publicè monachus effectus est.[h] Cui postea præfuit Abbas; & exindè ad Fontanellensem Abbatiam regendam vocatus, post fœlicem transitum S. Benigni Abbatis, ann. 722. eam aliquo tempore sanctissimè gubernauit: Tum demùm ad Episcopalem dignitatem, Parisiensem, deindè Bajocensem, ac Rothomagensem euectus; breui temporis interuallo, ijs omnibus illuxit. *Hugo*, (ait Ordericus) *Rothomagensis Archiepiscopus, floruit: & Episcopatibus Parisiensi & Bajocensi: Abbatiis etiam Gemmeticensi, & Fontanellensi, præfuit.*[i] Et rursus: *Ecclesiis etiam Parisiensi præfuit & Bajocensi; Abbatijs quoque Gemmeticensi, & Fontinellensi.*[k] Itemque Chronicon Rothomagense. *Anno Domini 722. Hugo. Hic fuit Rothomagensis Archiepiscopus; præfuit etiam Ecclesijs Parisiacensi, Bajocensi: Abbatijs etiam Gemmeticensi, & Fontanellensi*;[l] cæteros omitto: eadem attestantes.

IV. Verùm, vt de ijs sigillatim disseramus: de Monachatu S. Hugonis apud *Gemmeticense* cœnobium constat:[m] de cœnobiarchia ejusdem apud *Fontanellam*, superius, vbi de ea Abbatia, copiosè annotauimus. Quantum verò spectat ad Episcopatum Parisiensem: volunt ipsum fuisse assumptum, Authores non pauci:[n] de Episcopatu autem Bajocensi, ab alijs latè comprobatur, quos suo loco adduximus: quibus suffragatur Chronicon Cadomense, in hunc modum. *Anno 722. S. Hugo, Archiepiscopus, præfuit Ecclesiæ Parisiensensi & Bajocensi.* Postremò, quo ad Archiepiscopatum Rothomagensem attinet, omnes conueniunt: ad illum euectum esse ann. 722. id est, 723. juxta recentiorem nostrum supputationis annor. modum.

V. Longè hallucinantur scribentes, ipsum S. Hugonem, relictis Episcopatus, & Archipræsulatus habenis, curisque secularibus abdicatis, à sancto *Acchadro* Abbate, edoctum, ad habitum Religionis fuisse admissum & sub eo monachatum professum:[o] cùm ipse S. Aichadrus jam migrasset in cœlum (vti toties diximus) ann. 690. & S. Hugo minimè ad sedem metropolitanam Rothomagensem vocatus sit nisi ann. 723. Quapropter Andræas *Saussayus*, vir pius & eruditus: recedens ab ea, quam priùs tenuerat, vnà cum alijs, sententia, vltrò postea palinodiam in hunc modum cantauit. „ S. *Hugo*, septimus Abbas Fontanellæ, is videtur esse „ Hugo, qui ex cœnobitica clausura, ad regimen Ecclesiasticum, ob magna san„ ctitatis lumina, quæ edebat, factus est primùm Bajocensis, deindè Parisiensis, „ demùm Metropolita Rothomagensis. Miraculorum gloria in vita, & post obi„ tum conspicuus. Cuius corpus in Belgium translatum, & hactenùs miraculis ful„ gens: in Hasprensi, S. Vedasti præpositura, Diœcesis Cameracensis, magna „ cum reuerentia seruatur. Concordant enim tempora, & pleraque morum insi„ gnia. Porro Hugo, qui ex Asceta factus est Pontifex, fuit primùm monachus „ Gemeticensis: at potuit ex hoc cœnobio ad Fontanellæ regimen eodem in solo „ euocari. Dehinc ad præfecturas Episcopales præsignatas, successiuè promoue„ ri.[p] Immò etiam addit Codex MS. Abbatum Fontinellens. simul eodem tempore, præfuisse Abbatijs illis Gemeticensi ac Fontinellensi: necnon & ipsis Epis-

b Ex libello de Majorib. Domus Regiæ. Apud Quercetanum sup. pag. Ænyglius in Dagoberto II. Tillius in Childeberto II. Nicolaus Gillius & alij Francici scriptores.
c Iidem & Sigebertus. Schafnaburgensis Baronius &c. ann. 714.
d Sigebertus ann. 699.
e Veteres Annales Francici ann. 708. Apud Quercetanum sup. pag. 3. 6. & 11.
f Ordericus lib. 5. Histor. Eccles. ad ann. 1080.
g Canalis Tom. 3. Hierarchiæ Neustriæ. Seuertius: Chenu: & Byerlinck in Archiepisc. Rothomagens.
h Ex Codice MS. Abbat. Fontinellens. vide sup. in ea Abbatia cap. 6. c. 3.
i Ordericus lib. 5. sup. ad ann. 734.
k Idem lib. 5. ad ann. 1080. in ea.
l Chronicon Rothomagens. MS. ad ann. 722.
m Taillepied cap. 25. & Dadræus in Archiepiscop. Rothom. Seuertius: Chenu: & Gallia Christiana, ibid. Myræus in fastis Belgicis 9 April. Saussayus in Martyrolog. Gallican. ead. die. Antiquit. Normann. MS. pag. 77. Codex MS. Abbat. Fontinell. sup. Canalis Tom 3. sup.
n Codex MS. Abbat. Fontinell. Baldricus lib. 2 Chronic. Camera 85. cap. 29. Molanus in indiculo SS. Belgij. Gazetus in vita S. Hugon. 9 April. Yeppes Tom. 2. Chronic. Benedict. centuria 3. ad ann. 684. cap. 7. Gallia Christiana. Saussayus, & alij sup. Democharez.
o Seuertius Beyerlinck Gallia Christiana & Benlius in Archiepisc. Parisiens. lib. 6. Antiq. Parif. Saussayus sup.
p Baldricus.
1. Molanus.

Myraus. Gazeus. Gallia Christiana. Yeppes. Saussayus sup.
q Saussayus in Appendice ac Martyrolog. Gallican. verb. Hugo.
r In Fontinella Abbatiæ, cap. 6. §. 3. & 4.
s Codex MS. San-Victor. Parif. in Archiepis. op. Rothomagens. Chronicon Cadomense. Chronicon MS. Rothomag. Codex MS. Abbat. Fontinell. ann. 730. Tabula MSS. Abbat. Fontinell. Gallia Christiana Ibid. ann. 731.

copatibus præfatis : cujus verba superiùs, suo loco retulimus : quæ lectu digna sunt, & optima ratione referta. q

VI. Demúmque, postquam multo tempore Diuinæ majestatis obsequijs strenuè institisset : meritis sanctissimæ vitæ locupletissimus, Beatitatis æternæ perrexit ad præmium die 9. Aprilis, anno Domini 730. seu 731. ex recentiori calculo, septuagenario major : r quod testatum reliquit, Idem Codex Abbat. Fontinellens. „ *Præsul hic* (inquit) migrauit ad Dominum sexto Idus April. Anno Christi 730. „ indictione 13. corpus ejus Gemetico cœnobio, quo vita etiam decesserat, in Ec„ clesia B. Mariæ venerabiliter est sepultum. Conditaque est à fratribus illic habi„ tantibus, super tumbam illius Repa, diuersis metallis decorata, ob amorem „ virtutum, sanctitatem, & reuerentiam illius. Nullus enim ante, vel post eum, „ ejusdem cœnobij rector, tot prædia ac possessiones in jure ipsius venerabilis loci, „ contulit ac impetrauit, sicut ipse facere curauit : veluti Testamenta ejusdem cœ„ nobij, cunctis legentibus liquidò patet. Hic dimisit in hoc cœnobio Fontanel„ lensi calicem aureum pesantem libras sex : capsam auro & gemmis decoratam, „ continentem pignora diuersorum sanctorum ; hic nobilis genere, non inferior „ religione. s

VII. Porro, diem eius festum colit Ecclesia Catholica, 9. Aprilis, quo cœlum inuectus est.

Ex Martyrologio Romano.

Rothomagi sancti Hugonis, Episcopi & Confessoris.

Ex Martyrologio Benedictino : Menardi.

Rothomagi sancti Hugonis, ejusdem vrbis Episcopi.

Item ex Molano, in Additionibus ad Vsuardum.

In Galliis, ciuitate Rothomagensi, B. Hugonis, præfatæ vrbis Archiepiscopi, & Confessoris : cujus corpus magna reuerantia asseruatur, & fulget, in præpositura S. Vedasti, Haspris dicta, in Diœcesi Cameracensi.

Ex Brautio, in Martyrologio Poetico.

Pastor Hugo, vigilat noctu, ne forte cruenta
Otia turbaret bestia, grata gregis.

Ex Saussayo, in Martyrologio Gallicano.

Rothomagi S. Hugonis, prædictæ Metropolis Episcopi & Confessoris : viri profundæ humilitatis, summæ deuotionis, & intemeratæ conuersationis.

Cujus sacrùm corpus postea *Haspram* translatum est : vbi nunc vsque colitur : qua de re inferius ad cap. 12. §. 2. 3. & seq. VIII

t Cap. 9. sup. §. 5.
u Apud Quercetanum Tom. 1. sup. pag. 149.
x Ibid. pag. 310. & 311. & 314.
y Vuion lib. 4. Ligni vitæ cap. 20. Menardus lib. 1. Obseruat. ad Martyrolog. Benedictin. 9. April.

. Fatemur itaque Carolum magnum Imperatorem, quendam *Hugonem*, nothum genuisse filiū, quem adhuc impuberem reliquit post se; cujus curā gessit Ludouicus Pius, Imperator, sub custodia libera in monasterio eum detonsum, manere jubens, t qui postea armis deditus & bellis : occubuit in prœlio Caroli calui, Imperatoris, pugnans aduersus Duces Pipini, Regis Aquitanniæ : ita quippe habent Annales Francorum Fuldenses : „ *Anno* 844. *Pippini Duces Karoli exercitum superant. 7. Idus Iunij, in quo prælio ceciderunt, Hugo, Abbas, patruus Caroli, & Rihboto Abbas, Raban quoque signifer, cùm aliis multis ex nobilibus.* u De hoc Hugone extat adhuc mentio ad ann. 833. & 834. & 835. apud vitam & actus Ludouici Pij Imperat. x sicque arbitror (vnà cum y pijs doctisque Religiosis) *Baldricum*, aliosque à nobis superius allatos, hunc *Hugonem*, Abbatem quidem, sed virum militarem, vsurpasse pro nostro sanctissimo Præsule *Hugone*, fœlici sorte, mortem obeunte ann. 730. vel 731. hosque duos Hugones omninò diuersos in vnum simul confundisse.

Elenchus

Digitized by Google

Elenchus Abbatum insignis hujusce cœnobij, à fundatione ipsius, vsque ad destructionem eius, per Normannos adhuc paganos; qui illud semel & iterum incendio consumpserunt: Cùm prius Herio insulam deuastassent, cum Monasterio S. Philiberti Abbatis primarij Gemeticensis; cujus sacrum corpus exindè translatum est in Burgundiam, ad Trenorchium cœnobium.

CAPVT XI.

NVNC igitur seriem Abbatum Gemeticensium, recto ordine, conficiamus: & quæ didicerimus, prodamus:

I. *1. S. Philibertus, Abbas primarius.*

2. S. Aichadrus. 3. Coschinus.

Huic dicata est, vita, S. Philiberti, Gemeticensis protocœnobiarchæ, à quodam ejusdem loci Monacho Anonymo, conscripta.[a]

a Apud Surium 20. Augusti.

4. Druciegangus, ceu Dructegandus. 5. Hildegarius.

6. S. Hugo. 7. Landricus.

Illius meminit, Codex MS. Abbatum Fontinellens. ad ann. 787. dum agit de Missis à Carolo magno Rege, per Neustriam ordinatis: sub Vvidone laïco, Fontinellensi 14. Abbate. *Facta est* (inquit) *eius tempore, summa rerum cœnobij, præcepto Karoli Regis,* à Landrito *Abbate Gemmetico*, & *Richardo Comite; ann. 20. Regni sui, qui est obitus prædicti patris: & reperti sunt.* Mansi, 4264. *&c.*[b]

b Vide sup. in Abbat. Fontinellens. cap. 8. §. 2.

II. *8. Adamus. 9. Helisagarus.*

Ann. 800. Tempore Caroli magni, paulò ante 788. Tradunt Annales Francor. Tassilonem Bajoariorum Ducem apud Gemmeticum Monachum tonsum & retonsum fuisse.

10. Angilbertus. 11. Ansegisus.

12. Fulco. 13. Ricchebodus.

14. Baldricus. 15. Heribertus.

16. Theodericus.

17. Rhodinus, seu, Chodinus, vel Chugo.

18. Sanstetius, al. Gaustenus.

19. Ludouicus. 20. Vvelpho, ceu Guelpho.

III. Anno 852.[c] De ipso; addit Arboretanus Episcopus, quòd passus sit cladem Danicam sub Astingo.

c Cenalis. sup. Tom. 5. Galliæ Christianæ in Abbatijs, post Robertum de Monte sup.

Sciendum itaque Danos Nortmannosque multotiens in Gallias irrumpere at-

tentasse, per loca Neustriæ maritima; contra quos Imperatoris Ludouici. Pij, Regis Franciæ circumspectio custodiam fieri cùm imperasset, à Flandrensi solo, simul & Sequanæ ostio repulsi, in Britanniam, Pictauiam, &c. sese effuderunt. d At iterum reuersi ann. 830. ingentia mala operati sunt, quæ Ademarus S. Eparchij Engolismensis Monachus, in suo Chronico MS. sic commemorat. *Normanni Herio insulam, incendunt mense Iunio: & destituta est à generali Monachorum habitatione. Ibi fecerat D. Imperator Carolus Monasterium S. Philiberti.* e *Post ann.* 5. *Raynoldus, Comes Arbatilicensis, mense Septemb. cum Normannis in Herio insula, dimicans, fugatus est.* f *Anno sequenti, corpus S. Philiberti de insula Herio effoditur 7. idus Iunij, & Burgundiam à Monachis perfertur.* g *Herio* autem insula ea est. Vbi præfatus S. Philibertus, *Gemeticensis* Abbas, cœnobio constructo, mansionem elegit, ac mortuus est, circa ann. 690. quemquidem locum, ipse Carolus Imperator structuris & donis magnificentissimè ampliauit. h Sed à Normannis, postea deuastatus, in Prioratum redactus est, sub nomine ipsius S. Philiberti: cuius sacrum corpus exindè asportatum fuit ad S. Porcianum, in confinio Borboniæ & Aruerniæ, ac postea in Burgundiam delatum: ob cuius honorem Carolus Caluus dedit, oppidum, Abbatiam, & castrum Trenorchium, vulgò *Tournux*, Monachis ibidem commorantibus: quorum cœnobium, de nomine S. Philiberti nuncupatum fuit, ex quo ipsius sacrum corpus illic asseruatum est; quod etiam-num honorificè, magna cum deuotione colitur, ab vniuerso illius patriæ populo. i Huiusce rei sic meminit Chronicon Cadomense & Rothomagense: ann. 836. Herio insula, *Translatio S. Philiberti: quando Normanni vastauerunt Britanniam, & alias terras.* Cui & Ordericus ita subscribit. *Tunc Normanni Britanniam, aliasque terras vastauerunt: & corpora Sanctorum Samsonis, & Philiberti, aliorumque multorum, præ timore Paganorum translata sunt*: hæc ille lib. 1. Ecclesf. Histor.

IV. Normanni prædis assuefacti, cladem maximam toti Neustriæ ingerunt: præcipuè à parte Sequanæ amnis, Rothomagum vsque; cuncta inibi de populantes. Anno Domini 841. (inquit Anonymus) *Nortmanni, ab Oceano Euripo, Rotumam irruentes, rapinis, ferro, igníque Bacchantes, Monachos, populumque cædibus, vel captiuitate deleuerunt: & omnia Templa, & loca flumini Sequanæ adhærentia depopulati sunt: & multis acceptis pecunijs recesserunt.* k Quo tempore *Gemmeticense* cœnobium grauia quæque sustulit ab ipsis: iuxta relationem eiusmodi cladis testis oculati. Anno Dominicæ Incarnationis: 841. indictione 4. quarto idus Maij, Venerunt *Normanni. Oscheri quoque Dux: pridie idus Maij, incensa est ab eis Vrbs Rothomagus*: 17. *calend. Iunij, regressi sunt à Rothomago; nono Calend. Iunij, Gemmeticum Monasterium igne crematum* 8. *Calend. Iunij redemptum est Fontinellense cœnobium.* l Hic vocatur *Oscherus*, eorum Dux: qui tamen *Hastingus*, nuncupatur à *Chronico Turonensi* MS. ad ann. 841. *Lotharij* (inquit) *Imperatoris* anno primo, *Hastingus cum innumera Danorum multitudine, Franciam ingressus, oppida, rura, vicos, ferro, flamme, fame, depopulatur.* Quidam id reponunt ad ann. 845. 846. & 850. 851. m

V. Verùm, omnibus accuratè perspectis, dicimus Normannos, semel & iterum irruptionem fecisse in Neustriam, per alueum Sequanæ fluminis: nimirū ann. 841. sub Duce Oscharo, cum quo reuertuntur ān. 851. sub *Hastingo*, eorum *Antesignano*: quod author Chronici Abbatiæ *Fontinellensis* his verbis patenter exponit. *Eodem tempore, classis Normannorum fluuium Sequanam ingressa est, ipso die tertio idus Octob. Duce Hoseri,* (error est Librariorum) *qui aliquot ante annos, Rothomagum vrbem depopularat, ac incendio cremarat, id est anno Dominicæ Incarnationis* 841. *& per annos vndecim, multas regiones latrocinando occuparat; inter quas & vrbem Burdegalim munitissimam,* &c. *primitùs Fontinellam Monasterium aggressi, cuncta eius depopularunt. Ad extremum etiam post dies ingressus sui Sequanam* 89. *ipso die quinto idus Ianuarij ad solum vsque cremauerunt: cùm stetisset à primo ædificationis suæ die, ducentis octodecim annis, mense vno, & dies tredecim. Beluacus interea vrbem cremarunt, & Flaniacum Monasterium,* &c. n

VI. Vt igitur Fontanellense secundum Normannorum subijt excidium: sic & Gemmeticum eorumdem haud effugit iteratam cladem: „*De hinc* (ait Gemeticensis) „Sequanica ora aggrediuntur, & apud Gemmeticum, classica statione obsidionem „componunt: &c. Cuius loci Monachi, siue incolæ, Paganorum aduentum „comperientes, fuga lapsi, quædam suarum rerum sub terra occulentes, quæ„dam

d Vita & Actus Ludouici Pij Imper. ad ann. 830. Apud Quercetanum Tom. 1. sup. pag. 301. Gesta Normanor. in Francia, ab incerto Authore. Ibid. pag. 524. Ademarus in Chronico MS.

e Idem Ademarus ann. 830. extat. Apud Quercetanum Tom. 1. de gestis Normannor. Cænalis. De Re Gallica lib. 1. Periocha 12.

f Ademarus ann. 835.

g Ibid. ann. 836.

h Nicolaus Gillius in Annalibus Franc. sub Carolo magno. Corrozetus lib. 1. Thesauri Histor. Franc. Titul. 29.

i Cænalis lib. 2. sup. Periocha 4. Gezrtus in vita S. Philiberti 20. Aug. T. ? Petrum à S. Iuliano in Antiquit. Tornusiani pag. 507 508. 509. & seq.

k Apud Quercetanum sup.

l Fragmentum Chronic. Fontanellens. ann. 841. Apud Quercetanum sup. pag. 387.

m Annales Francor. Fuldenses ad ann. 845. & 850. Aimonius lib. 1. Miraculor. S. Germani Parisiens. Episcopi cap 1. anno 846. Sigibertus eod. ann. Gemeticens. lib. 1. cap 6 ann. 851. Chronicon Abbat. Fontinellens. an. 851. Anonymus de gestis Norman. ann. 850. & 851.

n Chronicon Fontinellens. sup. Robertus de Monte sup.

„ dam secum asportantes, Deo iuuante, euaserunt. Pagani locum vacuum repe-
„ rientes, Monasterium S. Mariæ, sanctique Petri, & cuncta ædificia, igne injecto,
„ adurunt, in solitudinem omnia redigentes. Hac itaque patrata euersione, locus,
„ qui tanto honoris splendore, diu viguerat, exturbatis omnibus, ac subuersis
„ domibus, cœpit esse cubile ferarum, & volucrum: macerijs in sua soliditate, in
„ sublime porrectis, arbustisque densissimis, & arborum virgultis, per triginta
„ fermè annorum curricula, vbique è terra productis. o Ab hinc denique Sequa-
„ næ sulcantes alueum, Rothomagum adeunt, igneque comburunt; horrendum
„ de Christiano populo exercentes ludibrium, &c. p Hæc autem omnia lepido
„ carmine complexus, quidam Anonymus, in hunc modum cecinit. q

o Gemmeticensis lib. I cap. 6. ad ann. 851.
p Ibid. cap. 7.
Vualsinghamus ad ann. 851.

VII. *Lustra octo totidem labentia sæcula cursu*
Astra penetraram post incunabula Christi:
Belgica dùm Getico Francorum littora bello
Barbarus Hastingus, Dacis egressus ab oris;
(Haud secùs atque Leo prædæ sitibundus ab antro)
Impetijt, gelidam qua Francia respicit Arcton,
Finitimasque vrbes, & plurima castra subegit.
Proh scelus! Alti-throni celeberrima Templa tonantis
Diruit, in festo peruertens omnia Marte.
Classibus instructis tandem, Boreaque secundo,
Sequanicos intrat portus: citò fama per vrbes
Peruolat attonitas, tantæ prænuntia cladis.
Vndique tum misero miscetur Neustria luctu:
Vndique bella premunt, hostes grassantur, & horror
Ingruit armorum, fulgent vexilla Gradiui.
Hinc procul aufugiunt Monachi: procul abdita Mystæ
Haspreadum deserta petunt, vbi claustra domusque,
Nostri juris erant: ne sacrum soluere votum,
Aut efflare animam vrgerentur, & obruta diris
Corpora tormentis stygiæ demittere morti.
Pars tamen hîc sistunt armis, & milite complent
Hæc loca, quo possent hostets arcere minaces:
Duxerunt satiùs forti succumbere letho,
Quàm sacra barbaricæ, spurcanda relinquere genti.
Nauticus interea expansis exercitus alis
Fluctiuagas refugi sulcando fluminis vndas:
O funesta dies! ipsis allabitur oris.
Ut primùm armati funduntur nauibus hostes;
Obsidione premunt huius sublimia circum
Mœnia cœnobij, glomeratis ordine turmis:
Primoque aggressu, tentant per tela, per ignes;
Pandere vi portas, scalisque ascendere muros:
Custodes contrà rigidis extrudere contis,
Crebraque per patulas tela intorquere fenestras.
Ast vbi suffodiunt acta testudine Daci,
Tortaque pulsat onus validis balista lacertis:
Iam vallum, nec terra tumens, nec claustra, nec ipsi

q Extat carmen de destructione Monasterij Gemmeticensis. Apud Antonium de Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedictin. Centuria 3. ad ann. 684. cap. 7 pag. 297 Robertus de Monte sup.
Vualsinghamus in Ypodigmate Neustriæ ann. 851.
De Charron in Histor. Vniuersali Galliæ cap. 114. & 118.
Menardus lib. I. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. In Appendice Vuionis.
Vuestmonasteriensis ad ann. 887.

Custodes sufficere valent, nil mœnia prosunt:
Dant ibi saxa locum, portisque ruentibus, imas
Inuadunt arces: pars obuia corpora quæque
Infausta sternunt, nullo discrimine, cæde:
Semirutis alij miscent incendia tectis.
Inclyta Christi-paræ camerato culmine ad auras.
Ætherias surgens extabat virginis ædes
Quam ferro accisam quatiunt, & verbere crebro
Fundamenta cauant: ast vulnere victa supremo
Ingemuit, traxitque jugo conuulsa ruinam.
Tollitur in cœlum densato puluere nubes:
Et concussa tremit, tam vasto pondere tellus.
Tunc adytum subeunt perfusi membra cruore,
Prædaque accincti sacrorum fercula, gazas,
Quotquot erant, adimunt: nec ab vlla clade quiescunt,
Donec claustra, domos, sacrasque à sedibus ædes
Euersas videant medios considere in ignes.

Cœnobium Gemmeticense, incendio conflagrasse; non verò nongentos Monachos igne combustos fuisse, à Normannis, apertè comprobatur: corpora SS. Aichadri Abbatis, & Hugonis Archiepiscopi Rothomagensis, exindè tunc asportata: apud Hispram in agro Camtracensi; Illic miraculorum etiamnum gloria fulgent; qui locus postea commutatus, subditur Abbati S. Vedasti.

CAPVT XII.

NVNC autem nobis immorandum est, circa ea, quæ commemorat Arnoldus *Vvion*: de martyrio nimirum, sanctorum nongentorum Monachorum, qui tunc combusti dicuntur à Danis in Monasterio Gemeticensi, ann. 887. [a] Cui alij vltio assentiunt. [b] Exindè (inquit Vvestmonasteriensis) *apud Gemmeticum classem dirigentes, cœnobium nongentorum adurunt Monachorum.* [c] & Gaguinus. *Nec quieti, Gemmeticum per Sequanam prouecti: Monasterium nongentorum Monachorum diruerunt.* [d] Quibus breuiter respondetur: Excidium Gemeticensis Abbatiæ euenisse, non ann. 887. sed ann. 841. & 851. vti nuper, ex probatis scriptoribus, docuimus, qui non solùm huiusmodi martyrium Monachorum tacent: sed & Guillelmus *Gemeticensis*, palam testatur, ipsos Monachos, audito Normannorum aduentu, citò aufugisse, & *Hastingum*, locum vacuum repertum incendisse. Puto verò (Menardi verbis vtar) opinionem natam esse, ex præfati Mathæi *Vvestmonasteriensis*, verbis oscitanter lectis: cùm enim ait Monasterium Gemeticense 900. Monachorum fuisse combustum à Danis: indè quidam malè concluserunt 900. Monachos à Danis, cum cœnobio Gemeticensi, fuisse combustos: sed aliud est dicere, Monasterium fuisse combustum; aliud, Monachos. [e] I.

II. Præterea, Monachi Gemeticenses, manus Normanorum euadentes, quæque sacra & prætiosa secum asportarunt: maximè verò, SS. Achadri, Hugonis, &c. Reliquias

a *Vvion lib. 5. Ligni vitæ, in Appendice ad Martyrolog. Benedictin.*
b *Teppes. sup. pag. 780. & 981. Saussayus in Appendice ad Martyrolog. Gallic. Littera M.*
c *Vvestmonasteriens. sup.*
d *Gaguinus lib. 5. in Carolo simplic. Reg. Franc.*
e *Menardus sup.*

Digitized by Google

Reliquias; quas aliò transferendas curarunt: qua de re *Ordericum*, copiosè loquentem audiamus. „ *Nam* (inquit) subsequenti tempore, sicut jam in plerisque locis „ pleniter enodaui, piratæ de Dacia egressi sunt: & prius *Hastingo* ductore, ac postmodum Rollone, in Neustriam venerunt, & Christianæ fidei, diuinique cultus ignari, super fidelem populum, inaniter debacchati sunt. *Nouiomum* atque „ *Rothomagum*, aliasque multas vrbes, & oppida, vicosque concremarunt: cœnobia multa, ingenti Religione pollentia, destruxerunt: pluresque innumeris „ cædibus Regiones admodùm deuastatæ sunt: & fugatis, vel interfectis incolis, „ ciuitates & villæ in solitudinem redactæ sunt. In tanta desolatione, inermes „ Monachi, quid facerent, nescij, sæpè contremuerunt; in miserijs afflicti, sedulo „ ploratu, dolori suo satisfecerunt, finemque suum in latebris gementes, præstolati sunt. Quidam verò intollerabilem Barbarorum immanitatem metuentes, „ ad extera Regna fugerunt: vbi paganorum bellicæ vires nondum attigerunt. „ Corpora quoque patrum suorum secum transtulerunt: quorum animæ regnant „ cum Rege Sabbaoth, cui deuotè in hoc sæculo seruierunt. Scripta etiam de gestis eorumdem patrum: & de possessionibus Ecclesiarum, quæ, & quantæ fuerint, „ vel à quibus datæ, fugitiui secum peregrè asportauerunt: quorum magnam partem tot perturbationum procellæ rapuerunt; quæ proh dolor! in tantis motionibus, tam periculosis, irreparabiliter perdita sunt. Hoc nimirum *Gemeticenses*, & *Fontinellenses* fecerunt: tristique infortunio præuenti, ablata nunquam „ reportauerunt *Gemeticenses* enim corpora SS. *Hugonis*, Archiepiscopi, & *Aichadri* Abbatis. Hasprás transtulerunt: quæ in scriniis prætiosis *Cameracenses*, & „ *Attrebatenses*, incolæ reuerenter vsque hodiè seruant & excolunt. [f]

III. Fatendum est, huiusmodi Reliquias sacras, non diu mansisse Haspris; vel apud Cameracenses & Attrebatenses, tunc commorasse: cùm ipsi Normanni, ad ann. 881. & 882. *Cameracum* & *Attrebatum* ingressi, incendijs & occisionibus destruxerint. [g] Quibus cauentes Monachi, sanctorum corpora, exindè *Audomaropolim* transtulerunt: (vti alij complures pariter fecerant) tanquam municipium fortissimum. [h] Quæ reddita pace, Normannis ipsis Christi jugo subactis, Hasprás iterum detulerunt. Vbi etiamnum miraculorum gloria fulgent. *Cuius corpus* (scilicet S. Hugonis, Rothomagensis Archiepiscopi, ait Ordericus) *cum corpore S. Aichadri, in Lotharingiam, translatum est: ibique in vico, qui Haspris dicitur, in territorio Cameracensi, nunc vsque in scrinio argenteo, honorificè seruatum est.* [i] De his ita Molanus. *Vtriusque corpus, quando Normanni, exigentibus id peccatis Christianorum, Ecclesias combusserunt, ad villam Haspram est translatum*, (quæ est inter Cameracum & Valencenas) *vbi Deus multa & celeberrima dignatus est per vtrumque operari virtutum prodigia.* [k] Et iterum de S. Aichadro agens. *Translatus est, cum S. Hugone ob Normannorum persecutionem, ad Hasprás, præposituram Cameracensis Episcopatus.* [l] Eadem

IV. referunt alij complures. Quorsùm, potius hîc, quàm alibi, hæc translatio facta fit? ea forsàn ratione, quòd hic locus Gemeticensi cœnobio tunc subditus esset: vti contendunt Gemeticenses, nec abnuunt Vedastinis, licet Baldricus id incertum reliquerit. „ *Quo tempore* Normanni, maximè quidem Rollo al. Hastingo tyranno incentore, per hoc Regnum, vt per alia desciuerint, & ceu, supra diximus, culpis Christianorum exigentibus, Ecclesias sanctorum passim combusserint, tantæ formidinis tempestate, corpora sanctorum Aichadri, videlicet, atque Hugonis, de Gemegio cœnobio, quod super fluuium Sequanam, non procul „ ab vrbe Rothomago, situm est, ad villam Hasprám, quæ ab vrbe nostra, non „ plusquam decem milibus disparatur, allata sunt. Quam villam, vtrum ab antea possessam subjacuisse prælibato Monasterio, an tunc temporis, aut à Rege, „ aut à quolibet Principe, pro remedio animæ, receptationi sanctorum traditam „ fuisse dicamus, incertum est. [m] At ex verbis Auberti *Myræi*, omnis tollitur „ dubij ambiguitas, agens enim de ea præpositura, scribit à Pipino fundatam extitisse. *Pipinus* (inquit) *Major domus Austrasiorum victo Theodorico, Galliæ Rege, fundauit, cœnobitis Benedictinis, Gemetico, celebri Diœcesis Rothomagensis Monasterio euocatis.* [n]

V. His nimirum, apud hanc villam post hæc remanentibus monachis delegatis ad laudem sanctorum suorum, pius & misericors Deus, multa, immò & celeberrima

f *Ordericus lib. 6. post med.* *Sigebertus ann. 881.*
g *Baldricus lib. 1. cap. 59. Chronic. Camerac. Myræus, infra post Anonymum de Gestis Normannor. ad ann. 881. Apud Quercetanum Tom. 2. sup. pag. 517. 519.*
h *Vide sup. in Abbat. Fontanella cap. 9. §. 6.*
i *Ordericus lib. 5. ad ann. 1080. in Archiepiscopis Rothomag. in eo.*
k *Molanus in indiculo SS. Belgij in SS. Hugone, & Aichadro.*
l *Martyrologiũ Benedictinum, & Gallicanũ 9. April. & 15. Septemb. Myræus. Ibid. in Fastis Belgicis. Molanus in Additionib. ad Vsuardum 9. April. Gazæus in vita SS. Hugonis & Aichadri. Item in Historia Eccles. Belg. vbi de SS. Diœces. Cameracens. Guysius volumin. 2. lib. 13. & 14. Illustrat. Gall.* *Baldricus lib. 2. Chronic. Cameracẽs. cap. 29. Volum. & Yeppes. sup.*
m *Baldricus sup. Colvenerius ibid. in notis.*
n *Myræus de origine Benedictin. cap. 6. ex Iacobo Guysiano, Yeppes, Gazæo & alijs sup.*

virtutum prodigia, dignatus est operari: in tantum sanè, vt nemo ex vicinis potentibus, aut in expeditionem aliquando transeuntibus, vllam præsumptionem ante hac audeat irrogare. Sed quia monachorum Abbas, longè aberat, eosque rarissimè, pro difficultate longinquitatis, visitare solebat, in libertate soluti, sæculum sectabantur, irregulariterque viuentes, vsque ad tempus *Gerardi* I. Cameracensis Episcopi, absque Rectore periclitabantur. Quod videns Episcopus, Abbatem, vt hoc corrigeret, sæpè commonuit; sed quia longè aberat, correctionem morabatur. Contigit autem Episcopum, pro Ecclesiastica sollicitudine, fortè per hanc villam transitum facere; & *Leduino*, Abbati vedastino (comes enim erat itineris) obscænam monachorum conuersationem indicare, salubri itaque, immò competenti consilio, hortatus est illum, vt si quas res S. Vedasti in vicinia Gemeticensis cœnobij haberet, eas, pro hoc monasterio, quod sibi esset contiguum, commutaret: huncque locum pro compendio æternæ remunerationis, meliorare satageret. Qui inter hujusmodi colloquia incerto hæsit, & tamen, ac si difficile, recusauit. Nec multò post autem temporis interuallo, Abbas salubriter consultus, benè & diligenter considerata opportunitate, notum fecit Episcopo; se executorem fore monitionis, si ab ipso Abbate *Theodorico* Gemeticensi, commutationem impetrare valeret. Vnde lætus Episcopus, continuò directa legatione, Abbatem *Theodoricum* adorsus est, monstrans animæ periculum, ni tempore sibi consuleret: cùm longè esset positus, locum commutare deberet. Quod si nollet, adjuncto sibi *Balduino* Marchione, falsos monachos expelleret: locumque emendare, cum omni authoritate satageret. Super quod Abbas competenti consilio vsus, mandatis Episcopi satisfacere æstimauit, rebusque S. Vedasti, quæ in sua vicinia circumjacent, susceptis, villam *Haspram*, *Leduino*, Abbati contradidit. Hæc autem commutatio coram *Roberto*, Francorum Rege, coramque Comitibus, *Balduino* videlicet Flandrensium, & *Richardo* Rothomagensium, facta est Rothomagi, & eisdem corroborata ann. 1024. mense Ianuario, in Octaua Epiphaniæ, sicque *Haspra*, mediò itinere inter Cameracum & Valentianas, ad fluuium *Sellam*, monachis Vedastinis; & *Anglicuria* villa, Diœcesis Beluacensis, hodiè, Præpositura de *Angicourt*, dicta, Gemmeticensibus attributa est [o] Cujus rei diploma refert Myræus. [p]

VI. Ille autem locus *Hasprensis* valdè nobilitatus euasit; ex quo sacris his exuuijs est ditatus. Cùm ann. 1070. Collegium Canonicorũ apud *Hasnonium* in Ostrouandia, vulgò *Hasnon*, ad Scarpum fluuium, tertio lapide à *Valentiana* vrbe præfata, conuertisset Balduinus Flandriæ Comes, in Benedictinum Monasterium: vetus reparauit Templum: idque ab Episcopis *Lietberto*, Cameracensi, *Ratbodone*, Nouiomensi: & *Raynero*, Aurelianensi, curauit dedicandum 3. Nonas Iunias; qua in dedicatione interfuisse reperio, corpora SS. Marcellini; *Vvandregesilli*, *Hugonis*, *Aichadri*, &c. [q] Notissimum arbitror, quod à Beato Episcopo, Thoma *Cantipratensi* refertur, de Floretico, qui simulans se arreptum à Dæmone, & ob hoc, ad sanctum *Aichadrum*, in Haspra, obsessos curare potentem, deductus, pœnas luit non vulgares suæ irrisionis. [r]

o *Baldricus sup. Molanus in indiculo SS. Belgij in S. Aichadro. Myræus in Fastis Belgic. 15. Septemb. Ex MS. Hannoniæ Chronicis ann. 1024. Colmenerius sup. Louuetus lib. 1. Antiq. Beluacens. cap. 6. §. 17. pag. 119.*

p *Myræus lib. 2. Diplomat. Belgic. cap. 29.*

q *Myræus de Orig. Benedictin. cap. 17.*

r *B. Cantipratanus lib. 2. Apum cap. 77. §. 68.*

Rollonis

Rollonis Normannorum Ducis aduentus in Neustriam describitur, ad Sequanam appulsus, Gemeticum venit; postea Rothomagum obsidet, capit; captusque ipse à Christo, fit Christianus, locis sacratis, maximè verò Abbatiæ Gemeticensi, munera ingentia largitur, ac tandem piè moritur.

CAPVT XIII.

I. ET si, finitimas Galliarum partes, iteratis vicibus, sæpius aggressi sint Normanni, nulli tamen sic audaci, obstinatoque animo, diutiùs institere, quàm Neustriacæ regioni, cujus rei causa toties, solum salumque percurrentes; ad eam tandem, resumptis viribus, protinus cursum dirigebant, vndè tot lucra ac deprædationes sibi obueniebant. *Oscharo*, & *Hastingo*, Archipyratis, aliò dilabentibus: mox surrexit *Rollo*, Dux inclytus: Normanicæ prosapiæ heros strenuus, & claro stemmate; necnon militari potentia insignis. Qui in Angliam primo appulsus, deindè in Neustriam, traijciens, Sequanica littora lustranda sibi decreuit. „ *Anno igitur* 876. ab Incarnatione Domini (ait Dudo) nobilis Rollo, „ consultu fidelium suorum, librauit vela ventis nauigeris, fluminis *Scaldi* alueum „ deserens, atque permenso ponto, *Sequana* cæruleo gurgite, perspicuisque cursibus fluens, odoriferasque excellentium riparum herbas lambens, fluctuque in„ flatiore maris sæpè reuerberata, secundum discrimina lunæ, inundantis maris „ pelago se immittit; aggrediens nauibus, *Gimejas* venit: vidensque S. *Petri* mona„ sterium, monachilis habitationis domibus adornatum, sanctumque reputans „ esse locum, morari illic distulit, sed vltra flumen, ad Capellam S. *Vedasti*, naues „ applicuit: corpusque cujusdam virginis nomine *Hameltrudis* (quod secum asportauerat) super altare: S. *Vedasti* posuit: huicque capellæ ex nomine virginis no„ men sempiternum inhæsit, diciturque ille locus, ad S. *Hameltrudem*, ab incolis. a Sed *Dudo* videtur ignorasse (vt cum erudito *Menardo* loquar) vastationem Gemmeticensis cœnobij jam antea ab ann. 841. seu 851. ab *Hastingo* peractam: cùm ait *Rollonem* Gemeticum aduenientem, cœnobium S. Petri è conspectu prospexisse monasticis domibus adornatum: Nam tunc erat humo, & incendio, nimis deturpatum; dumis & sentibus oppletum. Scio *Belforestum*, voluisse id jam fuisse reparatum: [c] sed perperam: cùm ex eo tempore manserit ann. 30. 40. vel 50. & quod excurrit; habitatoribus vacuum, desertum, solitarium, spinis & carduis scatens, ferarumque latibulum horrendum: vnde, nec mirum, si illic Rollo, figere pedem noluerit; sed in altera Sequanæ ripa, diuersatus sit.

a *Dudo lib. 2. de moribus & Actis Normannor. sub. Rollone.*
b *Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrol. Benedict. in Appendice Vuionis.*
c *Belforestus lib. 2. Annal. Franc. cap. 71.*

II. Eumdem Rollonis aduentum alij describentes, adijciunt illam S. Virginem *Hameltrudem* ex Anglia secum asportasse. „ *His ita sedatis* (inquit *Gemeticensis*) „ Dani cum suo Duce *Rollone*, vela ventis librant, *Scaldi* alueum deserentes, atque „ permenso ponto 876. ab Incarnatione Domini ann. Sequanica penetrantes ora, „ flante ad votum vento, Gemmeticum veniunt, corpus sacræ virginis Ameltrudis, „ quod à Britannia asportauerant, in capella S. Vedasti, quæ trans-flumen, est, super „ altare ponentes; quæ capella hactenus, illius virginis nomen retinet. d „ Huic ad„ stipulatur Mathæus Vvestmonasteriēsis. „ *Mare igitur* ipse (inquit ille) & eius cō„ militones, ingrediuntur, flanteque ad votum vento, emensis fluctibus pelagi, „ Gemeticum, veniunt; vbi quandam virginem sacram, nomine, *Ameltrudem*, „ quam ab Anglia asportauerant, in Capella S. Vedasti, super altare relinquunt. „ Quorum aduentum Franco, Rothomagensis Archiepiscopus cognoscens, & de „ possibilitate resistendi diffidens: decreuit vtilius fore pacem ab eis quærere, quàm „ illos ad arma in sui perniciem prouocare. Qui festinus viator ad illos veniens, „ pacem petens impetrauit; eamque fœdere fidelissimo confirmauit. Suscepto ita-

d *Gemeticensis lib. 2. cap. 9.*

Digitized by Google

,, que Rollo Regionis Dominio, Rothomagum adijt; & turpiter destructæ ciuitatis elegantet mœnia reparauit, circumjacentes regiones occupauit, castella in locis congruis firmauit, & totam terram, quæ tunc Neustria, modò verò Normannia ab ipsis dicitur, sub sua potestate recepit. e

Quo autem tempore id euenerit, non omnes conueniunt; quidam enim ad ann. 876. f 879. g alij, ann. 896. h ceu 897. i 901. k & 904. l referunt: Nos autem, (pro vt habet Author Anonymus, de gestis Normanorum) ann. 895. arbitramur Rollonem húc aduenisse: non verò ann. 887. ceu 888. quo Neustria, Normannis ad incolandum data est: juxta *Tillium* in Chronico de Regibus Franciæ: sub-Carolo *Crasso*; qui hujusmodi fœdus cum eis inierat; teste *Sigeberto*, ad ann. 888. *Carolus Imperator, cùm Normannos nequiret expellere, tandem facto fœdere concessit eis regiones, quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra se rebellabant: quæ pars Franciæ à Normannis, Normannia appellata est.* Quem *Æmylius* lib. 3. & alij, sub eod. Carolo Crasso, Reg. Franc. sequuntur. Hinc factum est, vt quique probati Auctores de ipsius Rollonis accessu egerint, postquam noster Carolus simplex, verus ac legitimus Galliæ Rex, suo Regno, à proceribus restitutus est, ann. 900. m Francis tamen infesti esse non cessarunt Normanni; vsque ad ann. 910. quo finis belli Normannici euenit: ac paulò post ipse Rollo, Christianus effectus, *Francone*, Rothomagensi Archiepiscopo, instante, ann. 912. Dux primus Normaniæ dictus est & agnitus. III.

e Westmonasteriēs. lib. 1. Histor. Angl. ad ann. 897.
f Dudo, & Gemeticensis sup. Continuator. Historia Anglor. Bedæ lib. 1. cap. 6. Malmesburiensis, lib. 2. cap. 5. Cænalis Tom. 3. Neustriæ Hierarchia in Francone Archiepiscopi Rothomagens.
g Chronicon MS. Turonense.
h Crantzius lib. 2. Norwegia cap. 21. Dadræus in Franc. Archiepiscopo.
i Westmonasteriens. sup.
k Chronica Chronicæ part. 2. fol. 19. in Rollone Duce.
l Belforestius sup.
m Bergninus lib 5. Æmylius lib. 3. Belforestius in Carolo simplice Reg. Franc. Walsinghamus in Ypodigmate Neustriæ Chronica Chronicar. sup.

Sanè; id benè de eo sperandum erat quandoquidem princeps optimus esset, nec à vero Dei cultu, ita ab alienatus videretur. *Æmylius* ea omnia paucis complectitur. IV.
,, *Carolo* simplice Rege (inquit) majore fatorum mole venit. Nauiganti somnium
,, fuisse fertur, se Elephantia correptum, nitidissimo fonte ad radices editissimi
,, montis oriente lotum conualuisse, moxque verticem conscendisse. Enarranti
,, quæ in quiete vidisset, quendam Religionis nostræ captiuum conjectorem, ita
,, somnium ei interpretatum: Elephantia, cultus deorum est, quo laboras: aqua
,, lustrici fontis sacra purificatus, ab imò ad summas opes peruenies. Constat eum,
,, non animo in Christi nomen hostili venisse. Siue religione perfusus, siue vt no-
,, strorum animos primo statim aduentu sibi conciliaret, D. Virginis *Ameltrudis*
,, Reliquias argenteis forulis inductas à sui nominis piratis aliundè sublatas, in
,, Neustriam descensione facta, ad quod primum occurrit templum exposuit; vitamque sacris locis, agricolisque, & se dedentibus vicis, castellis, oppidis, fieri ve-
,, tuit: nihil minus quàm prædo videbatur. Opem quoque Berengarij Bellonaco-
,, rum Comitis filiam sibi thoro junxit: vt animos Neustriorum sibi conciliaret,
,, amareturque magis quàm timeretur. Nec acerrimum, nec continens id bellum
,, fuit, apparebatque Rhollonem sedes tantum sibi in vastis propè bello pirata-
,, rumque injuria locis quærere: neque simplex ipse magna virtute, neque vnum
,, consilium Francorum erat. Populares factionibus de Regno agitabantur. Id bel-
,, lum in vicesimum annum extractum est: cùm & Franci inter se discordes, alij
,, Roberto studerent, alij Simplicis majestate tenerentur. Tandem Rothomagen-
,, ses cùm frustrà auxilia diu expectassent; coacti deditionem fecere. Cætera dein-
,, dè facilia extitere: junctique Normani noui cum pristinis, eam regionem cultis-
,, simam frequentissimamque reddidere: nec dubitatum quin vulgò Normania ea
,, appellaretur. Rollo Religionem nostram professus, initiante Francione, Epis-
,, copo Rothomagensium. Robertusque nomen ei inditum, patre sacra ablutio-
,, nis Roberto Regis Odonis fratre. n

n Æmylius sup. Chronica Chronicar. Belforestius sup. Post Dudonem Gemmeticensem Ordericum, &c. sup.

Factus igitur Christianus, Rollo Dux, mirum! quàm virtuosè, piè, & Catholicè vixerit, vsque ad ann. 917. quo ad celestem patriam migrauit; etenim Ecclesias Dei auxit, loca sacra veneratus est, & sanctos viros maximè coluit. Hinc conuocato *Francone* Archiepiscopo Rothomagensi, quæ Ecclesiæ veneratiores, in sua terra haberentur, sciscitatur, & quæ potentiores merito & patrocinio dicerentur. Cui cum idem Pontifex, illi enumerasset Rothomagensem, Bajocensem, & Ebroicensem, Ecclesias Dei paræ Virg. dicatas; Itemque S. Michaelis Archangeli in periculo maris, ac S. Audoeni Rothomagensis, ædes sacras, adjecit: *Gimegias, quo prius accessisti, est Templum S. Petri, Regni cælorum clauigeri meritis suffragatum.* Tunc dona ingentia, ac prædia illis omnibus est largitus: sed die sexto à suscep- V.

tione baptismatis; eadem contulit *Sancto Petro, sanctoque Aichadro Gemeticensis Ecclesiæ.* [o]

o Dudo & Gemeticens. cap. 18. & 19. sup.

Ecclesiæ ac cœnobia per Neustriam restaurantur, Authore Rollone Duce: Guillelmus, longa spada, filius ejus Gemmeticense Monasterium ex integro reparat; vbi & se monachum fieri, voto, profitetur, ni morte præuentus fuisset (cuius corpus in æde Metropolitana quiescit:) & contrarium assertum euidenter confutatur.

CAPVT XIV.

I. VT quamprimum Normanni, Rollone Duce, Christo sunt regenerati, protinùs pietatis operibus addictissimi extitere: necnon sacris ædibus extruendis, resarciendis vel ampliandis impensè animum dederunt: Rollonis Ducis exemplo maximè ad id incitati: de quo id Refert Dudo. *Iura & leges sempiternas voluntate principum sancitas, & decretas plebi indixit: atque pacifica conuersatione morari simul cœgit. Ecclesias funditùs fusas statuit; Templa, frequentia paganorum destructa restaurauit.* [a] Cœpit itaque sub Rollone, Diuini cultus Religio propagari; & quæ dispersa erant, metu gentilium, nunc Christi fide suscepta, securè adunata sunt, & in vnum congregata: sacræ ædes restauratæ; & asceteria iterum à monachis exculta.

a Dudo sup. lib. 2; Robertus de Monte cap. 8. sup.

II. Porro, filius eius, Guillelmus 1. cognomento, *Longa spatha*, non minore insignitus pietate, ad restaurandam Gemeticensem Abbatiam vltrò se accinxit! *Tunc,* (ait Dudo) *construxit Gimegias, mirabile dictu, mirique scematis Templum: monachilis religionis clero profusius suffultum.* [b] *Sic & Gemeticensis.* Vvillelmus verò filius eius, ex integro Monasterium Gemeticense restauràuit. [c] *Item Ordericus, Vvillelmus autem filius eius (qui post eum 25. annis Ducatum Normannorum tenuit) Gemeticense Monasterium, quod S. Philibertus construxerat, sed Hastingus destruxerat, in pristinum statum restituit.* [d] Omitto recentiores eadem attestantes. [e] post Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, ann. 934.

b Ibid. lib. 3.
c Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 22.
d Ordericus sup. lib. 3. ad ann 912.
e Gillius in Annalib. Franc. sub Ludouico IV. Reg. ann. 938. Gaguinus ibid. Chronica Chronicorum sup. in Guillelmo I. Duce Norman. Dadræus in Archiepiscopis Rothomag. sub Gontardo 42. Cœnalis ibid. Tom. 3. sup. Corrozetus lib. 1. Thesauri Histor. Franc. titul. 29. Gallia Christiana in Abbat. Robertus de Monte cap. 9. sup.

III. Hic Guillelmus Dux, incredibili vitæ monasticæ desiderio flagrabat, seque ad ejusmodi vitam amplectandam voto obstrinxerat; quod sine dubio persoluisset, nisi Arnulphi, Flandriæ Comitis perfidia, eum ante vertisset; dùm eius dolo occisus, ann. 943. martyr migrauit in cœlum. [f] Contendit Arnoldus *Vvion*, pium ipsius principis desiderium complendum fuisse in cœnobio *Fiscanensi*: Nullo alio suffultus authore, quàm *Vvalsinghamo*, mendosè à se in testem adducto; [g] cui tamen refragatur & antiqua veterum traditio, & probatorum scriptorum antiquiorum authoritas: quibus edocemur: id decretum fuisse, in Monasterio *Gemeticensi* adimplendum. Quod vt certò certius euadat, eorumdem Authorum ipsissima verba duximus hic adducenda.

f Vide Neustriam sanctam ad 17. Decemb.
g Vvion in notis ad Martyrologium Benedictinum 17. Decemb.

IV. „Cupiebat (ait Dudo) labile linquere sæculum, seque *Gimegias* fieri mona-„chùm. Sæpiùs animo id replicabat, crebrisque cogitationibus mente determina-„tis hærebat. Explorabat sedulus, quid super hoc vellet Christus: indicium quæ-„rebat hujus rei, si fortè venerit cœlitùs illi. Quapropter lachrymis sedulò in-„cumbebat, corpusque ab escis duriter suspendebat. Pernox vigilijs insistebat, „ciboque pauperes recreabat; hujus animositatis æstu inflammatus, vouit se fieri „monachum, mundum derelicturus, &c. [h] Et inferius addit. *Erat autem* quidam „Martinus, sanctissimus Abbàs illius Monasterij, custodiẽs Monachos, sub palæstra „præstrictæ Regulæ Theoricæ contemplationis. Quadam namque die, causa ora-„tionis, profectus Gimegias: quod gratia primi floris, corde conceperat, voluens „in animo, *Martino* sanctissimo Abbati dicens, sermocinabatur. Cur Christiana

h Dudo sup. lib. 3.

,, Religio tripartito ordine, Ecclesiam frequentat ? Erunt-ne vnius mercedis,
,, vniusque brauij, qui dispares sunt officijs Christianæ religiositatis ? Respondit
,, Abbas; vnusquisque suam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed tibi
,, nutanti de talibus reserabo hæc enucleatiùs. Christianæ Religionis summa, tri-
,, modo constat ordine distincta, munifico laicorum, canonicorumque atque mo-
,, nachorum labore exercita: Trinitatem in personis, Deum vnum in substantia,
,, articulis fidei exsecuta. Quorum seruitus fœliciter perfecta, ad cœlum tendit
,, æquis incessibus: & quanquam tres ordines sint, ad excolendum cultum veræ
,, fidei, bicallis via est ambiuij itineris, certa spe veræ credulitatis. Quarum vna
Πρακτικῆς, nomine laxius vehit, & Canonica dici meruit: sub cujus ditione laicalis
ordo moratur & viuit. Altera verò nomine Θεωρητικῆς, limitibus hinc indè coactis,
,, arctata non vehit per plana; sed secessu confixa, secretoque prenni læta, moli-
,, tur semper ad ardua. Hæc Apostolica est denominata, quam nos peccatores ex se-
b Idem lib. 3. ,, qui, & cum ea assiduis internæ intentionis nisibus conamur colluctari. b

,, Hæc autem Vvillelmus audiens, retulit Abbati, inquiens. Flore primæuæ V.
,, ætatis laxiorem viam, & latiorem pacisci, finibusque perstrictam & coangusta-
,, tam volui summoperè imitari: verùm pater meus, Principesque sui constituerunt
,, me nolentem Ducem sibi. Sed quia nunc mei juris, meæque sum potestatis; pa-
,, læstram theorici collis hinc indè strictius limitati mundum relinquendo, mutato-
,, que habitu, volo adipisci. Audiens autem *Martinus* Abbas, merito præcellen-
,, tissimus, huius mirandæ intentionis propositum, suspirans subitò, dirigit, imo-
,, que vocem trahens à pectore, inquit: Defensor huius patriæ, cur talia rimatus
,, es facere ? Quis fouebit clerum & populum ? Quis contra nos ingruentium Pa-
,, ganorum exercitui obstabit ? quis paternis legibus reget strenuè populum ? Cui
,, gregem committes & commendabis ? cui Ducamen Britanniæ Nortmannicæ-
,, que Regionis largieris ? sollicitudini tuæ, Diuinæ voluntatis prouidentia non
,, concordabitur, nec quæ moliris, agere adimplebis: nec me fauente vllatenus
,, tractabitur. Sed si vi potestatis tuæ professor esse huius Monasterij, & ΘΕΩΡΙΚΗΣ
,, viæ, relinquens sæculum, incumbere malueris; si me quæsieris, nusquam regio-
,, nis tuæ inuenire me poteris. Contra istiusmodi excusationis & contradictionis
,, molimina, Dux Vvillelmus respondisse fertur talia. Richardus filius meus di-
,, lectissimus, puerilis ætatis ignorantia adhuc inuolutus, principibus meis liben-
,, ter fauentibus, Dux erit pro me potentissimus Regionis huius: & quod Deo
,, voui, citius quàm potero explebitur. Exeunte autem Vvillelmo de Templi adi-
,, to cum Abbate Martino, ad pedes eius proruit Monachorum phalangula, de-
,, precans, vt acciperet in charitate Dei diaria, vitæ corporalis scilicet, cibaria.
,, Abbatis verò contradictionibus, animo motus, renuit illorum petitionibus:
,, nec acquieuit charitati ad esum vllatenus sed, petiuit Rothomagensem vrbem
,, celerius.

APOSTROPHA.

Omne bonum præscit Deus, & prædestinat vnus,
Omne malum præscit Deus, ac non destinat vnus;
Fœlix velle tuum præscit, prædestinat at non,
Qui tria summa manet, trinum specimen, vigor vnus;
Fœlix velle tuum, nam scire Dei anticipante,
Palmam martyrij, merito crescente, subibis.

,, Eadem quippe nocte, exæstuante rufo felle cum cæteris humoribus, cœpit
,, grauibus nimium torreri doloribus; reputans hoc malum ei accidisse, propter
,, neglectam charitatem cibi & potus, quam abnuerat Monachis deprecantibus.
,, Idcircò Nortmannorum Brittonumque principibus ascitis, adductoque puero VII.
,, nomine Richardo, specie elegantissimo: cum eis pandit secretius mirabile ar-
,, canum suæ mentis, quod dudum retulerat Martino Abbati. Cùmque nobilis-
,, simi Principes Brittonicæ Nortmannicæque Regionis experirentur inauditum,
& quasi

„ & quasi monstruosum propositum Vvillelmi Ducis, in stuporem & extasim con-
„ uersi, dixerunt, nimium ejulantes, illi: Cur talia mente cordis tui rimando
„ proposuit? Et si cogitando, quod nunquam fiet, statuisti, quare, cui retulisti:
Quis nos defensabit ab incursu pestiferæ ferocitatis imminentium paganorum?
„ Quis-ve ab insidijs Franciscæ gentis nos tuebitur? Amplius, quod nunquam ad-
„ implebitur, non reputantur. Tunc Vvillelmus refragationis & dissuasionis obi-
„ ce commotus, respondisse fertur: Et reputabitur, & Deo fauente adimplebitur.
„ Verùm, quoniam Omnipotentis Dei voluntati non debetis resistere, & meum
„ propositum refutare: precor vos, vt consilijs meis faueatis, & quomodo huma-
„ narum rerum sors se forte habeat filium meum, Richardum: Ducem vobis, me
„ superstite, eligatis, & intentione custodiendæ fidelitatis, & militationis, ma-
„ nus vestras manibus eius detis. Extemplò, cum Normannis Brittones responde-
„ runt Vvillelmo, dicentes: Huic consilio annuimus, & quod rogas fideliter fa-
„ ciemus. Igitur continuò Normanni & Brittones commendauerunt se Richar-
„ do, vnanimes, sacramento veræ fidei illi se connectentes. i i Ibid.

VII. Postea verò, perfidi dolo Arnulphi, Flandriæ Comitis, crudeliter necatur Guil-
lelmus Dux propè *Pinchinniacum* ad amnis *Somenæ* fluenta, in Veromanduis, 13. Ca-
lendas Ianuarij ann. 943. „ Inquirentes autem, ingentibus cordium suspirijs, ma-
„ gnoque oculorum fletu, liuores eius, atque deflendo, sanguinolenta reuoluentes
„ vestimenta illius: repererunt paruissimam clauim argenteam dependentem in
„ strophio lumborum eius. Sciscitantibus illis à domigenis quamplurìbus, cuius
„ rei gratia cinctorio clauis illa dependeretur; respondit quidam Cameratius, se-
„ cretorum eius conscius. Noster senior Vvillelmus, vouit se hoc labile sæculum
„ derelicturum, & se fieri, post hoc flebile placitum, *Gimegias*, monachum. Et hæc
„ clauis custodit in quodam serinio, & coarctat monachilem habitum, scilicet,
„ cucullam, & laneum suparum. k Nunc alium testem audiamus. k Ibid.

VIII „ *Sub eodem* tempore (inquit *Gemmeticensis*) duos à Cambetacensi territorio,
„ ex villa quæ Haspra vocatur, monachos, Balduinum, videlicet atque Gundui-
„ num, contigit Gemmeticum repetere. Qui vastam loci eremum ingressi, cum
„ maximo labore, terram, pro vt posse erat, extirpatis arboribus, cœperunt com-
„ planare: ac suarum laboribus manuum inibi insudare. Dux verò Vvillelmus,
„ dùm venatus gratia, superueniens illic, eos reperisset; percunctari cœpit ab eis,
„ quibus ab oris illuc aduenissent, vel quæ tam præcipua ædificia forent. Mox
„ serui Dei seriem rei per ordinem ei detexerunt: & charitatem panis hordeacei l Gemmeticensis lib. 3. cap. 7 sup.
„ & aquæ obtulerunt. Quam cùm pro vilitate panis & aquæ sumere contempsis-
„ set: saltum ingressus, immanem aprum reperit; quem festinè insequi cœpit.
„ Porrò Aper molessis post eum admissis, cursum retorquens, hasta venabuli fra-
„ cta, præpeti impetu, in Ducem irruit, cumque prostratum vehementer attriuit.
„ Qui post paululum sensu recepto, ac sana mente, monachos repetijt: & charita-
„ tem, quam incautè spreuerat, ab eis recepit: & locum se restauraturum spopon-
„ dit. Immissis ergò Auctionarijs, eum à ramis & sentibus purgauit: sanctique Pe-
„ tri, quod aliquantisper deciderat, monasterium resarciens, competenter texit.
„ Claustrum verò, & omnia receptacula muniuit: ac à sui magnitudine breuiata,
„ habitabilia reddidit. l

IX. „ Interea, Legatos, Pictauis, sororis suæ, quam Vvillelmus Comes, sibi in ma-
„ trimonio junxerat, dirigit: mandans, vt monachos illi mitteret, quos præfato
„ loco subrogaret. Soror autem eius; petitioni, gratanti animo, fauens, itineris
„ sumptus ordinauit: & duodecim monachos, cum Abbate suo, nomine *Martino*,
„ à sancti Cypriani cœnobio sublatos, fratri destinauit. Dux verò aduentu eorum
„ nimis exhilaratus, eos Rothomagi, cum maximo gaudio recepit: & cum omni
„ honore, militum cuneis septus, Gemmeticum duxit, Abbatique locum, cum
„ tota villæ tradidit, quam ab Allodarijs auro redemit, & se inibi Monachum fie-
„ ri voto obligauit. Votis quoque satisfecisset, nisi isdem Abbas eius animositati
„ obstitisset; eo quòd, filius eius Richardus adhuc puerulus esset, verens, ne pro-
„ pter illius imbecillitatem, quorumdam iniquorum molimine, patria turbaretur.
„ Veruntamen cucullam & stamineam ab eo extorquens, secum asportauit: quæ
„ in serinio reposuit, & clauim eius argenteam cingulo suo appendit. Indè deni-

,, que egressus : Rothomagum repetit, Abbatis prohibitum molestè ferens. Cun-
,, ctos quoque Normannicos, & Britannicos principes asciuit; animique sui con-
,, sultum enucleatim pandit. Cuius verbis vehementer stupefacti, hærebant, quid
,, responderet; præ nimio stupore, elingues effecti : nam spiritu vix tandem re-
,, sumpto, in hanc vocem quæruli prorumpunt : cur nos Serenissime Domine, tam
,, repentè dimittis? vel cui Dominium Ducatus tui committis? Quibus Dux ait:
,, Est mihi filius, nomine Richardus. Vos autem rogo, vt si quando amoris affe-
,, ctum erga me habuistis, mihi nunc æquo animo ostendatis, quatenus illum vice
,, mei vobis præficiatis : quia quòd Deo voui, ineuitabiliter à me complebitur
,, factis. Cuius voluntati obsistere non valentes, ei quamuis mœsti assensum præ-
,, buerunt, in his concordes. Missis quoque nuntiis, puerum Richardum, à Fis-
,, canno reductum, illis exponit : cui fidelitatem Sacramentis, prono animo, cun-
,, ctis firmantibus, Dux totius Normannici, ceu Britannici Ducatus est prælatus.
,, Quem confestim pater Bajocas mittens, Botthoni, militiæ suæ Principi nutrien-
,, dum tradidit; vt ibi lingua eruditus Danica, suis, exterisque hominibus sciret
,, apertè dare responsa. Hæc de Gemeticensis loci prætitulauimus relatu, ostendere
,, volẽtes quantã deuotionẽ, quàm pium animi propositum Dux Vvillelmus habue-
rit circa eũ. m Multa alia inibi describit, quæ nunc lubens omitto, mortẽ verò præ-
fati Ducis postea enarrans, subdit. *Cujus corpus* paululum ad se relatum, cùm deue-
,, stirent : argenteam clauim in eius strophio reperiunt dependentem, satis ditissi-
,, mum thesaurum sub se habentem, stamineam scilicet, & cucullam Monachilem.
,, Quæ si comes ei fuisset, ab hoc conuentu rediens; apud Gemmeticum factus Mo-
,, nachus procul dubio sumpsisset. n

Tertium adduco testem, nempe Ordericum, qui hæc paucis ita complexus est. Guillelmus X.
Rollonis filius Gemmeticense cœnobium restaurauit : ibique Monachus sub Martino Abbate fieri per optauit; sed Abbas eum recipere, donec filius eius ad tenendum Normanniæ Ducatum idoneus esset, refutauit. o Id etiam testatur Guillelmus Malmesburiensis. p Et alij non pauci. q Confirmatur ex Epitaphio eiusdem B. Guillelmi Ducis, quod S. Maurilius, Rothomagensis Archiepiscopus, in eius sepulchro curauit appendendum, cùm ipsius corpus in ædem Metropolitanam S. Mariæ virginis recèns absolutam transtulit.

EPITAPHIVM.

Quos deffendebat Guillelmus nemo premebat;
Auxilio caruit, lædere quem voluit.
Regibus ac Ducibus metuenda fuit manus eius:
Belliger Henricus Cæsar eum timuit.
Rexit Normannos viginti quinque per annos:
Militis atque Ducis promptus in officiis.
Cœnobium pulchre reparauit Gemmeticense,
Et decreuit ibi ferre jugum Monachi.
Feruidus inuicti coluit normam Benedicti,
Cui petijt subdi plenus amore Dei, &c. r

m *Ibid. cap. 8. Cenalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ In hac Abbatia. Post Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, an. 934. Idẽ Robertus cap. 9. sup.*

n *Gemeticensis. Ibid. cap. 12.*

o *Ordericus lib. 5. ad ann. 1080. sub 42. Archiepiscopo Rothomagens.*

p *Malmesburiens. lib. 2. de gestis Reg. Anglor. cap 7.*

q *Gaguinus, Chronico Chronicor. sup. Crantzius lib. 2. Norwegiæ cap. 33. Vvalsinghamus sup. Trippus, Tom. 2. Chronicor. Benedict. Centuria 3. cap. 7. ad ann. 684. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedict. 17. Decemb. vbi de hoc B. Vvillelmo Duce. Cenalis lib. 2. de Re Gallica, Periocha 4. & Tom. 3. sup.*

r *Apud Ordericum, sup.*

Cœnobium

Cœnobium Gemeticense Monachi curam excoluere, quibus B. Martinus protocœnobiarcha præficitur: ac subsequentes Archimandritæ recensentur sub Richardo 1. & 2. Normannis Ducibus, ipsius loci præcipuis fautoribus, & amantissimis benefactoribus.

CAPVT XV.

I. Constat igitur cœnobium Gemeticense restaurari cœpisse sub Guillelmo Duce; operâ & labore duorum Monachorum, ex *Haspra* illuc aduenientium: iuxta Guillelmi Gemeticensis narrationem, superius allatam: [a] & in gestis Regum Francorum recensetur. *Per id tempus* (ait Gaguinus) *Gemeticum cœnobium quod à Danis dirutum, annos 30. desertum fuerat, à Balduino & Gunduino, Monachis, instaurari cœpit: hi enim ex Aspra, vico Cameracensis agri prodierunt.* [b] Quæ omnia lepido carmine cecinit Monachus ille, Gemeticensis alumnus, in hunc modum: de Restauratione huiusmodi cœnobij agens.

a Superiori capite 5. 8.

b Gaguinus lib. 5. De gestis Reg. Frãc. In Ludouico IV.

II.

Interea centum vicibus sol contigit orbem
Lanigeri & libræ: tandem cedentibus armis,
Pacis alumna Ceres, Martis compescuit iras.
Protinùs è refugis duo patres claustra relinquunt
Haspreadum, repetuntque suum pietatis Asylum:
Qui cùm spectassent, horrendis obsita dumis,
Inque vepres redigi, latebrosaque lustra ferarum,
Quæque panomphæo fuerant sacrata Tonanti;
In gemitus toti, & lachrymas soluuntur amaras;
Singultuque graui vertunt ad sydera vultus.
O Pater, ô Bonitas, aiunt, spes vnica rerum,
Qui tibi confisos nusquam dimittis inanes:
Cerne quot excidia, & clades quot funera casus;
Quot mala perpetimur, nostrisque medere ruinis.
Iam memores proauis quod nostris fœdus inisti;
Vt sicut solymûm quondam venerabile Templum,
Sic ea sacrilega restaures diruta gente,
Quæ tibi tam celebri sunt structa Palatia cultu:
Vt tibi vota sacro Monachorum turba perenni,
Munia laudis agat solemnibus acta Triumphis,
Priscaque iam vigeat pietas, reuerentia cultus.
Talia perstabant fundentes vota, precesque
Terbios vberibus, soloque legumine freti.
Nec mora: mittit opem summo qui spectat Olympo,
Guillelmumque Ducem Rollonis sanguine cretum,
Cœlitùs huc afflat venando flectere cursum,
Qui monachos nactus scitari cœpit ab illis,

Quis tam decrepitos istis vos appulit oris?
Qua-nam Relligio, aut vestri fiducia voti?
Quæ structura inerant tam vastis condita eremis,
Vndè patent priscæ vestigia tanta ruinæ?
Cúmque rei seriem à primis Annalibus orsi
Ordine narrassent, ex more cibaria præstant:
Porrigit alteruter panem, sitientibus offert
Alter aquam! siquidem ducebant talibus æuum.
Dux verò auersus tam vilia fercula, cedit
Protinùs hisce locis totus profusus in iras.
Qui vix ingressus densæ penetralia syluæ
Numinis impulsu stygium nanciscitur aprum:
Qui rapido cursu, rauco bacchatus hiatu,
Vulneris intrepidus transit venabula, casses,
Semianimemque Ducem culmis prostrauit acutis.
At memor offensæ mox viribus ipse resumptis,
Hos repetit Patres, sceleris pro labe pianda:
Sumpturusque cibum, quem spreuerat, accubat ijsdem;
Cœnobij huius pollicitus sarcire ruinas.
Tunc fieri delubra iubet, cellasque, domosque;
Multaque restituit, priscis subuersa ruinis
Prædia, diuitias, quo possent quæstibus absque,
Quique Monoptolemi seclusam ducere vitam.
Protinùs artificas sponsa mercede labori,
Structuras renouare parant arctando minori
Schemate, limitibus, domuumque locique tenore
Archetypum: tandem fabrefacti encœnia Templi;
Quæ olim Christi-para, rursus sacrantur eidem,
Quæ gregis huius erit perpes custosque salusque. [c]

Cùm autem Guillelmus Dux prudenter animaduertisset, hos duos, Christi famulos, tãto operi à se assumpto haud sufficere: Legatos Pictauiũ misit, ad *Gerloch*, sororem suam, Pictauiens. Comitissam: mandans, vt Monachos illi mitteret, quos *Gemmetico* subrogaret, quæ fratris petitioni, gratanti animo fauens, itineris sumptus ordinauit: & duodecim Monachos cum Abbate suo, nomine *Martino*, à S. Cypriani cœnobio sublatos, fratri destinauit: cum omni honore, Gemmeticum duxit; Abbatique locum cum tota villa tradidit, quam ab Allodarijs auro redemit, teste Guillelmo Gemeticensi. [d] Quiquidem *Martinus*, vocatur Abbas sanctissimus, & merito præcellentissimus: [e] Estque in serie Abbatum Gemeticensium primus post istius loci restaurationem. [f] III.

1. S. Martinus Abbas.

IV.

Rexit sanctissimè cœnobium, tempore D. Guillelmi Ducis, impiè necati, ann. 943. & filij eius, Richardi, eius nominis primi, cognomento *Intrepidi*. Guillelmi itaque mors, occasio fuit Ludouico, Francorum Regi, Rothomagum adeundi, simulandique amici principis necem velle vlcisci, animo re vera aliud agitandi: nempe, sub specie tutelæ Richardi infantis, Ducatu ipsius Normaniæ potiri. Richardum itaque puerum Rex secum in Franciam traducit: [g] tuncque Gemmeticensis

c *De Fundatione Ruina, & Restauratione incyti Monasterij Gemmeticens.*
Carmen:
Cuius claustri parietibus inhærent Tabellæ, quæ totius rei summam indicant.
Apud Yeppes sup. pag. 795. 796. 797. & 798.
d *Gemeticensis lib. 3. cap. 8.*
Vvaissebarnus, Crantzius, Canalis, Yeppes, &c. sup. Robertus de Monte, cap. 9. sup.
e *Dudo lib. de moribus & Actis Normannor.*
f *Canalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ in Gemeticens. Cœnobio. Gallia Christiana, Ibid. in Abbat. post Robertum à Monte. sup.*
g *Gaguinus lib. 5. sup.*

Digitized by Google

cenſis Abbatia, grauia paſſa eſt à quodam milite, quem præfatus Rex huic Prouinciæ præfecerat, cuius ſic *Gemeticenſis* meminit. „ *Rex etenim*, (inquit) aliquandiu „ apud Rothomagum morans, præfectum comitatui præfecit Rodulphum, agno„ mento *Tortam*, qui vectigalia annuatim à ſubditis exigeret; & tota hac in Pro„ uincia, jura ac quælibet negotia decerneret. Qui Paganis deterior, cuncta Mo„ naſteria ab ipſis exuſta, quæ circa Sequanæ littora erant, diruens à fundamentis, „ ad reparandam Rothomagenſem ciuitatem, petram aſportauit. Ad Gemmeti„ cum verò cùm acceſſiſſet, S. Mariæ Monaſterium inuaſit, illudque euertit: quod „ à fundamentis funditùs diruiſſet, niſi quidam Clericus, nomine *Clemens*, ab ope„ ratijs, duas turres pretio redemiſſet; quæ vſque ad tempus Roberti *Poulain*, Ar„ chiepiſcopi, qui illam reſtaurauit Eccleſiam, permanſerunt ſtabiles. [h] Quibus in verbis, error craſſus detegitur: circa prædictũ Robertũ *Poulain*, Archiep. Rothom. ann. 1208. quo Vvillelmus Gemeticenſis jam antea obierat: quare illa Reſtauratio Gemeticenſis Monaſterij ſpectat ad Robertum 2. huiuſce loci Abbatem 8. de quo inferius agetur. [i] Quantum autem S. Martinus Gemetico præfuerit, mini-
V. mè aperitur: attamen ex eius ſucceſſore, paulo clarius intuebitur.

h *Gemeticenſis lib. 4. cap. 6. 7. Vvaſinghamus ſup. Molinæus lib. 3. Hiſtor. Norman. cap. 4. ad ann. 946. §. 3.*
i *Cap. 16. §. 1.*

Præterea, tam multa ſunt, tamque varia & diuerſa, atque confuſa de quodam B. *Annone*, reperiuntur, circa Epocham, fixamque temporis rationem, quo ipſe *Gemetico* præfuerit, exindèque Miciacum venerit, cœnobiarchiam illic ſumpturus: vt nonnulla prorſus neceſſaria nunc, pro rei indaganda veritate, ſint à nobis producenda, & ab alijs obſeruanda, ne incautus quis ad lapidem erroris pedem gra-
VI. uiter offendat.

Cùm igitur Guillelmus, Dux Normannorum, cognomento, *Longa-ſpatha*, ſingulari ductus pietate Gemeticenſe cœnobium (vti iam ſuperius annotauimus) ex integro reſtauraſſet, curauit ibidem Monachos aggregare, cuius pijs votis haud parum profuit, quorumdam Religioſorum illic aduenientiũ *ex Haſpra*, in Belgio, peramplior ſollicitudo: quibus interim potuit B. *Anno*, veluti Abbas præeſſe, circa ann. 925. qui ibidem Deo impensè famulaturus aduenerat, ex *Miciaco*, vbi Monachatum profeſſus fuerat. Verùm Dux ille potentiſſimus æquè ac pientiſſimus ſagaci animo reuoluens tam paucis fratribus cœnobium iſtud minimè iuuari: alios expetiuit à Comitiſſa Pictauienſi, ſorore eius optima; quæ confeſtim fratris Ducis deſiderijs annuens, alios complures ablegauit Monachos, B. *Martino*, præfato, eorum anteſignano, inſtituto; qui mox huiuſce Aſceterij Archimandrita euaſit, exindèque B. *Anno*, loco cedens, *Miciacum* rediit, circa ann. 930. & Dux præfatus Guillelmus impunè atque dolo, occiſus eſt, ann. 942. quæ omnia paulò altius
VII. à nobis relata cernuntur.

Non me latet hunc B. *Annonem*, ſecundo loco poni, in ſerie Abbatum Gemeticenſ. ſcilicet, poſt præfatum, B. *Martinum*: [k] ſed perperam; cùm ratio Chronologica omninò repugnet. Nam conſtat ipſum B. Annonem, annos ferè triginta præfuiſſe *Miciaco*, obijſſeque ann. 959. qui erat, primus Monachatus *Ermenthei*, Aurelianenſis Epiſcopi, apud *Miciacum*, quò ipſe Ermentheus Epiſcopus biennio tantum ſupervixit: cui adeſt ſucceſſor in Epiſcopatu eodem *Manaſſes*, huicque ſucceſſit Arnulphus ann. 963. ex *Letaldo*, authore ſynchrono lib. de miraculis S. Maximini 15. Decemb. Carolo *Sauſſayo*, in Annal. Eccleſ. Aurelianenſ. Claudio *Robert*. ſup. in Epiſcop. Aurelianenſ. &c. Nec moror complura à nonnullis coaceruata, abſque rei Chronologicæ recta indagatione, quæ lubens ac volens pertranſeo intacta, & ab ipſis probanda, à quibus ex induſtria ſuperſedeo. De hoc *Annone* Abbate fit mentio infra cap. 19. §. 6.

k *Apud Claudium Robert. In Gallia Chriſtiana. Vbi de Abbatiis.*

2. *Enſulbertus, ceu, Enſelbertus.*

Monachus & Decanus Gemeticenſis, poſtea verò Abbas Gemeticenſis ann. 963. & Fontanellenſis, circa ann. 993. qui vbique optimè ac rectè perhibetur rexiſſe, iuxta Tabulas Gemeticenſ. ac Fontanellenſes.

3. *Theodoricus.*

VIII Patria Diuionenſis, ab aliis *Rodericus*, nuncupatus: [l] ſed mendosè. Vt igitur,

l *Camellis & Gallia Chriſtiana.*

Digitized by Google

„ clericis ſuis, vticum perrexit; & venerabilem Theodoricum cœnobitam ſecum
„ duxit, eumque ibi 3. Nonas Octobris, die Dominica, venerabiliter conſecrauit.
„ Ordinatus autem, in ſuperbiam elatus non eſt; ſed religionis viam, verbis &
„ operibus oſtendebat his, quibus prælatus eſt. Hic nimirum ab infantia, in domo
„ Domini nutritus fuerat; diutinoque ſedimine; religioſam vitam jugiter ducere
„ didicerat. In ſanctis orationibus atque vigilijs; necnon in abſtinentia aſſiduus
„ erat. Frigoribus etiam in tantum corpus proprium affligebat: vt per totam ali-
„ quando hyemem, ſine pellicia permaneret. Quadam itaque die, dùm ſecundum
„ morem conſuetum ſibi, ſacrificium Deo offerre voluiſſet: pelliciam miri cando-
„ ris ſuper altare poſitam inuenit. Quam non manibus hominum, ſed Angelorum
„ illic eam eſſe poſitam non dubitans, Deo gratias egit: & indutus eam gratulan-
„ ter; ſeruitium Diuinum peregit. Hoc ita geſtum fuiſſe, in Gemeticenſi Eccle-
„ ſia, dùm adhuc clauſtralis eſſet monachus, à Monachis veracibus, qui tunc in
„ ſupradicto monaſterio, morabantur, audiuimus. Hunc venerabilis Theodori-
„ cus, Gemmeticenſis Abbas, de ſacro fonte leuauerat: & ſub monachili jugo, in
„ ſchola Chriſti educatum, multum dilexerat. Quem, dùm idem ad robur virile
„ veniſſet, boniſque moribus laudabiliter polleret, vicarium ſibi, ad animarum
„ lucra, fratribus conſtituit. Atque ad infantum Magiſterium, & ad curam clau-
„ ſtralis prioratus tuendam promouit. Deindè, ſicut ſupradictum eſt, idem vir Do-
„ mini, tempore Roberti Abbatis, de Gemmetico aſſumptus eſt: & vticenſi no-
„ uellæ plantationi Abbatiæ prælatus eſt, anno ab Incarnatione Domini 1050. in-
„ dictione 4. qui erat ann. 19. Henrici Regis Francor. & 15. Ducatus Vuillermi
Ducis Normanorum. [k]

k Ordericus. lib. 3. ad ann. 1050.

Porro, Dedicatio Eccleſiæ Abbatialis Gemeticenſis peracta eſt 1. Iulij, anno IV.
1067. de qua hæc habet Martyrologium Benedictinum. *Gemetici in Normannia, Dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ Gemmeticenſis, à S. Maurilio, Archiepiſcopo Rothomagenſi, & à Balduino Epiſcopo Ebroicenſi, coram Guillelmo, Normannorum Duce, Cognomento, de Longa-ſpada.* [l] Quibus in verbis, craſſus error deprehenditur. Guillelmus etenim ille, *Longa-ſpatha*, cognominatus, filius Rollonis Ducis, patri ſucceſſit ann. 917. & obijt ipſe poſtea, anno 942. itaque huiuſmodi Dedicatio haud accidit ſub ipſo: ſed tempore Guillelmi, 2. nothi Normanniæ Ducis, & Angliæ regis conqueſtoris: qui patri Roberto Duci, ſucceſſit, ann. 1035. Regnauitque vſque ad ann. 1087. quo debitum mortis ſoluit. Præterea, Maurilius ille Metropolitanus ad Archiepiſcopatum Rothomagenſem haud Aſſumptus eſt, niſi circa ann. 1055. quare miror *Menardum*, virum alioqui eruditum, ſic fuiſſe deluſum, vt non ſolum huic errori ſubſcripſerit; ſed etiam *Gemmeticenſem*, & *Ordericum*, in ſui aſſerti fautores adduxerit: cùm illi prorſus aduerſentur. [m]

l Martyrolog. Benedictin. 1. Iulij.

m Menardus ibid. lib. 1. Obſeruation. Gemeticenſis lib. 7. cap. 38. Ordericus lib. 4. ad ann. 1067. Vualſingham, in ypodigmate neuſtriæ ann. 1067. Locrius lib. 4. Mariæ Auguſtæ cap. 78 Coluenerius Tom. 2. Calendar. Virgin.

10. *Gontardus.* [n]

n Canalis & Gallia Chriſtiana ſup.

Succeſſor habetur ann. 1072. apud Ordericum: & ſi Alboretanus Epiſcopus V.
referat ad ann. 1074. „ *De Fontanellæ Monaſterio,* (inquit Ordericus) *Guntardus cœnobita, electione ſapientum, aſſumptus eſt; & poſt obitum Roberti, Abbatis, Gemmeticenſibus Rector datus eſt. Spiritualis doctrinæ pabula commiſſis ouibus curioſè impendit: & rigorem Monaſtici ordinis viriliter tenuit. Manſuetos & obedientes, vt pater filios, mulcens, honorauit: in reprobos autem & contumaces, vt ſeuerus magiſter, diſciplinæ Virgam exercuit. Denique ad Concilium, quod Vrbanus Papa, anno ab Incarnatione Domini 1095. indictione 3. apud Clarum-montem tenuit, præfatus pater, cum cæteris collegis ſuis Normanniæ Paſtoribus, perrexit: ibique iubente Deo, finem vitæ, ſexto calendas Decembris accepit.* [o]

o Ordericus ſup. ad ann. 1072.

Porro ipſe Abba Gontardus, *Guillelmo Notho*, Normanorum Duci, & An- VI.
gliæ Regi lecto decumbenti ad mortem, indefeſſus piè aſtitit: pro ſalute principis, Deum obnixè deprecans; teſte eodem *Orderico. Ibi Giſlebertus, Lexonienſis Epiſcopus, & Guntardus Gemmeticenſis Abbas, cum quibuſdam alijs Archiatris, ſedulò excubabant; & de ſpirituali ac corporali ſalute Regis, ſollicitè tractabant.* [p] Tandem eo mortuo, ann. 1087. die 9. Septemb. apud Rothomagum, corpus ipſius exindè

p Idem lib. 7. ad ann. 1087. Beyus lib. 2. hiſtor. Comitum Pertinenſ.

Cadomum est delatum, vt in Ecclesia Abbatiali S. Stephani, Prothomartyris, à se condita, tumularetur: cuius exequijs inibi de more, celebratis, interfuit Guntardus, Gemmeticensis Abbas, vnà cum Metropolite, Episcopis, & cæteris totius Neustriæ Archimandritis. [q] De eo iterum agit, dùm illustriores recenset prælatos, qui eo tempore Neustriam incolebant. *Ea nempe tempestate, in Normannia florebant, Anselmus Beccensis, Gerbertus Fontanellensis, Guntardus Gemmeticensis, aliique plures, in templo Dei, lucentes lucernæ; à quibus insigniter illustrata, salubris hauriebat vbertatem doctrinæ.* [r] Migrauit autem in cœlum B. Guntardus, ann. 1095. dùm præsens adesset in synodo Claro-montensi Aruerniæ: vti jam diximus ex *Orderico*.

& Almeniensf. cap. 16. pag. 82.

[q] Ibid. Ordericus.

[r] Idem lib. 8. ad ann. 1094.

VII. Dudum, *Albertus, Godehildis, Guillelmi*, Bellismensis Comitis, sororis filius, dederat Abbatiæ Gemmeticensi, prioratum *Domnæ-Mariæ*, quem ipse fundauerat: vti constat ex Authographo sequenti. *In Christi nomine, ego Abbas Albertus Abbatiæ SS. Stephani* Prothomartyris, & *Christi* Confessoris *Maximini*: Notum volo fieri cunctis coram gentibus S. Dei Ecclesiæ. Quia antequam ordinem suscepissem monasticum, erat mihi quidam Alodus, ex materna hæreditate, non ex alicuius beneficio, quem S. Petro in *Gemmetico* monasterio, vbi habitum suscepi, dedi pro remedio animæ meæ, filijque mei, *Arnulphi*, Turonensis Archiepiscopi, & parentum meorum; vt sanctus supradictus intercessor sit pro nobis apud Dominum. Est autem ipse Alodus in pago Belismensi, quem vocant *Domna-Maria*, quem S. Petro dedi, cum appendiitijs suis. Iussi autem fieri hanc chartam, ne aliquis post me possit S. Petro abstrahere. Quòd si aliquis præsumpserit, cum Iuda proditore, Anna & Caïpha damnationem accipiat. Hæc autem chartula vt firmior sit, eam subterfirmaui, & parentibus meis corroborandam obtuli. Signum *Alberti* Abbatis: Signum *Radbodi*, Sagiensis Episcopi; Signum *Arnulphi*, Turonis Archiepiscopi; Signum *Ribaldi*; Signum *Gilleberti*; Signum *Roberti* Regis; Signum *Henrici*, filij eius: Signum *Gothelini*; Signum *VVathonis*: Signum *VVillelmi* Bellesmensis: Signum *Richardi* Comitis Normannorum. Cùm igitur Prioratus huiusmodi spectaret omnino ad Abbatiam Gemeticensem, oborta est lis, suscitatumque iurgium ab Abbate S. Maximini Aurelianensi aduersus *Guntardum*, præfatum Gemeticensem Abbatem; quod iudicio interueniente, fit sopitum legitur in fauorem Gemeticensis.

VIII *Notum sit* omnibus, quia anno ab Incarnatione Domini 1086. conuenerunt ante *Robertum* de Bellismo; in aula ipsius Bellismi, Abbas S. Petri Gemeticensis, *Gontardus*; & Abbas S. Maximini Aurelianens. Fulco, ad placitum nominatum, de calumnijs, de *Domna-Maria*, definiendum, secundum iudicium prædictæ curiæ. Ibi ergo congregatis, tàm prece, quàm admonitione *Roberti* Bellismensis, pluribus Abbatibus & monachis, multisque Baronibus laicis; ipsius curiæ iudicio decretum est: vt Abbas S. Petri Gemeticensis, de rebus de *Domna-Maria*, saisitus remaneret. Huius autem placiti iudices fuerunt Domnus Abbas *Robertus* Sagij, & *Mainerius*, Abbas S. Ebrulfi, & *Iohel* Abbas S. Petri *Culturæ*. De Laicus, Dominus Oliuarius *de Malo*, & Rainaldus de Noüant, & Geruasius de *Damfronte*, & Gulpherius de *Villerio*, & Picot de *Saïo*, Rainaldus de Panelulo, & Petrus frater eius; & Hamelinus de *Alta-noxia*, & Hugo de *Cornerio*, & multi alij. Et parte Abbatis S. Maximini, fuerunt, & viderunt & audierunt Odo de *Clino-Campo*, & Gualterius, filius Gualterij, & Gaufridus Vicarius, & Rodulphus *de Pratis*, & Rodulphus Malherba. Hoc iudicium factum est in Dominica sequente Pentecosten prædicti anni. Signum *Rainaldi* de *Nonanto*, Signum *Gulpherij*, Signum *Picot*, Signum *Geruasij*, Signum *Hamelini*, Signum *Roberti* de *Bellismo*, Signum *Oliuarij*. Ex Archiuo Gemeticensis cœnobij; cuius & meminit Bryus, lib. 2. Histor. Perticensi. Comit. cap. 9. pag. 51. & cap. 16. pag. 82. & 83.

11. Tancardus.

IX. Præfato concilio aderat, vt præpositus Fiscannensis cœnobij, ann. 1095. [f] quando B. Guntardus, spiritum Deo reddidit *cui postea*, (ait Ordericus) Tancardus Fiscannensis Prior, *ferus, vt Leo, successit*. [t] Ex Indulgentia Guillelmi, *Ruffi*,

[f] Canalis & Gallia Christiana sup.

„ que Rollo Regionis Dominio, Rothomagum adijt; & turpiter deſtructæ ciui-„ tatis eleganter mœnia reparauit, circumjacentes regiones occupauit, caſtella „ in locis congruis firmauit, & totam terram, quæ tunc Neuſtria, modò verò Nor-„ mannia ab ipſis dicitur, ſub ſua poteſtate recepit. [e]

Quo autem tempore id euenerit, non omnes conueniunt; quidam enim ad ann. III.
876.[f] 879.[g] alij, ann. 896.[h] ceu 897.[i] 901.[k] & 904.[l] referunt: Nos autem, (pro vt habet Author Anonymus, de geſtis Normanorum) ann. 895. arbitramur Rollonem húc aduenisse: non verò ann. 887. ceu 888. quo Neuſtria, Normannis ad incolandum data eſt: juxta *Tillium* in Chronico de Regibus Franciæ ſub-Carolo *Craſſo*; qui hujuſmodi fœdus cum eis inierat; teſte *Sigeberto*, ad ann. 888. *Carolus Imperator, cùm Normannos nequiret expellere, tandem facto fœdere conceſſit eis regiones, quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra ſe rebellabant: quæ pars Franciæ à Normannis, Normannia appellata eſt.* Quem *Æmylius* lib. 3. & alij, ſub eod. Carolo Craſſo, Reg. Franc. ſequuntur. Hinc factum eſt, vt quique probati Auctores de ipſius Rollonis acceſſu egerint, poſtquam noſter Carolus ſimplex, verus ac legitimus Galliæ Rex, ſuo Regno, à proceribus reſtitutus eſt, ann. 900.[m] Francis tamen infeſti eſſe non ceſſarunt Normanni; vſque ad ann. 910. quo finis belli Normannici euenit: ac paulò poſt ipſe Rollo, Chriſtianus effectus, *Francone*, Rothomagenſi Archiepiſcopo, inſtante, ann. 912. Dux primus Normaniæ dictus eſt & agnitus.

e *Weſtmonaſterienſ. lib. 1. Hiſtor. Angl. ad ann. 897.*
f *Dudo, & Gemeticenſis ſup.*
Continuator. Hiſtoria Angl.
Bedæ lib. 2. cap. 6.
Malmesburienſis, lib. 2. cap. 5.
Cœnalis Tom. 3.
Neuſtriæ Hierarchiæ in Francone Archiepiſcopi Rothomagenſ.
g *Chronicon MS. Turonenſe.*
h *Crantzius lib. 2. Noruegiæ cap. 21.*
Dadræus in Franc. Archiepiſcopo.
i *Weſtmonaſterienſ. ſup.*
k *Chronica Chronicæ part. 2. fol. 19. in Rollone Duce.*
l *Belforeſtus ſup.*
m *Bigninus lib 5.*
Æmylius lib. 3.
Belforeſtus in Carolo ſimplice Reg. Franc.
Walſinghamus in Ypodigmate Neuſtriæ Chronica Chronicar. ſup.

Sanè; id benè de eo ſperandum erat quandoquidem princeps optimus eſſet, nec IV.
à vero Dei cultu, ita ab alienatus videretur. *Æmylius* ea omnia paucis complectitur. „ *Carolo* ſimplice Rege (inquit) majore fatorum mole venit. Nauiganti ſomnium „ fuiſſe fertur, ſe Elephantia correptum, nitidiſſimo fonte ad radices editiſſimi „ montis oriente lotum conualuiſſe, moxque verticem conſcendiſſe. Enarranti „ quæ in quiete vidiſſet, quendam Religionis noſtræ captiuum conjectorem, ita „ ſomnium ei interprætatum: Elephantia, cultus deorum eſt, quo laboras: aqua „ luſtrici fontis ſacra purificatus, ab imò ad ſummas opes peruenies. Conſtat eum, „ non animo in Chriſti nomen hoſtili veniſſe. Siue religione perfuſus, ſiue vt no-„ ſtrorum animos primo ſtatim aduentu ſibi conciliaret, D. Virginis *Ameltrudis* „ Reliquias argenteis forulis inductas à ſui nominis piratis aliundè ſublatas, in „ Neuſtriam deſcenſione facta, ad quod primum occurrit templum expoſuit; vimque ſacris locis, agricoliſque, & ſe dedentibus vicis, caſtellis, oppidis, fieri ve-„ tuit: nihil minus quàm prædo videbatur. Opem quoque Berengarij Bellonaco-„ rum Comitis filiam ſibi thoro junxit: vt animos Neuſtriorum ſibi conciliaret, „ amareturque magis quàm timeretur. Nec acerrimum, nec continens id bellum „ fuit, apparebatque Rhollonem ſedes tantum ſibi in vaſtis propè bello pirata-„ tumque injuria locis quærere: neque ſimplex ipſe magna virtute, neque vnum „ conſilium Francorum erat. Populares factionibus de Regno agitabantur. Id bel-„ lum in viceſimum annum extractum eſt: cùm & Franci inter ſe diſcordes, alij „ Roberto ſtuderent, alij Simplicis majeſtate tenerentur. Tandem Rothomagen-„ ſes cùm fruſtrà auxilia diu expectaſſent; coacti deditionem fecere. Cætera deindè facilia extitere: junctique Normani noui cum priſtinis, eam regionem cultiſ-„ ſimam frequentiſſimamque reddidere: nec dubitatum quin vulgò Normania ea „ appellaretur. Rollo Religionem noſtram profeſſus, initiante Francione, Epiſ-„ copo Rothomagenſium. Robertuſque nomen ei inditum, patre ſacra ablutio-„ nis Roberto Regis Odonis fratre. [n]

n *Æmylius ſup.*
Chroni. à Chronicar.
Belforeſtus ſup.
Poſt Dudonem Gemeticenſem Ordericum, &c. ſup.

Factus igitur Chriſtianus, Rollo Dux, mirum! quàm virtuoſè, piè, & Catho- V.
licè vixerit, vſque ad ann. 917. quo ad celeſtem patriam migrauit; etenim Eccleſias Dei auxit, loca ſacra veneratus eſt, & ſanctos viros maximè coluit. Hinc conuocato *Francone* Archiepiſcopo Rothomagenſi, quæ Eccleſiæ veneratiores, in ſua terra haberentur, ſciſcitatur, & quæ potentiores merito & patrocinio dicerentur. Cui cum idem Pontifex, illi enumeraſſet Rothomagenſem, Bajocenſem, & Ebroicenſem, Eccleſias Dei paræ Virg. dicatas; Itemque S. Michaelis Archangeli in periculo maris, ac S. Audoeni Rothomagenſis, ædes ſacras, adjecit: *Gimegias, quo prius acceſſiſti, eſt Templum S. Petri, Regni cælorum clauigeri meritis ſuffragatum.* Tunc dona ingentia, ac prædia illis omnibus eſt largitus: ſed die ſexto à ſuſcep-

tione baptismatis; eadem contulit *Sancto Petro, sanctoque Aichadro Gemeticensis Ecclesiæ.* [o]

[o] *Dudo & Gemeticens. cap. 18. & 19. sup.*

Ecclesiæ ac cœnobia per Neustriam restaurantur, Authore Rollone Duce: Guillelmus, longa spada, filius ejus Gemmeticense Monasterium ex integro reparat; vbi & se monachum fieri, voto, profitetur, ni morte prauentus fuisset (cuius corpus in æde Metropolitana quiescit:) & contrarium assertum euidenter confutatur.

CAPVT XIV.

I. VT quamprimum Normanni, Rollone Duce, Christo sunt regenerati, protinùs pietatis operibus addictissimi extitere: necnon sacris ædibus extruendis, resarciendis vel ampliandis impensè animum dederunt: Rollonis Ducis exemplo maximè ad id incitati: de quo id Refert *Dudo. Iura & leges sempiternas voluntate principum sancitas, & decretas plebi indixit: atque pacifica conuersatione morari simul cœgit. Ecclesias funditùs fusas statuit; Templa, frequentia paganorum destructa restaurauit.* [a] Cœpit itaque sub Rollone, Diuini cultus Religio propagari; & quæ dispersa erant, metu gentilium, nunc Christi fide suscepta, securè adunata sunt, & in vnum congregata: sacræ ædes restauratæ; & asceteria iterum à monachis exculta.

II. Porro, filius eius, Guillelmus I. cognomento, *Longa spatha*, non minore insignitus pietate, ad restaurandam Gemeticensem Abbatiam vltrò se accinxit! *Tunc*, (ait Dudo) *construxit Gimegias, mirabile dictu, mirique scematis Templum: monachilis religionis clero profusius suffultum* [b] *Sic & Gemeticensis.* Vvillelmus verò filius eius, ex integro Monasterium Gemeticense restaurauit. [c] *Item Ordericus, Vvillelmus autem filius eius (qui post eum 25. annis Ducatum Normannorum tenuit) Gemeticense Monasterium, quod S. Philibertus construxerat, sed Hastingus destruxerat, in pristinum statum restituit.* [d] Omitto recentiores eadem attestantes. [e] post Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, ann. 934.

III. Hic Guillelmus Dux, incredibili vitæ monasticæ desiderio flagrabat, seque ad ejusmodi vitam amplectandam voto obstrinxerat; quod sine dubio persoluisset, nisi Arnulphi, Flandriæ Comitis perfidia, eum ante vertisset; dùm eius dolo occisus, ann. 943. martyr migrauit in cœlum. [f] Contendit Arnoldus *Vvion*, pium ipsius principis desiderium complendum fuisse in cœnobio *Fiscanensi*: Nullo alio suffultus authore, quàm *Vvalsinghamo*, mendosè à se in testem adducto; [g] cui tamen refragatur & antiqua veterum traditio, & probatorum scriptorum antiquiorum authoritas: quibus edocemur: id decretum fuisse, in Monasterio *Gemeticensi* adimplendum. Quod vt certò certius euadat, eorumdem Authorum ipsissima verba duximus hic adducenda.

IV. „Cupiebat (ait Dudo) labile linquere sæculum, seque *Gimegias* fieri mona„chùm. Sæpiùs animo id replicabat, crebrisque cogitationibus mente determina„tis hærebat. Explorabat sedulus, quid super hoc vellet Christus: indicium quæ„rebat hujus rei, si fortè venerit cœlitùs illi. Quapropter lachrymis sedulò in„cumbebat, corpusque ab escis duriter suspendebat. Pernox vigilijs insistebat, „ciboque pauperes recreabat; hujus animositatis æstu inflammatus, uouit se fieri „monachum, mundum derelicturus, &c. [h] Et inferius addit. *Erat autem* quidam „Martinus, sanctissimus Abbas illius Monasterij, custodiēs Monachos, sub palæstra „præstrictæ Regulæ Theoricæ contemplationis. Quadam namque die, causa ora„tionis, profectus Gimegias: quod gratia primi floris, corde conceperat, voluens „in animo, *Martino* sanctissimo Abbati dicens, sermocinabatur. Cur Christiana

[a] *Dudo sup. lib. 2. Robertus de Monte cap. 8. sup.*

[b] *Ibid. lib. 3.*

[c] *Gemeticensis sup. lib. 5. cap. 22.*

[d] *Ordericus sup. lib. 3. ad ann 912.*

[e] *Gillius in Annalib. Franc. sub Ludouico IV. Reg. ann. 938. Gaguinus ibid. Chronica Chronicarum sup. in Guillelmo I. Duce Norman. Dadreus in Archiepiscopis Rothomag. sub Gontardo 42. Cænalis ibid. Tom. 3. sup. Corrozetus lib. 1. Thesauri Histor. Franc. titul. 29. Gallia Christiana in Abbat. Robertus de Monte cap. 9. sup.*

[f] *Vide Neustriam sanctam ad 17. Decemb.*

[g] *Vvion in notis ad Martyrologium Benedictinum 17. Decemb.*

[h] *Dudo sup. lib. 2.*

,, Religio tripartito ordine, Eccleſiam frequentat? Erunt-ne vnius mercedis,
,, vniuſque brauij, qui diſpares ſunt officijs Chriſtianæ religioſitatis? Reſpondit
,, Abbas; vnuſquiſque ſuam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Sed tibi
,, nutanti de talibus reſerabo hæc enucleatiùs. Chriſtianæ Religionis ſumma, tri-
,, modo conſtat ordine diſtincta, munifico laicorum, canonicorumque atque mo-
,, nachorum labore exercita: Trinitatem in perſonis, Deum vnum in ſubſtantia,
,, articulis fidei exſecuta. Quorum ſeruitus fœliciter perfecta, ad cœlum tendit
,, æquis inceſſibus: & quanquam tres ordines ſint, ad excolendum cultum veræ
,, fidei, bicallis via eſt ambiuij itineris, certa ſpe veræ credulitatis. Quarum vna
Πρακτικῆ, nomine laxius vehit, & Canonica dici meruit: ſub cujus ditione laicalis
ordo moratur & viuit. Altera verò nomine Θεωρητικῆ, limitibus hinc indè coactis,
,, arctata non vehit per plana; ſed receſſu confixa, ſecretoque prenni læta, moli-
,, tur ſemper ad ardua. Hæc Apoſtolica eſt denominata, quam nos peccatores ex ſe-
,, qui, & cum ea aſſiduis internæ intentionis niſibus conamur colluctari. h

h *Idem lib. 3.*

,, Hæc autem Vvillelmus audiens, retulit Abbati, inquiens. Flore primæuæ V.
,, ætatis laxiorem viam, & latiorem paciſci, finibuſque perſtrictam & coangusta-
,, tam volui ſummoperè imitari: verùm pater meus, Principeſque ſui conſtituêrunt
,, me nolentem Ducem ſibi. Sed quia nunc mei juris, meæque ſum poteſtatis; pa-
,, læſtram theorici collis hinc indè ſtrictius limitati mundum reliquendo, mutato-
,, que habitu, volo adipiſci. Audiens autem *Martinus* Abbas, merito præcellen-
,, tiſſimus, huius mirandæ intentionis propoſitum, ſuſpirans ſubitò, dirigit, imò-
,, que vocem trahens à pectore, inquit: Defenſor huius patriæ, cur talia rimatus
,, es facere? Quis fouebit clerum & populum? Quis contra nos ingruentium Pa-
,, ganorum exercitui obſtabit? quis paternis legibus reget ſtrenuè populum? Cui
,, gregem committes & commendabis? cui Ducamen Britanniæ Nortmannicæ-
,, que Regionis largieris? ſollicitudini tuæ, Diuinæ voluntatis prouidentia non
,, concordabitur, nec quæ moliris, agere adimplebis: nec me fauente vllatenus
,, tractabitur. Sed ſi vi poteſtatis tuæ profeſſor eſſe huius Monaſterij, & ΘΕΩΡΙΚΗΣ
,, viæ, relinquens ſæculum, incumbere malueris; ſi me quæſieris, nuſquam regio-
,, nis tuæ inuenire me poteris. Contra iſtiuſmodi excuſationis & contradictionis
,, molimina, Dux Vvillelmus reſpondiſſe fertur talia. Richardus filius meus di-
,, lectiſſimus, puerilis ætatis ignorantia adhuc inuolutus, principibus meis liben-
,, ter fauentibus, Dux erit pro me potentiſſimus Regionis huius: & quod Deo
,, voui, citius quàm potero explebitur. Exeunte autem Vvillelmo de Templi adi-
,, to cum Abbate Martino, ad pedes eius proruit Monachorum phalangula, de-
,, precans, vt acciperet in charitate Dei diaria, vitæ corporalis ſcilicet, cibaria.
,, Abbatis verò contradictionibus, animo motus, renuit illorum petitionibus:
,, nec acquieuit charitati ad eſum vllatenus ſed, petiuit Rothomagenſem vrbem
,, celerius.

APOSTROPHA.

Omne bonum præſcit Deus, & prædeſtinat vnus,
Omne malum præſcit Deus, ac non deſtinat vnus;
Fœlix velle tuum præſcit, prædeſtinat at non,
Qui tria ſumma manet, trinum ſpecimen, vigor vnus;
Fœlix velle tuum, nam ſcire Dei anticipante,
Palmam martyrij, merito creſcente, ſubibis.

,, Eadem quippe nocte, exæſtuante rufo felle cum cæteris humoribus, cœpit
,, grauibus nimium torreri doloribus; reputans hoc malum ei accidiſſe, propter
,, neglectam charitatem cibi & potus, quam abnuerat Monachis deprecantibus.
,, Idcircò Nortmannorum Brittonumque principibus aſcitis, adductoque puero VII.
,, nomine Richardo, ſpecie elegantiſſimo: cum eis pandit ſecretius mirabile ar-
,, canum ſuæ mentis, quod dudum retulerat Martino Abbati. Cùmque nobiliſ-
,, ſimi Principes Brittonicæ Nortmannicæque Regionis experirentur inauditum,
& quaſi

,, & quasi monstruosum propositum Vvillelmi Ducis, in stuporem & extasim con-
,, uersi, dixerunt, nimium ejulantes, illi: Cur talia mente cordis tui rimando
,, proposuit? Et si cogitando, quod numquam fiet, statuisti, quare, cui retulisti:
Quis nos defensabit ab incursu pestiferæ ferocitatis imminentium paganorum?
,, Quis-ve ab insidijs Franciscæ gentis nos tuebitur? Amplius, quod nunquam ad-
,, implebitur, non reputantur. Tunc Vvillelmus refragationis & dissuasionis obi-
,, ce commotus, respondisse fertur: Et reputabitur, & Deo fauente adimplebitur.
,, Verùm, quoniam Omnipotentis Dei voluntati non debetis resistere, & meum
,, propositum refutare: precor vos, vt consilijs meis faueatis, & quomodo huma-
,, narum rerum sors se forte habeat filium meum, Richardum: Ducem vobis, me
,, superstite, eligatis, & intentione custodiendæ fidelitatis, & militationis, ma-
,, nus vestras manibus eius detis. Extemplò cum Normannis Brittones responde-
,, runt Vvillelmo, dicentes: Huic consilio annuimus, & quod rogas fideliter fa-
,, ciemus. Igitur continuò Normanni & Brittones commendauerunt se Richar-
,, do, vnanimes, sacramento veræ fidei illi se connectentes. i i Ibid.
VII. Postea verò, perfidi dolo Arnulphi, Flandriæ Comitis, crudeliter necatur Guil-
lelmus Dux propè *Pinchinniacum* ad amnis *Somenæ* fluenta, in Veromanduis, 13. Ca-
lendas Ianuarij ann. 943. „ Inquirentes autem, ingentibus cordium suspirijs, ma-
,, gnoque oculorum fletu, liuores eius, atque deflendo, sanguinolenta reuoluentes
,, vestimenta illius: repererunt paruissimam clauim argenteam dependentem in
,, strophio lumborum eius. Sciscitantibus illis à domigenis quampluribus, cujus
,, rei gratia cinctorio clauis illa dependeretur; respondit quidam Camerarius, se-
,, cretorum eius conscius. Noster senior Vvillelmus, vouit se hoc labile sæculum
,, derelicturum, & se fieri, post hoc flebile placitum, *Gimegias*, monachum. Et hæc
,, clauis custodit in quodam scrinio, & coarctat monachilem habitum, scilicet,
,, cucullam, & laneum suparum. k Nunc alium testem audiamus. k Ibid.
VIII ,, *Sub eodem* tempore (inquit *Gemmeticensis*) duos à Cambetacensi territorio,
,, ex villa quæ Haspra vocatur, monachos, Balduinum, videlicet atque Gundui-
,, num, contigit Gemmeticum repetere. Qui vastam loci eremum ingressi, cum
,, maximo labore, terram, pro vt posse erat, extirpatis arboribus, cœperunt com-
,, planare: ac suarum laboribus manuum inibi insudare. Dux vero Vvillelmus,
,, dùm venatus gratia, superueniens illic, eos reperisset; percunctari cœpit ab eis,
,, quibus ab oris illuc aduenissent, vel quæ tam præcipua ædificia forent. Mox
,, serui Dei seriem rei per ordinem ei detexerunt: & charitatem panis hordeacei l Gemmeticensis
,, & aquæ obtulerunt. Quam cùm pro vilitate panis & aquæ sumere contempsis- lib. 3. cap. 7 sup.
,, set: saltum ingressus, immanem aprum reperit; quem festinè insequi cœpit.
,, Porrò Aper molessis post eum admissis, cursum retorquens, hasta venabuli fra-
,, cta, præpeti impetu, in Ducem irruit, eumque prostratum vehementer attriuit.
,, Qui post paululum sensu recepto, ac sana mente, monachos repetijt: & charita-
,, tem, quam incautè spreuerat, ab eis recepit: & locum se restauraturum spopon-
,, dit. Immissis ergò Auctionarijs, eum à ramis & sentibus purgauit: sanctique Pe-
,, tri, quod aliquantisper deciderat, monasterium resarciens, competenter texit.
,, Claustrum verò, & omnia receptacula muniuit: ac à sui magnitudine breuiata,
,, habitabilia reddidit. l
IX. ,, Interea, Legatos Pictauis, sororis suæ, quam Vvillelmus Comes, sibi in ma-
,, trimonio junxerat, dirigit: mandans, vt monachos illi mitteret, quos præfato
,, loco subrogaret. Soror autem eius; petitioni, gratanti animo, fauens, itineris
,, sumptus ordinauit: & duodecim monachos, cum Abbate suo, nomine *Martino*,
,, à sancti Cypriani cœnobio sublatos, fratri destinauit. Dux verò aduentu eorum
,, nimis exhilaratus, eos Rothomagi, cum maximo gaudio recepit: & cum omni
,, honore, militum cuneis septus, Gemmeticum duxit, Abbatique locum, cum
,, tota villæ tradidit, quam ab Allodarijs auro redemit, & se inibi Monachum fie-
,, ri voto obligauit. Votis quoque satisfecisset, nisi isdem Abbas eius animositati
,, obstitisset; eo quòd, filius eius Richardus adhuc puerulus esset, verens, ne pro-
,, pter illius imbecillitatem, quorumdam iniquorum molimine, patria turbaretur.
,, Veruntamen cucullam & stamineam ab eo extorquens, secum asportauit: quæ
,, in scrinio reposuit, & clauim eius argenteam cingulo suo appendit. Indè deni-

,, que egressus: Rothomagum repetit, Abbatis prohibitum molestè ferens. Cun-
,, ctos quoque Normannicos, & Britannicos principes asciuit; animique sui con-
,, sultum enucleatim pandit. Cuius verbis vehementer stupefacti, hærebant, quid
,, responderet; præ nimio stupore, elingues effecti: nam spiritu vix tandem re-
,, sumpto, in hanc vocem queruli prorumpunt: cur nos Serenissime Domine, tam
,, repentè dimittis? vel cui Dominium Ducatus tui committis? Quibus Dux inite
,, Est mihi filius, nomine Richardus. Vos autem rogo, vt si quando amoris affe-
,, ctum erga me habuistis, mihi nunc æquo animo ostendatis, quatenus illum vice
,, mei vobis præficiatis: quia quòd Deo voui, ineuitabiliter à me complebitur
,, factis. Cuius voluntati obsistere non valentes, ei quamuis mœsti assensum præ-
,, buerunt, in his concordes. Missis quoque nuntiis, puerum Richardum, à Fis-
,, canno reductum, illis exponit: cui fidelitatem Sacramentis, prono animo, cun-
,, ctis firmantibus, Dux totius Normannici, ceu Britannici Ducatus est prælatus.
,, Quem confestim pater Bajocas mittens, Botthoni, militiæ suæ Principi nutrien-
,, dum tradidit; vt ibi lingua eruditus Danica, suis, exterisque hominibus sciret
,, apertè dare responsa. Hæc de Gemeticensis loci prætitulauimus relatu, ostendere
,, volêtes quantâ deuotionê, quàm pium animi propositum Dux Vuillelmus habue-
rit circa eũ. m Multa alia inibi describit, quæ nunc lubens omitto, mortê verò præ-
fati Ducis postea enarrans, subdit. *Cujus corpus* paululum ad se relatum, cùm deue-
,, stirent: argenteam clauim in eius strophio reperiunt dependentem, satis ditissi-
,, mum thesaurum sub se habentem, stamineam scilicet, & cucullam Monachilem.
,, Quæ si comes ei fuisset, ab hoc conuentu rediens; apud Gemmeticum factus Mo-
,, nachus procul dubio sumpsisset. n

Tertium adduco testem, nempe Ordericum, qui hæc paucis ita complexus est. Guillelmus X.
Rollonis filius Gemmeticense *cœnobium restaurauit: ibique Monachus sub Martino Abbate fieri per optauit; sed Abbas eum recipere, donec filius eius ad tenendum Normanniæ Ducatum idoneus esset, refutauit.* o Id etiam testatur Guillelmus Malmesburiensis. p Et alij non pauci. q Confirmatur ex Epitaphio eiusdem B. Guillelmi Ducis, quod S. Maurilius, Rothomagensis Archiepiscopus, in eius sepulchro curauit appendendum, cùm ipsius corpus in ædem Metropolitanam S. Mariæ virginis recèns absolutam transtulit.

E P I T A P H I V M.

Quos deffendebat Guillelmus nemo premebat;
Auxilio caruit, lædere quem voluit.
Regibus ac Ducibus metuenda fuit manus eius:
Belliger Henricus Cæsar eum timuit.
Rexit Normannos viginti quinque per annos:
Militis atque Ducis promptus in officiis.
Cœnobium pulchre reparauit Gemmeticense,
Et decreuit ibi ferre jugum Monachi.
Feruidus inuicti coluit normam Benedicti,
Cui petijt subdi plenus amore Dei, &c. r

m *Ibid. cap. 8. Cænalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ In hac Abbatia. Post Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, an. 934. Iaõ Robertus cap. 9. sup.*
n *Gemeticensis. Ibid. cap. 12.*

o *Ordericus lib. 5. ad ann. 1080. sub 42. Archiepiscopo Rothomagens.*
p *Malmesburiens. lib. 2. de gestis Reg. Anglor. cap 7.*
q *Gaguinus. Chronica Chronicar. sup. Crantzius lib. 2. Noruegiæ cap. 33. Vualsinghamus sup. Yeppes. Tom. 2. Chronicor. Benedict. Centuria 3. cap. 7. ad ann. 684. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedict. 17. Decemb. vbi de hoc B. Vuillelmo Duce. Cænalis lib. 2. de Re Gallica, Perioche 4. & Tom. 3. sup.*

r *Apud Ordericum, sup.*

Cœnobium

Cœnobium Gemeticense Monachi curam excoluere, quibus B. Martinus protocœnobiarcha præficitur: ac subsequentes Archimandritæ recensentur sub Richardo 1. & 2. Normannis Ducibus, ipsius loci præcipuis fautoribus, & amantissimis benefactoribus.

CAPVT XV.

I. COnstat igitur cœnobium Gemeticense restaurari cœpisse sub Guillelmo Duce, operâ & labore duorum Monachorum, ex *Haspra* illuc aduenientium: iuxta Guillelmi Gemeticensis narrationem, superius allatam: [a] & in gestis Regum Francorum recensetur. *Per id tempus* (ait Gaguinus) *Gemeticum cœnobium quod à Danis dirutum, annos 30. desertum fuerat, à Balduino & Gunduino, Monachis, instaurari cœpit: hi enim ex Aspra, vico Cameracensis agri prodierunt.* [b] Quæ omnia lepido carmine cecinit Monachus ille, Gemeticensis alumnus, in hunc modum: de Restauratione huiusmodi cœnobij agens.

[a] Superiori capite 8.

[b] Gaguinus lib. 5. De gestis Reg. Fræc. In Ludouico IV.

II.

Interea centum vicibus sol contigit orbem
Lanigeri & libræ: tandem cedentibus armis,
Pacis alumna Ceres, Martis compescuit iras.
Protinùs è refugis duo patres claustra relinquunt,
Haspreadum, repetuntque suum pietatis Asylum:
Qui cùm spectassent, horrendis obsita dumis,
Inque vepres redigi, latebrosaque lustra ferarum,
Quæque panomphæo fuerant sacrata Tonanti;
In gemitus toti, & lachrymas soluuntur amaras,
Singultuque graui vertunt ad sydera vultus.
O Pater, ô Bonitas, aiunt, spes vnica rerum,
Qui tibi confisos nusquam dimittis inanes:
Cerne quot excidia, & clades quot funera casus,
Quot mala perpetimur, nostrisque medere ruinis.
Iam memores proauis quod nostris fœdus inisti;
Vt sicut Solymûm quondam venerabile Templum,
Sic ea sacrilega restaures diruta gente,
Quæ tibi tam celebri sunt structa Palatia cultu:
Vt tibi vota sacro Monachorum turba perenni,
Munia laudis agat solemnibus aucta Triumphis,
Priscaque iam vigeat pietas, reuerentia cultus.
Talia perstabant fundentes vota, precesque
Tethios vberibus, soloque legumine freti.
Nec mora: mittit opem summo qui spectat Olympo,
Guillelmumque Ducem Rollonis sanguine cretum:
Cœlitùs huc afflat venando flectere cursum,
Qui monachos nactus scitari cœpit ab illis,

Digitized by Google

Quis tam decrepitos iſtis vos appulit oris?
Quæ-nam Relligio, aut veſtri fiducia voti?
Quæ ſtructura incrant tam vaſtis condita eremis,
Vndè patent priſcæ veſtigia tanta ruinæ?
Cúmque rei ſeriem à primis Annalibus orſi
Ordine narraſſent, ex more cibaria præſtant:
Porrigit alteruter panem, ſitientibus offert
Alter aquam! ſiquidem ducebant talibus æuum.
Dux verò auerſus tam vilia fercula, cedit
Protinùs hiſce locis totus profuſus in iras.
Qui vix ingreſſus denſæ penetralia ſyluæ
Numinis impulſu ſtygium nanciſcitur aprum:
Qui rapido curſu, rauco bacchatus hiatu,
Vulneris intrepidus tranſit venabula, caſſes;
Semianimemque Ducem culmis proſtrauit acutis.
At memor offenſæ mox viribus ipſe reſumptis,
Hos repetit Patres, ſceleris pro labe pianda:
Sumpturuſque cibum, quem ſpreuerat, accubat iiſdem;
Cœnobij huius pollicitus ſarcire ruinas.
Tunc fieri delubra iubet, cellaſque, domoſque;
Multaque reſtituit, priſcis ſubuerſa ruinis
Prædia, diuitias, quo poſſent quæſtibus abſque,
Quique Monoptolemi ſecluſam ducere vitam.
Protinùs artificas ſponſa mercede labori,
Structuras renouare parant arctando minori
Schemate, limitibus, domuumque locique tenore
Archetypum: tandem fabrefacti encœnia Templi;
Quæ olim Chriſti-para, rurſus ſacrantur eidem,
Quæ gregis huius erit perpes cuſtoſque ſaluſque. c

Cùm autem Guillelmus Dux prudenter animaduertiſſet, hos duos, Chriſti famulos, tãto operi à ſe aſſumpto haud ſufficere: Legatos Pictauiũ miſit, ad *Gerloch*, ſororem ſuam, Pictauienſ. Comitiſſam: mandans, vt Monachos illi mitteret, quos *Gemmetico* ſubrogaret, quæ fratris petitioni, gratanti animo fauens, itineris ſumptus ordinauit: & duodecim Monachos cum Abbate ſuo, nomine *Martino*, à S. Cypriani cœnobio ſublatos, fratri deſtinauit: cum omni honore, Gemmeticum duxit; Abbatique locum cum tota villa tradidit, quam ab Allodarijs auro redemit, teſte Guillelmo Gemeticenſi. d Quiquidem *Martinus*, vocatur Abbas ſanctiſſimus, & merito præcellentiſſimus: e Eſtque in ſerie Abbatum Gemeticenſium primus poſt iſtius loci reſtaurationem. f III.

1. S. Martinus Abbas. IV.

Rexit ſanctiſſimè cœnobium, tempore D. Guillelmi Ducis, impiè necati, ann. 943. & filij eius, Richardi, eius nominis primi, cognomento *Intrepidi*. Guillelmi itaque mors, occaſio fuit Ludouico, Francorum Regi, Rothomagum adeundi, ſimulandique amici principis necem velle vlciſci, animo re vera aliud agitandi: nempe, ſub ſpecie tutelæ Richardi infantis, Ducatu ipſius Normaniæ potiri. Richardum itaque puerum Rex ſecum in Franciam traducit: g tuncque Gemmeticenſis

c *De Fundatione Ruina, & Reſtauratione inclyti Monaſterij Gemmeticenſ.*
Carmen: Cuius clauſtri parietibus inhærent Tabellæ, quæ totius rei ſummam indicant.
Apud Teppes ſup. pag. 795 796. 797. & 798.

d *Gemeticenſis lib. 3. cap. 8.*
Vvaiſſelghemus.
Cranzius.
Cænalis.
Teppes, &c. ſup.
Robertus de Monte, cap. 9. ſup.

e *Dudo lib. de moribus & Actis Normannor.*

f *Cænalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neuſtriæ in Gemeticenſ. Cœnobio.*
Gallia Chriſtiana. Ibid. in Abbat. poſt Robertum à Monte, ſup.

g *Gaguinus lib. 5. ſup.*

Digitized by Google

cenſis Abbatia, grauia paſſa eſt à quodam milite, quem præfatus Rex huic Prouinciæ præfecerat, cuius ſic *Gemeticenſis* meminit. „ *Rex etenim*, (inquit) aliquandiu „ apud Rothomagum morans, præfectum comitatui præfecit Rodulphum, agno„ mento *Tortam*, qui vectigalia annuatim à ſubditis exigeret; & tota hac in Pro„ uincia, jura ac quælibet negotia decerneret. Qui Paganis deterior, cuncta Mo„ naſteria ab ipſis exuſta, quæ circa Sequanæ littora erant, diruens à fundamentis, „ ad reparandam Rothomagenſem ciuitatem, petram aſportauit. Ad Gemmeti„ cum verò cùm acceſſiſſet, S. Mariæ Monaſterium inuaſit, illudque euertit: quod „ à fundamentis funditùs diruiſſet, niſi quidam Clericus, nomine *Clemens*, ab ope„ ratijs, duas turres pretio redemiſſet; quæ vſque ad tempus Roberti *Poulain*, Ar„ chiepiſcopi, qui illam reſtaurauit Eccleſiam, permanſerunt ſtabiles. [h] Quibus in verbis, error craſſus detegitur: circa prædictũ Robertũ *Poulain*, Archiep. Rothom. ann. 1208. quo Vvillelmus Gemeticenſis jam antea obierat: quare illa Reſtauratio Gemeticenſis Monaſterij ſpectat ad Robertum 2. huiuſce loci Abbatem 8. de quo inferius agetur. [i] Quantum autem S. Martinus Gemetico præfuerit, minimè aperitur: attamen ex eius ſucceſſore, paulo clarius intuebitur.

h Gemeticenſis lib. 4. cap. 6. 7. Vvalſingh amus ſup. Molinæus lib. 3. Hiſtor. Norman. cap. 4. ad ann. 946. §. 3.

i Cap. 16. §. 1.

V. Præterea, tam multa ſunt, tamque varia & diuerſa, atque confuſa de quodam B. *Annone*, reperiuntur, circa Epocham, fixamque temporis rationem, quo ipſe *Gemetico* præfuerit, exindèque Miciacum venerit, cœnobiarchiam illic ſumpturus: vt nonnulla prorſus neceſſaria nunc, pro rei indaganda veritate, ſint à nobis producenda, & ab alijs obſeruanda, ne incautus quis ad lapidem erroris pedem grauiter offendat.

VI. Cùm igitur Guillelmus, Dux Normannorum, cognomento, *Longa-ſpatha*, ſingulari ductus pietate Gemeticenſe cœnobium (vti iam ſuperius annotauimus) ex integro reſtauraſſet, curauit ibidem Monachos aggregare, cuius pijs votis haud parum profuit, quorumdam Religioſorum illic aduenientiũ *ex Haſpra*, in Belgio, peramplior ſollicitudo: quibus interim potuit B. *Anno*, veluti Abbas præeſſe, circa ann. 925. qui ibidem Deo impensè famulaturus aduenerat, ex *Miciaco*, vbi Monachatum profeſſus fuerat. Verùm Dux ille potentiſſimus æquè ac pientiſſimus ſagaci animo reuoluens tam paucis fratribus cœnobium iſtud minimè iuuari: alios expetiuit à Comitiſſa Pictauienſi, ſorore eius optima; quæ confeſtim fratris Ducis deſiderijs annuens, alios complures ablegauit Monachos, B. *Martino*, præfato, eorum anteſignano, inſtituto; qui mox huiuſce Aſceterij Archimandrita euaſit; exindèque B. *Anno*, loco cedens, *Miciacum* rediit, circa ann. 930. & Dux præfatus Guillelmus impunè atque dolo, occiſus eſt, ann. 942. quæ omnia paulò altius à nobis relata cernuntur.

VII. Non me latet hunc B. *Annonem*, ſecundo loco poni, in ſerie Abbatum Gemeticenſ. ſcilicet, poſt præfatum, B. *Martinum*: [k] ſed perperam; cùm ratio Chronologica omninò repugnet. Nam conſtat ipſum B. Annonem, annos ferè triginta præfuiſſe *Miciaco*, obijſſeque ann. 959. qui erat, primus Monachatus *Ermenthei*, Aurelianenſis Epiſcopi, apud *Miciacum*, quò ipſe Ermentheus Epiſcopus biennio tantum ſupervixit: cui adeſt ſucceſſor in Epiſcopatu eodem *Manaſſes*, huicque ſucceſſit Arnulphus ann. 963. ex *Letaldo*, authore ſynchrono lib. de miraculis S. Maximini 15. Decemb. Carolo *Sauſſayo*, in Annal. Eccleſ. Aurelianenſ. Claudio *Robert*. ſup. in Epiſcop. Aurelianenſ. &c. Nec moror complura à nonnullis coaceruata, abſque rei Chronologicæ recta indagatione, quæ lubens ac volens pertranſeo intacta, & ab ipſis probanda, à quibus ex induſtria ſuperſedeo. De hoc *Annone* Abbate fit mentio infra cap. 19. §. 6.

k Apud Claudium Robert. In Gallia Chriſtiana. Vbi de Abbatiis.

2. *Enſulbertus, ceu, Enſelbertus.*

Monachus & Decanus Gemeticenſis, poſtea verò Abbas Gemeticenſis ann. 963. & Fontanellenſis, circa ann. 993. qui vbique optimè ac rectè perhibetur rexiſſe, iuxta Tabulas Gemeticenſ. ac Fontanellenſes.

3. *Theodoricus.*

VIII Patria Diuionenſis, ab aliis *Rodericus*, nuncupatus: [l] ſed mendosè. Vt igitur,

l Canalis & Galliæ chriſtiana.

veritas omnibus innotescat, sciendum, quòd inter eos omnes, qui B. *Guillelmo*, Diuionensi Archimandritæ, (postea Fiscannensi Abbati, & primo Reformatori,) illi initio laborum, adjutores fuerunt, recensetur hic Theodoricus, iuxta vetus Chronicum MS. Benignianum. *Alter quoque* (ait) *subjunctus est memorato patri, Theodoricus dictus, huius patriæ ciuis, quem post Diutinam conditionem, Fiscannensi cœnobio constituit Priorem, ad vltimum Gemeticensium præfecit Abbatem.* [m] Porrò, B. Guillelmus, euocatus fuerat à Richardo 2. Normannor. Duce, ann. 1000. vt compluribus Monasterijs disciplinam restitueret: nimirum, Fiscannensi, [n] Gemeticensi, &c. sic enim illic habetur: *Commisit & alia loca memoratus Comes Richardus sæpè fato Abbati VVillelmo. scilicet, Gemmeticum, vt jam diximus, Monasterium S. Audoeni, Montem S. Michaëlis Archangeli: &c.* [o]

IX. Non abs re autem princeps ille inclytus, pro sua pietate, curam Gemeticensis cœnobij, præ se tulit, parentum certè suorum vestigia ad amussim sectatus, qui huic loco semper addicti fuerant. De *Rollone*, & *Guillelmo* 1. satis superque jam annotauimus: sic Richardus 1. *Intrepidus* vocitatus, *Guillelmo* patri, ann. 943. succedens, eidem Monasterio ita impensè fauit; vt propterea, illius reparator etiam dici meruerit [p] moriens autem ann. 996. filium reliquit hunc videlicet, *Richardum* 2. qui idem cœnobium summoperè dilexit, auxit, ditauitque. Nam fatetur *Gemmeticensis*: quòd alia monasteria ab Antecessoribus eius reædificata, mirabiliter auxerit. [q] Ex quorum numero proculdubio fuit Gemeticense, pro vt superius à nobis ostensum est: confirmaturque ab authore Anonymo, à quo hæc mutuauimus.
„ *Hic autem* Richardus (inquit) non solum Ecclesiæ Fiscannensi multa dedit: sed
„ etiam alijs Ecclesiis. Quadam enim die, cùm venisset Gimegias, ibidem ea no-
„ cte quieuit. Manè verò surgens, sicut sua consuetudo semper erat, perrexit orare
„ ad Monasterium: & post orationem super altare, vnum lignulum posuit. Rece-
„ dente verò illo, venerunt secretarij ad altare, putantes se ibi esse inuenturos, vel
„ marcam auri, vel vnciam, vel aliquid hujusmodi. Itaque inuenerunt lignulum
„ illud: atque quid significaret, non parùm mirari cœperunt. Ad vltimum inqui-
„ runt ab eo quid hoc esset, quod super altare illud posuisset: tunc respondit,
„ quod esset *Vin-monasterium*, scilicet quoddam manerium, quod ipse illis, pro ani-
„ ma sua dabat. [r]

X. Theodoricus Abbas, sui instituti fuit amantissimus, & monasticæ obseruantiæ zelator non vulgaris. Testatur namque *Ordericus*, B. *Theodoricum*, vticensem primarium Abbatem electum, ann. 1050. sub eo valdè profecisse, atque didicisse quæ regularis disciplinæ præcipua erant documenta. *Religiosa quoque instituta* (ait)
„ *quæ ipse ex doctrina venerabilium Abbatum, Richardi Virdunensis, & VVillermi Diuionensis, atque Theodorici Gemeticensis didicerat: & nouellæ Ecclesiæ sibi commissæ fideliter tradiderat, diligenti studio vsque hodie obseruant, & nouitijs ad religionis conuersationem conuersis solerter insinuant.* [f] Quantū vero ad diem mortis eius, vult Arboretanus Episcopus obijsse ann. 1000. [t] Sed perperam, cùm id omnino rationi chronologicæ repugnet. Beatus quippe Guillelmus à Duce Richardo 2. euocatus, Fiscanum non venit nisi ann. 1000. vbi factus Abbas, Priorem inibi constituit hunc Theodoricum, monachum, sibi notissimum, qui cœnobij curam gereret in eius absentia: quare minimè potuit è vita migrasse ann. 1000. sed forsitan, ann. 1010.

4. *Robertus.*

De eo mentio fit, in carta fundationis Prioratus de Longa-villa, ann. 1012.

5. *Theodoricus.* 2. [u]

Memorantur præfati duo Abbates, *Robertus* & *Theodoricus*, in Carta Drogonis Comitis, sub ann. 1030. vide inferius. cap. 19. §. 3.

m Cap. 2. Chronici, MS. S. Benigni Diuionens. *Apud Petrum Roverium in Illustration. Histor. Abbatiæ Reomaens. lib. 2. de gestis Villelmi 1. Abbatis 32.*
n *Ibid. cap. 8.*
o *Ibid. cap. 9. Item Roverius illustrat. 122.*
p *De Chesron cap. 123. Histor. Vniuersal. Franc.*
q *Gemeticensis lib. cap. 12.*
r *In Addicamentis ad Historiam Normann. in fine Gemeticens. Apud Quercetan.*
f *Ordericus lib. 3. ad ann. 1058.*
t *Canalis sup.*
u *Canalis & Gallia Christiana sup.*

Series eorumdem Abbatum continuatur, toto illo sæculo vndecimo, vsque ad annum 1100.

CAPVT XVI.

I. MVLTA sese offerunt subobscura, minúsque vera, circa Abbatum posteriorum notitiam: quæ ad Chronologiam, tanquam ad lapidem Lydium, referenda sunt, vt veritas historica comprobetur.

6. *Guillelmus.* [a]

Ex Priore istius Abbatiæ, eligitur Abbas: obijt anno 1037. [b]

7. *Robertus 2.*

II. Cùm prior esset Monasterij S. Audoeni Rothomagens. assumitur Abbas: juxta Accessiones Roberti de *Monte*, ad Sigebertum, ann. 1040. quo renouatis Ecclesiæ fundamentis, primarium lapidem affixit: indè ann. 1045. assumptus est ad Episcopatum Londoniensem in Anglia, postea ad Cantuariēsem euectus Archiepiscopatum, ann. 1050. quem biennio tantum possedit. Nam *Stigaudus*, Eduardi Regis Angli simplicitate abusus, fœdo incestu, quasi patris cubile inuasit, Cantuariensemque sibi sedem (Roberto adhuc superstite, nec Episcopatu, de more Ecclesiæ, per eum deposito) rapuit; nec ea de re indoluit, vt aliud magis nefarium accumularet: Ex Anglia igitur discedere cogitur Robertus, ann. 1052. [c] *Verùm ille* (inquit Malmeburiensis) *non expectata violentia, spontè profugerat, cùm sermo pacis componeretur, Romamque profectus, & de causa sua, sedem Apostolicam appellans, cùm per Gemmeticum reuerteretur, defunctus, ibique sepultus est, in Ecclesia S. Mariæ, quam ipse præcipuo, & sumptuoso opere construxerat.* [d] Obijsse eum affirmant ann. 1045. [e] seu 1070. [f] sed quibus refragatur historiæ narratio: Nam, quoad primum spectat: quomodò in fata concessisset, ann. 1045. qui ann. 1052. Romam contenderet? Potius dicendum esset eum Gemetici, Abbatia se sponte abdicasse ann. 1045. vt exindè ad Londoniensem pontificatum pergeret. Quantum verò ad secundum attinet: Fatetur *Baronius* Robertum è vita excessisse ann. 1058. [g] Deindè ann. 1070. Stigandum hujusce sedis inuasorem, condemnatum fuisse in concilio Vvintoniæ habito, præsentibus Legatis Apostolicis.

8. *Godefridus ann. 1045.*

9. *Robertus 3. ann. 1049. ejusdem loci Monachus.* [h]

III. Sub eo S. Theodoricus (& ipse *Gemeticensis* alumnus, natione Normanus, de Prouincia Calogiensi oriundus) electus est in Abbatem primarium, *Vticensis*, ceu S. Ebrulfi cœnobij, recèns instaurati, ann. 1050. [i] Cujus rei actio ita apud *Ordericum* describitur. „*Deindè Hugo & Robertus* (*filij Roberti de Grentemaisnilio*, fundatores præcipui vticensis cœnobij) à Duce (Normanniæ Guillelmo 2.) accepta „licentia eligendi Abbatem, Gemmeticum expetierunt, & à Domno Roberto, „ejusdem Ecclesiæ Abbate, Theodoricum monachum, ad Abbatiæ suæ regimen „requisierunt. Abbas verò iustæ petitioni nobilium virorum libenter fauit: & „monachum, quem ad pastoralem curam idoneum nouerat, illis concessit. Illi „autem gaudentes: eum Duci præsentauerunt. At ille veneratione congrua eum „suscepit: datoque baculo pastorali, sicut moris est, Ecclesiæ Vticensi præfecit. „Deindè Lexouiensis Episcopus Hugo; cum Osberno Archidiacono, alijsque

a *Canalis, & Gallia Christiana sup.*
b *Canalis.*
c *Vvestmonasteriensis ad ann. 1052. & 1058. Harpsfeldius Histor. Ecclesiastic. Anglican. Secul. 11. cap. 10. 11. & 15. Canalis & Gallia Christiana sup.*
d *Malmesburiensis de Gestis Reg. Angl. lib. 2. cap. 15. Item de Gestis Pontif. Anglor. lib. 1.*
e *Canalis sup.*
f *Gallia Christiana in Archiepiscopis Cantuariens. sub 31. ex Baronio.*
g *Baronius in Annalib. Eccles. ad ann. 1058. § 16 ß Ex Malmesburien sup.*
h *Baronius ann. 1070. §. 21. ex Rogero Houedeno.*
i *Canalis & Gallia Christiana in Abbat.*
k *Menardus lib. 2. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 1. Augusti de S. Theodorico.*

„ clericis ſuis, vticum perrexit; & venerabilem Theodoricum cœnobitam ſecum „ duxit, cumque ibi 3. Nonas Octobris, die Dominica, venerabiliter conſecrauit. „ Ordinatus autem, in ſuperbiam elatus non eſt; ſed religionis viam, verbis & „ operibus oſtendebat his, quibus prælatus eſt. Hic nimirum ab infantia, in domo „ Domini nutritus fuerat; diutinoque ſedimine; religioſam vitam jugiter ducere „ didicerat. In ſanctis orationibus atque vigilijs; necnon in abſtinentia aſſiduus „ erat. Frigoribus etiam in tantum corpus proprium affligebat: vt per totam ali- „ quando hyemem, ſine pellicia permaneret. Quadam itaque die, dùm ſecundum „ morem conſuetum ſibi, ſacrificium Deo offerre voluiſſet: pelliciam miri cando- „ ris ſuper altare poſitam inuenit. Quam non manibus hominum, ſed Angelorum „ illic eam eſſe poſitam non dubitans, Deo gratias egit: & indutus eam gratulan- „ ter; ſeruitium Diuinum peregit. Hoc ita geſtum fuiſſe, in Gemeticenſi Eccle- „ ſia, dùm adhuc clauſtralis eſſet monachus, à Monachis veracibus, qui tunc in „ ſupradicto monaſterio, morabantur, audiuimus. Hunc venerabilis Theodori- „ cus, Gemmeticenſis Abbas, de ſacro fonte leuauerat: & ſub monachili jugo, in „ ſchola Chriſti educatum, multum dilexerat. Quem, dùm idem ad robur virile „ veniſſet, boniſque moribus laudabiliter polleret, vicarium ſibi, ad animarum „ lucra, fratribus conſtituit. Atque ad infantum Magiſterium, & ad curam clau- „ ſtralis prioratus tuendam promouit. Deindè, ſicut ſupradictum eſt, idem vir Do- „ mini, tempore Roberti Abbatis, de Gemmetico aſſumptus eſt: & vticenſi no- „ uellæ plantationi Abbatiæ prælatus eſt, anno ab Incarnatione Domini 1050. in- „ dictione 4. qui erat ann. 19. Henrici Regis Francor. & 15. Ducatus Vvillermi Ducis Normanorum. [k]

k *Ordericus. lib. 3. ad ann. 1050.*

Porro, Dedicatio Eccleſiæ Abbatialis Gemeticenſis peracta eſt 1. Iulij, anno IV.
1067. de qua hæc habet Martyrologium Benedictinum. *Gemetici in Normannia, Dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ Gemmeticenſis, à S. Maurilio, Archiepiſcopo Rothomagenſi, & à Balduino Epiſcopo Ebroicenſi, coram Guillelmo, Normannorum Duce, Cognomento, de Longa-ſpada.* [l] Quibus in verbis, craſſus error deprehenditur. Guillelmus etenim ille, *Longa-ſpatha*, cognominatus, filius Rollonis Ducis, patri ſucceſſit ann. 917. & obijt ipſe poſtea, anno 942. itaque huiuſmodi Dedicatio haud accidit ſub ipſo: ſed tempore Guillelmi, 2. nothi Normanniæ Ducis, & Angliæ regis conqueſtoris: qui patri Roberto Duci, ſucceſſit, ann. 1035. Regnauitque vſque ad ann. 1087. quo debitum mortis ſoluit. Præterea, Maurilius ille Metropolitanus ad Archiepiſcopatum Rothomagenſem haud Aſſumptus eſt, niſi circa ann. 1055. quare miror *Menardum*, virum alioqui eruditum, ſic fuiſſe deluſum, vt non ſolum huic errori ſubſcripſerit; ſed etiam *Gemmeticenſem*, & *Ordericum*, in ſui aſſerti fautores adduxerit: cùm illi prorſus aduerſentur. [m]

l *Martyrolog. Benedictin. 1. Iulij.*

m *Menardus ibid. lib. 1. Obſeruation. Gemeticenſis lib. 7. cap. 38. Ordericus lib. 4. ad ann. 1067. Vvalſingham, in ypodigmate neuſtriæ ann. 1067. Lecrius lib. 4. Mariæ Auguſtæ cap. 78 Colueneſius Tom. 2. Calendar. Virgin.*

10. *Gontardus.* [n]

n *Canalis & Gallia Chriſtiana ſup.*

Succeſſor habetur ann. 1072. apud Ordericum: & ſi Alboretanus Epiſcopus V.
referat ad ann. 1074. „ *De Fontanellæ Monaſterio*, (inquit Ordericus) *Guntardus cœ- „ nobita, electione ſapientum, aſſumptus eſt; & poſt obitum Roberti, Abbatis, Gemme- „ ticenſibus Rector datus eſt. Spiritualis doctrinæ pabula commiſſis ouibus curioſè impendit: „ & rigorem Monaſtici ordinis viriliter tenuit. Manſuetos & obedientes, vt pater filios, „ mulcens, honorauit: in reprobos autem & contumaces, vt ſeuerus magiſter, diſcipli- „ næ virgam exercuit. Denique ad Concilium, quod Vrbanus Papa, anno ab Incarnatione „ Domini* 1095. *indictione* 3. *apud Clarum-montem tenuit, præfatus pater, cum cæteris col- „ legis ſuis Normanniæ Paſtoribus, perrexit: ibique iubente Deo, finem vitæ, ſexto calen- „ das Decembris accepit.* [o]

o *Ordericus ſup. ad ann. 1072.*

Porro ipſe Abba Gontardus, *Guillelmo Notho*, Normanorum Duci, & An- VI.
gliæ Regi lecto decumbenti ad mortem, indefeſſus piè aſtitit: pro ſalute principis, Deum obnixè deprecans; teſte eodem *Orderico*. *Ibi Giſlebertus, Lexonienſis Epiſcopus, & Guntardus Gemmeticenſis Abbas, cum quibuſdam alijs Archiatris, ſedulò excubabant; & de ſpirituali ac corporali ſalute Regis, ſollicitè tractabant.* [p] Tandem eo mortuo, ann. 1087. die 9. Septemb, apud Rothomagum, corpus ipſius exindè

p *Idem lib. 7. ad ann. 1087. Bryus lib. 2. hiſtor. Comitum Pertinenſ.*

Cadomum eſt delatum, vt in Eccleſia Abbatiali S. Stephani, Prothomartyris, à ſe condita, tumularetur: cuius exequijs inibi de more, celebratis, interfuit Guntardus, Gemmeticenſis Abbas, vnà cum Metropolite, Epiſcopis, & cæteris totius Neuſtriæ Archimandritis. [q] De eo iterum agit, dùm illuſtriores recenſet prælatos, qui eo tempore Neuſtriam incolebant. *Ea nempe tempeſtate, in Normannia florebant, Anſelmus Beccenſis, Gerbertus Fontanellenſis, Guntardus Gemmeticenſis, aliique plures, in templo Dei, lucentes lucernæ; à quibus inſigniter illuſtrata, ſalubris hauriebat vbertatem doctrinæ.* [r] Migrauit autem in cœlum B. Guntardus, ann. 1095. dùm præſens adeſſet in ſynodo Claro-montenſi Aruerniæ: vti jam diximus ex *Orderico*.

& Alenconienſ. cap. 16. pag. 82.

q *Ibid. Ordericus.*

r *Idem lib. 8. ad ann. 1094.*

VII. Dudum, *Albertus*, *Godehildis*, *Guillelmi*, Belliſmenſis Comitis, ſororis filius, dederat Abbatiæ Gemmeticenſi, prioratum *Domnæ-Mariæ*, quem ipſe fundauerat: vti conſtat ex Authographo ſequenti. *In Chriſti nomine, ego Abbas Albertus Abbatiæ SS. Stephani* Prothomartyris, & *Chriſti* Confeſſoris *Maximini*: Notum volo fieri cunctis coram gentibus S. Dei Eccleſiæ. Quia antequam ordinem ſuſcepiſſem monaſticum, erat mihi quidam Alodus, ex materna hæreditate, non ex alicuius beneficio, quem S. Petro in *Gemmetico* monaſterio, vbi habitum ſuſcepi, dedi pro remedio animæ meæ, filijque mei, *Arnulphi*, Turonenſis Archiepiſcopi, & parentum meorum; vt ſanctus ſupradictus interceſſor ſit pro nobis apud Dominum. Eſt autem ipſe Alodus in pago Beliſmenſi, quem vocant *Domna-Maria*, quem S. Petro dedi, cum appenditijs ſuis. Iuſſi autem fieri hanc chartam, ne aliquis poſt me poſſit S. Petro abſtrahere. Quòd ſi aliquis præſumpſerit, cum Iuda proditore, Anna & Caipha damnationem accipiat. Hæc autem chartula vt firmior ſit, eam ſubterfirmaui, & parentibus meis corroborandam obtuli. Signum *Alberti* Abbatis: Signum *Radbodi*, Sagienſis Epiſcopi; Signum *Arnulphi*, Turonis Archiepiſcopi; Signum *Ribaldi*; Signum *Gilleberti*; Signum *Roberti* Regis; Signum *Henrici*, filij eius: Signum *Gothelini*; Signum *Vvathonis*; Signum *Vvillelmi* Belleſmenſis: Signum *Richardi* Comitis Normannorum. Cùm igitur Prioratus huiuſmodi ſpectaret omnino ad Abbatiam Gemeticenſem, oborta eſt lis, ſuſcitatumque iurgium ab Abbate S. Maximini Aurelianenſi aduerſus *Guntardum*, præfatum Gemeticenſem Abbatem; quod iudicio interueniente, fit ſopitum legitur in fauorem Gemeticenſis.

VIII *Notum ſit* omnibus, quia anno ab Incarnatione Domini 1086. conuenerunt ante *Robertum* de Belliſmo; in aula ipſius Belliſmi, Abbas S. Petri Gemeticenſis, *Gontardus*; & Abbas S. Maximini Aurelianenſ. Fulco, ad placitum nominatum, de calumnijs, de *Domna-Maria*, definiendum, ſecundum iudicium prædictæ curiæ. Ibi ergo congregatis, tàm prece, quàm admonitione *Roberti* Belliſmenſis, pluribus Abbatibus & monachis, multiſque Baronibus laicis; ipſius curiæ iudicio decretum eſt: vt Abbas S. Petri Gemeticenſis, de rebus de *Domna Maria*, ſaiſitus remaneret. Huius autem placiti iudices fuerunt Domnus Abbas *Robertus* Sagij, & *Mainerius*, Abbas S. Ebrulfi, & *Iohel* Abbas S. Petri *Culturæ*. De Laicus, Dominus Oliuarius *de Malo*, & Rainaldus de Noüant, & Geruaſius de *Damfronte*, & Gulpherius de *Villerio*, & Picot de *Saïo*, Rainaldus de *Panelulo*, & Petrus frater eius; & Hamelinus de *Alta-noxia*, & Hugo de *Cormerio*, & multi alij. Et parte Abbatis S. Maximini, fuerunt, & viderunt & audierunt Odo de *Clino-Campo*, & Gualterius, filius Gualterij, & Gaufridus Vicarius, & Rodulphus *de Pratis*, & Rodulphus Malherba. Hoc iudicium factum eſt in Dominica ſequente Pentecoſten prædicti anni. Signum *Rainaldi* de *Nonanto*, Signum *Gulpherij*, Signum *Picot*, Signum *Geruaſij*, Signum *Hamelini*, Signum *Roberti* de *Belliſmo*, Signum *Oliuarij*. Ex Archiuo Gemeticenſis cœnobij; cuius & meminit Bryus, lib. 2. Hiſtor. Perticenſ. Comit. cap. 9. pag. 51. & cap. 16. pag. 82. & 83.

11. *Tancardus.*

IX. Prefato concilio aderat, vt præpoſitus Fiſcannenſis cœnobij, ann. 1095. [f] quando B. Guntardus, ſpiritum Deo reddidit *cui poſtea*, (ait Ordericus) Tancardus Fiſcannenſis Prior, *ferus, vt Leo, ſucceſsit.* [s] Ex Indulgentia Guillelmi, *Ruff*,

f *Canalis & Galliâ Chriſtiana ſup.*

t *Ordericus lib. 4. ann. 1072.* Angliæ Regis, qui, Roberto, eius fratre primogenito, ad sacrum bellum, properante in orientem, Neustriam totam rexit at detinuit. „ *Guillelmus itaque Rex* „ (inquit idem Author) Normanniam possedit, & Dominia Patris sui, quæ „ frater suus insipienter distraxerat, sibi mancipauit; & Ecclesias Pastoribus vi„ duatas, electis pro modulo suo, Rectoribus commisit. Nam Gemmeticense, „ & Diuense vacabant. Guntardus enim Gemmeticensium strenuus Abbas, apud „ Clarum-Montem, dùm famosa synodus ibi celebraretur 6. Calend. Decemb. „ obijt, in cuius loco, Rex, Tancardum Fiscannensem præpositum subrogauit: „ & cæt. Et Diuensibus, Etardum Gemmeticensem Hortolanum, ab infantia „ monachium, Abbatem dedit: qui per aliquot annos gregem Dei diligenter ser„ uauit. u Ex quibus verbis discimus, monasterium Gemmeticense Pastore aliquandiu caruisse à morte prædicti B. Guntardi: cuius vacationis tempore Baldricus, ex monacho, Dolensis Episcopus in Britannia Armorica, curam illius, & aliorum fortè nonnumquam gessit: *Etenim vicina cœnobia, Fiscannum, scilicet ac Fontinellam, atque Gemmeticum, aliaque plura visitabat: & in timere Dei Sacris Sermonibus confortabat.* x Vsque ad ann. 1098. quo prædictus Tancardus Gemetico subrogatus est: sed non diu inibi permansit. Nam *post aliquot annos, orto inter ipsum & monachos probroso tumultu, cum infamia recessit.* y

u *Idem. lib. 10. ad ann. 1098.*

x *Idem lib. 9. in fin.*

y *Idem lib. 10. sup.*

Qui Abbates huic inclyto Monasterio, præfuerint, sæculo duodecimo, notantur.

CAPVT XVII.

TANCARDVS igitur expulsus à Gemetico, ann. 1101. cum ignominia recessit: in cujus locum, alius mox sufficitur: scilicet. I.

12. *Vrsus.* a

a *Canalis & Gallia Christiana sup.*

Eique (addit Ordericus) *Rothomagensis Vrsus, ab infantia ejusdem Ecclesiæ monachus, per annos 20. successit.* b Interfuit Concilio Rothomagensi, sub Goisfredo, Rothomagensi Metropolitano, Præsidente Conrado, sedis Apostolicæ Legato celebrato, anno Domini 1118. Indictione 11. nonis Octobris. c Ad eum Iuo Carnotensis, scripsit: d quæ sic incipit. *Haconis gregis vobis Commissi, &c.* Rogat quippe eum vt ouem errantem, monachumque fugientem peramanter recipiat, & in proprium ouile pastor legitimus eum reducat.

b *Ordericus lib. 10. ad ann. 1098.*

c *Idem lib. 11. ad ann. 1118.*

d *Iuo Carnotensis Epistola 160.*

13. *Guillelmus.*

Notatur cœnobiarchiam assumpsisse ann. 1127. e quod parum veritati consonat, cùm ex *Orderico* sit manifestum, huic Abbatiæ esse præfectum circa ann. 1120. II.
f Interfuit ann. 1128. Conuentui habito Rothomagi, per Mathæum Albanensem Episcopum, Legatum Apostolicum, coram Henrico I. Rege Angliæ, Normaniæ Duce, tempore infirmitatis Goisfredi Archiepiscopi Rothomagensis. g Anno autem 1134. idem Abbas Vvillelmus nonnulla largitus est monachis Sagiensibus. h Memoratur in quadam Carta inferius cap. 19. §. 6.

e *Canalis. Galliana Christiana sup.*

f *Ordericus lib. 10. sup.*

g *Idem lib. 11. ad ann. 1128.*

h *Ex libro Rubeo MS. Abbat. S. Martini Sagiens. fol. 36.*

14. *Eustachius.*

Anno 1142. Gemeticensis alumnus: viuens adhuc ann. 1154. ex Roberto de Monte cap. 9. sup.

15. *Petrus.* i

i *Canalis & Gallia Christiana sup.*

Cluniacensis Monachus ann. 1153. Memoratur infra cap. 19. §. 7. ad ann. 1158.

Scribit

III. Scribit Petrus Blesensis: Magistro *Alexandro*, Priori de Gemetico, charissimo socio & amico, Epistolam, cujus initium est: *Prouiseram vobis, &c.* [k] Rursus ad Adrianum, summum Pontificem: super negotio Gemeticensi à se confecto.
„ *Pro causa*, ex mandato vestro dirimenda, quæ inter Abbatem Gemmeticanum, „ & monachos vertebatur, ad ipsum monasterium vsque descendimus; vt nobis „ facilius, de proximo facies Ecclesiæ, & rerum veritas innotescere posset, ac sine „ sumptu & labore partium, ipsa commodius controuersia, terminari. Cæterùm, „ in quamcumque partem debeat culpa conferri, certum est Monasterium anti„ quum & nobile miserabiliter in spiritualibus & spiritualibus defecisse: tan„ tusque inter Abbatem & monachos omnes, exceptis tribus vel quatuor, zelus „ exarsit, vt in omne tempus de reformanda inter eos concordia desperetur. Tot „ enim in ipsum turpitudines publicè protulerunt, vt necesse sit semper vtramque „ partem de vera alterius gratia dubitare, quoniam quiescente fortasse litigio, „ odiosa probrorum memoria non quiescet. Proposuerunt siquidem aduersus eum „ tria capitula; primum, de turpi & Innaturali incontinentia; secundum, de Sy„ monia: tertium, de Dilapidatione, per quam, non tantum ad inopiam, sed & „ ad extremam inediam se dicebant esse deductos. Ne verò confusionem faceret „ multitudo, si de tribus promiscuè tractaretur, elegerunt primum illud de in„ continentia capitulum: super quo septem accusatores monachos Sacerdotes, & „ nouem postmodum testes monachos itidem, sed diuersorum ordinum produxe„ runt. Quorum diligentius explorato testimonio, cognouimus quinque, singu„ los de singulis actibus singulare testimonium perhibere, nec aliquem eorum ali„ quid cum alio percepisse; sed per se sigillatim vnumquemque quod dixerat in„ uenisse. Duorum autem, qui in vnius actus attestatione producti sunt; repe„ rimus alterum laicum, nullius ordinis, olim militem: ideoque ad exhiben„ dam in Præsbyterum criminis probationem minus idoneum. Alter verò, cùm „ eo detracto, solitarius remaneret, à nobis est minus sufficiens reputatus. Porro, „ de duobus nouissimis, qui similiter in vnius, sed alterius actus testimonio proces„ serunt; alter subdiaconus & adolescens inuentus est, qui & ipse cùm ob vlterio„ rem Abbatis familiaritatem suspectus esse fratribus incœpisset, se nihil inhone„ stum, de Abbate percepisse constantissimè coram omnibus affirmauit. Vndè pro „ minori ætate, & ordine, & inconstantia sermonis exclusus, socium nihilomi„ nus solitarium fecit: licet illum quoque lasciuius se gessisse, & pars aduersa di„ ceret, & fama consentiens prædicaret. Quibus omnibus diligenter auditis, & „ cognitis, visum est nobis, ex sententia, cuncta quæ processerant, non ad pro„ bationem, sed ad præsumptionem posse proficere; quia probationis priuilegium „ solitaria testimonia non merentur. Quia igitur præsumptioni standum est, do„ nec in contrarium probetur: Abbati est à nobis adjudicata purgatio, septima „ quidem manu, trium scilicet Abbatum, & trium monachorum sacerdotum, „ notæ, opinionis, & nominis; quorum juramentis, vulneratæ famæ necessarium „ posset remedium comparare. Appellatum est ergò à monachis ad octauas Pente„ costes, Apostoli postulati & traditi; partibusque mandatum, ne interim ab eis, appellati nominis Apostolici reuerentia læderetur. [l] De eo ita habet Robertus de Monte ann. 1169. Chronicon verò MS. Becci, ad ann. 1166. *Obijt Petrus* Gemeticensis Abbas, cui successit Monachus Beccensis, nomine Rogerius, Deo & hominibus charus: in cujus diebus, multa bona euenerunt Ecclesiæ Gemeticensi, 17. August. moritur.

k *Petrus Blesensis Epistola 37.*

l *Arnulphus Lexouiē. Epistol. 9. Extat Tom. 12. part. 2. Bibliothec. patrum.*

16. Rogerius. [m]

Monachus Beccensis, aulico fauore Regū conspicuus: ann. *1169.* [n] qui ann. 1177.
IV. vitam finiuit: teste Roberto à Monte. *Obijt Rogerus, Abbas Gemeticensis, Monachus Becci,* [o] scilicet 16. Calend. Septemb. [p]

m *Gallia Christiana sup.*
n *Cenalis sup.*
o *In Appendice ad Sigebertum ann. 1177.*
p *Ex Catalog. Abbat. Beccens.*

17. Robertus [q] *4. de Argentijs.*

Gemeticensis alumnus, cellarius ejusdem loci, factus est Abbas, ann. 1178. [r]

q *Gallia Christiana.*
r *Appendix ad Sigebertum ann. 1178.*

obijt autem ann. 1190. 4. idus Iunij, [f] perperam ergò Arbitratur Arboretanus Episcopus, hunc Robertum Abbatiæ recepisse regimen ann. 1176. [t]

f Ibid. ann. 1190. & Antiquitates MSS. Norman. pag. 223.
t Cœnalis sup.

18. Rogerius 2.

Oeconomus erat, scilicet Cellarius cœnobij Gemeticensis, quando Archimandrita electus est, ann. 1190. pridie idus Iulij [u] moritur ann. 1191. 4. Calend. Nouemb. [x] Ita Antiquitates, MS. sup.

u Idem & Gallia Christiana. Post Appendicem, sup.
x Idem Appendix.

19. Richardus, de Mara.

Ejusdem loci monachus, fit Abbas, ann. 1191. 17. Calend. Ianuar. [y] in fata autem concessit, ann. 1198. in festo SS. Fabiani & Sebastiani. [z]

y Idem & Cœnalis, et Gallia Christiana & Antiquitates MSS. sup.
z Idem Appendix 1198.

20. Alexander.

Doctor extitit, & vir multiscius, ac magnæ eruditionis; electus Abbas, ann. 1198. [aa] *Idibus mensis Februarij*, (ait Robertus de Monte) *electus est Alexander Abbas, qui Prior fuerat ejusdem Monasterij, prima Dominica quadragesimæ consecratus: eodem anno Rex Richardus, in cœlebratione Gemetica fuit; Eodem quoque anno, ad petitionem Alexandri Abbatis, dedit Richardus Rex Ecclesiæ Gemeticensi, mercatum apud Duclarum, & Chartam fieri præcepit: ipse pro excambis Pontis-Archæ, Toute-Villam dedit:* [bb] Mortuo autem ipso Rege Richardo, ann. 1199. frater eius Ioannes, Regni Angliæ habenas suscepit. „ *Hic Gemeticensi* Ecclesiæ reddidit Pontem-Archæ, & Toute-villam „ resumpsit. [cc] Anno verò Sequenti scilicet 1200. Obijt Albertus, Damarturi Co„mes, & sepultus est apud Gemmeticum, ante altare S. Mariæ: vir apud Deum & „ homines valdè clarus; obijt autem 13. Calend. Octob. filius eius Reginaldus Co„mes Boloniæ, pro remedio animæ eius dedit Gemeticensi Ecclesiæ, vndecim „ libras annui redditus apud Iuliam-bonam, in perpetuam eleemosynam, in feudo „ *Vaschet*. [dd] Item, ann. 1201. Vvillelmus de *Vado*, miles, vendidit, vel potius „ accepta charitate 13. librarum, & vnius equi albi, in perpetuam eleemosynam „ dedit Deo, & Alexandro Abbati, & monachis Gemeticensibus, tertiam par„tem terræ, quam habebat apud *Duclarum*, & vniuersa quæ ad terræ illius ter„tiam partem pertinebant, in hominibus, & oblationibus & redditibus, siue per„tinentijs. Eodem quoque anno, videlicet, 1201. Rogerius *Torel*, miles illustris, „ vilcatiensis territorij, dedit Ecclesiæ Gemeticensi, in perpetuam eleemosynam, „ apud Gisenneas, 16. & dimidiam, acras terræ arabilis; & septem acras nemoris „ in manu Vvaltheri Archiepiscopi reddidit. Archiepiscopus verò Alexandro „ Abbati, & monachis dedit, & chartam, tam suam, quàm supradicti militis, „ fieri præcepit, non solùm de jam dicta donatione, sed & de omnibus, quæ à præ„decessoribus sæpe dicti Rogerij data nobis fuerant, vt deinceps tanquam pura „ eleemosyna, per iustitiam Archiepiscopi omnia tenerentur. Pro hac autem do„natione Rogerius *Torel*, accepit ab Alexandro Abbate, nomine charitatis, 30. „ libras Andegauenses, & equum vnum album: à Vvillelmo verò de *Lunda*, cel„lario, duorum militum vestimenta de *Estanfort*, sui videlicet & alterius militis. „ [ee] Anno 1203. Ælisa *Bigeressa*, mulier nobilis, Ecclesiæ Gemeticensi, & Ale„xandro Abbati, se reddidit, & dedit octo acras terræ, & duos hospites, cum „ omni tenemento eorum, Robertum Trauelle & Robertum Soliman. [ff] Recensetur in Charta cessionis factæ ann. 1217. Regi de omnibus juribus, quæ possidebat Conuentus Gemetici apud Pontem arcæ, in Normania.

V.

aa Cœnalis & Gallia Christiana.
bb Appendix ann. 1198.
cc Idem ann. 1199.
dd Idem ann. 1200. Choppinus lib. 3. de Sacra politia. Titul. 6. §. 1.
ee Idem ann. 1201.
ff Idem ann. 1203.

Reliqui

Digitized by Google

Reliqui Abbates huiusce cœnobij enumerantur, Reges ac Principes & optimates hunc locum plurimùm sunt venerati: quò & sepulturam elegerunt: in his Eneruati, præcipuè notantur: quorum historia discutitur: Monachi Illustriores ex hoc assumpti ad dignitates Ecclesiasticas recensentur: & beneficia ab hac Abbatia dependentia cernuntur.

CAPVT XVIII.

I. PArua nobis superest de hujusmodi Gemeticensibus notitia: forsan ob bella quibus tota tunc quatiebatur Normannia, inter Gallos Anglosque inita: sed tandem Philippus Augustus Galliæ Rex, superior factus, vniuersa Prouincia potitus est, ann. 1204.[a]

21. Guillelmus 2. de Reseuchon.

Anno 1213. fit Gemeticensis cœnobiarcha:[b] qui ann. 1222. ad instantiam Geruasij Sagiensis Episcopi, nonnulla dat Canonicis Regularibus Præmonstratens. Ordin. Abbatiæ Sylleiensis.[c] *Decessit autem è vita ann.* 1239. *cùm præesset Ecclesiæ Rothomagensi Dominus Petrus* de Collomedio: ait Arboretanus Pontifex.

22. Vvillelmus 3. 23. Robertus 5. d'Estellant.

24. Richardus 2.

Post quem, successit iterum præfatus *Robertus*, sed rursus demissus: fit.

25. Ioannes[d] de Toto. 26. Gaufridus 2.

Iurauit in verba Ecclesiæ Rothomagens. ann. 1307.

27. Guillelmus 3.

Anno 1339. curauit exequias D. Ioannis *Marc d'Argent*, Abbatis S. Audoeni Rothomagensis: mense Decembri: vbi vocatur Guillelmus *Iemblet*.

28. Mathæus Cornet. 29. Robertus[e] de Bordeaux.

30. Guillelmus 4. Iuuenis. 31. Ioannes 2. le Borracher 1362.
32. Ioannes 3. de S. Dyonisio. 33. Ioannes 4. de Foris. Obijt 1389.
34. Gaufridus 3. Harenc. 35. Symon de Bosco, Rothomagens.

II. Ex antiqua familia natus, patrem habuit scutiferum, matrem Guillelmam de Vaulricourt. Decretorum Doctor, Monachus S. Audoeni Rothomagens. Prior de *Sigeyo*: & Abbas S. Vigoris de *Cerasio*: cuius fama in Concilijs generalibus, Pisano, Romano, & Constantiensi celeberrimè viguit: præfuit Monasterio, ann. 26. obijtque 9. Septemb. ann. 1418. sepultus in Capella Virg. Mariæ, eleuatus à terra, habens caput Marmoreum.[f]

36. Nicolaus Ruffi.

Ex Priore cœnobij de Cruce S. Leufredi. Obijt ann. 1431. 17. Iunij.[g]

a *Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum ann. 1204.*

b *Canalis & Gallia Christiana sup.*

c *Ex Cartulario Sylliaco.*

d *Gallia Christiana sup.*

e *Vide sup. cap. 10. Abbat. S. Audoenis §. 2. & 3.*

f *Antiquitates MSS. Norman. pag. 223. Apud D. Bzou. Concil. Constantiens. sess. 13. ann. 1315. Bzouius in Annalib. Eccles. ad ann. 1315. Yeppes. Tom. 2. Chronic. Benedictin. Centuria 3. cap. 7. ad ann. 684.*

g *Antiquitates MS. Norman. sup.*

Digitized by Google

37. Ioannes 5. de Calceïa, de la Cauchete.

Anno 1467. demissus sponte coacte.[h]

h Ibid. & pag. 314.

38. Ioannes Antonius Crespin, Archiepisc. Narbonens.

Præses in Scacario Rothomag. Violenter Abbatiam occupauit 1468.

39. Ludouicus de Ambasia, Episcopus Albiensis.

Ex Actis Secretariatus Archiepisc, Rothomag.

40. Iacobus de Ambasia.

Monachus Gemeticensis : postea Abbas Cluniacensis, electus ann. 1481. per cessionem Ioannis à *Borbonio* : indè Episcopus Claromontanus.[i]

i Gallia Christiana in Abbat. 43. Cluniacens.

41. Franciscus de Clermont, Archiepisc. Auxitanus.[k]

k Antiquitates MSS Norman. pag. 223. Nyppes. sup.

42. Philippus de Luxemburgo, Cardinalis, Episc. Cœnomanens.

Anno 1524. reformari fecit hoc cœnobium, resignauitque hanc Abbatiam, Religioso eiusdē Ordinis Professo ad propagandā hujusmodi reformationem.[l]

l Ibidem & Cornuistatus in Episc. 64. Cenomanens. pag. 810. & 812.

43. Ioannes 7. Durant, Monachus, ann. 1526.

44. Franciscus 2. de Fontenay, ann. 1539.

45. Hyppolytus Estensis, Cardinalis Ferrariensis.

Qui eam à Rege impetrauit, & ita in commendam redijt : indèque concordatum inijt cum Monachis ann. 1546. Romæ, & vbique approbatum ; quo ipsis Monachis, quibusdam terris & possessionibus attributis, cætera in vtilitatem Abbatis commendatarij cederent : sicque mensa eorum omninò separata fuit ab Abbate, dummodo 40. illic morarentur.[m] Qui postea Reformationem sub congregatione S. Mauri, ampliori animi contentione, & zelo Monasticæ obseruantiæ amplectantes ac renouantes, in pristinum ordinis sui splendorem, istius Monasterij inclyti statum promouebunt : cuius hac nostra ætate Abbas commendatarius extitit, Franciscus de *Harlay*, Rothomagens. Archiepiscopus ann. 1645.

m Antiquitates & Nyppes. sup.

46. Gabriel le Veneur, Episcopus Ebroïcensis.

47. Carolus de Bourbon, Cardinalis, Archiepisc. Rothomag.

48. Carolus de Bourbon, Cardinalis, Archiepisc. Rothomag.

49. Renatus de Courtenay.

50. Marianus de Martimbos, Ecclesia Rothomag. Cancellarius.

Obiit anno 1614.

51. Balthazar Poicteuin, Confidentiarius.

52. Ioannes Baptista, de Croiselles, anno 1636.

53. Amadeus Ioãnes Baptista de Vignerot, Card. Richelij Pronepos.

54. Franciscus de Harlay, Rothomagensis Archiepisc. ann. 1645.

55. Petrus de Cambout.

Ex Marchionibus de *Coeslin*, nunc primus Regis Ludouici XIV. Eleemosynarius ex permutatione cum sequente,

56. *Franciscus*

Digitized by Google

56. Franciſcus de Harlay-Champvallon.

Ex Abbate S. Victoris Pariſienſis, accedente Regio conſenſu: fit Abbas Gemeticenſis, Archiepiſcopus Rothomagenſis digniſſimus, & in omnes beneuolentia haud vulgari copioſè exornatus: necnon eruditione, & dicendi facundia præclarus.

III. Non ſolùm omnes Normanniæ Duces, hunc locum ſummè dilexerunt, dotarunt, ampliarunt, & impensè ei fauerunt: ſed & Reges quoque Galliarum, maximè vero Carolus VII. qui illic manſionem, præ deuotione, ſibi delegerat: domiciliumque extruxerat, quod nunc vſque de nòmine Regis nuncupatur. [n]

IV. Mauſoleum etiam extitit quamplurium illuſtrium virorum: quorum nomina, ob bella inter Anglos & Gallos, exorta, ſed præcipuè, vltimo ſæculo, hæreticis, alijſque rebellibus, vbique perſtrepentibus, deperdita fuere, & obliuione deleta. Manet attamen, vigetque etiamnum illa de *Eneruatis* vetus traditio. Ferunt ſiquidem eam constructam fuiſſe Abbatiam à S. Bathilde, Regina, Clodouei II. Regis Franc. vxore; vt in ea retruderet duos filios, natu Majores, ſibi & Regno, abſente Patre, rebellantes, poſtquam illis feciſſet femorum, plantarumque neruos decoctione debilitari: vndè Abbatia *Eneruatorum* nomen tulit: [o] ad cuius clauſtri ingreſſum, ſuper portam, legitur exaratum.

Iumegia ex natis Clodouai dicta Gemellis:
Aucta refulgebat nongentis fratribus olim.

Quod ab authore Iconum Regiarum, haud pertranſijt intactum: vbi de Clodouei II. Regis tumulo.

Conjugis eſt vltus probrum, nam in vincula trudit
Crudeles natos, pius impietate, ſimulque
Es durus Clodouæe, piuſque maritus.

Tum demùm, hi duo Regiæ ſtirpis liberi, *Eneruati* cernuntur tumulati in antiqua æde eiuſdem cœnobij: quorum ſepulchrum cinguunt verſus ſequentes.

Hic in honore Dei requieſcit ſtirps Clodouai
Patris Bellica gens, bella ſalutis agens,
Ad votum matris Bathildis pœnituere,
Pro proprio ſcelere, proque labore patris.

Non me latet recentiores hanc oppugnaſſe narrationem, fabulamque reputaſſe: quos aduerſus ſtrenuè inſurrexit eruditiſſimãque compoſuit Apologiam D. Adrianus *l'Anglois*, magnus Prior Gemeticenſis: quæ etſi omninò non conuincat, vel ad probationem ex integro haud ſufficiat: præſumptionem tamen vehementer inducit: & ad venerandæ antiquitatis ſtabilimentum, non parum confert, ac iuuat. [p]

V. Apud Gemeticum, ſepulturam quoque nacta eſt Agnes *Surelle*, *Soler*: cognomento *pulchra* in Capella B. Virginis Mariæ, Deiparæ, ante altare. [q] Ab auctore Antiquitatum MSS. Normaniæ, cognominatur *ſemette*: Domina de *Breanté*, *Rocqueſſerviere*, *d'Iſſouldun*, & *Vernon*, ſupra Sequanam: quæ ingentia huic cœnobio contulit bona: inter quæ extat *Meſnillum* ſubtùs Gemeticum.

VI. Complures etiam Monachi vita & doctrina Illuſtres, aſſumpti ſunt ex hoc Inſigni Aſceterio, ad Regendas Eccleſias Pontificales & Abbatiales.

S. Eucherius, Epiſcopus Aurelianenſis, ann. 717.

S. Hugo, Archiepiſcopus Rothomagenſis, ann. 723. [r]

Robertus, Archiepiſc. Cantuarienſis, ann. 1050. Obijt ann. 1070. [R]

[n] *Tepres, ſup.*

[o] *Vita MS S. Bathildis Reginæ Franc. apud Calenſe & Corbienſe Monaſteria. Renatus Benedictus Ibid 16. Ianuar. Nicolaus Gillius, In Annal. Franc. ſub Clodoueo II. Reg. Franc. Belforeſtus, Ibid. in Annotationibus. Ronſardus lib. 4. ſuæ Franciad. Corrozetus lib. 1. Theſauri Hiſtor. Franc. titul. 25. & 29. Charron. In Hiſtoria Vniverſal. Franc. cap. 102. Gallia Chriſtiana in Abbat. Iacobus Rinaldus in Lingio Part. 2. cap. 1. In notis ad vitam S. Bathildis Reginæ. Antiquitates MSS. Norman. pag. 221. & 222. Arnoldus Vuion, in ligno vitæ lib. 5. in adjunctis. pag. 511. Vaſſeburgius lib. 1 Antiquitates Gall. Belgic. fol. 101. ſub Clodoueo II. Reg. Francor.*

[p] *Extat apud Antonium Tepres ſup. pag 784 & ſeq.*

[q] *Nicolaus Gillius, ſup ann. 1450. in Carolo VII. Reg. Franc. fol. 301. Verdier lib. 8. ſuæ Proſopograph. ann. 1449 Antiquitates MSS. Normann. pag. 222. ann. 1449.*

[r] *Vide Neuſtriam Sanctam ad 20. Februar. & 9 April.*

[R] *Gallia Chriſtiana in Archiepiſcopis Cantuarienſ.*

Albertus, Abbas SS. *Stephani* & *Maximini*, ann. 1040. teſte *Bryo.* lib. 2. Hiſtor. Comitat Perticenſ. cap. 11. pag. 51. *Robertus*, Abbas primarius Vticenſis, poſt eius reſtaurationem, ann. 1050. Placidus Ludouicus du *Chemin*, Epiſcopus Neoceſarienſ. ann. 1661. Romæ ſacratus, Menſe Iunio in Eccleſia S. *Ludouici* Regis.

VII. Ad *Gemeticenſem* Abbatiam ſpectant: multæ Eccleſiæ Parochiales, & Prioratus. Prioratus de *Brolpha*; Diœceſis Carnotenſis, in Archidiaconatu Piſciacenſi. ſ Prioratus de *Bdito*; & cura ejuſdem loci. t Prioratus de *Domna-Maria*, in pago Belliſmenſi. u Prioratus de *Montataire*, Diœceſis Beluacenſ. x Quantum ad alia beneficia; vltra viginti ea recenſentur apud Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 223. Non paruum ſenſit excidium, quando, ann. 1562. Rothomagenſi vrbe capta, per hæreticos, itum fuit Calidum-Beccum, indéque Gemeticum, captumque expilarunt, feria ſexta, die 8. Maij. Vide Compendioſam relationem omium rerum, quæ Rothomagi acciderunt, ab ann. 1559. y Iterumque die Martis, Iulij, 21. Gemeticum capium, ac rurſus ſpoliant.

ſ *Magnum pullarium Beneſi. ior. Franc. Part. 1. pag. 132.*
t *Ibid. pag. 133.*
u *Bryns. ſup.*
x *Idem. Part. 2. pag. 205.*
y *Apud D. Bigot.*

Confirmationes Regum ac Procerum pro eadem Abbatia.

CAPVT XIX.

I. COMPLVRES Authores referunt: & Codex MS. vulgò dictus, *Le Roman de Rou, & des Normans*, hoc eſt Romancius Rollonis & Normanorum, authore *Vvaceo*, Canonico Cadom[illegible], circa ann. 1160. verſibus Gallicis decantat multa de Abbatijs noſtris fundatis: ſed præcipuè Gemeticenſi, quæ omnia lubens omitto: præſentis tantummodo cartas, quæ Gemeticum memorant exſcribam. Continentur ſubſequentes cartæ in ampliſſima confirmatione Henrici V. Regis Anglor. circa ann. 1422. cùm per vim Normaniam occupaſſet: Excerptæ ex Theſauro Regiarum cartarum, in Codice maximo pergameno, MS. deſcriptæ: fol. 49. & ſeq. Lutetiæ apud D. de *Vyon-Herouuallum*, Cameræ Computorum Auditorem.

II. *Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ peruenerint, Salutem, &c.*

Quaſdam litteras inſpeximus, in hæc verba.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Ego Drogo, nutu ſuperni Regis, Comes patriæ *Ambianenſis*, vitam & ſanitatem Chriſtianis omnibus, cum vitæ vtriuſque profectibus. Volo notum eſſe tam Dominis meis, quàm fidelibus ſocijs, & hæredibus, cunctiſque, quos monet cauſa, vel ratio hujus Cartulæ: hoc quod loquitur, nunc ſcriptis olim factis, poſt alios, me firmaſſe. Regina Francorum *Bathildis*, Regi Regum Ancillata, multimodè, ſicut multipliciter reperitur eius in geſtis, cætera, quæ reliquit poſteris ſuis, bonitatis exempla, quæ etiam juſtè conſtituta ſunt in memoria æterna; quandam villam, quæ *Geneſlevilla*, vulgò dicitur, & propriè in ſumptus Regios expendebatur, dedit ad *Gemeticenſis* Abbatiæ capitale Monaſterium, quod in honore S. *Petri*, Apoſtolorum Principis, eſt antiquitùs dedicatum. Illam verò, ne quiſquam exindè ſibi vendicaret, ſaltem in aliquo, violentia cupiditatis humanæ, facto & confirmato legaliter Teſtamento, dedit in perpetuum poſſidendam, jure hæreditario cum ſuis omnibus appenditijs, manſionibus, Eccleſijs, molendinis, alijſque hujuſmodi quampluribus, quæ juſtè vel injuſtè mundanis vſurpantur legibus.

III. *Hoc autem*, ſicut tunc, manſit firmatum, ſic poſtea permanſit omnimodis firmum, vſque ad tempus Aui mei, ſcilicet, *Vvalteri*, & ejuſdem loci Abbatis, videlicet, *Rodberti*,

Rodberti, qui quondam sæcularium militia vrgente coactus, postulauit ab illo; vt ex ea terra, sibi fieret aduersus aduersarios aduocatus; & taliter legis mundanæ succrescente superfluo vsu, illa cœpit fatigari diuersi census innumero ritu, ad votum aduocatorum, vsque ad tempus meum. Quapropter vir bonæ memoriæ *Theodericus*, tunc temporis Abbas supradicti cœnobij factus, miseriæ incolarum condolens, & eam intima compassione ferens, studuit eius obtinere, meritis & precibus, vt superstitio tanta, vel talis abdicaretur penitùs. Indè igitur Rothomagensis monetæ sexaginta & duas libras mihi obtulit, necnon & sex equos, permagni pretij, præsentauit; & insuper tres monachos permisit deinceps futuros assiduè in prædicto Monasterio, qui regulariter militarent, pro animarum quarumcumque vellem remedio.

IV. *Ego autem*, hominem Dei offendere nolens, imò Deum in homine diligens, simul ac formidans, hoc, vt subueniret, ad redemptionem animarum suarum, *Auo meo*, & *Auiæ*, sub quorum manibus illa xenia increuere; vt adhuc succurreret patri meo, vel matri, quorum in Curia tributarios census constat, non tam quiescere, quàm remoueri, vt insuper mihi & conjugi meæ *Etiæ*, vel *Emmæ*, nomine, cunctisque nostris, ex carne nostra hæredibus, animarum & corporum adcresceret salus; recepi oblata, concessi petita, huius prolocutionis contentione alternæ.

V. *Quod qualiter* actum sit, vt liquidò pateat, terram jam dictam quæ ad prædictam Abbatiam, quamuis inquietè, possessione tamen pendebat, quando manus nostra & nostrorum, consuetudinibus varijs, & exactionibus diuersis, eam inquietabat, ligatam exsolui, solutam, dimisi, dimissam reddidi, scilicet, postmodum immunem, à consuetudinaria exactione, securam ab exactoria consuetudine: & vt breuiùs ac lucidiùs dicam, omninò à nostra, tam in bono, quàm in malo, aduocatione, vt ex integro liberata à nostris, nostrorumque legibus, monachorum tantummodo *Gemeticensium* inseruiret vsibus, quamdiu moueretur præsentis sæculi volubile tempus. Vt autem hujus conuentionis laudabile pactum stabile permaneret, ex tunc in perpetuum: indè hoc scriptum fieri jussi, & manu propria corroboraui. Quod si quis meorum hæredum, vel aliorum (quod Deus prohibeat) quorumlibet successorum, infringere præsumpserit, vi, vel quolibet ingenio, ex omnibus, quæ loquitur, ne dum in multis, saltem in vno; in primis, iram Dei Omnipotentis incurrat, eiusque virginis matris ad eum placandum auxilio careat; & à D. *Petro*, cœlestis aulæ clauigero retrorsum præcipitetur, atque à sanctis omnibus, vinculo maledictionis, nisi resipuerit, constringatur, Anno ab Incarnatione Domini 1030. indictione 13. Regnante Rege Francor. Roberto, Anno Regni sui 42. & filij eius concorditer cum eo regnantis anno jam quarto *Henrici*. Actum est hoc apud castrum, *Melantum* nominatum, sub assignatione horum testium. *S. Ego* Henricus, *gratia Dei Francor. Rex*, hanc cartam à beatæ memoriæ patre meo *Roberto* confirmatam, Regia authoritate similiter confirmo, Laudo, & stabilio S. *Roberti* Normannorum Ducis. S. Vvalteri *Statueli*. S. Samsonis de *Tierri*. S. *Arnulfi*, præpositi. S. *Vvalterij*, filij Beboni. S. *Gozelini* præpositi. S. *Vvidonis*. S. *Enselmi*. S. *Adonis*. Signum Iuonis de *Archuilo*. S. Odonis *Morel*. S. *Ratuardi* Seneschali. S. *Hegelini*, Clerici. S. *Hildegarij*, Thesaurarij. S. *Drogonis* Comitis: qui hanc cartulam fieri jussit. S. *Vvalterij*, filij eius.

VI. *Regni Francor.* Monarchiam Rege *Roberto* strenuè gubernante, quidam eximiæ nobilitatis vir, *Albertus* nomine, ipsius Regis majestatem adijt, humili prece implorans, quatenus, quod ei voto fuerat, scilicet, quasdam res cupiens S. contradere *Petro* Apostolo, *Gemeticensis* cœnobij, in pago *Pingesiaco*, Loco, qui ad S. *Martinum*, nuncupatum sitas, pro animæ suæ, parentumque suorum, adminiculo videlicet patri sui, loci eiusdem Abbatis, *Annonis* nomine, & patris sui, *Alberti*, cœterorumque illius voluntate & authoritate per eum firmaretur. Cujus petitioni ipse præpotentissimus princeps libentissimè annuit. Concessit ergò, Ecclesiam vnam cum vineis multis, & in Dominicatis, & alijs, terrasque arabiles, cultas & incultas, cum prato, & omni terra, quæ pertinet ad eumdem vicum. Quibus peractis, idem *Albertus*, quod Deo, sanctoque tradiderat *Petro*, liberum ab omnibus malis inquietudinibus, volens esse ac quietum, me Comitem *Vvaleramnum* ag-

greſſus, mihi mulum magni pretij vnum dedit, eo pacto, vt nunquam per me, nec per quemquam meorum, vllius rei damnum illi loco, ideo quippe, quia vicinus caſtello meo eſt, inferrem. Eius igitur rogatui fauens, mulum recepi, atque fide mea eundem locum me ſeruaturum promiſi, & diu in promiſſione perſeueraui; donec *Robertus*, Normanorum Dux quaſdam terras in Normanicis partibus mihi auferens, zelo iracundiæ agitatus, præfatum locum vi cœpi, meoque dominio ſubegi. Quod *Albertus* Abbas, necnon pater *Gemeticenſis*, cœnobij, *Vvillelmus* nomine, audientes. Ilicò me adierunt, conuentionibus inter nos quoque actis, decem libras numinorum mihi dederunt, ea profecto gratia, vt quovſque hic Coſmus voluetur, per me, hæredeſque meos, ac eorumque ſucceſſores, exindè detrimentum numquam ſuſtinerent. Et licet firmiſſima pace, an diſſidio diſcordiæ, Franci Normannique pigeant, tamen prælibata poſſeſſio, tuta perenniter ſiſtatus: Porro tributum maliuola hominum futurorum vehementer cupiditate inardeſcente, ſi decreuerint, in altari non plus tribuant, quàm hoc noſtro tempore, illis conceſſum eſt dare, videlicet: pro vna quaque Tonna, in deſcenſione, denarios duodecim. Quod denique ipſe manu propria ſubter firmaui. S. Vvaleranni Comitis; Signum Hugonis, filij eius: S. Adilais vxoris eius. Cæterùm, ſi quis ex poſteris meis, auctore diabolo, & facibus auaritiæ accenſus, hanc conuentionem quocumque modo corrumpere præſumpſerit, ſub Patris, & Filij, & ſpiritus Sancti maneat anathemate, & ab omnibus ſanctis Dei reprobatus & condemnatus; de libro vitæ deleatur; & cum illis inſcribatur, qui diris vocibus acclamabant; *Crucifigatur*; Diabolo traditus, æternis incendijs æternaliter vrendus, Amen. Acta eſt hæc deſcriptio *Henrici* Regis temporibus. S. *Vvidonis*. S. *Haymonis*. S. *Odonis*. S. *Ninardi*. S. *Teclamanni Vice-comitis*.

Inſpeximus etiam quandam Cartam recollendæ memoriæ, Ludouici, quondam Francor. Regis, progenitoris noſtri, in hæc verba. VII.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Ego Ludouicus, Dei gratia, Francor. Rex: notum facimus vniuerſis præſentibus atque futuris, compoſitionem, quam inter Abbatem *Gemeticenſis* Eccleſiæ *Petrum*, & Comitem *Robertum*, fratrem noſtrum de terra de *Beu*, in præſentia Epiſcopi *Carnotenſis*, *Roberti*: & per manum eius facta fuit, nos laudare, & concedere illam etiam partem, quam ſortita eſt dicta Eccleſia, in ipſa partitione nos in tutela & protectione Regia accepimus: noſtrique ſigilli auctoritate muniri, & nominis noſtri caractere præcepimus conſignari. Actum publicè Pariſius, anno incarnati verbi 1158. aſtantibus in Palatio noſtro, quorum ſubſtitulata ſunt nomina & ſigna. Signum Comitis *Theobaldi* Dapiferi noſtri. S. *Guidonis* Buticularij, S. *Mathei* Cancellarij: S. *Mathei*, Conſtabularij. Datum per manum *Hugonis*, Cancellarij.

Inſpeximus inſuper quandam cartam nobilis viri *Roberti*, fratris ejuſdem Regis VIII Franciæ, quondam Comitis Drocarum, & *Agnetis* Branæ tunc Comitiſſæ, vxoris eius de compoſitione prædicta factam in hæc verba: *Ego Robertus*, frater Regis Franciæ, Comes Drocarum, & Agnes, Branæ Comitiſſa, vxor mea, cum filijs noſtris: Notum fieri volumus præſentibus & futuris. Quòd compoſitio ſubſcripta de Manerio Monachorum *Gemeticenſium*, de *Beu*, inter nos, & Petrum, ipſius loci Abbatem, mediante venerabili viro, Roberto Carnotenſi Epiſcopo, nutu fratrum ipſius loci, ita facta eſt; Quòd habebunt ipſi monachi propriam eam partem territorij de *Beu*, quam via *Drocenſis* tendens ad corileturn Henrici diuidit à caſtello de *Beu*: habebunt quoque illius partis hoſpites, ab omni omninò conſuetudine, quietos, liberos, & immunes: ita etiam, quòd ſi fortè aliquis eorum, aliquem de hominibus noſtris, vel aliquem alium vulnerauerit, vel occiderit, & non detentus poterit euadere, ſeque vltra prætaxatam viam, in propriam monachorum partem, recipere, nulli omninò liceat eum, eo vſque perſequi, vel ibi capere, ſed juſtitiam indè capiemus, per manum monachi; nec noſtri, vel eorum homines, incident, vel aliquo modo vaſtabunt, ſed communiter ad clauſuram villæ & caſtelli illud conſeruabunt. Ea verò pars territorij de *Beu*, quæ eſt extra ſæpè dictam viam, à parte caſtelli, propria cedet nobis, exceptis Eccleſijs, & hoſpitalitio, monachis ibi

Digitized by Google

ibi manentibus, ex arbitrio & dispositione præfati Episcopi diuidendo: & ita etiam, quòd monachi habebunt decimam septimanam: in omnibus, redditibus mercati, & furnorum; decimam quoque frugum, & censuum, omniumque omninò reddituum, quos nos, vel hæredes nostri, in toto illo territorio habuerimus, vel per Castellum de *Beu*: excepto jure Ecclesiarum, acquirere potuerimus: ita liberè & quietè, sicut & nos nouem nostras habemus septimanas. Porro, etiam habebunt totum Teloneum olerum, porcorum, Alliorum, vnionum, omniumque herbarum, quæ vendentur, & ad pulmentaria faciunt. Feriam verò S. *Leodegarij*, nos & monachi communem habebimus per medium; necnon monachi, & homines eorum, in nemoribus de territorio de *Beu*, & in alijs, sub garantia, & tuitione nostra, accipient ligna & nemora, ad calefaciendum, & ad hospitandum, vbicumque homines nostri ea acceperint. Quod si contigerit aliquem hominum monachorum alicubi disturbari: nos ipsum, quasi aliquem de nostris proprijs hominibus, requiremus, & liberabimus. Omnia verò Pascua vtriusque partis hominibus nostris, & hominibus monachorum, erunt communia, quamdiu pascua fuerint.

IX. *Concedimus etiam*, quod & Abbas & Conuentus concesserunt, & nobiscum statuerunt: quòd terræ omnes, quæ sunt de proprio Territorio de *Beu*, hinc indè inter nos & monachos, funiculo metiantur, & partiantur per medium: ita tamen, vt agricola, qui ante partitionem, terram dirupit, & de nemore extraxerit, quietè eam habeat, & excolat, & Domino, cui terra illa in partem cesserit, campi partem reddat. In Molendinis autem nostris, quos habemus apud vlmellos in fluuio qui dicitur *Blesia*, habebunt monachi decimam septimanam, in Annona & Denarijs; ita liberè & quietè, sicut nos habemus nostras nouem septimanas, quamdiu ipsis placuerit mittere homines suos molere ad illos molendinos: cùm autem noluerint homines suos ad molendinos nostros ire, sed ad alios molendinos, molere, in molendinis nostris decimam non habebunt, nec reclamabunt. Amplius, si aliquis hominum monachorum in molendinis nostris aliquid forisfecerit, duplicem reddet molturam, pro emendatione per manum Prioris de *Beu*, monachi quidem de annona sua, quam molere facient, in molendinis nostris ad vsum suum, & ad vsum propriæ familiæ, nequaquam dabunt molturam. Concedimus etiam monachis, rogatu prænominati Episcopi, quod ibi capiant decimam suam, vbi nos capiemus nostram campi partem. Omnis præterea præpositus de *Beu*, infra triduum, quo præposituram acceperit, faciet Priori de *Beu*, fidelitatem, per Sacramentum, se legitimè & fideliter obseruaturum illis & successoribus suis omnia jura sua, in præscriptis redditibus, sicut in præsenti scripto continetur: nec se aliquo modo præpediturum quo minus illis ad integrum reddantur.

X. *Si quidem*, Ego Comes *Robertus*, & *Agnes*, Comitissa, vxor mea, & filij mei, vel quicumque terram tenebunt, hæredes nostri, ex deuotione, & recognitionis etiam, quòd sæpè dictum castellum in terra *Gemeticensis* Monasterij est situm, singulis annis, in festo Apostolorum *Petri & Pauli*, decem solidatas ceræ trademus Priori de *Beu*, vndè fiet cereus, idem Prior ad *Gemeticense* Monasterium deferat, vt accensus in diè festo, ad memoriam & honorem ibi effulgeat: quas decem solidatas ceræ, Prior & Præpositi nostri de *Beu*, in nostris censibus prædicti castelli annuatim, in festo S. *Remigij* accipient, easque homini, quem fideliorem reputauerint, & à quo Prior ad faciendum cereum in festo S. *Ioannis Baptistæ*, receperit, tradendas aptum duximus: pro quo beneficio, & alijs à nobis, ipsis monachis collatis jam, & conferendis, singulis annis, nostra Anniuersaria celebrabunt; necnon & hæredum Anniuersaria, quicumque post nos terram tenuerint. Quod vt ratum per succedentia tempora perseueret, præsentem cartam sigilli nostri attestatione communiuimus.

Sam. Marthani Tom. 1. Histor. Genealog. Iomus Franc. lib. 33 cap. 1. In eo Roberto Comite Drocar.

XI. *Inspeximus* vlterius quandam cartam celebris memoriæ Roberti quondam Comitis *Mellenti*, factam in hæc verba. *Notum sit* præsentibus & futuris, quòd ego *Robertus*, Comes *Mellenti*, dedi & concessi Deo, & Cappellæ S. *Pauli* de *Dauidi-villa*, pro redemptione animæ meæ, & patris & matris meæ, & prædecessorum meorum, in perpetuam eleemosynam 10. solidos redditus ad luminare prædictæ capellæ de die, & de nocte, in oleo, annuatim persoluendos, in meis publicis animalibus

foreſtæ meæ *Brotonnis* in terra *Hanvillæ*, per manuum Magiſtri Foreſtarum mei *Brotonnis*, quicumque ſit, ſingulis annis, in prima hebdomada Quadrageſimæ. Et vt hoc ratum & inconcuſſum permaneat, ſigilli mei munimine roboraui. Huius ſiquidem donationis ſunt teſtes: Richardus *Bigotus*. Robertus *Pipert*. Vvillelmus *Loüet*. Galterus de *Briona*. Ioannes de *Ros*. Osbertus de *Boſco*. Robertus de *Vvatenilla*. Robertus filius *Landrici*. Richardus de *l'Eſpée*. Galfridus *Rondel*, tunc temporis, clericus meus.

Inſpeximus etiam quandam aliam cartam eiuſdem Comitis Mellenti, ſimiliter factam, in hæc verba. *Robertus* Comes de *Mellento*, omnibus fidelibus præpoſitis, & miniſtris ſuis, Francis & Normannis, ſalutem. Noueritis vniuerſi præſentes & futuri. Quod *Gemeticenſis* Eccleſia, quieta eſt & libera ab antiquo, apud *Mellentum*, & *Meduntam*, & in tota terra mea Franciæ, & Normanniæ, per terram & aquam, de omnibus conſuetudinibus, & in omnibus rebus, quæ ad vſagium Monachorum prædictæ Eccleſiæ, vel propiorum ſeruientium, pertinent: Paſnagium etiam porcorum ſuorum quietum eſt in Foreſta mea, in eis locis, in quibus porci accipiuntur ad paſnagiũ pro minimis: necnon & ſeruientibus, qui ſint de pane & menſa monachorum, eam libertatem in Paſnagio, quam tempore patris mei habuerunt, habendam concedo. Duas quadrigas in foreſta mea de *Brotonna*, habuerunt ad mortuum boſcum, & ad legalem conſuetudinem, quæ nunquam pro alieno forifacto capiebantur. Ego etiam Diuinæ pietatis intuitu, & pro ſalute animæ patris mei, & Anteceſſorum meorum, & animæ meæ, ſimul & conjugis meæ, necnon & prolis mihi à Deo conceſſæ, ad petitionem monachorum prænominatæ Eccleſiæ, prædictam libertatem per totam terram meam Franciæ & Normaniæ, in terra & aqua, in paſnagio, & duabus quadrigis, eis in perpetuum habendam concedo, & præſenti carta, ſigilli mei impreſſione roborata confirmo; Teſtibus Rogero, fratre meo, Vvillelmo de Mara, Rogero capreolo, Richardo de Vvarelina, Hugone de Franca-villa, Vvillelmo de Vvatevilla, Rogero Clerico, Radulfo Paruo, & pluribus alijs. Actum apud Gemeticum. XII.

Inſpeximus inſuper quandam aliam cartam prædicti quondam Comitis Mellenti, ſimiliter factam, in hæc verba. XIII

Notum ſit præſentibus & futuris; Quòd ego *Robertus*, Comes *Mellenti*, dedi & in param & perpetuam eleemoſynam conceſſi, pro ſalute animæ meæ, & Anteceſſorum meorum Deo, & Eccleſiæ Mariæ, ſanctoque Petro de *Gemetico*, & monachis ibidem Deo ſeruientibus, Capellam S. *Philiberti* de *Torpo*, cum maſagio ſex acrarum, in foreſta *Brotonnis*, & carrucatam terræ, ſcilicet, ſexaginta acras terræ arabilis, cum *Boſco*, menſuratæ cum pertica, 25. pedum; quæ terra incipit à Valleviuarij juncta Mariſco, in longitudinem. Dedi etiam Mariſcum, à viuario vſque ad viam, quæ dicitur le *Vaulret*; præterea dedi, & in perpetuum conceſſi prædicto loco, & Monachis ibidem Deo ſeruientibus, quadraginta ſolidos publicæ monetæ, in eadem foreſta, annuatim reddendos, per manum foreſtarij in feſto S. Michaelis: Et quietantiam propriorum porcorum; & quietantiam decem vaccarum cum tauro, & cum ſetta earum, vſque ad tertium annum; & quattuor boum, & duorum equorum ad aratrum, per totam foreſtam meam: & Paſnagium propriorum porcorum, per totam foreſtam meam, quietum. Præterea, Dedi, & in perpetuum conceſſi pręfatis Monachis poma colligenda ad proprium potum eorum, & ſeruientium ipſorum, per totam foreſtã meam: & ſcutellam eleemoſynæ menſæ meæ, ad ipſam pertinente, quandocumque ego ero apud *Vvatevillam*, vel apud *Hanvillam*, vel apud ipſum Torpum; & Boſcum ad ædificia facienda, & ad omnes proprios vſus prædictæ domus de *Torpo*; conceſſerunt autem mihi Dominus Abbas, & Cõnuentus Gemeticenſis; quòd in Loco de *Torpo*, duos monachos conſtituent, qui pro ſalute animæ meæ, & Anteceſſorum meorum, orationes fundent ad Dominum. Et vt hæc mea donatio, & eleemoſyna firma & ſtabilis permaneat, in futurum, præſens ſcriptum ſigilli mei teſtimonio confirmaui. Teſtibus his; Nicolao, tunc Capellano meo, Vvaltero de Brionio, Vvaltero de Frolencuria, Roberto filio Landrici, tunc temporis Seneſchallo meo: Ioanne de Feugerolles, militibus: Alexandro præpoſito de *Vvatevilla*. Vvillelmo de *Vado*. Vvillelmo de *Brotonia*, Vvillelmo de *Putot*: Oſberto de *Boſco d'Hundelo*, ſeruitoribus meis; & alijs multis.

tis. Datum anno Incarnati verbi 1183. apud Rothomagum.

XIV *Inspeximus* vltimò quandam cartam inclytæ recordationis, Domini H. quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, factam in hæc verba.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, & Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, iustitijs, Vicecomitibus, & omnibus ministris, & fidelibus suis, totius Angliæ & Normaniæ, Salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse Ecclesiæ B. Mariæ, & S. Petri, de *Gemetico*, & monachis ibidem Deo seruientibus, omnes eleemosynas, quæ eis rationabiliter datæ sunt, in Ecclesijs & terris, & Decimis, & in omnibus alijs rebus; scilicet. *Ex dono* Vuillelmi, Rollonis filij, Villam *Gemeticensem*, cum Ecclesijs & omnibus appenditijs villæ, & aquæ decursum, à loco, qui dicitur, *BelinqueVvit*, vsque ad *Ioseph Essart*; excepto, quod Domini *Vvivillæ*, *Aunovillæ*, & *Vervillæ* habent, vsque ad filum aquæ, quantum terræ eorum durant: *Elbeuvillam* etiam cum Ecclesia, & omnibus appenditiis alijs; & Capellas de Tractu, *Daindinillam*, *Duclerum* cum Ecclesia, & omnibus alijs appenditijs; & terram ex integro, vsque ad S. Martinum *de Spineto*; & eiusdem villæ tertiam partem, cum tota Ecclesia: molendinum vnum in *Caudebec*, *Nuntervillam* cum Ecclesia, & omnibus alijs appenditijs; & portum qui dicitur, *Tvvit*, cum Ecclesia, & villa: *Chilebonam* & *Vvanburgum*, cum Ecclesijs & portu, & Teloneo, & quicquid ex ijs ad fiscum suum pertinebat, cum integritate aquæ ex parte Monachorum, & *Graspais*, si fortè capiatur: *Hayam*, quæ adheret *Brotonnæ*, in vacaria, vsque ad *Haiasriacum Vvansielelrarisi* Rouurei cum Ecclesijs, & omnibus alijs appen-
XV. ditijs.

Ex dono verò Roberti, Archiepiscopi Rothomagensis, assensu Richardi II. Ducis, omnes consuetudines, quæ ad Ducatum pertinebant, in *Griaco*, & *Vvarsiel*. Ex dono Ducis Richardi, filij *Vvillelmi*, filij Rollonis, *Haretelvillam*: apud Haiasias, octo hospitia; & in *Gisiniaco*, viginti hospitia, cum Ecclesia eiusdem villæ, & decimis: & in his duabus villis, duas carrucatas terræ: *Vimonasterium* cum Ecclesia & omnibus alijs appenditijs: terram totam, & nemus vsque ad viam asinariorum. *Cruptas*, cum Ecclesia & omnibus alijs villæ pertinentiis, exceptis duabus Vauassorijs: & quartam partem de *Mesnillo* Renardi; Boscum, quod est inter *Vimonasterium* & *Cruptas*: & terram vsque ad pontem *de Vis*, sicut via diuidit, qua vadit ad *Montem S. Michaelis*: *Oysiacum* & *vadum Fulmerij* cum Ecclesijs illorum, & alijs appenditijs,
XVI & *Mesnillum*, quod est iuxta illas villas: Apud *Condè* vnam carrucatam terræ.

Ex dono autem Richardi II. *Pontem-Archæ* cum Ecclesia, & omnibus villæ appenditijs; & Ecclesiam de *Duas*, cum tribus hospitijs; & in *Longa-villa*, *Altis* cum Ecclesia, & omnibus alijs pertinentijs: *Cantalupum* cum Capella & alijs pertinentijs: comparationes de Bouilla: tertiam partem omnium decimarum *S. Marcelli*, & S. *Iusti*; Ecclesiam de *Turnilla*, & totam terram ad Ecclesiam pertinentem: & decimas villæ: Capellam de *Villa*, quæ dicitur *Goiacus*; & decimas, & villam, quæ dicitur *Altaria*; & eius, quæ dicitur *Cruciacus*: Apud *Rothomagum*, mansum pertinentem ad turrim *Alvveredi*, cum ipsa turre; & duas domos iuxta P*ratum belli*; & in suburbio ipsius ciuitatis, Ecclesiam S. *Andreæ* cum virgulto: & quatuor hospitijs; molendinum vnum apud *Insulam bonam*; *Turvillam* cum Ecclesia, & omnibus alijs appenditijs: Boscum, a portu, qui dicitur, *Tvvit*, vsque ad vallem *Furnevillæ*: Ecclesiam de *Coluncellis*, cum majori parte villæ, & decimarum vini: *Escorces*, *Serans*: & quartam partem territorij *Detrum*. Ecclesiam de *Poteria*; Vauassorias, quas tenent de Ecclesia, Robertus de *Ausgervilla*, Robertus *Samson*, Hugo de V*rticato*, Alanus de Falesia, Reignerius B*urdon*, Girardus de *Mesnillo*, Gilo de B*aillolo*, & alij in eadem Prouincia: molendinum vnum, & dimidium, iuxta *Coluncellas*: partem de Vvauprè, de V*lmeto*, de *MainneVvèrt*: Ecclesiam de *Mauerres*, cum omnibus decimis; & vnum Vauassorem: decimam septimanam ciuitatis B*ajocensis*, & Vicecomitatus B*ajocassini*: iuxta *Cheus* molendi-
17. num vnum: & quatuor salinas apud *Hunesflotum*: apud *Diuetam*, vel V*varavillam*, sedecim salis sextarios.

Ex dono Roberti B*ertranni*, septem summas salis. Ex dono autem Radulfi, Comitis *Ebroicensis*, molendinum vnum, super fluuium, qui vocatur *Itum*; cum vno

arpento terræ : & apud *Gerigni*, hospitem vnum : apud *Caburgum* octo hospitia, cum *Maricis*, & *Suthulinum* : ex dono verò Christianæ de *Lucerna*, eandem villam, cùm Ecclesia, & alijs appenditijs, exceptis Vavassoribus. Ex dono *Turgeti*, quicquid ipse habebat in *Fridevilla*, & apud *Vvadetot*; tenementum Huberti de S. *Albino*. Ex dono Regis *Vvillelmi*, in Anglia, majorem partem, insulæ *Harengeri*, cum Ecclesia : & decimas totius insulæ; exceptis decimis, & leguminis, & Auenæ, in terra Episcopi Vvintoniensis; & in eadem insula, *Saccam* & *Socham*, & *Toll.* & *Team*, & *Infannethef*, cum alijs omnibus consuetudinibus : & apud *Lengam*, iuxta S. *Fidem*, dimidiam hidam. Apud *Vvintreborneslolt*, Ecclesiam, & vnam carrucatam terræ, & quinque hospites, cum decimis, totius Parœchiæ, apud *Chivvetonam*, 22. hospites, & vnam carrucatam terræ, in Dominico, & Ecclesiam cum decimis totius Parœchiæ; & sex Capellas, scilicet, de *Amelberga*, & de *Peltona*, & de *Escona*, & de *Ferendona*, & de *Vveletona*; & in Normannia, partem *Pontis-Adonis*, sicut *Risla* diuidit, cum Ecclesia & molendino, & homines eiusdem villæ, quieti sint ab omni consuetudine in leuca *Brioniæ* : & duas acras, & dimidium prati, inter S. *Mariam* Prati, & *Sethonam* : tertiam etiam partem de *Nartevilla*, & medietatem de *Trubevilla*, cum Ecclesia & decimis : apud *Vvalevillam*, & *Parcum*, Ecclesiam & Capellam cum decimis, & Feodo, quod tenet Hugo le Bigot : apud *Mundevillam* vnam carrucatam terræ, & Ecclesiam S. *Vedasti* cum decimis totius Parœchiæ, & cum Bosco : & viginti acras alodij in *Belnaco* : & tenementum *Gerardi*, & *Vvalteri*, & *Malgerij*, & *Hugonis* decimam etiam de Feodo *Galfridi*.

Ex Dono *Rogerij*, filij *Richardi*, Ecclesiam de *Cothevvrart*, cum decimis totius 18.
Parœchiæ, in Bosco & Plano; & dimidiam carrucatam terræ; & Boscum *Bruelle*, cum decima molendini de *Roset* : Ecclesiam de Bosco *Berengarij* : & decimas de *Grosmenillo* & de *Brolio*. Ex Dono autem *Reginaldi*, *Matildæ*, *Reginæ* Capellam, tenementum, quod ipse habebat infra Vrbem *Bajocensem*, & extra. Ex Dono *Gilberti Crispini*, & *Gilberti Storcarij*; quicquid ipsi habebant apud *Hausvillam*. Ex Dono Vvillelmi de *Vvatevilla*, Ecclesiam de *Croismara*, cum tota decima in nundinis, in terris, & in omnibus alijs rebus. Ex Dono Regis *H. Aui* mei, syluulam, quæ dicitur *Dudela*; & apud Villam, quæ dicitur, *Lura*, tredecim summas salis : & Hospites, qui salinas custodiunt; Quietantiam in omnibus partibus Angliæ, & Normanniæ, monachis & proprijs seruitentibus suis, & rebus de Dominico Ecclesiæ : & Pasnagium etiam quietum in omnibus forestis suis. Ex Dono *Thomæ*, filij *Gerardi*, apud *Bretevillam*, decimas feodi sui, & quicquid tenebat apud *Toslas*; & apud *Pontem S. Petri*, tenementum Bartholomæi *de Plaissicio*. Ex Dono *Vvallonis*, medietatē *Stocarum* iuxta *Rothomagum*. Ex Dono Antecessorum Roberti *de Bonesbor*, molendinum *de Cornevilla*. Ex Dono *Alberti Diuitis*, villam quæ vocatur *Domus-Mariæ*, cum Eccle- & omnibus alijs villæ pertinentijs; & apud *Paleriam*, partem, quam in ea habebat : Apud *Vernolium*, domum vnam quietam, & alteram ad censum. Ex Dono Vvillemi de *Canuilla*, Ecclesiam de *Hotot*, cum Decimis Parœchiæ : & terram, quæ dicitur sororis *Osverti* in eodem villa. Ex Dono *Radulfi*, & *Gaufridi*, filij *Cripponis*, partes duas decimarum de *Vvinemeruilla*. Ex Dono Roberti de *Schacherlim*, decimas feodi sui apud *Flamenvillam*. Ex Dono *Ascelini* decimam feodi sui, apud *Burrevillam*. Ex Dono Vvillelmi de *Folunaco*, decimam feodi sui in eadem villa. Ex Dono *Giroldi*, Ecclesiam de *Butencos*, cum tertia parte decimarum, Ecclesiam de *Granuilla*, cum decimis totius Parœchiæ. Ex dono Vvalteri de Anfreuilla; decimam feodi sui apud *Nuseri*. Ex dono Vvillelmi de *Landa*, decimam vallis Manduntæ. Ex dono Vvalteri de *Belmes*, decimam feodi sui apud *Sallancourt*, & apud *Vvarengeuillam*; decimas omnes in Parœchia *S. Mariæ* : & tertiam partem decimæ in Parœchia S. Petri apud *Alnetum* : molendinum vnum super stagnum *Ducleri*. Ex dono Baldrici de *Bosco*, tertiam partem, decimarum de *Maserijs*, & de Bosco Rogerij, apud Leiremont. Ex dono Roberti de Vvateuilla, sedecim solidos, & Arpentum vineæ. Ex dono Gilleberti *Coletot*, apud *Auteilles*, vnum modium salis. Ex dono Radulfi, filij Richardi : decimam feodi sui apud *Asprevillam*. Ex dono Hugonis de *Mara*, triginta solidos in suo molendino. Ex dono Richardi de *Morenilla*, terram, quæ vocatur *Boscum Haldrici*, iuxta *Nutriuillam*.

Quare volo, & firmiter præcipio, quòd prædicta Gemeticensis Ecclesia, & Mo- XIX
nachi

nachi eiuſdem loci habeant & teneant omnes prænominatas Eleemoſynas cum
omnibus pertinentijs ſuis, in Boſco & in plano, in pratis, & paſcuis, in aquis &
molendinis, in viuarijs & piſcarijs, in vijs & ſemitis, & in omnibus alijs locis, &
alijs rebus, ad illos pertinentibus, benè, & in pace, liberè & quietè, plenariè,
integrè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis.
Teſtibus. Rotrodo, Archiepiſcopo *Rothomagenſi*. Henrico *Bajocenſi*, Ægidio *Ebroï-
cenſi*, Epiſcopis. Comite Vvillelmo de *Mandeuilla*. Richardo de *Hummeto*, Conſta-
bul. Reginaldo de *Curtenai*. Roberto *Marmion*. Richardo de *Canvilla*. Hugone de
Creſſei. Seihero de *Quinci*. Reginaldo de *Pauellly*. Vvillelmo *Malovicino*. Richardo
de *Vernon*. Hugone de *Laci*. Hugone de *Longocampo*. Roberto de *Stotevilla*. Alvvre-
XX. do de S. *Martino*. Gilleberto *Malet*. Girardo de *Cannilla*. Apud *Rothomag*.

Nos autem chirographos, ſiue, antiquas ſcripturas, cartas, & litteras prædictas, ac omnia & ſingula in eis contenta, quæ ad dona & conceſſiones præfatæ Abbatiæ, infra Regnum noſtrum Franciæ & Ducatum noſtrum Normaniæ, facta & conceſſa, rata habentes & grata; ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus, ac præfatis Abbati & Conuentui, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, tenore præſentium concedimus, & confirmamus: prout chirographi, ſiue ſcripturæ, cartæ, & litteræ prædictæ rationabiliter teſtantur: & prout ijdem Abbas, & Conuentus, & prædeceſſores ſui, donis & conceſſionibus prædictis, infra Regnum Franciæ & Ducatum, noſtra prædicta, hactenus rationabiliter vſi ſunt, & gauiſi: intentionis tamen noſtræ non exiſtit, quòd per hanc confirmationem, præfatis Abbati & Conuentui, aut ſucceſſoribus ſuis, aduerſus nos, ſeu quemcumque alium, quomodolibet, in poſſeſſione, vel proprietate, jus nouum acquiri valeat: nobiſque, aut quibuſcumque noſtris ſubditis præjudicium generetur: nec etiam, quòd prædicti Abbas & Conuentus, ſeu ſucceſſores ſui, aliquod jus, vel clamorem ſuper aliquibus poſſeſſionibus infra Regnum noſtrum Angliæ, colore præſentis confirmationis noſtræ habeant, vendicent, ſiue clament in futurum. In cuius rei teſtimonium, has litteras noſtras fieri fecimus patentes: teſte meipſo; apud caſtrum noſtrum Rothomagi, 27. die Martij, anno Regni noſtri octauo.

Ita ſignatum.

Per ipſum Regem.

STOPYNDON.

Digitized by Google

Circa ann. 664.

PAVLIACVM VVLGÒ PAVILLEY, & Pauilli.

Amelbertus, vir illuſtris ac potens, Fundator Monaſterij Pauliacenſis, ſub cura ac regimine S. Philiberti, Abbatis Gemeticenſis; cujus operà, S. Auſtrebertha, prima Abbatiſſa inſtituta, miræ ſanctitatis odorem vbique ſparſit: B. Iuliana, Virgo, ejuſdem loci alumna: harum Reliquiæ aliò tranſlatæ.

MONASTERIVM Virginum, eſt: quatuor leucis, ab vrbe Rothomagenſi, cujus fundator extitit Amelbertus, vir illuſtris, I.
potens, ac diues, circa ann. 664. Ordinis S. Benedicti. Author vitæ S. *Auſtrebertha* Virginis, primariæ illius Monaſterij Abbatiſſæ: refert eius initium ad S. *Philibertum*, Gemeticenſem protocœnobiarcham: ſub *Dagoberto* I. Rege Franciæ: quod veritati hiſtoricæ, & rationi Chronologicæ parùm conuenire jam ſuperius oſtendimus. a „ *Qua etiam* tempeſtate (inquit de S. Philiberto) ejus bonitatis fa„ma ſuceſcente, largitione cujuſdam illuſtris viri, nomine Amalberti, in fun„do, qui *Pauliacus*, nuncupatur, aliud cœnobium ſtruxit, diſtans à præfato Gem„meticenſi, milliaribus fermè decem; vbi ancillarum Dei haud paruam congregationem adunauit. b Rem verò copioſius poſtea his verbis enarrat. „ *Erat illis* „temporibus, vir vitæ valdè venerabilis, *Philibertus* nomine, cujus ſupra memini„mus. Qui rogatus à quodam viro potentiſſimo, nomine *Amelberto*, eo quòd illo „in tempore, ejus opera atque doctrina, in fide & religione erant ſpectata & ſin„gularis ab omnibus habebatur: monaſterium, quod in fundo proprio, qui *Pau*„*liacus* dicebatur, idem Amelbertus conſtruxerat; filiamque ſuam paruulam, quæ „ *Aurea* dicebatur, cum alijs Deo ſacratis, Chriſto inibi ſeruire deuouerat, ad re„gendum ſuſcepit. Et licet vir Dei, lectione frequenti eaſdem Dei ancillas in„ſtrueret, prædicatione ſancta doceret: tamen quia neceſſitas expoſcebat, vt ta„libus rudimentis, ab eodem ſexu Regularis diſciplinæ normæ inhæreret, prædi„ctus Dei famulus, audita jam fama famulæ Chriſti *Auſtrebertha*; nuntios ad eam „mittere ſtuduit, duos videlicet ex monachis ſuis, vt ad hunc locum venire deberet. c Quæ autem fuerit illa D. *Auſtrebertha*, paucis aperiendum eſt.

a In Gemeticenſi Abbatia, cap. 1. Antiquitates MSS. Normann. pag. 224. ann. 655.

b Anonymus in prologo vita S. Auſtreberthæ Virg. Abbatiſſ. 10. Febr. Apud Surium.

c Idem cap. 7. ejuſd. vitæ.

Hæc nobili genere, in territorio Taruanenſi, nata, patre videlicet *Badefrido*, Comite Palatino, matre verò *Framehilde*, ab ineunte ætate, pietati & deuotioni II.
operam dedit. Nubilis effecta, ſponſi terreni conſortia fugiens, ſacro velamine, virgo caſtiſſima, à B. *Audomaro*, vrbis illius Epiſcopo, eſt amicta: tumque in Monaſterium ad Sommam fluuium extructum, nomine Portum, ſub cura, *Burgofletis* Abbatiſſæ eſt deducta: quo, humilitate, obedientia, cæteriſque virtutibus breui ita excelluit, vt præpoſita, à cunctis ſit delecta. Illic autem jam conſocias virgines per ann. 14. ſuo illuſtrauerat ſanctitatis exemplo: quando ad eam S. *Philibertus*, duos ex ſuis ablegauit monachos (vti nuper dicebamus) ſi fortè eam inducerent ad prædictum *Pauliacum* monaſterium promouendum. d „ *Dei autem* famula, licet „jam multo tempore, exæſtuans deſideraret ejuſdem S. Viri inſtitui diſciplinis; „tamen vt columna immobilis & firma, S. Pauli recordans ſententiæ dicentis; non citò

d Ibid. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

Digitized by Google

„ citò moueamini, neque per sermonem, neque per Epistolam: ignorans an Deo
„ fortè placeret, ire ad modicum recusauit. Reuersis autem nuntijs, vir Dei, per
„ semetipsum ire compulsus; ad Dei famulam festinauit. Ibi verò tunc orta est
„ sancta contentio. Nam omnes illæ famulæ Dei, flentes, & ejulantes, leuauerunt
„ in sublime voces, dicentes: Cur hodie nos sancte pater decipis? Cur nostro lu-
„ mine ablato, in tenebris nos derelinquis? Ad hæc ille respondens, dicebat: no-
„ lite filiæ, nolite ita dicere. Vos enim in tenebris nullatenus remanetis: quia vos
„ ipsæ luminaria mundi estis. Nolite ergò prohibere, ex vestro lumine alios par-
„ ticipare: sed potius præstolantibus charitatem impendite. Multa ergò, & alia
„ his similia cùm Dei famulabus prædicasset: tandem altercatione submota, pace-
„ que reddita, vicit spiritus sanctus per os viri Dei: & sic acquieuerunt omnes,
„ deosculanturque eam singulæ, omnes Dominum benedicentes. Duabus itaque
„ sororibus ex ipsis secum adhibitis, perrexit cum homine Dei: à quo regiminis
„ curam in eodem loco ilicò suscepit. e Cætera prosequamur. e Ibid. cap. 7.

III. *Rexit* autem B. Austrebertha, idem cœnobium, per plura annorum curricula,
„ quod, vt ante diximus, antiquo vocabulo nominatur *Pauliacus*: quodquidem
„ tunc temporis, paucum fuit & modicum: sed post paululùm factum est magnum.
„ Non enim minor numerus, quàm viginti quinque ancillarum Dei, erat cum ea:
„ quæ ei ita mente & corpore adhæserunt, vt vsque in diem vocationis earum, ne
„ vna quidem ex eis ab ea quiuerit separari, in quo videlicet loco, præfatus Dei
„ famulus, miro modo, monasterium ædificauit: quod in honore, vel nomine Dei
„ genitricis Mariæ dedicauit. Sed & alias ibi Basilicas S. Petri, & S. *Martini*, alio-
„ rumque sanctorum, construxit: Domos quoque ad habitandum, sicut decet san-
„ ctos, omnemque opportunitatem velociter præparauit. Quo viso sancta, ac
„ Beatissima Austrebertha, bonitatem Dei in se recognoscens, vel qualiter erepta
„ esset, sicut passer, de laqueo venantium: vel quomodò ei locus subitò prœpara-
„ tus esset, ad habitandum: multarum animarum cura suscepta, qualem, quan-
„ tamque se præstiterit, proloqui lingua nec vlla valebit. f f Ibid. cap. 9.

IV. Præfecta igitur, ob præcelsas pij animi dotes, huic monasterio prima Abbatissa, ab ipso S. Philiberto, laudatissimo regimine illud rexit, sanctissimæ vitæ meritis, beataque morte nobilitauit. Transiuit autem gloriosa virgo, juxta reuelationem cœlitus sibi factam 4. Idus Februarij, die Dominica; aurora incipiente: eadem videlicet hora, qua Christus ab inferis Victor resurrexit ann. 680. sepulta verò est, in B. Petri, principis Apostolorum, Basilica, vbi diu multumque requieuit: quo in loco, ad eius inuocationem, miracula creberrima & maxima, operatus est omnipotens: Eius memoria celebris habetur in Ecclesia Catholica; de ea festum diem agens 10. Februarij quo migrauit in cœlum. g g Ibid. cap. 12. 13. & 14.

Ex Martyrologio Romano.

In pago Rothomagensi, S. Austrebertæ, Virginis: miraculis celebris.

Ex Martyrologio Vsuardi.

In pago Rothomagensi, S. Austrebertæ, Virginis.

Ex Martyrologio Benedictino.

In pago Rothomagensi, S. Austrebertæ Virginis, quæ (B. Ansberti, Episcopi soror) miraculis, & omni Religionis virtute, celebris fuit.

Ex Martyrologio Poëtico Brautij.

Virgo decora micat cœli fulgentius astris,
Cœlestis Regis consociando thoro.
Qua Christus de morte, die surrexit, eadem
Sponsa die, Christi Regna beata subit.

Alios plures omitto, quos in die eius natali produximus. [h]

Errare autem conuincitur Epiſcopus *Exquilinus*, dum putat hanc Virginem, ſororem fuiſſe S. Anſberti, Rothomagenſis Archiepiſcopi; [i] vt eius Acta planè demonſtrant, quæ grauiter & religioſè conſcripſit ejuſdem virginis ferè æqualis, apud *Surium*. [k] Corrigendus etiam Guillelmus *Gazetus*, ſcribens S. Auſtrebertham expiraſſe, ann. 620. ſub Dagoberto I. Rege Francor. [l] vel, ann. 643. [m] cùm id omninò rationi chronologicæ repugnet. V.

Quæ verò Abbatiſſæ huic monaſterio præfuerint, poſt ipſius S. Auſtrebertha fœlicem ad Deum, tranſitum, nobis adhuc incompertum eſt: De vna, tantummodò fit mentio, nomine *Benedicta*: ſub qua S. Iuliana virgo, ſanctimonialis effecta eſt: cujus meminit Martyrologium Benedictinum: his verbis. *In Territorio Rothomagenſi, Depoſitio S. Iulianæ Virginis, ſanctimonialis Pauliacenſis.* [n] Vbi Hugo Menardus hæc obſeruat. *Sancta Iuliana fuit ſanctimonialis in cœnobio Pauliacenſi ſub S. Auſtrebertha Abbatiſſa, cui B. Iuliana cognata erat; eius corpus aſſeruatur in eodem monaſterio.* [o] Quæquidem minus cohærent, cùm ijs, à *Sauſſayo*, in Martyrologio Gallicano allatis: cùm inter ſe prorſus pugnent: conciliari autem minimè valeam, meque adhuc lateat diſſidij hujuſce effugium. „ *In Territorio Rothomagenſi*, (ait Sauſſayus) Pauliacenſi cœnobio S. Iulianæ virginis, & Abbatiſſæ: quæ ſuccenſa cœleſti igne pietatis, ab infantia ſua Chriſto, ſeſe in famulam dedicauit: vtque carnis & Spiritus ſui holocauſtum perficeret, ſanctæ Religionis habitum à *Benedicta* Abbatiſſa, humiliter, inſtanterque flagitauit. A qua, ob natalium obſcuritatem, & rerum inopiam, contemptui habita, perpeſſaque repulſam, in S. Auſtrebertha Virginis, primę illius loci Abbatiſſæ, jam Beatæ, clientelam ſe conjecit; opem eius aſſiduè implorans, qua Abbatiſſæ in ſe duritia emollíretur. Cujus tamen interim miſericordiam aſſiduè, enixèque poſtulabat: donec die ipſo, quo feſtum S. Auſtrebertha eo in monaſterio agebatur, puella incenſa vehementiori ſancti propoſiti deſiderio, ſupplex ad ſepulchrum S. ipſius accurrit, idque fortiter complexa, proteſtatur ſe, tametſi membratim diſcerpi oporteat, à tumulo Beatæ opitularicis ſuæ, non brachia, non manus, quibus eum ſtringebat, laxaturam: quin potiùs habitu ſancto religionis donetur. Piam eius pertinaciam Abbatiſſa ægrè ferens, juſſit à ſepulchro venerando illam auelli: extrudique mox ſacris liminibus. Sed Deus, cui pauperis æquè ac diuitis cura eſt paterna, afflictæ puellæ protinus injuriam vindicauit: & piam juuit intentionem. Percuſſa illicò Abbatiſſa febrili ardore adeò vehementi, vt extremis ſe jam illa crederet proximam: cùm facti pœnitens, voto ſe Deo, & B. Auſtrebertha, obſtrinxit, ſi ſolatium conſequeretur, ſe pauperculæ puellæ optatis vltrò cumulum præſtituram. Vix formata erat ſeria illa deprecatio: cùm repentè extincto febris foculo, Abbatiſſa conualuit. [p] VI.

Exindè, corpus S. Auſtrebertha tranſlatum eſt, aſſeruaturque in Abbatia eius nomini ſacrata ad *Monaſteriolum*, in Picardia oppidum Diœceſis Ambianenſ. vnà cum corporibus. Beatæ *Framelchidis*, matris ſuæ, & præfatæ S. *Iulianæ* Religioſæ, [q] quod forſan, euenit tempore cladis Normannicæ; ſicque monaſterium *Pauliacenſe* olim Virginum, nunc eſt Prioratus Benedictinorum. [r] cujuſque Eccleſiam curauit extruendam Vvalterius, Abbas Montis S. Catharinæ, juxta Rothomagum, ann. 1090. non autem 1060. ex vitio ſcriptorum. [ſ] Nec abſque ratione: quandoquidem Thomas à Pauliaco, de *Pauilly*, vir illuſtris, illud Monaſterium à ſuis prædeceſſoribus olim extructum, circa id tempus, dono contulerit ipſi Abbati Vvaltero, dummodò quatuor Monachi inibi moram agerent, Domino famulaturi. Hinc ann. 1393. in Scacario Rothomagenſi litigium cernitur inter Priorem hujus loci & Dominum temporalem ejuſdem loci Robertum *d'Eſneual*. Dominum de *Pauliaco*, ratione dotationis illius loci: Præterea *Lambertus*, Prior Pauliacenſis intereſt Scacario ann. 1426. Nominatur etiam Ioannes *Quesbout*, Prior Pauliacenſis in Scacario, ann. 1453. VII.

h *Vide in Neuſtria Sancta, ad 10. Febr.*
i *Petrus de Natal. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 112. & Cœnalis.*
k *Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 10. Februar.*
l *Gazetus in vita S. Auſtrebertha.*
m *Petrus à S. Romualdo in Theſauro Chronolog.*
n *Ad 21. Octob.*
o *Menardus lib. 2. obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin.*
p *Sauſſayus in Martyrolog. Gallic. 21. Octob.*
q *Simon Martini, cap. 10. vitæ S. Vulphy Confeſſ.*
r *Myræus in Faſtis Belgic. ad 10. Febr.*
ſ *Antiquitates MS. Norman. pag. 224.*

PENTALLVM

Circa ann. 665.

PENTALLVM SEV PENTALION.

Quis fundatur eius extiterit, & primarius inhabitator.

I. ANTIQVVM fuit illud cœnobium, in agro Rothomagensi, super fluuium Lirizinum: ad quod regendum misit S. Audoenus, Rothomagensis Metropolitanus B. Geremarum, quem cœlestibus instructum disciplinis, monastico habitu donauerat: De cujus gestis, ea breuiter à Vincentio Beluacensi referantur. „ *Sanctus quoque* Geremarus villa Guarandra, quæ sita est super fluuium „ Eptam ortus est. Genitor eius, nomine Rigobertus, & genitrix „ illius, nomine Aga: ex gente Francorum nobili orta: non erat eis filius, nisi „ B. Geremarus, post quorũ mortem, magis ac magis in Christi amore exardescens, „ non cessabat substantiam suã erogare pauperibus. Suscepit à B. Audoeno mona„ chilem habitum: & instructus cœlestibus disciplinis, missus est in monasterium „ Pentalli vocabulo nominatum. Erat autem in eodem monasterio multitudo ma„ gna monachorũ, cui scilicet ad regendum pater Geremarus constitutus erat. Fue„ runt ibi nonnulli malitiosi & impij, qui nolentes recipere prædicationem eius, „ cœperũt tractare de morte ipsius. Erat autẽ illi consuetudo in primo Gallicantu, „ ad laudes Dei surgere, & vsquẽ ad crepusculum lucis, in Dei laudibus, noctem „ peruigilem ducere. Completo autem officio suo reuertebatur in dormitorium: „ at illi proterui consiliũ inter se acceperunt, vt cultellũ sub lectisternijs ponerent, „ vt S. Vir rediens ab Ecclesia, super cultellum se cum impetu corporis inijceret, „ & sic semetipsum interficeret, quod & fecerunt. Manubrium cultelli solo adhæ„ serunt: acumen verò ferri nudum in æris spatium erexerunt. Reuertens B. Ge„ remarus ad lectum Spiritu sancto adhortante, fecit hoc quod non erat solitus fa„ cere, tetigit manu lectum, & circumducens manum, inuenit quod erat abscon„ ditum, statim vt sensit fraudem esse paratam, relicto lectulo, reuersus est ad „ monasterium. Et quod supererat noctis, Dei amicus lachrymas fundens, in hym„ nis & laudibus duxit. Et mane primo, rem, quæ ei contigerat, nemini indicauit. „ Tertia verò hora diei, in capitulo ante pedes omnium prostratus rogauit; vt à „ Pastorali cura illum absoluerent, & meliorem quemcũque vellent patrẽ super se „ eligerent. Illi autem nolebant, sed magis ac magis petebant, vt eos non dese„ reret. Pergens ergo ad S. Audoenum, sic allocutus est: deprecor te S. Pater, vt „ locum mihi ad habitandum, tuis precibus demonstres: confido etenim, quod „ Deus te exaudiet. Tertia autem nocte, in jejuniis & orationibus positis, appa„ ruit per visum vtrisque Angelus Domini, dicens; Ite ad locum, qui Flauiacus „ nuncupatur, & ibi inuenietis desiderium vestrum. Mane autem facto, retulit „ vterque quod viderat; & gratias agentes Domino, tendunt ad locum: &c.

II. Locus igitur præfati *Pentallici* cœnobij, ad *Lizinam* amnem, vulgò *Lizaine*, inter Honflućtum, & Pontem-Audomarum: nunc omninò desertus est, & habitatoribus vacuus: cujus fundatorem extitisse D. Audoenum, scribit Antonius *Dyeppes*, sup. Porro, eadem habentur, & multò amplixa, in vita eiusdem S. Geremari, ex perantiquo. MS. Codice Abbatiæ Conchensis excerpta: vbi cap. 5. sub fin. hæc adduntur. „ *Tertia verò* hora diei, post lectionis disputationem, in capitulo, ante „ pedes omnium prostratus, rogabat, vt à pastorali cura illum absoluerent, & me„ liorem quemcumque patrem super se eligerent. Erat autem quædam crypta in „ vasto solitudinis, super fluuium Sequanam, vnde S. Samson serpentem ejecit; „ hanc petebat, vt ad habitandum concederent. Quantus clamor, quantus dolor

Martyrolog. Romanũ 24 Septemb.
Baronius ibid. in notis.
Molanus in Addition. ad Vsuardum.
Martyrolog. Benedictinum.
Vvion. Ibid. in notis. Saussayus in Martyrolog. Gallican. Breuiarium S. Audoeni Rothomag. & S. Dionysij Falix.
Dubletus, &c. Ead. die.
Vincentius Beluacens. lib. 23. specul. Histor. cap. 98.
Petrus de Natalib. lib. 11. Cathalog. SS. cap. 61.
Vita MS. S. Geremari.
Apud Quercetanum, Tom. 1. Scriptor. Histor. Franc. Coætaneor. pag. 655.
Trithemius lib. 3. viror Illustr. Ord. S. Benedict. cap. 93.
Sigebertus in Chronic. ad ann. 649.
Yeppes. Tom. 2. Chronic. S. Benedictin. Centur. 2 ad ann. 676 & 677. in S. Audoeno Archiepiscopo Rothomagens.
Iacobus Rinaldus in Lilijs, part. 2. cap. 2. pag. 347. in vita eius. Item in notis, Ibidem.
Simon Martinus, lib. 3. Flor. Solitudin.

Alios plures omitto, quos in die eius natali produximus. [h]

Errare autem conuincitur Epiſcopus *Exquilinus*, dùm putat hanc Virginem, ſororem fuiſſe S. Anſberti, Rothomagenſis Archiepiſcopi; [i] vt eius Acta planè demonſtrant, quæ grauiter & religioſè conſcripſit ejuſdem virginis ferè æqualis, apud *Surium*. [k] Corrigendus etiam Guillelmus *Gazetus*, ſcribens S. Auſtrebertham expiraſſe, ann. 620. ſub Dagoberto I. Rege Francor. [l] vel, ann. 643. [m] cùm id omninò rationi chronologicæ repugnet. V.

Quæ verò Abbatiſſæ huic monaſterio præfuerint, poſt ipſius S. Auſtrebertħæ fœlicem ad Deum, tranſitum, nobis adhuc incompertum eſt: De vna, tantummodò fit mentio, nomine *Benedicta*: ſub qua S. Iuliana virgo, ſanctimonialis effecta eſt: cujus meminit Martyrologium Benedictinum: his verbis. *In Territorio Rothomagenſi, Depoſitio S. Iulianæ Virginis, ſanctimonialis Pauliacenſis.* [n] Vbi Hugo Menardus hæc obſeruat. *Sancta Iuliana fuit ſanctimonialis in cœnobio Pauliacenſi ſub S. Auſtreberthæ Abbatiſſa, cui B. Iuliana cognata erat; eius corpus aſſeruatur in eodem monaſterio.* [o] Quæquidem minus cohærent, cùm ijs, à *Sauſſayo*, in Martyrologio Gallicano allatis: cùm inter ſe prorſus pugnent: conciliari autem minimè valeam, meque adhuc lateat diſſidij hujuſce effugium. VI.

,, *In Territorio Rothomagenſi*, (ait Sauſſayus) Paulia-
,, cenſi cœnobio S. Iulianæ virginis, & Abbatiſſæ: quæ ſuccenſa cœleſti igne pie-
,, tatis, ab infantia ſua Chriſto, ſeſe in famulam dedicauit: vtque carnis & Spiri-
,, tus ſui holocauſtum perficeret, ſanctæ Religionis habitum à *Benedicta* Abbatiſ-
,, ſa, humiliter, inſtanterque flagitauit. A qua, ob natalium obſcuritatem, &
,, rerum inopiam, contemptui habita, perpeſſaque repulſam, in S. Auſtreberthæ
,, Virginis, primę illius loci Abbatiſſæ, jam Beatæ, clientelam ſe conjecit; opem
,, eius aſſiduè implorans, qua Abbatiſſæ in ſe duritia emolliretur. Cujus tamen in-
,, terim miſericordiam aſſiduè, enixéque poſtulabat: donec die ipſo, quo feſtum
,, S. Auſtreberthæ eo in monaſterio agebatur, puella incenſa vehementiori ſancti
,, propoſiti deſiderio, ſupplex ad ſepulchrum S. ipſius accurrit, idque fortiter com-
,, plexa, proteſtatur ſe, tametſi membratim diſcerpi oporteat, à tumulo Beatæ
,, opitularicis ſuæ, non brachia, non manus, quibus eum ſtringebat, laxaturam:
,, quin potiùs habitu ſancto religionis donetur. Piam eius pertinaciam Abbatiſſa
,, ægrè ferens, juſſit à ſepulchro venerando illam auelli: extrudique mox ſacris
,, liminibus. Sed Deus, cui pauperis æquè ac diuitis cura eſt paterna, afflictæ puel-
,, læ protinus injuriam vindicauit: & piam juuit intentionem. Percuſſa illicò Ab-
,, batiſſa febrili ardore adeò vehementi, vt extremis ſe jam illa crederet proximam:
,, cùm facti pœnitens, voto ſe Deo, & B. Auſtreberthæ, obſtrinxit, ſi ſolatium
,, conſequeretur, ſe pauperculæ puellæ optatis vltrò cumulum præſtituram. Vix
,, formata erat ſeria illa deprecatio: cùm repentè extincto febris foculo, Abbatiſſa
,, conualuit. [p]

Exindè, corpus S. Auſtreberthæ tranſlatum eſt, aſſeruaturque in Abbatia eius nomini ſacrata ad *Monaſteriolum*, in Picardia oppidum Diœceſis Ambianenſ. vnà cum corporibus. Beatæ *Framelchidis*, matris ſuæ, & præfatæ S. *Iulianæ* Religioſæ, [q] quod forſan, euenit tempore cladis Normannicæ; ſicque monaſterium *Pauliacenſe* olim Virginum, nunc eſt Prioratus Benedictinorum. [r] cujuſque Eccleſiam curauit extruendam Vualterius, Abbas Montis S. Catharinæ, juxta Rothomagum, ann. 1090. non autem 1060. ex vitio ſcriptorum. [ſ] Nec abſque ratione: quandoquidem Thomas à Pauliaco, de *Pauilly*, vir illuſtris, illud Monaſterium à ſuis prædeceſſoribus olim extructum, circa id tempus, dono contulerit ipſi Abbati Vualtero, dummodò quatuor Monachi inibi moram agerent, Domino famulaturi. Hinc ann. 1393. in Scacario Rothomagenſi litigium cernitur inter Priorem hujus loci & Dominum temporalem ejuſdem loci Robertum *d'Eſneual*. Dominum de *Pauliaco*, ratione dotationis illius loci: Præterea *Lambertus*, Prior Pauliacenſis intereſt Scacario ann. 1426. Nominatur etiam Ioannes *Querbont*, Prior Pauliacenſis in Scacario, ann. 1453. VII.

h *Vide in Neuſtria Sancta, ad 10. Febr.*
i *Petrus de Natal. lib. 3. Catalog. Sanctor. cap. 112. & Canalis.*
k *Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 10 Februar.*
l *Gazetus in vita S. Auſtrebertha.*
m *Petrus à S. Romualdo in Theſauro Chronolog.*
n *Ad 11. Octob.*
o *Menardus lib. 2. obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin.*
p *Sauſſayus in Martyrolog. Gallic. 11. Octob.*
q *Simon Martini, cap. 10. vitæ S. Vulphy Confeſſ.*
r *Myræus in Faſtis Belgic. ad 10. Febr.*
ſ *Antiquitates MS. Norman. pag. 224.*

PENTALLVM

Circa anni 665.

PENTALLVM SEV PENTALION.

Quis fundatur eius extiterit, & primarius inhabitator.

I. ANTIQVVM fuit illud cœnobium, in agro Rothomagenſi, ſuper fluuium Lirizinum: ad quod regendum miſit S. Audoenus, Rothomagenſis Metropolitanus B. Geremarum, quem cœleſtibus inſtructum diſciplinis, monaſtico habitu donauerat: De cujus geſtis, ea breuiter à Vincentio Beluacenſi referantur. „ *Sanctus quoque* Geremarus villa Guarandra, quæ ſita eſt ſuper fluuium „ Eptam ortus eſt. Genitor eius, nomine Rigobertus, & genitrix „ illius, nomine Aga: ex gente Francorum nobili orta: non erat eis filius, niſi „ B. Geremarus, poſt quorũ mortem, magis ac magis in Chriſti amore exardeſcens, „ non ceſſabat ſubſtantiam ſuã erogare pauperibus. Suſcepit à B. Audoeno mona„ chilem habitum: & inſtructus cœleſtibus diſciplinis, miſſus eſt in monaſterium „ Pentalli vocabulo nominatum. Erat autem in eodem monaſterio multitudo ma„ gna monachorũ, cui ſcilicet ad regendum pater Geremarus conſtitutus erat. Fue„ runt ibi nonnulli malitioſi & impij, qui nolentes recipere prædicationem eius, „ cœperũt tractare de morte ipſius. Erat autẽ illi conſuetudo in primo Gallicantu, „ ad laudes Dei ſurgere, & vſquẽ ad crepuſculum lucis, in Dei laudibus, noctem „ peruigilem ducere. Completo autem officio ſuo reuertebatur in dormitorium: „ at illi proterui conſiliũ inter ſe acceperunt, vt cultellũ ſub lectiſternijs ponerent, „ vt S. Vir rediens ab Eccleſia, ſuper cultellum ſe cum impetu corporis inijceret, „ & ſic ſemetipſum interficeret, quod & fecerunt. Manubrium cultelli ſolo adhæ„ ſerunt: acumen verò ferri nudum in æris ſpatium erexerunt. Reuertens B. Ge„ remarus ad lectum Spiritu ſancto adhortante, fecit hoc quod non erat ſolitus fa„ cere, tetigit manu lectum, & circumducens manum, inuenit quod erat abſcon„ ditum, ſtatim vt ſenſit fraudem eſſe paratam, relicto lectulo, reuerſus eſt ad „ monaſterium. Et quod ſupererat noctis, Dei amicus lachrymas fundens, in hym„ nis & laudibus duxit. Et mane primo, rem, quæ ei contigerat, nemini indicauit. „ Tertia verò hora diei, in capitulo ante pedes omnium proſtratus rogauit; vt à „ Paſtorali cura illum abſoluerent, & meliorem quemcũque vellent patrẽ ſuper ſe „ eligerent. Illi autem nolebant, ſed magis ac magis petebant, vt eos non deſe„ reret. Pergens ergo ad S. Audoenum, ſic allocutus eſt: deprecor te S. Pater, vt „ locum mihi ad habitandum, tuis precibus demonſtres: confido etenim, quod „ Deus te exaudiet. Tertia autem nocte, in jejuniis & orationibus poſitis, appa„ ruit per viſum vtriſque Angelus Domini, dicens; Ite ad locum, qui Flauiacus „ nuncupatur, & ibi inuenietis deſiderium veſtrum. Mane autem facto, retulit „ vterque quod viderat; & gratias agentes Domino, tendunt ad locum: &c.

Martyrolog. Romani 24. Septemb.
Baronius ibid. in notis.
Molanus in Addition. ad Vſuardum.
Martyrolog. Benedictinum.
Vuion. Ibid. in notis. Sauſſayus in Martyrolog. Gallican. Breuiarium S. Audoeni Rothomag. & S. Dionyſij Felix.
Dubletus, &c. Ead. die.
Vincentius Beluacenſ. lib. 23. ſpecul. Hiſtor. cap. 98.
Petrus de Natalib. lib. 11. Catholog. SS. cap. 61.
Vita MS. S. Geremari.
Apud Quercetanum, Tom. 1. Scriptor. Hiſtor. Franc. Coætaneor. pag. 655.
Tritheminus lib. 3. viror Illuſtr. Ord. S. Benedict cap. 93.
Sigebertus in Chronic. ad ann. 649.
Yeppes. Tom. 2 Chronic. S. Benedictin. Centur. 2. ad ann. 676 & 677. in S. Audoeno Archiepiſcopo Rothomagenſ.
Iacobus Rinaldus in Lilijs, pars. 2. cap. 2. pag. 347 in vita eius. Item in notis, Ibidem.
Simon Martinus, lib. 3. Flor. Solitudin.

II. Locus igitur præfati *Pentallici* cœnobij, ad *Lizinam* amnem, vulgò *Lizaine*, inter Honfluctum, & Pontem-Audomarum: nunc omninò deſertus eſt, & habitatoribus vacuus: cujus fundatorem extitiſſe D. Audoenum, ſcribit Antonius *Dyeppes*, ſup. Porro, eadem habentur, & multò amplixa, in vita eiuſdem S. Geremari, ex perantiquo. MS. Codice Abbatiæ Conchenſis excerpta: vbi cap. 5. ſub fin. hæc adduntur. „ *Tertia verò* hora diei, poſt lectionis diſputationem, in capitulo, ante „ pedes omnium proſtratus, rogabat, vt à paſtorali cura illum abſoluerent, & me„ liorem quemcumque patrem ſuper ſe eligerent. Erat autem quædam crypta in „ vaſto ſolitudinis, ſuper fluuium Sequanam, vnde S. Samſon ſerpentem ejecit; „ hanc petebat, vt ad habitandum concederent. Quantus clamor, quantus dolor

,, erat ibi omnium timentium Dominum, & ſuper patrem Geremarum, lamen-
,, tantium, & dicentium; cur nos, pater, deſeris? aut, cui nos deſolatos de-
,, relinquis? quid egimus? quid in te commiſimus? quomodo fuimus tibi con-
,, trarij? Ipſe autem reſpondit eis; nemo veſtrum extitit vnquam mihi contra-
,, rius in aliquo, nemo alienus, nemo malus, nemo durus, omnes mihi vt pa-
,, tres, vt fratres, vt veritatis amatores: nolebat enim prodere in publicum,
,, quod inuenit in lecto abſconditum, ne locus ipſe verteretur in exemplum
,, malorum. Iterum atque iterum proſtratus ante pedes omnium, rogabat
,, ita Paſtorali ſede, abſoluerent eum: illi autem nolebant, ſed magis pe-
,, tebant, vt eos non dereret. Tandem victi petitionibus, cryptam,
,, quam petebat, ei conceſſerunt. Relinquens autem Monaſterium B. Audoeno,
,, abijt ad prædictum locum; ibi ſe in orationibus die ac nocte dedit, faciens plu-
,, rimam abſtinentiam, majorem quàm facere conſueuerat. Tantam ei gratiam
,, Dominus veluti electo famulo ſuo, contulit, vt cuncta mundi mente tranſcen-
,, deret, & ſæpius cœleſtibus ſecretis intereſſet. Beatus autem Audoenus, audiens
,, famam ſanctitatis eius, & ſciens meritum eius, in gradum Præsbyterij eum or-
,, dinauit: cuius voluntati multùm reſiſtere voluit, ſed Spiritu ſancto eum com-
,, pellente, præceptis S. Præſulis obediuit. Factuſque Sacerdos, Domino placere
,, ſtuduit. Offerebat enim ſacrificium illi per ſingulos dies cum lachrymis & con-
,, tritione cordis. Ibi in exemplum omnium poſitus, annis quinque, & menſibus
,, tribus, in omnibus mandatis extitit ſincerus & deuotus.

MELLENTVM

Digitized by Google

Circa ann. 670. & 1067

MELLENTVM.
GALLICÈ, MEVLENT.

Ex loco passionis, & Reliquijs SS. Nicasij, Neustriæ Apostoli, ac sociorum martyrum, consurgit Prioratus S. Nicasij apud Mellentum, per S. Audoenum, Rothomagensem Archiepiscopum: tum post varia fortunæ discrimina à Valeranno Comite Mellentino, rursus renouatus ac fundatus: ditatus; ac Priores illic instituti.

I. CONSTAT S. Nicasium Neustriæ Apostolum, à S. Clemente Papa, creatum primum Episcopum Rothomagensem, Martyrio coronatum fuisse, vnà cum sociis, Quirino Præsbytero, & Scubiculo Diacono, apud Gagneyum, Gallicè, *Gaigny*: Vvilcassini Francici oppidum: die xj. Octob. circa ann. 120. [a] „ *Corpora verò* „ eorum (ait Ordericus) auibus, improbis canibus, ferisque vo- „ randa, à persecutoribus derelicta sunt; sed iussu omnipotentis „ Dei, ab Angelis intacta, custodita sunt. Deinde, post quam profani satellites „ recesserunt, succedenti nocte, SS. Martyres, Diuina ope mirabiliter erecti sunt; „ & apprehensis capitibus suis, fluuium Eptam vado hominibus incognito, tran- „ sierunt: & in insula eiusdem fluminis amœnissima, requieuerunt. Ob memo- „ riam sanctorum, ille locus ex tunc vsque in hodiernum diem, *Vani*, id est, va- „ dum Nigasij nuncupatus est: in qua Deus, Martyrum meritis, multa beneficia fi- „ deliter poscentibus largitus est. [b]

a *Martyrologium Romanum, & Gallicanum, 11. Octob. Vide Neustriam Christianam in 1. Archiepisc. Rothomagens.*

II. Substiterunt ergò Martyres in præfata insula (quæ tunc pertinebat ad illustrem Heroinam, castri Rupis Guydonis dinastam, sanctam videlicet *Pientiam*, matronam piam, ac religiosam, nuper conuersam ad Christum.) Vbi ab ipsa Beata fœmina, reuerenter sunt tumulati: illicque sacellum extruxit; cui multa prædia attribuit: & inibi corpus suum sepeliendum mandauit: quod & pia fidelium deuotio mox præstitit. [c] Tandem reddita Ecclesiæ pace, locus hic iterum à fidelibus frequentatur, ad quorum instantiam, & Martyrum deprecationem, Deus complures impertiuit gratiarum opitulationes: sicque quingentis post annis, ob ingentia miracula inibi per ipsos SS. Martyres edita, erectus est Prioratus, per S. Audoenum, Rothomagensem Metropolitanum, auocatis ex eadem vrbe Monachis, cœnobij SS. Petri & Pauli Apostolorum, nunc, de suo nomine, *Audoeni*, nuncupati: In quem Prioratum prima facta est ab ipso præsule SS. Martyrum Translatio: quiquidem Pontifex, nonnihil de ipsorum SS. Martyrum Reliquiis dedit prædictis Monachis, vt Rothomagum deferrent, ad Abbatiam suam: & cùm Rothomagi dedicasset Ecclesiam Parœchialem, sub nomine [d] S. Nicasij: duo ossa eiusdem S. Præsulis illic reposuit: vt tanto munere amplius ditaretur.

b *Ordericus lib. 5. Histor. Ecclesiast. ab anno 1080. Canalis lib. 2. de Re Gallica. Periocha. 4. Item Tom. 2. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ. MS. post. Suggerio in Lodouico crasso Reg. Franc.*

c *Canalis. Ibid. Gazeto in vita S. Nicasij, & Dauanneo. Ibid. cap 43. 44. 45. ex MS. Codic. S. Audoeni fol. 38.*

d *Lommeus lib. 2. Antiquitates Rothomagensis cap. 5. §. 3. Dauanneus sup. cap. 47. & 48.*

III. Labentibus verò sæculis, cùm Normanni, sub *Hastingo* Duce, Galliam, Neustriamque, variis incursionibus diuexarent; Monachi S. Audoeni Rothomagens. sibi timentes, ann. 842. S. Audoeni sacras Reliquias: primò *Vvadiniacum* deportarunt: deinde ad villam suam *Condatum* transtulerunt: vnà cum corporibus SS. martyrum Nicasij, Quirini, & Scubiculi atque Pientiæ. [e] Non parum mirati sumus: quæ *Saussayus*, vir alioqui eruditus, sic asseueranter conscripsit, de horum SS. martyrum iam facta Translatione in hunc locum ab ann. 808. „ *Cùm* „ *enim* (inquit) ann. Christi 808. horum & Nicasij sacra pignora, à Mausoleo

e *Codex MS. Abbat. S. Audoeni fol. ... Item fol. 33. sup. Vite Neustriam Sanctam ad 1. Febr. & 11. Decemb.*

„ proprio, ad Condatenſem vicum agri Pariſienſis eſſent Tranſlata, Hildebaldus
„ Epiſcopus Colonienſis, tum Pariſijs agens, & Odulphus præpoſitus Malmun-
„ darienſis, à Carolo-magno, & Deodefrido, Regiæ vrbis Pariſiorum Antiſtite
„ impetrarunt, corpus S. Quirini, Brachium S. Nicaſij, & potiores Reliquias
„ S. Scubiculi; quæ ſacra pignora tranſuexerunt Malmundarium: vbi Quirinus
„ ipſe & Sculibus, potiſſimùm frequentibus miraculis claruerunt, quibus totius
„ Regionis ad ſe incolarum conciliarunt deuotionem. [f] Hæc, inquam, miramur
aſſerta; cùm manifeſtè repugnent, & veritati Hiſtoricæ, & rationi Chronologi-
cæ: quibus edocemur: Gentem Normannicam, eo tempore, ſcilicet anno 808.
noſtris haud appuliſſe oris, & huiuſmodi Tranſlationem minimè eueniſſe ante
ann. 842. apud prædictum Condatenſem vicum: ita enim habent codices MSS. [g]
deindè ſubditur. „ *Poſt pauci* temporis interſtitium B. Quirini corpus, magna
„ ex parte, & ex Reliquijs B. Nicaſij, ac Scuniculi, ad locum, qui Malmunda-
„ rienſis dicitur, ſumma cum reuerentia, aſportantur: vbi miraculorum gloria
„ aſſiduè illuſtrantur: ibi etiam in honore B. Quirini, nobile extat cœnobium
„ Monachorum, Chriſto militantium, ad eius memoriale perpetuum, &c. Interea
„ Monachi Condatenſium, ingruente inedia. Beatorum martyrum Nigaſij, ac
„ Scuniculi corpora, cum Reliquijs B. Quirini, ad Orientalem Franciæ plagã, quæ
„ Lotharingia nuncupatur, in locum noſtræ poſſeſſionis, qui Vvambatium dicitur
„ detulerunt: ibique requieuerunt vſque ad tempora Henrici, Regis Francorum. [h]
Nimirum, vſque ad ann. 1032. quo pridie idus Decembris, rurſus Lotharingia
Rothomagum, reducta ſunt, & in Abbatiam S. Audoeni decenter tranſportata:
Roberto, Rothomagenſi Archiepiſcopo; Henrico, eiuſdem loci cœnobiarcha, &
Iſemberto, Montis S. Catharinæ Archimandrita; necnon Roberto, Normanniæ
Duce, & alijs optimatibus præſentibus. [i] Ex quibus corrigendus Nicolaus *Da-
uannæus*; [k] id accidiſſe, ann. 1302. ſcribens: & *Malmundarium* in Picardia ſitum ha-
bere: cùm extet in Diœceſi Leodienſi, in ditione verò Luxemburgenſi. [l]

f *Sauſſayus in Martyrolog. Gallic. 11. Octob.*
g *Ex Codic. MS. Abbat. S. Audoeni Rothomag. ſup. pag. 212. & fol. 33. ſup.*
h *Codex MS. ſup. fol. 33.*
i *Ibidem.*
k *Dauanneus ſup. cap. 51.*
l *Gallia Chriſtiana in Abbatijs.*

Itaque nulli dubium videtur præfatorum SS. Martyrum ſacra pignora, poſtmo- IV.
dùm exindè Mellentum fuiſſe tranſlata: cuius cauſam ipſe *Dauanneus* ſic aperit.
Quòd cùm Valerannus, Mellentinus Comes, partes Henrici Regis Franc. ſequutus
in conflictu *Varauillano*, captus fuiſſet à Duce Normanniæ ann. 1060. votum emi-
ſit Deo, & ipſis SS. Martyribus, (quos præcipua deuotione venerabatur) de Ec-
cleſia à ſe ædificanda in eorum memoriam, ſi ad eorum preces, ab omnipotente
Deo, libertatem conſequeretur; cuius pia petitio mox cœlitùs exaudita, ann. 2.
ſuæ captiuitatis, liber euaſit. Tuncque memor ſui promiſſi fundamenta jecit
Eccleſiæ, ac Prioratus, in honorem S. Nicaſij & ſociorum, apud Mellentum
quod oppidum nobiliſſimum eſt, ad Sequanam fluuium, Diœceſ. Rothomagenſ.
locus verò huic nouæ ſtructuræ deſignatus, fuit in inſula *Mellentina*; vbi jam exta-
bat ædicula quædam virgini Deiparæ dicata: quæ ſolo æquata, alia inſignis Baſi-
lica, inibi conſtructa eſt, ſub nomine ejuſd. Deiparæ Virginis & S. *Nicaſij* ac ſocio-
rum martyr. Tum ann. 1067. rectiùs 1076. die 28. Octob. ſolemni ritu Deo dicata,
per Gaufridum, Carnotenſ. Epiſcopum, ad quem ſpectat hujuſmodi inſula. Hu-
juſce rei gratia, probabile eſt, ipſum *Valerannum* Comitem, ſacra SS. Martyrum
oſſa *Nicaſij* & ſociorum, non ſine inſtantia magna obtinuiſſe, & *Rothomago Mel-
lentum* adferendas curaſſe in hanc nouam Eccleſiam: quæ poſtea magnis exornata
eſt miraculis: ad interceſſionem horum ſanctorum Diuinitùs editis: & ingentibus
prædijs, terris, ac poſſeſſionibus ditata ampliſſimis, tum à Comitibus, & viceco-
mitibus Mellentinis; tum à proceribus & optimatibus Prouinciæ: quæ omnia vl-
trò confirmarunt, & ampliarunt Reges Franciæ, & Angliæ, ac Duces Norman-
niæ. Sed & ſummi Pontifices, Archiepiſcopi Rothomagenſes, necnon Epiſcopi
Carnotenſes, eumdem locum multis priuilegijs, gratijs, indulgentijs, aliiſque fa-
uoribus illuſtarunt: quorum teſſeram latè proſequitur Dauanneus; & nos breui-
ter perſtrinximus. [m]

m *Dauanneus cap. 54. 56. & ſeq.*

Refertur quoque alia Tranſlatio facta SS. Reliquiarum, ann. 1140. Dominica V.
infra octauas Aſcenſionis Domini: per Goiſlenum, Carnotenſem Epiſcopum: qui
propterea nonnullas indulgentias fidelibus populis tunc dilargitus eſt: [n] quas Hu-
go, Rothomagenſis, Metropolitanus confirmauit. [o] Alias etiam iterum dedit ip-
ſe Hugo,

n *Idem cap. 64.*
o *Ibid. cap. 67.*

Digitize

ſe Hugo, ob inuentionem SS. Reliquiarum apud vadum S. Nicaſij, ann. 1160. 17. Calend. Auguſti. p Denique Valeranus Comes Mellentinus, Prioratus hujuſce fundator inclitus, ſancto fine quieuit die 10. Decemb. circa ann. 1070. ſepulturam nactus, in ipſa Eccleſia, à latere altaris majoris. q

VI. Porro, ſeriem Priorum, qui huic præfuerunt Prioratui, hoc ordine recenſebimus.

1. Robertus de Belſoio : De Beauſou.

Galeranni, Mellentini Comitis, hujuſce Loci fundatoris illuſtris, propinquus erat: qui jam miles veteranus, armis ſepoſitis, apud Beccum ſub B. Herluino Abbate, monachiſmum eſt profeſſus; ac deindè ann. 1067. al. 1076. Dedicata hujuſce Mellentini Prioratus Eccleſia (vti nuper dicebamus) inſtitutus eſt primarius Prior, aſtante S. Anſelmo, tunc Beccenſi Abbate, ac confirmatus per Gaufridum, Carnotenſem Epiſcopum: ſi præfato *Dauanneo* fidem præbeamus; r à quo tamen, multa inconuenientia, ne dicam, minus vera, cogunt nos recedere: Sanè Iuonis Carnotenſis Epiſtola 45. al. 285. hæc omnia vt fictitia, prorſus explodit.

Iuo, Dei Gratia, Carnotenſis Eccleſiæ miniſter.

„ Quoniam dignum eſt, commendari ſcripturæ, quæ poſterorum ſunt tranſmittenda cognitioni & memoriæ: Ego Iuo, gratia Dei, Carnotenſis Eccleſiæ licet indignus Epiſcopus, cum conſenſu & aſtipulatione fratris noſtri Odonis, Archidiaconi, præcepi in hac deſcribi paginula, quod de Eccleſia S. Nigaſij, apud Mellentinum, ſita, in perpetua haberi volo notitia. Erat autem hæc Eccleſia S. Nigaſij è ſæcularibus Clericis, per manum laïci, Comitis videlicet Melletenſis intrantibus, inhabitata, & poſſeſſa, donec placuit domino Roberto, Comiti Melletenſi, cum beneplacito Clericorum, in prædicta Eccleſia intitulatorum, ipſam Eccleſiam in meliores vſus commutare, & vt ibi Deo regulariter ſeruiretur, elaborare. Tradidit itaque ipſe Comes Robertus, cum conſenſu & beneplacito prædictorum Clericorum, illam Eccleſiam, S. Mariæ Beccenſis Monaſterij: vt ab ipſo monaſterio, ſecundum quod opportunum ſit, monachi in prædicta Eccleſia S. Nigaſij ordinentur, deoque regulariter famulentur. Hanc autem traditionem à præfato Roberto Comite factam, Frater Guillelmus, Beccenſis Abbas, cum quibuſdam ſui Monaſterij fratribus, ad præſentiam noſtram detulerunt, humiliter deprecantes, vt noſter aſſenſus prædictam donationem corroboraret. Et quia digna videbatur eorum poſtulatio, ſaluo jure & reuerentia Carnotenſis Eccleſiæ, illis ſæpè dictam S. Nigaſij Eccleſiam conceſſimus; vt ibi monachos ordinent, qui Deo regulariter ſeruiant; & per Librum, ipſam Eccleſiam fratri Guillelmo Beccenſi Abbati dedimus, præſente, & aſſenſum dante, fratre noſtro, Odone, Archidiacono, præſentibus quoque Hilduino Cantore, Anſello Cancellario, Ernoldo Archidiacono, Guaſlino præpoſito, Geraldo Capellano. Hujuſce Roberti, Comitis meminit idem Iuo Epiſtol. 143. ac. 154. & Appendix ad Sigebertum, ann. 1203. Libro autem ſic porrecto, fiebat inueſtitura apud eumdem Iuonem Epiſtol. 182. vide Iuretum in obſeruationibus ad Epiſtol. 285. ejuſd. Iuonis, & Brulium lib. 3. Antiq. Pariſienſ. pag. 806.

2. Guillelmus de Bellomonte, ann. 1083. ſ

VII. Dicendum eſt 1093. Hic ille quippe eſt, qui S. Anſelmo, Beccenſi Abbate, aſſumpto ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum, electus fuit Abbas *Beccenſis*, ann. 1094. in eius locum. t quique memoratur, in præfata Iuonis Epiſtola.

3. Hugo, à Gornayo, ann. 1110. *4. Robertus 2. ann. 1163.*

Ex Bulla Alexandri III. Pap. u

5. Euſtachius, ann. 1185. x *6. Ioannes à Caſtello, ann. 1194.*

7. Guillelmus 2. Monachus, le Moyne, ann. 1198.

8. Arnulphus de Bona-villa, ann. 1208. y

9. Radulphus de Brya, ann. 1218.

Ranulphus de *Brueria* dicitur, ad ann. 1216. in Cartulario MS. Prioratus Belli-Loci, pag. 132. z

p *Vide in Archiepiſcopis Rothomag. cap. 90. § 8.*
q *Dauanneus cap. 57. 70.*
r *Idem cap. 57. & 87.*
ſ *Idem cap. 57. ſupr.*
t *Vide in Abbatia Beccenſ. cap. 5.*
u *Dauanneus ſup.*
x *Vide in Abbatia Valacia cap. 3. § 3.*
y *4. Dauanneus ſupr.*
z *Extat Lutetiæ apud D. de Vyson.*

F. Arnulphus, 2. de Campis, 1300. *Michaël. 1310.*
D. Guillelmus Daquey. 1360. *D. Henricus de Ruel. 1375.*
D. Robertus 3. de Planes, 1380. *F. Macaus d'Anjon, 1411.*
F. Mathaus d'Anjon, 1416. *D. Ioannes 2. de Liuet. 1425.*
D. Nicolaus Rothomagensis, 1431.
D. Radulfus 3. Desqualon, 1472.
D. Ioannes 3. de Boisberoult, 1485.
D. Robertus 4. du Teil, 1486.
D. Robertus 5. de Morainuilla, 1497.
D. Michaël 2. Durant, 1513.
F. Guillelmus 4. de Bellesalte. 1516.

aa Dauamens sup.

D. Ioãnes 4. de Boos, 1519. D. Ioannes 5. de Morainuilla, 1532. aa
Nicolaus Preuost, Consiliarius Parlamenti Parisiens.

Ann. 1534. postea præses, in Enquestis, Canonicus Parisiens. Prior Mellenti, vide Elogia Præsidentium Parlamenti Parisiens. pag. 246.

M. Antonius le Cirier.

In Curia Parlamenti Consiliarius, ann. 1553. Decanus Parisiensis Eccles. ablegatus ad Concilium Tridentinum, ann. 1538. Obiit. 1575.

M. Brandelis de Trotis, Ferrariensis prapositus 1543.
F. Mathaus 2. de Sommieure 1561.
M. Petrus de Riant.

In Curia Parlamenti Paris. Consiliarius 1584.

M. Dionysius à Coudrayo, 1585.
M. Franciscus de Riant.

Libellorum supplicum Domus Regis Magister, 1595.

M. Eleazarus Iamet, 1606.
M. Guillelmus, l'Huillier, 1607.
M. Carolus Franciscus, 1608.
M. Nicolaus Dauanne, 1620.

bb Ibid.

Ann. 1646. adhuc viuebat. bb Cùm illuc moras necterem: Vir Pius & VIII
auitæ Religionis S. Benedictini amantissimus; Reparator, tum hujusce S. Nicasij Mellentini Prioratus, tum Prioratus de *Prato*, juxta Rothomagum, & instaurator laudabilis, necnon; vitæ S. Nicasij, & Prioratus Mellentini scriptor & indagator curiosus: Pro Prioratu S. Nigasij extant litteræ Philippi II. Reg. Francor. ann. 1190. cc Denique ann. 1196. *Confirmata sunt libertates Ecclesiæ S. Nicasij de Meulento à Philippo Rege Francor. Anno Regni sui, 17. quoquidem anno translata sunt corpora SS. Nigasij, Quirini, Pientiæ, & Gratiani, Martyrum, in Ecclesiam Meullenti 8. Calend. Iunij.* dd Cæterùm, D. Nicasius in præfato Prioratu sui nominis, insigni cultu, nunc vsque quiescit: vbi quotannis in festiuitate Ascensionis Domini, solemni triumpho, sacra eius lipsanotheca circumfertur, affluente, ad eius venerationem, populi tam spatioso, quàm specioso concursu: cujus pietatem aliqua semper mirabili opitulatione, martyr gloriosus, Christo largiente, remunerare consueuit.

cc *Apud Cartularium patrum Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. Titulo Autentica Regum & Principum Carta 9.*
dd *Chronicon MS. patrum Beccense ad ann. 1196.*

Prætermittere etiam non debemus, ex Apostolica Contesseratione S. Nicasij IX
cum B. Dionysio, natam illam spiritualem societatem, quæ jam dudum inter S. Dionysij Regale Monasterium, & Asceterium S. Nicasij antedictum coaluit; quamque

Digitized by Google

quamque Henricus de *Malleto*, tempore S. Ludouici Regis Franc. factus San-Dionyſianus Abbas, ratam habuit, obſignauitque ſacris fœderis Tabulis, anno Salutis, 1260. conſcriptis. ee

Præterea, anno Domini 1269. tempore Ioannis Abbatis Becci 16. tranſlata eſt Parœchia S. Nicaſii de Mellento de monaſterio monachorum in Capellam S. Iacobi eiuſdem Parœchiæ, & facta eſt illa Capella Parœchialis, & Baptiſmalis Eccleſia; interueniente aſſenſu Pontificis Carnotenſis, Abbatis, Conuentus Beccenſis, Prioris & Conuentus S. Nicaſii de Mellento ſupradicti, & Iuonis Eccleſiæ Rectoris eiuſdem, contradicentibus & reſiſtentibus, & proclamantibus Parœchianis, ſed non præualentibus. ff

ee *Sauſſayus de Myſticis Galliæ ſcriptorib. in S. Dionyſius Areopagyta, cap. 8, art. 1. §. 4. Poſt Damaſcenum.*

ff *Chronicon Becci. ad ann. 1269.*

SAN-SIDONIVS

GALLICÈ, S. SAËNS.

Poſt an. 670.

I. HOC Monaſterium nomen accepit à S. *Sidonio*, primo huiuſce loci Abbate; monacho Gemeticenſi, S. *Philiberti* cœnobiarchæ diſcipulo, a quod *Fredegodus* ſcitè innuit, dùm eum recenſet Comitem S. *Audoeni*, Rothomagenſis Archiepiſcopi (cui chariſſimus erat) Romam ad limina Apoſtolorum inuiſenda proficiſcentis. *Multi etiam*, (inquit) *venerabiles viri, & Deo deuoti, vnà cum illo proficiſci ſibi licere gratulabantur: in quibus erat S. Sidonius, genere Scotus, extructor Monaſterij, quod nunc, per Metonimiam, ſanctum Sidonium appellant.* b Quod ita cecinit, carmine heroico, vetus Author, ejuſdem S. *Antiſtitis* geſta referens.

Huic etiam plures numero ſeſe ſociantes;
Inter eos vnus Scottorum ſtirpe creatus,
Nomine Sidonius, *vir ſimplicitate probandus,*
Aduenit: caſtam, qui multo tempore vitam
Duxerat, & Templum proprio de nomine dictum
Fecerat, & Regi ſacrauerat Omnipotenti. c

II. Dicitur itaque S. Sidonius, vel etiam S. Audoenus: d hujus extructor ædificij; ſed cui impensè acceſſerit liberalitas & munificentia Theodorici, Regis Franciæ; qui & propterea, illius Monaſterij agnoſcitur fundator: quod ingenuè fatetur Hugo *Menardus*, ex vetere MS. Codice: hæc ſubdens. *Circa hæc tempora, Theodoricus Rex Francorum, filius Clodouei II. ædificauit Rothomagi, cœnobium, quod poſtea dictum eſt ad S. Sidonium: qui perſpectam habens S. Sidonij pietatem, eum primum huic monaſterio præfecit Abbatem.* e Theodoricus Regni ſuſcepit habenas ann. 667. & S. Audoenus mortis debitum ſoluit ann. 677. cui in pontificatu ſucceſſit S. Anſbertus, cum quo & præcipui vinculum amoris nexit ipſe B. Sidonius; vti habent geſta D. Leufredi, eius diſcipuli, in hunc modum.

III. „ Euoluto autem tempore, cùm jam diſpenſatio Diuina per eum plures lucrandos decerneret, audita fama B. *Sidonij*, vir Dei Leufredus *Rothomagenſem* vrbem „ protinùs aduenit: vbi prædictus homo Dei *Sidonius Hybernia Britanniæ* inſula ortus, virtutum ſplendore venerabilis habebatur. Poſtquam autem venerabilis vir „ Dei *Leufredus* vera eſſe comprobauit, quæ fama ad eum detulerat: homini Dei „ arctiùs ſe conjunxit, & per ordinem, voluntatis ſuæ patefecit arcanum. Satiſque „ ab eo in regulari tramite, ac monaſtica conuerſatione edoctus, & habitu corporis immutatus, accepit ſignum capitis, in quo milites Chriſti à populari cœtu „ diſcernuntur: & ſub ipſo patre, voto ſe ipſe conſtrinxit, omnem obedientiæ diſciplinam ſeruaturum: ſciens ſcriptum; Obedire magis placet Deo quàm victimæ; & auſcultare magis, quàm offerre adipem pacificorum. Et Samuel ad Saul „ ait: Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ nolle ac-

a *Menardus lib. 2. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin. 14. Nouemb. ex vita MS. S. Sydonij.*

b *Fredegodus in vita S. Audoeni Rothomagenſ. Archiepiſcopi cap. 22. Apud Surium 24. Auguſt.*

c *Apud Codic. MS. Abbat. S. Audoenſ. Rothomagenſ. vide infra Tom. 3 Neuſtriæ Sanctæ, ad 24. Auguſt.*

d *Yepes Tom. 2. Chronic. S. Benedicti ad ann. 677.*

e *Menardus ſup.*

Digitized by Google

„quieſcere. In diebus illis, D. *Anſbertus* in *Rothomagenſi* vrbe Pontificatum ge„rebat. Hic frequenter egregium virum *Sidonium* & S. *Leufredum* ad familiare col„loquium inuitans, de acquirendis Deo animabus, cum eis tractabat. Factum eſt „interea, vt hortatu præſulis, & B. *Sidonij*, ad natale ſolum vir Domini reuerte„retur: vt in patria ſua homines in via erroris ambulantes, ad lumen veritatis re„duceret, cujus rei ipſe magis quàm alius ſufficiens eſſet. [f]

f *Vide infra Tom. 3. Neuſtr. & Sanctæ ad 21. Iunij ex Surio, & aliis, cap. 8. & 9. vit. S. Leufredi.*

Illic verò S. *Sidonius*, poſt inſignia vitæ & virtutis exempla edita, ad Dominum migrauit, teſte ipſomet Menardo. *Tandem* (inquit) *vir Domini Sidonius multis virtutibus cumulatus, ad Chriſtum migrauit*, 18. *Calend. Decembris; ſepultus eſt in Eccleſia, quam in ſuo monaſterio condiderat, in quo diu viguit regularis obſeruantia; donec à Normanis, qui Duce Haſtingo, in Gallias ſe effuderant, ſolo æquatum eſt.* [g] Illius fœlicis ad Deum tranſitus meminit Martyrologium Benedictinum: his verbis. *Rothomagi, Depoſitio S. Sidonij, Abbatis.* [h] Vbi, velim, mecum aduertas: Per ea verba, *Rothomagi*, monaſterium extruxiſſe; ceu, ad cœlos euolaſſe S. Sidonium; præcisè haud intelligi ea Rothomagi eſſe completa; ſed in agro, ſeu territorio *Rothomagenſi*: nuſquam enim *Rothomagi*, S. *Sidonij* conſtructum fuit cœnobium: ſed in ſolo *Calletenſi* 4. leucis ab vrbe Rothomagenſi; extat adhuc ſub rudeto collapſum, à tempore Normanicæ infeſtationis prędictę: ex hoc profectò numero illorum monaſteriorum Antiquorum, quę à priſcis ruinis minimè excitata ſunt. *Quędam eorum* (ait Gemeticenſis) *à bonis principibus poſtmodum reſtaurata ſunt: nonnulla verò adhuc in ſolitudine degunt.* [i] IV.

g *Menardus ſup.*

h *Martyrolog. Benedictinum, 14. Nouembr.*

i *Gemeticenſis lib. 7. Hiſtor. Normanor. cap. 23.*

Verumtamen, eius memoria haud penitùs excidit ab hominibus, vel obliterata ea in regione manet: cùm pagus de ſuo nomine, S. *Sydonius*, etiamnum vocetur; vulgò S. *Saëns*: ibique Prioratus conſpiciatur. Verùm, antequam vlteriùs progrediamur, paucis explodendum eſt, quod ab erudito *Lanonio* refertur: *In Nomenclatore Sacerdotiorum* (inquit) *Diœceſis Rothomagenſis, ſub cenſu Decanatus Longæ-villæ; San-Sidonius, ad collationem Abbatis S. Vvandregiſili, reperio: quod Monaſterium fœminarum eſſe indicat mentio Prioriſſæ, quam in eodem Nomenclatore legere eſt.* [k] Sanè quem legerit *Nomenclatorem* adhuc me latet; ſed qui penes me eſt, rem hujuſcemodi tacet; ſolúmque ſubſequentia continet ac refert. V.

k *Lancelius, in Syntagmate Hiſtorico de SS. Franciæ Cancellarijs, in notis ad vitam S. Audoeni, Archiepiſcopi Rothomagenſ.*

Prior S. Sidonij.
Cuſtos de Martiniaco.
Prioriſſa S. Sidonij.
Prior S. Thomæ, &c.
S. Sidonius. || *Abbas S. Vvandregiſili.* [l]

l *Nomenclator Sacerdotior. Archiep. Rothomag. in decanatu Longævillæ.* Le Grand poullié des Benefices de l'Archeueſche de Roüen, &c.

Quid autem ex his poſſit inferri, non aliud video, quàm illa tria eſſe Beneficia diſtincta: licet in eodem agro, ſeu pago, vel oppido ſita. Illic quippè extabant Prioratus *S. Sidonij*, & *S. Sidonius*, id eſt, Parœchia: quæ ad collationem pertinebant Abbatis *Fontanellenſis*; quod clarè deducitur ex Regeſto perantiquo ejuſdē cœnobij: vbi hæc ad amuſſim leguntur. *Littera* Hugonis Archiepiſcopi Rothomagenſis qui dedit nobis Eccleſiam S. Sidonij, cum ſuis pertinentijs, in eadem littera infraſcriptis. [m] *Littera* ejuſdem Hugonis: Donat nobis Eccleſiam S. Sidonij, & ſubſtituit monachos, loco Canonicorum; confirmantur bona Eccleſiæ, videlicet decimæ totius Parœchiæ, in terris, in hortis, in molendinis, &c. [n] *Littera* Mathæi de S. Sidonio; concedit nobis donationem Eccleſiæ S. Sidonij, cum pertinentijs, & Præsbyterijs Canonicorum, & domibus eorumdem: item virgultum, quod eſt ſitum in parte Orientali; decimam furnorum villæ, &c. [o] *Littera* Radulphi de *Sommery*, militis, qui dedit nobis, quidquid habebat in decimis S. Sidonij, & vnam domum, &c. [p] *Littera* Adæ, Epiſcopi Morinenſis, qui confirmauit vnam marcham argenti, quam vxor Mathæi de S. Sidonio, dederat. [q] *Littera* Domini R. de *Freauilla*, militis: & Officialis Rothomagenſis, pro vna lampade in Eccleſia S. Sidonij. [r] *Littera* Archiepiſcopi Rothomagenſ. de receptione ad Eccleſias de *Bonomeſnillo*, de S. *Sydonio*, & de *Eſclaneles*. [s] Eadem Abbatia Fontanellenſis habebat juſpatronatus Eccleſiæ S. Sidonij, [t] conſtitutus etiam illic aderat Prior S. Sidonij

m *Vetus Codex MS. in pergameno, cui, Magnum Cartularium Abbatiæ Fontanellenſ. Littera T. 1 Carta 12.*
n *Ibid. Littera X. Carta 12. Littera I.*
o *Ibid. Littera Z.*
p *Ibid. Littera R. 2. Carta 8.*
q *Ibid. Carta 21.*
r *Ibid. Carta 27.*
s *Littera F. 2. Carta 43.*
t *Littera R. 2. Carta 20. & 26.*

Digitized by Google

S. Sidonij [u] vocatus *Girardus* in Scacario, ann. 1448. Multa quoque poſſidebant apud S. Sidonium Fontanellenſes monachi, ſibi data, vel acquiſita: quæ Philippus Rex Franciæ confirmauit. [x]

VI. Quantum vero attinet ad domicilium virginum ſanctimonialium, cui illa Prioriſſa S. Sidonij præerat: ſit etiam de ea mentio in eodem Regeſto Fontanellenſi: his verbis. *Littera* Rainaldi de *Boſco*, & vxoris eius, Dominæ de *Cailly*, qui dedit nobis licentiam faciendi Excluſa juxta domum Monialium. [y] Tum demum, ann. 1448. in Scacario Normanico, exoritur litigatio; ſuper quarumdam rerum conteſtatione: pro vna parte aderat Gerardus, monachus Fontanellenſis, *Baillius*, ac Prior S. Sidonij, vulgò S. *Saen*: ex alia vero ſtabant, Domina Agnes de *Meſnilo*, Prioriſſa, & Maria *Du Tuit*, Religioſa, Prioratus D. Virginis Mariæ de Campo-Subitaneo, vel ſummo, juxta S. Sidonium, vulgò, *De noſtre Dame du Camp-Soudain, ou Sounerain, lez S. Saën.* [z]

VII. Denique familia extitit illuſtriſſima, nomine S. *Sidonij* inſignita: ſub primarijs noſtris Normaniæ Ducibus Chriſtianis. Agnoſcitur quippè Richardus, vice-Comes Rothomagenſis. Cujus filius, fuit Lambertus de S. *Sidonio* [aa] ex quo genitus eſt Helyas de S. *Sidonio*: Roberto II. Duci Normanniæ amantiſſimus. „ Tunc „ Robertus Dux (ait Ordericus) contra tot hoſtes repagulum parauit, filiamque „ ſuam, quam de pellice habuerat, Helyæ, filio Lamberti de S. Sidonio conjugem „ dedit; & *Archas*, cum *Buris*, & adjacente prouincia, in Mariagio tribuit: vt „ aduerſarijs reſiſteret, *Calegiique* Comitatum defenderet. Ille verò juſſa viriliter „ complere cœpit. Roberto enim Duci, & Guillelmo filio eius, ſemper fidelis „ fuit; & ſub duobus Regibus, Guillelmo & Henrico, multa pertulit, labores vi- „ delicet, ac exhæreditationem, damna, exilium, ac multa pericula: [bb] Adde, & amiſſionem caſtri ſui S. *Sidonij*; vt ipſe author teſtatur poſtea ad ann. 1108. [cc] Sed loco illius, dedit illi Guillelmus Dux, *Monaſteriolum* caſtrum, ann. 1127. [dd] Ab eo autem ortum duxit præfatus Mathæus de S. *Sydonio*: cujus paulò ſuperius meminimus.

u *Ibid. Carta* 29.

x *Ibid. Carta* 19.

y *Ibid. Carta* 10.

z *Scacarium Normann. ann.* 1448.

aa *Gemeticenſis lib.* 8. *cap.* 17.

bb *Ordericus lib.* 8. *Hiſtor. Eccleſ. ad ann.* 1089.

cc *Idem lib.* 11. *ad ann.* 1108.

dd *Idem lib.* 12. *ann.* 1127.

Yy

Circa ann. 674.

MONTIS-VILLARE.

Antiquitas huius cœnobij; Fundatio à Vvarattone, dynasta, tempore S. Philiberti, Gemeticensis Abbatis: destructum instauratur à pijs Ducibus Normanis; terris, donis, & redditibus, amplissimis ditatur; priuilegijs, & exemptionibus copiosè decoratur.

CAPVT I.

ANTIQVVM est præsens Sanctimonialium domicilium: ideòque Monasterium vetus Gallicè, *Monstier-vieil*, dictum; & prisca nuncupatione, *Monasterium-villare*, frequentiore vsu Gallico, *Monti-villier*, vocitatum: extat in Decanatu S. *Romani*, Diœcesis Rothomagensis, non longe à portu *Hari-fluctus*, ad ostia *Sequanæ* fluminis, estque Ordinis S. Benedicti: [a] in regione *Caletensi*, ceu *Caltina*, vulgò, *en Caux*, Situm. I.

Fatetur Arboretanus præsul ipsum olim fuisse constructum à S. Philiberto: [b] sed quo ad tempus structuræ eius hallucinatur, dùm paulò antea, hæc prescripsit. *Anno 740. aut circiter, cœpit religio Gemeticensis, authore D. primùm Philiberto; qui etiam fundauerat villare-Monasterium, Gallicè* Monsti-villiers. [c] *Nisi* fortè menda irrepserit, quam suo loco superiùs diluimus. [d] Sanè istud Monasterium fuisse ædificatum, tempore SS. Audoeni, Rothomagensis Archiepiscopi, & Philiberti, Gemeticensis Abbatis, satis superque indicat Author vitæ ipsius B. Philiberti. Cùm enim de mutua charitate, inter hos sanctos viros, tractasset, continuò subjungit, de fundatione huiusce domus sacræ. *Eodem tempore*, Vvaratto, Palatij Princeps, in Caltino territorio, oppidum donauit S. Philiberto, vt in eo Virginum Monasterium construeret: villare, id appellant, vbi, hodiéque viget sacra Religio. [e] II.

Quis verò fuerit ille magnus, inclytusque Heros, paucis aperiemus: ex gestis præfati Archipræsulis, S. Audoeni, in hunc modum. „ *Erat tum* in eius, quem diximus, Regis Palatio, primaria dignitate vir illustris *Vvaratto*. Is filium habuit „ strenuum & industrium, sed animo ferum, ac moribus asperum, & ipsi parenti „ suo insidiantem: *Gislemari* nomen erat illi; nec destitit à concepta malitia, donec patrem suo principatu dejecit. Etsi verò objurgaret eum B. *Audoenus*, quòd „ tantam nequitiam aduersus patrem exerceret; at ille tamen, monita eius salutaria audire noluit. Sed non multò post à Deo percussus, impijssimam animam „ exhalauit; quemadmodum ei vir Dei ante prædixerat. [f] Hæc eadem ab alijs confirmantur. [g] At *Gislemaro* defuncto *Vvaratto* iterum honorem pristinum consecutus est. [h] Tum quoque anno 10. Regni Theodorici Regis Franciæ, & Crotildis Reginæ, res Palatij administrante eodem *Vvarattone* subregulo, apud villam *Clypiacum*, in agro Parisiensi, S. Audoenus, iam longæuæ ætatis senio confectus, in morbum incidit, quo & vitam finiuit die 24. Augusti, ann. Christi 677. [i] Cui successit S. Ansbertus, sub quo & ipse *Vvaratto*, decessit è vita, vti colligitur ex *Ansgrado*: sup. Quibus omnibus accuratè inspectis; in eam vltrò imus sententiam, vt præfatum Monasterium sit extructum circa ann. 674. ceu 684. non verò, ann. 740. III.

Hinc decurrentibus annis, diu integrum substitit: donec ab *Hastingo* Danorum, Northmanorumque Duce, Neustriam, Galliam-ve suis infestationibus, cladibus & incendijs diuexante, graue passum est excidium, circa ann. 850. 860. &c. par infortunium alia totius Neustriæ incurrerunt cœnobia: quæ certè omnia, non sine maxima, diuinaque prouidentia, peccata populi castigare volente, euenere; provt legere est apud Gemeticensem, rem ita referentem. „ *Eius igitur* permissu, IV.

Hastingus

Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 226.
a *Gallia Christiana in Rothomagens. Archiepiscop. sub initio.*
Item in Abbatijs.
b *Cœnalis. Tom. 5. pag. 1. Hierarchiæ Neustriæ, in eo Monasterio.*
c *Ibid. pag. 1.*
d *Vide sup. in Gemetico. cap. 2. §. 4.*
e *Vita S. Philiberti Abbat. Gemeticens. cap. 21.*
Apud Surium 20. August.
f *Fredegodus in vita S. Audoeni Rothomagens. Archiepiscop. cap. 26.*
Apud Surium 24. August.
g *Appendix. De majoribus domus Franciæ ad Chronicon Fredegarij. Gesta, seu Epitomata Francor. cap. 47.*
Ansgradus in vita S. Ansberti, Rothomagens. Archiepiscop. cap. 22.
Apud Surium 9. Februar.
Sigebertus in Chronico ann. 680.
h *Epitomata Franc. sup.*
i *Fredegodus cap. 28 sup.*

„ *Hastingus* perditionis filius, in *Neustriam* venit; & *Rothomagum*, ac *Beluacum*, aliasque ciuitates, igne combussit. Plura quoque destruxit cœnobia sanctorum Patrum, scilicet *Philiberti* apud *Gemmeticum*, *Vvandregisilli*, apud *Fontinellam*, *S. Ebrulfi*, apud *Vticum*; & *S. Martini Turonis*, quod dicitur *Majus-monasterium*: & alia multa Monachorum, clericorum, atque Sanctimonialium. Quædam eorum à bonis principibus, postmodum restaurata sunt; nonnulla verò adhuc in solitudine degunt. [l] Vnum autem illorum fuit Monasterium-villare: juxta eumdem Authorem hæc disertis verbis sic attestantem. *Monasterium verò S. Taurini*, & *S. Leufredi*: & Villare-Monasterium; & *cœnobium S. Amandi, intra vrbem Rothomagensem; inter antiquiora computanda sunt. Vndè constat illa priùs fuisse destructa, & iterũ reædificata.* [m]

l *Gemeticensis lib. 7 Histor. Normannor. cap. 23.*

m *Idem cap. 22.*

V. Istud ergò Monasterium à Normannis adhuc Paganis dirutum: postea, à Richardo, 1. & 2. alijsque pijs Normanniæ Ducibus, reparatum est & instauratum, atque multiplicibus donis locupletatum, & ingentibus ædificijs adornatum: necnon varijs priuilegijs & Exemptionibus communitum ita capax & amplum, vt etiam ipsis sanctimonialibus *Fiscannensibus* hùc adductis fieret aptum & idoneum, circa ann. 989. [n] Propterea legitur apud ipsum *Cœnalem* sup. quòd Iudith, Ducis Richardi 2. vxor illud, ad opus. Sanctimonialium reparauerit: qua in re, illustris Heroïna, *Beatrix*, manum adjutricem haud segniter præstitit: quippe, ad cuius instantiam, hoc opus perfectum extitit: cui & postea, veluti Antesignana, piè præfuit. Sic enim habent chartæ Antiquioris verba. „ *Hoc verò*, vt disposuimus, omnibus nostris fidelibus consentientibus, „ & maximè, quadam Amita mea, nomine, *Beatrice*, id agente, id studente, (quæ „ postea habitu mutato, Domino illic militare elegit) præsentis cartæ priuilegio, „ confirmamus; vt sine contradictionis molestia, ea quæ infra memorantur, vel à „ me, vel à patre meo, *Richardo*, dedita, siue concessæ, supradicto *Monasterio villari*, perpetualiter seruiant. In primis, Ecclesiam B. Mariæ, cum alijs subtus-scriptis Ecclesijs, ab omni Episcopali consuetudine absolutam, & immunem, & „ omninò liberam, constituimus, in eadem tenetura, sicut tenet *Fiscannensis* Ecclesia. Quodquidem, non nostræ potestatis violentia agitur; sed donatione, voluntate, & concessione D. Roberti, Rothomagensis Archiepiscopi, constituitur, & confirmatur, in præsentia quamplurimorum subsignatorum; Hugonis „ Ebroicensis; Hugonis Abrincensis, Episcopor. Ioannis Fiscannens. Theobaldi „ Fontanellens. &c. sub data 18. Ianuarij ann. 1035. [o] *Guillelmus*, Nothus, Dux Normaniæ, eadem confirmauit: itemque Philippus 4. cognomento *Pulcher*, Rex Franciæ, ann. 1301. & 1304. [p]

n *Vide sup. in Fiscanno cap. 3. §. 3. Ex Roberto et Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatiis cap. 13.*

o *Ex monimentis Abbat. Montis-Villaris.*

VI. Eadem egerunt summi Pontifices: quorum Prior, Cœlestinus 3. sic loquitur in suo Diplomate: *Nostra protectione, & præsentis scripti priuilegio, suscipimus Monasterium, cum suis pertinentijs; videlicet, Ecclesias, &c. Ad hæc, cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis: janais, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, & suppressa voce, diuina officia celebrare in Ecclesijs vestris; sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus.* Innocentius III. Papa, eadem dicit ac confirmat: necnon & Alexander IV. hæc addens: *Vestrum Monasterium, & omnia bona, quæ possidetis, & possidebitis in futurum, in nostram protectionem suscipimus; & omnia confirmamus authoritate Apostolica.* Martinus IV. Bonifacius VIII. alijque summi Pontifices eadem confirmarunt. Denique confirmantur iterum à Clemente VII. per Bullam, sub datum Auenione, ann. 7. sui Pontificatus: vbi inter alia, addit sequentia. „ *Precibus* inclinati, dictum Monasterium & Ecclesiam ipsius, ac omnes, & „ singulos Prioratus, Ecclesias, domos, & quæcumque alia loca, ad ipsam Abbatissam, & Conuentum, quomodolibet pertinentia; necnon ipsam Abbatissam, „ & Conuentum, ac Decanum & Officialem, ac quoscumque alios janitores curiæ spiritalis dictæ Abbatissæ & Conuentus, præsentes ac futuros; à venerabilis „ fratris nostri, Archiepiscopi Rothomagensis, ac successorum suorum, qui erunt „ pro tempore; necnon quorumlibet aliorum judicum ordinariorum, lege, Dominio, potestate, coertione, compulsione, censura, jurisdictione, necnon visitatione, authoritate Apostolica, ex certa, scientia, ac de potestatis Apostolicæ „ plenitudine, prorsùs eximimus, ac totaliter liberamus: & Abbatissam, & „ Ecclesiam dictam, & Officiales, nobis, & Apostolicæ sedi præfatæ, mediatè su-

p *Ibid.*

,, beſſe, decernimus: ita vt non poſſit, in dictas perſonas, excommunicationis,
,, ſuſpenſionis vel interdicti, ſententias fulminare, nec viſitationes, vel coerci-
,, tiones: &c. q ita hic Antipapa.

q Ibid.

VII. Sanè illud priuilegium ſeu, hæc exemptio, duo complectitur: Abbatiſſam vi-
delicet; & ſanctimoniales: itemque Eccleſias & alia loca ad ipſum cœnobium
ſpectantia: quo ad primum, perſpicuum eſt, Archiepiſcopos ſemper viſitationem
eo in loco peregiſſe, quo vſque ipſimet huic muneri ſpontè ceſſerint, vel ſedes Apo-
ſtolica, pro tempore, aliud expedire iudicauerit: idque clarè conſtat ex Reſcripto
Apoſtolico: quod ſic incipit. r ,, *Cùm inter* venerabilem fratrem noſtrum Rotho-
,, magenſem Archiepiſcopum, ex vna parte: & dilectam in Chriſto filiam, Ab-
,, batiſſam *Monaſterij-villaris*, ex altera: ſuper quibuſdam grauaminibus hinc in-
,, dè altervtri irrogatis, coram nobis fuiſſet aliquandiu diſceptatum: tandem, in-
,, ter plura, quæ à partibus in iudicium ſunt deducta, quædam vtrinque ſunt pro-
,, poſita & probata: ſuper quibus taliter duximus ſtatuendum. In primis, ſiquidem
,, quia ex parte Abbatiſſæ fuit propoſitum & probatum, quòd quidam, qui cum
,, eodem Archiepiſcopo, & ſuis prædeceſſoribus, venerant ad Monaſterium me-
,, moratum, turpia quædam & illicita commiſerunt contra honeſtatem obſeruan-
,, tiæ Regularis, in ſcandalum plurimorum: volumus & mandamus, vt cùm Ar-
,, chiepiſcopus Rothomagenſis ad Monaſterium ipſum, cauſa viſitationis, acceſ-
,, ſerit, ab ingreſſu clauſtri, aliarumque domorum, in quibus habitant moniales,
,, familiam ſuam taliter ſtudeat coercere, quòd de cætero ſimilia non contin-
,, gant. Ipſe quoque Archiepiſcopus eiuſdem Monaſterij clauſtrum, vel capitu-
,, lum intraturus, non niſi cum moderata ſocietate accedat, quæ vita & moribus
,, ſit honeſta; vt per officium viſitationis eiuſdem, non diſſolutionis vel ſcandali,
,, ſed ædificationis potiùs materia miniſtretur. Verùm, quia nonnunquam Ro-
,, thomagenſes Archiepiſcopi dinoſcuntur in procurationibus immoderatis præ-
,, fatum Monaſterium aggrauaſſe: dicto Archiepiſcopo, præſentium auctoritate
,, præcipimus, vt in nouo euectionis, & aliis modis, ſecundum formam, in La-
,, teranenſi concilio conſtitutam, tempore viſitationis faciendæ ſemel in anno,
,, nequaquam excedat: & iuxta ipſius ſtatuta Concilij, non permittat Clericos
,, ſuos, occaſione qualibet, ipſum Monaſterium frequentare. Prætetea, quia con-
,, ſtat Archiepiſcopum memoratum quibuſdam monialibus contumacibus & ex-
,, communicatis, in ipſius Monaſterij præiudicium, fauorem & auxilium præſti-
,, tiſſe: diſtrictè inhibemus eidem, ne deinceps in ipſo Monaſterio ſciſmata, vel
,, diſſenſiones impediat, ſub prætextu alicujus appellationis, cui deferri ſecun-
,, dum canonica inſtituta non debet, quando corrigit delinquentes. Injungimus
,, autem Rothomagenſi Archiepiſcopo ſepè dicto, vt Galterinnus *Tremchant*, &
,, Ioannem *Piretiers*, & Paganum, fratrem *Conſtantiæ*, moneat, & inducat, etſi ne-
,, ceſſe fuerit, Eccleſiaſtica cenſura compellat; vt debitam ſatisfactionem impen-
,, dant Abbatiſſæ præfatæ; ac ſororibus ſuis pro injuria, quam ipſis, & ſuo Mo-
,, naſterio contulerunt. Decanum etiam ſuum eadem diſtrictione, non differat
,, coercere, ad ſatisfaciendum *Radulfo* Balliuo Abbatiſſæ præfatæ, ſuper eo, quod
,, in ipſum excommunicationis ſententiam temerè promulgauit.

r Extat in Codic. MS. Bibliothec. D. Ioannis Bigot, viri Illuſtris, fol. 185. in 4.

VIII ,, Porrò, ex altera parte, præcipimus Abbatiſſæ, quatinus Rogerium *Bonart*, vt
,, potè, conuictum de Apoſtaſia, vel ſaltem ſuſpectum, à ſe remouere penitùs non
,, omittat. Et quia probatum eſt Abbatiſſam eamdem, Eccleſiam *Crucifixi*, cui-
,, dam patrono minus Canonicè contuliſſe: inhibemus ſibi diſtrictè ne quicquam
,, ſimile deinceps attentare præſumat. Inſuper, quia *Conſtantia*, monialis Abba-
,, tiſſæ præfatæ, patenter eſt probatum, propter ſuam diſſolutionem, & contuma-
,, ciam manifeſtam, huic diſſentioni, cum ſcandalo, in graue detrimentum mo-
,, naſterij antedicti, cauſam præſtitit & fomentum; ſi de ipſius Abbatiſſæ proceſ-
,, ſerit voluntate, amota, in perpetuum à monaſterio antedicto, in alio monaſte-
,, rio eiuſdem ordinis, ſeu etiam ſtrictioris, per Archiepiſcopum retrudatur. Com-
,, muniter autem, expreſſè injungimus & mandamus tam ipſi Archiepiſcopo,
,, quàm etiam Abbatiſſæ, vt ſuos clericos, ac etiam Capellanos, abjectis focarijs,
,, moneant ſalubriter & inducant ad conuerſationem honeſtam, & jugem conti-
,, nentiam obſeruandam; ſuper alijs nunc à partibus hinc indè propoſitis, quia ea
,, friuola

„ friuola reputamus: nihil sanximus statuendum. Quocirca mandamus, quatinùs „ præscripta, quæ à nobis sunt sententialiter diffinita, faciatis auctoritate nostra „ fulfulti, partes exequi, & inuiolabiliter obseruari. Contradictores, &c.

IX. Quantum verò attinet, ad priuilegium & exemptionem ejusdem Abbatissæ & Monasterij, circa Ecclesias, & alia loca sibi subdita, manifestè totum explicat Innocentij III. Papæ diploma subsequens. *Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectæ in Christo filiæ, Abbatissæ* Monasterij-villaris; *Salutem & Apostolicam benedictionem.* Auditis & intellectis, quæ per te, ac procuratorem venerabilis fratris nostri, Rothomagensis Archiepiscopi, de assensu capituli sui litigantis, super Ecclesijs, & capitulis alijs infrascriptis, fuere proposita coram nobis: Cùm fuerit pro Monasterij tui parte probatum, quòd instituis & destituis Decanum in ipsis Ecclesiis, & confers easdem; & quòd tu, & Decanus tuus, Christianitatis tenetis placita; & per te, vel tuos, citationes fiunt: quodque Decanus Archiepiscopi ad idem monasterium, expensis proprijs affert crysma, tradens illud Decano tuo, distribuendum per ipsum inter clericos illarum Ecclesiarum: & quòd Archidiaconus *Caleti*, vel Officialis ipsius, tibi fidelitatis exhibet juramentum. Super his, pro monasterio tuo judicantes, te ab impetitione prædicti Archiepiscopi duximus absoluendam: sententiantes nihilominus, vt in prædictis Ecclesiis, visitationem, reconciliationem per Decanum tuum, & compulsionem clericorum ad ordines habeas, sicut hactenus habuisti: illa consuetudine reprobata, secundum quam Decanus Archiepiscopi, duos solidos pro crysmate, recipere consueuit.

X. *Ceterùm*, cùm pars Archiepiscopi, sufficienti probatione docuerit; quòd ipse Clericos Ecclesiarum illarum ad ordines promouet, & examinat promouendos: Ecclesias dedicat; & altaria consecrat: & quòd Presbyteri Ecclesiarum ipsarum ab eo crysma accipiunt, & ad Synodum suam vadunt: necnon Parœchiani earumdem Ecclesiarum ad Rothomagensem pœnitentiarium veniunt, à sacerdotibus suis missi: quòdque per appellationem in causis spiritualibus, coram Archiepiscopo, litigant; & quod Archidiaconus *Caleti*, vel eius Officialis, & tu, vel tuus Decanus, tenetis placita Christianitatis, super clericis & laicis prædictarum Ecclesiarum: & super his cognoscitis, judicatis, & punitis partes delinquentes; & quando Archidiaconus, vel officialis ipsius, placita tenet, recipit duos panes, & totidem picherios vini; super his partem tuam, eidem Archiepiscopo, nomine Rothomagensis Ecclesiæ duximus condemnandam. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ diffinitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Apostolorum Petri & Pauli se nouerit incursurum. Datum Laterani 4. idus Maij, Pontificatus nostri ann. 18. f

f *Ibid. Fol.* 126.

XI. In hujusmodi exemptione, multa continentur beneficia simplicia, Ecclesiæ Parœchiales, &c. quibus ipsa Abbatissa, pleno jure prouidet, eaque confert: vti liquidò constat etiam ex Bulla Honorij III. Papæ: qua conspicitur, quòd postquam Legatus Apostolicus in Francia, Galliarum Antistites monuisset de residentia omnium Ecclesiasticorum in suis Beneficijs, hocce cœnobium haud pertransierit intactum; ijs verbis: *Denique idem Abbatissæ Monasterij-villaris firmiter in mandatis dedit, vt in Ecclesijs ad eam spectantibus, pleno jure, idoneos institueret.* Eo namque jure semper vsa est Abbatissa, est in possessione, à tempore immemorabili, omnia suæ exemptionis beneficia, siue curam animarum habentia, siue ea carentia, conferendi, sub hac verborum forma. *Nos Quiteria à Nauarra, humilis Abbatissa Monasterij Villaris Parœchialem Ecclesiam S. Saluatoris, dilecto Magistro N. contulimus & conferimus; &c.* Ideóque magnum vicarium habet, & Officialem, Promotorem ac cæteros curiæ Ecclesiasticæ officiarios, qui curent, ordinentque de cunctis rebus in causa Ecclesiastica ac spirituali: qui quidem Vicarius præfatus visitationes agit dictorum Beneficiorum, Synodosque celebrat hujusmodi exemptionis, in præsentia ipsius Abbatissæ, in suo stallo sedentis. t Nam pro temporalibus, sunt illi alij officiarij non pauci, pro bono regimine subditorum. In Scacarijs antiquioribus Normaniæ, fit sæpè mentio de Vice-comite, & vice-comitatus Monasterij-villaris: & ann. 1390. Guillelmus de *Longolio* aderat vicecomes Monasterij-villaris. u Balliuus quoque conspicitur in præfatis litteris Apostolicis, qui etiamnum viget ac perseuerat.

t *Ex monimentis & Archiuis Monasterij Montis-villaris. Item Honoratus Nicquet lib. 3. Hist. Abbat. Fontis Ebraldi, cap. 18. §. 2.*

u *Scacarium Normann. ad ann. 1390.*

Nomenclatura Abbatissarum, quæ huic Monasterio præfuerunt, post eius restaurationem.

CAPVT II.

TANDEM ad hujusce celeberrimi Monasterij Abbatissarum seriem, nostrum conuertamus sermonem: quarum prima recensetur, ipsa Roberti I. Ducis Normaniæ, Amita, cujus superius, meminimus. I.

1. Beatrix, ann. 1035. 2. Elizabeth.

3. Almodis, ann. 1152. 4. Mathildis, ann. 1157.

Cujus consilio, Imperatrix Mathildis, Monasterium de *Valacia*, Mortui-maris cœnobio subjecit.

5. Adelina, ann. 1192. 6. Alix, ceu Ælicia, ann. 1203.

7. Ælicia.

Ann. 1232. Obiit: qua mortua, complures obortæ sunt simultates, & jurgia inter moniales, pro futuræ Abbatissæ electione: qua de re, ita vetus codex MS. loquitur. „ *Anno Domini*, 1232. post decessū Æliciæ, Abbatissæ Monasterij-Villaris, celebrata „ fuit electio in eodem Monasterio, & fuerunt duæ electæ: & repræsentata fuit „ electio *Mauritio* Archiepiscopo, qui electionem examinauit, pro vt debuit; & „ comperto, quòd non fuit seruata forma Concilij in eligendo, electionem de „ vtraque factam quassauit, & capitulum jure eligendi, ea vice, priuauit. Assigna„ uitque eidem Capitulo *Helenam de Beuzemoncel*, sed ipsa non obtinuit Abbatiam, „ propter contradictionem Regis: & ipse Archiepiscopus excommunicauit om„ nes moniales adhærentes Regi, in hoc facto, & contradicentes prædictæ Abba„ tissæ. [x] Ex quo meritò redarguendus venit Natalis *Taille-pied*, monachis, non verò monialibus, attribuens, cæteraque ingenti confusione permiscens. [y] Demùm Petrus de *Collemedio*, ceu à *Collemario*, Rothomagensis electus Archiepiscopus, præfatique Mauritij successor, omne consopiuit dissidium, tempore suæ consecrationis, ann. 1237. juxta ejusdem Codicis MS. relationem. *Eodem die*, inquit, *& eodem anno, quo consecratio facta fuit, absolutis monialibus de Monasterio-Villari, in forma Ecclesiæ, à Petro, Rothomagensi electo, quæ fuerant excommunicatæ à* Mauritio *Archiepiscopo: de consensu partium, litigantium, data fuit Margareta de* Guertes, *monialis, in Abbatissam Monasterij-Villarij, à prædicto Petro Electo; & Benedicta prædicta die, in Capella Electi.* [z] Itaque reponenda est hic. II.

x Chronicon Rothomagense MS. ad ann. 1232. Antiquitates Normaniæ MS pag. 69. Extant Rothomagi apud D. Ioan. Bigotum. VC.

y Taillepied de Antiquitat. vrbis Rothomag cap. 44.

z Chronicon Rothomagens. MS. ad ann. 1236.

8. Margarita de Guerres.

Ex *Brya* oriunda, præfuit ann. 1237.

9. Iuliana.

Iurat in verba Odonis, Archiepiscopi Rothomagensis; [aa]

aa Ex Archiuo capituli Rothomagens.

10. Ælicia, anno 1262. præest.

11. Yolandis de Pratellis, circa ann. 1300.

12. Mathildis de Mortuo-mari.

Notatur ad ann. 1302. & 1314. in Carta compositionis inter eam & D. Ægidium, Rothomagensem Archiepiscopum.

13. Isabella.

Nominatur, ann. 1320. & 1324: juramentum præstat D. Guillelmo, Archiepiscopo Rothomagensi. [bb]

bb Ex formalis clientelarum in Archiuo capituli.

Digitized by Google

14. *Maria de Noyers.*

Memoratur, ann. 1390. porro in Scacario Normaniæ ann. 1397. litigium habuit pro jurepatronatus S. Sampsonis (ad se pertinente) de *Guentevilla*, quo anno vitam finiuit: vnde vacante Abbatia, habitatores ipsius oppidi Monasterij-Villaris, jus sibi quoddam, circa sepulturam in Parœchia S. Saluatoris perperam inuadentes, Guillelmus Arnulphus Decanus & Officialis ejusdem loci, sua authoritate compescuit. cc — cc Ex Scacarijs Normaniæ.

III. ### 15. *Ioanna d'Aumont, ann. 1398.* 16. *Isabella Ponchin.*

Anno 1403. præest: quo tempore, litigiosæ causæ Victrix ipsa euasit, super jurepatronatus Ecclesiæ S. Vigoris de *Lisorez*, Diœcesis Lexouiensis, in Scacario Norman. ad ann. 1403. dd — dd Ibid.

17. *Catharina de Hardouilla, ann. 1408.*

18. *Isabella de Booheruilla, ann. 1417.*

19. *Agnes, 1424.* 20. *Duranda.*

Viuebat ann. 1436. juramentum præstat Ecclesiæ Rothomagensi ann. 1429. die 1. Iunij. ee sub qua Magister Robertus du *Monstier* Officialis extitit curiæ Ecclesiasticæ, ibid. — ee Illa in Scacario ann. 1453.

21. *Guillemeta de Tournebu, ann. 1455. Obijt ann. 1470.*

Iurat in verba Ecclesiæ Rothomagensis, ann. 1456. die 10. Martij; florebat adhuc ann. 1466.

22. *Agnes la Lieure, al. le Lieur.*

Electa per viam compromissi, confirmatur 2. Decemb. ann. 1469. juramentumque præstat. 5. Decemb. ejusdem anni: moritur autem ann. 1501. die 3. Martij, sepulta in choro Monasterij juxta prædecessorem Guillemetam.

IV. ### 23. *Ioanna de Cameraco.*

Anno 1503. die 27. Octob. juramentum præstitit Ecclesiæ Rothomagensi:

24. *Isabella le Clerc.*

Anno 1507. Idem juramentum præstat 18. Iunij, obijt 1510.

25. *Ioanna Mustel.*

Electa per viam spiritus Sancti, confirmatur, ann. 1511. Ianuarij 22.

26. *Quiteria de Nauarra, ann. 1530.*

27. *Clara de la Fayette.*

Anno 1538. Idem juramentum Februarij, die 1. præstat Ecclesiæ Rothomagensi: nominatur ad ann. 1540.

28. *Guillemetta de la Platiere.*

Ann. 1560. Obijt autem ann. 1589. Ianuar. 22.

29. *Ludouica de l'Hospital.*

V. Anno 1593. præficitur: quæ mirè extollitur ob insignes eius virtutes Regularis zelo obseruantiæ emicantes. A Deo quippe inspirata, procurauit, vt M. Iacobus *Gallemant*, almæ facultatis Parisiensis Doctor Theologus, conciones per Aduentum ann. 1601. & per Quadragesimam sequentem ann. 1602. in oppido *Montisvillariensi* haberet: quod ei faustè cessit! tum in profliganda hæresi, tum in morum reformatione: nam hic vir Apostolicus, suis feruentissimis prædicationibus multos reduxit ad fidem Catholicam: inter quos eluxit D. *Mauger*, Regius procurator, cum tota eius familia. Sed & ipsamet, Illustrissima D. Ludouica tunc Abbatissa, ad serui Dei piam auditionem, tanta vi verborum eius exardescit; vt se protinùs omninò senserit commotam ad reformationem sui promouendam, & cæterarum amantissimarum virginum Sanctimonialium totius sui Monasterij procurandam: quamquidem vitæ perfectioris tramitem vltrò sunt ex animo complexæ. D. *Chassy* Priorissa, Anna *Pericart*, &c. Vnde breui tempore, tantopere inua-

Digitize

luit ipſius Doctoris, ſerui Dei, ſedula charitas, vt ſub fœlicioribus auſpicijs ſummi Pont. & Rothomagenſis Archiepiſcopi, clauſura ſtrictior euaſerit, communitas redintegrata ſit, & conſtitutiones pro bono regimine editæ, atque per D. Clementem VIII. Papam confirmatæ emerſerint. Sicque Monaſteriū iſtud totius deinceps virtutis ac ſanctitatis ſpecimen ſparſerit, & vbique locorum regularis obſeruantiæ Monaſticæ odorem haud vulgarem ſpirauerit: quæ omnia laxiori diſcurſu, complures, ijque graues ſcriptores poſteritati conſignarunt. * Tandem obijt 6. Iunij, die Dominica infra Octauam Corporis Chriſti.

ff Menardus in præfatione ad Martyrolog. Benedictinum.
Morinus in Hiſtor. Antiquæ Vaſtinaſ. Regionis, vbi de Genealog. DD. de l'Hoſpital, Comit. Choyſiac.
Monnieurs de vita Ieſu Chriſti lib. 3. Poemat. in Dedicatoria Epiſtola.
Nicolaus l'Archeueſque. De magnitud. ſupereminentib. S. Virg. Mariæ Deiparæ in Epiſtol. Dedicatoria.
Placidus Gallemant in vita Iacobi Gallemant, part. 1. cap. 15.

Anna de l'Hoſpital.

Neptis cùm eſſet præfatæ Ludouicæ, coadjutrix extitit ad futuram ſucceſſionem ann. 1643. eratque ipſa Anna, ſoror illuſtriſſimi Domini D. Nicolai de *l'Hoſpital*, Marchionis de *Vitry*, & *d'Arques*, Comitis de *Chaſteau-villain*, &c. vtriuſque Regij ordinis equeſtris collaris, Bryæ atque Prouinciæ Phocenſis Proregis: cui dicaui Librum lingua vulgari à me exaratum. *La Pieté Françoiſe, vers la ſaincte Vierge Marie, Mere de Dieu, Noſtre-Dame de Lieſſe*: ann. 1637. in cujus Epiſtola Dedicatoria graphicè eius altum genus, Regibus ac præcipuis Principibus totius orbis Chriſtiani ſanguine junctum perſtrinxi, auitæ religionis Catholicæ fulgentibus radijs auguſtius renitens. Obijt Anna præfata, die Dominica 8. Maij ann. 1661.

Ludouica 2. de l'Hoſpital.

Neptis antedictæ Annæ, & coadjutrix: quæ parum præfuit: mortua eod. ann. 1661. Iunij, 12. die Dominica.

Leonora de Belle-fons.

Illuſtri exorta proſapia, necnon pietate & religione exculta. Porro Die 30. Iunij apud Fonte-Bleandum nominata fuit à Rege Ludouico XIV. ſoror Laurentia de *Belle-fons*, quæ Superior & Fundatrix extabat Monaſterij Benedictinarum Dominæ noſtræ Angelorum apud Rothomagum, ſed præ humilitate, libera mente cædens, Regis animum induxit ad nominationem præfatæ Leonoræ, ſororis ejuſd. ordin. amantiſſimæ in eius locum, malens manere cum cæteris ſuis ſubditis in noua familiæ erectione: quàm alijs præeſſe. Quò ad ſacras Reliquias adhuc piè, illic aſſeruatas in illuſtri hacce Abbatia, deuotè coluntur. *De vera Cruce Chriſti, Spina coronæ Spineæ, de Sudario Chriſti*; atque tot & tantæ huiuſmodi pretioſæ proſtant exuuiæ, vt mirum ſit, quomodo poſt complura iſtius Domus ſacræ excidia, adhuc inibi quiuerint reperiri: præ inſigni pietate harum ſanctimonialium: quæ aliàs à nobis iterum erunt commendanda in *Neuſtria Sancta*, prope diem edenda.

LIBERIACVM

Digitized by Google

LIBERIACVM

Circa ann. 675.

VVLGO LIVRAY ET LIOVRAY.

Vetus cœnobium à Sancto Gerboldo Bajocenſi Epiſcopo extructum.

HVIVS fundator extitit S. Gerboldus, ceu Gerebaldus poſtea Bajocenſis 14. Epiſcopus, qui legitur interfuiſſe Concilio Prouinciali Rothomagenſi, ſub S. Ansberto Archiepiſcopo, ann. 682. ac tandem meritis præclarus, obdormiuit in Domino, circa ann. 685. die 7. Decembr. ſepulturam nactus in præfato cœnobio *Liberiaco*: apud Bajocas, quodquidem poſtea, vt aliæ ejuſdem Prouinciæ ædes ſacræ, excidit, & ſolo æquatum, etiamnum ſub rudeto jacet abſorptum. *Vide part.* 2. Neuſtriæ Chriſtianæ, *cap.* 20. *in Bajocenſi* 14. *Epiſcopo. Item* Neuſtriam Sanctam, *ad* 7. *Decembr. ex vetuſto Breuiario MS. Bajocenſi.* De quo.

Molanus in Additionibus ad Vſuardum 7. Decemb.

Apud Bajoeas, in Monaſterio Liberiaco, Depoſitio B. Gerebaldi præfatæ vrbis Epiſcopi & Confeſſoris.

Andræas Sauſſayus, Tullenſis Epiſcopus, Tom. 2. Martyrolog. Gallicani.

Ipſo die, apud Bajoeas, in Monaſterio Liberiaco S. Gerebaldi, illius vrbis Epiſcopi & Confeſſoris.

Digitized by Google

Ann. 690.

CRVX S. LEVFREDI:

VVLGO, LA CROIX S. LEVFROY.

Ob fœlix omen Diuinitùs editum, hoc cœnobium, de Cruce S. Audoeni, postea S. Leufredi, cognominatum: cuius ipse S. Leufredus fundator, & Abbas primarius extitit inclytus: sacrum eius corpus vnà cum Reliquijs S. Thuriani, Dolensis Episcopi, eius discipuli, Lutetiam delatum: SS. Agefredus, & Barsanorius Abbates successores.

CAPVT I.

Non solùm antiquitate, compluribus antecelluit Asceterijs, sed & 1.
cœlesti euentu, cuncta prorsùs supergreditur. Factum narrat *Fredegodus*, author fidelissimus, agens de S. Audoeno, Rothomagensi
Archiepiscopo: cuius verba lubens huc retuli. ,, *Cùm*, (inquit)
,, tempore, quodam, Parœchiam prædicando perlustraret, &
,, per hunc ipsum locum iter ageret, curru vectus: (non enim
,, poterat nimio senio jam equo vehi) Muli, qui currum trahebant, subitò substi-
,, tere. Cúmque auriga flagello eos vrgeret ad procedendum; nullo modò indè
,, eos potuit amouere. Sentiens autem vir Dei, non sine nutu Diuino, animalia
,, manere immota; confestim sursum erectis luminibus, vidit Crucis vexillum,
,, multo splendore latè circumfusum. Cùmque Domino reuelante, intelligeret
,, eum locum, suo illum seruitio & cultui destinasse, mox reductis oculis, conspi-
,, cit hominem quemdam arantem: accepto ergò eius stimulo, figuram sanctæ Cru-
,, cis efficit, eaque terræ infixa, & sanctorum Reliquijs ei impositis, discedit. Sole
,, indè ad vesperam terras relinquente, columna in eo loco per totam noctem
,, visa est: tanto splendore, vt solis claritatem vincere videretur. Nec ea ab vno
,, solo: sed à totius Prouinciæ hominibus, conspecta est. Itaque confluxit eò ho-
,, minum multitudò, offerentium Deo vota sua, diuersisque affecti morbis, illic
,, pristinam sanitatem recuperarunt; Cæci visum, surdi auditum, multi linguæ
,, officium, leprosi mundationem. In quo etiám loco *Leutfridus* Ecclesiam condi-
,, dit; quæ in S. Crucis, & Reuerendissimi *Audoeni*, Pontificis, honorem, dedi-
,, cata est; vbi hodiéque Monachi non pauci, ad Monasticæ Regulæ præscriptum,
,, Deo seruiunt. [a] Eodem carmine decantat Theodoricus Monachus: in hunc
modum.

Dùm verò senio multo confectus, & auo,
Dignus perpetuo sacer Audoenus *honore,*
Villas & vicos, lustraret, & oppida, pagos:
Nec veheretur equo, verùm resideret in alto
Curru, non per se jam præsumens equitare:
Fixerunt gressum Diuino numine fixum,
Nec poterant fixi currum diuellere muli:
Aurigæ stimulis instante, & verbere mulis,
Percutiunt, lacerant, stimulant, nimiumque coarctant,

[a] *Fredegodus in vita S. Audoeni Archiepisc. op. Rothomag. cap. 17. Apud Surium 24. Augusti. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 150.*

Impingunt

Impingunt omnes, nil prorsus proficientes.
Sed Domini seruus rerum nouitate coactus;
Visus ad superi retulit spectacula cœli:
Quo Crucis almifluum meruit cognoscere signum;
In quo percepit, cur sic animalia fixa,
Sistant, quidve ferat, vel talis fixio poscat.
Tunc circumspiciens, & plurima mente reuoluens;
Aduocat agricolam sibi, quem propè cernit arantem:
De cuius stimulo, signo Crucis effigiato,
Reliquijs positis, infixit humo, atque recessit.
At sacer ille locus, Audoeni Crux *vocitatur;*
In quo mirantur virtutes, atque patrantur,
Præcipuè primum, quo contigit esse sacratum.
Nam postquam geminis mundum nox vestit alis;
Multi flammiuomam subitò videre columnam:
Quæ fulgore sui superabat lumina Phœbi.
O Domini pietas, Domini miranda potestas!
Quàm benè sublimat, vel quæ disponit, opimat!
Namque locus pridem non cultus, visitur idem,
Atque frequentatur, colitur, Dominoque sacratur;
In quo leprosis curatio, lumen & orbis,
Surdis ac mutis reparantur dona salutis.
Tunc ibi saluifica Crucis, atque Dei sub honore;
Et patris Audoeni, *vita meritis Reuerendi,*
Fundatur Templum Leutfredi *rebus adauctum:*
In quo sanctorum disponitur ordo virorum,
Et Regi Regum famulantur nunc & in æuum. [b]

[b] *Theodoricus in vita S. Audoeni Archiepiscopi Rothomag. versibus concinnata, cap. 17. Vide ad 24. Augusti.*

II. S. Leutfredus, de quo illic mentio habetur, Neustrius erat natione, è territorio Ebroicensi oriundus, in pago Madriacensi, nobilitate sanguinis Illustrissimus; qui vitæ perfectioris desiderio illectus, ad S. *Sydonium*, Rothomagi commorantem, sanctitate conspicuum, se contulit; à quo Monasticum suscepit habitum, & Regularis disciplinæ didicit obseruantiam. Cuius suasu in patriam rediens, vt & inquilinis viam Dei doceret ad salutem; cœnobium cœpit ædificare, in loco ipso, cui nomen inditum remansit, *Crucis S. Audoeni*: propè pagum vulgò nuncupatum, *de Cailly*: cuius etiam primus Abbas extitit, per annos circiter quadraginta & octo; Eo autem mortuo, vocitatum fuit: *Crux S. Leutfredi*: inter Ebroinum, & castrum *Gallionis*: ab vtroque duabus leucis distans: super *Aucturam* fluuium. Quæ omnia discimus ex gestis ipsius S. Leufredi, ab authore antiquo diligenter conscriptis: qui ea de re sic effatur.

III. „ Egressusque vrbe (scilicet Rothomagensi S. Leufredus) spiritu sancto Duce, „ deuenit in fines *Madriacensis pagi*; ad locum quidem virtutibus insignem, nullis „ tamen habitaculis adornatum. Dudùm namque cùm vir Domini *Audoenus, Rothomagensium* Antistes, spiritu sancto plenus, diuersas Prouincias peragrans, verbum Dei disseminare non cessasset, jamque graui senio confectus equitare non „ valeret; vsus est vehiculo, in quo jacentem eum duo muli vehebant. Quodam „ igitur, tempore, cùm sic incederet, accidit; vt transiret per vallem illustrem, „ iuxta fluuium *Aucturam*, vbi via erat ab occasu in Orientem: Porro alia via du„ cebantur, à meridie in Septentrionem. Dùmque super ipsum locum, vbi viæ in „ similitudinem Crucis jungebantur, vehiculum S. viri peruenisset; illicò tan-

Digitized by Google

,, quam terrore Diuino, animalia ſubſtiterunt, nec à loco moueri potuerunt. Tunc
,, vir Domini, non abſque myſterio, rem tantam fieri ſentiens, familiare cum
,, Domino ſecretum inijt. Et ecce reſpiciens in cœlum: vidit ſignum ſanctæ Cru-
,, cis miro fulgore radians. Statimque animaduertit vir Deo plenus, reſplendente
,, cœlo ad terram, & terra ad cœlum; quòd locus illè, futuris temporibus, Cru-
,, cifixi Domini Ieſu Chriſti veros cultores habiturus eſſet, qui Crucis mortifica-
,, tionem in corde, & in corpore ſuo, euidenter geſtaturi eſſent. Tali igitur viſio-
,, ne glorioſus Domini Pontifex lætificatus: juſſit ſibi afferri lignum, vnde ſignum
,, ipſius viuificæ Crucis effigiare poſſet, ſed cùm miniſter, non inueniret: à ruſti-
,, co quodam, in eodem loco terram arante, partem ſtimuli pretio comparauit;
,, de qua vexillum Crucis figurauit, & ceſpite congeſto, deſuper illud compoſuit,
,, ſanctorumque Reliquias ibidem colligauit. Quo facto, iter, quod cœperat,
,, proſecutus eſt: ipſoque itinere perductus eſt ad prædium, quod vocatur *Clep-*
,, *piacus*, in quo finem vitæ præſentis accepit: & ad aulam Regni cœleſtis tranſla-
,, tus, vitam æternam eſt adeptus. Locus autem ſupraſcriptus, crebris miraculis
,, reſplendebat; ita vt aduentantium illuc miſerorum multitudo, priſtinæ ſanitati
,, reſtitueretur. Quin etiam continuis noctibus, nubes ſplendidiſſima ſuper ipſum
,, locum videbatur, pertingens à cœlo vſque ad terram. Vicinis ergò in circuitu
,, commanentibus, tanta rei nouitate ſtupefactis; quidam eorum caſulam horrei
,, ſui ſuper pignora ſanctorum (quæ præfati ſumus) ſtabilire curauit. Hunc de-
,, nique locum vir Dei *Leufredus* poſt aliquot annos deceſſionis S. *Audoeni* Archie-
,, piſcopi, inuiſere tentauit; viſoque loco, amœnitate eius, (eo quòd eſſet aqua-
,, rum, nemorumque, & vinearum fertilitate jucundus) miraculorum quoque
,, prodigijs, quæ ibi fiebant plurimùm lætificatus: domum ſacram Domino Deo,
,, ibi conſtruere accelerauit, in honorem ſcilicet viuificæ Crucis, & ſanctorum
,, Apoſtolorum, ac præcipui Confeſſoris Chriſti *Audoeni* Pontificis. Atque in eo
,, loco altare ſtatuit: vbi Crux ſemitarum apparuerat. Sed & poſt modicum tem-
,, pus, congruentibus habitaculis eamdem cellulam cinxit: atque Monachorum
,, conuerſatione nobilitauit. Siquidem ex diuerſis partibus ad eum confluebant;
,, qui poſſeſſiones agrorum ſuorum vendentes, pretia ante pedes eius, ſecundum
,, morem primitiuæ Eccleſiæ deferebant, vt diſtribueretur omnibus, provt cui-
,, que opus eſſet. Alij autem de facultatibus ſuis eumdem locum ditare certabant:
,, vt de redditibus rerum ſuarum, per futura tempora ſerui Dei inibi habitantes,
,, neceſſaria acciperent. Dici non poteſt quanta celeritate locum ſuum Dominus
,, exaltauerit: ita in breui ſpatio multi, pompa ſæculari abdicata, conuerſi ſint ad
,, Dominum. c

c *Anonymus cap. 10 vitæ S. Leufredi Abbatis. apud Surium, Iunij 21. Antiquitates ſup.*

Poſtquam igitur S. Leufredus, per multa annorum curricula, cœtum ipſum monachorum diutina pace rexit, quos ipſe Domino, miris virtutum exemplis, & monitis ſalutaribus acquiſiuit, appropiauit tempus vocationis eius de ſæculo: exitum ſuum ſacramentorum perceptione muniuit: compleuitque dies ſuos in ſenectute bona: plenus dierum & bonorum operum: die 21. Iunij, circa ann. 730. quod ita dilucidandum venit. Conſtat quippe S. Leufredum vitam monaſticam iniſſe ſub S. Sydonio; d cujus ſuaſu, & S. Anſberti, tunc, Rothomagenſis Archiepiſcopi hortatu ad natale ſolum reuerſus eſt: vbi & monaſterio *Madriacenſi*, ſeu, *Crucis S. Audoeni*, initium dedit. e Porro S. Audoeno mortuo, ann. 677. ſucceſſit ipſe B. Anſbertus f regebatque Eccleſiam Metropolitanam Rothomagenſem: eo tempore, quo S. Leutfredus ad id opus ſe accinxit. g Verùm huic labori animum haud dedit, nec aggredi tentauit: niſi poſt aliquot annos deceſſionis ipſius S. Audoeni Archiepiſcopi: h nimirum (vt cuilibet cordato viro minimè à veritate alienum videbitur) circa ann. 682. quo ipſe B. Anſbertus, Concilio Generali nationali Rothomagi habito, monachorum priuilegia confirmauit. i Igitur S. Leutfredus ædem ſacram tunc conſtruendam curauit Deo omnipotenti, ſub titulo de *Cruce S. Audoeni*: quam & poſt modicum tempus, congruentibus habitaculis cinxit, atque in modum Monaſterij redactam, virorum Religioſorum incolatu, illuſtrauit & auxit: k quibus cùm præfuerit Archimandrita per annos quadraginta & octo: l perſpicuum omnibus aderit, ipſum S. Leufredum obiiſſe, cœlumque inuectum eſſe circa ann. 730. IV.

d *Anonymus ſup. cap. 8. vit. S. Leufredi.*
e *Ibid. cap. 9.*
f *Fredegodus cap. 18. vitæ S. Audoeni. ſup. Angradus cap. 15. vitæ S. Anſberti Rothomagenſ. Archiepiſcopi.*
g *Anonymus ſup.*
h *Item cap. 10.*
i *Angradus ſup. cap. 19.*
k *Anonymus cap. 10 ſup.*
l *Idem cap. 14. & Ordericus lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. ad ann. 1070.*

Sepultus

V. Sepultus vero est in Ecclesia, quam ipse in honorem B. Pauli Apostoli fundauerat: indéque translatus est, à *Ioanne* venerabili Dolensis Ecclesiæ Episcopo, & Abbate loci ipsius, in seniorem Basilicam, quæ ædificata erat in honorem S. Crucis, & S. Audoeni. [m] Verùm eam translationem peractam fuisse à *Gumberto*, Ebroicensi Episcopo, anno Incarnationis Dominicæ 851. Regni autem Caroli Calui 11. die 22. Iunij testatur *Brulius*. [n]

VI. Præterea: Temporibus Caroli simplicis, Francorum Regis, (eodem teste) monachi *Crucis S. Audoeni*, (quæ nunc est, S. *Leufredi*) Abbatiam suam à Normanis expilatam, penéque totam dirutam, deseruerunt: & cum sacris corporibus *Audoeni*, Archiepiscopi; *Thuriani*, pariter Archiepiscopi Dolensis in Britannia: (qui Archiepiscopatus non multò post in Episcopatum redactus est,) & *Leufredi* atque *Agofredi*, fratrum, ad cœnobium S. *Germanis à Pratis* venerunt, se, suaque omnia eis dedentes; vt in consortium aliorum assumpti, bonorum quoque hujus loci, ex æquo participes fierent. Quod quidem humanissimè illis aliquot annos præstitum est. Præuidens autem *Robertus* Comes, & Marchio, *Odonis* quondam Regis frater, & *Hugonis magni* pater, necnon tam nominis Abbatis S. Germani, quàm redditnum eius, primus sæcularium vsurpator, *Leufredianos* monachos, fœliciore aura adspirante, posse à proposito desciscere, & bona data perfidè repetere (quod euentus docuit) hanc Abbatiam S. Crucis, non tam confirmari cœtui *Germanico*, quàm de nouo dari, à Carolo simplice petiit, & impetrauit. Cujus donationis priuilegium anno Salutis 918. datum, adhuc integrum manet in Tabulario dicti S. Germani. [o]

VII. Hæc omnia compendio referuntur ab *Aimonio* in hunc modum. „ *Ea tempestate* „ Hastingo cum Normannis vbique sæuiente, multa corpora sanctorum à proprijs „ locis in Franciam delata sunt. Tunc etiam corpus Beatissimi Leufredi Abbatis, „ à Normania in quibusdã partibus Franciæ circumquaque delatum; ad vltimum „ vnà cum ossibus B. Agofridi, fratris sui, necnon & corpore sanctissimi Turiani, Dolensis Ecclesiæ Archipræsulis, apud monasterium S. Germani, in suburbio Parisiensi, vbi Deo disponente, adhuc requiescunt, translata sunt. [p] Ea de re etiam agitur in diplomate præfati Caroli simplicis, Regis Franciæ, ad ann. 918. ceu, 920. cujus verba juuat hic recensere, ab eodem Aimonio relata. *Quia Robertus, Marchio nostri quidem Regni, & consilium & juuamen nobiscum, simulque Abba, Monasterij S. Vincentij Martyris, egregij quoque Pontificis Parisiorum Germani, adiens nostram sublimitatem, vnà cum Comite Heriberto, eximióque Episcopo, Abbone, suggessit, tam pro veneratione sanctorum cinctum* Audoeni, *scilicet, Archiepiscopi, necnon Beatorum Confessorum Leufredi, fratrisque eius Agofredi; quàm etiam pro nostra, totiusque salute Regni, concedere Abbatiam, quæ nuncupatur, Crux* Audoeni, *monachis prælibati Confessoris Germani*. [q]

VIII Non solùm autem, corpus S. Leufredi Lutetiam translatum fuit ad S. Germanum *de Pratis*: vbi nunc magna cum solemnitate conditum jacet: sed & Capella Parisijs, propè magnum castellum, ad Pontem *Mercatorum*, in eius honorem extructa cernitur, reparata ann. 1589. [r] Ipsius celebris habetur memoria apud Martyrologium Romanum: sub his verbis. *In pago Ebroicensi S. Leutfridi Abbatis.* [s] Illius meminerunt Vsuardus, & Martyrologium Benedictinum, hocce Elogio. *In pago Madriacensi, S. Leutfredi, Abbatis & Confessoris: qui in monimentum ac testimonium eximiæ sanctitatis, orationibus suis fontem è terra produxisse fertur.* [t] De eo istud distichum cecinit *Brantius*. *Terruit errantes baculo Leutfridus adunco.*

Ad laudes Domini traxit amore pios. [u]

IX. Docet vetus martyrologium MS. præfati cœnobij S. Germani Pratensis, exaratum ann. 1267. S. *Thurianum* supradictum, natione Britannum Armoricum, dignitate verò, Dolensem Episcopum: extitisse Monachum in cœnobio ipsius S. Leufredi; *Ex Normania (inquit) ad Monasterium inuictissimi Martyris Vincentij, necnon gloriosissimi Confessoris Christi Germani, Parisiensis Episcopi; detulerunt gloriosum Archipræsulem Thurianum (qui minoris Britanniæ Dolensium rexit Ecclesiam) cum B. Leutfredo, Abbate sanctissimo; sub quo dictus Archipræsul, decus Pontificis derelinquens, Monachi sumpto habitu, monachatus est in ordine sacro.* [x] Cui alij adstipulantur Authores: [y] Præterea sepulchrum S. Thuriani, quod adhuc cernitur in ipso cœnobio S. Leufredi; Translatio corporis ejusdem S. Pontificis, ex eodem monasterio ad Abbatiam S. Ger-

m *Anonymus sup.*

n *Brulius lib. 2. & 3. Antiquit. Paris. vbi de Abbatia S. Germani. Yepes Tom. 2. Chronic. Benedictin. centur. 2. ad ann. 677. in vita S. Leufredi.*

o *Ibid. ex Surio: Renato Benedicto, Sarssayo, Vincentio Barrali, &c. in Act. S. Leufredi Abbat. Vuassebourgius lib. 1. Antiq. Gall. Belgic. fol. 179.*

p *Supplementum Aimonij lib. 5. de gestis Fran. cap. 41. Menardus lib. 2. obseruatio ad Martyrolog. Benedictin. 21. Iunij. Brulius sup. Quercetanus lib. 1. Antiq. vrbium Franc. cap. 6. Yepes Tom. 1. Annal. Benedictin. cap. 1. ad ann. 556. Cœnalis lib. 2. de Re Gallica Periocha 5. Choppinus lib. 2. Monastic. Titul. 2. §. 14.*

q *Apud Aimonium sup. & Brulium ac Choppinum*

r *Brulius sup. lib. 3. pag. 787. & 795.*

s *Martyrologium Roman. 21. Iunij. Baronius ibid. in notis.*

t *Vsuardus & Martyrolog. Benedictin. ead. die.*

u *Brantius ead. die in Martyrologio Poëtico. Cæteros vide in Neustria Sancta ad 21. Iunij.*

x *Martyrologium vetus MS. Abbat. S. Germani Pratens.*

y *Menardus sup. ad 3. Iulij. Brulius lib. 2. sup. pag. 314. Vincentius Barralis sup.*

mani: cujus mentio fit à Continuatore *Aimonij*; vti superius notauimus; satis indicant eum, relicto Episcopatu, vitam duxisse monasticam, in dicto cœnobio S. Leutfredi.

D *Agofredus*, haud omittendus est, qui & S. Leufredi frater, & successor in Regimine ejusdem Asceterij, dignissimus extitit: cujus corpus ibidem conditum honorificè jacet: Fuit etiam S. *Barsanorius*, monachus eiusdem cœnobij S. Leufredi, cui & Abbas præfuit sanctissimus. Denique *Hucbaldus*, hujusce loci Archimandrita legitur, tempore Caroli Calui, Reg. Francor. [z] De his omnibus, nimirum, SS. Leufredro, Thuriano, Agofredo, & Barsanorio: sermo aliàs redibit; [aa] cùm sanctitatem Neustriacam, integro volumine comprehensam, tumque authoritate Ecclesiæ, & venerandæ antiquitates testimonio, ac grauissimorum Authorum judicio comprobatam, Deo fauente, publici juris fecerimus. X.

z *Anonymus vita S. Leufridi sup. cap. 2. Miraculor. eius.*
aa *In Neustria Sancta.*
21. Iunij.
23. Iunij.
21. Iunij.
13. Septemb.

Bello inter Gallos & Normannos extincto, cœnobium de Cruce, ab ipsis Normannis Christo subactis, piè restauratur; & à priscis Monachis rursus inhabitatur: cuius Abbates recensentur.

CAPVT II.

NVLLI dubium est, quin præsens Asceterium Ordinis S. Benedicti vetustatem redoleat, priscæque sanctitatis Monasticæ odorem spiret: quod tamen à Normanis adhuc Paganis excidium passum, soloque æquatum: à pijs eiusdem gentis Dynastis & Proceribus mox Christianis, in Priorem statum redintegratum est & ditatum, vel ipso *Gemeticensi* teste. *Monasterium verò* (inquit) *S. Taurini, & S. Leufredi, & Villare-Monasterium, & cœnobium S. Amandi intra vrbem Rothomagensem: inter antiquiora computanda sunt, vndè constat illa prius fuisse destructa, & iterum readificata.* [a] I.

a *Gemeticensis lib. 7. De Gestis Normannor. cap. 22.*

Quo autem tempore id euenerit; accipe ab erudito *Brulio* ad ann. 918. ceu 920. „*Eodem* tamen anno (inquit) *Leufrediani* Monachi, cùm bellum Normannicum, tamdiu Gallis infestum, & exitiale, per Rollonem, primum Normaniæ Ducem, (qui à Francone Rothomagensi Archiepiscopo baptizatus, Robertusque nuncupatus, hanc Regionem prius Neustriam dictam, cum Ægidia, Caroli simplicis filia, dotis nomine accepit) finitum, minimè renasci viderent: ad proprias sedes repedare satagunt. Quamobrem monachi prædicti S. Germani Pratensis, piè assentientes illis, Abbatiam suam reddiderunt: ita tamen, vt in memoriam humanæ eorum receptionis, ac per aliquot annos nutritionis; & modò indulti regressus: remaneret in præfato S. Germani cœnobio, corpus B. Leufredi Abbatis. Retulerunt etiam secum BB. Audoeni, Archiepiscopi; & Agofredi fratris S. Leufredi corpora: quæ prius ad S. Germanum allata fuisse patet, ex præfato Caroli simplicis priuilegio. [b] Sicque reparationi hujusmodi Monasterij S. Crucis, animum dederunt præfati Monachi sub Gullielmo 1. Rollonis Ducis-filio, *Longa-spata*, cognomento: qui patri morienti, successit ann. 917. II.

Quemadmodum autem, omnium nomina vel personas Archimandritarum hujusce inclyti Asceterij, nobis perdifficile esset recensere; ita, & qui primò huic sacro domicilio cœnobiarchæ præfuerint, post ipsius restaurationem, haud parui negotij foret inuestigare. Arbitratur Episcopus Arboretanus hocce monasterium, restauratum fuisse, sub Duce Gullielmo 2. Nothò, qui principatum capessiuit ab ann. 1035. vsque ad ann. 1087: [c] quod forsitan minimè à veritate alienum putabitur, si de omnimoda ipsius Monasterij restauratione intelligatur, sed tandem quid de Abbatibus Leufredianis senserit, idem Antistes, perscrutemur. *Primus Abbas* (inquit) III.

b *Brulius lib. 1. & 3. Antiquit. Paris. vbi de Abbatia S. Germani Pratensis. Ex Renato Benedicto Menardo lib. 2. sup. Sauffayo. Vincentio Barrali & aliis in actis S. Leufredi Abbatis. Robertus de Monte. Tract. de Abbatibus & Abbatijs, cap. 19.*
c *Cænalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ in Abbatia venerandæ Crucis ad S. Leufredum.*

Digitized by Google

(inquit) *factus est huius monasterij, post restaurationem, Albericus*.[d] Cui refragatur *Ordericus*, agens de B. *Guitmundo*, viro vtique singulari eruditione, & vitæ sanctitate conspicuo; monacho præfati cœnobij Crucis S. Leufredi; sed tunc temporis ab æmulis impunè lacessito; & à suis (erat quippe Neustrius natione) prorsus derelicto. „ *Ille autem* (inquit) ab omni auaritia purgari volens, & inter exteros magis paupertate premi, quàm inter suos dissensiones fouere malens, *Odilonem* Monasterij sui Abbatem reuerenter adijt, & humiliter ab illo licentiam peregrinandi petijt & accepit. Porro, illiteratus Abbas, metiri nesciebat quantus sapientiæ thesaurus in præfato doctore latebat. Ideò desiderabilem philosophum de Monasterio facile dimisit: quem Gregorius VII. Papa, venientem ad se gaudens suscepit; Cardinalem S. R. E. præfecit: & vrbanus Papa jam probatum in multis, Metropolitanum Auersanæ vrbis solemniter ordinauit: &c.[e] Itaque seriem Abbatum præsentis cœnobij descripturus: primus hic erit à nobis nominandus.

d *Ibid.*

e *Ordericus lib. 4. Histor. Eccles. ad ann. 1070.*

IV. *1. Odilo, Abbas.*

Anno 1070.[f] defunctus 6. Calend. Nouemb. Huic Radulphus de *Toenio*, dedit nemus super Sallyacum, fol. 12. Cartularij Crucis.

f *Ordericus ibid.*

2. Albericus.

Moritur 12. Calend. Iunij,[g] Monachus S. Audoeni.

3. Henricus. Obijt 16. Calend. Octob. Monachus S. Audoeni.[h]

4. Guillelmus Monachus S. Audoeni.[i]

g *Ex Necrologio S. Crucis.*

h *Ibid.*

i *Robertus de Monte, Canalis. sup. ex eod. Roberto.*

5. Guarnerius Monachus S. Crucis.

Hujus tempore accidit, quod recitat Ordericus, lib. 6. ad ann. 1136. pag. 907. „ *Castrum, quod* Mellenticus Comes apud *Crucem*, pro defensione patriæ construxerat Rogerius de *Conchis* acriter impugnauit; sed non obtinuit. Abbatiam verò (quam S. Audoenus jamdudum construxit, sanctæque Crucis, quam in cœlo viderat, honori dicauit, & B. Leudfredo, ad regendum commisit) Rogerius cum suis commilitonibus violauit, quod non diu impunè pertulit. Burgum monachorum concremauit, Ecclesiam impugnauit de monasticis penetralibus fugitiuos inibi latentes rapuit: spolia verò monachorum, ac ad eos confugientium diripuit. Sed Deo æquissimo judice vindicante, paulò post omnia perdidit.

6. Roderius, seu, Rogerius, vel Rodericus.

Monachus ejusdem loci.[k]

k *Ibid.*

7. Radulphus, moritur 18. Calend. Maij.[l]

l *Ex necrologio sup.*

V. Ioannes, Sagiensis Episcopus confirmauit ipsi Abbati donationem Ecclesiæ S. Paterni de *Tornayo*: ad instantiam Hugonis Archiepiscopi Rothomagens. & Rotrodi, Ebroicensis Episcopi[m] Idem Metropolitanus confirmauit etiam eidem Abbati, Radulpho, donationem de *Sallyaco*, ceu de *Callyaco*, ann. 1143.[n] Illius meminit Rotrodus, tunc Ebroicensis, postea Rothomagensis Archipræsul, prædicti Hugonis successor, in sua carta confirmatiua, data in fauorem hujusce Abbatiæ, quæ subsequitur; *Rotrodus Dei gratia Rothomagensis Archiepiscopus, præsentibus & futuris Salutem.* Notum esse volumus vniuersis, quòd Rege Anglorum Henrico, seniore, regnante, cùm ad regendum Ebroicensis Ecclesiæ præsulatum, Deo ordinante vocaremur, Abbatiam de Cruce S. Leufridi, Decimas totius Parœchiæ S. Albini de *Rothoriis*, à Laicis possessoribus, per manum venerandi *Audini*, Ebroicensis Episcopi, prædecessoris nostri, jure eleemosynario sibi datas, & confirmatas, in pace tenentem reperimus. Processu verò temporis, facto jam monachis à nobis super hoc Confirmationis Testamento: Duo Præsbyteri, Gilbertus, scilicet & Galterus, filius Ioannis (qui parœchiam illam tenebant) res monachorum violenter inuaserunt: Abbate autem *Radulpho*, qui tunc ipsi monasterio præerat, & monachis, contra Præsbyteros, jus suum validè reclamantibus, Domini *Hugonis*, Rothomagensis Archiepiscopi judicio decretum est: vt monachi inuestituram suam, jusjurandi sacramento probarent & obtinerent: quod & fecerunt in curia nostra apud Ebroas, jurantes per duos monachos, sacerdotes,

m *Ex Cartulario Crucis. fol. 83.*

n *Ibid. fol. 58. & 59.*

Digitized by Google

Priorem, videlicet, & Sacriſtam ipſius loci. Cùm igitur ventum eſſet, ad hoc, vt ſicut probauerant, exigente ratione, jure ſuo reueſtiri debuiſſent: memoratus Abbas *Radulphus*, noſtro præuentus conſilio, ſolam Conuentus compoſitionem fecit, cum præfatis Clericis, & ita jure priuato tenuerunt. Poſt vnius eorum deceſſum, Gilberti ſcilicet, altero concedente, ſcilicet, Galterio. Cùm jam ſedi Rothomagenſi præeſſemus, *Sylueſtro*, Abbate, ſucceſſore præfati *Radulphi*, & Conuentu, jus ſuum in prædicta Eccleſia S. Albini, ſicut probatum fuerat, coram nobis, cum omni inſtantia, requirentibus: recordati ſumus nos erga Eccleſiam S. Crucis in hac re plurimùm deliquiſſe; adhibito prudenti conſilio, quoniam prædicta compoſitio non tenebat, niſi tantum in vita prædictorum, Gilberti, & Galterij, integrum jus in Eccleſia illa S. Albini, reddidimus prædicto Abbati, & Conuentui de Cruce, ſicut prius poſſederant, & poſtmodum in præſentia noſtra probauerant, in perpetuum tenendum, aſſenſu Capituli Ebroicenſis, quoniam ſedes illa vacabat: &c. Actum apud Ebroas, idibus Ianuarij ann. 1179. [o]

o *Ibid. fol. 42. & 45.*

8. *Sylueſter.*

Iam Abbas, ann. 1160. & 1179. vti conſtat ex nuper allatis. Simon, Comes Ebroicenſis dat multa huic Sylueſtro Abbati: [p] quiquidem Sylueſter, commutationem egit cum *Guerrico*, Abbate, & Canonicis de *Marches Radulphi*. [q] Tandem mortis debitum exoluit, 5. Calend. Octob. [r] VI.

p *Ibid fol. 42.*
q *Ibid fol. 61.*
r *Ex Necrologio Crucis.*

9. *Galterus, ſeu Galterius de S. Paulo.*

Ioannes, Ebroicenſis Epiſcopus, ann. 1181. Pontificatus ſui ann. 1. & ipſe Galterus Abbas conueniunt. [R] Sed & idem Epiſcopus, teſtis adeſt, ann. 1180. pro confirmatione donationis Decimarum de *Autollio*, huic Abbatiæ, per Guillelmum *Mallart*, militem. [ſ] Præterea ipſemet Antiſtes, ann. 1183. componit inter monachos S. Crucis & Canonicos de *Salicoſa*: annuentibus dicto Galterio, Abbate Crucis, & *Gilberto* Rothomagenſi, Priore de *Salicoſa*. [t] Vvalterus quoque Rothomagenſis Archiepiſcopus, & dictus Ioannes, Ebroicenſis antiſtes, teſtes adſunt in donatione de *Vvallone*, quam fecit Guillelmus *Pointel*, huic Vvaltero Abbati Crucis, ann. 1188. [u] Vidimus paulò ſuperius, quæ Rotrodus, Epiſcopus Ebroicenſis, ac deindè Archiepiſcopus Rothomagenſ. in fauorem: huiuſce Abbatiæ ann. 1179. quæ extemplò etiam confirmauit Ægidius Ebroicenſis præſul. [x] Nunc ſæpè dictus Ioannes, Ebroicenſis antiſtes, eandem præſtitit confirmationem ipſi Vvaltero Abbati ann. 1190. [y]

R *Ex Cartulario Crucis fol. 22.*
ſ *Ibid. fol. 18. & 19.*
t *Ibid. fol. 91.*
u *Ibid. fol. 42.*
x *Idid. fol. 43.*
y *Ibid.*

Cùm autem eſſet ſocietas inita inter hanc Abbatiam, & illam, quæ S. Audoeni, VII. apud Rothomagum [z] ex qua cùm olim Monachi aſſumerentur in Leufredianos Abbates, fuit ſpecialiter indultum eis, ab Abbate & Conuentu S. Audoeni, vt haberent vocem in capitulo eorumdem, pro futuri Abbatis electione, ab vtraque parte reſpectiuè: vti & de Fiſcannenſi Abbatia, iam obſeruauimus. [aa] Sed lite ea de re, poſtea exorta: cauſa deuoluta eſt ad ſedem Apoſtolicam: & ſententia corpori juris Canonici inſerta. [bb] Qua Abbas S. Audoeni excidit à prætenſo jure, vt patet ex eius exemplari ſubſequenti.

z *Vide in Abbatia S. Audoeni Rothomagenſ. cap. 18.*
aa *Sup. in Fiſcanno Abbat. cap. 11. §. 2. Lib. 2. Epiſtol. Innocent. III. Epiſtola 78.*
bb *Lib. 1. Decretal. de Sententia & Re iudicata. cap. 10. Inter Monaſterium. Gloſſa. Ibid. Yepes. Tom. 2. Chronic. Ord. S. Benedict. ad ann. 677. pag. 701. Choppinus. De Sacra Politia, lib. 1. titul. 2. art. 19.*

Conuentui Monaſterij S. Leufredi de Cruce.

Inter Monaſterium S. Audoeni Rothomagenſis & veſtrum, ſuper modo eligendi Abbatem in dicto Monaſterio veſtro, iamdudum fuit quæſtio agitata: pro qua VIII. partibus ad ſedem Apoſtolicam accedentibus, venerabilem fratrem noſtrum, Octau. Epiſcopum Hoſtienſem, & dilectum filium G. S. Georgij ad velum aureum, Diaconum Cardinalem, dedimus auditores, in quorum præſentia propoſitum fuit pro Monaſterio veſtro, quòd cùm Abbatia ipſa olim Paſtore vacaret, vos conuenientes in vnum, Richardum Monachum, virum Religioſum, ſecundum B. Benedicti Regulam, & Eccleſiæ libertatem, Apoſtolico etiam priuilegio roboratam, de gremio ipſius Eccleſiæ in Abbatem vobis per electionem canonicam aſſumpſiſtis

aſſumpſiſtis : Electum ipſum ad benedictionis munus obtinendum , Diœceſano Epiſcopo præſentantes ; qui per dilectum filium Gaufridum , Abbatem præfati Monaſterij S. Audoeni , prohibitus , quòd poſtulatum fuerat, non conceſſit. Vos ergò videntes veſtrum propoſitum retardari , ne aliquid in præiudicium Monaſterij veſtri fieret , ſedem Apoſtolicam appellaſtis : à qua poſt modum , ad venerabilem fratrem noſtrum , Henricum Epiſcopum , & dilectos filios Henricum , cantorem , & R. Archidiaconum Bajocenſ. ſub eo tempore , per nuntios veſtros, commiſſionis litteras impetraſtis : vt partibus ad ſuam præſentiam conuocatis, inſpecto priuilegio, & rationibus omnibus, quas vtrumque ducerent proponendas, cauſam ipſam , appellatione remota , concordia , vel iudicio terminarent , nullis litteris obſtantibus ipſarum mentione non habita , à ſede Apoſtolica impetratis. Quòd ſi omnes intereſſe non poſſent : Epiſcopus cum eorum altero ea nihilominus exequeretur.

IX. Cum igitur partes , in præſentia prædictorum , Epiſcopi , & Præcentoris Bajocenſis conſtitutæ , Archidiacono collega ipſorum , ex certa cauſa , & neceſſaria excuſato , non poſſent ad concordiam reuocari ; parte veſtra volente , teſtes ſuos omni exceptione majores , producere ad probandam electionem canonicè celebratam , iuxta tenorem priuilegij bonæ memoriæ Lucij Papæ , prædeceſſoris noſtri, ſuper electione facienda indulti , R. Monachus , procurator dicti Abbatis S. Audoeni , eis , venerabilis fratris noſtri Rothomagenſis Archiepiſcopi , Epiſcopi Ebroicenſis , & dilecti filij R. Ebroicenſis Archidiaconi patentes litteras præſentauit , ne in cauſa procederent inhibentes : pro eo , quod ſuper ejuſdem cauſæ diſcuſſione mandatum ſe dicebant Apoſtolicum recepiſſe. Verùm, quia tenor mandati , litteris illis non erat inſertus , nec procurator, licet ſæpius requiſitus , originale oſtendere voluit , vel Reſcriptum , eorum prohibitione poſt poſita , probationem veſtram oblatam ſæpius ſuper electione Canonica , decreuerunt pariter admittendam , ſed procurator iam dictus , probationi obuiare contendens in electione præmiſſa , Monaſterium S. Audoeni ſpoliatum fuiſſe cuiuſdam iuris ſui poſſeſſione dicebat , quam vſque ad creationem Abbatis illius loci nouiſſimi , obtinuerat inconcuſſè : qui de congregatione S. Audoeni à Monachis de Cruce , poſtulatus fuerat & electus. Eo igitur id probare volente , teſtes veſtros ſuper electione canonica, procuratores verò , ſuper ſpoliatione oppoſita, receperant : quorum depoſitiones , cùm poſt diligentem examinationem diſponerent publicare , ad inſtantiam dicti procuratoris, ſecundæ productioni teſtium , qua ſe dixit fore contentum, diem alteram aſſignarunt. Cùmque partes ad diem & locum pariter conueniſſent, requiſitus procurator ab ipſis iudicibus , de teſtibus producendis, ipſe quaſi teſtium productioni renuntiatis , dilectorum filiorum *N. de Bellebec* , & *N. de mortuo Mari*, Abbatum , & N. Prioris *de Bellebec* , litteras eis porrexit , ne in cauſa procederent, inhibentes. Dicebant enim ſe ſuſcepiſſe mandatum primo præiudicans , cuius tenorem è ſuis litteris adiunxerunt,

X. Cæterum , cùm primi iudices Reſcripto diligenter inſpecto, cognoſcerent , illud per falſi ſuggeſtionem , & veritate tacita impetratum , cùm in ſecundo mentio facta non fuerit , Apoſtolici priuilegij , vt in primo , ex quo electio ſortiebatur præcipuam firmitatem ; & ipſi iudices in ſecundis litteris, à Monachis S. Audoeni dicerentur certa ratione ſuſpecti; quod oſtendere non potuit procurator, cauſis quibuſdā ſuſpicionis ſatis friuolis allegatis , ab eis contumaciter nulla expectata interlocutione , receſſit. Attendentes igitur iudices recuſationem huiuſmodi , & allegationem dictæ ſuſpenſionis ſeram , & ſuperuacuam extitiſſe , præſertim poſt litem inchoatam , & teſtes vtrinque productos , quæ forte ante litis ingreſſum, colorem aliquē poterat habuiſſe : conſiderantes etiam idem mandatum non plenè, ſed perfunctoriè Prioris feciſſe mentionem ; prohibitioni poſteriorum judicum, ſicut nec Priorum acquieſcere noluerunt : magis volentes iuſſionibus mandati Apoſtolici obedire , quàm inferiorum mandatis indebitam reuerentiam exhibere, multis qui aderant , juris peritis ſentientibus cum eiſdem. Quod cùm ſæpè dictus Abbas S. Audoeni primò ad Priores iudices impetraſſet , quarum non habebatur mentio in ſecundis , carere debebat beneficio vtrarumque : vel ſi deberet mandatum alterum alteri præualere , primo eſſet parendum potius , quàm ſecundo , in

quo non habebatur mentio de Priore : cùm nec primum ab eodem Abbate S. Audoeni obtentum, de illo faceret mentionem, quod pars altera impetrarat; præſcriptis itaque rationibus moti, & viſi conſilio diſcretorum, publicatis etiam atteſtationibus partium, & earum rationibus, & allegationibus ſubtiliter intellectis, prædictam electionem, auctoritate mandati noſtri ratam habuerunt, & firmam: ſuper illa moleſtatione ipſius Electi, perpetuum Abbati, & Monachis S. Audoeni ſilentium imponentes: quos condemnarunt etiam in expenſis centum librarum Andegauenſ. licet pars altera, de ducentis vellet Sacramento præſtito declarare.

Pars igitur veſtra petebat à nobis factum delegatorum iudicum confirmari, & Electo munus benedictionis impendi. Cæterùm pars altera propoſuit ex aduerſo, ſæpedictum Monaſterium veſtrum à primordio conſtructionis ſuæ, in tantùm ex conſenſu Diœceſani Epiſcopi alteri fuiſſe ſubiectum, vt non aliundè aſſumeretur ibi aliquis in Abbatem, niſi de Monaſterio S. Audoeni, dummodò in eo poſſet aliquis idoneus ad hoc reperiri. Correctio quoque Monachorum, & Abbatis de Cruce, ſi negligens eſſet, fuit S. Audoeni Abbatibus, reſeruata: & ita obtinuit à longis temporibus, quorum memoria non habetur. Et hæc ſiquidem inſtitutio, & vſus ipſius: à bonæ memoriæ Alexandro Papa, prædeceſſore noſtro proponitur confirmata. Vndè, cùm quondam Monachi S. Leufridi Abbatem quendam, aliundè, quàm de S. Audoeni gremio elegiſſent. Abbas S. Audoeni hæc comperiens, appellauit: & per ſententiam delegatorum Apoſtolicæ ſedis, Electum renuntiare opportuit Abbatiæ, qui cùm facta profeſſione Abbati S. Audoeni, per dies aliquot in ipſo Monaſterio reſediſſet, per Abbatis conceſſionem datus fuit præfatis Monachis in Abbatem. Cæterùm, Abbate nouiſſimo adhuc Monaſterium detinente, à quo Regio metu compulſus ſeceſſit ad tempus, & Monachis ſe in libertatem volentibus vendicare, atque ad electionem procedere inſuetam, Abbas S. Audoeni hæc præſentiens, ſedem Apoſtolicam appellauit; ſic Richardus tunc electus veſter in iudicio eſt confeſſus, adijciens tamen ſe primitus appellaſſe, verùm ſæpèdicti Monachi eum eligentes nihilominus in Abbatem, ad iam dictos Henricum Epiſcopum Bajocenſem, & collegas ſuos, Reſcriptum Apoſtolicum impetrarunt: quorum iudicium, vt ſuſpectum, Abbas S. Audoeni cupiens declinare, ad præfatos, Abbatem & Priorem, litteras reuocatorias impetrauit; qui poſt inhibitionem Priorum iudicum, qui eis tenorem mandati Apoſtolici, per ſuas litteras intimarunt; & poſtquam procurator Abbatis eis authenticum præſentauit, aſſerentes litteras illas per falſi ſuggeſtionem obtentas, quia priuilegij partis aduerſæ in eis mentio non fiebat, poſt appellationem quoque ab eodem procuratore interpoſitam, in cauſam nihilominus proceſſerunt: quorum factum pro Monaſterio S. Audoeni, petebant in irritum reuocari. XI.

His igitur, & ſimilibus, quæ jam dicti Epiſcopus, & Cardinalis, nobis ac fratribus noſtris prudenter, ac fideliter retulerunt, plenius intellectis, cùm conſtiterit nobis primam commiſſionem non fuiſſe per vltimam reuocatam; tum, quia cauſæ ſuſpicionis in jure poſitæ friuolæ videbantur, quas etiam tanquam dilatorias, ante litis ingreſſum opponere debuiſſent, quibus coram delegatis eiſdem, ſubeundo iudicium, renuntiaſſe videntur: tum etiam, quoniam de priuilegio Apoſtolicæ ſedis, & proceſſu negotij, vſque ad publicationes teſtium, coram primis iudicibus, nihil in ſecundis litteris dicebatur: quod ſi fuiſſet expreſſum, obtineri minimè potuiſſent; non obſtante ſententia, quæ pro Monaſterio S. Audoeni, dicebatur fuiſſe prolata, quæ tamen nobis oſtenſa non fuit: cùm ſi prædictis iudicibus fuiſſet oſtenſa, ea poſthabita, contrarium ſtatuiſſent. Alioquin eſt, quòd eam obijcientibus imputetur: cùm ſub prætextu nouorum inſtrumentorum lites non debeant inſtaurari: communicato fratrum conſilio, factum Priorũ iudicum ratum, & firmum habemus, & eorum ſententiam approbantes, ipſam authoritate Apoſtolica, confirmamus, & Electo à vobis poſt modum, nos ipſi munus benedictionis, ſaluo iure Diœceſani Epiſcopi, curauimus exhibere. Nulli ergò hominum, & cæt. datum Laterani tertio nonas Iunij. Pontificat. noſtri ann. 2. XII.

Confirmantur

Confirmantur à ſede Apoſtolica bona omnia ac prædia huiuſce cœnobij, & priuilegijs ac gratijs decoratur, cæteri Abbates conquiſiti deſcribuntur; quibus tandem inſignia Pontificalia geſtandi datur facultas.

CAPVT III.

I. DVM hoc Monaſterium in dies magis, magiſque accreſceret, & viris optimis, ac religioſis perfectiſſimis; necnon lintro, & bonis temporalibus ſuccreſceret: non ſatis proſpectum iri dijudicatum eſt: niſi & ſedis Apoſtolicæ authoritas accederet, cuius firmitate ſolidarentur, cuiuſque patrocinio protegerentur: quod & fauſtè euenit ann. 1181. quando ſummus ipſe Pontifex ſubſequens tranſmiſit diploma.

Lucius, Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, Abbati, & Conuentui Monaſterij de Cruce S. Leutfridi, Ordinis S. Benedicti, Ebroicenſ. Diœceſ. Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad fructus Vberes, quos, in agro Dominico, exhortando, prædicando, viſitando, verbo pariter & exemplo, confeſſiones audiendo, & per alia virtutum inſignia; Eccleſiaſque Archidiaconatus ipſius prædicti Monaſterij S. Crucis, & eidem mero jure, ſpectantes: Eccleſiam S. Pauli de *Cruce*; Eccleſiam S. Remigij de *Cailliaco*: Eccleſiam S. Germani de *Eſcardeuilla*: Eccleſiam S. Petri de *Fontibus Heudeburgi*: Eccleſiam S. Iuliani de *Legua*: Eccleſiam S. Albini de *Gaillone*: Eccleſiam S. Petri de *Campo-Euardi*: Eccleſiam S. Martini de *Dardeys*: Eccleſiam S. Chriſtophori de *Rullyaco*: Eccleſiam B. Mariæ de *Venabulis*: cum Capella Prioratus ipſius Monaſterij: Eccleſiam B. Mariæ de *Ynilla*: Eccleſiam S. Cyrici de *Auppegardo*: Eccleſiam B. Mariæ de *Cronilla*: Eccleſiam S. Remigij de *Bezuto-longo*: cum Capella Prioratus: Eccleſiam S. Eligij de *Bezuto*: Eccleſiam S. Albini de *Bezuta*: Eccleſiam S. Paterni de *Tornayo*: cum Capella Prioratus: Eccleſiam S. Magdalenes de *Tertu*: Eccleſiam S. Martini de *Pacéolo*: & Capellam Prioratus: Eccleſiam B. Iuliani de *Chaaynes*: Eccleſiam B. Georgij de *Albavia*: & Capellam B. Mariæ de *Ynilla*: ipſas viſitatione renouando, implicando, & de jure viſitando, ſacer ordo veſter, & humiles præfati Monaſterij profeſſores produxerunt hactenus, & in futurum ſperantur, Deo auſpice, producendi, attentè conſiderationis aciem conuertentes: Vt Abbas, & Priores, ſeu miniſtratores Eccleſiarum eiuſdem Monaſterij, aut aliàs, exhortationis, prædicationis, ſeu viſitationis, & audiendi confeſſiones, & Sacramentorum miniſtratione Eccleſiaſticorum, officia eò liberius & efficacius exequi valeant, quò certius circa eadem, authoritate conſtabit: Tibi, Abba, per te: vobis verò fratribus Prioribus, & miniſtratoribus, cum diffinitoribus capitulo veſtro congregatis, committendi, authoritate Apoſtolica, Fratribus religioſis eiuſdem Monaſterij, in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis à vobis, exhortationis, prædicationis, ſeu viſitationis, & audiendi confeſſiones, & abſoluendi pœnitentes, & injungendi eiſdem pœnitentias ſalutares; etiam fratribus religioſis aliàs idoneis, concedenda, eiſdem quoque ſæpefati Monaſterij quibus dicta Officia per vos taliter commiſſa, ſiue conceſſa fuerint: quòd eadem liberè valeant exercere, plenam damus & concedimus, authoritate præſentium, facultatem: Diſtrictius inhibentes, ne quis frater Reli-

Digitized by Google

giosus ipsius Monasterij, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, vt
præmittitur, seu etiam concedenda, in exercitio, aut executione Officiorum
ipsorum, audeat quomodolibet impedire, &c. Quodque iidem fratres
religiosi, eos ad hoc diligenter & efficaciter, secundum datam eis à
Domino gratiam, exhortentur. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam
nostræ constitutionis & priuilegij infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumpserit: ipsum anathematisamus, & indignationem
Dei omnipotentis, & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit
incursurum. Datum apud vrbem veterem, idibus Septemb. Pontificatus nostri
ann. 1. a Similem edidit confirmationem Innocentius III. ann. 1199. incipit.
Piæ postulatio voluntatis, extat lib. 2. epistol. Innocentij III. epist. 90. sed &
Gregorius IX. Pontificatus sui ann. 1. adhuc majora præstitit, omnia confirmans,
præcipuè verò libertates & immunitates, siue per priuilegia, siue per indulta. b

a *Ex schedis Abbat. Crucis.*

Insuper, Abbates de *Tyreio* & *Brolio*, à sede Apostolica delegati sunt judices,
pro præsenti Abbatia S. Crucis, circa ann. 1200. c Iterumque Abbas, Prior, &
Subprior S. Martini *Pontisarensis* à sede Apostolica iudices delegati, ann. 1214. pro
dissidio inter Abbatem S. Crucis, & Robertum de *Rothorijs*, super vsuagio in nemore
Campi-Enardi, ad ipsos Monachos Crucis spectante. d Denique Abbas de II.
Ardena, à sede Apostolica est delegatus, ad compescendum jurgium inter Abbatiam
de Cruce, & Capitulum de *Gallone*, pro cœmeterio, ann. 1245. e Sed de his
hactenus, nunc ad cœnobiarchas Leufredianos conuertamus sermonem.

b *Ibid. & Yeppes. sup.*
c *Ex Cartulario Crucis. fol. 65.*
d *Ibid. fol. 19. & 20.*
e *Ibid. fol. 46.*

X. Radulfus.

Memoratur ann. 1206. pro rebus Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. vide cap.
32. §. 6. Episcop. Bajocens.

XI. Richardus, de Aufreuilla.

Terminatur dissidium hujusce Abbatis cum Radulpho de *Tornajo*, coram *Symone*,
Abbate S. Petri super *Dinam*, & Guillelmo Priore S. *Barbaræ*: ann. 1209. f Sic
& compositio legitur facta inter Abbatem Crucis, & Philippum Priorem S. *Barbaræ*.
g Quæquidem conciliatio, confirmata est per *Sylvestrum*, Sagiensem Epis- III.
copum ann. 1214. idibus Decembris apud *Florum*. h diem autem clausit extremum
5. calend. Maij. i Iurgium etiam inter Abbatem hunc & Monachos Fiscanenses
super electione Abbatis Fiscanens. compositum est. k

f *Ibid. fol. 83.*
g *Ibid. fol. 85.*
h *Ibid. fol. 83.*
i *Ex Necrologio Crucis.*
k *Vide sup. in Abbatia Fiscanens. cap. 11. §. 2.*

XII. Gaufridus.

Radulphus, Ebroicensis Episcopus, confirmauit ipsi Gaufrido Abbati, juspatronatus,
& alia jura 4. Ecclesiarum, scilicet, de *Fontibus*, de *Cruce*, de *Cailliaco*,
& de *Escardeuilla*, ann. 1222. quæ item confirmantur à capitulo & Archidiacono
Ebroicensi. l Eodem anno, præsens adfuit, Parisijs, cùm corpus S. Leufredi in
decentiorem capsam repositum fuit. m cuius ita meminit *Brulius*, sup. „ *Anno*
„ *Domini* 1222. Galterus Abbas 46. S. Germani à Pratis, corpus S. Leufredi, ex
„ vetere capsa, in nouam ligneam tenuissimis argenti laminis, (quæ eius præcipua
„ miracula cœlo sculpta referebant) opertam, transferri per Guidonem, Carcassonensem
„ Episcopum, curauit. Adfuit etiam huic transpositioni Abbas Crucis
„ S. Leufredi: qui de voluntate ipsius Galteri, Abbatis, & Conuentus Ecclesiæ
„ S. Germani, recepit os vnum de Reliquijs ipsius sancti, cum duabus vncijs digitorum.
„ Data fuit præterea costa vna Ecclesiæ Surisnarum: & os vnum prædicto
„ Episcopo Carcassonensi. Os autem quod Leufredianus Abbas accepit, illud est
„ vnius brachij, quod à cubito ad manum protenditur. Vnciæ verò sunt, duo articuli
„ pollicis, quos separatim argento inclusos, deosculandos præbent. Ob has
„ receptas Reliquias, Leufrediani Monachi, festum solemne quotannis certa die
cele-

l *Ex Cartulario, sup. fol. 7. 8. 14. & 15.*
m *Le Lou. In Radulpho 27. Episcopo Ebroicens.*

Digitized by Google

„ celebrant ; quod relationem Reliquiarum sanctissimi Leufredi à Parisijs, in „ suum cœnobium appellant. [n]

Præterea, Richardus, Ebroicensis Episcopus huic Abbatiæ nonnulla confirma-
IV. uit, anno 1224. [o] Eadem fecit ipsi Gaufrido Abbati capitulum Ebroicense, eodem anno. [p] Demum obdormiuit in Domino 5. idus Februar. [q] Trium etiam personarum illustrium ibidem, in obituario illius Monasterij fit mentio particularis, vt pro ipsis preces & orationes ad Dominum fundantur; ob singularia sanè in ipsum locum collata beneficia : 17. *Calendas Augusti : Philippus Rex Franciæ : fiat seruitium pro Bibliotheca, quam dedit : 4. idus Martij, Symon, Comes Ebroicensis. fiat seruitium solemniter : 5. idus Augusti : Eustachia, mater D. Gaufridi, Ebroicensis Episcopi.* [r]

13. Guillelmus 2. Rachine.

Memorantur pro compositione super vsuagio syluæ de *Campenart*; Guido *Bigot*, de *Autulleio*, milles : & Guillelmus Abbas de Cruce, ann. 1233. præsente Richar-
V. do, Ebroicensi Episcopo, & Almarico de *Mellento*. [s] Quo in loco obseruandum est, Dynastas ac proceres prosapiæ istius *Mellentinæ* : inter præcipuos præsentis Abbatiæ esse connumerandos benefactores : cuiusquidem rei præstò adsunt probationes haud vulgares. *In Normania enim, Apud* Crucem, *omnes decimas terræ meæ, & redditunm meorum de* Cruce. *& medietatem piscariarum, quæ patri meo, & mihi pertinebant.* Ait Robertus, Comes *Mellenti*, confirmans omnes donationes patris sui in Anglia & Normannia : teste patre suo *Galeranno*, & Eustachio, Priore de *Bellomonte*, datum apud S. Trinitatem de *Bellomonte*. [t] Almaricus de *Mellento*, miles, multa dat huic Abbatiæ : ann. 1223. 1230. 1259. 1260. mense Iunio : 1269. mense Aprili, & 1278. porro hic *Almaricus*, nuncupatur filius Rogerij de *Mellento* : [u] qui postea dicitur filius *Almarici*, [x] nec mirum, cùm multi hac in familia extiterint *Almarici*. Præterea, Guido de *Mellento*, miles, nonnulla illic largitur ann. 1230. [y] Itemque pro Guillelmo de *Mellento*, preces fundendæ à monachis decernuntur : eo quòd Brachium argenteum cujusdam Reliquiarij dedisset. [z]

Idem Guillelmus Abbas, vnà cum Richardo, Ebroicensi Episcopo memoratur, ann. 1235. [aa] 1236. [bb] & 1240. [cc] Guillelmus Abbas S. Petri de *Castillione* nonnulla
VI. permutat cum ipso Abbate, ann. 1237. [dd] Anno verò 1238. fit compositio inter monachos de Cruce, & E. Abbatissam S. *Saluatoris* Ebroicensis. [ee] Alia compositio initur inter ipsos monachos, & *VVillelmum* Abbatem *Albæ Curia*, Diocœs. Carnotens. ann. 1241. [ff] Alia item compositio Guillelmi, Prioris Ecclesiæ B. Mariæ de *Salicosa*, Diœces. Rothomagensis, ann. 1244. mense Augusto. [gg] Abbas de *Noa*, Diocœs. Ebroicensis, soluere debebat Abbati de Cruce, nonnulla: ann. 1230. [hh] qua de re, ann. 1245. Tractatus habitus est inter G. Abbatem de *Noa*, & Abbatem Crucis : [ii] qui migrauit ad Dominum pridie Calend. Ianuarij. [kk]

14. Petrus de Hestreio.

Notatur ann. 1250. [ll] teneturque singulis annis nonnulla soluere, Priori de *Salicosa*. [mm] ann. 1260. fit compositio inter Abbates Crucis, & S. Petri de *Castillione*;
VII. [nn] Allia compositio inter monachos Leufredianos, & I. humilem Abbatissam S. Trinitatis de *Cadomo*, ann. 1267. [oo] Eodem anno, permutationem quandam agit Richardus; Abbas S. Taurini Ebroicensis cum Abbate Crucis. [pp] obijt 5. idus Iulij, [qq] ceu 4. idus Iulij. [rr]

15. Radulphus 2.

Eius regiminis tempus satis superque indicatur; ex Donatione *Radulphi*, qua concessit Abbatiæ Crucis ligna arida, & alia consuetudinaria, possidenda in nemore de *Fagis* : teste *Radulpho*, Episcopo Ebroicensi; & *Radulpho*, Abbate Crucis. [ff]

[n] *Brulini. sup. Vincentius Beccalis sup.*
[o] *Ex Cartulario Crucis. fol. 44.*
[p] *Ibid. fol. 45. pag. 2.*
[q] *Ex Necrologio Crucis.*
[r] *Ibid.*
[s] *Ex Cartulario Crucis. fol. 18.*
[t] *Ibid. fol. 2.*
[u] *Ibid. pag. 2.*
[x] *Ibid. fol. 2. pag. 2.*
[y] *Ibid. fol. 2.*
[z] *Ex Necrologio Crucis. 7. idus Iunij.*
[aa] *Ex Cartulario sup. fol. 31.*
[bb] *Ibid. fol. 37.*
[cc] *Ibid. fol. 20.*
[dd] *Ibid. fol. 49.*
[ee] *Ibid. fol. 45.*
[ff] *Ibid. fol. 93.*
[gg] *Ibid. fol. 45.*
[hh] *Ibid. fol. 2.*
[ii] *Ibid. fol. 47.*
[kk] *Ex Necrologio Crucis.*
[ll] *Ex Cartulario sup. fol. 63.*
[mm] *Ibid. fol. 64.*
[nn] *Ibid. fol. 78. & 79.*
[oo] *Ibid. fol. 45.*
[pp] *Ibid. fol. 49.*
[qq] *Ex Necrologio Crucis.*
[rr] *Ex obituario Abbat. S. Taurini Ebroicens.*
[ff] *Ex Cartulario Crucis fol. 12.*

Digitized by Google

16. Guillelmus. 3. de Aguernio.

tt Ex Necrologio Crucis.
uu Initio Cartularij supradicti.
xx Ex Necrologio sup.
yy Ibid.

Obijt 3. Calend. Decemb.[tt] Mathæus, Ebroicensis Episcopus, pacem composuit inter Abbatem Crucis, & Rectorem Parœchiæ de *Hendevilla*, pro decimis, ann. 1302. Sabbatho ante Christi natalem.[uu] VIII

17. Ioannes de mortuo mari, moritur 18. Calend. Maij.[xx]

18. Petrus 2. Religatoris, defunctus 3. Calend. Martij.[yy]

zz Initio Cartularij sup.

Fit dinumeratio bonorum ac possessionum hujusce Abbatiæ; Data Regi Nauarræ; ann. 1347. feria tertia, vigilia SS. Apostolorum Philippi & Iacobi.[zz]

19. Guillelmus 3. de Monasterio:

A Ex Necrologio sup.

Familia spectabili & antiqua inter Normanos, à qua me fateor duxisse originem: abijt in cœlum 7. Calend. Octob.[A]

19. Guillelmus 4. Semainon.

B Ibid.

Qui vitam finiuit pridiè idus Septemb.[B] De quo & inibi mentio sic habetur. *Pridie nonas Septembris, Ioannes de* Criqueboto *miles: fiat seruitium pro clausura clausi nostri deintùs per Abbatem, dictum, Semainon.*

20. Ioannes. 3. Loquet.

C Ex Schedis Abbat. Crucis.

Mortuus, ann. 1411.[C] ad eius instantiam, verificatur, ann. 1404. Diploma Lucij Papæ III. datũ ann. 1181. in fauorẽ suæ Abbatiæ, vt ex instrumento publico constat, in hunc modum. *Vniuersis*, præsentes litteras visuris & audituris, Officialis de Cruce, Salutem in Domino perpetuam. Notum facimus, quòd ann. Domini, 1404. die verò 3. mensis Maij, coram nobis, & testium infrascriptorum præsentia, personaliter constitutus, Reuerendus in Christo pater, & Dominus, Ioannes, permissione Diuina, humilis Abbas Monasterij præfatæ Crucis sanctique Leufredi, Ebroicens. Diœces. exhibuit, ostendit, & produxit, quandam litteram Apostolicam, seu Bullam sanctissimi in Christo Patris, ac Domini Lucij, Papæ III. Sigillo plumbeo, cum filis sericis, croceique coloris, more Romanæ curiæ sigillatam, aut Bullatam, sanam, & integram, & omni vitio suæ partis, & suspitione carentem, vt prima facie nobis apparebat; quamquidem vidimus, tenuimus, inspeximus, & de verbo ad verbum legimus, vt inferius inseritur, quam transcribi & exemplari petijt, nobis supplicans, quatenus decerneremus tantam & talem fidem debere adhiberi hujusmodi transcripto, sicut summæ originali litteræ: cujus tenor ipsius sequitur: vide sup. initio hujus capituli. IX

21. Nicolaus Loquet.

D Ex Necrologio Crucis.

Obijt 8. Calend. Iunij,[D] campanile restituit.

22. Guillelmus 5. le Goys, seu le Grys, le Gros.

E Ex Schedis, sup.
F Ex Necrologio sup.

Factus Abbas, ann. 1418.[E] decessit è vita 3. Calend. Septemb.[F]

23. Ioannes du Chemin.

G Ibid.

De Itinere, ann. 1440. defunctus pridie Calend. Martij.[G]

24. Ioannes 4. de Sauceyo.

H Ex Schedis.
I Ex Necrologio sup.

Obijt 4. idus Februar.[H] anno 1449.[I]

Digitized by Google

25. *Guillelmus 6. Daupegart.*

Moritur 17. Calend. Nouemb. [K] K *Ibid.*

26. *Ioannes 5. Doute, ceu d'Auton.*

Obijt pridie Calend. April. [L] In Scacario ann. 1453. pag. 408. compendioſæ relationis Scacarior. L *Ex Schedis ſup.*

27. *Stephanus Paſſart.*

X. Nominatur ann. 1473. & 1486. [M] in fata conceſſit ann. 1501. 15. Calend. Ianuar. [N] Nauem Eccleſiæ inſtaurauit. M *Ex Necrologio ſup.* N *Ex Schedis ſup.*

28. *Richardus 2. le Mercier.*

Anno 1505. notatur. [O] Moritur 3. idus Iunij ann. 1522. [P] Sacriſtiam & Capitulum reparauit. O *Ex Necrologio ſup.* P *Ibid.*

29. *Symon Paſſart.*

Obijt 5. Calend. Martij ann. 1525. [Q] Q *Ex Schedis ſup.*

30. *Ioannes de la Mothe.*

Defunctus 4. Maij, ann. 1527. [R] R *Ibid.*

31. *Nicolaus 2. Hebert.*

Prior Clauſtralis cùm eſſet, electus eſt in præfati locum: [S] Spiritum Deo reddidit 18. Calend. Octob. ann. 1566. [T] Campanas octo conflari curauit, multaque Eccleſiæ ornamenta impertiuit. S *Ex Necrologio ſup.* T *Ibid.*

32. *Chriſtophorus de Blaru, de Tilly.*

Animam exhalauit, 15. Calend. Iunij ann. 1587.

33. *Iacobus le Sueur, mortuus Calendis Septemb. 1588.*

34. *Claudius de Mailloc. Obijt 8. idus Iulij ann. 1612.* [V]

V *Vide ſup. in Abbatia S. Audoeni Rothomagẽſ, cap. 10. in fine.*

XI. 35. *Claudius 2. de Baudry, ex domo de Piencourt.*

Succeſſit auunculo ſuo: Hic primus omniũ, Pontificalibus inſignijs meruit honorari à Paulo V. Papa Pontificatus ſui ann. 13. 7. idus April. Chriſti verò ann. 1618. propter quod Romæ benedictus fuit in Abbatem, apud Eccleſiam S. Blaſij, in monte *Citorio*, per Ioannem, Tituli S. Clementis Præsbyterum Cardinalem, *Bonzium*, Gallum, aſſiſtentibus D. Paulo Schotto, Abbate Caſſinenſi: & Simplicio Tito, Abbate Varæ: miniſtrante, Ioanne Baptiſta, *Alaleone*, clerico Romano, V. I. D. & Capellæ eiuſdem Papæ cæremoniarum Magiſtro, quodquidem priuilegium deferendi inſignia Pontificalia, inſinuatur ann. 1620. 4. Februar. apud Ebroicas: & ipſe Abbas nunc ann. 1662. adhuc fœliciter præeſt: cuius beneficio, hæc pro majori parte, me accepiſſe ingenuè profiteor; vir quippe extat Religioſiſſimus & ejuſdem ordinis S. Benedicti, Monachus profeſſus, vti omnes hujuſce inclyti cœnobij, qui præceſſerunt, Abbates: quod ſingulariſſimũ eſt, & digna admiratione notandum: Antiquiorum Benedictinorum in Neuſtria, Generalis electus, ann. 1643. Quinque Prioratus, ab hoc Abbatia dependent *Bezutus-longus*: Diœceſ. Rothomagenſ. *Tornayus*, Diœceſ. Sagienſ. *Sailliacus*; in Vicariatu Pontœſiano, *de Paceyo*: Diœceſ. Ebrœcitis. *De Venabulis*: ibid. Præter plures alias Parœchias & curas: quæ ab illis dependent: quas, pro majori parte, Abbates ac Religioſi, pleno iure, conferunt. Taxatur autem ea Abbatia ad 256. florenos aureos, pro Annatis ſoluendis Cameræ Apoſtolicæ. [X]

X *Gallia Chriſtiana, in Epiſcopis Ebroicenſ.*

Digitized by Google

Circa ann. 690.

S. TAVRINVS
GALLICE S. TAVRIN.

Antiquitas hujuſce Monaſterij, quàm vetuſta: Fundatores ac Reſtauratores ipſius referuntur: quantis cladibus jubiacuerit, panditur; tùm demùm Cœnobiarchæ, ſumma diligentia perquiſiti recenſentur.

ANTIQVISSIMVM eſt hoc Monaſterium: & inter vetuſtio- I.
ra Neuſtriæ Aſceteria computatum. Certum quippe eſt Norman-
nos idolatriæ adhuc deditos, quamplura ea in Prouincia, ab ini-
tio deuaſtaſſe monaſteria; quæ tamen ab ipſiſmet poſt ea Chriſto
ſubactis, reſtaurata ſunt. „ *Quædam verò cœnobia* (inquit Geme-
„ ticenſis,) ejuſdem Prouinciæ Antiquiora, quæ à Normannis
„ adhuc paganis fuerant deſtructa; ſtudio bonorum principum reædificata ſunt:
&c. Quæ extemplò ſeriatim enumerat hæc addens in fine *Monaſterium* verò
„ S. Taurini, & S. Leufredi, & Villare-Monaſterium, & cœnobium S. Amandi,
„ intra vrbem Rothomagenſem: inter antiquiora computanda ſunt. Vndè conſtat
„ illa prius fuiſſe deſtructa, & iterum reædificata. [a] Cùm autem præcisè haud re-
periatur annus, quo primùm extructa ſit hæc Abbatia: hunc, ad eius reparationem
ſpectantem, tribuimus locum.

Porrò, quantum ad eius reſtaurationem ſpectat, non omnes conueniunt. Opi- II.
natur Andræas *Thenetus* hujuſmodi Templum extructum fuiſſe à Richardo, Ebroi-
cenſi Comite. [b] Sed id accipiendum eſſe dixerim, de Abbatia ſanctimonialium,
quam ipſe poſtea Ebroicis ædificauit ſub nomine S. Saluatoris: de qua, ſuo loco,
inferiùs. Alij volunt illud opus eſſe Richardi 1. ſeu Senioris: quibus adſtipulatur
eiuſdem Abbatiæ Necrologium: his verbis. *Richardus Senex, Dux Normannorum,
fundator hujus loci.* [c] Crediderim ſanè hunc optimum Ducem pro ſua pietate, huic
operi multum inſudaſſe. Nonnulli id tribuunt Richardo 2. prædicti filio; [d] quod
Epiſcopus Arboretanus ſic temperauit: agens de ipſius Monaſterij reparatione.
Prædictus, (inquit) *Richardus 2. Dux Normaniæ, ex parte reſtaurauit.* [e] Qui cùm,
ann. 1026. debitum mortis exoluerit; haud dubium eſt, quin illud effecerit ante
vel circa ann. 1025. reſiduum verò ædificij, forſitan, ſub Roberto Duce, eius filio,
complementum ſuſceperit; juxta quorundam ſententiam. [f]

Eſt autem preſens cœnobium, in ipſa ciuitate Ebroicenſi conſtructum ad Ito- III.
nem fluuium & à monachis Benedictinis inhabitatum: S. *Taurino*, primo Ebroi-
cenſi Epiſcopo conſecratum; non verò, (vti mendosè apud nonnullos legitur)
D. *Paulino*, vel *Gaurino*. [g] Taxatur hæc Abbatia ad 1144. florenos aureos, pro an-
natis, apud Cameram Apoſtolicam. [h] Ad eam ſpectat oppidum Perienſe, vulgò,
Periers; in territorio Conſtantienſi; ſi *Quercetano*, cap. 17. ſup. credimus.

Graue poſt modum paſſa eſt hæc Abbatia excidium; cùm Philippus Auguſtus, IV.
Rex Franciæ eam Ebroicenſem vrbem, bello captam, diruit & incendit ann. 1195.
Rex quidem Franciæ, (ait Houedenus) *venit ad ciuitatem Ebroicarum, & eam penitus
ſubuertit, & Eccleſias deſtruxit; non parcens ætati, vel ſexui; & Reliquias ſanctorum inde
aſportauit: &c.* [i] Quod & poëta Gallicus ita cecinit. [k]

Ebroïcas primò, ſic incinerauit, vt omnes,
Cum domibus ſimul Eccleſias conſumpſerit ignis.

Nec celeberrima (inquit Neubrigenſis) *in illis regionibus Eccleſia B. Gaurini*, (legen-
dum eſt B. Taurini) *pepercit: & quod ex eadem Eccleſia ſublatum eſt, Carnutenſi ciuitati illa-
tum.*

a Gemeticēſis lib. 7. cap. 22. De Geſtis Normanor.
b Thenetus Tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 8.
Poſt Antiquitates MSS. Norman. pag. 272.
Cenalis. de Re Gallica lib. 2. periocha. 4. & Tom. 5. Hierarchiæ Eccleſ. Neuſtriæ.
Vbi de Abbatia S. Saluatoris Ebroicēſ.
Prouuerre lib. 3. Chronic. MS. Normann. cap. 21.
c. Obituarium Abbat. S. Taurini Ebroicenſ. 11. Calend. Decemb:
d Quercetanus lib. 9. Antiquit. Vrbium Gallic. cap. 3.
Chenu in Serie Epiſcop. Ebroicenſ.
Gallia Chriſtiana in ea Abbatia.
Innocentius Cyronius infra.
e Cenalis Tom. 5. ſup.
Poſt Robertum de Monte cap. 13. de Abbatiis.
f Galliæ Chriſtianæ & alij ſup.
g Thenetus ſup.
Picardus, in notis ad Neubrigenſem lib. 5. cap. 2.
Ferrarius in Nouo Topographia ad Martyrolog. Roman. verb. Ebroicæ.
h Gallia Chriſtiana in Epiſcop. Ebroic.
i Rogerus de Geſtis Anglor. ad ann. 1195
k Guillelmus Brito. lib. 4. Philippid.

tum. l De hujusmodi Monasterij dirutione meminit codex MS. fol. 121. Lutetiæ, apud. D. *Vion*, d'*Herouval*. Propter hos, hisque similes aduersæ fortunæ euentus, haud mirandum est, si pauca de hujusmodi cœnobij antiquitate, fundatione, renouatione, & Abbatibus protulerimus; cùm omnia penè monimenta MSS. oblitterata sint, & obliuioni tradita.

V. Post verò hujusce cœnobij restaurationem per principes Normannos, hi reperiuntur primarij præfuisse Abbates.

1. Frotmundus.

In actis Eleuationis, seu Translationis S. Audoeni Rothomagensis Archiepiscopi, sub Richardo 1. Duce, circa ann. 980. ceu 981. m

2. Radulphus. 3. Guillelmus. 4. Paulus.

5. Philippus. Hi quatuor tempore Roberti de Monte præfuerunt. n

6. Lambertus.

De quo extant litteræ Richardi Episcopi Constantiens. ann. 1157.

7. Ranulphus.

Monachus *Fiscani*: o vti prædecessor. Sanè multos olim, ex Fiscanensi Monasterio, viros illustres ac Religiosos fuisse assumptos in Abbates Taurinenses constat: p Inter quos prædicti recensentur; sed hos ita esse recentiores, vt sæculo altero vixisse asseruerit *Cœnalis*, prorsus alienum est ab historica veritate, & chronologiam callentibus inuisum.

VI. *8. R. Abbas.*

Notatur ann. 1173. q moritur 5. Idus Aprilis, ex obituario Abbatiæ Crucis, S. *Leufredi*, vbi *Richardus*, nominatur.

9. Mathæus, circa ann. 1200. 10. Ioannes de Glatigneio.

Cujus tempore inuentum est corpus S. *Taurini*, circa ann. 1205. 1206. & 1223. vitam ducens.

11. Guillelmus. 2.

Ab ann. 1226. & 1232. postea Abbas cœnobij *Gemeticensis*, circa ann. 1240.

12. Guillebertus, à S. Martino.

Camerarius, monachus ejusdem Abbatiæ, ann. 1240. eligitur: qui obijt ann. 1255. in natali Domini.

13. Thomas, ann. 1259. 14. Richardus 2.

Quondam Prior *Gemeticensis*, memoratur Abbas, ann. 1261. 1267. r obijt ann. 1283. 7. Calend. Maij. f

VII. *15. Simon.*

Notatur ad ann. 1293. & 1294. diem clausit extremum ann. 1296. pridie nonas Aprilis.

16. Richardus 3. De Cormelijs.

Anno 1299. migrauit è vita ann. 1312.

17. Robertus Beuterrè, excessit ab humanis, Calendis April.

18. Ioannes 2. Tranquet; defunctus pridiè Calend. Augusti. t

19. Guillelmus 3. Episcopus 30. Lexouiensis, ann. 1349.

20. Petrus Rigordus, aliàs, Regis.

Postea Abbas S. Michaelis, ann. 1386.

21. Simon 2. Chauini, ann. 1388. & 1389.

22. Philippus 2. Prunelle.

In Concilio *Pisano*, ann. 1408. 1409.

Z z

l *Neubrigensis lib. 5. de Gestis Anglor. cap. 2.*

m *Vide 20. Martij, in Neustria Sancta.*

n *Tractat. de Abbatibus & Abbatijs, cap. 12.*

o *Cœnalis Tom. 5. sup. in hac Abbatia*

p *Sup. cap. 12. Abbatia Fiscanens.*

q *Cartularium Abbatiæ S. Saluator Vice Comit. fol 38.*

r *Cartulari Abbatia Crucis S. Leufredi, fol. 49.*

f *Necrologium Abbatia S. Taurini.*

t *Ibid.*

23. Ioannes 3.

Ab Apostolica sede confirmatus, & à Martiali Episcopo benedictus circa ann. 1432. notatur adhuc ann. 1459.

24. Stephanus Floret: memoratur, ann. 1487. [w]

25. Benedictus le Duc.

Præfuit per ann. 13. ac tandem moritur, ann. 1502. quinto Calend. Martij; Cathedras & pulpitum chori fieri fecit. [x]

26. Radulphus 2. du Fou, ann. 1504. & 1510. Episcop. Ebroicensis. VIII

27. Stephanus, 2. à S. Amando.

Spiritum Deo reddidit, ann. 1517. tertio idus Augusti. [y]

28. Ioannes 4. le Grand.

Cùm præfuisset ann. 13. animam efflauit 16. Calend. April, ann. 1540. [z]

29. Iacobus d'Annebault.

S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ebroicensis, defunctus ann. 1558. octauo idus Iunij.

30. Gabriel le Veneur.

Episcopus Ebroicensis, in fata concessit ann. 1574. 17. Calend. Iunij.

31. Ludouicus de Chastillon, moritur 4. idus Augusti. [aa]

32. Guillelmus 4. Pericard.

Ebroicensis Episcopus; Abbatiam cum Episcopatu commutauit, ann. 1604.

33. Iacobus 2. Dauy, du Perron.

Episcopus Ebroicensis, ann. 1618. [bb]

34. Ioannes 5. Dauy, du Perron.

Ann. 1622. Archiepiscopus Senonens. frater eius.

35. Iulius Mazarini, ann. 1641.

36. Iacobus le Noel. 3. du Perron.

Engolismensis, indè, Ebroicensis Episcopus, obijt ann. 1649. magnus erat Eleemosynarius Angliæ Reginæ: cui dicat librum. De ordine mundi creati, F. Iulianus *Manceau*, minorita, ann. 1633.

37. Franciscus Vautier, Ludouici 14. Regis primarius medicus.

38. Henricus Borbonius.

Abbas etiam S. Germani à Pratis, ann. 1655.

IX Iurgium aliquando subortum legimus inter hujusce loci Abbatem, & Monachos Fiscanenses, super electione futuri cœnobiarchæ Fiscanensis: sopitum tandem ab Honorio III. Papa. [cc] Denique, pro Vsuario Abbatis S. Taurini in Foresta Ebroicensi, facta inquisitio habetur in vetusto Regio codice MS. fol. 119. pag. 2. Luteriæ apud D. de *Vyon*, *Herouuallum*, Cameræ computorum Auditorem: pro qua Henricus VI. Rex Angliæ, occupata Neustria, cartam dedit, circa ann. Christi. 1420.

w Scrinium Archiepiscop. Rothom.

x Necrologium Abbatiæ S. Taurini.

y Ibid.

z Obituar. S. Taurini & Ecclef. Ebroicens.

aa Necrologium S. Taurini.

bb Frisonus lib. 4. Galliæ purpurat. pag. 678.

cc Vide sup. in Abbatia Fiscanens. cap. 11. §. 2. ex Gyronio.

Digitized by Google

Henricus Dei gratia, Rex Franciæ, & Angliæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, Salutem.

Sciatis, quòd de gratia nostra speciali, & vt diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Monasterio S. *Taurini*, *d'Evreux*, fieri debent, plus solitò accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur, & sustineantur; commisimus dilectis nobis in Christo Priori & Conuentui Monasterij prædicti, custodiam omnium temporalium, eidem Monasterio infra Ducatum nostrum Normaniæ qualiterumque pertinentium, siue spectantium habendam quamdiu nobis placuerit, percipiendam, de exitibus & proficuis temporalium prædictorum, tantum quantum pro rationabili sustentatione sua necessarium fuerit, & opportunum; prouiso semper, quòd de superflusagio exituum & proficuorum, prædictorum, vltra rationabilem sustentationem suam prædictam, nobis ad Cameram nostram computorum Normaniæ, singulis annis respondere teneantur; quamdiu idem Prior & Conuentus custodiam habuerint supradictam. In cujus rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes: Teste meipso. Apud castrum nostrum de *Vernon*, super *Seine*, 12. die Maij, Anno Regni nostri VII.

Ita Signatum,

STOPINDON.

Digitized by Google

Circa ann. 700.

ALMANISCÆ:
GALLICÈ, ALMENESCHES.

De Monaſteriolo, cui S. Opportuna virgo, Abbatiſſa præfuit: De Montiaco, Prioratu, in quem ipſius S. Opportunæ Reliquiæ Tranſlatæ: Deque Almaniſcis; quibus Nanthildis, amita eiuſdem S. Opportunæ, mater extitit.

CAPVT I.

I. IN primis, antequam vlterius progrediamur, obſeruandum eſt: tria præcipuè loca adeſſe: in quibus, pluribus de cauſis, memoria viget S. Opportunæ, virginis. Primum vocari *Monaſteriolum*, ab antiquo nouimus. Conſtat quippe illic extructum fuiſſe olim Sanctimonialium domicilium, quo ipſa virgo S. Opportuna Deo ſe conſecrauit. Ita referente B. Adelelino, Sagienſi Epiſcopo, in vita eius. „ *Tunc ſtipata* multitudine parentum, & frequentia ſe-
„ quentium hominum, peruenit ad quoddam cœnobium, Sagienſi vrbi vicinum,
„ quod eſt in ſaltu Algiæ ſitum, & vulgò, vſitato nomine, nuncupatum. *Monaſte-*
„ *riolum*: in eo itaque loco, digna Deo puella Opportuna, omnibus ſæculi rebus
„ valefaciens, & ſoli Deo vacare cupiens: accepto ſanctæ conuerſationis habi-
„ tu, cœtui Sanctarum conjuncta eſt fœminarum, Domino ibidem famulantium.[a]
Vbi non multò poſt, migrante in cœlum ipſius loci Abbatiſſa; & ipſa S. Opportuna Monialibus præfecta eſt:[b] & S. Godegrandus Epiſcopus Sagienſis, eius frater, redux à ſua peregrinatione ipſam lætus inuiſit. *Noluit enim primùm ad Sagienſem Eccleſiam pergere: ſed ne locum daret Diabolo, diuertit ad jam dictum* Monaſteriolum, *vbi ſoror eius ſolerter Domino ſeruiebat.*[c] Cùm autem S. Pontifex, paucis diebus tranſactis, in via, fuiſſet martyrio coronatus: concertatio exoritur, ſuper ablatione corporis ſacri ipſius Martyris: vicit tandem cariſſima ſoror S. Opportuna; *Igitur B. Godegrandi corpus, cum multitudine populi, diuerſi Ordinis Clericis, & lamentantibus virginibus, cum cereis, & reſonantibus Pſalmis, perducitur ad jam dictum* Monaſteriolum: *ibique debito honore, agente B. Opportuna, conditum ſepelitur.*[d] Quò & ſummè expetijt ipſa moriens, tumulari:[e] Cuius præcibus dilectæ filiæ virgines vltrò annuentes; *Sepelierunt eam juxta ſepulchrum fratris ſui, ſicut ipſa viuens deprecata fuerat.*[f] Porrò, cœnobium illud virginum excidit, ſoloque æquatum eſt: & Reliquiæ ſanctæ aliò tranſlatæ: quomodo autem *Monaſteriolum* caſtrum, & *Eſcalſoium*, vulgò, *Monſtereul*, & *Eſchanſon*, in poteſtatem venerint DD. *Geroiorum*; legantur *Gemeticenſis*, *Ordericus*, &c.[g]

a Vita S. Opportunæ virgin. Abbatiſſæ cap. 2. Apud Surium 22. April.
b Ibid. cap. 3.
c Ibid. cap. 7.
d Ibid. cap. 10.
e Ibid. cap. 12.
f Ibid. cap. 13.
g Gemeticenſis lib. 7. de Geſtis Normann. cap. 11. Ordericus lib. 3. Eccleſ. Hiſtor. ad ann. 1050. Quercetanus in Tabulis Genealogic. ad finem, Tom. 1. Hiſtor. Norman. pag. 1081.

II. Alter locus, *Montiacus* dicitur: in quem è *Monaſteriolo*, ob Normannorum adhuc gentilium infeſtationem, tranſlatum eſt (ſub Carolo Caluo) corpus eiuſdem S. virginis. „ *Porrò, Sereniſſimus Rex Ludouicus*, frater Caroli inuictiſſimi Im-
„ peratoris, & Regis noſtri, cùm didiciſſet inſignes, B. Opportunæ virtutes; ſu-
„ pradictum prædium *Montiacum* cauſa refugij donauit S. Opportunæ, & Illuſtriſ-
„ ſimo viro *Hildebrando*, Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopo ſanctiſſimo. Is ergò *Hilde-*
„ *brandus*, timore huius Normannicæ perſecutionis; partem Clericorum juſſit ſe
„ conferre in *Montiacum*, cum ſanctiſſimo B. Opportunæ corpore. Parent clerici
„ & illis euntibus, è diuerſis locis occurrit eis, multa vtriuſque ſexus hominum
„ frequentia, rogantium; vt ſuis vlnis liceret eis, ſacrum S. virginis corpus ge-
„ ſtare. Per id tempus, needum erat Eccleſia in *Montiaco* extructa; itaque in *Goſ-*
„ *ſini* cuiuſdam ædibus illud depoſuerunt. Eodem die, quidam ibidem curatus eſt:
& multi

Digitized by Google

,, & multi ægri diuerſis è locis eò aduentantes, ſani indè receſſerunt; cum eius feretrum attigiſſent. Vt autem vicini eius loci id aduerterunt, eum venerari cœperunt: multaque à fidelibus dona offerebantur, è quibus Templum S. Opportunæ extructum eſt. [h] Additque idem Author ſuo etiam tempore, illic aſſeruari prædictæ S. Opportunæ corpus. *Locus autem vbi S. virginis corpus hodie quieſcit; vulgò Montiacus dicitur.* [i] Quiquidē extat in territorio Pariſienſ. nunc Prioratus *Benedictinus*, dependens à cœnobio S. Martini Cãpenſis, Pariſienſis: vocaturq; *Montiacus nouus*: Gallicè, *Moncy le Neuf*: pro quo legenda eſt charta donationis ipſius, ſub S. Hugone Abbate 6. Cluniacenſi: qui florebat ad ann. 1060. quæ ſubſequitur. ,, *Notum fieri* volumus Chriſti fidelibus futuris & præſentibus; quòd Albertus miles, dedit Eccleſiæ Cluniacenſi, quæ fundata eſt in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, ſub qua Eccleſiæ B. Martini, quæ dicitur de *Campis*, Eccleſiam de *Monciaco*, quæ dicitur B. Opportunæ, cum atrio & appenditijs ſuis, ſicut Clerici eam tenuerant, qui in ea deſeruierant. Hoc autem fecit Albertus in communi capitulo, cum filio ſuo Hugone, coram D. Vrſione, Priore, & congregatione: ſtatimque coram cunctis, qui aderant, donum poſuit ſuper ſanctum altare. Hoc etiam fecit Albertus ille conſilio D. Hugonis Abbatis. Nam litteras eius libenter ſuſcipiens, eiuſque mandatis obediens, epiſtolam ſibi ab eo miſſam, in ſupradicta Eccleſia S. Martini reliquit: quam pro auctoritate, in libro, quo continetur Regula S. Benedicti, D. Vrſus, Prior inſcribi juſſit, &c. [k] Quod eſt confirmatum per Burchardum Montemorentiac. ann. 1096. vide Quercetanum, lib. 2. cap. 6. hiſtor. Genealog. D. Monmorentiac. domus, in probationib. pag. 31. tumque Stephanus, Epiſcopus Pariſienſ. etiam confirmauit. *Ibid. pag.* 38. Hujuſmodi autem Eccleſia reſtaurata eſt ann. 1220. cui bona dedit *Guarinus*, Syluanectenſis Epiſcopus. [l] *Ex quibus emendandus Ferrarius: dùm ſic illius S. virginis meminit: Montiaci in Normania, S. Opportunæ virginis & Abbatiſſæ.* Addens illud oppidum, vulgò *Monty*: Diœceſis eſſe *Sagienſis*. [m]

III. Tertius locus eſt, qui vulgò *Almaniſcæ*, *Alemannicæ*, & *Almonachæ*, vocatur. Gallicè, *Almeneſches*, & *Aumeneſches*: pagus tribus leucis à Sagienſi vrbe diſſitus. Poſtquam enim præfatus S. Godegrandus, illius ciuitatis Antiſtes, à ſua peregrinatione Hieroſolymitana reuerſus eſſet, & ſororem ſuam S. Opportunam apud *Monaſteriolum* viſitaſſet; voluit & hunc locum inuiſere: vbi Monaſterium quoque virginum aderat, cui B. *Nanthildis*, illius amita, Abbatiſſa præfecta erat: ita enim habet rei geſtæ autographum. *Quadam igitur die, cùm B. Godegrandus, vellet Alemannicas, cœnobium pergere, vt cum venerabili* Nanthilde, *ſibi affinitate conjuncta, de Diuinis ſermonibus colloqueretur: dùm tranſiret per* Nouantium, *vidit eum filius Diaboli*, &c. [n] Ibi enim in itinere martyrio affectus eſt; circa ann. 765. ceu 770. iuxta alios: quid autem tunc egerit pientiſſima illa *Nanthildis*, vt S. Epiſcopi & martyris corpus ad ſe, in ſuum Monaſterium, aſportaret, relatu quidem mirabile: idque opere compleſſet, ni S. virgo Opportuna aduenìens, præcibus ad Deum fuſis, repagulum oppoſuiſſet, ac tandem pro ſe obtinuiſſet.

IV. Præterea, hîc aduertendum nonnullos arbitraſſe S. Opportunam, Abbatiſſam extitiſſe Monaſterij *Almaniſcenſis*; [o] ſed perperam, & abſque ratione, quandoquidem huiuſce S. Virginis cœnobium, apud *Monaſteriolum* extructum eſſet: vti legere eſt in geſtis eius: [p] Non ignoro, *Iacobum Brulium* exiſtimaſſe, appellatum fuiſſe hujuſmodi Monaſterium *Almonacharum*, corruptamque eſſe hanc dictionem ab ipſo *Surio*: Reſpicit enim ad vocem quamdã Hebraicam, *Alma*, id eſt. Abſcondita virgo: quaſi diceres: Monaſterium virginum abſconditarum, ſed hæc quàm vera ſint, videat prudens lector, nam & Guillelmus *Gemeticenſis*, antiquus ſcriptor, & Ordericus *Vitalis*, Monachus vticenſis cœnobij, quod 7. tantum leucis diſtat ab vrbe Sagienſi: non ſemel illud appellat, *Almaniſcarum* Monaſterium: & pagum, in quo ſitum eſt, *Almaniſcarum*. [r] Et quibus facile conijcitur, Monaſterio nomen tale inditum à loco in quo ſitum accepit, vt mos eſt Monaſteriorũ, denominationem vſurpare, à locis, pagis, aut ſyluis, in quibus condita ſunt: quod ſcitè notat Hugo Menardus. [ſ] Quapropter *Surio* ipſi impunè hæc corruptionis nota inuritur; nec eſt, qui verè eum poſſit tantæ falſitatis inſimulare.

V. Denique eiuſdem S. Opportunæ præclarum Elogium nobis coram ſic proponit, Martyrologium Benedictinum. *In Normania apud Sagienſem ciuitatem; S. Opportunæ*

h *Apud Surium. ſup. cap.* 18.

i *Ibid. cap.* 14.

k *Apud Bibliothec. Cluniacenſ. in fine vitæ S. Hugonis Abbat. pag.* 469.

l *Martinus Marrier, lib.* 4. *Hiſtor. Monaſter. S. Martini Campenſ. fol.* 359.

m *Ferrarius in Catalogo Sanctorum,* 22. *April. item, Ibid. in notis.*

n *Apud Surium. ſup. cap.* 8.

Robertus de Monte infra.

o *Cœnalis, Tom.* 5. *Hierarchiæ Eccleſiaſt. Neuſtriæ, in ea Abbatia.*

Renatus Benedictus, in vita S. Opportunæ 22. *April.*

Brulius lib. 3. *Antiquit. Pariſienſ. pag.* 827.

Prouuerre, lib. 3. *cap.* 2. *Chronic. MS. Normann.*

p *S. Adelinus, Surius, & alij in vita S. Opportunæ* 22. *April.*

Molanus. In notis ad Molanũ eod. die.

q *Brulius ſup.*

r *Gemeticenſis ſup. lib.* 7. *cap.* 22.

Ordericus lib. 5. *ſup. ad ann.* 1074. & 1082.

Item lib. 11. *ann.* 1102. & *lib.* 12. *ad ann.* 1118. & 1119.

ſ *Menardus lib.* 1. *Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin.* 22. *April.*

Virginis & Abbatiſſæ, multarum Sanctimonialium matris. Antiquitùs quippe legebatur. *In Britannia minori, apud Sagienſem vrbem*: qui error manifeſtus eſt; cum *Sagium*, Gallicè, *Saiz*, ceu, *Seez* vrbs ſit Normaniæ inferioris, ſed cur hic apponitur, *Apud Sagienſem vrbem*; cum ipſa S. Opportuna apud *Monaſteriolū*, obierit? cui breuiter reſpondebimus: id maximè vſitatum eſſe in Martyrologio Romano: vt locus vnus pro alio ponatur, quando variant cauſæ, verbi gratia: S. Ludouicus Rex Galliæ, exceſſit è vita *Thunitij* in Africa: & tamen eo loco ſuppreſſo: legitur. *Lutetiæ Pariſiorum*: &c. Ita & in S. Opportuna: dicitur, quidem, *Apud Sagienſem vrbem*, non obijſſe, vel ſepultam eſſe; ſed quia ex territorio Sagienſi oriunda, ſeu propè Sagium, Abbatiſſa extiterat, vel, Sagij præcipuo cultu feſtus dies eius agatur: qua de re, fuſiùs *Ferrarius*. [t]

t *Ferrarius, ad calcem nouæ Topographiæ Martyrolog. Romani.*

Quis Reſtaurator Monaſterij Almaniſcenſis? index Abbatiſſarum, quæ ab eo tempore, vſque in præſens, illi præfuerunt.

CAPVT II.

I. DEVITATIS, circa præſentis cœnobij hiſtoricam narrationem, ſalebris, facilior nobis aderit acceſſus ad ea, quæ de eodem promenda duximus. Antiquam illius fundationem ſuperius attigimus: ſed furentibus vbique gentilibus Normannis, penitùs euerſum, nunc à fundamentis renouatum conſpicere licebit. *Quædam verò cœnobia* (ait Gemeticenſis) *eiuſdem Prouinciæ antiquiora, quæ à Normannis adhuc Paganis, fuerant deſtructa, ſtudio bonorum principum reædificata ſunt.* [a] Inter quæ connumerandum venit hujuſmodi Monaſterium Almaniſcenſe; ordinis S. Benedicti, duabus vel tribus lucis à Sagia vrbe ſitum, tempore Guillelmi 2. Nothi, Normanniæ Ducis, Angliæque Conquiſitoris Regis, denuò reparatum, circa ann. 1060. per Rogerium *de Monte-Gomerici*, Dynaſtam illuſtrem, Belleſmi & Aleneonij: necnon Arondelli & Scrosbesburiæ Comitem; Fundatorem *Troarnenſis*, & *Sagienſis* Abbatiarum inclytum, ann. 1050. vt ibidem copioſius, narrabitur. [b] Horum omnium meminit idem Author: hæc ſubdens. „ *Rogerius* de Monte-Gummerij, pater Roberti de Beleſmo, indignans videri in „ aliquo inferior ſuis comparibus; in honorem S. Martini, Eccleſias duas, vnam „ in *Sagienſis* vrbis ſuburbio; alteram in vico ſuo *Troardo*, nobiliter conſtruens, „ greges Monachorum ibidem Deo militaturos poſuit: Tertiam etiam fecit apud „ *Almanachias*, ad opus ſanctimonialium. [c] Cui adſtipulatur Epiſcopus Arboretanus, ſed clarius loquutus, hiſce verbis. *Fecit etiam, imò reſtaurauit, prædictus Comes Rogerius Monaſterium fœminarum, apud* Almenechias, *Gall. Aumeneſches.* [d] Cui præfuere inſignes Abbatiſſæ ſequentes, ex quo, corrigendæ ſunt, Antiquitates, MS. Norman. pag. 154.

a *Gemeticēſis lib. 7. ſup. cap. 22.*

b *Vide infra ad ann. 1050.*

c *Gemeticenſis ſup.*

d *Canalis Tom. 5. Hierarchiæ Eccleſ. Nouſtriæ in ea Abbat. & Marinus Prouuerre ſup. Poſt Robertum de Monte. Tract. de Abbatiis cap. 24.*

Emma, primaria Abbatiſſa.

II. Conſtat Præfatum Rogerium Mongommerium, *Mabiliam* Heroinam illuſtriſſimam, duxiſſe vxorem; ex qua complures genuit filios & filias, quarum primogenita, nomine *Emma*. Sanctimonialis extitit, & Almaniſcarum Abbatiſſa, [e] vtique prima: hinc idē pater ſuus, Rogerius, Comes prædictus, ann. 1074. confirmans donationes omnes, quas, Guillelmus, miles, cognomento *Pantol*, Monaſterio Vticenſi fecerat; præſentibus, Mainerio Abbate, atque Fulcone, priore Vticenſi, & alijs pluribus illuſtribus viris, qui tunc in feſtiuitate S. Leonardi, Confeſſoris, apud Beleſmiam conuenerant: in his aderat & ipſa, *Emma Almaniſcarum Abbatiſſa.* [f]

e *Gemeticenſis ſup. cap. 16. Ordericus lib. 5. ad ann. 1082. Bryus lib. 2. Hiſtor. Comitat. Perticenſ. & Alenconienſ. cap. 14. & 15.*

f *Ordericus ſup. ad ann. 1074.*

III. Porrò, ſimultate exorta, inter Henricum I. Angliæ Regem, & Robertum, Beleſmenſem Comitem fratrem Emmæ Abbatiſſæ; ipſum Robertum vi & armis ita

inſequutus eſt Henricus Rex, vt de finibus totius Angliæ illum propulſauerit vnà cum frattibus ſuis. „ *Terram quoque*, quam *Rogerius* ſenior, Comes, dederat ſancti„monialibus A*lmaniſcarum*, quoniam *Emma* Abbatiſſa erat prędictorum ſoror Co„mitum, impatiens vindex, Eccleſiæ virginũ immiſericorditer abſtulit: & Sauari„co Chamæ filio, pro militari ſeruitio conceſſit ann. 1102. g Rogerius quippe præfatus Comes, non ſolùm, pro ſuſtantatione hujuſce Monaſterij virginum, à ſe inſtaurati, & dotati, redditus, ingenteſque in Neuſtria piè largitus fuerat; ſed & alia quamplurima bona in Anglia aſſignauerat, maximè poſtquam Comitatum Scrobesburienſem Regia liberalitate adeptus eſſet: quod ſatis apertè inſinuauerat jam antea *Ordericus*, in hunc modum. „ *Præterea, Rogerius Comes, multa dedit alijs Eccleſiis, Troarnenſi, Sagienſi*, Almaniſcenſi, *Cluniacenſi, Cadomenſi, alijſque plurimis, acceptis honoribus, quos de paternâ hæreditate non eſt adeptus.* h

g *Idem lib. 11. ad ann. 1102. Bryus ſup. cap. 16. pag. 95. Molinæus lib. 8. Hiſtor. Norman. cap. 8. §. 8.*

h *Ordericus lib. 5. ad ann. 1082.*

IV. Arnulfus igitur, alius Emmæ Abbatiſſæ frater (qui filiam Regis Hyberniæ, nomine, Lafracoth, duxerat vxorem) ab Anglia etiam exagitatus, ad Robertum à Normaniæ indignabundus ſe contulit: & *Caſtrum Almaniſcarum ſurreptione capiens, illi tradidit; &c.* ann. 1102. *Tunc menſe Iunio, ſatellites Ducis in Abbatiam ſanctimonialium aggregati ſunt, & ad deprædandam regionem ardentes, in ſacris ædibus ſtabula equorum conſtituerunt. Quo cognito Robertus illuc aduolauit, & injecto igne, cœnobium combuſsit.* i Iſte Robertus, frater erat ipſius Emmæ Abbatiſſæ, de quo nuper egimus; ſed cernens ſe eſſe à proprio germano, nempe Arnulfo fratre, derelictum, hanc in eo vindictam exercuit. Proch dolor! Cœnobium à pio patre illorum reſtauratum, à filijs contaminatum, ſitque deſtructum! „ Concremato apud *Almaniſcas* ſanctimo„nialium Monaſterio, vt dictum eſt, tener virginum Conuentus miſerè diſperſus „eſt. Vnaquæque, pro vt facultas ſibi fortuitu collata eſt, ad lares parentum, vel „amicorum, regreſſa eſt. *Emma* verò Abbatiſſa, cum ternis ſanctimonialibus Vti„cum confugit; ibique in Capella, vbi S. Pater Ebrulfus, cœleſti Theoriæ inten„tus ſolitariè degebat, ſex menſibus habitauit. Porrò, ſequenti anno ad Eccle„ſiam ſuam reuerſa eſt: auxilioque Dei, & fidelium eius, diruta reſtaurare conatá „eſt. Hæc poſtmodùm ferè decem annis vixit: quibus Baſilicam Virginis & ma„tris, cum regularibus officinis diligenter erexit: & diſperſas ad ſepta Monaſtica „monachas ſummoperè reuocauit. k Sicque vixit vſque ad ann. 1113. quo obijt. Rex autem Angliæ Henricus I. ann. 1118. Robertum Beleſmenſem, propter eius rebellionem, bonis omnibus ſpoliauit: quæ dedit Theobaldo, Comiti Bleſenſi, (& ille, Rege permittente, fratri ſuo Stephano,) nimirum, Sagium, Alenconium, Almaniſcas; &c. l Sed poſtea, ad inſtantiam Fulconis, Comitis Andegauenſis, eadem, Guillelmo, Roberti Belliſmenſis filio reſtituit. m Iterum verò idem Rex hæc ſibi mancipauit, anno 1135. n

i *Idem lib. 11. ad ann. 1101. Bryus ſup. & Molinæus, §. 8. & 9.*

k *Ordericus. ibid.*

l *Idem lib. 12. ad ann. 1118. pag. 845.*
m *Ibid. ad ann. 1119. pag. 851.*
n *Idem lib. 13. ad ann. 1135. pag. 900.*

V. Interim, à ſede Apoſtolica, hujuſmodi Monaſterium multis fauoribus & gratiis fuit adornatum: ſcripſit quippe Alexander Papa II. Abbatiſſæ S. Mariæ de Almeneſchijs: eamque ſub protectione S. Petri, & ſua, ſuſcipit; & confirmat omnia eius bona: in ijs. *Ex Dono Rogerij, Fundatoris veſtri, medietatem de Almeneſchiis: &c.* o Media verò pars altera, penes alios ejuſdem familiæ remanſit, vſque ad ann. 1204. quo reperi quandam donationem Prioratui B. Mariæ de *Belleria*, ordinis Grandiſmontis, Diœceſ. Lexouienſ. factam: cujus initium erat. *Ego Ela, Domina de* Aumeneſches, *ſoror bonæ memoriæ Comitis Roberti de Alenchonio, notum facio; &c. Sub Datum apud Caſtrum de Aumeneſches*, 14. *Calend. Maij, anno gratiæ*, 1204. p Porro, ille Robertus Alenconienſ. Comes, per Conuentiones matrimoniales inter filium ſuum Ioannem, & Aalix, filiam Bartholomei de Roya, dedit Almeneſchas & Bernayum cum pertinentijs, &c. ann. 1205. menſe Martio. q

o *Ex Cartulario Abbat. Almaniſcar.*

p *Ex Cartulario Prioratus Belleriæ Grandiſmontis.*
q *Vetus Codex MS. fol. 141. Lutetiæ apud D. Vyon de Herouual.*

O. Dux Normaniæ & Comes Andegauiæ, Galterio de Alno, & Roberto de Nouauilla, & omnibus juſtitiarijs ſuis, & cuſtodibus Foreſtæ de Argentonio, Salutem.

Sciatis, quòd ego concedo Abbatiſſæ de Almeneſches, habeat in Foreſta mea de Goffer, omnes illas conſuetudines & libertates, & in bona pace, quas ipſa habebat in tempore Henrici Regis; ſcilicet ad calefactionem ſuam, & ad hoſpitalem, & omnes conſuetudines, quas in rebus rectè teneat & quietè, &c. *Ibid. In magno*

Codic. MS. fol. 22. pag. 2. Castrum de Almanascharum liberum est à Foagio soluendo. *Ibid. Codex MS. magnus fol. 13. pag. 2.*

2. *Mathildis. ann. 1113.* VI.

Neptis erat prædictæ Emmæ; sub qua Monasterium rursus incendio conflagratum, iterum reparatum legimus apud Ordericum, dùm agit de morte ipsius Emmæ: *Qua defuncta,* (inquit) *Mathildis, filia Philippi, fratris eius successit: iterumque repentino igne incensum cum ædibus Monasterium, laboriosè reparauit.* [e] Memoratur ad ann. 1157. [f]

[e] *Ordericus sup. Bryus sup. cap. 16. pag. 82.*
[f] *Vide in Abbatia S. Audoeni Rothomag. sub 9. Abbate.*

3. *Mabilia de S. Lothario.*

Hanc, Hugo, Sagiensis Episcopus, ann. 1235. in Abbatissam benedixit, pro eaque intercedit apud S. Regem Ludouicum IX. [t]

[t] *Ex Catalog. Episc. Eccles. Sagiens.*

4. *Auda.* VII.

Hæc est, quam Odo, Rothomagensis Metropolitanus, & Gaufridus Sagiensis 49. Episcopus elegerunt, in Abbatissam. [u] Defuncta est ann. 1306. ex instrumento hoc publico. ,, *Nobilissimo Principi*, D. Carolo, filio Regis Francor. Comiti Va-
,, lentiæ, Andegamiæ, & de Alenconio, Katerina, humilis Priorissa Monasterij B.
,, Mariæ de Almeneichijs, Sagiensis Diœcesis, eiusdemque loci Conuentus, suæ
,, subditæ, obedientem reuerentiam tanto Principi debitam & deuotam. Cùm
,, prædictum Monasterium nostrum solitum per Abbatissam gubernari, vacet ad
,, præsens, per mortẽ bonæ memoriæ Audæ defunctæ, nuperrimæ Abbatissæ dicti
,, loci; nosque non possimus, nec audeamus ad electionem dicti Monasterij pro-
,, cedere, licentia à vobis non petita, nec obtenta: vndè est, quod vestræ nobili-
,, tatis benignitatem humiliter requirimus, ac etiam totis nostris desideriis im-
,, ploramus, quatinus vobis placeat nobis dare licentiam eligendi hac vice, vt
,, nos, dante Domino, aliquam personam idoneam, in Abbatissam dicti Mona-
,, sterij faciendam possimus, & vestram super hoc, gratiam, si eam nos à vobis
,, promereri contigerit, reportandam: Dilectum nostrum Nicolaum de Mara,
,, clericum, facimus, & constituimus procuratorem nostrum ad præmissa exequen-
,, dum, nomine nostro, & Monasterij supradicti. Quod vestræ excellentiæ, &
,, omnibus, quorum interest, & interesse potest, & debet; significamus per præ-
,, sentes litteras, sigillo Conuentus nostri sigillatas. Datum Anno Domini 1306,
,, die lunæ, post Dominicam, qua cantatur: *Lætare Hierusalem.* Et Sigill. [x]

[u] *Vide in Episcopo 49. Sagiens. cap. 51. §. 4.*
[x] *Ex Thesauro Cartular. Reg. Titul. Electiones.*

5. *Stephana de l'Isle; viuebat ann. 1440.* [y] VIII

6. *Germana Heudè.* 7. *Stephana 2. Heudè.* [z]

[y] *Ex Cartulario Abbat. Sylleij fol 66.*
[z] *Ex Schedis Abbat. Amaniscens.*

In inuentario D. Alenconiensis, fol. 66. Ianuarij 1. ann. 1497. habentur aliæ eorumdem sanctimonialium litteræ; quibus agnoscunt se esse de fundatione Comitatus Alenconiensis: vnde supplicant ipsi Comiti, vt det ipsis licentiam procedendi ad electionem nouæ Abbatissæ, ob mortem superioris. [aa]

[aa] *Bryus lib. 2. sup. cap. 11. pag. 358.*

8. *Maria de la Iaille.* IX.

Reformationem incœpit, & ann. 1528. Frater Antonius de *Burino* Vicarius Generalis in spiritualibus & temporalibus Illustrissimæ D. Renatæ à *Borbonio* Abbatissæ Fontis Eurardi visitationem fecit in hoc Monasterio licet alterius Ordinis, die 2. Martij pro conseruanda ipsa reformatione, vti habetur, ex libro MS. visitation. Fontis Ebrardi, teste Honorato Niquet. lib. 3. cap. 24. Histor. Ordin. Fontis Ebrardi in fin. Eius tempore Ecclesia reparata, ita enim legitur majusculis litteris exaratum in ingressu ipsius Ecclesiæ.

Restauratum

Reſtauratum eſt Templum hoc à ruina, vetuſtate ſubſequente, anno 1534.

Sciendum quòd Margarita Valeſia 30. Abbatiſſa Cadomenſis ann. 1539. ad hanc Abbatiam ſe recepit, ibique abijt è viuis ann. 1543. aut circiter. [bb]

bb *Ex Dacherio in notis ad vitam B. Lanfranci. pag. 35.*

9. *Ludouica de Silly, rexit ann. 25.*

10. *Magdalena de Toüars, rexit ann. 22.*

11. *Maria 2. des Guets, rexit ann. 16.*

12. *Ludouica 2. de Rouſſel-de Medauy.*

Circa ann. 1600. ſuperſtes ann. 1642. ſoror Abbatiſſarum, Vinacij, *Vignax*, eiuſdem Diœceſ. Sagienſ. & S. Nicolai, Vernolienſis, in Pertico, Diœceſ. Ebroicenſ. [cc]

cc *Ex Schedis ſup.*

Ann. 702.

FLORIACVM
GALLICÈ, FLEVRY.

Quo tempore extructum ſit hoc cœnobium, & qui fuerint eius Fundatores.

I. SITVM eſt hoc cœnobium in agro *Vilcaſſino*, Diœceſis Rothomagenſis, circa ann. 703. De quo hæc referuntur in Codice MS. Abbatiæ Fontanellenſis. [a] „ *Sub huius* denique tempore præfatus „ Pipinus, glorioſiſſimus Dux, *Floriacum* cœnobium, vnà cum „ nobili coniuge ſua Bliſtrude, ædificauit, quod ſitum eſt in pago „ velocaſſino, ann. 9. Hildeberti Regis, qui erat Exarchatus ſui „ ãn. 23. Dominicæ autem Incarnationis 708. (aut non DCCIIX. „ ceu DCCVIII. ſed DCCII. vel DCCIII.) ipſumque *Bainum*, Rectorem ipſi præfecit, plurimamque turmam monachorum adunauit, ipſum autem Monaſterium „ huic cœnobio contradidit. Occaſioni autem ædificationis præfato cœnobio „ idcirco fuit, quoniam idem Princeps per inuidorum conſulta admirabilem *Anſbertum* de ſede Rothomagenſis Eccleſiæ expulerat, atque ad exilium direxerat, „ inquo idem Agoniſta diuinus, ad æternam migrauerat requiem. Cumque præfatus princeps multas ſanitatum virtutes audiret, ab eo fieri, reminiſcens culparum ſuarum, ob eiuſdem militis Chriſti amorem & reuerentiam, ſimulque vt „ indulgentiam mereretur accipere: hoc cœnobium ædificauit, vnàque cum „ omnibus rebus ſuis, huic cœnobio Fontanellæ perpetualiter tradidit poſſidendum, ſed de hoc Monaſteriolo, qualiter in partem ipſius glorioſiſſimi Ducis Pipini redactum fuerit declarabo.

a *Codex MS. de geſtis Abbatum Fontanellenſ. ſub D. Bayno. Abbate Sanderus in Agiologio Flandr. Molanus in Natalib. SS. Belgij 20. Iunij. Vide ſup. pag. 145. §. 3. In Fontanellenſi Abbatia.*

II. „ *Hic namque* locus poſſeſſio fuerat antea cuiuſdam viri illuſtris, cui nomen erat „ *Fricericus*, qui ipſum *Floriacum*, loco, modico opere, in ſuo proprio, à fundamentis conſtruxit in honorem S. Mariæ S. Petri, & S. Aniani; & Xenodochium decem pauperum inibi conſtituit: vbi largitus eſt duas parteis de ipſo *Floriaco*. Similiter de villa alia, quæ dicitur *Saltidus*; & *Gamaſſium*: qui dicitur *Fuſcinocurtis*: „ & de *Fontanido* tertiam partem: nec non alia prædia. Quod actum eſſe conſtat, „ ſub ann. 5. Regnante *Theodorico* Rege. Sequente quoque tempore, dùm *Pipinus*

Digitized by Google

,, Princeps, ſingularem Francorum principatum obtinuiſſet, ſuperato Theodori-
,, co Rege à Berthario, Maiore domus, ſæpè dictus *Fricericus* prædictum *Floriacum*
,, eidem contradidit, ea videlicet ratione, vt in maiori elegantia ipſum locum ſu-
,, blimaret, ac Monachorum congregationem ibidem inſtitueret, quod & ita
,, factum eſt. Denique euocatum ipſum venerabilem patrem idem princeps hoc
,, cœnobium ædificare iuſſit, Rectoremque conſtituit: ſicut in largitione, quam
,, de ipſo locello, huic Monaſterio edidit, ſcriptum fore conſtat. Sic enim inter
,, cætera inſertum illic reperitur. *Vbi conſtituimus virum ſtrenuum, & Dei cultorem, D.
Bainum, Epiſcopum, Rectorem Monaſterij Fontanellenſis ea videlicet conditione: vt ex præ-
fato Monaſterio Fontanella, poſt receſſum eiuſdem Baini, ipſi Monachi in ipſo Floriaco cœno-
bio conſiſtentes omni tempore Rectores & gubernatores habeant; & ſub eorum ditione, noſtris,
& futuris temporibus, & ſub noſtra, ac hæredum noſtrorum defenſione, ipſa loca perenniter
tuenda conſiſtant:* Actum *eſt ann.* 12. *regnante Hilderico Rege, in quo conuentu interfuit idem
princeps, & nobilis coniux eius Blectrudis, filijque eorum, Drogo & Grimoldus, Grippo, &
alij plurimi nobiles viri.*

,, *Largitus* eſt autem, ann. Hildeberti Regis 9. ibidem, villam, cuius eſt voca- III.
,, bulum, *Taricinus*, quæ ſita eſt in pago *Belloacenſi*, ipſo die 3. nonarum Martij, in-
,, dictione 2. ann. verò 11. præfati Regis, *Vualmonem* villam, quæ ſita eſt in pago
,, *Belloacenſi*; & *Limicimacum*, in territorio *Vilcaßinenſi*, eidem delegauit cœnobio,
,, ſub die 10. calend. Nouembr. ann. 13. præfati Regis: contulit ipſi cœnobio idem
,, inclytus Dux villam cuius eſt vocabulum, *Mata*, ſitam in pago *Madriacenſi*, die
,, 15. calend. Auguſt. feria 5. indictione 6. eodem ann. præfatus glorioſiſſimus Dux
,, *Gapnapium*, villam, quæ ſita eſt in pago *Vilcaßino*, contradidit ipſo die idus Apri-
,, lis, feria 5. indictione 6. ann. 11. iam ſuprà ſcripto: præfatus Exarchus dedit
,, eidem Monaſterio villam, cuius vocabulum eſt *Cruciola* ſita in pago *Ebroicino*.
,, Kalendar. Martij die, indictione 4. feria 4. *Bannangam* inſulam ann. 10. Regni
,, ſui *Hildebertus* Rex præfato *Baino* præſuli, & eidem cœnobio contradidit; ann.
,, 12. eiuſdem Regis præfatus Princeps Pipinus, *Fontanidum* villam, ipſi cœnobio
,, largitus eſt. Mitto plura alia dona quæ permixtim cenſentur etiam elargita Fon-
tanellæ cœnobio. [a] Erat autem Prioratus inſignis, ordin. Benedictini, ſed nunc,
ſicut aliæ complures Antiquiores ſacræ ædes, ſub ruderibus iacet: remanentibus
tamen terris & poſſeſſionibus.

MONS S. MICHAELIS, GALLICÈ, LE MONT S. MICHEL.

ANN. 709.

S. Michaël Archangelus, Chriſti ſignifer, ac primas cœleſtis exercitus, Apparens S. Ausberto, Abrincenſi Epiſcopo, monet locum in vertice Montis Tumbæ, ſibi conſecrandum; cui pius Antiſtes obtemperat, extructa inibi Eccleſia.

CAPVT I.

I. HÆC rupes antiquitus Mons erat, cintus Syluis & ſaltibus, ad ſex milliaria in longum, ad quattuor in latum, productus, hinc ſolo, indè mari Oceano contiguus, quatuor leucis ab Arboretana vrbe diſſitus, in confinio Normaniæ, & Britanniæ Armoricæ: dictus, *Mons in procella Maris*, vel, *in periculo Maris*, aut *Mons in Tumba*; in cujus radice ſedem fixerant eremitæ nonnulli, animo pietati & Deo maximè addicto. Cibos, & alimenta ilis mittere ſolebat Parœchus de *Beauuoir*, Deo tunc ipſorum indigentiam viſibili ſuper ædes eius ſigno manifeſtante. Huic ſarcinæ ferendæ aſſueuerat aſinus, qui præda tandem factus eſt lupo ſibi obuianti; qui Diuina Prouidentia ac potentia id officij exhibere coactus fuit; quod olim corui Elyam in deſerto paſcentes, vrſi Elyſæum propugnantes, & Leones tumulum S. Pauli Eremitarum coriphæi, cum S. Antonio fodientes.

II. Anno circiter 709. placuit Deo, vt Princeps Angelorum, & turmæ cœleſtis, antiquus Synagogæ Hebraïcæ protector, vti nunc Eccleſiæ Catholicæ, veteris ſerpentis victor, ſanctarum animarum conductor in cœlum, S. Michael, coleretur in his plagis Occidentalibus, veluti in Monte *Gargano*, ad Orientem. Quid ni? quandoquidem Patriarchæ, & Prophetæ, Abraham, Loth, Iacob, Ioſuè, Dauid, Daniel, Zacharias, vterque Tobias; Angelos ſanctè coluerint, ante eos ſeſe proſternentes. Itaque S. Michael Archangelus, apparuit, D. Authberto, tum temporis, Abrincenſi Epiſcopo, cui ſe notum fecit: dixitque Deum velle, vt ædificaretur templum in prædicto monte, quod nomini & memoriæ ſuæ dicaretur. S. Epiſcopus non leuiter addens fidem omni ſpiritui, hocce diſtulit negotium, cui ſecundo Angelus apparuit, & eadem quæ antea retulit. Venerabilis & prudens paſtor, experiri volens, an hæc viſio & reuelatio eſſet à Deo, necne, rurſus in tertiam Apparitionem diſtulit; quem tunc Angelus in credendo & obtemperando minus lentum arguit, caputque eius digito ita ferijt, vt foramen etiamnum in eo videre liceat (quod & ego lætus conſpexi ann. 1612. & 1641.) perpetuum ac indubitatum veritatis argumentum. Quod non minus fieri potuit, & credere poſſumus, quàm quod Angeli expulerint Adamum & Euam Paradiſo terreſtri; Loth Sodoma eduxerint: ac alia quamplurima in laudem Dei, & famulorum eius patrauerint. Quare S. hic Epiſcopus, exponens viſiones, mandataque Angeli, capitis etiam foramen ſuis Canonicis, & venerandis Eccleſiæ miniſtris oſtendit; quibus rogatis, adductiſque operarijs pluribus, ad montem pergit, eius cacumen attingit, illic templum, vti in mandatis habebat, ædificaturus; eodem nempe Archangelo, varijs reuelationibus, ſiquæ habebat dubia, eximente, & ſignis magnifeſtante, quo in loco, qua magnitudine, quove modo, illud ædificare deberet.

III. Interea, Taurus, in eadem inſula à latrone furtim captus, ligatur in loco illo; vndè Epiſcopus tertiò admonitus jubetur, vt loco ipſo fundamentum jaceret, quo taurum ligatum inueniret; & ſicut eam terram pedibus contriuiſſe videret, ſic Ec-

Glaber, lib. 3. Hiſt. cap. 3. Sigebertus in Chronic. ann. 709. Petrus de Natalib. lib. 9. Catalog. Sanctor. cap. 71. S. Antoninus 3 part. Hiſtor. Titul. 15. cap. 6. §. 30. Conſtantienſe Breuiarium MS. Bajocenſe Vvernerus in Faſciculo Temporum ad ann. 704. Nicolaus Ægidius in Annal. Franc. ſub Childeberto I. ann. 544. Childeberto II. Reg. ann. 709. Gaguinus lib. 3. de geſtis Francor. in Carolo Martello, eod. ann. Charronus cap. 96. & 105. Hiſtor. Vniuerſal. Galliæ. Corrozetus lib. 1. Theſauri Hiſtor. Franc. Titul. 19. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 8. Maij, & Tom. 8. Annal. Eccleſ. ad ann. 709. §. 6. Villeta, in Annal. Eccleſ. Sæcul. 8. pag. 471. Benedictus, ad caput Raynucius verbo Aſſicella impuberi Caſſaneus part. 3. Catalog gloriæ mundi, conſideration. 14. & 16. Quercetanus lib. 7. Antiquit. Vrbium Franc. cap. 22. Rodericus in Speculo eccleſiaſticis ætat. 6. mundi, fol. 91. Canalis. Tom. 4. & Hierarchia Neuſtria. Gallia Chriſtiana, in eo Abbatia.

Marianus Premmerre in Hiſtoria Norman. MS lib. 2. cap. 16.
Fenardentius in Hiſtoria Montis S. Michaelis.
Nicolaus Chriſtianus in Peregrino Montis S. Michaelis.
Michael Nanens in Chronico Apparation. S. Michael. cap 16 & ſeq. lib 3.
Be fareſtus & Thevetus in Coſmogra h. Galliæ.
Antiquitates, MSS. Norman. pag. 103.

cleſiæ ambitum duceret. Quæ dùm Epiſcopus retuliſſet populo, ad locum nauigio acceſſerunt, & taurum inuenientes, vt Archangelus prædixerat, Eccleſiam deſignare cœperunt. In vertice autem hujus Montis eminebant ingentes & præruptæ duæ rupes; quarum vna, nec indè amoueri, nec æquari viribus humanis poterat, quæ tamen ædificium omninò impediebat. S. Michael juſſit Epiſcopum accerſere infantem, adhuc in cunis vagientem, filium cujuſdam accolæ, nomine, *Bain*; & tunc admoto infantis pede, veſtigium, quod etiamnum viſitur, primo impreſſum eſt rupi, quæ illico ſus deque ruit: quaſi nihil ponderis habere videretur. Sicque Eccleſia, in honorem S. Michaelis conſtructa eſt: & ex eo tempore, ſicut in Monte Gargano, ita & in ipſo loco, veneratio eius frequentari cœpit; ac in dies mirè accreſcit. Aliud quoque miraculum, aut ſignum tunc euenit: Nam, cùm deeſſet aqua dulcis neceſſaria hujus loci accolis, implorata à S. Autberto, Archangeli ope, deſignatus fuit locus quem vt primùm fuſte D. Autbertus percuſſit, Deo volente, aquæ viuæ fons erupit, non modò vſibus humanis neceſſarius, ſed curandis varijs morbis aptiſſimus.

IV. Id.m, S. Autbertus, admodum triſtis, quod nihil à S. Archangelo accepiſſet, quod in eo loco, in eius memoriam exhibere poſſet, ipſi S. Michael apparuit, & præcepit, vt nuntios fideles ad montem Garganum mitteret, qui à Canonicis Templi illic in ſui memoriam extructi, partem panni rubicundi peterent, quem ipſemet Archangelus attulerat, & partem marmoris, cui inſederat. Quod Epiſcopus diligentiſſimè eſt executus; & nuntijs exponentibus quod contingerat, Canonici Montis Gargani fidem habuerunt, ijſque ſpontè ſacras reliquias commiſerunt. Quarum attactu, dùm eas reuerenter deferrent; varijs in locis duodecim cæci viſum receperunt. Cùm non procul à Monte eſſent, ſenex & cæca fœmina, pietate mota, domo egreditur, quæ ſequi cupiens, illicò oculis lucem hauſit: in cujus miraculi fidem, pagus antea dictus *Auſteriat*, ex tunc *Beauuoir* vocitatus fuit. Simile propè reperies de S. Benedicto, Abbate Caſſinate, qui inter alias Reliquias à ſe jam profecto S. Mauro diſcipulo, & in Galliam tendenti, miſit ex pallio S. Michaelis Archangeli, ſcilicet, eius ſanctæ memoriæ. [a]

a Adrenaldus Floriacenſ. lib. 1. Miraculor. S. Benedicti cap. 7.
Surius in vita S. Benedicti 21 Martij ex Fanjio.

V. Dùm igitur dicti nuntij, itinere perficiendo, annum impenderent: Deo permittente, mare Syllam, quantacumque eſſet ſuperauit ac proſtrauit; repleuitque arena locos Monti Tombelino adjacentes. Nuntij autem reuerſi 16. Octobris, Saltus arena refertos adeò mirati ſunt, vt nouum orbem ſe ingreſſos putauerint. Tandem non ignari miraculorum à Deo factorum, S. Autberto, Epiſcopo, Reliquias commiſerunt: qui ordinis tam Eccleſiaſtici, quam ſæcularis, homines conuocauit, vt hanc Eccleſiam Dedicarent; ſed cùm varijs indicijs ab Angelo Dedicatam aduerterent, abſtinuerunt, & maxima cum lætitia, & ſolemnitate Reliquias à Monte Gargano delatas illic depoſuerunt: & Eremitarum loco, ſubſtituit Epiſcopus 12. Canonicos, qui in memoriam S. Michaelis, Diuinis Officijs vacarent, conſtitutis annuis prouentibus, quibus honeſtè ali poſſent. Et propter Dedicationem Angelicam, miracula circum-viſa, receptionem Reliquiarum ab Oriente in Occidentem, & S. Michaelis montem, delatarum: ſtatuit feſtum quotannis 16. Octob. ſolemniter coli: conceſſitque varias ac perpetuas indulgentias ijs, qui deuotè montem inuiſerent, Deum colendo, & orando S. Michaelem, omneſque Beatos Angelos; quibus præcepit, vt nos in omnibus noſtris vijs tuerentur, ſalutemque noſtram procurarent, cui ita afficiuntur, vt maxima cum ſolemnitate & gaudio, conuerſionem peccatoris in cœlo celebrent; & ex hoc mundo, animas noſtras corpore exutas, ad gaudia & conſolationes æternas deducant.

VI. Agitur de hujuſmodi Apparitione, die 16. juxta Molanum, his verbis. *In Territorio Abrincenſi, Apparitio B. Mihaelis Archangeli, in procella maris, in Monte Tumba.* [b] Latius autē apud Martyrologium Gallicanū, in hunc modum. „ *In Territorio* Abrincenſi,
„ Apparitio S. Michaelis Archangeli, facta temporibus Childeberti II. Franco-
„ rum Regis, B. Autberto, Abrincenſi Epiſcopo, in vertice montis qui *Tumba*
„ dicitur, in periculo maris, quem B. Antiſtitem militiæ ille ſupernæ princeps, in
„ ſomnis, ei non ſemel viſus, admonuit: Dei voluntatem eſſe, vt ipſe Michael pro
„ Tutelari hujus montis coleretur. Vbi idem Epiſcopus Eccleſiam in ipſius Bea-
„ torum ſpirituum Principis, & cæterorum Angelorum memoriam, ædificauit.
„ Cui additum eſt deindè Monaſterium inſignè Benedictinorum aſcetarum: &c. [c]

b Molanus in Additionib. ad Vſuardum 16. Octob.
c Sauſſayus in Martyrolog. Gallicano 16. Octob.
Cheppinus de Sacra politia lib. 1. titul. 4. ſ. 11.

Quo

Qvo itidem die, peragitur Dedicatio eiusdẽ Ecclesiæ: ita enim illius meminit idem Author. *Ipso die in monte Tumba, præsulatus Abrincensis, Dedicatio Basilicæ S. Michaëlis Archangeli.* d Quæquidem Dedicatio solemniter iubetur coli in Concilio Oxoniensi, in Anglia: e proindè, toto orbe nunc vsque habetur venerabilis; testè Glabro *Rodulpho.* f

VII. „Huiusmodi res gesta sic à Sigeberto commendatur. *Childeberto* Monar-„chiam Regni Francorum tenente, Archangelus Michaël apparens Autberto „Abrincantensi Episcopo, monuit semel & iterum, vt in loco maris, qui pro-„pter eminentiam sui, Tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui: „volens talem venerationem sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gar-„gano. Interim Taurus à latrone furtim raptus, in illo loco religatur: vndè Epis-„copus tertiò admonitus, vt in illo loco fundamentum iaceret, vbi taurum reli-„gatum inueniret: & sicut eum terram pedibus protriuisse videret, sic Ecclesiæ „ambitum duceret; Ecclesiam ibi in honore S. Michaëlis constituit; & ex illo „tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam in illo loco, quòd modo dicitur, „in Periculo maris, veneratio Archangeli frequentari cœpit. g Quæ autem illic compendiosè enarrantur, fusiori stylo recitantur in Codice MS. ipsius Abbatiæ Montis S. Michaëlis: cuius initium subsequitur, prout ad ann. 1641. legendo prospexi.

Incipit Reuelatio Ecclesiæ S. Michaëlis Archangeli in Monte, qui dicitur Tumba, in occiduis partibus, sub Childeberto, Rege Francorum, & Autberto Episcopo.

Postquam gens Francorum, Christi gratia insignita, &c. Quodam tempore, cùm Religiosissimus, & Deo amabilis, præfatæ vrbis antistes, Autbertus, nomine, sopori se dedisset, &c. h

VIII Præstat verò hic apponere, quæ ex Michaelis *Naui* præclaro Encomio excerpsi; omnia præfata exculto complectens metro.

Ad te autem quonam peruenit Gallia pacto
Dicere nunc meus est, & rectus postulat ordo.
Insula Monsque idem paucis à littore Gallo
Passibus, occiduos aduersa parte Britannos
Respiciens, iunctusque illis quos Neustria cœpit,
Et Normannorum summas quoque terminat oras.
Vndique & Oceano succingitur. Hic sua ductor
Ordinis Angelici dum vult Carismata Francis
Largiri, miro quos prædilexit amore;
Pontificem Autbertum certum monet, vt sibi in illâ
Exstruat excelsum Angelico sub nomine Templum,
Commonitus qui bis, præstat nihil, intereaque
Taurus vbi furtim cupido à latrone ligatur,
Præsul & admonitus terna vice iamque iubetur;
Vt quaqua taurum reperiret parte reuinctum,
Huc fundamentum iaceret, quantum pedibusque
Is terra protriuisset, tantus foret ædis
Ambitus, & muros, ad culmen duceret altos.
Certior his factus præsul, nihil atque moratus,
Ad populum mandata refert: illi agmine denso
Nauigijs adeunt rupem, præruptaque scandunt;
Ac Taurum inueniunt, læti quod consona signis

d Idem in supplemento ipsius Martyrologij, ex Martyrologio canisij, & Catalogo sanctor. Ferrarij, ac Breuiario MS. Baiocensi & Constantiensi.
e Yeppes Tom. 2. Chronic. Benedictin. ad ann. 709. ex Tom. 3. part. 2. Concil. General. Binij, ann. 1222.
f Glaber. sup.
g Sigebertus. sup.
h Codex MS. Abbatiæ S. Michael. de Monte. fol. 1. & seq.
Extat etiam Parisijs in Bibliotheca S. Victoris BB. 14. Canalis. sup.
Item in Bibliotheca Regia Lutetiana, 8378. 84.

Digitized by Google

Iuſſa forent, necnon Templi molimina ducūt,
Tumque operi incumbunt; gemina rupes, opus omne
Diſturbare vident, nullæ quas tollere poſſunt
Aut vires, aut ars, aut ingenioſa facultas:
Hic alacres, atque vnanimes vnus dolor vrget.
At cuidam è numero (tanta eſt dignatio cœli)
Angelus apparet, rupes mandatque prebendens
Admoueat, pellatque loco; qui nil dubitandum
Eſſe ratus, factum aggreditur, rupeſque prehenſans,
Sic priſca de ſede mouet, ceu ponderis, illis,
Nil in tam vaſta, & ſaxoſa mole fuiſſet.
Omnes vnde hilares inter reſonantia laudum
Cantica, concepto conſummant ſchemate ſanctam
Eccleſiam, viſu pulchram compage decora,
Atque Archangelico patrono, & præſide dignam:
Cuius & ab illo veneratio creſcere cœpit
Tempore, & aſſiduo velis, remiſque ſecundis,
Ex omni regione, velut Garganus, adiri,
Iſque locus dictus maris à remeante periclo.
Nec tulit hoc ægrè clerus, præſulque Siponti,
Quod magis eſt tanti Archiducis gauiſus honore
Vltra etiam Morinos ſparſo, verſuſque Britannos,
Pallioli partem cœleſtis muneris, atque
Marmoris, in quo calcarat, donare libenter.
At cùm cultores feſſos, ratibuſque relictis,
Montem aſcendentes grauiter penuria dulcis
Afflictaret aqua, ſalſos tantumque recurrens
Funderet Oceanus fluctus; oratio vulgi
In cœlis ijt, haud aliter, quàm thuris in altum
Suauis odor, Nam cœleſtes qui dirigit arces,
Armataſque trahit turmas, Archangelus, aures
Intendit placidas; fierique in rupe foramen
Mandat, & è petra facit emanare liquorem
i Nauc. ſeq. lib. 4. *Mellifluum, & dulcem vſque in tempora noſtra perennem.* i

Digitized by Google

Mons iste summa in veneratione habitus à populis Neustriacis, tum à principibus Normannis, Rollone, Richardo 1. & Richardo 2. quorum pia munificentia, & zelo cultus Diuini amplificandi: varijs prædijs & possessionibus est ditatus: hinc Canonicis exindè eliminatis, Monachi introducti sunt in cœnobium illic ab ipsis extructum.

CAPVT II.

I. TANTA euidentia facti, hic locus illustris euasit: vt proindè Toto orbe famosissimus habitus sit, ob memoriã ipsius S. Michaëlis Archangeli, militiæ cœlestis Antesignani, paradisi præpositi, totius Ecclesiæ militantis custodis, necnon Francorum, Galliarumque Tutelaris ac patroni: hinc pietas Christianorum illuc voti causa vndequaque aduenientium: indè Regum, ac principum deuotio singularis, qua tot honoribus: varijsque prædijs ac possessionibus, illum condecorarunt, ditati sunt, atque illustrarunt.

II. Rollo 1. Dux Normannorum, Christo, per lauacrum aquæ salutaris, regeneratus, ann. 912. tanti in se collati beneficij haud ingratus, vel immemor, petijt ab ejus Baptista Francone scilicet, Rothomagensi Archiepiscopo, quæ sacræ ædes in sua Prouincia, per Neustriam cultu præcipuo colerentur, vt eas donis cumularet amplissimis. „ *Hinc* conuocato Francone Episcopo, quæ Ecclesiæ venera- „ tiores, in sua terra haberentur sciscitatur: & quæ potentiores merito & patro- „ cinio sanctorum dicerentur. Tunc Franco; Rothomagensis, & Bajocacensis, at- „ que Ebroicacẽsis, Ecclesia, Sacrosanctæ Mariæ, matris Domini nostri Iesu Christi, „ & Virginis, in honore est dedicata. In periculo maris Ecclesia monte posita, „ Archangeli Michaëlis, paradisi præpositi, nomine prætitulata; &c. Quibus sufficienter edoctus, illicò vnicuique istarum Ecclesiarum, gradatim, iuxta ordinem, quo Pontifex enumerauerat, dona maxima dilargitus est: & quarto die, à susceptione sacri Baptismatis dedit. *Archangeli Michaëlis Ecclesiæ vicibus inundatione procellarum maris circumseptæ, secundum cursum Lunæ, incrementi septenarij numeri dispositione.* Ita *Dudo*, grauis & vetus Author. [a] Quod & Gemeticensis testatur: nimirum complura dono dedisse, die quarto; *S. Michaëlis Archangeli Ecclesiæ, in periculo maris, supra montem positæ.* [b] sicque redditus ac prouentus huiusmodi Ecclesiæ ampliores fecit & pinguiores. [c]

III. Attamen simile excidium tulit, quod aliæ ædes sacræ, per Neustriam sunt expertæ, sub inuasione, & excursione Gentilium, Paganorum, & aliorum, patriam, Galliamque vniuersam infestantium. Sed Normannis Christo subactis, nubilum omne diffugit, redit serenum: ita vt Rollo, Dux 1. Guillelmus filius eius, *Longa-Spatha.* dictus; Richardus 1. & 2. pater ac filius: eorumque posteritas: cæteri Dynastæ, & proceres, Reparationi, instaurationi, dotationi, amplificationi, ac immunitati talium locorum, impensè, deinceps, pro sua pietate, studuerunt: vti discimus ex præfato Gemeticensi: „ *Quædam* verò cœnobia eiusdem Prouinciæ „ antiquiora, quæ à Normannis adhuc paganis fuerant destructa, studio bonorum „ principum reædificata sunt. Rollo siquidem primus Normannorum Dux, in „ in primordio suæ conuersionis, plurimas possessiones dedit Ecclesiæ S. Mariæ „ Rothomagensis, & S. Mariæ Bajocensis, & S. Mariæ Ebroicensis: & cœnobijs „ S. Petri, sanctique Audoeni, & Gemeticensi, & S. Michaëli de periculo maris. „ Vuillelmus, filius eius, ex integro, Monasterium Gemeticense restaurauit. Ri- „ chardus autem filius eius, & successor, Fiscanni cœnobium; & *S. Michaëlis de* „ *Monte*: & S. Audoeni Rothomagi. Richardus verò 2. Monasterium S. Vuandre- „ gesilli, & alia Monasteria, ab antecessoribus eius reædificata, mirabiliter auxit. [d]

a *Dudo lib. 2. de moribus & Actis Normanor. sub Rollone 1. Duce.*
b *Gemeticensis lib. 2 cap. 18.*
c *Chronica Chronicor. part. 2. fol. 19. in eo Duce 1. Normanor.*
d *Gemeticensis lib. 5. cap. 22.*

Digitized by Google

Scribunt nonnulli Richardum 1. Normannorum Ducem, hujuſce loci fuiſſe fun- IV.
datorem; [e] quibus rectè obuiat Antonius *Teppes*: [f] nec abſque ratione; quando
quidem reſtaurator ſolummodò extiterit: quod clarè & diſtinctè ab antiquis ſcri-
ptoribus comprobatur: qui & addunt, eodem tempore ipſum principem, mona-
chos illic introduxiſſe, Canonicis, indè exturbatis. „ *Abbatias quoque* quaſdam
„ (ait Gemeticenſis) reſtaurauit; vnam ſiquidem in ſuburbio Rothomagenſi,
„ in honore S. Petri, ſanctique Audoeni. Aliam in monte, qui dicitur Tumba, in
„ veneratione Archangeli Michaelis, gregibuſque monachorum inſigniuit. [g] Item,
Dudo, jam ſupra allatus. *In Monte namque Maritimo refluæ lunari diſpoſitione inundatio-
nis gurgite vndique ſecus circumdato, delubrum miræ amplitudinis, ſpatioſaque monachilis
habitationis mœnia conſtruxit: ibique monachos ſub ærumnoſâ Theoricæ vitæ Palæſtra, Nor-
malibus celebris itineris decretis aſtrictos, Chriſto coegit famulari.* [h] Quibus adſtipulatur
Codex MS. ejuſdem Abbatiæ, in hunc modum. „ *Hoc ergò* ordine per 200. & eo
„ amplius annos, idem Monaſterium tenuiſſe feruntur Clerici; à tempore videli-
„ cet, inclyti Regis Childeberti, vſque ad tempus Clotharij; quo regnante præ-
„ cellentiſſimus Dux Normanorum Richardus, filius Guillelmi, ejectis eodem
„ loco Canonicis, cenſura juſti judicij, Diuino inſtinctu, ibidem monachos ſub-
„ ſtituit; quomodo autem per tantum tempus ibidem floruerit locus; vel quibus,
„ quantiſque coruſcauerit virtutibus, incognitum habemus; &c. [i]

Non me latet, ſcriptum, monachos illuc introductos fuiſſe, à Maugiſo Arbo- V.
ricenſi Epiſcopo: circa ann. 964. vel 965. aut *966.* [k] cui alij breuiter reſpondent.
Quod certè Richardus 1. ille Dux, adjuncto ſibi, Rothomagenſi Archipræſule,
& Epiſcopo Arboricenſi, permittente Pontifice Ioanne, & Lothario Galliæ Re-
ge, perficiens cœnobium, Canonicos dimiſerit, in quorum locum, ſubrogauerit
Religioſos S. Benedicti Regulæ & inſtituti obſeruatores: quibus non ea tantum,
quæ poſſidebant Canonici, ſuppeditauit, ſed etiam alios redditus atque priuile-
gia, quæ juſſit approbari & confirmari, per Papam, & Regem prædictum. [l] Qua
de re Codicem præfatum, MS. præcor, audiamus, de ipſo Duce Richardo 1. ſic
pro loquentem. „ *Monachorum*, Clericorumque ſemper curam geſſit ex animo,
„ quos feruentes videbat in ſuo ordine, ſummopere honorando: quos vero deſides
„ ac tœpidos, in melius mutari compellendo. Eccleſiarum alias à fundamentis
„ ædificauit: alias à ſuo ſtatu dejectas, prædictis malis, in multo ampliore, quàm
„ prius fuerant ſtatu, proprijs rebus reparauit: (vt ſuperius prælibatum eſt
„ paucis) vt in monaſterio S. Michaelis, quod eſt ſitum in Monte *Tumba* in confinio
„ pagi Abrincenſis, monachos ſub Theoricæ vitæ paleſtra Domino militaturos
„ aggregauit. Gaudebat etenim plurimùm intra terminos ſuis juris, tantæ autho-
„ ritatis haberi locum. Cernens autem potentiores quoſque, res ipſius Eccleſiæ,
„ Canonicorum nomine, ſibi vendicare, ad ſeruitium verò ſancti, quoſdam abje-
„ ctiſſimæ vilitatis Clericulos, quaſi mercenarios, annuatim conducere: hoc inhi-
„ buit laudabili ſeueritate: illos tantum decernens Canonicos ibi eſſe, qui Deo le-
„ gitimè deſeruire vellent aſſiduè. Quos dûm poſtmodum comperiſſet, omninò
„ diſſolutè viuere, ſeruitiumque Dei penitùs negligere: ad ſe conuocatos, eos ſæ-
„ piſſimè, vt regularis vitæ modum ſuſciperent, minis, blanditijſque ſatagebat
„ admonere. Illi verò nihil eius admonitione mutati in melius: ſolis comeſſatio-
„ nibus, vænationibus, cæteriſque intenti erant voluptatibus. E contra, ille fre-
„ quentius iterans identidem admonitionem: nullam eis immittere valuit morum
„ emendationem. Accito itaque venerabili Hugone, Archiepiſcopo, ſimulque
„ fratre ſuo, Comite Radulfo, ſingularis magnanimitatis ac prudentiæ viro, cum
„ his habuit conſilium, ejectis Clericis, ibidem ſubſtituere monachos: hoc acce-
„ ptabiliſſimum Deo fore, eorum addiſcens reſponſione, juſſit eos ſummo ſilen-
„ tio hoc tegere: donec perquiſitis idoneis monachis, eos illuc deduceret, ſicut
„ & fecit opportunè. Clericis autem animaduerſa, aduerſum ſe ejuſdem Principis
„ indignatione, quid, vel quantum potuit, quiſque eorum, ex rebus ipſius Ec-
„ cleſiæ ſtuduerunt loco emittere, ſibique fidelibus alioſum committere: ſatius
„ ducentes, ſi ſic res vrgeret, loco cedere, quàm ſub regularis vitæ norma ibi de-
„ gere: &c. Famoſus interea Normanorum Princeps, Richardus, quod ex eodem
„ loco facere diſpoſuerat, &c. [m]

Porrò, Richardus 2. Normanorum Dux, patris Richardi 1. pietatem imitatus, VI.
hanc

[e] *Choppinus lib. 2. Monaſtic. Titul. 2. §. 19.*
[f] *Teppes ſup. Robertus de Monte Tract. de Abbatibus & Abbatiis, cap. 10.*
[g] *Gemeticenſis lib. 4. cap. 9. Vvalſinghamus, in Ypodigmate Neuſtriæ. Gaguinus lib. 5. ſup. in Lothario Reg. Sauſſayus, in Martyrolog. Gallic. 16. Octob.*
[h] *Dudo lib. 3. ſup. in Richardo 1. Duce.*
[i] *Item Codex MS. Abbat. Montis S. Michael fol. 7. Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertū ſub ann. 966.*
[k] *Chenu, in Epiſcopis Abri enſ. ex Codice MS. Lucernæ Abbatiæ.*
[l] *Fevardentius ſup. Naucus lib. 3. cap. 24. ſup. Quercetanus ſup.*
[m] *Codex MS. Abbatiæ Montis S. Michael. ſup. Item Cornelius Tom. 3. ſup. in Hugone 2. Archiepiſcopo Rothomag. & Tom. 2. in Autberto Epiſcopo Ab . . . enſi.*

hanc ipſam Abbatiam bonis potioribus mirabiliter auxit, ditauit, decorauitque: [n] „ *Tria cœnobia* (ait Ordericus) quæ pater eius fundauit; id eſt, Fiſcanneſe; S. Au-„ doeni, in ſuburbio Rothomagi; & S. Michaelis in periculo maris, auxit & de-„ fenſauit. [o] Superiùs quippe de Duce Richardo 1. hæc notauerat. *Inter reliqua bona, quæ fecit; tria cœnobia conſtruxit. Vnum Fiſcanni, in honore S. Trinitatis: Aliud in Monte Tumba, in honore S. Michaelis Archangeli; tertium, Rothomagi in honore S. Petri Apoſtoli, ſanctique Audoeni, Archiepiſcopi.* [p] Recentiores omitto, qui eadem ſcriptis ſuis reliquerunt inſerta. [q] Cùm autem dicitur Richardus 1. Normaniæ Dux, fundator, vel conſtructor cœnobij montis S. Michaelis: hoc quidem verum eſt, quantum ſpectat ad illud Monaſterium: non autem de primaria illa æde ſacra, ipſi S. Michaeli dicata, à D. Autberto, Abrincenſi Epiſcopo, venit intelligendum: cujus ſtructura, Richardi æuum pluribus ſæculis præceſſit.

n Gemeticenſis lib. 7. cap. 22. Quercetanus Canalis Tom. 4. ſup. in Abbat. Montis S. Michaelis.
o Ordericus lib. 5. Eccleſ. Hiſtor. ann 1080. in Richardo 2. Duce.
p Idem lib. 3. ad ann. 942.
q Chronica Chronicor. ſup. fol. 20. in ipſo Richardo Duc

VII. Præterea, Dux ipſe Richardus 2. „ *De ſucceſſione* prolis ſollicitus, Goisfredum „ Britannorum Comitem, quandam habere ſororem, nomine Iudith, audiens, „ corpore admodum elegantem, omnique morum honeſtate pollentem; hanc per „ Legatos petijt in connubium. Goiffredus autem propoſitum eius veroneo animo „ ſatagens accelerari, omnibus, quæ ad tantum negotium erant congrua, præpa-„ ratis, eam illi deduxit, vſque ad limina, Archangeli Michaelis: ibi Dux illam „ competenti honore ſuſcepit, ſibique legitimo jure junxit. [r] Cujuſquidem ſponſalitiorum ceremoniæ habitæ ſunt in ipſa æde S. Michaelis Archangeli; [ſ] cujus fœlici omine ac præſidio fauſta eſſent nuptis.

Gillius in Chronico Franc. ſub. Lothari. I. Reg ad ann. 964. In fine.
Gaguinus ibid.
Fragmentum Hiſtor. Aquitanic. Tom. 2. Hiſtor. Scriptor. Franc. apud Quercetanum pag. 635.
r Gemeticenſis lib 5. cap. 13.
ſ Argentræus lib. 3. Hiſtor. Britann. cap. 79. & 80.

VIII At circa ann. 1003. hæc ſacra ædes, vim ignis perpeſſa, conflagrauit: juxta Glabrum Rodulphum, vbi agit de Cometæ apparitione, tempore S. Roberti, Regis Franc. „ *Denique* (inquit) contigit in proximum, Eccleſiam B. Michaelis Ar-„ changeli cremari incendio; quæ ſcilicet conſtituta in quodam promontorio lit-„ toris Oceani maris, toto orbe nunc vſque habetur venerabilis. Nam & inibi „ certiſſimum conſpicitur, videlicet, ex incremento, atque decremento lunarij, „ eundo ac redeundo proceſſu, mirabili in gyro eius promontorij, reuma ſcilicet. „ Oceani. Cujus etiam maris excrementum *Malinas* vocant; Decrementum quo-„ que *Ledones* nuncupant: atque ob hoc maximè prædictus locus à plurimis terra-„ rum populis ſæpius frequentatur. Eſt etiam non longè à prædicto promontorio, „ fluuiolus, cognomento *Arduus*, qui poſt paululum exceſcens, per aliquod tem-„ poris ſpatium, intranſmeabilis effectus, atque ad prædictam Eccleſiam ire vo-„ lentibus viam plurimùm impediens, aliquantiſper eiuſdem itineris obſtaculum „ fuit; poſtmodùm verò in ſeſe rediens, profundiſſimè littus ſuo curſu ſulcatum „ reliquit. [t] Non abſque ratione, hujuſce loci attigit ſingularem venerationem, qua omnes fideles illum piè proſequebantur. Quandoquidem id expreſſè, *Gemeticenſis*, commendauerit, in Edelredo, ſeu Eldredo Angliæ Rege, Normaniam inuadere cupiente, armata manu, circa ann. 1000. „ *Rex igitur* (in-„ quit) proſpecta multa, & optimè inſtructa exercitus copia, aſcitis militiæ ſuæ „ ſatrapis, animi ſui propoſitum exponens, valida auſteritate, Regio more, „ præcepit: vt euntes, totam Normanniam rapinis & incendijs exterminarent: „ ſolummodò Archangeli Michaelis monti parcerent, ne tantæ ſanctitatis & reli-„ gionis locum igne concremarent. [u] B. Richardus, Abbas S. Vintoni, S. *Venne*, in vita ipſius S. Vintoni Virdumenſis, agit mentionem de peregrinatione S. Michaelis in Normannia: viuebat autem Richardus, circa ann. 1020. [x] circa quod tempus, Rolandus Dolenſis Epiſcopus, apud S. Michaelem de Monte, ſepelitur, in porticu: vbi monachatum profeſſus erat. [y] Itemque, natalis *Beda*, Doctor, illic etiam nactus eſt ſepulturam, ann. 1536. [z]

t Glaber lib. 3. Hiſtor. cap. 3. Canalis ſup.
u Gemeticenſis lib. 5. cap. 4. Valſingham ſup.
x Vvaſſeburgius lib. 1. Antiq Galliæ Belgic. fol. 19. & 65.
y Canalis Tom. 4. ſup. Vide infra cap. 6.
z Brulius lib. 2. Antiq. Pariſienſ. pag. 676. & alio.

His addamus Chartam, præfati Richardi 2. Ducis Norman. qua confirmat donationes à patre ſuo Richardo 2. factas: cujus exemplar. ann. 1641. mihi datum, dum locum piè perluſtrarem, ſubſequitur.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis; Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Anteceſſorum noſtrorum inſtitutionibus ſancitum, decretumque eſt: quatenus ſi quis ſuarum facultatum quidpiam loco ſanctorum alicui, vitæ ſupernæ accenſus

amore, perenniter poſſidendum, tradere voluerit, ſolemne exindè idonearum perſonarum pluribus adſtipulationibus fulcitum, vt id inconuulſum permaneat, Teſtamentum faciat. Referentibus enim quamplurimis ſanctæ Dei Eccleſiæ Doctoribus, Diuinum eſſe receptum didici; vt illic noſtri recondantur theſauri, vbi omnis aberit furum formido, omniſque tinearum demolitio: eſſeque quoddam peccatorum purgatorium eleemoſynam, & quod Deus in largiendo munificos expoſcit, qui ſe præparat munificentiſſimum. Detur igitur Deo, non noſtrum, ſed ſuum. Quid enim nos aliud habere putamus, quàm hoc quod ab eo accepimus? Tribuatur frigidæ aquæ calix; vt æterna recipiatur merces. Tanti valere audiuimus, Regnum Dei, quantum habemus: Sufficit viduæ quadrans; profuit & Zacchæo bonorum dimidij diſtributio: Quæ denique ad id quod finitur, ad quod non finitur comparatio? Scilicet, pro terrenis cœleſtia, pro perituris mereri perpetua. Iis & alijs Diuinæ authoritatis incitatus hortamentis.

Ego Richardus, gratia Dei, Dux, & Princeps Normannorum, pœnas inferni cupiens effugere, & paradiſi gaudia deſiderans habere poſt mortem, loco S. Michaelis Archangeli ſito in Monte, qui dicitur, *Tumba*, fratribuſque ibidem Monaſticè Deo famulantibus, trado Abbatiam S. *Paterni*, ſitam in pago *Conſtantienſi*, cum terris cultis & incultis, cum Eccleſijs & molendinis, cum pratis, & ſyluis, ab Oriente via publica tendente *Conſtantias*; à Septemtrione riuulo, nomine *Venleio*: à meridie, fluuiolo, nomine *Tarn*; ab occaſu, mare Oceano, cum inſula, quæ dicitur *Calſſoio*. Do etiam villam, quæ dicitur *Chantelen*, cum Eccleſia & molendino, cum ſyluis & omnibus appenditijs. Terram quoque *Grombaldi*, quæ ſita eſt in *Briquevilla*, & in *Flamemvilla*, & in *Lengrona*, & medietatem *Erengervillæ*. Terram etiam *Durandi*, quæ eſt intra terminos villæ, quæ nuncupatur *Verlei*; & terram *Petri Monachi*, quæ eſt in *Batula Gerſoy*. *Columbam* iterum ſitam, in eodem ſupra nominato pago, cum Eccleſia & molendino, & cum ſyluis; Terram etiam *Bernardi*, patris Domini *Hildeberti* Abbatis, quæ eſt in territorio villæ, quæ nominatur *Rotolei*, cum molendino & pratis. Trado etiam donatione perpetua quandam villam ſitam in pago Bajocaſſino, nomine *Verſum*, cum omni terra, quæ ad eam pertinet, culta & inculta cum Eccleſijs & molendinis omnibus, & ſiluulis: medietatemque villæ *Mondrevillæ* quæ huic adjacet terræ.

Confirmo inſuper donationem matris meæ de *Britavilla*, quam ſuo dotalitio, loco ſuperius dicto obtulit, pro patris noſtri, ſuaque ſalute, ac mea, meorumque fratrum. Villulas quoque, quas Auus meus *Vvillelmus*, in pago *Abrincatino*, S. *Michaeli* tradidit; ſed *Robertus Comes* poſtea vi abſtulit reddo; quæ his vocitantur notionibus. *Maldrei Carcei*, *Marrinei*, *Curei*, *Forges*, *Solinei*, *Dummanei*, Macei, *Scallei*, *Peleton*, dimidium *Gomerei*, *Verguncei*, *Mannei*: *S. Ioannis* iterum villam, prope littus maris ſitam, cum Eccleſia & vineis; & molendino, & pratis; & villam in valle *Caſtelli Moretoin*, quæ dicitur *Maiſnilranger*, do: Teloniumque totius Abbatiæ, & de mercatoribus venientibus & pertranſeuntibus. Monaſterium etiam S. Petri, Apoſtolorum principis, ſitum in latere montis ipſius, tribuo, ea lege, vt Abbas, vel Monachi, ibidem pro mea, meorumque filiorum ſalute, clericos conſtituant, quos voluerint; ſi quem autem ex illis ſordidè, aut negligenter, res S. Eccleſiæ Dei, tractare perſpexerint, poteſtatem habebunt Diuinum Officium ei interdicendi, & niſi correxerit, eo depoſito, alium in illius locum ſubrogandi.

Omnes ad poſtremum conſuetudines ipſius villæ, tam ad me, quàm ad *Abricatenſem* Epiſcopum, pertinentes, ſicut ſanctæ memoriæ Pater meus *Richardus* Romani Papæ ...... conſtituit: perpetualiter poſſidendas tribuo, ea ratione, vt in omni ſucceſſura generatione Abbas, vel Monachi ipſius montis, omnes leges, omneſque forisfacturas Clericorum, ac Laicorum, virorum ac mulierum, ejuſdem Burgi, abſque calumnia cujuſquam ſucceſſorum noſtrorum, ſeu prædictæ ſedis Epiſcoporum, poſſideant: & quæque corrigenda fuerint, corrigant. Qui, ſi in aliquo rectitudinis tramite, quodquidem abſit, deuiauerint, curam-ve animarum incolarum loci neglexerint; jam dictæ ſedis Epiſcopus, ſiue Deum timentes vicini, in notitiam deferre curent principis, qui illis temporibus, Normannorum Dux fuerit, ad quem deinceps pertineat corrigere ea, conſilio Rothomagenſis Archiepiſcopi, cæterorumque optimatum Prouinciæ. Porro, de ordinatione Abbatum vel Monachorum, ſiue clericorum loci, hoc decernimus, vt iuxta quod à ſupradicto

dicto meo genitore ſancitum eſt, generali aſſenſu Romani Concilij, Monachi ſæpèfati Monaſterij ordinandos ſibi eligant, vt ſibi placuerit, à quolibet Epiſcopo ſuæ vicinitatis, aut in illius ſede, aut in ſuo monaſterio ordinari faciant.

Hæc autem omnia prænotata, Deo, ſanctoque Archangelo Michaeli, in eius prædicti Montis monaſterio, placuit tradere, pro meæ redemptione animæ, pro mei quoque patris, vel matris, & vxoris, filiorumque meorum, *Richardi*, & aliorum ſalute: quorum voluntate, conſenſuque id ago, ſub teſtimonio Chriſti, totiuſque Eccleſiæ, eo tenore, ea lege, vt abſque calumniatione omnium ſuccedentium, ſiue parentum, ſeu quorumcumque aliorum, præfatus locus, & habitantes in eo, habeat, teneat, poſſideat: Quòd ſi aliquis diabolicæ prauitatis telo jaculatus, qualicumque modo, his calumniationis vim inferre præſumpſerit; ipſe, conſentienteſque ſibi totius execrationis atque maledictionis, cum Iuda traditore, & Dathan & Abiron, perennibus perenniter irretiatur vinculis. Vt autem hujus donationis authoritas veriùs credatur, ac diligentiùs per omnia ſeruetur, firmiúſque futuris teneatur temporibus; manu propria ſubterfirmare curaui, fideliumque nomina meorum, quorum conſenſu, id egi, ſubſcribi imperaui. † Signum *Richardi*, 2. Comitis, filij magni *Richardi*, qui & *Verus* dicitur. † Signum *Richardi*, filij eius. † Signum *Roberti filij eius.* Ego *Mangiſius*, ſanctæ Abrincatenſis Eccleſiæ Epiſcopus hanc donationis cartulam manu propria, voluntariè confirmo. *Robertus*, Archiepiſcopus Rothomagenſis. *Hugo*, Epiſcopus Bajocenſis. *Robertus*, Epiſcopus Conſtantienſis. *Hugo*, Epiſcopus Ebroicenſis. *Herbertus* Epiſcopus Lexouienſis. *Niellus*, Vicecomes. *Turſten*, Vicecomes. *Aluerel*, Vicecomes. *Vvalterius*, Vicecomes. *Richardus*, Vicecomes. *Guimundus*, Vicecomes. *Hubertus*. *Osbernus*, frater Comitiſſæ. *Humfredus*, frater eius. *Bocelinus*. Normannus *Siluer*. *Bernardus*, filius eius. *Osbernus*, filius Arſaſt. Ranulphus, frater eius. *Hugo*, Clericus, & multi alij. Extat in notis ad Epiſtol. 9. B. Lanfranci Archiepiſcopi Cantuarienſ. vbi addit Dacherius. Sed verò eiſdem immunitatibus derogat in nonnullis pactio Abrincenſem Epiſcopum inter & Abbatem ac monachos Montis S. Michaelis, ann. 1236. facta.

De ſcuto & gladio S. Michaelis ibidem aſſeruato: Duces Normanniæ, Reges Angliæ, & Galliarum Monarchæ, deuotionis ergò, Montem hunc piè viſitant: Rex Ludouicus XI. ordinem Equeſtrem S. Michaëlis inſtituit: quiquidem S. Archangelus hunc montem ſemper eſt tutatus aduerſus Anglos, hæreticos, alioſque ſceptri Gallici inimicos: hinc iidem Galliæ Reges, in ipſam Abbatiam benefici.

CAPVT III.

I. MVLTA magnalia de S. Michaele Archangelo, in iſto Monte enarrantur; verumque dicunt, qui referunt à ſe viſum in Templo Archangelico ſcutum, ſeu, ancile D. Michaëlis; alij, ibi in ſuſpenſo ferrum quoddam, quod è ventre monſtri illorſum Diuinitus edomiti & occiſi, præciſum & repertum fuit. Neque mirum ſi ſcutum habuit, qui occurrens Duci Ioſue poſt tranſitum Iordanis ſtans, exertum gladium tenebat. [a] In hac igitur Eccleſia aſſeruantur gladius & ſcutum ipſum, humanis conflictibus neutiquam proprie, parua enim ſunt, & ex ære fabrefacta: ſcutum eſt figuræ oualis, quatuor paruis crucibus munitũ, gladius, pugionis ſpeciem præfert, exhibenturque pijs peregrinis, (quæ & ego illic vidi, manibuſque meis pertractaui) in memoriam quorumdam memorabilium facinorum S. Michaelis, dùm propinquaret

a *Nauens lib. 5. ſup. cap. 21.*
b *Cænalis, Tom. 1. & 4. in ea Abbatia ex Baldrico Dolenſi Archiepiſcopo. Feuardentius.*
Nauens, ſup. cap. 25.

gentem humanam, ac conſolaretur. Cuius facti relatio ſubſequitur.

II. Poſt Dedicationem huius Eccleſiæ celebratam; quamprimùm adfuerunt venerandi homines ex regione vltra Angliam ſita (quidam putant ex Hybernia) tuleruntque hæc arma & inſignia, publicè affirmarunt in ſua Prouincia, ſub Regno Elgæ principis, fuiſſe ingentem ac horrendum ſerpentem, pilis tanquam gladijs aſperum, veneno lethifero plenum: cuius vomitu & aflatu peſtifero, herbæ areſcebant, arbores vrebantur, animalia deficiebant, homines expirabant, patria ipſa deſerta manebat atque inhabitabilis. Sæpè recedebat ad nitidum & lucidum fontem, originem cuiuſdam fluuij: quem ita inficiebat, vt bruta animantia ac homines, abſque periculo mortis ſubitæ, ſumere non poſſent. Accolæ igitur illius fluuij, maximis preſſi anguſtijs, Dei opem ſollicitauerunt, & conſilio Epiſcopi, ſancti atque religioſi Paſtoris, tribus diebus jejunia & preces continuauerunt, non mediocres eleemoſynas erogantes: vt aduerſus draconem ita funeſtum, Deum haberent propitium. Tunc juſſi omnes arma capere, & hoc animal furioſum impetere: vt ad fugam adigerent, aut perimerent, quoquo modo poſſent. Conuenerunt ergo omnes, bono mane, & ad pugnam ſeſe accingebant: Diuino magis ſubſidio confidentes, quàm armis ſuis ac viribus humanis. Eccleſiaſtici præcedebant geſtantes crucem, luminaria, Reliquias, necnon orationes affectuoſas effundentes: ſequebantur laici armatis haſtis & pilis, nihilominus perterriti furore ſerpentis illius diabolici, eòque magis, quòd nanciſcerentur regionem, quam peragrare ſolebat, omninò aridam & aduſtam.

III. Cùm ad antrum ipſius acceſſiſſent, horrendam & ingentem belluam humi proſtratam aduerterunt: & rati eam ſomno ſepultam eſſe, proprijs viribus diffidentes, illam appetere vix audebant, Diuina tamen ope nixi, ſagittas innumeras ejaculantur, & terrificos clamores, atque vlulatus excitant. Immobilis ſtetit ſerpens, ad quem accedunt: frigidumque animal ac mortuum in mille fruſta diſſecant. Tali morte attoniti, intra eius pedes aduertunt paruulum ſcutum, & gladium, quem ferebant: & cùm ſibi non poſſent perſuadere, quis tam potentem aduerſarium proſtraſſet armis ita imbecillibus, & ad tantum effectum improprijs: immortales Deo gratias egerunt ob relatam victoriam, rogaueruntque feruenter, vt huius operis authorem reuelaret, cui debitum honorem deferre quàm maximè cupiebant. S. Epiſcopo, inter cæteros, humi proſtrato, lachrymis perfuſo, atque orationi, toto corde & animo, dedito S. Michael apparuit, & hæc dixit. Ego ſum Michaël Archangelus, ſemper Deo proximus ad tutelam & defenſionem mortalium: ſcias me belluam hanc occidiſſe, quam nimis imbecilles proſternere, nunquam valuiſſent. Hæc arma (nempe ſcutum & gladius) mea ſunt: non quòd illis ad hunc effectum, egeam, ſed ea attuli, & illic reliqui, vt homines armis illis terreſtribus & viſibilibus, apprehendant vim & potentiam ſpiritualem ac inuiſibilem, quam à Deo accepi, vt eos protegerem ab hoſtibus viſibilibus, & inuiſibilibus, Deum ergò laudate; qui miniſterio noſtro viſibili, vos ab aduerſario viſibili liberauit. Et tu Epiſcope, hæc inſignia committe fidelibus nuntijs deferenda ad montem tranſmarinum, noſtræ memoriæ dicatum: vt illius habitatores conſolationis veſtræ fiant participes.

IV. Epiſcopus itaque fideliter retulit populo Archangeli reſponſum & mandatum mittendi tranſmare paruula armorum inſignia; elegit quatuor viros territorij, ætatis prouectæ, præcepitque ne officio deeſſent, & quid præſtare deberent, illis expoſuit. Cùm mare trajeciſſent, & in continentem deſcendiſſent, ad Garganum Italiæ montem ſeſe conferebant: ignari eorum, quæ nouiſſimè in Normania contigerant. Itineri ſe dederunt, at fruſtra laborabant: matutino enim tempore, eodem erant in loco, ex quo die præcedenti migrauerunt. Stupefacti ad inuicem dicebant, quid eſt hoc? Quare fruſtra laborem ſuſcipimus? plures dies inſumpſimus ad montem Garganum S. Michaëlis euntes, nec promoti ſumus. Epiſcopus noſter pro certo mandauit, vt iremus ad Montem S. Michaëlis: nec determinauit id quod determinamus. Pertranſiuimus Montem, qui nunc vocatur S. Michaëlis Mons; is fortaſſis erit, ad quem hæc inſignia debemus perferre. Rogemus conſilium illius, qui liberauit Legionem noſtram, horrendo ſerpente: & ſpes eſt, eum nobis inſinuaturum, id quod facere expedit. Poſt preces ſumma pietate effuſas, obdormiuerunt, & circa mediam noctem, ipſis apparuit

magna

magna lux, ex qua procedebant hæ voces; Debetis pergere ad Montem S. Michaëlis, qui vocatur *Mons de Tomba*, is locus nobis nuperrimè eſt dedicatus. Quamuis ordinaria noſtra habitatio ſit in cœlis: nihilominus ſæpè in terris viſitamus loca, quæ Creator præcipit, & adſumus illis, qui opem noſtram expoſcunt. Hic locus Deo gratus eſt, & à nobis frequentatus: nam nomen eius eſt inſcriptum, inuocabitur, glorificabiturque officijs ipſi gratiſſimis. Et ecce lumen diſparuit: voxque loquentis ceſſauit. Nuntij, ob hæc monita, admodùm læti, ad montem de *Tomba* reuerſi ſunt: ad quem cùm paucis diebus perueniſſent, ſcutum & gladium deponentes, quæcumque contigerant, enarrauerunt, & jurejurando omnia vera eſſe confirmauerunt. Inſignia ergò ſumma cum reuerentia, aſſeruantur; & nunc peregrinis exhibentur, in memoriam S. Archangeli: qui veterem ſerpentem, & inuiſibilem Draconem, expugnauit, vti deſcribit fideliter S. Ioannes Apoſtolus, in ſua Apocalypſi. c — c *ibid.*

V. Propter eandem huius Montis celebritatem, anno circiter 1096. cùm inter tres filios Guillelmi Nothi, Ducis Normaniæ, Angliæque Regis; Guillelmum Rufum, tunc Angliæ Regem; Robertum Normanniæ Ducem; & Henricum, natu minimum, diſcordia exorta eſſet: Henricus ne ſibi deeſſet, primò Montem eum occupat, locumque firmat: ex quo prædationes & incurſiones in Normaniam multas facit. Quare fratres ambo irritati Montem obſident; intereaque in littore, ac ſabulo, multæ fiunt dimicationes, ita vt aliquando Rex ipſe Guillelmus Rufus, magnum in periculum inciderit. Ex equo enim dejectus fuit, moxque eius accepta ſella, tamdiu ſe defendit donec ſui ſuperuenientes opem illi afferrent neceſſariam. Nolebat enim ſibi obijci, quòd bello equi ſui ſellam amiſiſſet. Petenti autem Henrico inducias vnius diei, & potum (laborabat enim aquæ penuria) Dux Robertus, eius frater, miſit illi vas vini; intereaque obſeſſi de aquis ſibi prouidere. Et Rex ægrè, id ferret, Robertus egregiè illi reſpondens, ait: neminem fratri ſuo cibum, potumque, cùm ipſemet peteret, denegare debere. Cauſa autem diſcordiæ fuerat, quòd Henricus à fratre Roberto illuderetur, pecunijs, quas ei mutuò dederat, non redditis, & pignore per eum retento: ſed res tandem ope Diuina, & Angeli pacis tranſacta fuit ea lege, vt Henricus Conſtantinum retineret, dùm illi Robertus ſuas perſolueret pecunias. Cauſa Henrici contra duos fratres cùm eſſet æquiſſima, Deus tutatus eſt illum, in Monte S. Michaëlis primùm; & deindè illum euexit, ad Regnum Angliæ, Guillelmo Rufo in venatione ſagitta confoſſo, ann. 1100. Crediderim Henricum illum 1. Angliæ Regem, memorem patrocinij in Monte ſuſcepti, cultum S. Archangeli in Anglia majorem feciſſe: & fortaſſe ab eo tempore in moneta, Angelotos cuſos. d

VI. *Anno 1100. menſe Septembri, Robertus 2. Dux venit in Normanniam, & à ſuis ſuſceptus, cum Sybilla conjuge ſua, Montem S. Michaëlis Archangeli, de periculo maris adijt; ibi pro reditu ſuo ſaluo, de longinqua peregrinatione, Deo gratias egit.* e

„ *In feſtiuitate* S. Michaëlis, venit Conanus, Comes Redonenſis, & ſui Britanni cum eo, ad Abrincas, & reddidit Regi vrbem Nannetis, cum toto Comitatu, valente, vt fertur 40. mil. ſolid. Andegauenſ. monetæ, indè venit Rex ad Montem S. Michaëlis, & audita miſſa ad maius altare, conceſſit Eccleſias Pontis-Vrſonis, S. Michaëli, & Abbati, & Monachis, eiuſdem loci; præſente Roberto Abbate, & Rainulfo Priore, & pluribus aliis. Ipſa die perrexit ad Pontem-Vrſonis, & diuiſit ibi miniſtris ſuis, & ordinauit quomodo caſtrum illud reædificarent. Inde deſcendens cum manu armata, perrexit ad recipiendam vrbem Nannetis: qua accepta & diſpoſita ad libitum, paucis interpoſitis diebus, cum innumerabili exercitu, tertia feria obſedit caſtrum Toarcij, & ſequenti feria eiuſdem ſeptimanæ cœpit. Poſt aliquantum temporis, perrexit obuiam Ludouico, Regi Francorum, venienti gratia orationis, ad Montem S. Michaëlis in periculo maris: quem ex quo intrauit in Ducatum Normaniæ, deduxit, & ſuis impenſis decentiſſimè procurauit. In feſtiuitate verò B. Clementis, die Dominica, venerunt vterque Rex ad Montem B. Michaëlis Archangeli; & cum magno tripudio, tam cleri, quàm populi, itum eſt Regi Francorum obuiam. In ipſa autem proceſſione, excepto Conuentu Monachorum, & clericorum, & plebe innumera, fuerunt duo ſummi Pontifices, vnus Archiepiſcopus, & alter, Epiſcopus, & quinque Abbates. Audita miſſa redierunt Abrincas; dedu-

d *Neuſtr. cap. 18. ſup. & lib. 4. cap. 3. ann. 1096. ex Marcino Meſgeſſero. In Hiſtoria Norman. & Cornali. ſup. ann. 1094.*

e *Ordericus lib. 10. ad ann. 1100.*

„ cente illum Rege & immuneris Regijs muneribus, tam illum, quàm ſuos, vſque
„ ad finem ſui Ducatus proſequente. f Idem Rex Angliæ Henricus II. ann. 1167.
„ ad dictum Montem S. Michaëlis, orationis cauſa veniens, apud *Geneſtum* illa
„ nocte, eſt hoſpitatus: & illic Rex Scotiæ quoque ad eum venit. g Tanta erat tem-
„ poris pietas ac concordia.

f *Chronica Norman. Latina ad ann. 1157. Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum. ann. 1158. Nanens ſup. cap. 27.*
g *Eadem Chronica. ann. 1165. Robertus ſup. ann. 1167. & Nanens ſup.*

Non ſolùm autem Ludouicus VII. Rex Chriſtianiſſimus: ſed & S. Ludouicus IX.
Rex, idem adijt Monaſterium, viſitauit, ſuaque præſentia honorauit. *ann.* 1243. VII.
(dicendum eſt 1263.) *Ludouicus Rex, caſtra ſua Normanniæ viſitat: & vſque ad montem S. Michaëlis peruenit.* Inquit chronica Normaniæ: h quæ eadem refert de Philippo III. Audace, præfati S. Regis filio ac ſucceſſore in Regno, ad ann. 1259. loco 1275. *in Septembri, cauſa peregrinationis montem S. Michaëlis, in periculo maris, viſitauit; & cùm magno apparatu, vbi tranſijt, à ciuitatibus & caſtellis Normanniæ receptus eſt.* i Carolus VI. Rex etiam ad S. Michaëlem, deuotionis gratia profectus eſt: k itemque Ludouicus Rex XI. verſus ann. 1470: l qui præcedenti ann. die 1. Auguſti ordinem Equeſtrem, in honorem S. Michaëlis, tamquam protectoris Francorum contra Anglos, inſtituerat, durante longo & difficili contra illos bello; & cuius ſuaſu, & ope Ioanna puella, tam neceſſariam ac opportunam rebus Francorum operam tam fœliciter: tum etiam, quod ſingulariter montem illum ſacrum, in quo ipſe D. Archangelus apparuit, ac coli ſpecialiter voluit, nunquam permiſiſſet, in Anglorum manus & ſpolia venire: Tum denique, quòd eius prædeceſſores omni æuo, ſingularem habuiſſent deuotionem erga iſtum S. Archangelum, tanquam Regni patronum: quòdque olim ſolerent Reges in feſto D. Michaëlis, quod etiamnum obſeruatur, omnibus apertam aulam, ſeu curiam tenere. m

h *Eadem Chronica ann. 1243. al. 1263.*
i *Eadem ann. 1259. al. 1275.*
k *Iuuenalis de Vrſinis, in Hiſtor. Caroli VI. ad ann. 1391.*
l *Chronica ſcandaloſa. Monſtreletus volumin. 3. Hiſtor. fol. 164. Nanens cap. 20. ſup.*

Nec immeritò! fuit namque locus ille à Regibus, & principibus Gallis, ſemper VIII
honoratiſſimus: & ope Angelica contra hoſtiles incurſus cuſtoditus. Quam ad rem memorabile eſt, quod, ān. 1423. licet ab Anglis, qui tūc proſpero vēto bonā Frāciæ partem obtinebant acriter inſtructis in circuitu turriculis, oppugnatus fuerit, ita vt obſeſſi ad magnam rerum penuriam redacti eſſent: protegente tamen eos Angelica in primis cuſtodia liberati fuerunt, ſuccurēte eis generoſo Domino *de Beaufort*, Admirali Britanniæ, qui cū claſſe Maclouiopoli inſtructa; Anglos aggrediens, fortiter naues eorum partim in mare depreſſit, partim in fugam compulit: obſeſſis omnibus neceſſarijs cumulauit, & ita animauit, vt vltrò obſeſſi obſidentes inuadentes eos depulerint, & in libertatem priſtinam ſe reſtituerint. Cùmque Angli apud Ardenonem extructa arce, ſeu propugnaculo, frequentibus excurſionibus præſidiarios loci diuexarent, Ioannes *de la Haye*, Baro de *Coulances*, ad diem deſignatum aduenìens, iunctis ijs, qui in monte aderant, non ſine Angelico ſubſidio, ducentos ex Anglis in ſabulo, interfecit, capto nobili equite Anglo, Nicolao *Bourdet.* n Quemadmodū igitur Angli ſub Carolo VII. Rege Francor. mōtem iſtum, quacunque vi capere non potuerunt longa obſidione, & machinis admotis: ita nec noſtra memoria Huguenotti hæretici, & ſi multas & magnas vrbes quandoque in poteſtatem dolo, vel armis, interceperint, hanc tamen Tumbam, ſeu montem Archangelicum, S. non permittente Michaële, quanquam in id omnem conatum effuderint circa ann. 1562. occupare potuerunt. o

m *Gaguinus: Cominæus. Æmilius. Gillius. Belforeſtus. Tillius. P. Mathæus. Hallianus, &c. in Ludouic. XI. Reg. Nanens. cap. 20. ſup. Sauſſayus, in Martyrologio Gallicano ad 16. Octob. Gallia Chriſtiana, in ea Abbat. Caſſaneus 1. part. Catalog. gloriæ mundi. Conſideration. 38. Concluſ. 49. & part. 3. Conſideration. 14. & part. 9. Conſideration 10.*
n *Hallianus, Belforeſtus, &c. in Carolo VII. Nanens, cap. 17. ſup.*
o *Nanens. cap. 21. ſup.*

Propterea, Reges Franciæ huic Abbatiæ dona ampliſſima largiti ſunt: multiſque IX.
eam diuitijs poſtea locupletarunt. p Sanè Guidò *de Toarcio*, Britanniæ Dux, montem hunc capiens, Anglos ex eo depulit, ann. 1203: locumque expilauit & incendit: at pius & Auguſtus Rex noſter, Philippus II. Adeotatus, illum reſtaurauit & dicauit. q Sanè Gaufredus, filiuſque eius Alanus, Duces Brittonum, hunc locum, & Abbatiam, mire excoluerant: & iam ab ann. 1030 multa illi contulerant. r Vidit inſuper & experta eſt Gallia inſignem aduerſus Anglorum impetus, Dei virtutem. Qui cùm ann. 1434. aduerſus montem S. Michaëlis ſuas vires explicarent, ſua ſpe fruſtrati Angli, re infecta, retrò abire compulſi ſunt, cæſis viginti armatoribus millibus; cùm nullus ex noſtris, vel tenuiſſimum vulnus accepiſſet. Huius itaque tam inſignis gratiæ cœlitùs datæ, ne vllis retrò ſæculis, memoria deperiret, perpetuo edicto ſancitum eſt, vt annuo die reuertente (qui ſcilicet, B. Autberti ſolemnitatem præcurrit) publicæ orationes à clero, & populo celebrentur. ſ Franciſcus 1. Galliæ Rex, ſemel & iterum venit ad montem S. Michaëlis; cuius ſacram ædem inſigni deuotione ac pietate inuiſit ac viſitauit, nimirum ann. 1514. & 1532. t

p *Theuetus. Tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 10. Nanens. cap. 16. ſup.*
q *Belforeſtus. lib. 3. Annal. Franc. cap. 73*
r *Apud Argentræū. lib. 3. cap. 89. Hiſtor. Britanniæ.*
ſ *Canalis. Tom. 4. Hierarchiæ Neuſtriæ, in Abbate Roberto Lepido. Montis S. Michael.*
t *Idem in Abbatib.*

Index copioſus omnium Archimandritarum huiuſce inclitæ Abbatiæ: quorum præclara facta etiam recenſentur.

CAPVT IV.

I. NON parua imminet difficultas: quis huiuſce Montis protocœnobiarcha extiterit: quidam enim volunt **S. Richardum** fuiſſe iſtius Aſceterij primarium Archimandritam, circa ann. 800. Deindè *Smaragdum*, Abbatem 2. reponunt: [a] quos omnes hallucinari ex ſequentibus liquebit: niſi forſitam ex cœnobio S. Michaëlis, cuius erant alumni, aſſumpti fuerint Abbates ad regenda alia, eiuſdem ordinis Benedictini Monaſteria.

a Riocha, lib. 3. compend. temp. part. 3. cap. 1. in ſacris Doctorib. Thritheminus lib. 2. viror. Illuſtr. ord. S. Benedicti. cap. 83.

1. Maynardus, Abbas primarius.

Conſtat hunc 1. loco præfuiſſe Monaſterio: ex Abbate 25. *Fontanellenſi*: cuius
II. Antiqua MSS. Monimenta hæc teſtantur. *Maynardus, Monachus S. Petri Gandauorum, & Abbas Fontanellæ, poſtea primus Abbas S. Michaelis de monte Tumba.* [b] Quibus adſtipulantur codex. MS. vetus Montis S. Michaelis: cæterique ſcriptores: [c] quoquidem accidit ſub Hugone Rothomagenſi Metropolitano; de quo ſic proloquitur Epiſcopus Arboretanus. *Iſte Hugo, Monaſticæ profeſſionis inſtitutor, apud D. Michaëlem, Mainardum, proximum Abbatem, inſtituit., extractum de Monaſterio Fontanellæ: adiutore, Radulfo, Bajocenſi Comite fratre vterino, ann. videlicet, 965.* [d] Copioſius autem id aliàs proſequitur; vbi de hac ipſa agit Abbatia; priùs tamen enarrata morte, Guillelmi 1. à *Longa-Spatha*, Normanniæ Ducis. „*Cui mox* ſuccedit Richardus; „qui animum in rem religionis conuerſo, ceſſantes à rebus Diuinis clericos, à „Templo D. Michaelis explodit. Moxque conſilium Hugonis, Rothomagenſis „Archiepiſcopi ſecutus, Rodulphique Bajocenſis Comitis, vterini fratris ſuf„fragio adiutus, vndecumque congregatos Monachos, Templo D. Michaelis „immiſit; fultus deſuper Ioannis, Romani Pontificis Authoritate, nutuque ac „conſenſu Lotharij Francorum Regis, quantum ſatis erat, ſubnixus: eò loci „Abbatem inſtituit *Maynardum*, virum religionis commendatione inſignem, qui „ex Monaſterio *Fontanellæ*, quod nunc S. Vvandregiſilli vocant, iſtùc demigrauerat, aſſumpto ſecum *Maynardo*, nepote, aliiſque Monachis nonnullis. Richardus itaque beneficia quæ pridem Rollo huic Templo contulerat, prediorum adjectione, vehementer auxit. Ann. itaque Domini 942. Monaſtica viuendi regula apud ædem D. Michaelis, fauſtis (quod dicitur) auibus initium ſumpſit: „Maynardo, vt dictum eſt, Abbate, his qui prius Canonicam vitam profitebantur, ea conditione admiſſis, vt niſi vellent Religionis habitum ſumere, loco cederent. Quibus potius viſum eſt, cedere loco, duobus ex toto numero demptis, „Durando, ſcilicet & Bernero: è quibus vnus Durandus, in fide & religione permanſit; Bernerus verò, verſo velo locum ſeparatim requirens, vix obtinuit. „Richardus itaque cœnobium iſtud mœnibus circumdedit, tabulis, calicibus, „crucibus, ſuppellectili, ac prædiis, quantum ſatis eſſe poterat, cœnobitas aluit, „fouit, ditauit. Curauit demùm, cœnobium, cœnobijque cultores, Pontificia ac „Regia tutela muniri: idque circiter annum Domini 965. Probator huius inſtituti, Ioannes, huius appellationis decimus tertius, qui imperante Othone, Lothario verò Francorum gubernacula tenente, ann. ſex, menſes vndecim, vrbis & „orbis præſulatum tenuit. [e]

b Tabula MSS. Abbat. Fontinellēſ.
c Codex vetus MS. Mõtis S. Michaëlis. Codex MS. Thuanus. Cœnalis.
Gallia Chriſtiana, &c. in ea Abbatia.
d Cœnalis. Tom. 3. Hierarchiæ Nuſtriæ. In Hugone 2. Archiepiſcopo 42. Rothomag.
e Idem. Tom. 4. in hac Abbatia S. Michaël.

Diplomatis exemplar ſequitur.

Nouerit cunctorum notitia fidelium, quòd ego Ioannes, conditoris clementia, ſanctæ ſedis Romanæ indignus Papa, glorioſi Francorum Regis Lotharij, necnon

Digitized by Google

& ſanctæ Rothomagenſis Eccleſiæ Archipræſulis, Hugonis, Richardique Normannorum Marchiſi, ſubmiſſo pulſatus rogatu, pro monte S. Michaelis, videlicet, in maris pelago ſito, quem ipſi, acti amore ſuperni Regis, in melius reſtaurauerant, monachorum ibi aggregantes normam, præceptoque Regali firmauerant, quod & ipſe facere non differrem, humiliter rogauerunt. Quorum aſſentiens benignè petitioni, adſtruo & corroboro: quo fine tenus, in eo quo nunc pollet permaneat monachali ordine, ipſique monachi, de ſuis ſibi eligant paſtorem. Si quis autem fuerit molitus contraire, &c. [f] Rexit igitur monaſterium ann. 25. obijtque anno Chriſti 991. [h]

f Ibid.
h Dacherius, in Catalog. Abbat. S. Michael de Tumba.

2. *Maynardus, 2.*

Præfati nepos, ac Fontinellenſis monachus, qui auunculum ſecutus ad mon- III.
tem S. Michaelis, & illic ſub eo, Prior factus, illi tandem ſucceſſit ann. 991. cœnobiarchiamque tenuit, vſque ad ann. 1009. quo ſenio confectus deceſſit è vita, tempore Richardi 2. Ducis Norman. à quo precariò obtinuerat, vt ſequens deligeretur in Abbatem. [i] obijt ann. 1009. Iulij 5. juxta deceſſorem ſepultus. Sub eo, Norgandus Abrincenſis Epiſcopus: factus eſt monachus. Sollicitudine ſua Maynardus auxit non mediocriter bona Abbatiæ.

i Tabulæ MSS. Fontinellenſ. & Montis S. Michael: Codex MS. Thomæ Canalis. Gallia Chriſtiana, ſup.

3. *Hildebertus, ann. 1009.*

Cùm autem, (vt ſuperius vidimus, cap. 2. §. 8.) Monaſterium incendio penitùs conſumptum fuiſſet, præfatus Dux Richardus, & Abbas Hildebertus, curarunt ann. 1023. vt Eccleſia Abbatialis, ea, qua nunc eſt ſtructura reædificaretur, & ampliaretur. Tum ipſe, cum eo, qui ſubſequitur, nepote, cognomine Hildeberto, ſepulti jacent in hortulo juxta præsbyterium Eccleſiæ ipſius S. Michaelis. [k] Obijt ann. 1017. Ianuar. 7.

4. *Hildebertus, 2.*

Prioris nepos, ann. 1017. moritur, ann. 1023. 3. Septemb.

k Codex MSS. Abbatiæ S. Michaelis, fol. 68. Codex MSS. Thomæ. Canalis; Penardentius. Gallia Chriſtiana; Neuſtria cap. 22. ſup. Charroneus cap. 124. & 126. Hiſtor. Gall. Vniverſal.

5. *Almodus.*

Ann. 1023. patria Cœnomanenſis, Richardo Duci prius carus, deindè infenſus, receſſit, ac poſtea, ann. 1031. factus Abbas S. Vigoris Ceriſiacenſ. moritur ann. 1031.

6. *Theodoricus.*

Eodem anno ſuffectus eſt ex Gemmeticenſi, fit Abbas S. Michaelis, pacificè vixit, ac paulò poſt 17. Maij deceſſit, ann. 1033. cujus corpus Gemeticum tranſlatum.

l Codices MS. ſup. Canalis. Gallia Chriſtiana.

7. *B. Suppo. [l] ann. 1033. Theodorici frater.*

Iam toties notauimus B. Guillelmum Diuionenſem, fuiſſe à Richardo, præfa- IV.
to Duce, euocatum, ann. 1000. vt compluribus Neuſtriæ Monaſterijs collapſam diſciplinam reſtitueret; Fiſcanni, Gemmetici, S. Audoeni, Montis S. Michaelis, &c. „Quo in loco, poſt mortem patris prædicti, ſupradictus Ioannes Abbas, conſtituit patrem, quemdam monachum prænominati patris Vvillelmi: (vocatus eſt autem idem frater Sulpo, Romanorum patria excitus, & jam dicti magiſtri inſtitutione, in omni ſanctitate educatus) qui poſtmodum quibuſdam contrarietatibus exortis, relicto ipſo loco. Fructuarienſem Abbatiam annis pluribus rexit. [m] Ex quo patet hunc Dei Seruum, Supponem, inſtitutum fuiſſe Abbatem S. Michaelis de Monte, poſt ann. 1030. (quo in cœlum migrauit D. Guillelmus Diuionenſis, Fiſcannenſis Abbas) à præfato Ioanne Abbate, ſiue Fiſcannenſi, ſiue aliundè: Deindè, eumdem B. Supponem, haud Fructuarienſem rexiſſe Abbatiam, niſi priùs abdicata S. Michaelis de Monte cœnobiarchia: quarè rejectis ijs, quæ in *Canali* leguntur, vt confictis, ac minùs veris: alio calamum vertimus

m Cap. 9. Chronici MS. Benigniani. Apud Reuerium, lib. 2. de Geſtis Guillelmi Abbatis 32. Rotomagenſ.

&

& animum. Dicimuſque ipſum, virum Dei, B. Supponem, iſtius cœnobij Archimandritam renuntiatū eſſe ann. 1033. (cùm antea jam electus 1023. recuſaſſet) cui præfuit ann. 15. quoquidem tempore multa & ea certè prætioſa ſupellectile, hanc ædem ſacram inſtruxit. Dedit enim, præter crucifixi imaginem, formas Angelicas duas argenteas; ampliſſimumque calicem vtrinque anſatum, cum canali argenteo, quo videlicet hauriebatur prætioſus Chriſti Sanguis; cui hi verſus inſcripti leguntur. Canalis, ſiue Cannæ inſcriptio ſic habet.

Hic Domini Sanguis nobis ſit vita perennis.

Patenæ inſcriptio.

Ecce quater ſeni ſeniores Sanguine Clari;
Agno purpureo Citharizant pectore puro:
Vicit enim mortem, ſoluens ſignacula ſeptem.

Pedis ſcriptura.

Vox Euangelici bis bino flumine verbi;
Irrigat in quadrum ſacro potamine mundum.
Princeps cœligenum, Supponis hoc excipe votum;
Condere Lambertum Calicem jubet arte peritum,
Cœtibus Angelicis ſtatuit, quem Suppo fidelis.
Hinc maledictus homo, quiſquis ſubtraxeris eſto.

Pendet autem Calix iſte marcas duas & triginta cum ſemiſſe: Patena verò marcas nouem vncias quatuor. Cæterum phialæ pendent marcas quatuor, & vncias tres. [n] Reuerſus autem in Abbatiam ſuam S. Benigni in Lombardia ann. 1048. ibi moritur, ann. 1061. [n Canalis.]

8. Radulphus. [o]

[o Codices MS. Montis S. Michael, & Thuanus. Canalis. Gallia Chriſtiana.]

V. Monachus extitit Fiſcanenſis, frater Rogerij Bellimontenſis; qui monachorum choro apud montem S. Michaelis ſuper ædificauit columnas 4. ſolida teſtudine deſuper arcuatas, ann. 1048. Itemque tunc confecti ſunt arcus magnæ turris Abbatialis. [p] Quo tempore, Hugo, Abrincenſis Epiſcopus, reddit Decimam, (quam ab Abbate B. Suppone, dono acceperat) mediæ inſulæ, quæ appellatur, *Greneſay* ipſi S. Michaelis Monaſterio. [q] Tumque Malgerius, Rothomagenſis Metropolitanus, & idem Hugo, Abrincenſis Epiſcopus, præſentes adfuerunt in donatione *Perellæ*, huic Abbatiæ facta. [r] Datur etiam eodem tempore, eidem Abbatiæ, terra de S. Columba; teſtibus Maurilio, Archiepiſcopo Rothomagenſi, Gaufrido Cōſtantienſi, Odone Bajocenſi, & Hugone Abrincenſi, Epiſcopis, ann. 1054. [ſ] Dicitur; apud *Cenalem*, hîc *Radulphus*, cuſtos ac Rector Monaſterij Bernaicenſis, quod Iudith, pia Heroina, Richardi 2. Ducis Normanniæ vxor, à fundamentis erexerat. [t] Sanè, cùm ille Dux obierit, ann. 1026. & in ſua charta, pro hujuſmodi Aſceterij extructione, decreuerit illic Guillelmum, primarium Abbatem præficiendum, pro vt factum eſt: fateri, neceſſe eſt, ipſum Radulphum, tali officio functum fuiſſe ante illud tempus: ac poſtea, circa ann. 1048. Abbatiæ Montis S. Michaelis regimen aſſumpſiſſe. Exindè verò, Hieroſolymam profectus ann. 1054. ſancta inuiſit Redemptionis noſtræ loca; dúmque reditum pararet ann. 1060. in cœlum migrauit. [u] ann. 1058. [x] 19. Iulij.

[p Canalis. Feuardentius Nepveus.]
[q Codex MS. S. Michael. fol. 87.]
[r Ibid. fol. 27.]
[ſ Ibid. fol. 61.]
[t Canalis ſup.]
[u Idem.]
[x Dacherius ſup.]

9. Fulco.

Interfuit coronationi Philippi I. Regis Franciæ, ann. 1059. [y] ex quo patet, haud vacaſſe Abbatiam 2. annis: & ſuffectum fuiſſe, ann. 1060. Ranulphum.

[y Belleforeſtus lib. 3. Annal. Franc. cap. 10.]

Digitized by Google

10. *Ranulphus, ceu Radulphus 2.*

Hic à puero, monachus eò loci fuerat; & Radulpho Archimandrita absente, VI.
cœnobium rexerat, qui tandem Abbas factus est: ann. 1060. z Qui protinus Templi sui nauim, quam Basilicam meritò appellaueris, sua industria ædificat; subterraneum specum, rupe incisa, in monachorum sepulturam parat, maceria claustrum circumdat: & ornatissima supellectile argentea ac deaurata, altare exornat, decora admodùm tabula illi super imposita. aa Huic Abbati, fit donatio terræ de *Poterel*, ann. 1066. præsentibus, Roberto Sagiensi, & Ioanne Abrincensi, Episcopis. bb Idemque Abbas accepit decimas de *Luoth*, donum confirmante Michaele Abrincensi Episcopo: ann. 1066. cc dicendum est, ann. 1069. ex inuersione litterarum numericarum. Porrò, idem Abbas, ann. 1066. Guillelmo Notho, Normanniæ Duci, Regnum Anglorum occupaturo, in traijciendo mari auxiliaris adstitit. Naues enim sex onustas misit illi; & in his nonnullos ex suis cœnobitis, Priorem scilicet, Thesautarium, & Cantorem, aliumque nomine Serlonem, egregiè nobilem; Abbates præterea duos, Leicestrensem scilicet, & Guillelmum de *Agoni*, Abbatem Cerueliensen. dd Hinc ann. 1067. Idem Dux, ac Rex nouus, S. Iacobi ædem, ad *Beuronem* fluuium, in confinio Normaniæ (Prioratum ord. S. Benedicti, Floriacensi cœnobio subditum) nec modicis, nec paucis dotauit prouentibus, qui tamen ad eum minimè pertinebant, pro quibus, ipsi Radulpho Abbati, & Monachis de Monte S. Michaelis, commutationem & cambium dedit: vti legere est in suo dato diplomate. ee Moritur tandem Ranulphus, ann. 1083. ff seu 1084. gg Decemb. 19. & in porticu Ecclesiæ Abbatialis sepelitur.

z Cenalis. Codex Thuanus Gallia Christiana.
aa Cenalis. Fenardentius Nantus.
bb Codex Abbat. S. Michael, fol. 77.
cc Idem fol. 80.
dd Cenalis sup.
ee Idem Tom. 2. sup. in Episcopo 14. Ioanne Abrincens.
ff Cenalis Tom. 4. sup. in Abbatib.
gg Dacherius sup.
hh Codex Thuanus Gallia Christiana.

11. *Rogerius.* hh

Cadomensis erat, & præfato Regi Guillelmo, à seretis, facellanum vocant: cœnobiarchiam obtinuit circiter ann. Domini 1083. ii Ergo non potuit interesse VII.
Concilio Prouinciali Rothomagensi, ann. 1081. (vti perperam scribunt. kk) Sed prædecessor eius Radulphus. Adfuit verò Rogerius, exequijs ejusdem dicti Regis, ann. 1087. apud Cadomum sepulti, in Ecclesia Abbatiali S. Stephani Protomartyris. ll Porrò, Robertus, Dux Normanniæ, ann. 1088. dat ipsi Rogerio Abbati, locum Rothomagi, ad domum ædificandam. mm Ann. 1103. nocte S. Michaeli sacra, lux ad figuram columnæ igneæ, Ecclesiæ B. Michaelis supernè imminens, apparuit: sed anno sequenti, testudo Basilicæ ejusdem, quam Rogerius ipse Abbas ædificauerat, lapidibus & cœmento contexto, sabatho Paschæ corruit, & cubiculorum, seu dormitorij partem, secum in ruinam traxit, vnà cum lectis & cubiculis, statim peracto matutinali officio. Sed ô rem miratu dignissimam, & quæ maximè Dei gratiam commendat! omnes euaserunt illæsi, non sine D. Michaelis fauore & patrocinio. Demùm, ann. 1106. Rogerius Abbas, Cadomi degens, cessit regimini Ecclesiæ S. Michaelis, factus Abbas Cerueliensis in Anglia. nn In Angliam relegatus ibidem moritur, ann. 1112. oo 18. Octob. propter lites cum monachis suis.

ii Cenalis.
kk Dadraus, & Gallia Christiana, in Archiepiscopis Rothomag.
ll Ordericus lib. 7. Histor. Ecclesi. ad ann. 1087.
mm Codex, Abbat. S. Michael. fol. 77.
nn Cenalis.
oo Dacherius.

12. *Rogerius 2.* pp *ann. 1106.*

Monachus ac prior fuit Gemeticensis; vir industrius, Regi Anglo, Henrico, VIII
gratissimus: & ea ratione, rebus ad alendum ornandumque cœnobium abundè locupletatus, circumspectus nihilominus ac religiosus. qq Cui, quicquid illi Abbatiæ per vim abstulerat, reddidit Thomas de S. Ioanne. rr Grauem, siquando aliàs, calamitatem accepit, ann. 1112. 7. Calend. Maij, quæ tum erat Paschalis solemnitatis feria sexta. Quibus, die & anno, ictu fulminis, ædes tota incensa est, vnà cum officibus omnibus. Dominus autem fecit in tentatione prouentum. Nullus ex toto monachorum grege, qui tum matutinali officio aderant, voratricis flammæ vel minimam passus est læsionem: sed nec vllum incendij villa passa est detrimentum. Qua in re perspicuum experti sunt Tutelaris numinis auxilium, & D. Michaelis præsens patrocinium. Posteaquam autem Rogerius ipse annis 17. curam regiminis susceptam fœlici fine clausisset, sarta tecta Templi instaurans, incendij damna reparans, claustri aream de lignea lapideam faciens, & ad montis radicem,

pp Codex Thuanus.
qq Cenalis.
rr Codex S. Michael. fol. 92.

radicem, equorum ſtationes, arcuatis fornicibus librans; demùm laboribus attritus, præſentibus cæteris: Paſtorali baculo à ſe abjecto, Altarique impoſito, die S. Michaeli ſacra, *Gemetias* repetijt. Regio tamen nutu, imò verius juſſu, penſionis nomine, ex cœnobij prouentu, viginti quinque marcas argenti in annos ſingulos, quo ad vixit, recepit. Non longo tamen tempore hac fretus eſt penſione. Nam anno deindè ſequenti, qui erat, 1124. April. 2. Vitam cum morte commutauit 5. calend. Nou. ex obituario Exaquij. [ff] Sub eo, præfatus Thomas à S. *Ioanne*, Teſtamentum condidit ān. 1121. in fauorem iſtius Abbatiæ: aſtantibus, Gaufrido, Rothomagenſi Archiepiſcopo, Ioanne Lexouienſi, Richardo Bajocenſi, & Turgiſo Abrincenſi, Epiſcopis [tt] itaque extra verum eſt à Monaſterio ejectum fuiſſe, vti ſcribitur. [uu]

[ff] *Canalis ſup.* Sigebertus in Chronico Antiquitates MS. Norman. pag. 208. *Nicolaus Gillius in Annal. Franc.* ann. MCXI. *D. Antonin. part. 6. Hiſtor. Titul. 17. cap. 1. §. 3.* *Nauteus cap. 18. ſup;*
[tt] Codex S. Michael. fol. 23.
[uu] *Dacherius ſup.*

13. *Richardus.* [xx] *de Merè.*

IX. Succeſſit igitur ann. 1123. prius Cluniacenſis cœnobita; genere quidem clarus, vita tamen paulò obſcurior: qui officina coquinaria lapidibus ſectis extructa. Poſt triennium cum ſemiſſe, deſerto Regiminis onere, vndè venerat remigrauit, nempè, apud S. Pancratium vbi habitum religionis induerat. [zz] Huic ipſi Richardo Abbati data eſt Eccleſia de *Carterejo*, ann. 1125. viuente Richardo, Conſtantienſi Epiſcopo. [A] Obijt ann. 1131. 12. Ianuar.

[xx] Codex Thuanus. *Gallia Chriſtiana. Dacherius.*
[zz] *Canalis.*
[A] *Codex S. Michael. fol. 84.*
[B] *Codex Thuanus Gallia Chriſtiana.*

14. *Bernardus.* [B] *1131.*

Beccenſis monachus extitit: [C] & ann. 1129. Robertus de *Abrincis* huic dedit Abbatiæ decimas de Ponte, &c. conſilio Turgiſi, Abrincenſis Epiſcopi; [D] Anno autem 1131. Rex Henricus, Rothomagi, feſto S. Agathæ, Bernardo ipſi Abbatiam benignè confirmauit; qui cœnobium plurimis beneficiis ornauit & auxit: Turrim inter nauim chorumque mediam erexit; vitriniſque ædem ſacram illuſtrauit: campanariam ſuauè ſonantibus campanis impleuit: Radulphum imitatus Abbatem, qui pridem ſignum, quod *Rollonam* vocant, ad arcendas Brittonum inſidias, fuſoria arte componendum curauerat. Domus aliquot lapideas apud Tumbulanam, quæ nunc Tumba Helenæ, dicitur, non leuibus impenſis extruxit. S. Autberti craneum theca concluſit argentea; vt mirum ſit tam grauibus impenſis vnum ſufficere potuiſſe. [E] Eidem Abbati confirmantur Decimæ de *Campeis*: [F] Itemque confirmatur ipſi Abbatiæ, ann. 1134. & 1135. Eccleſia præfata de *Carterejo*: teſte Algario Conſtantienſi Epiſcopo. [G] Qui poſteaquam annos decem & octo, tribus ſuperantibus menſibus Eccleſiæ regimen tenuiſſet, rebus humanis valedixit, ſepultus in porticu Eccleſiæ, [H] ann. 1148. [I] ceu, 1149. [K] poſt Paſcha, 8. Idus Maij.

[C] *Chronicon Becci. Canalis Dacherius.*
[D] *Codex S. Michael. fol. 79.*
[E] *Canalis.*
[F] *Codex S. Michael. fol. 80.*
[G] *Ibid. fol. 84. & 87.*
[H] *Canalis.*
[I] *Chronica Norman. Latina.*
[K] *Chronicon. MS. Beccenſ. Dacherius. ex Roberto a Monte.*

15. *Gaufridus.* [L]

X. Ponè ſequitur Gaufridus, quem vult *Cœnalis*, ſubrogatum fuiſſe ann. 1137. rectius 1149. Nam vt ex nuper conſcriptis patet, ſibi valdè contrarius eſt; conſtatque Gaufridum præfatum exceſſiſſe tempus, (maximè ſi rationem ſpectaueris Chronologicam) annumque Chriſti attigiſſe. 1150. Nec multò poſt, calamitatibus obrutus, & ære alieno contracto, penuria preſſus, in fata conceſſit, cum dicto Bernardo, prædeceſſore, ſepultus: cùm vixannum vnum, & menſes octo, in eadem præfectura vixiſſet. [M] ann. 1150. 4. Ianuar. [N]

[L] *Codex Thuanus. Gallia Chriſtiana.*
[M] *Canalis.*
[N] *Dacherius.*

16. *Richardus 2. de la Mouſche.*

Cognatus Richardi de *Bellafago*, Abrincenſis Epiſcopi demortui: at quoniam inſcio, & prorſus abneunte, Anglo principe, in Abbatem eſt electus, exturbatur non ſolum loco, imò & tota Anglicana ditione, ſubſtituunturque Rectores cœnobij tres Laici, & Clerici duo: graui morum rerumque jactura, per duos annos & ſemiſſem, perſeuerante; vſque dùm ſuppreſſa electione, *Robertus* Hardy Fiſcanenſis celerarius, cognomento audax, ſufficeretur, conniuente Henrico Duce Norman. Verùm illi opponitur alius *Richardus de Muſca*, Benedictus ab Abrincenſi Epiſcopo, inſtituente Papa Eugenio III. Gliſcentibus itaque contentionibus, hi omnes

Romam petunt: & in ipſo itinere, breui mora, è vita decedunt, *Robertus*, ſcilicet, & *Richardus de Muſca*, 1152. ac Richardus de *Subligneyo*, Abrincenſis Epiſcopus, ann. 1153. o præfata omnia rectè probata ſunt: quibus tamen aduerſatur Robertus de Monte, & ipſemet. Abbas hujuſce loci, in hunc modum. *In Monaſterio S. Michaelis, jam fuerunt* Abbates ferè quattuordecim, quorum decem habuerunt de extraneis Monaſterijs. p Sed ab eam objectionem ſoluendam, dicendum, hæc obſeruaſſe quando cœpit monimenta iſtius Abbatiæ perſecutari, & ſcriptis annotare, non verò referenda eſſe ad tempus quo Abbas eſt effectus.

o *Ex Canali, & aliis. Vide in Epiſcopo Abrincenſ. 29. cap. 27.*
p *Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 10. Robertus à Monte, ann. 1154. Antiquitates MS. Norman. pag. 203.*

Poſteriores ejuſdem inſignis Abbatiæ cœnobiarchæ, ipſorumque egregia facinora, producuntur.

CAPVT V.

POST tot, ac tantos, calamitatum (quatum ſuperiùs meminimus) turbines, ſolidum occupantes quinquennium, 6. Calend. Iunij ann. 1154. feria 5. infra octauam Pentecoſtes, verſa eſt procella in auram, ſiluerantque fluctus, vno conſenſu, electo Roberto de *Torignœio*. I.

17. Robertus de Torigneyo; vulgò, al. de Monte. a

a *Codex Thuanus. Gallia Chriſtiana, Dacherius.*

Prior clauſtralis Beccenſis Monaſterij: qui vt erat Henrico Regi ac Duci gratiſſimus, ita ab eo benignè confirmatur eodem menſe Rothomagi, in feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtæ; quam electionem Archiepiſcopus Rothomagenſis Hugo, vir ſummæ Religionis & induſtriæ, cum Imperatrice, matre Ducis, antea vt præſentes libentiſſimè confirmauerant: Sequenti vero menſe, in feſtiuitate S. Mariæ Magdalenæ, prædictus electus, Benedictus eſt in Abbatem, apud S. Philibertum, de Monte-forti, ab Herberto Epiſcopo Abricenſi, & Girardo Sagienſi, præſentibus Abbatibus, &c. ſup. Ita Robertus de Monte, ann. 1154. Tum, die 22. Iulij, benedictionem, ab Hugone, Rothomagenſi Archipræſule, magno omnium applauſu, recepit, in æde S. Philiberti, Montis-fortenſis; præſentibus Herberto Abrincenſi, & Gerardo Sagienſi, Epiſcopis; necnon Abbatibus, Rogero Beccenſi, Michaele Pratellenſi, Hugone de S. Saluatore Conſtantini, &c. b Quoquidē ann. 1154. Nouus Abbas ſuſcepit hommagia Baronum ſuorum. c Anno verò 1156. Mons iſte contremuit ex terræ motu, juxta teſtis occulati relationem: *Octauo Decimo Calendas Maij, feria 5. etiam apud Montem S. Michaelis, terræ motum ſenſimus, ante ſolis ortum.* d

b *Chronicon Becci, ad ann. 1154. Robertus, ſup. Codex S. Michael. fol. 88. ann. 1155. Cœnalis ſup.*
c *Idem Codex S. Michael.*
d *Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum, ann. 1155.*

Cùm Henricus II. Angliæ Rex, fratre ſuo mortuo, Ducatum Normaniæ, jure hæreditario, ſuſcepiſſet, anno 1158. venit ad Montem S. Michaëlis, vbi audita miſſa, ad majus altare, conceſſit Eccleſias *Pontis-Vrſonis* S. Michaëli, & Abbati, ac Monachis eiuſdem loci; præſente Roberto Abbate, Rannulfo Priore, & pluribus alijs. Nec diu poſt, Rex proceſſit obuiam, Ludouico, Regi Francorum VII. qui orationis gratia ad Montem S. Michaelis veniebat: eumque, ex quo intrauit in Ducatum Normanniæ deduxit, & ſuis expenſis decentiſſimè excipiendum procurauit. In Feſtiuitate autem S. Clementis, venerunt vterque Rex ad præfatum Montem: vndè itum fuit obuiam Regi Franciæ, à clero & populo, magno cum tripudio: intererant vnus Archiepiſcopus, & Epiſcopus, & Abbates quinque: tumque audita miſſa, Reges Abrincas redierunt. e Eodem anno 1157. Richardus, Conſtantienſis Epiſcopus, quietum dimiſit perſonatum Eccleſiæ S. Paterni, ipſi Roberto Abbati; imò etiam jam anno præterito, in Conuentu quodam Epiſcoporum Rothomagi habito, ſub Hugone Archiepiſcopo. f Hinc anno 1160. compoſitio facta eſt, inter Abrincenſes ciues, & ipſum Abbatem Robertum: cui teſtes adfuerunt, Philippus Bajocenſis, Rotrodus Ebroicenſis, & Herbertus Abrincenſis, Epiſcopi. g Adeò autem extitit tunc honoratus ipſe Abbas vt ann. 1162. cum alijs de ſacro fonte ſuſceperit Aleonorã Angliæ Regis filiam ex Leonora conjuge. h Diſcimus etiam II.

Idem, ad ann. 1158. Chronica Norman. Latina ann. 1157. Beuardentius. Cœnalis. Naueus ſup.
e *Codex S. Michael. fol. 88.*
f *Idem fol. 114.*
g h *Robertus ſup. ad ann. 1161. Beuardenſius, Cœnalis. Naueus.*

ex

ex Roberto de Monte ſup. quòd eodem menſe Ianuario, remoto Aquilino de *Furnis*, de Caſtello *Pontis-Vrſonis*, quia Abrincantini conquerebantur de eo, quòd terras eorum nimis exactionibus & injuriis grauaret: Henricus Rex idem caſtrum ad tempus commodauit Roberto, Abbati de Monte, ann. 1162. Notatur adhuc idem Abbas, ad ann. 1165. [i] & 1168. in ipſo Codice S. Michaelis fol. 118. Concilioque generali Nationali, Turonenſi interfuit ann. 1163.

III. Præterea anno 1169. dicitur interfuiſſe, quando Gaufridus Regis Angliæ filius, Baronum Britanniæ accepit hommagia. *Gaufridus* (inquit) *filius Regis Anglorum, menſe Maio, venit Rhedonis; & Stephanus Rhedonenſis, & Ansbertus Aletenſis, Epiſcopi; & Robertus, Abbas S. Michaelis de Monte, & aliæ religioſæ perſonæ, receperunt eum cum ſumma veneratione, in Eccleſia S. Petri.* [k] „Porro, circa teſtum S. Michaelis, ann. 1172. „ (*ait idem Author*) congregauit Rex Angliæ Epiſcopos Normanniæ, & Britanniæ, & venit ipſe, & Legati, Abrincenas, tractaturi de Eccleſiaſticis negotiis: „ ſed obſiſtente Regis infirmitate, parùm profecerunt. Huius conuentus cauſa, „ venerunt vſque ad Montem, ad nos, honorabiles perſonæ multæ: inter quas „ fuerunt Religioſiſſimi viri D. Stephanus, Cluniacenſis, & D. Benedictus, Cluſinus, Abbates: mutua vice, ſocietatem ſuam nobis, & ſibi noſtram impendimus: „ ſicut Litteræ eorum, quæ à nobis habentur, & noſtræ, quæ ab ipſis aſportatæ „ ſunt, teſtificantur. Hoc etiam fecerat nobis, piæ memoriæ Guillelmus, Vizeliacenſis Abbas, in capitulo Vizeliacenſi: & cum his tribus Eccleſiis, ſcilicet, Clumiacenſi, Cluſenſi, Vizeliacenſi, habemus ſpiritualem ſocietatem „ & multùm nobis & illis placentem. [l] Poſtea verò ipſi Monachi Montis S. Michaelis ſocietates inierunt cum Abbatijs S. Benedicti Floriacenſis: [m] S. Audoeni, Rothomagenſis, [n] & aliis.

IV. Adhæc, idem Robertus Abbas, ann. 1172. Cadomi, vbi, ex præcepto Regis Angliæ Henrici, conuenerant omnes Normaniæ Barones, recognouit quos habebat. [o] In eadem vrbe Cadomenſi domum conſtruxit, cum ſacello, pro ſuorum Religioſorum diuerſorio; quam nunc incolunt Clerici Regulares Societatis Ieſu; in cujus introitu, ſuper portam, qua in cameras, per gradus aſcenditur, Litteris Gothicis ſculptum nunc vſque legitur ſcriptum. *Robertus, Abbas Montis S. Michaelis, hanc Domum fieri fecit.* .... Reſiduum quippe oblitteratum eſt, pro vt vidi ann. 1641. Tandem, ipſemet Abbas, profectus in Angliam, ann. 1176. ad Regem: promeruit chartam, & ſigillum omnium eleemoſynatum Eccleſiæ Montis S. Michaelis, quæ datæ fuerant huic ſacræ ædi, vſque ad præſens tempus, & dabuntur in futurum. [p] Memoratur iterum ad eum ann. 1176. [q] 1185. [r] ac 1187. [ſ] & pro rebus Abbatiæ S. Saluatoris, Vice-Comitis: ex Cartulario ipſius, fol. 44.

Portò hic vir in omni genere ſcientiarum præſtantiſſimus cùm eſſet, multa ſcripſit, communi quidem ſtylo, ſed fideli ac veraci: Hiſtoriam Montis S. Michaelis, Commentarios in Epiſtolas S. *Pauli*.

Acta Conciliorum, lib. 1. Bellum Sacrum Chriſtianorum principum lib. 8. De ſuis Temporibus; lib. 1. ab ann. 1101. ad ann. 1183. De Geſtis Vudavicani & Marodaci, lib. 2. [t]

Et alia non pauca: teſtè Roberto cœnali, Arboretano Epiſcopo; qui ea perluſtrarat ac legerat. Centum quippe quadraginta volumina edidiſſe, atque turris ſub ruinis & impluuio computruiſſe refert Hiſtoria S. Michaelis calamo exarata: ann. 1169. juſſu Alexandri III. Pap. Intereſt concilio Turonenſi orator, vt Gode-defridum Britanniæ Ducem publico cum apparatu exciperet: legatur; Stephanus, Redonenſis Epiſcopus circa ann. 1176. qui Roberti laudes verſibus eſt proſecutus: teſte Dacherio ſup. Cœnobium in primis, ad ſexagenarium monachorum numerum auxit, cùm prius quadraginta tantum eſſent albo inſcripti. Infirmariam cubiculis dilatauit, Conditorium B. Autberti nitidiori formæ reſtituit, Bibliothecam multis impenſis inſtauratam, ſexies viginti voluminibus inſtruxit; tectum ſcandulis, feneſtras vitreis repagulis & Templi & Refectorij muniendas curauit; loca plurima pauimentis ſtrauit, Dirutas Turres, & Ciſternas, ſacras ædiculas, cubicula numero ſeptem, mira dexteritate contexuit. 24. Iunij, ann. Chriſti, 1186. [u] Attamen legitur quidam Robertus *Gnevinus*, qui ex Abbate Montis S. Michaelis, factus eſt, Abbas Exaquiij, ann. 1187.

i Codex S. Michael. fol. 114. & 117. Codex Niger, Bajocenſ. Eccleſ. fol. 31. & Liber Niger Abatiæ de Lucerna.

k Robertus à Monte ſup. ann. 1169. Feuardentius. Nauens.

l Idem Robertus, ad ann. 1172. & aliji

m Apud Ioannem à Boſco. In Bibliotheca Floriacenſ. part. 1. in

In inuentario. Reſcriptor. Authentic. pag. 257.

n Vide ſup. in ea Abbatia, cap. 14.

o Ex Codic. S. Michael.

p Robertus an. 1176. Cœnalis. Feuardentius. Nauens ſup.

q Codex S. Michaelis fol. 113.

r Ibid. fol. 121.

ſ Item fol. 116.

t Gneſnerus, in ſua Bibliotheca. Ioannes Lelandus. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Dacherius, ſup. Cocchius in Chronico Eccleſ. ſacul. 13. Galterius, ibid. in Tabula Chronographic.

u Cœnalis, Dacherius.

Digitized by Google

18. *Martinus.*

Regimen aggreditur ann. 1187. tribus annis & ſemiſſe ; diſperſa reſtaurans ; VI.
ſibi crediti gregis curam geſſit. x obijt 19. Februar. ann. 1191.

x Idem, & Codex Thuanus. Gallia Chriſtiana, de Abbat. Codex S. Michael. ad ann. 1187. fol. 115. & ann. 1188. fol. 121.
y Gallia Chriſtiana.
z Cenalis. Fenardentius Nouemb. cap. 22.
aa Liber Albus Eccleſ. Abrincenſ. fol. 70.
bb Cenalis Dacherius.
cc Cenalis.
dd Dacherius.

19. *Iordanus.*

Ann. 1191. (non verò, ann. 1181.) y cœnobiarchiam cœpit ; quo viuente, extructum fuit Dormitorium, clauſura Refectorij, & cellarium ; quæ fuerant Britannico conſumpta incendio. z Mentio de eo habetur ann. 1194. aa cùmque præfuiſſet annorum ſpatio vnius & viginti, deceſſit è vita, ann. 1212. 6. Auguſt. Sepultus apud Tumbulanam, ceu Tumbam Helenæ. bb

20. *Radulphus 3. de Inſulis.*

Quinque annis præfuit, hominemque exuit, ann. 1216. cc ceu verius 1218. dd 18. Martij.

21. *Thomas de Cameris.*

Ann. 1219. diſcuſſio facta eſt ſuper proprietate patronatus S. Ioannis *de Campis* ; præſentibus Hugone, Conſtantienſi Epiſcopo, & Ambroſio, Abbate S. Laudi. ee Denique ann. 1225. exceſſit è vita ff die 5. Iulij.

ee Codex S. Michael.
ff Cenalis. Dacherius.

22. *Radulphus. 4.*

Theopolitanus, ceu de villa Dei ; qui obdormiuit in Domino ann. 12. Februarij 1236. gg Dat quædam ann. 1233. Abbatiæ de *Hambeya* : hh compoſitio autem fit ann. 1236. pro iuriſdictione, & aliis rebus, inter Guillelmum Abrincenſem Epiſcopum : & ipſum Radulphum S. Michaelis Abbatem, ii notatur iterum, eodem ann. 1236. kk item ad ann. 1231. & 1237. ll clauſtra ædificauit.

gg Ibidem.
hh Cartularium Abbat. Hambeye. fol. 31.
ii Codex S. Michael.
kk Liber Albus Eccleſ. Abrincenſ. fol. 264.
ll Codex S. Michael. fol. 117. & 120.

23. *Richardus 3. Turſtinus, ceu Toutinus ; Toutain.*

Agitur de eo, ad ann. 1239. 1244. 1245. 1251. 1252. & 1267. mm ann. 1254. VII.
ciuibus Pontis-vrſonis, priuilegia libertatis & Franciſiæ dat tranſeuntibus per totam terram Abbatiæ : ex cartulario eiuſdem loci Montis S. Michaelis. Cui præfuit annis octo, & viginti ; quo tempore, clauſtri ambitum ad coronidem vſque perduxit ; Comitialem aulam, ſeu Capitularem ædificando peregit : Forenſes Prioratus prouentu & ædificiis inſtaurans. Tunc Alexander 4. Abbatibus Montis S. Michaelis priuilegium conceſſit, vtendi inſignibus Epiſcopalibus, cujus conceſſionis limitatio ad plenum facta eſt ſub Clemente 7. nn illius meminerunt alij : oo ſed mendoſè ſub ann. 1386. reponitur apud Galliam Chriſtianam. obijt ann. 1264.

mm Ibid. Paſſim ; & fol. 115.
nn Cenalis. Dacherius vide infra ſub. 33. Abbate.
oo Fenardentius. Nouemb cap. 22.

24. *Nicolaus Alexander.*

Curam regiminis ſuſcepit, ann. 1264 : pp quo notat, qui fecerint ſibi homagia, pro cuſtodia Montis. Anno autem 1268. in Scacario, de Regis voluntate, apud Cadomum, in feſto S. Dionyſij ; Odo Bajocenſis, & Thomas Sagienſis, Epiſcopi ; necnon Abbates, Gemeticenſis, Cadomenſis, & Troarnenſis, deputantur pro cauſa Abbatis ipſius Montis S. Michaelis. qq Memoratur idem Abbas ad ann. 1270. rr obijt que 15. Calend. Decemb. ſſ ann. 1271. tt 7. Nouemb.

pp Cenalis, & Dacherius.
qq Codex S. Michael.
rr Cartularium Abbat. Hambeyæ, fol. 33.
ſſ Necrolog. Abbat. Exaquij.
tt Dacherius.
uu Cenalis & Dacherius.

25. *Nicolaus 2. Fanigot, ceu Famigot.*

Succeſſit ann. 1271. vixitque vſque ad ann. 1279. iuxta Cœnalem. uu At non per obitum ſed per ſpontaneam ceſſionem, ſequens locum accepit. 1179. Martij 19.

26. Radulphus

Digitized by Google

VIII *26. Ranulphus 2. de Borgueyo, omissus à Cœnali & Dacherio.*

Qui electus, paruo post tempore, diem clausit extremum: vt ex instrumento publico patet. Peculiaris etenim horum memoria habetur, in supplicatione ad Philippum III. S. Ludouici IX. filium, Francorum Regem, pro futura electione noui Abbatis, in hunc modum.

Illustrißimo Domino suo, Philippo Dei gratia, Regi Francorum, sui Deuoti & humiles aßidui oratores, F. Philippus, Prior, & Conuentus Monasterij Montis S. Michaëlis, in periculò Maris, Abrincensis Diœcesis, salutem in eo, per quem Reges regnant, & Principes dominantur.

Cùm per Resignationem, F. Nicolai *Famigot*, quondam Abbatis nostri Monasterij, dictum Monasterium vacauerit, ac à vestra Regia Majestate, à nobis petita licentia eligendi, & obtenta, postmodũ F. Ranulphũ de *Borgueyo*, cómonachum nostrũ, qui viam vniuersæ carnis est ingressus, elegimus in Abbatem: nos nostrũque Monasterium, propter, vocationem, in spiritualibus, & temporalibus non modicam patiamur læsionem, vestram Regiam Majestatem, per F. Clementem *de Torigneyo*, & Robertum *de Velleio*, commonachos nostros, exhibitores præsentium, sigillo nostro Conuentuali sigillatarum, quos ad hoc, nostros constituimus procuratores, & nuntios speciales, & quemlibet eorum in solidum, exoramus in Domino Iesu-Christo: quatenùs, hac vice, eligendi futurum Abbatem, nobis licentiam, vestra gratia, concedatis. Valeat vestra Majestas Regia; quam Deus nobis, & toti Regno conseruet jucundam & prosperam, per tempora longiora. Datum In capitulo nostro, apud Montem. Anno Domini 1280. die Martij post octauam S. Martini hyemalis, sicque in Abbatem electus est.

Et Sigill. xx

xx *Ex Thesauri Regior. Cartular. Titulo Electionum.*

IX. *27. Ioannes Fatalis, le Fée.*

Ann. 1279. vel 1280. obijt autem 17. Calend. Iunij. yy 1298. zz Memoratur ad ann. 1289. A

28. Odo.

Hunc omisit *Cænalis*: qui tamen signatur ad ann. 1291. in Codice Abbat. S. Michaël. & Dacherio.

yy *Dacherius.*
zz *Dacherius.*
A *Cartularium Abbat. S. Saluatoris Vicecomit. fol. 41.*

29. Guillelmus de Castro.

Non ann. 1288. iuxta *Cænalem*, B vti perspicuum est: sed forsan an. 1298. notatur ad ann. 1299. C & 1302. D Obtinuit à summo Pontifice priuilegium gestandorum insignium Episcopalium, Mitræ scilicet, & Baculi Pastoralis: modò ne feratur aurifrigiata mitra in ipsa sui præsulis præsentia & prospectu: qua de re extant Diplomata Pontificia confecta, construxit sedes, in quibus, chori sacra canuntur. Cœnobiarchiam egisse ann. 26. opinatur idem *Cænalis*; E sed mendosè; dicendum, loco ann. 26. tantum præfuisse ann. 6. atque vixisse non vsque ad ann. 1314. F sed ad ann. 1304. quo mortuus est 5. idus Septemb. G

B *Necrologium Exequij.*
C *Cænalis.*
D *Dacherius.*
E *Codex S. Michael.*
F *Liber Niger Abbat. de Lucerna.*
G *Cænalis, Dacherius.*

30. Radulphus 4.

Hic quoque omissus est à *Cænali*, & Dacherio, qui tamen memoratur ad ann. 1304. in libro Nigro, Abbatiæ de *Lucerna*.

31. Ioannes 2. de Porta.

Electus circa ann. 1314. tranquillè suam rexit familiam: fretus fauore & bene-

Digitized by Google

uolentia Philippi VI. Valeſij, Francorum Regis. Cœnobium multis ædificiis auxit: in quo jam pridem Philippum pulchrum Regem, peregrè profectum, ſumma hilaritate, exceperat: hoc ann. 1314. præſidiarij milites Regis authoritate in monte. H Michaëlis collocati ſunt: quorum adminiſtrator extitit ipſe Ioannes Abbas, teſte Dacherio. Migrauit in cœlum ann. 1334. I tertio idus Iulij. K die 14. April. ſepultus in Sacello S. Ioannis Euangel. à ſe extructo.

H Obituarium Abbat. Lucren. I Canalis. K Necrologium Abbat. Exaquij.

32. *Nicolaus 3. Vitrarius.*

L Canalis. Dacherius. M Necrolog. Exaquij. N Dacherius.

Ex ipſo Monte S. Michaëlis oriundus, & eiuſdem Cœnobij olim Prior: acquiſiuit Feudum *Bacilejanum*: cùm omnia plena forent bellorum tumultibus: rexit vſque ad ann. 1362. L quo in fata conceſſit, 3. calend. Octob. M X.

33. *Gaufridus de Cernon, al. de Sernon, ann. 1263.* N

Origine Abrincenſis erat: ſub eo, cubicula Monaſtica, cœleſti fulmine conflagrarunt, campanarum denſiſſima mole, vt cera liqueſcente, tantus erat ardor incendij. Porro Anno 1363. quidam Iudæus Iſaac nomine, apud Sibillam in Hiſpania ortus, venerat Rothomagum, vbi tandem poſt quinquennium, die quadam Dominica, præcedente Epyphaniam, vidit S. Michaëlem, Archangelum ſibi apparentem ac perſuadentem fieri Chriſtianum: qua reuelatione monitus, acceſſit ad Montem S. Michaëlis, petens Baptiſma à præfato Abbate Gaufrido; à quo benignè exceptus, & ſalutari aqua in Chriſto regeneratus, vocatus eſt *Michaël*: præſentibus Ioanne *Fiſcello*, officiali, & Ioanne *Moutaille*, Sigillifero Abrincenſi. Idem Abbas, conditorium Sacrarum Reliquiarum inſtaurauit. O Tum demùm, ann. 1385. conuenit, cum Laurentio, Abrincenſi Epiſcopo, eo quòd ſibi, ex recenti priuilegio Apoſtolico diploma acceſſiſſet, pro deferendis inſignijs Epiſcopalibus, & minoribus ordinibus conferendis ſibi ſubditis à Clemente Papa indultum, certo loco, & tempore, P Eodem autem ann. 1385. die vltima Februarij, ſpiritum Deo reddidit: cùm rexiſſet, ann. 23. Q ceu ann. 1286. R vltima Februarij.

O Canalis.

P Idem & Liber Albus Abrincenſ. Eccleſ. fol. 113. Q Canalis. R Dacherius.

34. *Petrus Regius, aliàs, Rigordus Conſtantienſ. Diœceſ.*

Iuris Canonici interpres clariſſimus, ex Aurea valle oriundus: qui ex Abbate S. Taurini, Ebroicenſis, ac Exaquij, fit etiam Montis S. Michaelis cœnobiarcha, orationi, & publicæ lectioni iugiter vacans. Bibliothecam auxit, iuris voluminibus eleganter deſcriptis. Miſſale exemplar ad vſum Majoris Altaris, magnificè Pariſiis deſcriptum, ſuæ Eccleſiæ legauit. Altaris, ac miniſtrorum ornamenta, non leuibus impenſis comparata, donauit. Duos ſacellanos inſtituit, qui perpetuis temporibus ad Cappellam B. Mariæ, de 30. cereis appellatam, ſacrum facerent, prouentus plurimos inſuper acquiſiuit. Turres quoque plurimas partim conſtruendas, partim inſtaurandas curauit: etiam ſupra communem hominum æſtimationem. S ann. 1386. huius Abbatæ portæ ſunt erectæ: & pars tota vrbi oppoſita: excepto loco: qui vocatur S. Catharina, is enim ſub eius prædeceſſore extructus fuerat. T Caroli VI. Francor. Regis, ſua induſtria ſibi fauorem conciliauit, vt etiam illi eſſet à Secretiori conſilio: adeò vt Regis auſpicijs, plurima Legatione fungeretur, tempore pernicioſi ſchiſmatis. Fuit præterea à Libellis, ſeu, vt aiunt, Referendarius Alexandri V. cuius promotioni fauerat in concilio Piſano, 1409. ac Ioannis 23. ſummor. Pontif. V Hic pro Vniuerſitate Pariſienſi, volente ſubſtractionem ab obedientia Benedicti Antipapæ; perorauit Lutetiæ, coram Rege Angliæ, pro vnione Eccleſiæ, ann. 1396. X ceu 1406. Y vbi vocatur notabilis Prælatus, clericus optimus, Doctor Decreti, Abbas S. Michaelis: ſumpto dicendi Themate, Pſalmi. 69. *Da nobis, Domine, auxilium de tribulatione.* Miſſus autem fuit Maſſiliam, ab eodem Rege, ex deliberatione Prælatorum, Cleri, ac conſilij ſui ad ipſum Benedictum Papam, pro vnione. Moritur autem ann. 1409. ætatis ſuæ ann. 60. ſepultus Bononiæ apud celeberrima clariſſimorum iuris interpretum monumenta, Ioannis *Andreæ* & Ioannis *de Lignano*: cùm præfuiſſet ann. circiter 25. Z Vnus quippe fuiſſe videtur ex ijs, qui poſtulationem Ludouici de *Haricuria* XI.

S Idem. T Penardentius. Nauens. ſup.

V Canalis.

X Apud Bibliothecam S. Victor. Pariſienſ. Part. 9. pag. 336. Y Iuuenalis de Vrſinis in Hiſtoria Caroli VI. Reg. Francor. Monſtreletus volumin. 1. cap 33. Z Canalis.

Marlemia, in Archiepiscopum Rothomagensem à capitulo factam, authoritate Concilij Ecclesiæ Gallicanæ ann. 1408. admiserunt.

XII. *35. Robertus 2. Iolivet, Lepidus, aut Lepidulus.*

Anno 1410. Monachus Montis S. Michaelis, præfati Petri socius, Roma reuersus Apostolicum diploma detulit, quo eligeretur Abbas, vti factū est, 1410. Sed cùm eo moderatore lites feruerent, his tædio affectus, Rothomagum se recepit, quo obijt sepultus apud S. Michaelem, quæ ab Abbatia sua dependet. Porrò, adhuc viuens Altare, Altarisque ministros prætiosis decorat ornamentis, partim auratis, partim holosericatis, ac triplici coloratis ordine. Thuribula duo, triginta octo marcarum pondere, donauit. Libros, quibus in choro canitur, sua industria conficiendos curauit. Crucem conflatura multicolorem, seu incrustatione quadam vermiculatam; auroque prætiosam donauit, pendentemque Marcas, 25. Idemque recepit ab Haricuriano Comite S. Michaelis imaginem, pondo marcarum Septuaginta sex. Præfuit regimini ann. 34. obijtque ann. 1443. Y 17. Iulij; memoratur ad ann. 1438.Z Itemque, circa ann. 1421. quando Henricus VI. Rex Anglus, Neustria per vim occupata, sic scripsit in eius fauorem. *Henricus* Dei gratia, Rex Angliæ, Hæres, Regens Regni Franciæ, & Dominus Hyberniæ, venerabili in Christo patri, Archiepiscopo Rothomagensi, ac vniuersis & singulis Episcopis, seu eorum Vicarijs; necnon Bailliuis, Vice-comitib. Receptorib. & alijs officiarijs & Ministris Ducatus nostri Normaniæ quibuscumque, Salutem. Mandamus vobis, & vestrum cuilibet, pro vt ad eum pertinuerit: Quod *Robertum* Abbatem Montis S. Michaelis in periculo maris se dicentem: fructus, obuentiones, redditus, proficua, & emolumenta quorumque spiritualium ad Abbatiam prædictam pertinentia, siue spectantia, necnon arreragia, indè debita, si quæ fuerint: solummodo reseruatis, his, quæ circa reparationem & in sustentationem diuini cultus, & alijs oneribus ordinarijs, applicantur, habere, & eis, & eorum quolibet, quo vsque aliter à nobis habueritis in mandatis, vti, & gaudere permittatis. Teste meipso, in exercitu nostro ante Moledunum 29. Octob. Die, ann. Regni nostri, 8. Ita signatum. Per ipsum Regem.

Y *Canalis. Dacherius supr.*
Z *Cartularium Eccles. Bajocens.*

STOPINDON.

Ex Codic. MS. Maximo fol. 101. Lutetiæ, apud D. de Vyon, d'Herouual.

36. Ioannes 3. Gonault.

Cœnobitæ magno consensu ipsum elegerant: verùm interueniente (jure ne, an injuria haud satis constat) grauiori potestate, hujusmodi electionis cursus interceptus est. Nam hujusce Abbatiæ regimen conniuente summo Pontifice, suscepit Guillelmus Destoteuillus S. Martini in Montibus, Præsbyter Cardinalis appellatus; cujus frater erat Ludouicus Destoteuillus, Montis S. Michaelis custodiæ præfectus, & capitaneus. AA

AA *Canalis.*

37. Guillelmus 2. Destouteuillus, ann. 1444.

XIII Factus est Abbas Commendatarius, authoritate Apostolica, accedente Regio consensu; itemque Abbas S. Audoeni Rothomagens. ac Prior Bellimontis in Algia, & S. Catharinæ Grandimontis. BB Chorum condidit & circum sacella.

BB *Idem & Antiquitates MS. Norman. pag. 75. Dacherius.*

38. Andreas Lauretanus, Lauré, ann. 1492.

Patria Delphinas, Doctor Clarissimus extitit: notatur ad ann. 1497. CC Indeque moritur ann. 1499. Martij, 25. Iacet in Sacello S. Trinitatis, ante Saluatoris altare.

CC *Canalis. Dacherius.*

39. Guillelmus. 3. de Lamps.

Delphinos quoque, oritur ex stemmate de *Moncher*; factus Abbas ann. 1499. fun-

Digitized by Google

dator fuit Miſſæ quotidianæ, obituumque duodecim : & plumbeæ tecturæ inſtaurator. Defunctus eſt ann. 1510. Calendis Martij. Formulam obedientiæ ex profeſſo edidit, lectamque recognouit, quam *Cænalis* refert. [DD] Chorum à Guillelmo *d'Eſtouteuille*, prædeceſſore Abbate, nondùm abſolutum, ad ſecundas feneſtras erexit; cui in Sacello B. Virginis ad latus Euangelij tumulum excitauit Ioannes de *Lamps*, Abbas.

DD *In Scacario Norman.*

40. Guerinus. [EE]

EE *Cænalis. Dacherius.* FF *Iidem.*

Frater erat præfati Andrææ; fuit quoque Abbas Exaquij, obijt ann, 1513. [FF] XIV
Februar. 10. juxta Deceſſorem ſepultus.

41. Ioannes de Lamps.

Frater Guillelmi extitit; ex Priore clauſtrali vltimus regularis Abbas, ann. 1513. chorum Eccleſiæ abſoluit & perfecit; moritur ann. 1521. al. 1523. Decembris, 4. Effigiem habet erectam ſupra columnam in ſacello B. Virginis ad latus Epiſtolæ.

42. Ioannes 5. le Veneur, Venator, ann. 1523.

Primus Abbas Commendatarius, ex Epiſcopo Lexouienſi, poſt aliquot annos, Abbatiam ceſſit Ioanni d'*Annebault*, cùm eſſet tunc ad Cardinalatum euectus ann. 1532. cujus tempore, ac directione, à fundamentis ad tectum ſupræmum erecta viſitur ſacratior montis ædes, vitrarijs vndique calathris illuſtrata, ac probè munita, ſartaque tecta, vnà cum primarij altaris eleganti ſtructura. Arſit tamen non multò poſt, delapſo fulguris incendio, campanaria turris, paulò mox reſtituta: decurtata tamen arcis illius pyramide, hinc paucis ante diebus. [GG] moritur ann. 1539. alij autem volunt in fata conceſſiſſe ann. 1543.

GG *Ibid.*

43. Iacobus d'Annebault, ex demiſſione Ioannis : ann. 1539.

Fuit quoque Epiſcopus Lexouienſis, necnon S. R. E. Cardinalis, ann. 1593. die Mercurij 15. April. Fulgur cecidit ſuper campanile, & Nauem Eccleſiæ Abbatialis Montis S. Michaelis: & omnia confregit. [HH] Obijt, ann. 1557. 7. Iunij Rothomagi.

HH *Villena, in Annalib. Eccleſ. ſecul. 15. pag. 914.*

44. Franciſcus le Roux.

Prothonotarius Apoſtolicus, ann, 1558. obijt 1570.

45. Arturus de Coſſe. XV.

Epiſcopus Conſtantienſis, ann. 1570. moritur, ann. 1582.

46. Franciſcus à Ioyoſa. 1588.

Archiepiſcopus Rothomagenſis, Decanus Cardinalium moritur, ann. 1615. Pontoeſiæ ſepultus.

47. Ludouicus à Lotharingia.

Nominatus à Rege ad Archiepiſcopatum Rhemenſem, Cardinalis Guyſianus dictus, morte ſublatus eſt ann. 1621.

48. Henricus à Lotharingia, multa in Monaſterio reparauit.

Ad eundem Archiepiſcopatum nominatus etiam à Rege: abdicatur, ann. 1642. fitque Dux Guyſiæ, mortuo patre apud Florentiam in Hetruria : ſub tamen illius auſpicijs, ann. 1622. Monachi Congregationis S. Mauri, in hoc cœnobium introducti fuerant, monaſticam reſarcientes diſciplinam.

49. Iacobus de Souuré, ann. 1643. Eques Melitenſis.

De ordine Benedictino quàm optimè promeritus : nunc regit commendatarius, Abbas Vlterioris-portus.

Viri

Viri cœnobitæ Illustres, qui ex hoc Monasterio assumpti sunt ad alias Ecclesias Episcopales & Abbatiales regendas; indulgentiæ à varijs Pontificibus, hunc Montem & Ecclesiam deuotè visitantibus, concessæ: insignia Episcopalia hisce Abbatibus à sede Apostolica, indulta.

CAPVT VI.

I. NON solùm monastica obseruantia hic locus floruit, sed etiam viris pietate & Religione excultis claruit; qui exindè ad dignitates Ecclesiasticas meritò euecti sunt. *Rolandus* (inquit Ioannes Chenu,) *Prius Monachus Abbatiæ Montis S. Michaëlis, postea Dolensis Abbas, ac Episcopus Dolensis 20. obijt, 12. Martij ann. 1004. & in dicto S. Michaëlis Monasterio sepelitur.* a Eodem sæculo, *Scollandus*, ob egregiam virtutem, Abbas delectus est in Anglia. „*Cœnobio*, (ait Ordericus) B. Petri, Apostolorum Principis (quod Anglorum primus Doctor „construxerat Augustinus) famosus Abbas, scientia & bonitate pollens, prælatus est Scollandus. Hic ex nominato stemmate, in Normannia natus, in Monte Michaëlis Archangeli, ad periculum maris, regulariter educatus, ad emendationem morum, Cantuarijs, à Normannis est Prælatus. b Ann. 1106. Rogerius ex Abbate 11. Montis S. Michaelis: fit Abbas Ceruelieńsis in Anglia. c

Sequenti verò sæculo, Mathias, in Anglia quoque Cœnobiarchiam exercuit, eodem authore sic attestante. *Post obitum Turoldi, Burgensis Abbatis, egregius Mathias, de Monte S. Michaëlis, præfuit.* d Ponè sequitur Robertus *Guarinus*, de *Thorigneio* oriundus, qui ex Archimandrita ipsius Montis S. Michaëlis factus est Abbas Exaquij, in Normania Diœcesi. Constantiensi. ann. 1187. e Robertus de S. Pancratio, monachus Montis S. Michaëlis factus est Abbas Cormeliensi. f

II. Præterea ad Abbatiam hujusce loci pertinent, Prioratus de Gohoriaco, de *Gohory*: Diœcesis Carnotensi. in Archidiaconatu Dunensi. g Prioratus S. Michaëlis *de Monte*, in agro Cornubiensi. Item *Otritoniensis* Prioratus, in agro Deuoniensi. Vide Tom. 2. Monastic. Anglici. Denique taxatur hæc Abbatia, ad 400. florenos aureos, soluendos pro Aunatis cameræ Apostolicæ. h

III. Cùm igitur, hic locus, per Neustriam, Angliam, Galliamque valdè celebris esset, & à Catholicis honoratus, qui è longinquis etiam patriis, eò peregrinationem susciperent: haud mirum est, si inibi indulgentiæ fuerint magnæ per summos Pontifices concessæ: quarum tesseram hic subijcimus. i

In die Resurrectionis Domini. k

Alexander IV. concessit centum dies Indulgentiarum, ijs, qui Ecclesiam illius Montis S. Michaelis, in periculo maris, deuotè visitabunt. *Ioannes* 22. totidem dies. *Vrbanus* V. annum vnum, & dies quadraginta.

Singulis diebus octaua ejusdem Resurrectionis.

Idem *Alexander* Papa, dies centum, largitus est. Idem *Ioannes* Papa, dies quadraginta.

Singulis diebus post octauas vsque ad Ascensionem.

Alexander Papa, dies centum dedit.

In die Ascensionis Domini.

Alexander IV. dies centum induisit. *Ioannes* 22. Totidem. *Vrbanus* V. annum vnum, & dies quadraginta.

a *Chenu in Episcopis Dolensib. Augustinus de passu. Ibid. in Histor. Britann. Seuertius in Episc. Dolens.*

c *Ordericus lib. 4. ad an. 1069.*

d *Vide sup. cap. 4. §. 7.*

e *Idem lib. 12. ann. 1120.*

f *Vide sup. cap. præcedenti.*

g *In Abbatibus Cormeliens.*

h *Magnum pulleriuum Benefi. ier. Franc. lib. 2. pag. 122. & 130.*

i *Gallia Christiana in Episcop. Abrincens.*

k *Feuardentius. Narrans. cap. 24. lib. 3. sup. & lib. 5 cap. 19. Nicolaus Christianus in peregrino Montis S. Michael. Ioannes Hispanus, in Historia vitæ S. Vamburga, Virg. Abbatissa, pag. 573.*

Singulis diebus octaua Ascensionis.

Alexander Papa, dies centum concessit. *Ioannes* Papa, dies quadraginta.

In die Pentecostes.

Idem *Alexander*, dies centum. Idem *Ioannes*, Totidem. *Vrbanus* verò, annum vnum, & dies quadraginta.

Singulis diebus octaua Pentecostes.

Alexander Papa, dies centum concessit. Ioannes Papa, dies quadraginta.

In festo sanctißimi Sacramenti.

Vrbanus vnum annum, & quadraginta dies, dedit.

In festo S. Michaëlis, 8. Maij.

Idem *Vrbanus*, annum vnum, & dies quadraginta, dedit. *Nicolaus* V. omnibus Christianis, confessis & pœnitentibus deuotè hanc Ecclesiam visitantibus, & ex bonis suis Fabricæ illius aliquid daturis, 7. annos, & 7. quadragenas.

In die Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.

Vrbanus annum vnum, & dies quadraginta, contulit.

In festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, Deiparæ.

Ioannes 22. dies centum. Vrbanus V. annum vnum, & dies quadraginta.

Singulis diebus eius Octaua.

Idem Ioannes Papa dies quadraginta.

In festo Decollationis S. Ioannis Baptistæ.

Idem Vrbanus Papa, annum vnum, & dies quadraginta.

In die Natiuitatis B. Mariæ virginis, Deiparæ.

Idem Papa, dies centum.

Singulis diebus octaua eius.

Ioannes Papa, dies quadraginta.

In festo S. Michaelis 29. Septembris.

Innocentius VI. Papa annum vnum, & dies quadraginta largitus est. Vrbanus V. totidem. Nicolaus V. omnibus Christianis, confessis & pœnitentibus deuotè hanc Ecclesiam visitantibus, & ex bonis suis fabricæ illius aliquid daturis septem annos, & 7. quadragenas.

In festo S. Michaelis 16. Octobris.

Iidem, Innocentius, Vrbanus, & Nicolaus; eadem conferunt.

In die omnium Sanctorum.

Vrbanus Papa, vnum annum, & dies quadraginta.

Digitized by Google

In die Natiuitatis Domini.

Idem Vrbanus Papa, & Ioannes 22. Totidem.

Singulis diebus octaua illius.

Idem Ioannes Papa, dies quadraginta.

In die Circumcisionis Christi.

Vrbanus Papa, annum vnum, & dies quadraginta. Ioannes Papa: dies quadraginta.

In Epiphania Domini.

Idem Vrbanus Papa, annum vnum, & dies quadraginta.

In die Purificationis B. Mariæ Virg.

Vrbanus V. annum vnum & dies, 40. concessit. *Ioannes* 22. dies centum.

Singulis diebus Octaua illius.

Idem *Ioannes* Papa, dies quadraginta.

In Festo Annuntiationis B. Mariæ Virgin.

Ioannes Papa, centum dies. *Vrbanus* Papa, annum vnum, & dies quadraginta.

Singulis diebus Octaua eius.

Idem *Ioannes* Papa, dies quadraginta.

IV. *Nicolaus* V. Papa, permisit vt Abbas, vel Prior Claustralis ejusdem loci, posset committere Sacerdotes Regulares & Sæculares, vt audiant confessionem eorum, qui hunc locum adeunt festis diebus antedictis, & eos absoluere ab omnibus casibus, exceptis Papæ reseruatis, authoritate ejusd. summi Pontif. Guillelmus d'*Estouteuilla*, Cardinalis Legatus, in Francia, Rothomagensis Archiepiscopus, dedit vnum annum & dies 40. Indulgentiarum, omnibus Christianis deuotè hanc Ecclesiam visitaturis, & aliquid in eius reparationem collaturis.

V. Plures etiam summi Pontifices ab *Alexandro* IV. Papa, priuilegium Abbatibus Montis S. Michaelis, indulserunt, deferendi insignia Pontificalia: necnon conferendi minores ordines sibi subditis: vti toties superius annotauimus in Abbatibus 23. 29. & 33. Olim, Parisijs, extabat Domus, seu, Collegium S. Michaelis, (ante Lexouiense Collegium) dependens ab hac Abbatia Montis S. Michaelis, alienatum ac venditum, ann. 1571. pro conficienda taxa alienationis generalis Bonorum Ecclesiæ, hujusce Regni, collata Regi Carolo IX. per Sixtum V. Pap.[1]

[1] Brulius lib. 2. Antiquit. Parisf. pag. 651. & 652.

Digitized by Google

Ann. 1013.

BERNAYVM, GALLICÈ BERNAY.

Iudith, vxor Richardi 2. Ducis Normanniæ, Fundatrix: quam ipse Dux piè imitatus, Fundationem auget, & confirmat, sua carta: idemque agit Philippus 3. Audax, Rex Franciæ; Duo primarij Abbates referuntur.

CAPVT I.

BERNAYVM Neustriæ oppidum est haud ignobile, ad *Carentonam* fluuium Diœcesis Lexouiensis; vbi extat hæc Abbatia, ordinis S. Benedicti, dicata Beatiss. Virgini Mariæ, Deiparæ: quæ taxatur ad 1200. florenos aureos pro Annatis cameræ Apostolicæ soluendis. [a] Cujus fundatrix inclyta, extitit, Iudith, soror Goisfredi Britannorum Principis, desponsata autem Richardo 2. Normanniæ Duci. [b] Teste Guillelmo Gemeticensi: *Iudith verò, vxor eius, Ecclesiam S. Mariæ Bernai fundauit:* [c] Idem attestatur Ordericus: *Iudith* (inquit) *vxor eius, soror Gaufredi Britonum Comitis, cœnobium apud Bernaicum, in honore S. Dei genitricis Mariæ fundauit.* [d] Quod & ab alijs confirmatur. [e] Fundatrix itaque Iudith hoc cœnobium extruendum curauit, & opus jam impensè prosequebatur, cùm repentina mors, eam de medio abstulit. At Richardus, Dux pientissimus, votis amantissimæ conjugis demortuæ obsecundans, & fauens, totum adimplendum assumpsit: qua de re cartam amplissimam in hunc modum edidit. I.

Diuina propitiante Clementia: Ego Richardus Normanorum Dux, omnibus Christi fidelibus, toto orbe terrarum, longè latéque diffusis. Nulli dubium videri debet futuros esse hæredes Regni cœlestis, & cohæredes Dei, qui Christum hæredem sui facientes, eorum, quæ in hujus vitæ peregrinatione, quasi quadam paterna hæreditate possident, locis ea Diuino cultui deditis mancipare non dubitant. Ad quam rem, nostram firmat fidem calix aquæ frigidæ, qui juxta Euangelicum verbum, suo pollet munere. Non ergò diuini muneris gratia priuari credendi sunt, qui Ecclesiasticis obsequijs, & si officio non intersunt, rerum tamen suarum administratione, Diuini officij sustantant ministros: ea spe temporalem subministrantes alimoniam, vt sic solummodò cœlestibus reddant intentos, qui cœlestis Regis assiduo constituuntur inuigilare obsequio, participes fiãt ejusmodi beneficij omnimodò. Qua spe & deuotione subnixa, mihi à Domino conjunx concessa, quæ *Iudith*, suo est nomine appellata, delegit Christum hæredem sui facere, eius, quod illi dotali lege, concesseram fundi, ac familiæ, nostram piè expostulans vnanimitatem, vt eius super hoc voluntati fauerem. Quia verò hujusmodi supplicationibus semper libenter annui, sicut carnalis nos copula vnum fecerat, dicente Domino; Erunt duo in carne vna. Ita & vnanimem seruans fidem, eius deuotioni assensum præbui: vt quod mente tractauerat, ex Diuino adjutorio complere satageret. Igitur disposito operi principium ponens, in honore B. & gloriosæ Dei genitricis Mariæ fundamenta posuit in loco hoc, qui *Bernaicus*, priscorum dictus est vocabulo; præparans ipsa Monasterij ædificia, monastico ordini congrua, quem eo in loco ordinare disposuerat. Sed cùm necdum, vt oportuerat, perfecisset, piam in Christo accepit dormitionem: cujus ego animi conscius, seruorum Dei assiduam constitui habitationem, committens illud venerabili, Vuillelmo Abbati perficiendum, & monasticè ordinandum, qui in locandis fundamentis, modicum præstiterat consilij auxilium. Concede ergò, pro animæ meæ remedio, & illius, II.

cujus

[a] *Cenalis, lib. 2. de Re Gallica. Periocha, 4. Quercetanus lib. 7. Antiquit. Vrbium Franc. cap. 4. Galliana Christiana in Episcop. Lexouiens.*
[b] *Gemeticensis lib. 5. de Gestis Norman. cap. 13.*
[c] *Idem lib. 7. cap. 22.*
[d] *Ordericus lib. 3. Ecclef. Histor. sub ann. 1030.*
[e] *Nicolaus Gillius, in Annalib. Franc. sub Roberto I. Reg. ad ann. 1013. Belforestus. Ibid. Cenalis Tom. 5. Neustriæ Hierarchia, in ea Abbat. Gallia Christiana. ibid. Cotrozetus lib. 1. Thesauri, Histor. Franc. Titul. 30. Antiquitates MS. Normaniæ pag. 149 Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum, sub ann. 1017. Item Tract. de Abbatib. & Abbatijs cap. 12.*

cujus voluntas causa tanti extitit beneficij & vniuersæ prolis mihi à Deo concessæ ad supplementum seruorum Dei, ipsi in prænominato loco seruientium, *Bernaicum*, *Campellos*, *Tursve*, *Tilliolum*, *Vallilias*, villam quæ appellatur, *S. Albini*, Cadurges, Fagetum, Logias, Curtonam, Curtenellum, Ecclesiam de Villa, quæ dicitur *Fraxines*, & terram arabilem ad carrucam vnam; Clarogias. Concedo etiam *Belmontem*, Belmontellum, *Fontanas* vetulas, cum omnibus appenditijs suis; *Curbam-spinam*, Landapetrosam, Grandem-campum, cum appenditijs suis; *Faxines*, *Capellas*, Gerbertiuillam, Cantapiam, Malogias, cum omnibus appenditijs eorum, & Ecclesijs, & molendinis, pratis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarum-ve decursibus, cum piscarijs, à valle *Farneria*, vsque ad *Fontanam Ratgeam*. Concedo etiam in ipsa villa *Bernaico*, mercatum per singulas anni hebdomadas, & nundinas Annales, & omnes consuetudines, tam ex his, quàm ex supradictis villis omnibus, ad nos pertinentes; necnon & syluas ex integro, sicut Haymericus fidelis noster tenuit, vt habeant, teneant, & possideant omnia, absque inquietudine sæcularis, vel cujuscumque judiciariæ potestatis. Peto ergo illorum magnitudinem, quos Deus post me, hoc honore sublimauerit, cui eo authore præsideo; vt sicut authoritatis suæ scripta, inuiolata manere voluerint, ita hanc cessionis meæ cartam, annuentibus filijs, & hæredibus nostris, Richardo atque Roberto, compositam, inconuulsam, & inuiolatam manere permittant. Si verò contra eam aliquis, quid attentatus fuerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat; & coactus, auri libras 200. ad fiscum Dominicum persoluat; vt confusus discat, improborum temeritate non esse violanda, quæ ob amorem Dei, majorum statuerit authoritas. Hanc autem vt omni tempore, stabilis maneat, manu nostra subterfirmamus, & filijs & fidelibus nostris firmandam tradimus. Actum Fiscanni publicè. † Ego *Richardus* hoc Crucis signo, confirmo. † Ego *Richardus*, filius, confirmo. Ego *Robertus*, filius eius, confirmo. Ego *Mangisus*, Episcopus subscripsi. Ego *Rotbertus*, Archiepiscopus, subscripsi. Ego *Hugo*, Episcopus confirmo. Ego *Rotbertus*, Episcopus, confirmo. Ego *Herbertus*, Episcopus, confirmo. Ego *Radbobus* Episcopus, confirmo. Ego *Hugo*, Episcopus, confirmo. Signum *VVillelmi*. Signum *Maldelgerij*. *Richardus*, Vicecomes. *Negel* Vicecomes. *Alueredus* Vicecomes. *Torstingus* Vicecomes. *Vvalterius*, Vicecomes. *Odo*, Vicecomes. *Seiricus*, Vicecomes. *Vvitmundus*, Vicecomes. *Gosfredus*, Vicecomes, *Gozelinus*, Vice-comes. *Gislebertus*, *Richardus*, frater eius, &c. Data mense Augusto, considentibus nobis Fiscanni Palatio, anno ab Incarnatione Domini 1027. indictione 8. regnante *Rotberto* Rege, ann. 38. [f] Verùm loco, ann. 1027. arbitror reponendum ann. 1026. eo quòd Richardus 2. Dux jam obierat, ann. 1026. corrige vt supra in Abbatia Fiscanensi cap. 6. §. 9.

[f] *Ex Cartulario Abbat. Bernaicensi.*

III. Ea propter præsens Asceterium, velut sacrum depositum, semper remansit penes Regem Franciæ, tanquam verum ac legitimum Normaniæ Ducem, in cuius salua custodia speciali securè consistit: quod clariùs euasit probatum ann. 1280. aduersus Ducem Alenconiensem, id vsurpare contendentem.

Philippus, Dei gratia, Francorum Rex, notum facimus vniuersis, tam præsentibus quàm futuris: quòd cùm charissimus frater, & fidelis noster, Petrus, Comes Alenconiensis, in nostra curia proposuisset contra Abbatem & Conuentum de *Bernayo*: Quòd Monasterium de *Bernaio*, à prima sui fundatione, fundatum fuerat à Comitibus Alenconiensib. : & erat situm infra metas comitatus prædicti: & quòd claræ memoriæ *Ludouicus*, Francorum Rex, genitor noster, & suus, dederat ipsi Comiti, Comitatum prædictum Alenconiensem, cum omnibus juribus, & iustitia magna, quæ dicitur, *Placitum ensis*, & alijs Comitatus prædicti pertinentijs, sicut eas possidebat dictus Dominus, genitor noster, & suus, tempore, quo viuebat, in comitatu prædicto: quare petebat dictus Comes custodiam, seu *Gardiam*, Monasterij prædicti, & Placitum ensis, in terra prædicti Monasterij, & in homines ipsius Monasterij, consistentes in Feodis Comitatus prædicti, & in bonis eorum existentibus in Feodis prædictis, sibi liberari, ratione sui Comitatus prædictis, dictis Abbate, & Conuentu, ex aduerso dicentibus: Dictum Monasterium non esse fundatum à Comitibus Alenconiensibus; nec esse de comitatu, vel in Comitatu Alenconiensi: nec de rebus datis à dicto Domino, Genitore nostro, eidem fratri nostro; nec de pertinentibus ad prædicta: & asserentibus, quòd *Richardus* Dux Normanniæ, vxori suæ, quæ *Indith*, vocabatur, concessit, vt in loco, qui

Bernaicus, vocabatur, de terra, quam eidem in Dotalitium dederat, Monaſterium fundaret; quod opus, cùm morte præuenta, complere nequiuiſſet, idem *Dux*, pro ſalute animæ ſuæ, & vxoris ſuæ prædictæ, dictum opus compleuit, & præfatam Eccleſiam de ſuo patrimonio fundauit, & dotauit: & plures alias rationes prætendentibus, per quas dicebant *in Gardia*, protectione, & iuriſdictione noſtra, remanere debere. Auditis hinc indè propoſitis, viſis depoſitionibus quorumdam teſtium, ſuper præmiſſis receptorum; viſis etiam Priuilegijs, Cartis, & Litteris, à partibus exhibitis, ac rationibus partium plenius intellectis, pronuntiatum fuit per Curiæ noſtræ iudicium: Monaſterium de *Bernaio*, cum pertinentijs ſuis, in *Gardia*, & protectione noſtra, & hæredum noſtrorum, Normannorum Ducum, remanere debere: & Placitum ſpathæ, in locis prædictis, ad nos, & hæredes noſtros, Duces Normanniæ, pertinere. In cuius rei teſtimonium, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius, ann. Domini 1280. menſe Iunio. g

Antequam huiuſce ſacri domicilij cœnobiarchas enumeremus, præmittendum venit, ac dilucidandum, quid Arboretanus Antiſtes intellexerit, per ea, quæ ſub intulit verba: „ Iudith Comitiſſa (inquit) vxor 2. Richardi fecit Monaſterium „ *Bernaij*; huius cuſtodes fuerunt *Radulphus*, Abbas S. Michaelis, & poſt ipſum „ *Theodoricus* Gemeticenſis; quorum Prior dedit *Vticum*, & *Bellum-Montellum* „ *Hunfrido de Vetulis*: ſequens verò medietatem Burgi *Bernaij*, patri Rogerij *de* „ *Monte-Gomerici*, Gall. *Montgommery*: qui erat propinquus eius, vt indè ſe pro„ curaret, quando *Bernaium* veniſſet. h Sanè, per nomen *Cuſtodum*, ſub intelligenda eſt alicuius muneris acceptatio; ijque *Cuſtodes* erant velut conſeruatores, ſeu Oeconomorum perſonatus gerentes; in bonum cœnobij, cuius adminiſtrationi temporali vtiliter intendere deberent; verùm, contrarium accidit, vti ex nuper allatis videre eſt: quapropter huiuſmodi officium mox excidit; totaque Monaſterij regiminis ac directionis ratio, in poſterum penes ſolos Archimandritas remanſit: quorum licet paucorum, ſeries ſequitur. IV.

g *Ex cod. Cartulario. San-Marthani. lib. 7. Genealog. Hiſtor. Domus Franc. cap. 1. pag. 389.*

h *Cænalis. Tom. 5. Hierarchiæ Neuſtriæ ſup. ex Roberto de Monte. cap. 22. ſup.*

1. *Guillelmus. Primarius Abbas.*

Id clarè aperit præfatus Richardus, Normanorum Dux, quando, ipſa Iudith, vxore ſua, demortua (cujus opus inchoatum circa conſtructionem præſentis cœnobij, perficiendum curauerat) cartam ſuperius allatam, pro eiuſdem Aſceterij fundatione, piè edidit, hæc addens: *Cuius ego animi conſcius, ſeruorum Dei aſſiduam conſtitui habitationem, committens illud venerabili* Vvillelmo Abbati, *perficiendum, & Monaſticè ordinandum, qui in locandis fundamentis non modicum præſtiterat conſilij auxilium*: &c. i De ea Iudith, memoria habetur 17. Iunij. k Bernaij quippe ſepulta eſt cùm obijſſet, ann. 1017. l De *Richardo* 2. Duce 23. Auguſti. m mortuo ann. 1026. quorum Epitaphium illic habetur appoſitum, licet valdè impolitum. V.

Normanæ gentis clarus Dux Ecce Richardus,
Voce ſecundus, adeſt Religionis amans:
Filius iſte Richardi magni, vota reſoluit,
Vxoris hoc Iudith condere cænobium
Iudith migrans hinc totum celebranda per orbem:
Ipſam quam cernis condidit Eccleſiam,
Inclyta Britanni proles Ducis eſſe probatur. al. *Comitis.*

Ann. 1013. ponendum eſt ann. 1031. poſt illorum obitum.

i *Carta fundation. Bernaenſ. Abbat. ſup.*
k *In obituario Bernaij.*
l *Antiquitates MS. Norman. pag. 494. & 140.*
Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertum ann. 1017.
m *Ex obituario Bernaij.*

2. *Vitalis Abbas.*

Huius meminit Ordericus, dùm mortem *Oſberni*, Abbatis Vticenſis recenſet, ad ann. 1066. *In craſtinum verò Vitalis Bernaicenſium Abbas, ad tumulandum amicum ſuum acceſſit: & in clauſtro cœnobiali, iuxta Eccleſiam S. Petri, Apoſtolorum principis, ſepeliuit.* n Anno autem 1087. interfuit funeri Guillelmi 2. Nothi, Ducis Normanniæ, Angliæ VI.

n *Ordericus lib. 3. ad ann. 1066.*

Angliæ conquiſitoris Regis, apud Cadomum ſepulti, in Eccleſia Abbatiali S. Stephani Prothomartyris. [o] Nominatur ad ann. 1074. [p] & 1061. [q] ſed attendas, velim, quòd his contrarium ſcripſerit Præſul Arboricenſis. *Primus*, (inquit) *ibi factus eſt Abbas*, *Vitalis*, *Monachus Fiſcanni*; *cui*, *cùm poſtmodum Guillelmus*, *Rex Anglorum*, *Abbatiam S. Petri Vveſtmonaſterij dediſſet*, *Osbernus*, *frater eius*, *Monachus Troarnenſis*, *ſecundus præfuit Monaſterio Bernay*: [r] Quæquidem parum nos mouent: cùm neque *Vitalis*, primus, aut *Osbernus*, ſecundus Bernaicenſis Abbas, vſquam extiterit; vti ex præcedentibus atque ſequentibus liquidò conſtat. Et verò, ſi Guillelmus *Ruffus*, ſcilicet, Rex Anglus, Vveſtmonaſterienſem Abbatiam *Vitali* dederit, poſt ann. 1087. in longam vſque ſenectam produxiſſet ætatem; cùm jam (iuxta ipſum) Bernaio Abbas præfuiſſet ante ann. 1020.

[o] *Idem lib. 7. ad ann. 1087.*
[p] *Ex libro Nigro. Eccleſ. Bajocenſ. fol. 1. carta 3.*
[q] *Vide Capitulo ſequenti. §. 1.*
[r] *Carnalis ſup. ex Roberto de Monte. cap. 12. ſup. de Abbatijs.*

Donatio Prioratus de Bollebeco, Abbatiæ Benaicenſi, cæteri Abbates proſequuntur, & nonnulla alia adnotantur.

CAPVT II.

I. PRIVSQVAM ad vlteriora progrediamur, immorandum nobis eſt, circa Donationem Prioratus de *Bollebec*, huic cœnobio, tempore *Vitalis* Abbatis, ann. 1061. factam prout carta ſubſequens indicabit. *Qui piorum* fructus operum ad aream Domini, deferre non poſſumus, vel vlmus ſaltem infructuoſa, vineæ palmites ſuſtentare conemur, & quia remuneratorem omnium in iudicio dicturum non ambigimus: Quod vni ex fratribus meis feciſtis, mihi impendiſſe cognoſcatis. Hac ſpe ſalutiferæ vocis roborati: vt hanc Domini ſententiam ſecuri audiamus, totis niſibus laboremus. Scimus enim, quia à ſuo non fraudabuntur deſiderio; quos pauperum ſpiritu ſublimauerit interceſſio. Eſt igitur æquum ac ſalutare conſilium; vt eis temporale impendamus ſolatium, quorum precibus, ad æternum optamus tranſire conſortium. Ego itaque *Rogerius Porchet*, quia Deum offendiſſe, me doleo, ac propter hoc, ſeruorum Dei ſuffragijs, Deo, ac ſanctæ Mariæ de *Bernaco*, atque D. *Vitali*, eiuſdem Monaſterij Abbati, & Monachis, inibi Deo famulantibus, quartam partem Eccleſiæ S. Michaëlis de *Bolebec*, concedo: atque filijs meis Lamberto ſcilicet, Roberto, atque Guillelmo, concedere facio. Ego etiam *Hugo de Bolebec*, vt in Regno Dei, vel vltimus aſcribi merear; eidem Monaſterio, & Abbati, atque prædictis Monachis, aliam quartam partem ejuſdem S. Michaëlis dono. Nos autem, ego *Vvalterius Sifland*, *& Vvillelmus Duncius*, ſeruis Dei participari cupientes; aliam quartam partem, quam à patribus noſtris poſſidemus, prædictis ſeruis Dei, pro ſalute noſtra concedimus; atque Richardum *Fraiſnel*, Dominum noſtrum concedere exoptamus. Ego igitur Richardus *Fraiſnel*, huius beneficij particeps eſſe deſiderans, pro remedio animæ meæ, & pro ſalute parentum meorum, atque omnium hæredum meorum; quod iſti fideles mei, Eccleſiæ S. Dei genitricis Mariæ de *Bernaico*, pia intentione offerunt, pia deuotione concedo. Et ego *Ada de Raphetot*, commiſſa, quæ peregi deleri cupiens; pro remedio animæ meæ, dimidiam partẽ quartæ partis eiuſdem Eccleſiæ, ipſis Monaſterio & ſeruis Dei, concedo. *Concedimus* etiã eis nos pariter hic nominati, decimam totius Thelonei noſtri de *Bolebec*, & omnium molendinorum noſtrorum, atque Bercuriarum. Item, in ipſa villa concedimus eiſdem decem manſuras, & nominatim manſurã *Odonis* Præsbyteri. Itẽ, in eadẽ Parœchia, concedimus eis Capellã S. *Martini*, & quicquid ad ipſam pertinet, vt proprium membrum Eccleſiæ S. *Michaëlis*. Et vt hoc donum ratum atque firmũ permaneat, D. Vvaltero *Giſardo*, quem de terris noſtris patronum cognoſcimus, concedere ſupplicamus. Ego Vvalterus *Giſardus*, hoc deſiderium Baronum meorum, ſcilicet, Rogerij *Porchet*, Hugonis de *Bolebec*, Vvalteri *Siſrando*, Vvillelmi *Duncius*, atque Adæ de *Raphetot*, collaudans, quod Deo, & S. Mariæ de *Bernaico*, ac D. *Vitali*, Abbati, necnon & Monachis ſub eius regimine Deo ſeruientibus, ceſſerunt, deuotiſſimè concedo: & hanc conceſſionem ſuper altare ſanctæ Dei genitricis Mariæ de *Bernaico* propono. †. Indè ſunt

Antiquitates MSS. Norman. pag. 215.

Eee

Bernaicus, vocabatur, de terra, quam eidem in Dotalitium dederat, Monasterium fundaret; quod opus, cùm morte præuenta, complere nequiuisset, idem *Dux*, pro salute animæ suæ, & vxoris suæ prædictæ, dictum opus compleuit, & præfatam Ecclesiam de suo patrimonio fundauit, & dotauit: & plures alias rationes prætendentibus, per quas dicebant *in Gardia*, protectione, & iurisdictione nostra, remanere debere. Auditis hinc indè propositis, visis depositionibus quorumdam testium, super præmissis receptorum; visis etiam Priuilegijs, Cartis, & Litteris, à partibus exhibitis, ac rationibus partium plenius intellectis, pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ iudicium: Monasterium de *Bernaio*, cum pertinentijs suis, in *Gardia*, & protectione nostra, & hæredum nostrorum, Normannorum Ducum, remanere debere: & Placitum spathæ, in locis prædictis, ad nos, & hæredes nostros, Duces Normanniæ, pertinere. In cuius rei testimonium, præsentibus Litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, ann. Domini 1280. mense Iunio. g

IV. Antequam huiusce sacri domicilij cœnobiarchas enumeremus, præmittendum venit, ac dilucidandum, quid Arboretanus Antistes intellexerit, per ea, quæ subintulit verba: „ Iudith Comitissa (inquit) vxor 2. Richardi fecit Monasterium „ *Bernaij*; huius custodes fuerunt *Radulphus*, Abbas S. Michaelis, & post ipsum „ *Theodoricus* Gemeticensis; quorum Prior dedit *Vticum*, & *Bellum-Montellum* „ *Hunfrido de Vetulis*: sequens verò medietatem Burgi *Bernaij*, patri Rogerij *de* „ *Monte-Gomerici*, Gall. *Montgommery*: qui erat propinquus eius, vt indè se pro„ curaret, quando *Bernaium* venisset. h Sanè, per nomen *Custodum*; subintelligenda est alicuius muneris acceptatio; ijque *Custodes* erant velut conseruatores, seu Oeconomorum personatus gerentes; in bonum cœnobij, cuius administrationi temporali vtiliter intendere deberent; verùm, contrarium accidit, vti ex nuper allatis videre est: quapropter huiusmodi officium mox excidit; totaque Monasterij regiminis ac directionis ratio, in posterum penes solos Archimandritas remansit: quorum licet paucorum, series sequitur.

g *Ex cod. Cartulario. San-Marthani. lib. 7. Genealog. Histor. Domus Franc. cap. 1. pag. 389.*

h *Canalis, Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ sup. ex Roberto de Monte, cap. 12. sup.*

1. *Guillelmus. Primarius Abbas.*

V. Id clarè aperit præfatus Richardus, Normanorum Dux, quando, ipsa Iudith, vxore sua, demortua (cujus opus inchoatum circa constructionem præsentis cœnobij, perficiendum curauerat) cartam superius allatam, pro eiusdem Asceterij fundatione, piè edidit, hæc addens: *Cuius ego animi conscius, seruorum Dei assiduam constitui habitationem, committens illud venerabili* Vvillelmo Abbati, *perficiendum, & Monasticè ordinandum, qui in locandis fundamentis non modicum præstiterat consilij auxilium*: &c. i De ea Iudith, memoria habetur 17. Iunij. k Bernaij quippe sepulta est cùm obijsset, ann. 1017. l De *Richardo* 2. Duce 23. Augusti. m mortuo ann. 1026. quorum Epitaphium illic habetur appositum, licet valdè impolitum.

Normanæ gentis clarus Dux Ecce Richardus,
Voce secundus, adest Relligionis amans:
Filius iste Richardi magni, vota resoluit,
Vxoris hoc Iudith condere cœnobium
Iudith migrans hinc totum celebranda per orbem:
Ipsam quam cernis condidit Ecclesiam,
Inclyta Britanni proles Ducis esse probatur. al. *Comitis.*

Ann. 1013. ponendum est ann. 1031. post illorum obitum.

i *Carta fundation. Bernauens. Abbat. sup.*
k *In obituario Bernaij.*
l *Antiquitates MS. Norman. pag. 494. & 140. Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum ann. 1017.*
m *Ex obituario Bernaij.*

2. *Vitalis Abbas.*

VI. Huius meminit Ordericus, dùm mortem *Osberni*, Abbatis Vticensis recenset, ad ann. 1066. *In crastinum verò Vitalis Bernaicensium Abbas, ad tumulandum amicum suum accessit: & in claustro cœnobiali, iuxta Ecclesiam S. Petri, Apostolorum principis, sepeliuit.* n Anno autem 1087. interfuit funeri Guillelmi 2. Nothi, Ducis Normanniæ, Angliæ

n *Ordericus lib. 3. ad ann. 1066.*

Digitized by Google

Angliæ conquiſitoris Regis, apud Cadomum ſepulti, in Eccleſia Abbatiali S. Stephani Prothomartyris. [o] Nominatur ad ann. 1074. [p] & 1061. [q] ſed attendas, velim, quòd his contrarium ſcripſerit Præſul Arboricenſis. *Primus*, (inquit) *ibi factus eſt Abbas*, *Vitalis*, *Monachus Fiſcanni*; *cui*, *cùm poſtmodum Guillelmus*, *Rex Anglorum*, *Abbatiam S. Petri VVeſtmonaſterij dediſſet*, *Osbernus*, *frater eius*, *Monachus Troarnenſis*, *ſecundus præfuit Monaſterio Bernaij*: [r] Quæquidem parum nos mouent: cùm neque *Vitalis*, primus, aut *Osbernus*, ſecundus Bernaicenſis Abbas, vſquam extiterit; vti ex præcedentibus atque ſequentibus liquidò conſtat. Et verò, ſi Guillelmus *Ruffus*, ſcilicet, Rex Anglus, VVeſtmonaſterienſem Abbatiam *Vitali* dederit, poſt ann. 1087. in longam vſque ſenectam produxiſſet ætatem; cùm jam (iuxta ipſum) Bernaio Abbas præfuiſſet ante ann. 1020.

o *Idem lib. 7. ad ann. 1087.*
p *Ex libro Nigro. Eccleſ. Bajocenſ. fol. 1. carta 3.*
q *Vide Capitulo ſequenti. §. 1.*
r *Canalis ſup. ex Roberto de Monte. cap. 12. ſup. de Abbatijs.*

Donatio Prioratus de Bollebeco, Abbatiæ Benaicenſi, cæteri Abbates proſequuntur, & nonnulla alia adnotantur.

CAPVT II.

I. PRIVSQVAM ad vlteriora progrediamur, immorandum nobis eſt, circa Donationem Prioratus de *Bollebec*, huic cœnobio, tempore *Vitalis* Abbatis, ann. 1061. factam prout carta ſubſequens indicabit. *Qui piorum* fructus operum ad aream Domini, deferre non poſſumus, vel vlmus ſaltem infructuoſa, vineæ palmites ſuſtentare conemur, & quia remuneratorem omnium in iudicio dicturum non ambigimus: Quod vni ex fratribus meis feciſtis, mihi impendiſſe cognoſcatis. Hac ſpe ſalutiferæ vocis roborati: vt hanc Domini ſententiam ſecuri audiamus, totis niſibus laboremus. Scimus enim, quia à ſuo non fraudabuntur deſiderio; quos pauperum ſpiritu ſublimauerit interceſſio. Eſt igitur æquum ac ſalutare conſilium; vt eis temporale impendamus ſolatium, quorum precibus, ad æternum optamus tranſire conſortium. Ego itaque *Rogerius Porchet*, quia Deum offendiſſe, me doleo, ac propter hoc, ſeruorum Dei ſuffragijs, Deo, ac ſanctæ Mariæ de *Bernaco*, atque D. *Vitali*, eiuſdem Monaſterij Abbati, & Monachis, inibi Deo famulantibus, quartam partem Eccleſiæ S. Michaëlis de *Bolebec*, concedo: atque filijs meis Lamberto ſcilicet, Roberto, atque Guillelmo, concedere facio. Ego etiam *Hugo de Bolebec*, vt in Regno Dei, vel vltimus aſcribi merear; eidem Monaſterio, & Abbati, atque prædictis Monachis, aliam quartam partem ejuſdem S. Michaëlis dono. Nos autem, ego *Vualterius Siſland*, *& Vuillelmus Duncius*, ſeruis Dei participari cupientes; aliam quartam partem, quam à patribus noſtris poſſidemus, prædictis ſeruis Dei, pro ſalute noſtra concedimus; atque Richardum *Fraiſnel*, Dominum noſtrum concedere exoptamus. Ego igitur Richardus *Fraiſnel*, huius beneficij particeps eſſe deſiderans, pro remedio animæ meæ, & pro ſalute parentum meorum, atque omnium hæredum meorum; quod iſti fideles mei, Eccleſiæ S. Dei genitricis Mariæ de *Bernaico*, pia intentione offerunt, pia deuotione concedo. Et ego *Ada de Raphetot*, commiſſa, quæ peregi deleri cupiens; pro remedio animæ meæ, dimidiam partē quartæ partis eiuſdem Eccleſiæ, ipſis Monaſterio & ſeruis Dei, concedo. *Concedimus* etiā eis nos pariter hic nominati, decimam totius Thelonei noſtri de *Bolebec*, & omnium molendinorum noſtrorum, atque Bercuriarum. Item, in ipſa villa concedimus eiſdem decem manſuras, & nominatim manſurā *Odonis* Præsbyteri. Itē, in eadē Parœchia, concedimus eis Capellā S. *Martini*, & quicquid ad ipſam pertinet, vt proprium membrum Eccleſiæ S. *Michaëlis*. Et vt hoc donum ratum atque firmū permaneat, D. Vualtero *Giſardo*, quem de terris noſtris patronum cognoſcimus, concedere ſupplicamus. Ego Vualterus *Giſardus*, hoc deſiderium Baronum meorum, ſcilicet, Rogerij *Porchet*, Hugonis de *Bolebec*, Vualteri *Siſrando*, Vuillelmi *Duncius*, atque Adæ de *Raphetot*, collaudans, quod Deo, & S. Mariæ de *Bernaico*, ac *D. Vitali*, Abbati, necnon & Monachis ſub eius regimine Deo ſeruientibus, ceſſerunt, deuotiſſimè concedo: & hanc conceſſionem ſuper altare ſanctæ Dei genitricis Mariæ de *Bernaico* propono. †. Indè ſunt

Antiquitates MSS. Norman. pag. 215.

Eee

testes Vuillelmus Iudas, Rotbertus d'*Elbec*, Vuillelmus de *Greinuilla*, Ratbertus, filius eius, Radulphus *Bennengel*, Robertus d'*Esponuilla*, Petrus de *Chenouilla*, Villelmus, filius eius, Guillebertus, Forestarius Regis, Gothmundus, Forestarius Regis. ┼ Ex parte S. Mariæ, atque Vitalis, Abbatis, Testes, Goisfredus de *Bernaico* Rodolphus *Pichenot*, Hugo *Asfagardus*, Rogerius *Scalardus*, Adelelinus *Aurifaber*, Osbernus, filius Normanni, Richardus del *Plamet*. ┼. Acta & recitata atque concessa ante serenissimum Regem Vuillelmum, anno ab Incarnatione Domini, 1061. Apud *Illebonam*, in Concilio, tertia feria solemnitatis Pentecostes: Testibus, Vuillelmo, Rothomagensi Archiepiscopo; Odone, Bajocensi Episcopo: Hugone, Lexouiensi Episcopo; Michaele, Episcopo, Abrincensi, Gisleberto, Ebroicensi Episcopo: Vuillelmo de *Britholio*, Rogerio de *Montgommery*: Rogerio de Bellomonte: Roberto & Henrico, filijs suis: Radulpho de *Conchis*, Hugone de *Monteforti*, Vualterio Gisfardo, Rogerio Bigot, Nigello de *Constantijs*, Vicecomite, Vuillelmo Bertramno. Porrò, ille Vualterius *Gisfardus*, Dinasta illustrissimus, Comes da *Longavilla*, apud Caletes, fundator extitit Prioratus *Longavillæ*, vbi sepultus jacet: cujus meminit *Ordericus*. a Anno 1470. jurgium exoritur, pro prioratu Bollibecci, inter Michaelem *Bernard*, monachum Fiscanni, & Symonem *des Allez*, monachum Bernaij: qui tamen penes illum remansit: facta pensione 20. Librarum præfato Michaeli. b II.

1081. seu 1071.

a Ordericus lib. 12. sup. ad ann. 1108. pag. 809. Antiquit. MS. sup. pag. 216.

b Ex compendiosa relatione Scacarior. Apud D. Bigot, Senator. Rothomag. pag. 621.

Nunc ad Cœnobiarcharum hujusce elenchum nostrum dirigamus sermonem.

3. *Osbernus.*

Monachus erat Troarnensis, frater vitalis, prædecessoris Abbatis, cui successit. c

c Canalis. sup. ex Roberto de Monte, cap. 12. sup.

4. *Robertus Noé.*

Vti constat ex eius Epitaphio: moritur 1128. die 1. Nouemb.

Robertus Noé Abbas
Sic coopertus.
Hic jacet ensenuli
Deus,
Ad tua gaudia cœli
Ducas
Et sit ei lux æterna requiei.
Amen.

Anno milleno centeno octauoque viceno cunctorum:
Festo sanctorum, pressus honesto funere.

5. *Nicolaus, Monachus, Fiscanni.* d

d Canalis. sup.

6. *Richardus.*

Religiosus ejusdem loci. e Obijt, ann. 1169. ex Roberto de Monte.

e Ibid.

7. *Goscelinus Monachus Beccensis: obijt 15. jdus Augusti.*

8. *Guillelmus.*

Beccensis etiam alumnus. Moritur 14. Calend. Nouemb.

f Ex Schedis Abbat. Bernaicens. In fin. Catalog. Abbat. Beccens.

Monachis Bernacensibus scripsit, *Arnulphus*, Lexouiensis Antistes; in hunc modum. *Sicut* electionem vestram indulgentiore gratia præuenire curauimus; ita factam quantum in nobis est, approbamus, & personam electam plurimæ dilectionis brachijs amplexamur. Quod autem ad assignandam vobis diem Benedictionis, nuntium destinastis: miror admodum, quòd id, quod per Priorem, & majorum personarum numerum competentem fuerat implorandum; personam, ipsamque solam, & sine litteris, nec moribus grauem, nec ætate, misistis: qui me benignè III.

satis,

ſatis, & vtiliter ad omnia reſpondentem, ſuperbis non timuit irritare ſermonibus, nec ſuperba ad magnum animi motum audacia prouocare. Stulto itaque juxta ſtultitiam ſuam reſponſo, quod oportuit, dato, vobis tanquam dilectis in Chriſto fratribus, per proprium nuntium, & litteras duximus reſpondendum; ne quis vos, quod abſit, de benignitate, & gratia noſtra, fallaci malignitate deſperare compellat. Sciatis itaque me infra decimum, aut duodecimum diem, ad Eccleſiam veſtram, volente Domino, rediturum, & tunc Priorem ad nos cum numero fratrum competente, & electa perſona, venire volumus: vt per eos nobis, ſicut ordo Canonicus exigit, repræſentetur electio, & authoritatis noſtræ munimine roboretur. Tunc communicato nimirum veſtro, noſtrorumque conſilio, ad benedictionem dies opportunus poterit aſſignari; & nos, ſi quid obſtaculi videbitur apparere, modis omnibus amouere curabimus, & dare ſuum negotio præeunte, ſemper Diuina gratia complementum. g Quo autem tempore, vel de quo Abbate, ſermo ſit, adhuc me latet: ſaltem non exceſſiſſe ann. 1180. (quo ipſe Arnulphus ad vitæ terminum properabat) conſtat.

g *Epiſtol. 54. Arnulphi Lexouienſ. Extat Tom. 12. part. 2. Bibliothec. patrum. Choppinus lib. 1. de ſacra politia. Titul. 2. art. 19. Gallia Chriſtiana; ſup.*
h *Vide infra, in Abbatia, Valacia, cap. 3. n. 6.*
i *Ibid.*

IV. *9. Secundus, ann. 1203. memoratur.*

10. Guillelmus, notatur, ann. 1217. i

11. Laurentius le Trecalier: ſequens habet Cœnotaphium.

Bernaij Florens.
Bonus Abbas nomine Lorens;
Le Trecallié dictus,
Iacet hîc in pace relictus:
Vt fuit hac vita,
Sic Chriſti ſit cœnobita;
Sit ſemper ei,
Lux ſine fine diei:
Hoc ſibi det munus,
Qui trinus conſtat & vnus.
1264. 24. menſ. Maij.

12. Stephanus obijt 11. Ianuarij: apud Obituarium Bernaij.

13. Guillelmus Viard, mortuus 18. Septemb. ibid.

14. Simon de Salloys.

Defunctus 11. April. ex Necrologio Abbat. Cormelienſ.

15. Ioannes de Capella, 13. Iunij, ibid.

V. *16. Ludouicus, moritur 6. Iulij, ibid.*

17. Pontius Pignon.

Exceſſit è vita 1. Decemb. ann. 1422. cui mox ſucceſſit eodem ann. die 23. ejuſdem Menſis.

18. Simon de Gonnella: qua de re Carta ſubſequitur.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri ac Domino Brandæ, miſeratione Diuina, Tituli, S. Clementis, S. R. E. Præsbytero Cardinali, Placentino, vulgariter nuncupato, Adminiſtratori perpetuo Eccleſiæ Lexouienſ. aut veſtris ſpiritualibus, venerabilibus Vicarijs: humiles & deuoti, ac ſubditi veſtri, *Guillelmus de Belleaut*, Prior prioratus de *Boullebec*, à monaſterio B. Mariæ de *Bernaio*, ordinis S. Benedicti, veſtræ Lexouienſis Diœceſis, dependentis, ac dicti Monaſterij Prior clauſtra-

Digitized by Google

sis, totusque ejusdem loci Conuentus, honorem: reuerentiam, & obedientiam tanto patri debitam. Cùm propter vacationem diutinam Ecclesiæ Pastorum solatijs destitutæ, grauia in spiritualibus & temporalibus dispendia patiantur; conditores canonum deliberatione prouida censuerunt, vt vltra tres menses vacare non debeant Ecclesiæ etiam Prioratus, & Monasteria Regularium; vacante igitur dicto Monasterio B. Mariæ de *Bernaio*, per priuationem religiosi viri, fratris *Pontij Pignon*, nuper Abbatis ipsius Monasterij, die 1. mensis Decembris, solemniter & publicè, via juris factâ.... ne idem Monasterium viduitatis suæ incommoda diutius deploraret, fuit à præsentibus, dies 23. dicti mensis, Decembris, repentinarum guerrarum incursibus continuatis, & alijs justis de causis, cum continuatione dierum sequentium, concorditer assignatus, ad electionem futuri Abbatis, & pastoris dicti Monasterij celebrandam: &c. Qua electus fuit frater *Simon de Gonnelle*, Granatarius, & gubernator ejusdem Monasterij, ann. 1422. indictione 1. more Gallicano, Pontificatus Martini V. ann. 6. die 23. Decemb. [k] Interfuit Scacario, ann. 1453. [l] Societatem inijt cum monachis Cormeliensibus, ann. 1461. cujus exemplar subsequitur. *Venerabilibus* Religiosis & deuotis fratribus in Christo charissimis, Domino *Constantino*, miseratione diuina Abbati de *Cormeliis*, totique eiusdem loci Conuentui, ordinis S. Benedicti, Lexouiensis Diœcesis, *Simon*, eadem miseratione, humilis Abbas, B. Mariæ de *Bernayo*, Conuentusque dicti loci, ejusdem Ordinis & Diœcesis, Salutem. Quoniam quidem (vt fertur) prædecessores nostri, &c. Datum in capitulo nostro, Anno Domini. 1461. [m] Eius dies obitus notatur vltima Decembris, in Necrologio Bernaij.

[k] *Ex Cartulario Abbat. Bernaicens.*
[l] *Pag. 408. In Relationem compendiosa Scacariorum. Apud D. Bigot Senatorem Rothomag.*
[m] *Ex Schedis Abbatia Cormeliens.*

19. *Thomas Bohier.* VI.

Dominus de *Nazelles* & de *Panchian*, Francisci Maclouiensis [a] & Ægidij, Agathensis 1447. Episcoporum frater, Decanus Turonensis: viuebat post ann. 1450. & circa ann. 1461.

[n] *Augustinus du Pas. Chenu. Seuertius. Catel, &c. in Episc. Maclouiens. & Agathens.*

20. *Guillelmus 2. de Flocques.*

Episcopus Ebroicensis, factus Abbas, ann. 1464. memoratur in compendiosa Relatione Scacariorum MS. pag. 598.

21. *Richardus de Boscago, ceu, Bosquago.*

Interfuit Scacario Rothomagensi, ann. 1469. contra quem Cardinalis Episcopus Constantiensis, per procuratorem est protestatus, asserens se esse Administratorem illius Abbatiæ, &c. Attamen idem Richardus Abbas adest in Scacario, ann. 1474. ibid. pag. 660. Mortuus autem memoria eius recolitur, 30. Martij, & 12. Septemb. apud obituarium Bernaij: quò sepulturam nactus est cum hac Epygraphe:

Obijt Richardus Bosquago; *Abbas quondam hujus venerabilis Monasterij B. Mariæ de Bernayo; qui in finem vsque laudabiliter perseuerans, post multos labores, vita præsentis diem clausit extremum; Anno Domini* 140.......

22. *Antonius Vialart.* VII.

Fuit Archiepiscopus Bituricensis, ann. 1572. [o]

[o] *Chenu Seuertius, &c. in Bituricens. Archiepiscop.*

23. *Aymarus Hennequin.*

Canonicus & Consiliarius Parisiensis: tum ex Abbate fit Episcopus *Rhedonensis*, ann. 1575. obijt, 1596.

24. *Drogo Hennequin.*

Frater *Aymari* præfati, Dominus de *Chasteraine* Consiliarius Parisiensis, Thesaurarius Suessionensis: & Abbas.

Digitized by Google

25. *Hieronymus Hennequin.*

Frater prædictorum: Episcopus Suessionensis, ann. 1585. successit, in ead. Abbatia: obijt, 1619. p

26. *N......*

27. *N. Feydeau.*

VIII Prædicti ex sorore nepos, senator Parisiensis, illi successit ann. 1654.

Duo sunt Prioratus dependentes à *Bernaico* cœnobio, videlicet de *Bollebeco*: sup. & de *Prassiniaco superbo*, in Decanatu de *Baudemonte*, Diœcesf. Rothomagenf. Taxatur hæc Abbatia ad 1200. Florenos aureos, pro Annatis cameræ Apostolicæ soluendis: vti diximus sub initio, de qua olim conquerebatur. Tunc enim Annatæ soluebantur, habita veteris taxationis ratione; eæque ad dimidiam partem eius taxationis redigebantur: nunc verò Annatæ taxationem & annuum redditum excedunt; adeò, vt plerumque videamus, ab impetrantibus apud trapezitas dimitti, quòd redditu omni amplior summa exigatur: id quod in Abbatia Bernaicensi, & S. Pharonis Meldensis, accidisse comperimus. Habetur in defensione Curiæ Parisienf. Ludouico XI. Regi Francor. oblata, pro libertate Ecclesiæ Gallican. aduersus aulam Romanam, §. 76. Apud L. Bochellum, lib. 4. Decretor. Eccles. Gallicanæ, Titul. 21. cap. 10.

p *Piscinius lib. 4. Gallia purpurat. pag. 669. Melchior Regnault in Epitom. Histor. Suessionens. pag. 119. Ianus Langlæus, lib. 7. cap. 16. Onuphr. Semestrium.*

MONS SANCATHARINÆ, VVLGÒ LE MONT de saincte Catherine.

ANN. 1024.

Descriptio Fundationis hujusce inclytæ Abbatiæ ex Antiquo Codice MS. a

CAPVT I.

I. IN *occiduis partibus*, tunc temporis diuæ memoriæ Richardus Normaniæ Princeps erat egregius: Richardi Ducis cognomento Senis filius. Siquidem Rollo, qui & Robertus, Danorum Dux nobilissimus, atque fortissimus, qui eamdem patriam debellando cœpit, clarisque potitus triumphis, suæ, suorumque hæredum ditioni perpetualiter subegit, huius proauus extitit. Is ergò gloriosus Princeps Richardus, virtutum gratia redimitus, non solùm vicinis, sed & exteris, & procul positis nationibus habebatur opinatissimus; quia erat bello strenuus, hostium oppugnator fortissimus, & erga Dei cultum fide Catholicus, iudicio iustus, pupillis & egenis non mediocriter dapsilis, humilitate mansuetus, totius Regni sui moderator ac propagator egregius. Huius tam liberalissimi Principis fama, penè ad vsque mundi Cardines, peruolauerat: adeò vt præfati monachi B. Catharinæ de Monte *Sinaj*, eius comperta opinione, missos ad eum dirigerent; quatinùs sibi pro sua, totiusque orbis pace ac salute orantibus, aliqua suæ largitatis munera, scilicet, ad restaurationem sui Monasterij, & victus subsidia transmitteret. Cujus legationis pondus B. Simeoni, qui & sanctitate ac præ-

a *Vetus Codex MS. seu Legendarium Sanctor. permagn. pro parte Hyemali. In fine passionis S. Catharinæ Virginis & martyris 25. Nouemb. Apud cœnobium. San-Audoeni Rothomag.*
Glaber Rodulphus lib. 1. Histor. cap. 5.

dentia, cæteros præire videbatur, non ſine Diuina (vt opinor) diſpenſatione, iniungitur: vt ſcilicet incomparabilem theſaurum, quem penes ſe habens occultum S. Martyris amore indeſinenter ferebat, congruo tempore reuelatum, Occidentali populo ſalubre fieret remedium. Quatuor ei etiam monachos, famuloſque nonnullos adjungunt in itinere, quorum ope & ſolatio commiſſum ſibi negotium ſtrenuè valeret explere.

Profecti itaque ſerui Dei, emenſo cum longo terrarum ſpatio, tandem ad prædictum Normaniæ Ducem perueniunt: eique fraternarum precum prælibantes ſalutamina, rem, pro qua venerant, humiliter pandunt. Qui cernens pauperioris cultus homines, ſed Diuinæ religionis non contemnendos cultores: ouanter eos ac honorificè ſuſcepit, ipſorumque gratanter fauens petitioni, cuidam ſuorum Primatum nomine *Goſcelino*, viro nobiliſſimo, qui eius erat à ſecretis, commendauit: vt eis hoſpitalitatis curam impenderet, & quæ neceſſaria erant ſufficienter miniſtraret. Hic verò *Goſcelinus*, vnà cum venerabili coniuge ſua, vocabulo, *Emelina*, licet ſæculi opibus & honore inſignes habentur, nullo tamen ex hoc ſuperbiæ faſtu tumebant: ſed æternorum accenſi deſiderio, magis cœleſtis quàm terrenæ dignitatis gloriam affectabant. Erant enim inopum ac peregrinorum cultores aſſidui, Xenodochiorum & Monaſteriorum fundatores deuoti, cæteriſque bonis operibus jugiter intenti. Qui non tam principis Imperio, quàm miræ deuotionis ſtudio, B. Symeonem, eiuſque commilitones, ac ſi Chriſtum hoſpitioſè ſuſcepiſſe in domum ſuam gaudentes, eos humanè tractabant: piiſque deſeruire obſequijs ſatagebant. Interea Clementiſſimus Princeps Richardus, charitate profluus, miſericordia copioſus, ſeruorum Dei motus neceſſitudine, tamque prolixi itineris laborè, primùm eis præſentibus affluenti rerum collatione affuit, dein per eos abſentibus plurimos equos ſuarum diuitiarum copia onuſtos miſit: ſicque extra ſui regni metas benignè conducere juſſit. Itaque viri ex itinere recreati; & quæ petierant, largiſſimè ſunt adepti. Venerabilis Symeon, fratres, qui ſecum venerant, principis benedictione & munere auctos, ad propria remiſit. II.

Ipſe verò, cum præfato *Goſcelino*, vno tantum contentus famulo, nomine *Stephano*, uiro nihilominus ſancto, biennio permanſit. Cùmque ad inuicem de animæ ſalute, & æternæ beatitudine, mutuò ſermocinarentur; prælibatus heros, eiuſque conjunx, videntes eum cœleſti ſapientia preditum, ſanctitatis gratia decoratum, cœperunt eum ex affectu diligere, & quicquid cordi ſibi inerat, dulciter aperire. Interque ei & hoc ſui animi patefaciunt deſiderium, quòdque ſcilicet ex propria facultate, cœnobium vellent conſtruere, & aliquos ibidem ſub regulari obſeruantia monachos aggregare. Audiens hæc B. *Symeon*, valdè gauiſus eſt in Domino, quia cernebat jam Diuina prærodinari diſpoſitione, vbi S. martyris Reliquias, quas ſecum attulerat, dignè & competenter valeret collocare: vt ſcilicet, Occidentalis plebs tali gauderet ſuffragio. Illamque perpetuo celebraret tripudio, cuius frequenter releuari mereretur Antidoto. Cœpit ergò eorum animos multiplici hortamine incitari, vt ea, quæ mente conceperant, ad effectum perducere ſatagerent: pollicens ſe eidem Eccleſiæ, quam Deo diſponebant conſtruere, tale aliquid collaturum, quod omni auro, gemmiſque, ac ornamentis, prætioſius, roſarum ac liliorum flore ſuauius, pigmentorum, & Thimiamatum odore fragrantius, ibidem excoli & adorari deberet in perpetuum. His igitur melliſluis animatus verbis, ſimul & exhilaratus promiſſis, vir inclytus *Goſcelinus*, ocyùs ſanctum opus aggreditur; collectaque manu artificum, haud procul ab vrbe Rothomagi, in vicino monte, nobile Deo viſus eſt condidiſſe templum. Quod B. memoriæ Robertus eiuſdem vrbis Pontifex, cum nonnullis co-Epiſcopis, præſente inclyto Duce Normanorum Roberto, excellentiſſimi Principis Richardi (cuius ſuperiùs fecimus mentionem, qui etiam jam in Domino obierat) filio, ſuique totius Regni primoribus, ac plebe innumerabili 17. Calend. Septemb. conſecrauit in honore ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ſanctæque Dei genitricis Mariæ, atque omnium Sanctorum, anno videlicet 1030. ab Incarnatione Domini. III.

Porrò, in hoc clariſſimo Conuentu illuſtris vir *Goſcelinus*, vnà cum conjuge ſua, fecerunt Teſtamentum: ex proprijs rebus, ſeu prædijs, quæ eidem cœnobio, ad vſus Monachorum, jure hæreditario, contulerunt, coram ipſo Duce Roberto, & eius optimatibus. Quorum donationi idem glorioſus Princeps libentiſſimè annuit, IV.

nuit, ſuæque auctoritatis ſigillo, ipſum priuilegij ſcriptum corroborauit: & vt ipſæ res, quas Deo offerebant, ab omni prorſus exactione & incurſione publica, acſi ſuum Dominium, liberæ forent, in perpetuum actorizaliter præcepit. Quemdam etiam venerabilem virum nomine *Iſembertum*, genere *Teutonicum*, tam diuinis, quàm humanis litteris eruditiſſimum, & in omni religione perfectum (qui in cœnobio S. *Audoeni*, antiſtitis præfatæ vrbis, profeſſus fuerat monachum) eidem Eccleſiæ præficiunt. Hic ſiquidem, quo ad vixit, cœnobium ſibi commiſſum ſtrenuè & laudabiliter rexit: ac vtilibus monachis à ſe decenter inſtructis plurimum nobilitauit. Extructo igitur, vt prædictum eſt, Monaſterio, ac diuerſis, quæ fratribus neceſſaria erant, pro loci opportunitate, habitaculis: B. *Symeon* ſuæ non immemor ſponſionis, prætioſiſſimas glorioſæ Virginis & Martyris Chriſti *Catharinæ*, Reliquias, quas ordine, quo diximus, à monte *Synai* detulerat, memorato viro *Goſcelino*, & eius ſereniſſimæ conjugi *Emmelinæ*, ad decorem & honorem ipſius Eccleſiæ condonauit. Quas deindè venerabilis Abbas *Iſembertus*, vnà cum fratribus, ab eis cum ingenti gaudio & reuerentia ſuſcipiens: honorificè in eadem Eccleſia æternaliter adorandas collocauit. In commune itaque ab omnibus noſtri Saluatoris nomen benedicitur, ac votis omnibus prædicatur: qui locum ſuum tam fœlici munere inſigniuit, tamque incomparabili theſauro præditauit.

V. Verùm de obitu S. Viri, qui horum fœlicium meruit eſſe delator pignorũ, paucis eſt memorandum. Poſtquam enim, vt prædiximus, ſeruus Dei *Symeon* apud ſæpè dictum illuſtrem virum *Goſcelinum*, & eius conjugem, per biennium manſit, & eis, ob impenſa ſibi plurima deuotè ab eis beneficia, & piæ charitatis obſequia, ad honorem Eccleſiæ, quam fundarunt, harum ſanctarum Reliquiarum xenia largitus eſt: rurſus ad propria reuerti cupiens, *Treuerorum* peruenit ad vrbem. In qua, ex itinere fatigatus, aliquantiſper cupiens remorari: corporali percutitur moleſtia, & ex hoc mortali ſæculo, in æternitatis adſciſci meruit collegio. Qui ibidem à fidelibus honorificè ſepultus, magnis vſque hodie fulget virtutibus: vndè nos pro tanti viri merito, gratiarum actiones perſoluimus Chriſto. Namque per hunc in nobis exilibus atque puſillis, Virgo Beata Dei gratis ſua munera mittit: hic ſibi tellis adeſt, ad cujus buſta frequenter mira fiunt terris ad laudem cunctipotentis. Stephanus quoque viri Dei miniſter idoneus, & ipſe in breui defunctus: cujus vita fuerit, nihilominus, ad eius tumulum, ſignorum copia pandit. Hæc de ſanctarum Reliquiarum Tranſlatione, necnon & cœnobij, in quo venerantur, conſtructione, paucis dixiſſe ſufficiant: &c.

VI. Ex qua quidem Relatione, diſcimus in primis, diſcrimen haud paruum, inter ea, quæ inibi allata ſunt de illo, viro Dei, B. *Symeone*: & quæ apud alios leguntur: b ſed quæ ſcimus, loquimur, & quæ vidimus, teſtamur: quamquam in hoc omnes conueniant: vt hunc glorioſum Aſcetam Treuiris obijſſe Calendis Iunij, aſſeuerent: quem ob clara ſanctitatis inſignia, crebraque per eum edita miracula, Benedictus Papa IX. ad inſtantiam Popponis Treuirenſis Archiepiſcopi, Apotheoſi donauit. Qua de re fuſius ſermo redibit ad 1. Iunij. Moritur autem, non ann. 1005. vt perperam nonnulli arbitrantur: ſed fortaſſis, ann. 1015. juxta Sigebertum: rectius ann. 1025. hinc liquidò patet, nullatenus de eo mentio haberi apud Bedam (quod tamen ſcribit *Baronius*) quem conſtat pluribus præceſſiſſe ſæculis.

VII. Deindè ſatis ſuperque apparet præfatum *Goſcelinum* hujuſce cœnobij fundatorem extitiſſe, virum inclytum & nobiliſſimum, inter primates Ducis Normaniæ Richardi 2. (cui erat à ſecretis) opibus & honore inſignem: necnon multis virtutibus pollentem. *Vicecomitem* eum vocat *Gemeticenſis*; dicens. *Idem vicecomes apud Rothomagum in monte, vrbi imminenti, cœnobium ſummæ Trinitati, ex ſumptu proprio conſummans, monachos ibidem Deo ſeruituros conſtituit.* c Et licet eum proprio nomine minimè appellauerit, nec cujus *Vicecomitatus* honore fueretur notauerit; Attamen Codex MS. de Rebus Neuſtriacis, refert hunc *Goſcelinum*, fuiſſe Dominum Arcarum & Deppæ: Vicecomitem, verò Rothomagenſem. d Sanè *Ordericus* vitalis ipſum nuncupat, *Goſcelinum de Archis*. e Quod expreſſiùs indicat Arboretanus Antiſtes: his verbis. *Goſcelinus, vicecomes* Arcacenſis, *Gallicè*, Arques, *patruus Godefridi, patris Mathildis, vxoris Guillelmi Camerarij, fecit Monaſteriũ S. Trinitatis, in monte Rothomagenſi.* f Verùm, ipſe Godefridus, haud extitit Mathildis genitor, ſed quidam Guil-

b *Surius* 1. *Iunij.* *Gonanus Tom.* 2. *Vitar. patrum Occidens. lib.* 3. *In vita S. Simeonis Eremit. Martyrolog. Roman. ead. die* *Baronius*, *ibid.* *In Notis Molanus; in Additionib. & annotationib. ad Vſuard. Sigebertus in Chronic. ad ann.* 1015.

c *Gemeticenſis lib.* 7. *Hiſtor. Norman. cap.* 22.

d *Antiquitates MS. Normaniæ, pag.* 3. *&* 143. *Rothomagi apud D. Ioann. Bigot, V.C. & pag.* 271.

e *Ordericus lib.* 3. *Eccleſ. hiſtor. ad ann.* 104. *&* 1063; *Item lib.* 4. *ad ann.* 1073.

f *Canalis Tom.* 5. *Hierarchiæ Neuſtriæ in eo cœnobio. Pommeraye lib.* 3. *Chronic. MS. Norman. cap.* 21. *Poſt Robertus de Monte, Tract. de Abbatib.*

lelmus : Anthorè *Gemeticenſi* ; cujuſq; verba juuat ; multúmque confert hic referre : dùm agit de famillia & proſapia *Gunnoris*, Duciſſæ Normanniæ, Richardi I. Ducis vxoris : quæ tres habuit ſorores, videlicet, Sainfriam, Vveuam, & Auuelinam. „ *Tertia autem* (inquit) ſororum Gunnoris Comitiſſæ nupſit Osberno de „ Bolebec ; ex qua genuit Galterium Giſfardum primum ; & Godefridum, pa„ trem Vvillelmi de Archis. Hic autem Vvillelmus, pater fuit Mathildis, quàm „ Vvillelmus, Camerarius de Tancaruilla habuit vxorem ; ex qua genuit filium, „ nomine Rabellum, qui ei ſucceſſit. g De ipſa *Tancaruilla*, illuſtri proſapia, *Me*„ *lodunenſi* juncta, vide Sebaſtianum *Rolliardum*, in ſua Melodunenſi.

g Gemeticenſis lib. ſup.cap.37.

Præterea, diſcimus, ex eadem Relatione prædicta, venerabilem virum, nomine VIII
Iſembertum genere Teutonicum, tam Diuinis, quàm humanis litteris eruditiſſimum, & in omni religione perfectum (qui in cœnobio S. Audoeni, Archiepiſcopi præfatæ vrbis Rothomagenſis, monachatum fuerat profeſſus) huic nouæ Abbatiali Eccleſiæ fuiſſe primò præfectum. His annuunt Cœnalis h & Ordericus, in hunc modum. *Goſcelinus de Archis, extra muros* Rothomagi, *in Monte S. Trinitatis cœnobium, quòd vulgò, S. Catharinæ dicitur, fundauit : cui venerandus Abbas Iſembertus, ſapientia & religione pollens præfuit.* i Quot annis vero illud cœnobium rexerit, vel quo tempore obierit, preciſè non agnoſcimus : at tantum ex conſequentibus aliqua nobis ſuboritur lux, quæ quandam nobis parit notitiam. Idem quippe *Ordericus*, quaſi teſtis oculatus, ſcribens de *Osberno*, vticenſi Abbate ann. 1063. addit, eum antea, dùm Canonicus Lexouienſis eſſet, religioſæque vitæ deſiderio flagraret, ſe (hujuſce rei gratia) contuliſſe ad hoc. *Nouum cœnobium, quod Goſcelinus de Archis, in Monte Rodomi, S. Trinitati conſtituerat ; vbi tunc venerabilis Iſembertus Abbas, vir miræ peritiæ, noſtris temporibus, incomparabiliter pollebat.* k Vbi pro, *Noſtris temporibus*, legendum foret, *iſtis temporibus* : vel, per ea verba, intelligendum ſonat, quòd illis fuerit *Ordericus* vicinus temporibus : alioquin : ipſe *Iſembertus*, longiorem protraxiſſet vitam, non vt Abbas, cùm jam ſucceſſores habuiſſe legatur, ſed priuatim, in ſenectute prolixa, canitiem auxiſſet : maximè, cùm ann. 1030. Archimandrita jam factus hujuſce Aſceterij : Ordericus verò natus ſit ann. 1074. teſtatur namque ſe eſſe, annorum 67. ad Chriſti ann. 1141. quo ſcribendi calamo finem impoſuit, ſenio & infirmitate fatigatus. l B. *Ainardus*, poſtea Abbas 1. Diuenſis, ann. 1046. fuit quoque eiuſdem Iſemberti diſcipulus. m

h Cœnalis ſup. ex Reinerio de Monte ſup.

i Ordericus, ad ann. 1040. ſup.

k Ibid. ad ann. 1063.

l Idem lib. 13. ad ann. 1141. in fin.

m Vide infra in Diua Abbatia.

Elenchus Abbatum hujuſce inſignis Monaſterij ; eorumdemque præclariora facta.

CAPVT II.

VT nil intactum relinquamus, iſtius ſacri Montis cœnobiarchas I.
hac ſerie deſcribendos curauimus : & ipſorum egregia facinora annotanda.

1. *Iſembertus.*

Ann. 1030. 4. Nouembris, obijſſe dicitur circa ann. 1052.

2. *Raynerius, circa ann. 1060. florebat.*

Conſtat hunc cœnobiarcham, Osbernum (cuius nuper meminimus) ablegaſſe vt initium daret nouæ ſtructuræ Abbatiæ *Cormelienſis* : iuxta præfatum *Ordericum*, ita ſcribentem. *Hunc Raynerius Abbas, Iſemberti ſucceſſor, iam in ordine probatum, ad conſtruendum cœnobium, Cormelias miſit : vbi tunc temporis præclarus heros Vvillelmus, Osberni filius, Dapifer Normannorum, Abbatiam S. Dei genitrici Mariæ condere cœpit.* a Poſtea, verò, licet rei ignarus & inuitus, ad regimen Vticenſis Abbatiæ aſſumptus eſt ann. 1063. vti idem Author, tum hic, tum paulò antea, clarè recitat, accedente licentia eiuſdem Rainerij Abbatis. „ *Interea* (inquit) Normannicus Dux, per conſilium-

a Ordericus lib. 3. ad ann. 1063.

„ lium venerabilis Ansfridi Pratellensium Abbatis, & Lanfranci, Beccensium „ Prioris, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, Osbernum Cormeliensium „ Priorem, à Rainerio, Abbate S. Trinitatis, de Monte-Rothomagi requisiuit: „ eique nil tale suspicanti, per Cambutam Maurilij Archiepiscopi, in Synodo Ro- „ thomagensi, curam Vticensis Abbatiæ commendauit. [b] *Raynerij* meminit etiam præsul Arboretanus, [c] post S. Anselmum, Beccensem Abbatem Epist. 30. lib. 2. ac tandem moritur, circa ann. 1075.

b *Ibid.*
c *Canalis sup. ex Roberto de Monte.*

3. *Galterius Monachus Fontenellæ.* [d]

d *Ibid.*

Præsens adest in Concilio Prouinciali, Rothomagi celebrato, per Guillelmum Metropolitanum, ann. 1080. [e] Interfuit quoque, exequijs Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, & Angliæ Regis, apud Cadomum, in Ecclesia Abbatiali S. Stephani Prothomartyris ann. 1087. [f] Tum etiam adfuit Translationi capitis S. Romani Archiepiscopi Rothomag. ann. 1090. [g] Eodem ann. (non autem 1060.) 1090. Ecclesiam Pauliacensi Monasterij extruxit. [h] Et fundamenta nouæ Ecclesiæ Montis S. Catharinæ jecit ann. 1107. Hunc memorat S. Anselmus sup. in Epistola ad Gualchelmum, ex monacho Cadomensi, Vvintoniensem Episcopum in Anglia. *Secundum* quod vestram sciui voluntatem: locutus sum cum Domino Abbate de Monte S. Trinitatis. Concessionem à Domino Abbate; *Rainero*, Antecessore suo, vobis factam esse de Domino Stephano, Monasterij sui monacho penitùs negat. Hanc autem negationem mihi sic putat asserere, quia dicit se vestris precibus eumdem fratrem eo tenore cõcessisse: vt quandocumq; ab ipso, aut post ipsum, à Priore sui Monasterij reuocaretur, absque excusatione rediret, vestrâque reuerentiã eumdem non inuitũ suscepisse, persuasi tamen quantũ potui: vt nihil contra volũtatẽ vestram acceleraret, quid tandẽ scribere velit vobis; aut iam scripsit, aut scripturus, omni interim dilatione reditus fratris offẽsione remota. Interea, si quid plus potero, secundum quod scio vos indè velle apud illum officere tentabo. De hoc eodem Episcopo sit commemoratio in Necrologio huiusce Abbatiæ in hunc modum 4. *Ianuarij.* Obitus Vachelini, Episcopi Vvintomensis, qui dedit nobis Tabulam argenteam: quam Dominus Ioannes *Belet* 18. Abbas vendidit propter infestationes Anglorum. Galterius verò Abbas ann. 1115. vita excessit 13. Iulij, ex eodem Necrologio: al. 4. Calend. Septemb.

e *Dadraeus in Archiepiscop. Rothomagens.*
f *Ordericus lib. 7. ad ann. 1087.*
g *Vide Tom. 3. Neustriæ Sanctæ, ad 11. April. 5. 4.*
h *Antiquitates MS. Norman. pag. 124.*

4. *Helyas, 1129.*

Ejusdem loci, sicut & duo prædecessores, fuit monachus. [i] Sub eo, ann. 1129.
II. [k] seu 1130. [l] corpora *Gosselini* Vicecomitis, hujusce Abbatiæ fundatoris, & *Emmelinæ* vxoris, translata fuerunt ex vetere monasterio, in nouam Ecclesiam recens absolutam & completam; collocataque sunt juxta majus altare illius Ecclesiæ, per ipsum Helyam cœnobiarcham. Porrò, præfatus *Goscelinus*, pietate ductus, monachum inibi, ex consensu vxoris, professus est sub *Isemberto*, primo hujusce loci Abbate, quo ipse obijt circa ann. 1055. Emmelina verò vxor, velo assumpto, monasterium, vna cum filia sua *Beatrice*, quod S. Amandi nomen præfert, intra Rothomagensem vrbem à se extructum & fundatum, ingressa est: relictis in sæculo duobus filijs, *Guillelmo* & Hugone: quorum illustris familiæ nomen & splendor nunc vsque fœliciter *Viget*, siue jure successiuo, vel acquisito: in DD. de *Lardiniera*, juxta *Archas* in agro *Caletensi*: teste Natali *Taillepied*: qui & de hisce *Goscelino*, & *Emmelina*, Epitaphium, refert, versibus Gallicis compositum, olim eo in præfato cœnobio montis S. Trinitatis, asseruato: quo hæc omnia præfata pressiùs complectebantur.

i *Canalis sup. ex Roberto de Monte.*
k *Codex MSS. Norman. ad ann. 1129.*
l *Antiquitates Norman. MS. sup. pag. 143.*

EPITAPHIVM,

Sous ce Tombeau gisent deux corps ensemble
Vnis en vie, & que la mort assemble;
Apres honneurs & biens mondains passez,
Gardans amour tant vifs que trespassez:

L'vn pour mary Goſſelin le Vicomte
Se fait nommer, dont l'hiſtoire racente;
Qui d'Arques fut Seigneur, & des Dieppois;
Premier autheur des meſures & poids,
Selon raiſon en ce pays Normant.
Ce Corps qui giſt prés ſon coſté dormant;
C'eſt Ammeline eſpouſe ſans diffame,
Dudit Seigneur, ſage & notable femme:
Leſquels ont eu ſi parfaite amitié,
Que n'eurent oncques entr'eux inimitié:
En leur viuant eurent trois beaux enfans,
L'vn dit Guillaume, & Hugues, & leur ſœur
Qui nom auoit de Beatrix i'en ſuis ſeur.
Ce bon Seigneur deſirant vie auſtere,
Fit & fonda ce noble Monaſtere;
Ou toſt apres fut fait Religieux,
Sous Iſambart Abbé deuotieux.
La bonne Dame en ſon cœur Dieu aymant,
Aprez fonda à Roüen ſainct Amant,
Nonnains leans auec ſa fille vnique,
Pour prier Dieu, qui tous biens communique.
Lors Robert, fils du grand Richard le Sage;
En Normandie auoit place & paſſage,
Et qu'en ce temps on contoit mille & trente,
Ledit Seigneur dota de biens & rente,
Ce Monaſtere nommé la Trinité,
Priant mon Dieu, rempli de pieté,
Leur doint 'es Cieux ſi bonne recompenſe,
Que l'vn & l'autre en ſon Royaume herite,
Comme bienfait auant mort le merite. m

Eorumdem fundatorum commemorantur dies obitus in Necrologio iſtius Inclytæ domus 1. *Iulij. Obitus Roberti Ducis Normanniæ, qui dedit hunc locum, vbi constructum eſt Monaſterium, atque Decorari, fecit, in honorem S. Trinitatis; cujus Dedicatio acta eſt craſtina die Aſſumptionis, ann.* 1030. 28. *Septemb. Obitus Goſſelini, Vicecomitis, Fundatoris hujuſce Monaſterij.* 13. *Februar. Obitus Amelinæ, vxoris Goſcelini Vicecomitis, fundatoris noſtri; quæ cum vnica filia ſua, ſepulta eſt cum viro ſuo, in choro noſtro ante majus altare.* 1. *Ianuarij: Obitus Beatricis, monialis S. Amandi filia.* Cætera lubens omitto, quæ ibidem latiùs continentur. n Ex quibus, planè conſpicitur quàm mendosè ſcriptum ſit, hujuſmodi cœnobium extitiſſe fundatum 1030. vel ann. 1040. tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis, filij præfati Roberti Ducis: o cùm jam eius Eccleſia dedicata fuiſſet ann. 1030. Verùm hîc ſereniſſimus Rex Guillelmus, vt præcipuus ipſius Monaſterij Benefactor agnoſcitur: fitque de eo Anniuerſarium quotannis. *9. Septembris, obitus Guillelmi, Regis Anglorum.* p Intereſt Helyas Abbas, Tranſlationi, S. Albani martyris, circa ann. 1140. in Anglia: tempore Gaufridi Abbat. 16. S. Albani, vide *Pariſium*, ad calcem libri, nouæ editionis: Tum ipſe Helias moritur, nonis Ianuarij. III.

m *Taillepied; cap. 37. collection. Antiquitat. Rothomagenſ. vrbis.*

n *Necrologium MS. Abbatiæ Montis S. Catharinæ Rothom. Antiquitates Normaniæ MSS. ſup. Obituarium magnum MS. Apud D. Ioannem Bigot. VC. Rothomagi.*

o *Gallia Chriſtiana in Abbatijs.*

p *Necrologium: & alij, ſup.*

5. Vvalterus, 2.

Monachus eiuſdem loci præfati: de eo fit mentio in quadam compoſitione, IV.

ann. 1142. inter ipſum & Fraternum, Abbatem S. Audoeni Rothomagenſis. q Multa grauia paſſa eſt hæc Abbatia, circa ea tempora, propter ingruentia bella tunc exorta, ann. 1118. dùm ab *Aquila* oppido Henricus I. Angliæ Rex, cautè reductus eſt per Camerarium ſuum: qui illi mandauerat ex parte Calletenſium, vt rediret. *Hugo enim* (ajebat) *de* Gornaco, *& Stephanus de* Alba-marla *cum complicibus ſuis, in monte* Rothomago *conſiſtunt, & in cœnobio S. Trinitatis, caſtellum conſtruere ſatagunt: ibique nepotem tuum cum multitudine Francorum venientem præſtolatur, vt à ciuibus ei ciuitas prodatur.* r Item ad ann. 1143. refertur, quòd Gaufridus, *Comes Andegaui, congregato magno exercitu, poſt feſtum S. Hilarij, tranſiit Sequanam apud* Vernon, *& metatis caſtris, apud S. Trinitatem, de Monte Rothomagi; ſequenti die, videlicet, in feſtiuitate, SS. Fabiani & Sebaſtiani, receptus eſt à ciuibus Rothomagenſib. ſolemniter.* ſ Vt Normaniæ Dux. Notatur Abbas Galterus, in carta Osberni de *Cailly*, & Symonis, filij eius, ann. 1156. ſuper reſtitutione quarumdum rerum, quas vſurparant, ipſi Abbati, preſente Hugone, Archiepiſcopo Rothomagenſi, & confirmante, &c. Tandem Vvalterus Abbas ad Dominum migrauit ann. circiter 1158. 19. Calend. Februar.

q *Canalis ſup. ex Roberto de Monte.*

r *Ex Cartulario paruo MS. Abbat. S. Audoeni, fol. 27. Carta 7.*

ſ *Ordericus lib. 12. ann. 1118.*

6. *Drogo.*

Nonnunquam *Brogo* dicitur, ſed rectiùs *Drogo* nuncupatur: qui diem clauſit extremum 4. Idus Septemb. ann. 1174. cujus meminit eo anno, Robertus à Monte.

7. *Guillelmus.*

V. Memoratur ad ann. 1174. *Mortuo Drogone* (ait Chronicon) *Abbate S. Trinitatis, ſucceſſit ei Vvillelmus de Eſpreuilla, monachus Becci Prior de Eburemodio.* t *d'Eureumeux*: in Repoſitione ſacri corporis S. Romani, Rothomagenſ. Archiepiſcopi, notatur præſens, G. Abbas de Monte, ad ann. 1179. Denique in fata conceſſit Nouembris, 26. u

t *Chronica Norman. latino, ad ann. 1149. Robertus de Monte, eod. anno.*

u *Robertus de Monte, in Chronico a.n. 1174.*

8. *Rogerius, obijt 14. Calend. Maij.*

9. *Remigius, moritur 18. Iunij.*

10. *Radulfus.*

Teſtis reperitur Abbas S. Trinitatis de monte Rothomagenſi cum alijs, in littera Regis Angliæ Richardi, pro rebus Abbatiæ S. Audoeni Rothomagenſ. ann. 1197. Octobris 16. Item, eodem anno, die, 17. in commutatione Andeliaca, Archiepiſcopi Rothomagenſ. Galterij, cum eodem Rege: inter Abbates primus ſubſignatur; *R. S. Trinitatis de monte Rothomagenſi.* x Anno etiam 1212. in donatione quadam pro eius Abbatia, apud Martainvillam: tum ſubſignat pro alia re, in ejuſdem Abbatiæ negotio. y Itemque ann. 1214. April. 18. in donatione D. Roberti *d'Eſneual*. Interim ipſe Radulphus Abbas, necnon Adam de S. *Laudo*, & Robertus de *Monte Leproſorum*, Priores, judices ſunt delegati ab Innocentio III. Papa, ann. 1215. pro quadam compoſitione inter Abbatem S. Audoeni Rothomagenſ. & Rogerium de *Chierneio*. z Demùm teſtis adeſt in donatione D. Petri de *Cailly*, pro S. *Amando* Rothomagenſ. ann. 1217. Circa id tempus prima mentio fit de commutatione nominis Abbatiæ S. *Trinitatis de monte Rothomagenſi* in Abbatiam *Montis S. Catharinæ*: propter ingentia frequentiaque miracula illic ad Reliquias hujuſce S. Virginis & Martyris cœlitùs tunc edita: qua de re fuſius in *Neuſtria ſancta*, ad 25. Nouembris, Deo auxiliante, à nobis propè diem edenda.

x *Necrologium S. Martini Pontesia.*

y *Magnum Cartularium Abbat. S. Audoeni, Rothomag. Littera A. Carta 4.*

z *Vide Neuſtriam Christianam in 58, Archiepiſc. Rothomagenſ. c. p. 107. §. 7. Cartularii paruum ſup. Titul. vltim. Carta 15. Ibid. Titul. 31 Carta 18.*

11. *Ioannes, obijt, 8. Calend. Decemb.*

12. *Adam, Recluſus, dictus.*

VI. Hic poſtea, ob diſſidium monachorum eligentium, Abbas S. Audoeni Rothomagenſ. 18. renuntiatus eſt authoritate Mauritij tunc ejuſdem vrbis Archiepiſcopi: cui tamen parum præfuit, mortuus 4. idus Octob. ann. 1233.

13. *Robertus, obdormiuit in Domino 9. Calend. Iunij.*

14. *Richardus*, *migrauit ad Dominum* 11. *Calend. Nouemb.*

15. *Romigius 2.*

Memoratur ad ann. 1262. in die Purificationis B. Mariæ Virgin. quando societatem inijt cum Abbate & Monachis S. Audoeni Rothomagens. pro participatione bonorum spiritualium, & piorum operum in Domino [aa] Defunctus est 14. Calend. Iulij.

[aa] Sup. cap. 14. §. 6. Abbatiæ S. Audoeni.

16 *Radulphus 2.*

Componit ipse, cum Priore & Conuentu *Belli-loci*, Canonicorum Regularium Ordin. S. Augustini, Diœces. Rothomagens. circa omnes fructus Decimales, Parochiarum, *Bosci-Episcopi*, *Bosci-d'Annebondi* & de *Coquereaumont*, ann. 1266. mense Iulio, &c. [bb]

[bb] Ex Cartulario Prioratus Belli loci: pag. 156. 259. 380. 382. & 384.

17. *Guillelmus 2.*

Notatur, ann. 1275. ex Francisco *Carrero*, in Epitom. Beccensis Chronici: qua de re postea in Abbatia Becci. cap. 8. §. 8. obijt 6. Calend. Ianuar. VII.

18. *Ioannes 2.*

Ex Parœchia S. Petri *Alauit*, in *Caleto* oriundus: ex Balliuo Monacho eiusdem loci, fit Abbas. Abbatem & Conuentum Conchensem recepit ad spiritualem Confraternitatem, circa ann. 1280. & 1292.: tum etiam memoratur ann. 1297. &c. obijsse dicitur 5. Octob. [cc]

[cc] Ex vetere martyrologio.

19. *Guillelmus 3.*

Mentio de eo habetur, ann. 1308. itemque circa ann. 1311. Vide sup. in Abbatia Fiscanensi. cap. 13. §. 9.

20. *Ioannes 3.*

Florebat ad ann. 1336. & 1359. necnon, 1364. quando à Rege nostro Carolo V. dicto, *Sapiente*, obtinuit confirmationem complurium Priuilegiorum maximè verò fundationis suæ Abbatiæ: cuius Carta Regia subsequitur.

Carolus Dei gratia, Francorum Rex.

Notum facimus vniuersis, tam præsentibus quàm futuris, nos vidisse litteras, formam, quæ sequitur, continentes. In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis: Robertus: Diuina ordinante prouidentia, Normannorum Dux & Rector. Si fidelium nostrorum petitionibus nos præbemus exorabiles, maximè in his, in quibus Ecclesiæ Christi, & loca Sanctorum, indigent nostri regiminis functione iuuari: & illorum animas in nostra fidelitate solidamus: & quòd maius est, Deo nos gratiores,& in Principatu nostro perdurabiles fore cõfidimus. Quidquid enim in vsus necessarios Ecclesijs Christi, & cultibus Diuinis expendimus, videlicet aut donatiua conferendo, aut donata principalibus Edictis confirmando,aut confirmata sollicitè regendo, ad animarum non solum remedium, sed & ad temporalis Regni statum, & patriæ salutem, proficere credimus. Proinde notum esse cunctis Regni nostri fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris, volumus. Qualiter ad suggestum quorumdem fidelium nostrorum, *Goscelini*, *videlicet Comitis*, & *Emmelinæ*, vxoris eius, locum nostræ serenitatis dono concessum haud procul ab vrbe Rotomag. vicino monte, super fluuium Sequanæ. In quo ipsi, ex proprio censu, in honorem & venerationem Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, necnon gloriosæ genitricis Dei, Virginis Mariæ, omniumque simul Sanctorum. Ecclesiam fundarunt; hunc locum immunem iuris nostri judiciaria exactione reddentes, & Ecclesiastibus vsibus mancipantes, in perpetuum concedimus. VIII

De prouentu quoque laborum suorum, idest, de terris, vineis, pascuis; aut de rebus donatis, aut coemptis, si qua ex eis, pro victu & vestitu seruorum Dei, aut

Digitized by Google

aut inſtauratione ædificiorum, aut rerum neceſſariarum, vendere, ratio, aut neceſſitas compulerit: quicquid ex hac venditione, ad noſtrum ius pertinet, cum omni quietudine, illis habere concedimus. Sed & res, quas memorati fideles, ex rebus ſuis hæreditarijs, & ex noſtra ceſſione, in vſum monachorum ibi famulantium ad eundem locum ſtipendiarias deputauerunt; ideſt, in pago *Talou*, villam vnam, quæ ab incolis de *Canthau*, dicitur: in eodem pago *Villare* cum tribus molendinis, & vnam Eccleſiam, cum omnibus videlicet, quæ ad illam videntur appenditia. In ipſo quoque pago, prædium ad Villam *Cadetote* pertinens, cum omnibus appenditijs ſuis, ideſt, ſalinis, terra, in dumetis maritimis & in campis, & in alijs. Eccleſiam quoque de Appovilla cũ decima; necnõ & decimã molendini: in paſtura quoque Eccleſiam vnam ſupra mare poſitam, & vnum paruum gardinum in Deppa, & dies Dominicos Piſcariæ de Archas: Eccleſiam quoque de Muchedent; villæ etiam, quæ dicitur Toſtes, partem illam, quæ ad Goſcelinum pertinebat. In pago denique Rothomag. Antelini villam cum Eccleſia, & molendinis, iuxta murum ipſius, ſupra fluuiolum Rodebecum; molendinum vnum, iuxta inſulam, ſuper alueum Sequanæ, quam nominant, Corthulmin, alio quidem vocabulo, Oyſſelum: in pago Liciatenſi medietatem Brandeuillæ, & dimidiam Eccleſiam. In pago Conſtantinienti, Ernaldum, manſionalem. In pago Ebroicenſi, duas Eccleſias ſcilicet, de Granignero, cum tota Decima: & Delboſt & Molboſt, duas manſiones, & Nouientum cum omnibus appenditijs ſuis, ideſt, cum medietate Dricour, & medietatem Allauiri, cum viculo Nortberti, Eccleſijs, molendinis, aquis, pratis, paſcuis, cæteriſque ad eum pertinentibus; Et totam terram Corbuzonis, cum omnibus appenditijs ſuis, & quodcumque poſſidebant in valle Vattenenti, ſcilicet, vineas ſuas, & coemptionem omnium vinearum, quas tenebant de quodam homine, nomine Galtherio; in territorio Vernonenſi, in Longavilla, decem arpentes vineæ: in ſuburbio Rothomag. Eccleſiam S. Eligij, & in pago Litiatenſij Martainuillam cum omnibus appenditijs ſuis. Quæ ego dedi in vſum monachorum Deo inibi famulantium; præſentibus fidelibus noſtris, Domino, videlicet Archipreſule, Roberto, Auunculo meo, necnon & Comite Gilleberto, & cæteris, quos non eſt præſentis negotij exponere. Sed ne quid contra hunc inſcriptionis titulum, contradictionis temerariæ ſignum erigat, noſtræ authoritatis priuilegio firmamus. S. *Roberti* Marchiſi. *Roberti* Archiepiſcopi. *Goſcelini* Vicecomitis, qui hunc locum conſtruxit, & donatiuis ampliauit. Actum Rothomagenſ. vrbe. Anno Dominicæ Incarnationis 1030. Indictione 13. *Roberto* Rege Francorum. *Roberto* verò Richardi filio, Normanorum Regnum moderante. Nos autem hujuſmodi litteras, ac omnia & ſingula in eiſdem contenta, rata, & grata habentes, ea quantum temporis Abbas, & Conuentus, vel monachi Eccleſiæ, ſiue Monaſterij prædicti vſi ſunt, volumus, laudamus ratificamus, approbamus, & de ſpeciali gratia, ex certa ſcientia, authoritate noſtra Regia, tenore præſentium, confirmamus. Quod vt firmum & ſtabile perpetuò perſeueret, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum: ſaluo in alijs jure noſtro, & omnibus quolibet alieno. Datum anno Domini 1364. menſe Nouembri. Ex codic. magno MS. fol. 43. 44. & 50. Lutetiæ apud D. de Vyon, d'*Herouual*.

Cæteri Abbates referuntur, tum præcipui Benefactores viri illustres, ibidem tumulati, vel laudati agnoscuntur & alia quædam notatu digna panduntur.

CAPVT III.

ORDINEM itaque Abbatum hujusce inclytæ domus paulisper hic interruptum, nunc in hunc modum resumimus. I.

21. *Ioannes, 4. Beleth, circa, ann. 1390.*

Hic propter infestationes Anglorum, totam Neustriam suis incursionibus tunc diuexantium: Tabulam altaris argenteam olim à D. *Vachelino*, Vvintoniensi Episcopo datam, vendidit, ne ab illis deprædaretur. a

a *Ex Obituario Abbatiæ huius.*

22. *Guillelmus 4. du Meslè, ann. 1402.*

Vir eruditus fuit; & cùm propter motus Anglorum bellicos Rothomago Lutetiam perrexisset, illic vt professor docebat, ann. 1418. Litigium, non paruum gessit, cum Ioanne *Richardi*, Abbate S. Audoeni Rothomagens. etiam deductum ad Concilium Basiliense; cujus rei causa Guillelmus ipse, 29. Nouemb. ann. 1428. juramentum præstitit Ecclesiæ Rothomagensi, quasi S. Audoeni Abbas esset, cujus beneficio tamen nusquam est potitus: sed durante litigio, animam efflauit, circa ann. 1434. Præterea, Notatur G. Abbas Montis S. Catharinæ, pro fœlici ingressu, D. Hugonis d'*Orges*, Archiepiscopi Rothomagens. in vrbem, ann. 1431.

23. *Guillelmus 5. de Conty.*

Ex juramento, fiduciario jure, præstito, Regi nostro 23. Februar. ann. 1449.

24. *Ioannes 5. du Mesnil, ann. 1460.* II.

Memoratur ad ann. 1466. & 1467. b Commendatarius extitit ac perpetuus administrator hujusce Abbatiæ, cùm esset Canonicus, Archidiaconus Magni *Caleti*, Vicarius Generalis & Officialis Rothomagens. necnon Consiliarius Scacarij Normaniæ, ann. 1463. 1469. & 1474. Ex Excerptis Scacarijs Norman. c diem clausit extremum 14. Augusti, ann. 1476.

b *Ex Regesto Secret. Archiepiscop. Rothomag.*

c *Pag. 493. apud D. Bigot.*

25. *Ioannes 6. de l'Atre, ceu, de l'Astre.*

Ex resignatione præfati, hic Monachus Fiscannensis assumitur, ann. 1473. qui cùm rexisset ann. 13. Mens. 3. obijt, 12. Iunij, ann. 1486. ibid. sepultus in Capella ad meridiem. d

d *Necrologium Abbat. S. Catharinæ, pag. 77. Ex Antiquitatum MSS. Norman. pag. 143. apud D. Bigot, Rothomag.*

26. *Ioannes 7. de Tilques.*

Nepos præcedentis, monachus, Montis S. Catharinæ, electus: interfuit, consecrationi altarium Abbatiæ Fontenellens. ann. 1493. & Sequenti anno Nicolaus, Conchensis Abbas, renouauit confraternitatem spiritualem inter se & ipsum Ioannem Abbatem. Tum denique moritur, (cùm præfuisset ann. 29. mens. 4.) Nouembr. 1. ann. 1515. sepultus in prædicta Capella suæ Abbatiæ. e Eius meminit Necrologium eiusdem loci ad 7. Idus Februar.

e *Ibid.*

27. *Antonius de la Barre.*

Mortuo decessore Ioanne, Monachi elegerunt, D. Alexandrum, ejusdem do- III.

mus

Digitized by Google

mus Alumnum; qui & Cameræ Computorum ann. 1518. obtulit bonorum Abbatiæ clientelarem exhibitionem; ſed Rex ſuffultus Concordati authoritate nominauit hunc Antonium, in Abbatem, qui idcirco præualuit, ac eodem anno, fiduciario jure, Cameræ Computorum bonorum clientelam præſtitit. Turonenſis erat inquilinus, & S. Martini ibid. Decanus: Tum Engoliſmenſis, Epiſcopus, indè ad Archiepiſcopatum Turonenſem euectus: commiſſione accepta à Leone X. Papa, Bullam promulgauit Summi pont. in fauorem Muſæi Conceptionis Immaculatæ Virg. Mariæ Deiparæ indultam, apud Rothomagum. Hujus tempore, ann. 1534. die Iouis, 4. Februarij, habita eſt Rothomagi proceſſio generalis, in qua monachi Montis S. Catharinæ cum Cruce, & Candelabris adfuerunt, quorum magnus Prior deferebat juncturam S. Catharinæ. Præterea, ann. 1542. die Dominica 28. Iunij, alia ſolemniſſima proceſſio Rothomagi peracta eſt; cui interfuerunt ijdem monachi cum prædicta Reliquia eiuſdem S. Virginis-Martyris. Poſt Canonicos autem incedebant Abbates *Vallis-montis*, & *Mortui-maris*, in Pontificalibus: deindè præfatus Archiepiſcopus Turonenſis, Abbas, Montis S. Catharinæ; à dextris eius, Epiſcopus Abrincenſis, & à ſiniſtris, Yponenſis Antiſtes, Rothomagenſis ſuffraganeus, omnes infulati: tum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ac poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſis,[f] obijt ann. 1546.

f *Annales MSS. Normaniæ apud D. Bigot.*

28. *Ioannes 8. de Briues.*

IV. Ex Theſaurario capituli S. Ioannis Euangeliſtæ juxta Turones: admiſſus ad fiduciariam bonorum clientelam, in Camera Computorum ann. 1547. fit de eo mentio ad ann. 1548. 1563. 1564. & 1577. in Regeſto Archiepiſcopali Rothomagenſ. dies eius obitus recenſetur in Necrologio Abbat. Corneliæ, 8. Maij.

29. *Henricus d'Eſcoubleau.*

Filius erat D. Ioannis, Marchionis de *Sourdis*: Prior Pauliacenſis, de *Pauilly*, Epiſcopus Maleacenſis; Abbas Montis S. Catharinæ nominatus à Rege, cui & bonorum fiduciariam dinumerationem præſtitit, ann. 1581. Porro, *Anno* 1582. (inquit *Chronicon Rothomagenſe*) *erecta de nouo fuit in Eccleſiam Parœchialem, Capella S. Iacobi, Deppæ, auctoritate Archiepiſcopi, capitulo, & Abbate S. Catharinæ conſentientibus.*[g] Præfuit autem vſque ad ann. 1597. quo permutauit pro Abbatia S. Iouini in Pictauia, cum D. Carolo, Cardinale Borbonio.

g *Apud D. Bigot. ſup.*

V. Multi etiam Prioratus ab hac Abbatia dependent: in his, Prioratus, S. Auſtrebertha Pauliacenſis, *Pauilly*. S. Nicolai de *Coſte-coſte*, ceu, de *Candecoſte*: S. Albini de *Villaines*: Diœceſ. Rothomagenſ. S. Albini de *Freſnes*: & S. Catharinæ de *Biſy*, propè Vernonem, Diœceſ. Ebroicenſ. Itemque S. Catharinæ, *de la Chapelle*: Diœceſ. Beluacenſ. Blithenſis, apud Angliam, in agro Notinghamenſi. Eccleſiæ vero Parœchiales hæ ſunt: Boſcus-Guillelmi: Blaqueuilla: S. Iacobus ſupra *Derneſtal*: Sellonuilla: Appeuilla, Monvilla, Blaqueuilla: Auſeaulmevilla, le *Tot*, *Nogent*, Pauliacum 2. portio. Burgus-Balduini, S. Iacobus Deppæ, S. Remigius Deppæ, *Muchedent*, *Manquenchy*, Quieurevilla *la Milon*, Noſtra Domina noui Caſtelli, S. Iacobus, ibid. *Boiſemont*, *Cabaines*, S. Sulpicius, *Canehan*, *AuteVerne*, *Requiecourt*, Angleſquevilla ſuper Sequanam, omnes Diœceſ. Rothomag. *Grauigny*, Diœceſ. Ebroicenſ. Guieruilla, & Branvilla, Diœceſ. Lexouienſ. &c.[h]

h *Magnus Pulliacus Beneficior. Franc. part. 2. pag. 173. & 205. Louuetus lib. 1. Antiquit. Beluacenſ. cap. 6. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 120. 143. &c. Regiſtrum Abbat. Montis S. Catharin. Monaſticum Anglicum Tom. 2.*

VI. Capta vrbe Rothomagenſi, ann. 1562. per hæreticos Caluiniſtas, nulli rei ſacræ fuit parcitum: nam die Mercurij 29. April. ad Montem S. Catharinæ pergentes Abbatiam vi capiunt, ſacras Reliquias furantur, Chartas & cætera inſtrumenta publica expilant, militibuſque eam replent. ad cuſtodiam. Ita Compendioſa Relatio omnium rerum, quæ Rothomagi acciderunt ab ann. 1559.[i] ſed proch dolor! majus detrimentum hæc ipſa Abbatia ſenſit vſque ad excidium: tempore obſidionis Rothomagenſ. vrbis, ann. 1592. & 1593. Nam ſoluta obſidione, poſt vltimum bellum ciuile, iuſſu Regis dirutum eſt funditùs cœnobium, ann. 1597. & Monachi aliò tranſlati, ſe tandem receperunt, in Prioratum S. Iuliani *Aulæ puellarum*, propè Rothomagum, à Prioratu B. Magdalenæ Hoſpitalis eiuſdem vrbis dependentem: pro qua commutatione ann. 1600. die 18. Maij, inter vtram-

i *Apud D. Bigot.*

que partem facta, Monachi nonnulla dederunt: cuius loci ædificia & ſepta ac prouentus, iure commutationis ad Monachos ipſos tranſierunt: titulo Prioris eiuſdem loci excepto, qui ab antiquo eidem Prioratui B. Magdalenæ annexus, penes eum manſit, Abbatialis autem dignitas cœnobij S. Catharinæ, iure vnionis, pertinet ad Carthuſiam S. Mariæ *Bonæ ſpei*, prope Gallionem: cui authoritate Regia, accedente ſummi Pont-Clementis 8. conſenſu, attributa ſunt fermè omnia, quæ ad ipſum ſpectabant cœnobium. Itaque emendandus videtur locus in Archiepiſcopis Rothomagenſ. vbi idem Monaſterium dicitur eſſe nunc tantum Prioratus; nam etiam-num inter Abbates recenſetur, & vocatur in Synodo Diœceſana, Abbas Montis S. Catharinæ.

In Eccleſia iſta Abbatiali ante pulpitum chori, jacebat D. Robertus *d'Eſneual*, VII.
eques, Vicedominus eiuſdem loci. Defunctus 4. Nouemb. ann. 1316. [k] Item 8. Iulij. Obitus D. Guillelmi *d'Eſneual*, Dominus ac Baro dicti loci. Memoratur Robertus *d'Eſneual*, Baro, ann. 1228. Item 11. Ianuar. Obitus Rogeri de *Bulleyo*, Fundatoris *Bleydæ*, in Anglia: 22. Iulij, Obitus Rogerij de *Mortuo-mari*. 10. Septemb. Obitus Petri de *Gongeul*, Dominus de *Rouuilla*. 9. Septemb. Obitus Guillelmi, Regis Anglorum. Illuſtriſſimus D. Ioannes de *Chanteleu*, eques, illic tumulatus eſt [l] Item Thomas *des Gaddes Renicourt*, eques, Dominus dicti loci, & de *Canteleu, Thoutigny*, &c. Caſtellanus fortalicij Pontis Rothomagenſ. qui ſemel & iterum cum S. Ludouico Rege, in expeditionem contra ſarracenos perrexit, moritur ann. 1274. die I. Auguſt. abſque liberis, atque tumulatus eſt in Capitulo præſentis Abbatiæ; cui dederat molendinum *des Planches*, in vrbe, & domum ſuam ibidem ſitam, via *des Crottes*; cuius rei gratia, tria Anniuerſaria à monachis perſoluenda erant annuatim; cuius vxor Leonora *des Allorges*, mundo poſtea relicto, monialis effecta eſt, ad *Amicus Dei*, apud S. Leonardum Rothomagenſem, [m] ſcilicet apud S. Amandum; quo extat etiamnum vetus Capella S. Leonardi, cæteros omitto ab aliis recenſitos.

k *Antiquitates MS. Norman. pag. 143. Necrologiū Abbat. S. Catharinæ.*

l *Idem Necrologiū Antiquitates ſup. & 177. 120. 513. &c.*

m *Ex Cod. MS. D. le Preuoſt.*

Denique Ioannes *Bourſier*, ſcutarius, Dominus *d'Eſterney*, ac Normaniæ generalis, gradus omnes pro aſcenſu ex vrbe ad ipſam Abbatiam, fecit fieri ann. 1466. [n] VIII
Quos olim vidi, cum Eccleſia & Turribus, adhuc integros. Porro in Scacarijs Prouincia quandoque jurgiū pro præcedentia exortum eſt inter Abbatem hujuſce loci, & Cadomenſem: qui tandem ann. 1484. à ſua cauſa excidit, & Abbati S. Catharinæ cedere eſt coactus.

n *Antiquitates ſup. pag. 470.*

Bulla Clementis VIII. Pap. pro ſuppreſſione Abbatiæ Montis S. Catharinæ; & tranſlatione ejuſdem ad Carthuſiam Gaillonis: ad inſtantiam Henrici IV. Regis Chriſtianiſſimi.

CAPVT IV.

VT quamprimum Monaſterium Montis S. Catharinæ dirutum fuit & ſolo æquatum: actum eſt de vnione dignitatis Abbatialis, & bonorum ac prouentuum eiuſdem, cum Carthuſia *Gallonis*, per *Carolum*, Cardinalem Borbonium, qui à Rege Francor. ea obtenta gratia; confeſtim ad ſummum Pontif. Clementem VIII. eſt totum rei negotium tranſmiſſum: quatenus benignè piis ſuæ Maieſtatis annueret votis: quod & tandem præſtitit. Vti conſtat ex Diplomate Apoſtolico.

Clemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,
Ad perpetuam rei Memoriam.

Pro fidelium quorumlibet, & præſertim Religioſorum ſtudio piæ vitæ, Diuinique nominis ſub ſuaui Religionis iugo inſiſtentium, & Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum ſtatu ſalubriter dirigendo, ſicut ex debito nobis deſuper

per nobis commiſſi Paſtoralis officij tenemur; noſtræ conſiderationis extendentes intuitum, ad ea, per quæ ipſorum Monaſteriorum profectus Religioniſque incremento, & eorumdem Religioſorum neceſſitatibus & ſubuentionibus, præſertim Regum Catholicorum vota id expoſcunt, opportunè prouideatur, noſtræ vigilantiæ partes propenſius impartimur. Cùm itaque Monaſterium S. *Catharinæ* in Monte, propè & extra muros Rothomagenſes, Ordinis S. Benedicti, quod venerabilis frater noſter, Henricus, Epiſcopus Maleacenſis, ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica, in commendam ad eius vitam nuper obtinebat: Commenda eiuſmodi ex eo, quòd dictus Henricus Epiſcopus, illi & omni & cuicumque juri & actioni, ſibi in dicto Monaſterio, ſeu illius regimine & adminiſtratione, vel ad illa quomodolibet competenti, & per eam prætenſo, hodiè per dilectum filium Franciſcum *Leporium d'Aſſincourt*, clericum Tullenſem, in Romana Curia ſollicitatorem, Procuratorem ſuum, ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſponte & liberè ceſſit, noſque ceſſionem iſtam duximus admittendam: ceſſante adhuc eo, quo ante commendam huiuſmodi vacabat, modo vacare noſcatur ad præſens. Et ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, tam ſuo, filiorum Prioris & Fratrum Monaſterij de *Gallione*, per Prioré gubernari ſolitis ordinis Cartuſienſis, Ebroicenſis Diœceſis, nominibus, per dilectum filium Franciſcum Luxemburgum, *ſpinei* Ducem illuſtré, Franciæ Parem, & vtriuſque Ordinis Regij Equitem torquatum, oratorem ſuum ad nos & ſedem Apoſtolicam deſtinatum, nobis nuper expoſuit, ſi dictum Monaſterium *S. Catharinæ*, quod prorſus dirutum, & ſolo æquatum exiſtit, ac in eo nomen & titulum Monaſterij, ac illius Abbatis, dignitatiſque Abbatialis penitùs ſupprimerentur & extinguerentur, eiuſque fructus, redditus & prouentus dicto Monaſterio de *Gallione*, à bonæ memoriæ Carolo Tituli S. Chryſogoni Præsbytero, Cardinale à Borbonio nuncupato, propria impenſa, miraque operis excellentia constructo, pro eorumdem Prioris & fratrum ſubſtantatione perpetuò applicarentur & appropriarentur: ex hoc profectò, dicti ordinis propagationi, & Diuini cultus incremento, ac ipſorum fratrum opportunæ ſubuentioni ſalubriter conſuleretur. Quare prædictus Henricus Rex, per eundem Franciſcum Ducem, Parem, Equitem, & Oratorem, nominibus prædictis, nobis humiliter ſupplicauit, quatenùs Priori & fratribus prædictis in præmiſſis, opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudum, inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica alijs vniri, tenerentur verum annuum valorem ſecundum æſtimationem communem etiam beneficij cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis, quorum intereſſet: Priorem & fratres prædictos, eorumque ſingulos, à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs ac cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: necnon aliarum vnionum, annexionum, & incorporationum eidem Monaſterio de *Gallione* hactenùs forſan factarum tenores, verum quoque ac vltimum Monaſterij S. *Catharinæ* hujuſmodi vacationis modum, etiam ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore juris clauſula reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, monaſterium S. *Catharinæ* prædictum, cuius fructus, redditus & prouentus huiuſmodi ad mille florenos auri in libris cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, quovis modo, & ex cuiuſcumque perſona, ceu per liberam ceſſionem cuiuſvis de regimine & adminiſtratione primo dicti Monaſterij in dicta curia, vel extra, etiam coram Notario publico & teſtibus, ſpontè factam, ſiue per obitum prædicti Henrici Epiſcopi, extra dictam curiam iam forſan defuncti, commenda ipſa ceſſante, vacet, etiam ſi tanto tempore vacauerit, quòd eius prouiſio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilij, aut aliàs & Canonicas ſanctiones ad ſedem prædictam legitimè deuoluta exiſtit; illaque ex quauis cauſa ad eamdem ſedem ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac de illo conſiſtorialiter diſponi conſueuerit, ſeu debeat, necnon ſuper eiſdem regimine & adminiſtratione, inter aliquos lis ſuper illorum poſſeſſorio, vel quaſi moleſtia, cuius litis ſtatum & merita cauſæ, nominaque &

cognomina iudicum & collitigantium, iuraque & titulos illorum; & concessiones & commendas dicti Henrici Episcopi, necnon quorumcumque actionum, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis; pendent indecisa: dummodo tempore dato præsentium dicto Monasterio *S. Catharinæ* de Abbate prouisum, aut illud alteri commendatum canonicè non existat: ac in eo nomen & titulum Monasterij, necnon illius Abbatis, dignitatisque Abbatialis, atque omnia & singula officia, ac Monachales portiones: & loca eiusdem: ac tam in eo, quam illius Ecclesia ordinem, statum, & essentiam, regulares: remanentibus tamen dicti Monasterij *S. Catharinæ* Monachis, in suis habitu & regula, qui in ciuitatem Rothomagensem post dicti Monasterij *S. Catharinæ* deuastationem se receperant, ac salua Monachali portione, pro eorum sustentatione assignata, quoad vixerint; vel donec eis aliundè competenter prouisum fuerit, cum annexis & omnibus iuribus & pertinentijs suis, Apostolica authoritate, tenore præsentium, perpetuò supprimimus ac extinguimus, ac illius fructus, redditus & prouentus præfatos, necnon iura, subuentiones, & emolumenta quæcumque eidem Monasterio de *Gallione*; ita quòd liceat ex nunc eisdem Priori & fratribus, per se, vel alium, seu alios, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta prædicta, propria authoritate, liberè percipere, colligere, leuare, exigere, recipere, recuperare, arrentare, locare, dislocare; illaque in suos, & dicti Monasterij de *Gallione*, vsus & vtilitatem conuertere, cuiusvis licentia super hoc minimè requisita: ita tamen, quòd Prior & fratres prædicti, ratione Diuinorum officiorum & quorumcumque suffragiorum in dicto Monasterio S. Catharinæ institutorum, duas missas qualibet hebdomada in Ecclesia dicti Monasterij de *Gallione*, in perpetuum celebrare, necnon sex Monachi eiusdem Monasterii de *Gallione*, ad id per superiores deputati pro animabus fundatorum & benefactorum dicti Monasterii S. *Catharinæ*, priuatim in claustro orare teneantur, authoritate & tenore præmissis, etiam perpetuò applicamus & appropriamus. Necnon si secùs super his à quoquam quauis authoritate, scienter, vel ignoranter attentare contigerit, irritum decernimus.

Quocirca, nostro fratri, Episcopo Ebroicensi, & dilectis filiis Marino *le Pigny*, ac Ioanni *le Roy*, canonicis Ecclesiæ Rothomagensis per Apostolica rescripta mandamus; quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios, Priori & fratribus prædictis in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra, illos suppressione, extinctione, applicatione, appropriatione, aliisque præmissis pacificè frui & gaudere; non permittentes illos desuper per quoscumque contra earundem præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari: contradictores quoslibet & rebelles, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis Processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis; nonobstantibus priori voluntate nostra prædicta, & Lateranensis Concilij nouissimè celebrati, vniones perpetuas, nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentis: necnon fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs, editis specialibus vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus: necnon *S. Catharinæ*, Monasterij, & illius Ordinis hujusmodi juramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, Priuilegijs quoque indultis & Litteris Apostolicis, illis eorumque Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, harum serie specialiter & expressè derogamus contrariis quibuscumque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1597. tertio nonas maij, Pontificatus noſtri ann. 6. Sic ſignatum A. Cardinalis Montaltus. Signator M. vectonis Barbianus, & ſuper plicam, Robert. 136. & ſigillatum ſigillo plumbeo Rubri croccique coloris, in quo ſcriptum eſt, Clemens Papa VIII. & ſupra dorſum, Anno Domini 1597. die vero quinta menſis Maij. Retrò ſcriptus Reuerendiſſimus Dominus Henricus Epiſcopus: per Dominum Franciſcum Leporium d'*Aſſincourt*, in Romana Curia ſollicitatorem, procuratorem ſuum, retroſcriptæ ceſſioni, ac litterarum expeditioni conſenſit; iurauit Ioannes Maria Cuſſius; regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

Mox igitur accepto à ſede Apoſtolica huiuſmodi diplomate, Rex, pro ſua pietate, ſuis patentibus litteris confirmauit; ſub datum apud S. Germanum in *Laya* 4. Ianuar. ann. 1598. Regni ſui 9. verum, cùm exindè, lites adhuc haud ceſſaſſent, Rex, vt tandem omnia conciliarentur, inſtitit iterum apud eumdem Pontificem; qui tanti Regis pietate commotus, Alterum confecit Diploma Superioris confirmatiuum, & in nonnullis ampliori indagatione, ac prouiſione auctum: hiſce verbis.

Clemens, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Officiali Rothomagenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Inter perſonas quaſlibet, præſertim ſub ſuaui iugo Religionis, Altiſſimo famulantes, pacem & quietem vigere, pro noſtri Paſtoralis officij debito cupientes, geſtis illis vndè litium anfractus euitantur, & controuerſiæ dirimuntur, & noua Monaſteria ædificantur, libenter cùm à nobis petitur, mandamus adijci Apoſtolici muniminis firmitatem, aliaque deſuper diſponi, provt perſonarum earumdem commodis conſpicimus ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem per nos accepto, quòd ſi Monaſterium S. *Trinitatis* in monte, nuncupatum, propè & extra muros Rothomagenſes, Ordinis S. Benedicti, quod venerabilis frater noſter Henricus, Epiſcopus Maleacenſis, ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica in Commendam ad eius vitam obtinebat, quodque prorſus dirutum ac ſolo æquatum exiſtebat, penitùs ſupprimeretur, eiuſque fratris, redditus & prouentus, Monaſterio per Priorem gubernari ſolito, de *Gallione*, Ordinis Carthuſienſis, Diœceſis Ebroicenſis, quod à bonæ memoriæ Carolo, Tituli S. Chryſogoni Præsbytero, Cardinale à Borbonio nuncupato, propria impenſa, miræ operis excellētia, conſtructum fuerat, pro Prioris & Conuentus Monaſterij de *Gallione*, huiuſmodi ſuſtentatione, perpetuè applicarentur. Ex eo ſecundo dicti Ordinis propagationi, & diuini cultus augmento, ac prædictorum Prioris, & Conuentus Monaſterij de *Gallione* ſubſtentatione, ſalubriter conſultum fuit.

Nos precibus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Francorum ac Nauarræ Regis, tam ſuo, quàm dictorum Prioris & Conuentus de *Gallione* nominibus, per dilectum filium, nobilem virum Franciſcum Luxemburgum, Ducem *Spiney*, Franciæ Parem, & vtriuſque Ordinis Regis equitem torquatum tunc ſuum Oratorem ad nos, & Apoſtolicam ſedem deſtinatum, porrectis, in ea parte tunc inclinati, dictum Monaſterium S. *Catharinæ*, commenda huiuſmodi, ex eo quòd dictus Henricus Epiſcopus illi ac omni iuri ſibi in dicto Monaſterio S. *Catharinæ*, illiuſque regimine & adminiſtratione, vel ad illa quomodolibet competenti, in manibus noſtris ſpontè & liberè ceſſerat: noſque ceſſionem huiuſmodi duxeramus admittendam, ceſſante adhuc eo, quo ante Commendam ipſam vacabat quouis modo, quam haberi volumus pro expreſſo vacantem: ac in eo nomen & titulum Monaſterij, necnon illius Abbatis, dignitatiſque Abbatialis, atque omnia & ſingula officia, monachaleſque portiones, necnon loca eiuſdem, ac tam in eo, quàm illius Eccleſia, ordine, ſtatu, & eſſentia, regularibus remanentibus tamen dicti Monaſterij S. *Catharinæ* Monachis in ſuis habitu & regula, qui in ciuitate Rotho-

magenſi, poſt eiuſdem Monaſterij S. *Catharinæ* deuaſtationem ſe receperant, ac ſalua monachali portione, pro eorum ſubſtentatione aſſignata, quo ad viuerēt, vel donec eis aliundè competenter prouiſum foret, cum illis forſan Annexis & omnibus juribus & pertinentijs ſuis, Apoſtolica authoritate, perpetuò ſuppreſſimus, & extinximus: dictoſque illius fructus, redditus & prouentus, necnon iura, obuentiones & emolumenta quæcumque, eidem Monaſterio de *Gallione*: ita tamen, quòd Prior & Conuentus eiuſdem Monaſterij de *Gallione*: prædicti, ratione Diuinorum officiorum, & quorumcumque ſuffragiorum in prædicto Monaſterio S. *Catharinæ* inſtitutorum, duas miſſas qualibet hebdomada in Eccleſia dicti Monaſterij de *Gallione* prædicti, in perpetuum celebrari, necnon ſex Monachi ipſius Monaſterij de *Gallione*, ad id per ſuperiores deputandi, pro animabus fundatorum & benefactorū dicti Monaſterij S. *Catharinæ*, priuatim in clauſtro orare teneantur: dicta authoritate perpetuò applicauimus & appropriauimus, ac aliàs provt in noſtris deſuper confectis litteris pleniùs continetur.

Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum clauſtralis S. *Catharinæ*, necnon de *Gallione*, & conuentuum prædictorum petitio continebat: ipſi Prior & Conuentus Monaſterij S. *Catharinæ*, executioni dictarum Litterarum, pro eorum intereſſe ſeſe oppoſuiſſent, & exindè lites jam inter eos forſan ortæ eſſent, & ad illas ſedandas Priores & Conuentus hujuſmodi hanc ſub noſtro, & dictæ Sedis beneplacito inierunt concordiam; juxta quam Prior & Conuentus Monaſterij S. *Catharinæ* hujuſmodi in eo numero, qui ſimul, 12. continet, in integrum remanerent actum, ipſe Prior clauſtralis, cujus electioni Prior dicti Monaſterij de *Gallione*, præſens aut vocatus eſſet, quàm reliqui monachi Conuentus ſic remanentes in æternum, Diuinum officium per ſe, & eorum ſucceſſores, ſub voto, regula, habitu, & dicto Ordine S. Benedicti in communi ſecundum formam à prima eorum inſtitutione præſcriptam, & ſic ſecundum intentionem eorum fundatorum & dotatorum viuendo continuare: & qui ex illis adhuc nouitij forent, à præceptore, ſeu ludi litterarij magiſtro, qui inibi ad hunc finem adeſſet, Inſtrui deberent, pro quorum quidem Prioris clauſtralis & Conuentus ſic remanentis alimentis, dictique præceptoris, ſeu ludi litterarij Magiſtri ſtipendio, & alijs oneribus pro tempore jucumbentibus ſupportandis; necnon menſa Conuentuali, ac congrua portione: præter & vltra ea, proprietates & alia bona, vel redditus, pro eorum veſtiario deſtinata, hæc quæ ſequuntur prædicti eorum Monaſterij S. *Catharinæ*, prædia ac proprietates, & alia bona perpetuò aſſignata, ſeu ijſdem dimiſſa fuerunt: videlicet, magnum & paruum molendinum S. *Catharinæ* nuncupatum, infra limites Parœchiæ S. Machuti Rothomagenſi exiſtentia. Item decimæ collium eiuſdem S. *Catharinæ*: Præterea, prata locorum du *Quay du Cellier*, in ſuburbijs oppidi de *Martinvilla*, & de *Sotte-villa*; prædium quoque, ſeu terra & Dominium *Duplex*, nuncupatum, infra limites Parœchiarum S. Iacobi ſuper *Darneſtallum*, & S. Mariæ de *Capra-milonis*, vulgò *Cheureville la milon* extenſum. Ad hæc, decimæ, tam iſtarum Parœchiarum S. Iacobi, & *Capræ-milonis*, quàm de *Boſco Dennehouti*, vulgò, *du Bois Denneborg*. Item, Firma de *Ionchayo*, in dicta Parœchia *Capræ-milonis*. Item, alia firma, vulgò dicta, *Bihorel*, in Parœchia de *Boſco Guillelmi*, necnon inſula de *Bedaſne* nuncupata. Rurſus, decimæ & cenſus Dominicalis de *Francavilla*. Ad hæc terræ, cenſus, & dominia Locorum du *Monchel*, du *Faux*, & de *Sellovilla*, vnà cum tribus acris terræ ibidem ſitis. Item, decima de *Bellebone*, aliàs de *Bellebœuf*: necnon firma du *Plant*, nuncupata, cum iuribus & debitis dominicalibus, aliiſque omnibus, quibus particulares firmarij hujuſmodi terrarum anteaquam vſi fuerunt. Inſuper, domus in ciuitate Rothomag. exiſtens, in qua, quo ad præſens Prior clauſtralis & monachi S. *Catharinæ* Monaſterij prædicti morantur. Quia autē decimæ Parœchiæ loci de *Bully*, ad ſupradictum veſtiarium deſtinatæ reperiebantur, in earum compenſationem cenſus coquinæ & cubiculi Abbatialis, ad hoc, vt illi earum vice & loco, ab ea die, dictis monachis cederent, & ad ipſos ſpectarent.

Cæterùm, vt vltra officia clauſtralia monaſterij S. *Catharinæ*, S. Auſtrebertæ de Pauliaco, aliàs de *Pavilly*, S. Albini des *Freſnes*, infra limites Parœchiæ de Anfreuilla in *Campania*, S. Albini de *Vilaines*, *prés Lyons*, ac domum, S. Nicolai de *Candecoſte*, eiuſdem ordinis S. Benedicti Prioratus, eiſdem monachis Monaſterij S. *Catharinæ*, ad hoc, vt ipſi capitulariter pleno jure diſponerent, remanerent: ac inſuper

per ius eligendi, seu præsentandi personas idoneas, ad S. Iacobi supra *Darnestallum*, ac de *Capra-milonis* ac de *Sellovilla* propè *Bellumbouem* locorum prædictorum Parochiales Ecclesias, & alia beneficia ibidem existentia, quoties vacarè contingeret, pro vt antea Priori & monachis monasterii S. *Catharinæ* prædictis, ipsis, seu, eorum Abbati competebat, ad ipsos Priorem & monachos monasterij S. *Catharinæ*, qui ad electionem seu præsentationem ipsam capitulariter procedere deberent, spectaret. Reliqua verò omnia & singula dicti monasterij S. *Catharinæ*, demptis & duntaxat exceptis superius enumeratis, prædia, proprietates, villæ, possessiones, redditus, jura & quæuis alia bona monasterio de *Gallione*, eiusque Priori & Conuentui, ita tamen vt cum hoc quod ipsi Prior & Conuentus monasterij de *Gallione*, decimas tam ordinarias quàm extraordinarias, cæterasque impositiones & onera, ad quorum præstationem, prædictum monasterium S. *Catharinæ*, eiusque monachi, bonaque sibi, vt supra sua remanentia obnoxia pro tempore fuerint, soluere & subire, eosque monachos exonerare tenerentur, tam in vi supradictarum Litterarum nostrarum, quàm concordiæ huiusmodi, eo ipso, in perpetuum applicata, appropriata, & etiam concessa, assignata essent, & esse censerentur.

Postremùm, cùm ipsum monasterium S. *Catharinæ*, quod peramplius in præceps ruebat, eiusque structura vndequaque ruinam minitabatur, eius Prior & monachi prædicti, illud, seu eius vice & loco aliud, vel in ciuitate Rothomagensi, vel propè illius muros, locoque ad id commodiore, quanto citiùs fieri posset, construi curarent. Prior verò & Conuentus dicti monasterij de *Gallione*, in subsidium nouæ illius fabricæ summam, mille scutorum conferrent, vltra rudera maceriæ ac cæmenta veteris monasterij, quæ in vsum ipsius nouæ fabricæ itidem cederent. Liceret quoque Priori & monachis dicti monasterij S. *Catharinæ*, domum quam in dicta ciuitate, vt præfertur, inhabitant, vel alteram ex duabus dictis firmis sibi minùs commodam, eam similiter vel diuendendo, vel permutando, in beneficium hujusmodi fabricæ alienare. Interim verò quod nouum hoc monasterium ex ædificatum non foret, pensum Diuinorum officiorum, in Capella domus, quam, vt præfertur, inhabitant, persoluerent: quibusquidem pactis & conuentionibus, sicut supra editis, Priores & monachi prædicti à litibus & jurgijs recedentes, mutuum sodalitium & confraternitatem contraxerunt, & in eius signum atque testimonium, adueniente obitu alicuius ex ipsis, eadem officia defunctorum & suffragia peragerent, quæ pro cujusque eorum voti & monasterij professis ab eis fieri consueuerunt: vltra quod ad majus altare Ecclesiarum vtriusque hujusmodi monasterij, seu circa illud Icones, seu imagines tam S. Brunonis, quàm S. Catherinæ apponi curabunt; & aliàs, pro vt in publico instrumento, seu, documento desuper confecto, pleniùs dicitur contineri. Quare pro parte Priorum & Conuentuum prædictorum asserentium concordiam prædictam, in diuini cultus augmentum, ac dictorum Monasteriorum subsistentiam pariter & subuentionem cedere, nobis fuerit humiliter supplicatum, quatenùs concordiæ hujusmodi, pro illius subsistentia, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, ac aliàs in præmissis opportunè prouiderè, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiæ alijs vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem æstimationem, etiam beneficij cui aliud vniri peteretur: & idem obseruari in quibusvis demembrationibus & applicationibus de quibuscumque fructibus & bonis Ecclesiæ: Priores & singulas personnas Conuentuum prædictorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiæ sententijs, & censuris à jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum absoluentes & absolutos fore censentes: necnon singulorum prædictorum veriores situationes, confines, qualitates, vocabula, denominationes; verosque etiam annuos valores, necnon litterarum hujusmodi veriores & totos teneres ac datas, præsentibus pro expressis habentes: hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vocatis, qui fuerint euocandi, concordiam prædictam authoritate nostra perpetuò approbes & confirmes, illique perpetuò & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicias, necnon omnes & singulos, tam juris quàm facti, & solemnitatum, aliosque defe-

ctus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, suppleas: insuper litteras prædictas ad præscriptam formam & continentiam ac normam ipsius concordiæ, eadem authoritate reducas, modereris, restringas, modifices, & renoces: dictosque Priorem claustralem & monachos aduersus suppressionem & extinctionem dicti monasterii S. *Catharinæ*, necnon & singula in dictis litteris contenta, si & quatenùs prædictæ concordiæ,& illius dispositioni quomodolibet cōtrariantur, in integrum restituas, reponas & in integrum restitutos eisdem litteris, quo ad reliqua in suo robore permansuris.

Et nihilominùs, ipsis Priori claustrali & monachis, vt in dicta ciuitate Rothomagensi, aut propè illius muros, ac loco ad hoc decenti, vice & loco dicti veteris monasterii S. *Catharinæ* construi & fabricari facere, ad subeundum onera fabricæ illius, domum, vel alteram ex duabus firmis, de quibus in dicta concordia fit mentio, cuicumque, seu quibuscumque personis meliorem conditionem offerentibus, in perpetuum vendere, ac pretium, seu pretia & pecunia exindè prouenientia in vsum ipsius fabricæ conuertere liberè & licitè possint, licentiam & facultatem eodem authoritate, concedàs: illudque postquam constructum fuerit per Priorem claustralem dicti Ordinis S. Benedicti, sub eadem inuocatione S. *Catharinæ*, cum Ecclesia, campanili, claustro, dormitorio, refectorio, cellulis, hortis, & Officinis necessarijs ad instar dicti veteris monasterij S. *Catharinæ*, pro vsu & habitatione illius, & aliorum inibi in eius monachos recipiendorum dicti Ordinis S. Benedicti, qui vnà cum ipso Priore numerum duodecim ad minùs constituere, eidemque Priori subesse: necnon Missas, & alia Diuina Officia, ad quæ intuitu & ratione dicti veteris Monasterij quomodolibet tenebātur & obligati erant in Ecclesia monasterij sic construendi in perpetuum celebrare teneantur: cum eo tamen quòd moderni & pro tempore existentes Prior & fratres dicti Monasterij de *Gallione* supradictas duas Missas qualibet hebdomada celebrare, ac sex ex illis pro animabus fundatorum & benefactorum dicti Monasterij S. *Catharinæ*, priuatim in claustro orare non sint astricti, sed solummodo pro illis, & in genere orare debeant etiam perpetuò sine alicujus præjudicio, erigas & instituas: illique sic erecto & instituto, pro eius dote, decimas, prædia, villas, prata, firmas, molendina, & alias proprietates & bona sibi ex forma dictæ concordiæ, vt præfertur, dimissa, vltra rudera, maceriem, & cœmenta dicti veteris monasterij S. *Catharinæ*, reliquis alijs proprietatibus & bonis in vim earumdem Litterarum ipsi monasterio de *Gallione*, remanentibus, pariter perpetuò applices & appropries.

Necnon Priori & Monachis eiusdem veteris Monasterij S. Catharinæ, vt ad Monasterium per præsentes erigendum, cum omnibus & singulis suis mobilibus & immobilibus ac se mouentibus bonis, iuribusque & actionibus, necnon vestibus & paramentis, ornamentis & monumentis Ecclesiasticis, calicibus, crucibus, sanctorum & sanctarum, Reliquijs: tabernaculis, prætiosisque vasis, ac vniuersatam sacra quàm communi supellectile, necnon honoribus, oneribus eis incumbentibus, ipsius veteris Monasterij, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, ac indulgentiis etiam plenariis, & peccatorum remissionibus, & litteris Apostolicis, tam illis quàm ipsis Monachis & Prioribus dicti veteris Monasterij quomodolibet concessis, transferre, & in eo deinceps perpetuis futuris temporibus permanere, necnon illis, postquam sic ibidem translati fuerint: quòd omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, fauoribus, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis etiam plenariis, ac peccatorum remissionibus, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibus de iure, vel de consuetudine; aut ex Priuilegio, vel aliàs quomodolibet in dicto veteri Monasterio vtebantur, potiebantur, & gaudebant; vti, potiri ac gaudere poterant in omnibus & per omnia perindè ac si translati non fuissent, vti, potiri, & gaudere, liberè & licitè valeant itidem perpetuò, eadem authoritate concedas & indulgeas.

Necnon præsentes Litteras nullo vnquam tempore, de surreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, seu in ius vel controuersiam vocari, aut ad terminos iuris reduci posse; sed illa semper valida, efficacia existere, suosque plenarios effectus sortiri, & ab omnibus, quos illa concernunt, & concernent in futurum inuiolabiliter perpetuò obseruari: sicque ab omnibus censeri, atque ita & non aliter

aliter per quoſcumque iudices, ſublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & authoritate, iudicari & definiri debere: ac quicquid ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane eadem noſtra authoritate decernas; nonobſtantibus priore noſtra voluntate, ac fœlicis recordationis Pauli Papæ II. prædeceſſoris noſtri, de rebus Eccleſiæ non alienandis, quatenùs opus ſit, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; necnon Monaſteriorum & Ordinum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & ſtabilimentis, vſibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis, & Litteris Apoſtolicis etiam illis, eorumque Superioribus & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis: ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio & conſiſtorialiter, etiã iteratis vicibus, ac aliàs quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quæuis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hujuſmodi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod prætium venditionis huiuſmodi deponatur penes aliquam perſonam fide & facultatibus idoneam, aut aliquem locum tutum & ſecurum, ad effectum illud conuertendi in fabricam dicti Monaſterij, quamprimùm fieri poterit. Datum Romæ apud S. Marcum ann. Incarnationis Dominicæ, 1601. nonas Iulij, Pontif. noſtri anno X. Sic ſignatum A. Cardinalis Montaltus, ſummator M. veſtrius Barbianus, & ſigillatum ſub plumbo cum cordulis canabis: & in dorſo ſcriptum eſt, Regiſtrata apud Marcellum ſecretarium. *Ex Archiuis Carthuſiæ Gallionis.*

Pro omologatione iſtius Concordati, Rex patentes litteras ſuas dedit confirmatiuas Pariſijs menſe Octobri, ann. 1602. quod tandem in ſanctiore eiuſdem Regis conſilio priuato publicatum fuit & receptum, menſe Ianuario, ann. 1603.

LONLEIVM. ANN. 1026.

GALLICÈ, LONLÈ, vel Longlay.

Quo tempore, & à quo fundatore extructa ſit hac nobilis Abbatia, exquiritur: cujuſquidem fundationis Carta profertur integra.

CAPVT I.

I. PROSTAT hæc Abbatia, Ordinis S. Benedicti, duabus fermè leucis à *Damfronte*, in *Paſſayo*, vulgò *En paſſays*; (in cujus vicecomitatu extat) oppido diſſita; Diœceſis quidem Cœnomanenſis, ſed Ducatus Normanici, in Balliuiatu Alenconienſi; cujus meminit præſul Arboretanus, ea de Regione ſermonem agens. *Eſt & alius præterea fluuius, Egrenius, appellatus, vulgò*, Egreine, *in Longolatum defluens cœnobium, aliàs, Lonlejum.* [a] Cui adſtipulatur Martinus *Prouuerre* Dominicanus. [b] Cuius Abbas ampliſſimum bonorum ac redditūum Domanium poſſidet; ſed & patronus eſt omnium ſacrarum Ædium præfati Damfrontis oppidi, aliarumque plurium apud Alenconium; quò Eccleſia B. Virginis Mariæ Deiparæ præcipua, & Parœchialis, illi ſubeſt: cujus Prioratus & Cu-

a *Canalis lib. 1. de Re Gallica perioche, 4.*

b *In Chronico MS. Norman. lib. 3. cap. 21.*

ta ad eum spectat; c sicut & *Folkestenense* cœnobium in agro, Cantiano; & Prioratus de *Stokecursy*, in agro Deuoniensi, apud Angliæ Regnum. d

Fundatur autem à Guillelmo *Taluatio*, Bellismensi, Perticensi, Alenconiensi, &c. Comite, viro illustri ac potentissimo, in honorem Deiparæ, Virginis Mariæ, regnante B. Roberto, Rege Christianissimo, in Gallia, ann. 1026. de quo sic loquitur Guillelmus Gemeticensis. *Monasterium verò sanctæ Mariæ Lonlaij, Vuillelmus Taluacius, primus (qui exciso nemore in monte quodam castrum nomine Damfrontem construxerat) à fundamentis ædificauit.* e quem alij vltrò sequuntur. f Quis verò, aut qualis fuerit iste *Taluatius*: & quanta illustris eius prosapia: legas, velim, milector, eumdem *Gemeticensem*, sup. cap. 10. Itemque lib. 8. cap. 34. & 35. ac *Bryum*, sup. lib. 2. cap. 9. & seq. Porro; huiusce fundationis copiam damus, quam ex Autographo excerpsimus, continetur que in confirmatione Henrici VI. Regis Angl. circa ann. 1423. dùm Neustriam bello occupauit. II.

c *Bryus lib. 5. Histor. Comitum Perticens. & Ducum Alenconiens. pag. 262. & 263.*
d *Vide Monasticum Anglicum Tom. 2.*

e *Gemeticensis. De Gestis Norman. lib. 7. cap. 22.*
f *Robertus de Mont. Tractat. de Abbatib. & Abbatijs Norm. cap. 34. Canalis, Tom. 2. Hierarchiæ, MS. Neustriæ, in ea Abbatia. Du Brat, cap. 2. Antiquit. Cadomens. pag. 37. & 38. Bondonnetus, in Episcop. Cenomanens. pag. 407.*

Henricus, Dei gratia, Rex Franc. & Angl. & Dominus Hyberniæ.

Omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, Salutem. Inspeximus quasdam litteras patentes Petri quondam Comitis de Alenconio, factas in hæc verba, *Nous* Pierres, Comte d'Alençon, Seigneur de *Fougieres*, & Vicomte de *Beaumont*. Faisons sçauoir à tous presens, & aduenir; de la partie de nos bien-Amez en Dieu, les Religieux, Abbé & Conuent de Nostre Dame de *Lonlay*, en nostre Chastellenie de *Danfront*, au Diocese du *Mans*, nous auoir esté monstré & exhibé vn liure ancien, contenant plusieurs Chartres des dons à eux faits, par plusieurs Seigneurs, & autres, tant en leur Fondation, que autrement. Entre les autres, au commencement d'iceluy estoit escrite vne Chartre de feu, de noble recordation, Guillaume, jadis Prince de *Belesmes*, contenant la forme, qui ensuit. III.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Quicumque purioris vigore intrinsecus fulcitur rationis, diuinæ paginæ testimonio docente, patenter colligit, quod mortalium propago, tanta peccaminum enormitate suffocatur, vt ruinæ damnationis æternæ irreparabiliter pateat, nisi deuota eleemosynarum distributio, & electorum Dei veneranda subueniat intercessio. Hinc est quòd ipse generis humani Saluator, nos ad pietatis opera prouocans, inter cætera, sic ait: *Mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis*, indè est etiam quod omnis peccator, dùm suo conditori collectis animi viribus nititur reconciliari, vnum quemlibet sibi ex Dei amicis, obsequio venerationis sibi efficit familiarem; per cujus patrocinij opitulationem, districti judicis iram credit sibi fieri placabilem. Ego itaque *Guillelmus Bellismensis*, Prouinciæ principatum gerens, innani vitiorum mole pressus, quanto diuitiarum copijs affluens, tantò lachrymabilius, sub meæ prauitatis pondere ingemiscens, diutina & sedula intentione, intra me reuoluens, ad quem electorum Dei, pro salutis remedio confugerem, nullumque ad opitulationis copiam reperiens opportuniorem, quàm sacrosanctæ Dei genitricis, quæ ipsam genuit misericordiam, quæ sicut in libris patrum legimus, enormes peccatores ad se confugientes, indulta peccatorum venia solet lætificare, & de profundo Barátri potenter liberare. In hujus igitur Beatissimæ Dei genitricis Mariæ honorem de assensu meæ conjugis, & filiorum meorum, scilicet, *Falconij*, *Vvarini*, *atque Vvillermi*; quoddam monasterium sub nomine Abbatiæ, in loco, qui dicitur, *Longiledum*, de propriis facultatibus construximus, & in eo Abbatem, & sub eo monachos, qui pro nobis, & pro nostris Antecessoribus, nocte ac die in Diuinis obsequijs excubantes, supernam Clementiam exorarent, posuimus: Ad quorum vsus & sustentationem, de nostris hæreditarijs beneficijs, quæ ibidem habentur, plurima, quæ hic infra diuidimus, conferimus. IV.

Ex parte Orientis, terram illam damus, sicut illam diuidit ille riuus, qui vocatur *Pulcher Ductilis* vsque in *Egranniæ* fluuium: & ab ipso fluuio sicut mons de *Brueria* per conuallē disterminat, vsque in Normaniæ commarchiam. Dedimus etiam Decimas omnium redditum nostrorum; redituum de castro *Danefrontis*, & de *Baillia*, quæ ad nos pertinent; & Decimas duarum forestarum nostrarum, scilicet, *Andenæ*, & V.

Syluadine

Digitized by Google

Sylvedine, de Herbagio, de Paſnagio, de venditione mortui boſci, & viui, & de omnibus exitibus prædictarum foreſtarum; excepta venatione, & auibus noſtris. Conferimus etiam prædictæ Abbatiæ omnes molendinos noſtros conſtructos & conſtruendos, de *Donnifronte*, cum omnibus iuribus ad molendinos pertinentibus, ita liberè & quietè ſicut ibidem tenemus: Dedimus etiam Eccleſias *Donni frontis* cum omnibus pertinentiis, & Decimas omnium agriculturarum, quæ fient in exemplaris foreſtarum prædictarum: exceptis illis, quas Heremitæ facient, proprijs manibus & pedibus: deindè Eccleſiam *Capellæ*, cum tota decima ad eandem pertinente, ſicut eam terminat *Pulcher Ductilis* vſque fluuium *Varennæ*, qui diſcurrit ad radicem *Donni frontenſ.* caſtri. Apud *Condatenſem* vicum, damus molendinos cum omni jure molendinariæ delationis Bannualis leugæ, ita liberè, ſicut ibidem teneo. Eccleſiam *S. Martini* cum decimis, & cum omnibus pertinentijs; & Eccleſiam S. Petri *de Reſpectu* cum decima: & terram, quam tenuit Algerus Præsbyter, quam ei dedit *Reginaldus Epiſcopus*. In Alenconienſi pago, conferimus vicum, qui vocatur *Pulcher Manillus*, cum Eccleſia, & appenditijs omnibus. Alium quoque vicum, qui vocatur *Elchuſlis*, cum omnibus ibidem manentibus.

VI. Huius quoque ſcripti atteſtatione nolo ſucceſſores noſtros latere, vbicumque fuerit ſyluæ factus paſtus in noſtra regione, omnis grex porcorum hominum in illis terris (quas dedi, vel Deo monente traditurus ſum) manentium, libere & quietè diſcurrant, per omnia mea nemora, ſyluaticum paſtum accipientes: & à nemine requiratur paſnagium, niſi ab ipſis Monachis prædicti loci, quia perpetualiter concedimus. Conferimus etiam, vt omnia pecora magna & parua manentium in ſupradictis terris, pergant ſecurè & quietè, per omnes ſyluas noſtras ad paſcua: omnes quoque homines in ipſis terris à me datis commanentes, ad omnia neceſſaria facienda ſumant mortuum boſcum, abſque foreſtarij reprehenſione: Monachi autem ad proprios vſus arida & viua accipiãt ligna. Quod autẽ dono ad præſens, vel permittente Deo conceſſurus ſum, ita ſit deliberatum, vt nec vicarius, nec foreſtarius, vel vrenator, vel venator, vnquam terram illam penetret, nec telonearius ibi aliquid requirere tentet. His ſupradictis placuit adiungere, quòd ſi quis hominum S. Mariæ, iam dicti cœnobij, mihi vel cuilibet ex miniſtris meis in ſylua vel in caſtro, vel in foro, ſiue vbicumque foris-fecerit: vel de quacumque foris-factura calumniatus fuerit, ſi indè ad terram S. Mariæ abſque vadimonij datione, reuerti poterit, nequaquam prouocetur ad placitandum, niſi in curiam S. Mariæ: de quacũque autem querella homo S. Mariæ ad placiti diſcuſſionem inuitatus fuerit, non purgabit ſe aduerſum me, vel aduerſum famulum meum, niſi propria & ſingulari manu, abſque teſtium adhibitione.

VII. Huic vero ſupradictæ liberalitati adiungo; quod ſi quis S. Mariæ homo, manens ac reſidens in præfata terra, *Aqua quevuenda* vocata, eundo ſiue redeundo tranſierit, quodcumque ſibi proprium ducat, vel deferat, nullatenus paſſagium, neque conſuetudinem dabit. His itaque eſt adnectendum, quòd concedo Monachis S. Mariæ, in tribus ſolemnitatibus, ſcilicet S. Mariæ, Aſſumptionis, & Natiuitatis, & Pentecoſtes, per tres dies & 4. noctes, piſcari in *Egrennia*, & *Varenna*, in ſylua, vel extra, omne genus piſcandi. His itaque conceſſis, & peractis, jure ſucceſſionis progeniei; moneo, & monendo rogo, vt huic donatione tota mentis alacritate faueant, fauendo augeant: quatenus ipſi, in orationibus, & miſſarum ſuffragiis, cæteriſque ſpiritualibus beneficijs, quæ in prædicto loco, per Dei famulos fient, mereantur fieri participes. Si quis autem profanæ mentis execrabili ingluuie cupiditatis exagitatus; huius Teſtamenti firmitatem infirmare, vel minuere tentauerit, niſi reſipiſcat, ab Epiſcopis præſentibus perpetui anathematis fulmine percuſſus, in exteriores tenebras gehennalis abyſſi, vbi erit fletus & ſtridor dentium, cum Iuda Chriſti traditore, & cum Dathan & Abyron, quos viuos terra abſorbuit, detrudatur ſine fine cruciandus. Vt autem huius ſcripti pagina per ſeriem defluentis ſæculi perſeueret indiſſolubilis, & firma, ſigilli mei munimine eam inſignire ſatago: Aſtantibuſque Epiſcopis, & meis fidelibus corroboranda, huius affirmatiue donationis teſtes ſunt, Aueſgaudus, Cœnomanenſis Epiſcopus, Sigifredus Sagiẽſis, Epiſcopus, Achardus *Dives*, miles de *Donnifronte*, Heruæus de *Gradato*: Fulerius de *Altaripa*: Giroldus *Malſens*; Guillelmus *Princeps*, & Mathildis, vxor eius, & filij eius Fulconis, & Garinus, & Guillelmus, & Robertus, miles.

perpetuò habere & quietè omnia præmissa, quæ sunt in nostra potestate: & prohibeo, ne aliquis præfatis Religiosis, capellanis meis, Monasterio, Rebus-ve suis, aliquam injuriam vel molestiam inferat: aut de iure suo aliquid diminuat vel vsurpet: si Regiæ majestatis offensam effugere per seueritatem disciplinæ voluerit in præsenti, & in futuro Dei genitricis suæ districtam vltionem formidauerit: cum Dathan & Abiron, & Iuda Christi traditore, igne gehennali perpetuò cruciendus. Testibus ad hæc, Guillelmo de *Hommet*, Conestabulario: Vvillelmo, filio Radulphi, Seneschallo Normaniæ, Vvillelmo de *Saliars*: Radulpho de *Domo*: Nigello de *Moritonio*. Remigio *Tailliatoris*. Datum apud Tinchebrayum.

XI. Nos autem Cartas & litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, quo ad dona & concessiones præfatæ Abbatiæ, infra Regnum nostrum Franciæ, ac Ducatum nostrum Normaniæ facta, & concessa, rata habentes, & grata; ea pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus & approbamus, ac dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conuentui loci prædicti, & successoribus suis, tenore præsentium, concedimus & confirmamus; provt cartæ & litteræ prædictæ rationabiliter testantur, & provt idem Abbas & Conuentus, & prædecessores sui, donis & concessionibus prædictis, infra Regnum Franciæ, & Ducatũ, nostra prædicta, hactenus rationabiliter vsi sunt & gauisi. Intentionis tamen nostræ nõ existit, quòd per hanc confirmationẽ, præfatis Abbati & Conuentui, aut successoribus suis, aduersus nos, seu quemcumque alium, quomodolibet, in possessione, vel proprietate, ius nouum acquiri valeat: nobisque, aut quibuscumque nostris subditis præiudicium aliquod generetur: nec etiam, quòd dicti Abbas, & Conuentus, seu successores sui, aliquod ius, vel clamorem, super aliquibus possessionibus infra Regnum nostrum Angliæ, colore præsentis confirmationis habeant, vendicent, siue clament, in futurum. In cuius rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso. Apud Castrum Rothomagi 11. die April. ann. Regni nostri VIII. Ita signatum: Per ipsum Regem. *Sturgeon.*
Ex Codice Maximo MS. fol. 43. & seq. Lutetiæ apud D. Vyon, d'*Herouual.*
Item Ægidius Bryus lib. 2. sup. cap. 8. pag. 42. & 43.

XII. Quantum autem spectat ad illos Præsules, in Præfata hujusce Abbatiæ fundatione testes; primus nominatur *Algundus*, seu, *Ausgradus*, vel *Auesgaudus*, Episcopus Cœnomanensis; qui obijt ann. 1035. filius *Iuonis* Bellismensis, de *Belesme*, Alenconij Comitis, ex *Godehilde*, Heroina illustri: Alter nuncupatur *Sigisfridus*, Sagiensis Episcopus, ann. 1026. [g] Taxata autem reperitur hæc ipsa Abbatia Lonleij, ad 250. florenos aureos, pro Annatis soluendis cameræ Apostolicæ.

[g] *Bryus sup. lib. 2. pag. 43. & lib. 5. pag. 378. Seuertius, Bondonnetus, Cornaiserius, Claudius Roberto in Cœnomanens. & Sagiens. Episcop. & in Abbatiis.*

Abbates ejusdem inclyti cœnobij recensentur.

CAPVT II.

I. QVI, vel quot huic insigni Abbatiæ, præfuerint cœnobiarchæ, adhuc me latet; quorumdam memoria solummodò remansit, pro majori parte, absque temporis epocha.

1. *Guillelmus.*

Monachus S. Benedicti Floriaci, primus Abbas.

[a] *Canalis, sup. Post Robertum de Monte.*

2. *Hugo, Monachus ipsius Monasterij.*

Adest, tanquam testis, ann. 1040. in priuilegio *Theodorici*, Carnotensis Episcopi, pro Abbatia Vindocinensi: extat inter opera *Gaufridi*, Abbatis Vindocinensis. [b] Idem etiam Hugo, Longiledensis Abbas, adstat testis in confirmatione donationis, (quam Guillelmus *Pantol*, Abbati vticensi *Mainerio* fecerat) per Rogerium, Comitem Montis-gomerici, apud Belesmium, ann. 1074. [c]

[b] *Tom. 12. Bibliothec. Patrum, part. 1. pag. 253.*

[c] *Ordericus lib. 5. Histor. Ecclesi. ad ann. 1074.*

3. Guarinus, Monachus Ebronis.

4. Ranulfus, Monachus Cadomi.

5. Lanfredus, monachus ejusdem cœnobij.

6. Ioannes, Monachus S. Launomari, Blesis.

7. Berno, monachus S. Martini Majoris-monasterij. [d]

Cùm autem ille Robertus, Abbas de Monte S. Michaelis in periculo maris haud excesserit ann. 1186. clarè liquet præfatum Bernonem, à se denominatum eodem tempore vixisse.

N. Abbas Lonleij. II.

Præsens in Scacario Alenconiensi, ann. 1402. die 25. Septemb. Item, in alio, ann. 1406. die 11. Octob. [e]

Thomas, Abbas Lonlei, interest Scacario Norman. ann. 1474. [f]

Ludouicus de Bailleul.

Ex illustri domo de *Renoüard* progenitus, magnus Decanus Lexouiensis; & primus Abbas commendatarius *Sylleiensis*, ann. 1546. vsque ad ann. 1583. quo moritur. [g] Anno 1576. die 1. Octob. adest in Scacario Alenconiensi: [h] Eidem cœnobiarchæ *Balliolo*, Ioannes *Tiremeus*, Hauteneus, fisci in Prouincia Rothomagensi Patronus dicat, *Guillelmi Apuliensis, rerum in Italia, ac Regno Neapolitano Normanicar.* libros quinque, ann. 1582. [i] Quiquidem in Epistola liminaria summis laudibus gentem prosequitur *Balliolam*, vt pote, generis vetustate, & gentilium nobilitate excellentem, quæ non modò laudis ac gloriæ *Guiscardo* in Apulia socios haud secundarios dedit: sed & Scotis, Ioannem *Balliolum*, ann. 1293. fortissimum Regem, 96. & *Eduardum* illius filium, Philippo *Valesio*, Francorum Regi sororium procreauit; quippe, cujus sororem, seu sororis filiam, *Ioannam*, copulauerat sibi in vxorem. Ad hæc, ita præclaris animi dotibus eminebat, vt hoc illo sæculo, neque in omni bonorum genere litterarum, neque virtutis, aut sapientiæ gloria, cuiquam videretur inferior, &c. [k]

Ioannes Sur-homme. III.

Doctor Theologus, Ordinis Prædicatorum, Abbas Commendatarius: qui obijt ann. 1620. die 27. Nouemb. Illic conditus in Capella retrò chorum Ecclesiæ Abbatialis, vbi magnifica sepultura honoratur.

Claudius de Fiesque.

(Cujus frater, Carolus *Leo*, Comes de *Fiesque*, & soror, Maria de *Fiesque*, Marchionissa de *Breauté*) Consiliarus Regis in suis consilijs, Eleemosynarius suæ Altitudinis, fit Abbas jam ab ann. 1622. & 1654. Cujus tempore, anno videlicet, 1644. fuit adjudicatum huic Abbatiæ vsuarium lignorum ad comburandum in opus Monasterij: *Quinze chordes de Bois adjugez à ladite Abbaye & Religieux, pour leur chauffage; en consideration des seruices qu'ils rendent journellement: & personnellement, prises en la forest de Mortaing; selon l'ordonnance du maistre des Eaux & Forests de Mortaing.*

Iulius Got, d'Albret.

Post præfati decessum, ann. 1655. nominatus fuit Abbas Lonleij à Rege: vti constat ex excerpto Regestor. Sanctioris Consilij Regis, die 7. Martij, ann. 1656. Item ex excerpto Regestor. Requestar. ordinariar. domus Regiæ, 14. Martij, ann. 1656.

d *Canolis ex Roberto de Monte, sup.*

e *Bryus lib. 5. sup. cap. 7. pag. 292.*

f *Compendiosa Relatio MS. Scacarior. Domini Bigot, pag. 648.*

g *Ex Archiuo Abbat. Silleiens.*

h *Bryus sup. pag. 366.*

i *Rothomagi ex Officina Richardi Petit, & Richardi L'Allemant.*

k *Ibid. & Sammarthani Tom. 1. Histor. Genealog. Domus Franc. lib. 14. cap. 1. Tom. 1. Item Tom. 2. lib. 29. cap. 4. & lib. 31. pag. 4.*

Digitized by Google

IV. Ex quibus omnibus perſpicuè cernitur illum hallucinari, qui *Longum-Ledum*, ſecernit à *Lonleio* Monaſterio. 1 Sanè futilis eius ratio videbitur, dùm pro differentia vtriuſque fundatione aſſerenda, ſcribit *Lonleium* fundatum eſſe ann. 1026. at *Longum-Ledum*, ann. 1149. 4. nonas Martias: ex Carta Vindocinenſi, apud *Syrmundum*, in *Gofridum* Vindocinenſem: cùm tamen ipſe *Syrmundus*, in notis ad ipſum *Gofridum* Vindocinenſem, nullum verbum ea de re emiſerit: Imò verò contrarium notum ſit ex carta priuilegij (cujus ſuperiùs meminimus) *Theoderici*, Carnotenſis Epiſcopi pro eo Monaſterio Vindocinenſi, ipſo Dedicationis eius die, ſcripta, ann. 1040. cui ſubſignatur: *Hugo Longi-Ledij Abbas*: ſicque manet, verum eſſe, *Longum-Ledum*: *Longo-Latum*; & *Lonleium*, idem prorſùs ſignificare, ac pro eodem loco vſurpari. Cùm autē excidiū paſſa fuiſſet hæc ipſa Abbatia, in tumultibus Gallicis ann. 1574. denuò reſtaurata eſt, & in eum quē cernimus ſtatum reducta, juſſu Cœnomanenſis Epiſcopi, cura & zelo D. Caroli *le Court*, ex nobiliſſima domo do *Fredebiſe* oriundi, religioſi antiqui, ac prouectæ ætatis, Prioris clauſtralis eiuſdem cœnobii, ab ann. 1602. qui pro ſua pietate & beneuolentia, mihi quàm libentiſſimè, quæ ſupererant auitæ huiuſce Abbatiæ antiquitatis monimenta, oſtendit ac contulit, dùm inibi moras agerem ann. 1641.

1 *Gallia Christiana in Abbatiis.*

CERASIVM, ceu CERISEIVM, Gallicè Ceriſy, & Ceriſey.

Antiquitas Monaſterij Ceraſienſis deducitur, eius Reſtauratio cœpta ſub Roberto, Normaniæ Duce; aucta verò ſub Guillelmo Notho, eius filio; Charta eorum authentica, à Regibus Franciæ & Angliæ comprobatur.

CAPVT I.

I. VEtuſtum eſſe præſens cœnobium, & inter antiquiora Neuſtriæ Monaſteria, non abſque ratione, computandum duximus: vel ex eo maximè, quod S. Vigor, 9. Bajocenſis Epiſcopus illic egerit circa ann. 560. quo florebat: qua de re hæc referuntur. „ *Per id tempus Voluſianus* quidam, „ homo opulentus, prædijs & familia locuples, in eadem „ Regione degens, venit ad virum Dei, aitque illi: ſcio „ miraculis potentem te eſſe, quæ per te Dominus efficit: „ oro igitur, vt venias ad poſſeſſionem meam. Eſt enim il„ lic in ſylua ſerpens immanis, qui flatu ſuo, & homines, & pecora multa adurit, „ vt nemo auſit, in eius loci circuitu quicquam attingere: tu nos precibus tuis, „ ab illo libera. Reſpondit vir Dei; non poſſum ego quicquam me efficere, „ niſi Chriſtus filius Dei: qui dedit diſcipulis ſuis poteſtatem calcandi ſu„ per ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici; conſtantiam „ mihi præſtet ad conterendam calidiſſimi ſerpentis nequitiam. Abi nunc igitur, „ & die tertio huc reuertere: & ſi Deo viſum erit, ibo tecum. Suo ergo more, vir „ Dei in preces incumbens, & biduana inedia ſe afficiens, multaſque fundens la„ chrymas, implorabat Dei miſericordiam. Indè tertiò accedens ad locum, repe„ rit viam, qua ſerpens ibat ad fontem; & rurſus redibat ad ſpecum ſuam. Eam „ autem viam antiquæ maceriæ; & quædam ingens arbor obtegebant. Propiùs „ igitur ad ſpecum ſe adiungens, exclamat vir Dei: ſerpens antique, & Sathan, „ præcipio tibi in nomine Ieſu-Chriſti, filij Dei viui, qui ſeruis ſuis dedit poteſta„ tem ambulandi ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum, & conculcandi Leonem & Dra-

„ conem, vt exeas ab hac specu. Mox prodijt ille stridens dentibus; & erecto capite flammas vomens: tamquam iam deuocaturus hominem Dei. Fertur longus fuisse ad pedes quadraginta: aspectu terribilis. Postquam autem vidit Christi seruum, mox contracto ore, & abiecta ceruice, venit ad eum. At vir sanctus, sublata manu, crucis signum exprimens, orarium suum iniicit in collum eius, eumque ligatum tradit discipulo suo, seu ouem mansuetam, dicens ei: Duc eum ad littus maris, nec vltra liceat ei in hoc loco commorari. Cernens hæc populus, qui ad hoc spectaculum conuenerat; in Dei laudes prorupit. Re vera, inquiens, Deus est in seruo suo, per quem tale edidit miraculum sub oculis nostris. Porro *Volusianus*, abiiciens se ad pedes Beati viri, Dominum confitebatur mirabilem in sanctis suis: Donauitque sancto Vigori locum, qui *Cerisiacus*, dicitur, qui in circuitu fermè quinque viginti viculos habuit. [a] Addunt tamdem S. Episcopum illi Abbatiam construxisse: cui & illam terram, ceu Baroniam de Cerisio, dono contulit. [b]

Qui vel quot huic Archimandritæ præfuerint Asceterio, nobis incompertum II.
est: sed simile passum esse excidium, Normannis adhuc paganis, Neustriam infestantibus, quod cætera eiusdem Prouinciæ Monasteria pertulerunt, [c] satis superque constat. Normannis autem postea Christo colla subdentibus, & vnda sacri baptismatis renatis, Ecclesia Neustriana, nouo veluti cæspite adaucta, copiosior visa est succrescere: & Monasteria funditùs vndequaque euersa, in pristinum statum restaurata, pietate optimorum principum: inter quæ infimum haud tenet locum præsens *Cerasiense*: cuius fundator, seu reparator, vel instaurator, minimè extitit Richardus 1. Dux Normaniæ: [d] vel *Robertus* Guillelmi Ducis frater: [e] sed *Robertus*, Normaniæ Dux, filius Richardi 2. *frater* Richardi 3. & pater Guillelmi 2. Nothi, Ducum Normaniæ: [f] quod & *Ordericus*, satis apertè testatur, vbi agit de Richardo 3. & Roberto ipso, fratribus prædictis. *Deindè* (inquit) *Robertus frater eius, principatum Normanniæ suscepit, & septem annis ac dimidio, insigniter tenuit: patrumque suorum sequax, Cerasiacensem Abbatiam instaurare cœpit.* [g] Eadem habet Chronica chronicarum. *Ipse adhuc viuens, inchoarat Abbatiam Cerasiacensem, quam & perfecit Guillelmus 2. præfatus, filius eius.* [h] Hæc autem disertè, & clarè confirmat, Guillelmus Gemeticens. tractans de Monasterijs in Normania extructis tempore Guillelmi 2. Normaniæ Ducis, & Angliæ Regis conquisitoris, „ *In diebus illis* (inquit) maxima pacis tranquillitas fouebat habitantes in Normannia; & serui Dei, à cunctis habebantur in summa reuerentia, vnusquisque optimatum certabat in prædio suo Ecclesias fabricare: & Monachos, qui pro se Deum rogarent, rebus suis locupletare. Et quia diximus nobiles quosque Normannorum tunc temporis in fundis suis, in ædificatione Monasteriorum promptissimos: libet nominatim exprimere eos, qui eo tempore Monasteria in eadem prouincia construxerunt. Primum igitur ponam ipsum Ducem Vuillelmum, patrem patriæ, qui Monasterium S. Vigoris Cerasij, à Duce Roberto, patre suo, antequam Hierusalem pergeret, incœptum, cœpit, & propagauit: &c. Richardus verò tertius morte immatura præuentus, nullum Monasterium vel instituit, vel renouauit; at Robertus frater eius, antequam Hierusalem pergeret, Monasterium sancti Vigoris Cerasij ædificare cœpit: [i] scilicet, ann. 1030.

Hic Dux Robertus, in fata concessit dùm reuerteretur ab Hierosolymis, ann. III.
1035. & Niciæ in Bithinia 2. Iulij ad Deum migrauit. [k] Porrò, antequam discederet, obtinuit à Patriarcha Hierosolymitano pretiosas Reliquias, pulchraque sanctuaria, quæ (cùm sibi allata fuissent per Turstanum, Oximiensem Comitem, eius Cambellanũ ann. præcedenti 1034.) iussit ad Abbatiam de *Cerisio* deferenda, quam fundauerat propè S. *Laudum* in *Neustria*: inquit chronica Anonyma vulgaris Normannica, [l] cui adstipulator *Molinæus*. [m] Addens, ipsum Ducem non solùm eam fundasse Abbatiam, sed & illi contulisse ius totius iustitiæ: in qua etiam persuasu Ioannis XX. Papæ, Monachos posuit. [n] Guillelmus autem Dux, filius eius Nothus, misit, vt è *Nicia* patris ossa adferrentur, & apud *Ceresayum* collocarentur; sed re infecta, sepulta sunt in Apulia; [o] nec abs re, quandoquidem illud cœnobium à patre incœptum, auxerit, & ornauerit, bonisque amplioribus ditauerit. [p] Quæ vt omnia clariora, & fide digna reddantur: hic apponam Cartam eiusmodi fundationis, donationis, & erogationis: à Regibus etiam nostris sæpius,

a *Acta vitæ S. Vigoris, Episcopi Bajocens. cap. 3. 1. Nouemb. Apud Surium, &c.*
b *Antiquitates MS. Norman. pag. 180. 314. Apud D. Bigot, Rothomagens.*
c *Gemeticensis lib. 7 de Gestis Normann. cap. 22.*
d *Charronus cap. 126 Histor. Vniuersal. Gall.*
e *Gallia Christiana in Abbat.*
f *Robertus de Mõte Tract. de Abbatibus & Abbatijs. cap. 15.*
g *Ordericus lib. 3. Histor. Ecclesi. ad ann. 1030.*
h *Cronica Chronicarum. Part. 2. fol. 22. In Roberto I. Duce Norman. Post Antiquitates MSS. Norman. pag. 314. ann. 1052.*
i *Gemeticensis sup. Canalis. lib. 2. de Re Gallica. Periocha 4. Item. Tom. 3. Hierarchiæ Neustriæ. In Archiepisc. 44. Rothomagens. & Tom. 5. in ea Abbat. De Brat. cap. 10. Antiquit. Cadomens. pag. 37. & 38.*
k *Gemeticensis lib. 6 cap. 13. & Ordericus. sup. Chronicon Cadomense, ad ann. 1035.*
l *Chronica vulgaris Norman. cap. 45. ad ann. 1035. in Roberto Duce 1. pag. 64.*
m *Molinæus. lib. 6. Histor. Norman. cap. 3. §. 8. ad ann. 1033.*
n *Idem ibid. cap. 1. §. 2. ad ann. 1028.*
o *Ibid. cap. 4. §. 12. ad ann. 1035.*
p *Canalis. Tom. 5. sup.*

pro ſingulari illorum pietate, Approbatam & confirmatam : quæ ſequitur. q

q *Ex Cartulario Abbat. de Longis.*

IV. C*Arolus* Francorum Rex; Notū fieri volumus vniuerſis præſentibus & futuris, nos vidiſſe litteras inclytæ recordationis Caroli, quondam Francorum Regis, prædeceſſoris noſtri, formam, quæ ſequitur continentes.

Carolus, Dei gratia, Francorum & Nauarræ Rex: Notum ſit vniuerſis, tam præſentibus quàm futuris, nos vidiſſe quaſdam litteras, ſigillo bonæ memoriæ chariſſimi Domini, & proaui noſtri B. Ludouici, quondam Francorum Regis, in ſera viridi, & laqueo ſerico, ſigillatas, formam, quæ ſequitur, continentes.

Ludouicus Dei gratia, Francorum Rex; Notum facimus, quòd nos litteras inclytæ recordationis, Henrici quondam Regis Angliæ vidimus, in hæc verba.

Sanctorum patrum authoritate docemur, quòd hæc mortalis vita, breui intercluditur ſpatio; & ideò bona tranſitoria, nobis Diuinæ largitatis dono conceduntur, vt æterna, verè manentia; Deo reddente viciſſitudinem, per charitatis officium mereamur. Quapropter ego *Robertus*, Normanorum Comes, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, notum eſſe cupio; qualiter in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, congregationem Monachorum, in loco, qui dicitur *Ciriſiacus*, ordinaui; & præſente Hugone, eiuſdemque loci Epiſcopo, cum alijs quampluribus authenticis perſonis, tam Epiſcopis, quàm Abbatibus, Abbatiam, ſub libera poteſtate, in honore S. Vigoris, pijſſimi confeſſoris, Abbate conſtituto, conſtruxi. De rebus autem meis Fiſcalibus, locum ſupradictum, cum omni deuotione, dotaui: & in huius priuilegij teſtimonio, omnia, me obliuioni tradita, ſoluerentur, notari præcepi. Hæc igitur conceſſi.

V. *Ipſum* videlicet locum, vbi poſitum eſt, Monaſterium, qui dicitur *Ceriſiacus*: cum Eccleſiis, aquis, pratis, molendino, & terris arabilibus, cultis & incultis; in ſyluis meis, circumcirca poſitis; decimam ſcilicet totius nemoris *Alæ*, & decimam totius nemoris, ab ipſa Abbatia, vſque ad *Dronium* fluuium; in paſnagio, in venationibus, in placitis; caſeis vacarum, ouium, caprarum, & porcariarum; in terris incultis, quæ ad cultum rediguntur; & cæteris, quæ decimari poſſunt: liberam etiam poteſtatem in paſcuis, ligniſque accipiendis, ad ædificia monachorum conſtruenda. Addidi quoque in omnibus ſyluis meis, paſnagium, tam porcorum monachorum, quàm ſuorum hominum. Dedi etiam decimam totius nemoris de *Mal-pertuis*, de omnibus, quæ decimari poſſunt. Syluam quoque, quæ dicitur, *Moletus*, cum omni venatione, quæ in ea capi poteſt. In *Bajocenſi*, autem ciuitate, donaui præfatæ Eccleſiæ terras meas, juxta Dominicales, in loco, qui dicitur, *Cormela*, centum quadraginta acras; & ex alia parte ciuitatis, ſexaginta tres Acras prati; ſuburbanos quatuor, cum terris ſuis, & hominibus. Eccleſiam S. *Georgij*, cum terris, quæ eidem Eccleſiæ pertinent. Et in monte *Pinchon*, ſeptem Acras terræ. In *Rodomo* ciuitate, vineas meas Dominicales, ſcilicet, triginta Arpennos, cum prato, & terris hoſpitibus, qui eis adjacent: & vno quoque anno, ſexaginta modios vini ſupra ripam *Sequanæ*; vnam manſuram terræ, ab omni conſuetudine, vbique liberam; vnam domum, juxta cœmeterium S. *Mariæ*. Hæc quidem omnia præfatæ Eccleſiæ contuli, quæ mihi jure hæreditario contigerunt: nihil mihi, in ijs omnibus, terrenæ conſuetudinis retinens, in foro, in nundinis, in paſnagijs: ab omni inquietudine liberam; liberaui etiam hæc omnia, ab omni conſuetudine Eccleſiaſtica, conſilio & conſenſu *Roberti Rothomagenſis* Archiepiſcopi, atque *Hugonis*, *Bajocenſis* Epiſcopi, cæterorumque Epiſcoporum meorum, ceu Baronum; in quorum præſentia hæc acta ſunt.

VI. Poſtea autem ego *Robertus*, volens augere Eccleſiam, quam ædificare incœperam; dedi ei omnem decimam totius nemoris de *Leonibus*, ſcilicet in redditibus villæ S. *Dionyſij*, in molendinis, in eſſartis, in omnibus ei pertinentibus terris, quæ ad cultum rediguntur, in venationibus, in auibus, in placitis, in paſnagijs, in porcarijs, & omnibus conſuetudinibus ſuis. In *Argentijs*, tres Arpennos terræ, ad faciendum vineam, liberos ab omni conſuetudine. Et in *Cadomo*, vnam manſuram terræ, ab omni conſuetudine vbique liberam: & tres Acras prati. Villam *Spineti* dimidiam, cum dimidia Eccleſia, & molendinis, aquis, & pratis, liberam ab omnibus conſuetudinibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus. In *Viana*, duos villanos, cum terris ſuis, & duas Acras prati. Eccleſiam S. *Amandi*, cum omnibus appenditijs ſuis, & terram ad duas carrucas. Eccleſiam in villa, quæ dicitur,

Creoij, cum omni decima; & vnum villanum, cum terra sua. Acta fuerunt hæc in *Rodomo* ciuitate, tempore Ioannis Papæ, Anno ab Incarnatione Domini 1032. Normannorum tenente Primatum Marchione *Roberto*, primatus eius anno 5. sub Francorum Rege *Henrico*, Regni eius, post patris obitum, anno primo, indictione 15. Epacta 6. prima feria, luna 5. pridie idus Nouembris. Hujus etenim concessionis rationem, in oculis sanctæ matris Ecclesiæ tali auctoritate confirmaui: vt quicumque eam violare præsumpserit, Anathematis jugulo subjaceat: sic inquam feci, & cartam istam authoritate mea corroborari; nominibusque Episcoporum & Baronum meorum corroborari præcepi. Signum *Roberti* Archiepiscopi. †. Signum *Hugonis*, Bajocensis Episcopi. †. Signum *Roberti* Episcopi. †. Signum *Hugonis*, Episcopi. †. Signum *Gregorij* Episcopi. †. Signum *Herberti*, Episcopi. †. Signum *Raboti* Episcopi. †. Signum *Roberti* Comitis. †. Signum *Gilleberti*, Comitis. †.

Ego *Vuillelmus*, Normannorum Dux, Abbatiam *Cerasij*, in honore S. *Vigoris*, à patre meo constructam augere studens, pro remedio animæ meæ, atqueipsius: eidem loco, vnam decimam omnium denariorum Vicecomitatus *Constantiensis*, & decimam Vicecomitatus *Constantiarum*; & decimam vicecomitatus *Vvaureti*, in molendinis: Item, in redditibus meis, scilicet, in sylua *Montisburgi*; & in sylua de *Brins*; & in sylua *Rabeti*; & in sylua *Cæsarisburgi*; & in sylua *Vallis-Seræ*: & in sylua *Lutumiere*, & parcorum: donaui decimam eidem Ecclesiæ, in pasnagiis, in placitis, in vaccarijs. In *Valoignijs*, decimam culturarum mearum; & vnum hospitem, ab omni consuetudine liberum. In *Chetellon*, dedi vnum hospitem, cum terra sua, ab omni consuetudine liberum. Dedi etiam Ecclesiam *Radulfiuillæ*, & vnum Alodialem. De *Soteuilla*, tertiam partem Ecclesiæ, & vnum Alodialem. Et in Insula *Gersenensi*, duas Ecclesias liberas, scilicet, Ecclesiam S. *Mariæ*, *Arsi-Monasterij*, & S. *Martini veteris*, cum terris suis: & tertiam partem decimæ de auena. Item, dedi domum ...... de la *Huillebardiere*; terram quam *Vvillotus Barbatus*, tenebat in Alodio, liberam & absolutam ab omnibus consuetudinibus mihi pertinentibus. Dedi quoque vnum Alodialem in *Amundauilla*, quietum ab omni consuetudine. His supradictis ...... cum Ecclesia, cum syluis, cum molendinis, cum aquis, cum pratis, liberum & absolutum ab omnibus consuetudinibus, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus. Itidem concessi syluam, quæ *Cauda* vocatur, & terminatur ab ortu riuuli, *Morelli*, vsque ad ...... cum omnibus consuetudinibus, quas prius habebat. Hanc cartulam ego *Vvillelmus*, Normannorum Dux, mea authoritate, confirmo; & ab omnibus consuetudinibus liberam & absolutam esse concedo. Quicumque verò, ex his omnibus violare ..... Anathema sit: Actum est hoc Anno Dominicæ Incarnatiouis 1042. Calend. 12. Maij, regnante *Henrico*, Rege Francorum. Signum *Vvillelmi*, Comitis. †. Signum *Mathildis*, Comitissæ. Signum *Rogeri* de ..... VII.

Ego *Henricus*, Rex Anglorum, ab Abbate recquisitus cœnobij *Cerasiensis*, & à monachis eiusdem loci: vt cartam Ecclesiæ suæ inueteratam, mea authoritate, & meo sigillo, renouarem, inito Episcoporum assensu simul & Baronum: volens etiam proficere animabus antecessorum meorum, & mei ipsius animæ, meo tempore: hanc Cartam ab Antecessoribus meis confirmatam suscepi corroborandam, & confirmandam, pro Deo, & salute mea, & pro omnibus his, qui præfatæ Ecclesiæ, in spe salutis æternæ, sua beneficia contulerunt. Quicumque ergo hanc cartam, vel quæ in ea continentur, violare præsumpserit: Dei authoritate, & sanctæ matris Ecclesiæ, & omnium Episcoporum, consilio quorum hæc concedo, atque omnium Christianorum, excommunicatus & Anatematisatus, infernalibus pœnis perpetualiter damnetur. Signum *Henrici* Regis. †. Signum *Rainulphi*, Cancellarij. †. Signum *Gaufredi*, Rothomagensis Archiepiscopi. †. Signum *Richardi*, Bajocens. Episcopi. †. Signum *Ioannis* Lexouiens. Episcopi. †. Signum *Rogerij*, Constantiens. Episcopi. †. Signum *Turgisi*, Abrincens. Episcopi. †. Signum *Roberti*, Comitis. †. Signum *Richardi*, Comitis. †. Signum *Rainulfi* Vicecomitis. †. Signum *Roberti* de Haya. Signum *Rogerij*, filij Richardi. †. Actum est hoc apud *Barbæ-fluuium*, anno ab Incarnatione Domini 1120. indictione 13. Epacta. 18. Calend. 11 Decemb. feria prima, Luna 5. Regnante Ludouico Rege in Gallia. VIII

In cujus rei testimonium, præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum: Actum apud Turones, anno Domini, 1269. mense Ianuario. IX.

In cujus

In cujus jussionis testimonium, his præsentibus litteris, nostrum fecimus apponi sigillum. Datum in Abbatia de *Mortuo-mari*, in *Leonibus* 15. die Iunij, anno Domini 1323.

Quasquidem litteras suprascriptas, omniaque & singula contenta in eisdem, quatenus Religiosi, Abbas, & Conuentus Cerasij, & contenti in ipsis debitè vsi sunt, ratas habentes, atque gratas, siue rata & grata, eas, & ea volumus, laudamus, approbamus, & de gratia speciali, tenore præsentium confirmamus: vniuersis justitiarijs, & officiarijs nostris, dantes, his præsentibus, in mandatis, quatenus dictos Religiosos, nostris præsentibus, gratia & confirmatione, vti & gaudere pacificè faciant, & permittant. Quod vt firmum & stabile perpetuò perseueret, nostrum præsentibus jussimus apponi sigillum: nostro in alijs, & alieno in omnibus, jure saluo. Datùm Parisius, mense Decembri, anno Domini, 1598. & regni nostri, 19.

Apud magnum cartularium Abbatiæ Fontanellæ habetur. *Littera concordiæ inter nos & Abbatem S. Victoris Cerasij pro decimis, & Ecclesia de S. Marculpho.* r Item in codice MS. Abbatiæ Mortui-maris: extant Litteræ de controuersia inter Abbates Mortui-maris, & Cerasiensis, pro Decimis rerum, quas habebant in foresta de *Leonibus*, & pertinentijs alijs, ann. 1239. sub R. Abbate Cerasij: cujus arbiter fuit, Petrus, Rothomagens. Archiepiscopus. f

r *Sub Littera R. 1. Carta 13.*

f *Titul. de doma. Abbat. mortui-maris, juxta Domum Dei de Andely. Circa fin.*

Series Abbatum hujusce Monasterij incompleta: hinc nonnullorum tantum nomina & personæ exprimuntur.

CAPVT II.

I. SCIENDVM in primis, hoc cœnobium ab exordio suæ fundationis, & restaurationis, Benedictinum excoluisse institutum; quod nunc vsque perseuerat: distat autem ab vrbe Bajoca (in cujus Diœcesi situm est) per leucas quatuor: Estque taxatum à Camera Apostolica, pro annatis soluendis, ad 1500. Florenos aureos. a Cui præfuere hi cœnobiarchæ subsequentes, maximè post eius reparationem, licet non omnes, nec recto ordine, forsitan, recenseantur.

a *Gallia Christiana, in Episcop. Bajocens. Robertus de Monte, cap. 15. sup.*

1. Durandus, Abbas primarius, monachus S. Audoeni Rothomag.

2. Almodus, ex-Abbas S. Michaelis de Monte.

3. Guarinus, Monachus, S. Michaelis, sup.

4. Hugo, Monachus Troarnensis.

5. Hugo 2.

Monachus ejusdem loci. b qui 50. ferè annis rexit monasterium, obijt, ann. 1167. c cui successit.

b *Cænalis Tom. 5. sup. in hac Abbatia.*
c *Robertus à Monte ann. 1167. in Chronico.*

6. Martinus.

Monachus ejusdem loci: hic enim Bajocis, ann. 1179. 7. Calend. Augusti. Vnà cum Guillelmo, Bajocensis Ecclesiæ Decano; delegati à sede Apostolica, rixas terminarunt, inter *Isabellam*, Abbatissam Pratellensem, & Ioannem, Præsbyterum de *Villaio*, super quibusdam decimis. d Testimonium dat Lucio III. Pap. pro jure Abbatiæ S. *Audoeni* Rothomagens. super electione, Abbat. S. Leufredi.

d *Ex libro vetusto, MS. Nigro. Bajocens. Ecclef. fol. 4. & ex Archiuo Pratellens. Virgin.*
e *Ex Necrologio Sylliaco.*

7. Radulphus, obijt, 4. Idus Septemb. e

Digitized by Google

8. *Laurentius.* II.

Memoratur ann. 1262. [f] Extat Arreſtum Curiæ Parlamenti Pariſienſis, pro Abbate & monachis S. Vigoris Ceraſienſis, contra Regem, circa patronatum S. *Amantis*, & Capellæ S. Laurentij, Thorignei, ann. 1286. [g]

f In Cartulario Abbat. de Longis.
g Ex Antiquit. Norman. MS. pag. 5. Apud D. Bigot, Rothomagi.

9. *Ioannes de Boulera, ceu, Boleya.*

Poſt ann. 1361. ex monacho Beccenſi, *fit Abbas Ceraſienſis*: juxta Chronicon MS. Becci.

10. *Eſtoldus de Stotauilla.*

Ex Monacho Fiſcanenſi, aſſumitur Abbas Ceraſienſis; deindè Beccenſis, ann. 1388. ac poſtea Fiſcanenſis, ann. 1390. ex eod. Chronico ſup.

11. *Simon de Boſco.*

Inquilinus, ac monachus Rothomagenſis S. Audoeni, ex Priore de *Sigeyo* Abbas renunciatur, rexitque ann. 2. indè transfertur ad *Gemeticenſ.* cœnobiarchiam: quo obijt, ann. 1418.

12. *Thomas.*

Circa 10. Septemb. ann. 1408. coram Delphino Franciæ, alijſque Principibus, Lutetiæ concionatus eſt Abbas *Ceriſiacus*, contra patricidium Ducis Burgundiæ, in morte Ducis Aureliæ, propoſito hoc Themate; *juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ.* [h] Sed & Illuſtriſſimus Princeps, Franciſcus Gonzaga, Mantuanus Epiſcopus, nominatim illius Archimandritæ meminit; vbi de Conuentu fratrum Minorum valloniarum. *Occuparant* (inquit) *fratres noſtri, de venerabilis cujuſdam* Thomæ, *monaſterij S. Vigoris de Seuaſio* (dicendum eſt de Ceraſio) *Abbatis conſenſu, anno à partu Virgineo* 1424. *S.* Marculphi *inſulam, Bajocenſi juriſdictioni ſubjectam: inibique extructo monaſterio, per aliquot annos commorati fuere, &c.* [i]

h Iuuenalis de Vrſinis in Hiſtoria Caroli VI. Reg. Franc.
i Gonzaga part. 3. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu 11. Minor. Prouinciæ Franc. Pariſ. Vuadinghus Tom. 7. Annal. Minor. ad anni 1477. 5. 35.

13. *Richardus Sabine, interfuit Scacario ann. 1448.* III.

Moritur, 12. Calend. Ianuar. ann. 1473. ſepultus in Capella B. Virginis Mariæ. [k]

k Ex obituario & Cartulario Abbatiæ de Longis, & Schedis Abbat. Ceraſienſ. in Codice MS. ſub finem.

14. *Laurentius 2. le Clerc.*

Hic Baccalaureus erat in decreto, oriundus ex pago *Liſroy*, & ex Abbate Longenſi, fit Abbas Ceraſij. Cùm enim, præfatus Richardus *Sabine*, ceſſionem feciſſet in manu Papæ, ann. 1472: illi ſucceſſit ab eodem ſummo Pontifice nominatus, ipſe Laurentius, dimiſſa prius Abbatia de *Longis*, cui præerat. Diploma autem Apoſtolicum, pro ipſo Laurentio, apertè teſtatur, Abbatiam Ceraſienſem, ad Romanam Eccleſiam nullo medio, pertinere, [l] quod probatione indiget. Factus itaque Abbas Ceraſienſis Laurentius, capitulum extrui fecit, vitreaſque eiuſdem dedit, ann. 1491. vti ibidem exaratum legitur. Migrauit in cœlum ann. 1497. die 27. Ianuar. [m] Habetur Regeſtum vetus MS. in-quarto. Abbatiæ Ceraſienſ. quod incipit ab ann. 1474. die 8. Maij. Vbi citatur idem Laurentius Abbas, & frater Clemens le *Seneſchal*, Prior clauſtralis: item 22. Maij, idem Abbas, & frater Robertus le *Bourgeois*, granarius Abbatiæ: ſicque ſemper ipſe Abbas nominatur vſque ad ann. 1480. incluſiuè; cæteris omninò abraſis, & deperditis. [n] Porrò, 8. Ianuarij, ann. 1476. mentio illic habetur Prioratus & Religioſorum S. *Fromundi*, ſuper quadam acquiſitione: ſed ann. 1478. die 3. Octob. prædictus Laurentius Abbas, dicitur Commendatarius perpetuus ipſius Prioratus S. *Fromundi*.

l Ibid.
m Ibid.
n Extat Rothomagi Apud Bibliothecam D. Bigot.

Deficientibus Regularibus Abbatibus, & ſuccedentibus Commendatarijs: res confuſo ſic ordine conſpiciuntur, vt nec ſaltem nomina ſequentium haud potuerint ſciri. Hæc tantummodo leguntur, apud vetuſtum Codicem MS. ſub finem. Ann. 1503. Iacobus de *Silly*: Abbas Diuenſis & Ceraſienſis. [o] Ann. 1542. Abbas IV.

Ceraſij

o Antiquitates Norman MS. ſup. pag. 261.

Digitized by Google

Ceraſij Cardinalis Georgius 2. de Ambaſia. Ann. 1554. die 19. Auguſti, Cardinalis ab Ambaſia Ceraſium venit. Die 26. ejuſd. menſ. & anni. Cardinalis Vindocinus, Carolus Borbonius, Archiepiſcopus Rothomagenſis Bajoca Ceraſium venit. Ann. 1557. die 27. Iunij, Antonius *d'Achon*, poſſeſſionem Abbatiæ cœpit. Ann. 1565. feria 6. Auguſti, circa horam nonam matutinam, fulgura ſuper campanile & nauim Eccleſiæ Abbatiæ *Ceraſienſis* cecidit. Ann. 1566. die 16. Ianuar. Carolus de *Humieres*, Epiſcopus Bajocenſis, venit Ceraſium, vbi octo diebus manſit: interim Altaria ejuſdem Abbatiæ benedixit, quæ rupta fuerant, ob cladem temporum, & Bajocas eſt reuerſus die veneris 24. eiuſdem menſis. Ann. 1574. die 28. Nouemb. Bernardus à S. *Franciſco*, Bajocenſis Epiſcopus, viſitationem fecit Ceraſij, ex mandato Regio; eo quòd aliàs nullam ad hoc haberet authoritatem, cùm ſit Abbatia exempta, ad Romanam Curiam pertinens, quod probatione indiget. Ann. 1584. Franciſcus *de la Gueſle*, Abbas Ceraſij, viuebat, qui tandem obijt Archiepiſcopus Turonenſ. ann. 1614. p cui ſucceſſit Petrus *Habert*, ac deindè Ludouicus Henricus *Habert*, tum Germanus *Habert*, eius cognatus ex reſignatione 1630. obijt ann. 1654. N. *de Haricuria* Abbas vltimus. Ad calcem Præfati Codicis MS. ſunt conſuetudines monaſterij Ceraſienſis ad longum deſcriptæ. Extat etiam illic antiquum Breuiarium MS. in pergameno, Ordinis S. Benedicti, ſecundum vſum Ceraſienſis cœnobij, quod vidi. Denique Schirburnenſe Angliæ cœnobium in agro Hantonienſi ſubeſt Ceraſienſi Abbatiæ, iuxta Monaſticum Anglicum, Tom. 2.

p Extat in Abbatia Ceraſienſi.

BECCVM,

GALLICÈ, LE BEC.

ANN. 10[illegible]

Fundatio Abbatiæ Illuſtriſſimæ Beccenſis, authore B. Herluino, viro nobili & inclyto, eiuſdem Prothocœnobiarcha: cuius priora egregiè facta ad amuſſim referuntur.

CAPVT I.

I. BECCENSIS Abbatia, ordinis S. Benedicti, fundationem habet à primo ipſius Abbate B. Herluino, circa ann. 1034. in Diœceſi Rothomagenſi; ad honorem S. Mariæ Virginis, Deiparæ; quæ poſtea ſic amplis opibus excreuit ac diuitiis, pia liberalitate ac munificentia, Regum, principum, & optimatum, vt indè taxata legatur ad 3000. florenos aureos, pro Annatis curiæ Romanæ ſoluendis. a Quandoquidem crebertimè occurrit, occurretque id nominis & loci, iuuat exponere, (etenim expoſuiſſe iuuabit) ſed de eius conditore B. Herluino, viro ſplendidis virtutum ornamentis decorato, & ordo, & ratio, lectoriſque non mediocre commodum nonnulla proloqui ſuadent, imò compellunt: quia (vt inquit Gilbertus *Criſpinus*, b) mundum ſibi, & ad votum arridentem, ea penitus ætate recuſauit, qua vehementius alij ſe ingerunt, recuſati: & in patria, in qua tunc incolumem armis militem, monachum fieri, portentum habebatur.

II. Igitur à Normannis, qui Neuſtriam primi obtinuerunt; pater eius originem duxit, mater proximam Comitum Flandriæ conſanguinitatem attigit, *Anſgotus* ille, iſta *Heloyſa* nomen habebat. Gilbertus, Brionenſis Comes, Richardi I. Normaniæ Ducis nepos, ex filio, conſule Gaufrido, illum enutritum penes ſe, inter omnes curiæ ſuæ primates habuit acceptiſſimè. Habilis hic ad arma plurimùm erat: nec minori ea animoſitate geſtabat, omnes totius Normanniæ familiæ, in electis illum habebant armis: omnique rei militaris vſu, & cultu corporis ſui attollebant. Ab

Robertus de Monte Tract. de Abbatibus & Abbatijs. cap. 14. Antiquitates MSS. Norman. pag. 217. a Canalis. Tom. 5. Hierarch. Neuſtriæ Eccleſ. in ea Abbatia. Gallia Chriſtiana, in Archiepiſcop. Rothomag. & in Abbatijs. Marinus Pronuerre, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 21. Poſt Ordericũ lib. 5. ad an. 1077. pag. 54. b Criſpinus, in proæmio vitæ D. Herluini Abbat.

inhoneſtis auertebat animum: honeſtis, quæ curiales magnificiunt, impendebat omne ſtudimus. Vitæ huius iucundiſſimo ſtatu annos iam ille exceſſerat triginta ſeptem; cùm tandem Diuino metu, ſuccendi amore illius mens cœpit, & ab amore mundi tepeſcere. Ab exterioribus oculum cordis conuertens ad ſeipſum, ibat frequentius ad Eccleſiam, orabat deuotè, ac ſæpè prorumpebat in lachrymas, ſæpè totum iejunijs tranſigebat diem, in armis, in cultu corporis, non idem ſtudium, quod prius ſatis indicabat alterationem animi illius, quam adhuc ſeria diſſimulatione celabat. Militiæ ac cæteræ rei ſæcularis ſumma erat voti; verùm, quò ſe conferret, quod viuendi genus aſſumeret, ignorabat. Rarus in Normania tunc recti tramitis index, aut præuius erat; ſed ſicut ſpiritus vbi vult ſpirat, ita quem aſpirat, vnctio eius docet de omnibus.

Abrenuntians ergò militiæ, vili tegumento indutus, barba & crine intonſis, inter aulicos diu ſeruiuit; vt predia ſua Deo ſecum lucraretur, exiturus ab Ægypto verus ille Hebræus, iam Domini ſui aſſidens menſæ, inter multi modas epulas, pane veſcebatur & aqua. Ridebatur ab vniuerſis, amentiæ, quidquid agebat reputabatur, minis, promiſſis, iniurijs, officijs, Dominus, & vniuerſi ſatellites non poterant à propoſito ſuo eum auertere: nolebat tamen ſine Domini, cui ſeruiebat, diſcedere: interea Comes Gillebertus, ob damnum ſibi pernitioſum, quod quiſpiam compatriota moliebatur, miſit Herluinum, ad Robertum, Normaniæ principem. At vir pacis ferre, damnoſa alicui machinamenta, penitùs recuſauit: perſtat Dominus in ſententia, hortans, comminans, vt conſilij ſui verbum ad Dominum ſuum perferendo referat: Agitur vt iam oſtendat miles ad vtrumlibet poſitus: cui ſeruire ſuperno, an terreno Domino malit. Abdicata igitur omninò legatione, diſcedit à Curia. Quod vt cognouit Comes, iuſſit mox abripi vniuerſa eius bona, pauperesque eius clientes: quorum nomine ad Comitem redijt, innoxiorum cauſam acturus, inter quæ dixit: Quæ mea ſunt vniuerſa diſtrahentur, modò pauperibus, qui veſtram nullo criminè iram meruerunt, ſua reſtituantur. Motus ad pietatem Gilbertus, quem mundanæ faſtus celſitudinis plurimum obtinebat; abducto in partem Herluino, perquiſiuit animi tantam commutationem, & finem conſilij. Cui paucis verbis multis lachrymis reſpondit: *Sæculum amando, & tibi obſequendo nimiùm, Deum, ac meipſum hactenus neglexi: Quæ corporis erant cultui omninò intentus, nullam animæ meæ eruditionem accepi. Quapropter precor, ſi quid vnquam benè merui à te, liceat vitæ quod supereſt in Monaſterio tranſigi, ſaluo circa me amore tuo; & da me cum Deo, quæ habui.* Corde in lachrymas concitato, nequit ſuſtinere, vlterius loquentem, clientique expetitam ſui, ſuorumque omnium facultatem. III.

Protinùs, Herluinus, *Burnevillæ* (*Bennevillam* dicunt) extruendum Dei ſeruitio, opus arripuit, ipſe igitur, non ſolùm præſidebat operi, ſed ipſum quoque efficiebat: terram fodiens, foſſam efferens, lapides, ſabulum, calcemque humeris comportans, ac ea in parietem componens. Quibus alij horis aberant, ipſe congerebat, quæ ad opus exigebantur, excludens otium ab omni parte diei: quantò vanitate tumida olim delicatior, tantò vera humilitate nunc ad omnem laboris tolerantiam propter Deum patientior. Cibum præter quibus non licebat diebus, accipiebat, nec exquiſitum: & parcè ſatis, expleto cum die opere ſuo. Et quia interdiu nequibat ſtudere, ediſcendo pſalterio, noctem penè totam impendebat. His exercitijs multa iucunditate, nouus tyro Chriſti exercebat, prima litterarum elementa didicit, cùm iam exiſteret annorum propè quadraginta: & Diuina opitulante gratia, eo vſque proceſſit, vt etiam apprimè eruditus, in exponendis ac intelligendis Diuinarum ſcripturarum ſententijs, meritò haberetur mirabilis. Quod vt ſolius Diuinæ gratiæ tribuatur, nocturnis tantum horis, ſtudio huic vocabat: quia propter lectionem nunquam Diuini operis intermiſit executionem. Noua rurſus contra eum hoſtis antiquus inuenit. Cœnobium quoddam Herluinus abierat, gratia inquirendi de vita Monachorum: oratione facta, acceſſit omni cum reuerentia, multo cum tremore ad oſtium clauſtri, velut ad clauſtrum paradiſi, deſiderantiſſimus ſcire, quis Monachorum habitus, qui mores, quæ in clauſtro ſedendi ſit Religio. Sed vidit longè aliam ab ea, quam cœnobialis ordo expoſcit grauitatem, haberi. Turbatus eſt, jam incertus, quod viuendi genus approbaret: ad hæc, qui Monaſterij caſtos erat, vt illum ſic introrſus attendentem conſpexit, furem ſuſpicatus, immiſſo, quanta vi potuit collo illius pugno, per capillos foris, vſque ad oſtium IV.

extruſit. At vir patientiſſimus pro illata ſibi iniuria ; nullum Monacho verbum impatientiæ reſpondit. Nec tantum ſemel, ſed vbique hoſtis ab eo victus, Deo vincente, ſuccubuit.

V. Sacrata tandem quam conſtruxerat, ab Epiſcopo Lexouij *Heberto*, ædicula, comam totondit, ab eodem ſacræ religionis habitum indutus : & paulò poſt, conſecratus Sacerdos, pluribus jam Ducatui illius addictis fratribus Abbas præficitur. Tutò imitandus alijs proponebatur : qui per annos tres improperium vitæ ſpiritalis patientiſſimè tulit coram ſæcularibus. Quos autem regendos acceperat, arctiſſimè, ſed more fratrum priorum, regebat. Videre erat, peracto in Eccleſia officio Abbatem, collo ſementem, manu raſtrum, vel ſarculum geſtantem, ad agriculturam præire, monachos omnes operi, ſub diei terminum, inſiſtere. Victus quottidianus, panis ſiligineus, & herba cum ſale & aqua. Aqua non niſi luculenta : quia fons nuſquam, præter ad duo milliaria habebatur. Cœleſte prædicabant beneficium, cùm panis melior, & caſeus, vel aliquod aliud edulium vndecumque habebatur : exemplum magiſtri & conatus, omnem murmurandi excludebat aditum. Abbas prior ad opus, ab opere diſcedebat vltimus. Simili ſe inibi ſeruituti, propter Deum nobilis mater eius addixit : & conceſſis Deo prædijs, quæ habebat, ancillæ fungebatur officio, ſeruientium Deo pannos abluens, & quicquid injungebatur externi operis accuratiſſimè agendi. Ad opus ſeruorum Dei quadam die, cùm annonam torreret, neſcio quo caſu, domus vndique ſuccenſa eſt. Cucurrit quidam, ejulando, nuntians Abbati domos combuſtas, & matrem inibi combuſtam. At ille licet lachrymis ſuffuſus, ad Deum manus leuauit. *Gratias tibi Deus* (inquit) *quòd in officio ſeruientium tibi, matrem meam ignis abſumpſit.* Fortis in amore Dei conſtantia, quæ tot Diaboli arietibus impulſa, labare non poterat : nil tamen mali in illa conflagratione, prædicta domina paſſa fuit.

VI. Deindè, poſt aliquantum temporis, per viſum Diuinitùs commonitus eſt ; vt dimiſſa ſolitudine campeſtri, quæ competenti opportunitate omninò carebat, ad locum ſui juris, manſionem transferret, qui à riuo hic mananti. *Beccus* appellatur, ad milliarium à caſtro *Brionio*. Eſt hic locus in ipſo ſaltu Brionenſi, valle ima, montibus ſaltuoſis hinc indè occluſa, omni opportunitate, humano vſuì commodus : propter denſitatem ac riui recreationem, ferarum multus erat ibi accurſus : trium molendinorum tres domus illic erant, & ſolum illic habitabile. At verò, cùm ſylua prædicta Gilleberti eſſet delitium, variarumque ſoli portionum iure ad varios ſpectaret ; tamen Deo iuuante, & Herluino firmiter ſperãte, integra Brionij ſylua ad Beccenſes tranſijt. Nec mirum : Etenim ſuo ſæculo B. Herluinus, fuit totius Galliæ, ſpeciatimque noſtræ Normaniæ non obſcurũ ſydus, cuius aliquot radios hinc indè opportunius ſpargemus. Quæ autẽ litteris conſignauit Guillelmus [c] *Gemeticẽſis*, tam anguſta ſunt & breuia, vt ampliſſimã viri gloriã iniquiùs conſtringant. Vt autem poſteritatem minimè lateat, quantum externorũ bonorũ reliquerit, Chriſti amore, recenſebimus ex eius diplomate. „ *Notum* ſit omnibus Chriſtianæ „ religionis cultoribus, quòd ego Abbas Herluinus, filius Anſgoti, aſtantibus, & „ laudantibus fratribus meis, Odone, & Rogerio, jubente Gilleberto Comite, & „ Alberto, & Ranulfo, conſentiente, Roberto Comite, & Roberto Archiepiſcopo ; „ Donaui S. Mariæ tertiam partem terræ de *Burnevilla*, & hoc quod pertinet ad „ eam ; & *Tanileio*, & de *Surcejo*, & hoc quod pertinet ad eas ; terram de *Sernajo*, „ & hoc quod pertinet ad eam ; quæ *Anſgotus* pater meus in vita ſua habuit. Dotem „ quoque matris meæ, jubente patre meo, ex integro mihi datam : coram teſti„ bus, Fulberto ſacerdote, vitale, Rainaldo, & alijs multis. [d]

c *Gemeticenſis lib. 6 de geſtis Normanor. cap. 9.* *Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertum ſub ãn. 1034.*

VII. Haud tamen prætereundum eſt, quod ab Orderico *Vitali* adducitur, de cauſa hujuſce fundationis per ipſum D. Herluinum. „ *Tempore* (inquit) Roberti primi, „ Ducis (*Normaniæ ſcilicet*) Giſlebertus, Comes Brionniæ, in pagum Vimmacen„ ſem, cum tribus armatorum millibus expeditionem fecit : ſed ei juxta deſiderium „ ſuum proſperè non ſucceſſit. Nam Ingelrannus, Pontiui Comes, cum valida ma„ nu, ei obuius fuit, commiſſoque certamine, victum cum ſuis in fugam coegit : „ & ex fugientibus multos cœpit, vel occidit, vel vulneribus debilitauit. Tunc ibi „ quidam miles, nomine Herluinus, periculum metuens, totoque niſu, pro ſalute „ ſua, fugiens, Deo deuouit ; quòd ſi de imminenti periculo ſoſpes euaderet, nulli „ vlterius, niſi ſoli Deo, militaret. Dei nutu diſcrimen honorificè euaſit, votique

d *Apud Picardum in annotation. ad lib. 1. Epiſtol. 18. S. Anſelmi & Acheriuum, in notis ad Epiſtol. 1. B. Lanfranci Archiepiſc. Cantuarienſ.*

„ ſui memor, ſæculum reliquit: & in patrimonio ſuo, in loco, qui *Beccus* dicitur, „ cœnobium S. Dei genitrici Mariæ condidit. Paſtores autem ſanctæ Dei Eccle- „ ſiæ, præfatum virum, pro nobilitate & religione, elegerunt: nouoque mona- „ ſterio, quod inchoauerat, præfecerunt. Cujus regiminis tempore, Lanfrancus, „ & Anſelmus, alijque profundi ſophiſtæ, illuc ad Scholas Chriſti perrexerunt: „ Ibique Vuillelmus, Geroii filius, & Hugo, Comes Mellenti, aliique præclari „ milites, militiam Chriſti aſſumpſerunt. Ibi vſque hodie multi clericorum & lai- „ corum, ſub monachili ſcemate viuunt: & contra zabulon dimicantes, Deo lau- „ dabiliter ſeruiunt. e

e Ordericus lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. ſub Duce Guillelmo 2. tomo pag. 460.

Multi nobiles, & litterati, ac ſapientes viri, Beccum veniunt: inter quos, præcipuè emicat, B. Lanfrancus, poſtea primus eiuſdem Monaſterij Prior, deindè, Abbas primarius Cadomenſis, ac tandem Cantuarienſis Archiepiſcopus; cuius præclara facinora compendio notantur.

CAPVT II.

EXTRVCTO itaque nouo Monaſterio in præfata Beccenſi valle; complures ad illud conuolarũt viri nobiles, & litteris ac moribus I. inſignes: inter quos maximè elucent B. Lanfrancus, & S. Anſelmus: vterque poſtea Abbas, iſte Beccenſis, ille Cadomẽſis; ac demũ Archiepiſc. Cantuarienſes B. Lanfrãcus huc appulſus, ann. 1042. cucullam induit: tantiſque virtutibus mox claruit, vt eiuſdẽ Aſceterij Prior ab Abbate D. Herluino fuerit conſtitutus: præclaras eius res geſtas compendio inferius redactas dabimus: ad ann. 1063. quando Cadomẽſis Prothocœnobiarcha renunciatus extitit: a nũc verò recitanda veniunt egregia ipſius Encomia, quæ de eo ſcripto leguntur, dùm Becci moraretur. Ipſe quippe à periculo (quod Vincentius Beluacenſis refert, b) exemptus, Beccum venit hujus temporis & gentis ignobilius cœnobium, quale à viatoribus petierat, edoctuſque fuerat. „ *Tunc forte* (ait Beccenſis Codex MS.) Abbas extruendo fornaci occu- „ patus ipſemet operabatur manibus. Et accedens ad eum, dixit. Deus te ſaluet: & „ Abbas, Deus te benedicat, inquit. Es Lõbardus? at ille, ſum. Quid vis? Monachus „ fieri volo. Tunc Abbas præcepit cuidam Monacho nomine Rogerio, vt illi oſtẽ- „ deret librum Regulæ, qua perlecta, reſpondit; omnia ſe, Deo juuante, ſeruaturum. „ Hæc audiens Abbas, & ſciens quis eſſet, vel vnde, conceſſit ei quod petebat gau- „ dens. At ille in faciem procidens, oſculatus eſt pedes eius. Lanfrancus humili- „ tatem animi, ſermoniſque dignitatem in Abbate plurimum veneratus, & amans, „ Monachus ibi efficitur. c

a Vide infra ann. 1063. in Abbatia Cadomenſi. cap. 3.

b Beluacenſis. lib. 26 ſpeculi hiſtorial. cap. 36.

c Chronicon. Becci. MS. & Robertus à Monte ſup. ad ann. 1041. & 1042. 1051.

„ *Repentino itaque* (inquit vetus author Anonymus) mundi contemptu jactans „ mundum, ac ſe, arripienſque Religionis profeſſionem, jugo regulari ſubdidit ſe. „ Cœnobium in Normannia, loci ſitu, & paupertate horrendum, elegit: quod „ prudentia ipſius, vigilantiſſimaque cura locupletauit, & in ſtatum prouexit, „ pulcherrimi ordinis: dùm regeret collegium fraternum ſeuera diſciplina ac miti: „ ſanctum Abbatem humili & vtili conſilio. Etenim, cùm propriæ tantum mor- „ tificationi operam impendere deſideraret, deprehendit eum, atque publicauit, „ cogitationum inſpector Deus; vt lucerna ſeſe colligens, in vallem diffundere- „ tur, & excelſa. Effulſit, eo magiſtro, obedientiæ coactu, philoſophicarum ac „ Diuinarum litterarum Bibliotheca, nodos quæſtionum ſoluere in vtroque po- „ tentiſſimo. d

Itemque Guillelmus Malmesberienſis, de fama D. Lanfranci, hæc ſubdit. *Exiuit fama eius in remotiſſimas latinitatis plagas: eratque Beccum, magnum & famoſum litteraturæ gymnaſium* Copioſius huiuſce rei meminit Guillelmus Gemeticenſis. e

d Notationes ad veteres Archiepiſcop. Cantuarienſ. Tabulas MS. in Bibliotheca San-Victor. Pariſienſ. Vide Picardum ſup. Epiſtola. 1.

e Lib. 1. de Geſtis Pontif. Anglor.

Rumor

Rumor, vt hòc factum prodidit, longè latéque protulit: & fama viri præclariſsima, Beccum & Abbatem Herluinum, breui per orbem terrarum extulit. Accurrunt clerici, Ducum filij, nominatiſsimi, ſcholarum latinitatis magiſtri, laïci potentes, alta nobilitate viri, multi pro ipſius amore, multas eidem Eccleſiæ terras contulerunt. [t] Supereſt, vt de multis, illud minimè reticeam: quod Beccenſe Chronicon MS. ſuppeditauit in hæc verba. Gemmeticenſis lib. 6. cap. 9.

Reuerendiſsimo Patri Vuillelmo, & cunctæ congregationi S. Mariæ Beccenſis: Frater Vuillelmus, Abbas Cormelienſis veſtræ pietatis alumnus.

II. REm, Domini & fratres chariſſimi, nulli (vt reor) mortalium, niſi ſoli mihi cognitam, refero vobis de venerabili patre Herluino, atque eius Priore Lanfranco: quam ipſe Lanfrancus proprio ore ſingulariter mihi retulit, & vt nemini dicerem, quo ad ipſe viueret, penitùs interdixit. Cuius interdictum hactenus cuſtodiens, nunc tandem ſecurus enuntio; cùm iam me nulla cohibet interdictio. Huius autem enuntiationis, ipſam veritatem, Deum videlicet, inuoco teſtem: quem ſcio mendaciloquorum omnium eſſe perditorem: dicit enim pſalmus: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Hic igitur Lanfrancus tempore prædicandi Herluini patris, conuerſionis gratia, Beccum humillimè ſuſcepit, ſuſceptum ſtrenuiſſimè vſque ad finem vitæ, gratia Diuina ſe protegente, ſeruauit. Erat tunc Beccus ædificijs paruus, pauper fortuna, pauperior Religionis norma. Pater quidem præfatus Dei amore pollebat; ſed fratrum vtilium conſolatione carebat. Verùm, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet*: cùm aſſiduis Dei clementiam ipſe exoraret precibus, quatenus ſibi talem virum dirigeret, cuius ſolatio foueretur, concilio animaretur, adjutorio ſuſtentaretur: Lanfrancum liberalium artium eruditione peritum, morum probitate conſpicuum, ratione Diuina ſuffultum, diſcretionis virtute ſubnixum, ei direxit: qui ſibi ab omnia vtilis, ad cuncta, quæ piè volebat, accommodus fuit. Nam ipſius bonitate atque induſtria, Doctrina atque efficacia, iſtud cœnobium, vt cunctis notum eſt, ſuperna pietas ſacræ Religionis ordine informauit: multis honoribus, terris, & prædijs ampliauit, pluribus etiam perſonis nobilibus, atque honeſtis, ad laudem & gloriã nominis ſui ſublimauit; ſed ad rei relationẽ, cuius occaſione iſta prælibaui, pertingã.

III. Cernens Lanfrancus fratrum inertiam, morum prauitatem, ordinis tranſgreſſionem, conijciens etiam aliquos ſibi inuidere, qui ſibi metuebant, eum præficiendum fore: ignorabat quid ageret, quò ſe conferret, tædebat eum conuerſationis inhoneſtæ, inhiabat ardenter ad ſolitariæ dulcedinem vitæ: ſimulata igitur infirmitate, Fulcrannum hortulanum rogauit, vt ei quottidiè afferret radices quorundam carduorum, quos ſibi afferebat afferre ſolationis remedium. Hoc autem faciebat, vt corpus ſuum aſſuefaceret tali edulio, quà ſe diſponebat viuere in eremo. Cùm ergo jam corpus & animum præpararet ad fugam nocturnæ elapſionis: Domino *Herluino*; Abbati, nihil de hac re ſuſpicanti, dùm in lecto quieſceret, egregiæ indolis Hugo puer, qui nupertimè obierat, in veſte candida apparuit, filius Baldrici de Anueruilla, nepos eiuſdem Abbatis. Cuius aſpectu in nullo turbatus, amabiliter ſic eum Abbas affatur. Quid eſt fili? Quomodo te habes? Et puer alacriter. Ego pater benè habeo, quia per Dei miſericordiam, & per tuam interceſſionem, liberatus ſum ab omni tormento: ſed Deus miſit me ad te, vt dicam tibi, quia, ſi tibi non proſpexeris, Magiſtrum Lanfrancum non habebis. Abbas admiratus: Quomodo, inquit, fili? Puer ad hæc, quia vitam ſolitariam deſiderat, & de Monaſterio egredi deliberat. Nam mores fratrum & vita, non ſibi placent. Vide ergò quid facias: quia tibi non expedit. His dictis puer diſparuit.

Abbas attonitus in ijs, quæ audierat, reliquum noctis, vigilijs & orationibus inſomnis peregit. Summo autem manè, mox vt hora loquendi ſe dedit, Lanfrancum aſciuit, ſecum ſingulariter ſedere fecit: cor Abbatis intimo dolore cruciabatur; vox intra fauces premitur, lacrymæ vberrimè erumpentes dolorem cordis aperiunt. Lanfrancus hæc videns, in terram proſternens ſe, cur Abbas ſic plorat aperiri ſibi ſuppliciter precatur. Tandem Abbas in hæc verba prorupit: Heu mihi, cui

tale

tale damnum minatur Deus! Væ mihi, qui conſilium meum perdidi; meum auxilium amiſi, multotiens per magnos gemitus Deum rogaui, vberrimis lachrymis diuinæ ſupplicaui miſericordiæ, vt talem præſtaret mihi virum, cujus conſilio & auxilio, locum iſtũ emendarẽ, & quæ eſſent Deo placita monachorum vſibus inſtaurárem. Et quando fráter Lanfrance, huc te Deus adduxit, preces meæ humilitatis exauditas credidi. Ego in te onus meum transferre cogitabam: Ego te totius oneris mei ſarcinam ſupportaturum ſperabam. Nunc autem (neſcio qua de cauſa) hinc diſcedere, me derelicto ſatagis; & ad deſerta pergere cupis. Lanfrancus intelligens voluntatem ſuam detectam, & propoſitum cordis ſui, quod occultum putabat, euidenter propalatum: Abbatis pedibus illicò aduoluitur, & qualiter ſibi innotuiſſent talia, humiliter ſciſcitatur. Tunc ei Abbas blanda voce viſionem aperuit: & quid ſibi diuinitùs per puerum reuelatum ſit, ſicut ſupra retexuimus, explicat. Lanfrancus obſtupefactus, & Dei gratiam in Abbate vehementer admiratus, humique proſtratus, per confeſſionem patri protinùs, quicquid in voluntate habuerat, corde compunctus expoſuit; pœnitentiaque accepta, & abſolutione impetrata: ſpopondit ſe numquam ab ipſo diſceſſurum, eiuſque præceptis, per omnia obtemperaturum. Abbas ingentes omnipotenti Deo gratias referens, quàm citius potuit, Lanfrancum Priorem conſtituit; & quicquid ditioni Monaſterij ſubjacebat intus & exterius, ipſius curæ commiſit. Quos ita vnanimes eſſe tribuit Diuina protectio: vt nulla inter eos vnquam fuerit orta diſſenſionis occaſio. Hanc viſionem Lanfrancus nec volens propalare, nec animo occultare; indicauit illam cuidam monacho, nomine *Guillelmo*, quem à puero nutrierat, & docuerat, plurimumque amabat, præcipiens, ne alicui diceret, quamdiu ipſe in corpore viueret. Quod ille ſeruauit vſque ad vltimam ſenectutem. Poſt mortem verò Lanfranci, cum jam nulla prohibitiõne vrgeretur, ſcripſit rem, ſicut audierat; & Abbati, ac Monachis Becci, pro vt ſupra digeſſimus, dixit. Hucuſque Guillelmi Epiſtola, cujus ſummarium Biographus Beccenſis, in eiuſdem D. Lanfranci vitam contulerat. [g]

[g] *Extat in MSS. Chronico Beccenſ. & apud Picardum ſup. lib. 4. Epiſtol. 41.*

Ex Priore Beccenſi, factus eſt Abbas primus Cadomenſis, ann. 1063. ac tandem Archiepiſcopus Cantuarienſis. ann. 1070. *Multæ Eccleſiæ* (ait Ordericus) Abbatem, vel pontificem incredibili deſiderio ſibi Lanfrancum petierunt: quem etiam Roma, Chriſtiani orbis caput, ſollicitauit Epiſtolis, & precatu retinere conata eſt & vi. Sic omnibus emicuit honorabilis; quem virtus & ſapientia decorarat ſpecialis. Sedunenſis igitur Epiſcopus, poſtquã Stigandum, vt jam dictum eſt depoſuit, Lanfrancum ad regimen pontificale inuitauit: & in concilio Epiſcoporum ac Abbatum Normaniæ, petitionem Eccleſiæ Dei denuntiauit. Ille autem perturbatus, tam graue ſibi onus extimuit, & inducias ad deliberandum petiit: indubitatum tenens, quod ſimul ire non poſſet, monachi otium, & Archiepiſcopi negotium. Abbas Herluinus imperat; cui obſecundare velut Chriſto ſolebat. Regina cum filio principe precatur: majores quoque ideò collecti ſtudioſè hortantur. Non abnuit ille præcipiti ſententia, quia omne factum & dictum eius, diſcretionis dirigebat norma. Obedientiam offendere cauet, ſimul tantos, qui rogant, fauent, hortantur. Mœſtus ergo tranſmare vadit excuſatum ſe, ſperans iucunditatem in reuerſione. Rex cum gaudio adjutorem culturæ Chriſtianæ reuerenter ſuſcepit: & excuſatione reluctantem, humilitate & majeſtate pugnans, deuicit. Anno itaque Dominicæ Incarnationis 1070. Lanfrancus, Cadomenſium primus Abbas, diuinitùs Anglis inſtitutor datus eſt; & honeſtiſſima electione, ac fideli conſecratione, Cantuarienſis Eccleſiæ Archipræſul. 4. Calend. Septemb. inthroniſatus eſt: cujus ordinationi multi Præſules & Abbates interfuere, cum maxima cleri populique multitudine. [h] V.

[h] *Ordericus lib. 4. ad ann. 1069. & 1070. Chronicon Beccenſe, ann. 1070.*

Ad Lanfrancum, tunc Cantuarienſem Pontificem, protinus ſcripſit primam Epiſtolam S. Anſelmus, Beccenſis Prior: aliaſque complures ad eum miſit; vel de eo, in illis mentionem egit. [i] Aderat quippe inter eos tanta dilectionis neceſſitudo: vt Lanfrancus, Anſelmo, ſicut Deo obedire deſideraret. [k] Hinc licet aduertere inſignem tanti Doctoris modeſtiam: tam humiliter de ſe, tam magnificè de diſcipulo ſentientis: ita & in extrema ſuarum Epiſtolarum ſe vocat peccatorem, conſiliique Diuini ignarum, Anſelmum verò Dei ſpiritu plenum: vti ſcitè obſeruat Ioannes *Picardus*. [l] Simile conſpicitur eiuſdem humilitatis mutuum certamen inter VI.

[i] *D. Anſelmus lib. 1. Epiſtol. 1. 4. 7. 12. 13. 19. 24. 31. 32. 34. 35. 36. 41. 43. 48. 51. 54. 57. 63. 64. 65. 68. 70. & lib. 2. Epiſtol. 1. 2. 13. 41. 42. & 53.*

[k] *Ibid. Epiſtol. 23.*

[l] *Ibid. in Annotation.*

inter præfatum Herluinum Abbatem, & ipſum Lanfrancum. *Abbas* (inquit Gilbertus *Criſpinus*) *ex grandæuo laico verebatur ſubditam ſibi tanti Doctoris celſitudinem. Ille nullam pro eminenti ſcientia gerens inſolentiam, humillimè ad omnia parebat, attendebat, mirabatur, & prædicabat, quam ipſi in intelligendis ſcripturis gratiam Deus conceſſerat.* [m] Sed & iſtud promamus horum ſeruorum Dei, ſingularis humilitatis exemplum; dùm Abbas Herluinus traijciens in Angliam, Lanfrancum inuiſit Pontificem: ex Codice MS. Beccenſi. „ *Cùm ad* Archiepiſcopum perueniſſet, quæ tunc inter eos ſubmittendi pia contentio? Summus Antiſtes, & in tranſmarinis vices Apoſtolicas „ gerens; ſubmittebat ſe ſuo quondam Abbati, vt alius quiuis monachus. Secun„dus vbique ab eo (niſi ad miſſarum ſolemnia) reſidendo, & manum illius, cum „ aliqua ab eo accipiebat (niſi raptim ille retraxiſſet) oſculando: illi ſedes emi„nentior, ac imperandi jus omne tribuebatur. Donabat famulorum delinquen„tium reatus: ac cætera in domo, pro velle faciebat, Domini nomen alius, ille „ authoritate gerebat. Quantò curia ſua frequentior, quanto vtriuſque ordinis per„ſonarum totius Regni excellentium conuentus fiebat numeroſior; tantò majori „ coram omnibus illum Archiepiſcopus præferebat obſequio. Multùm mirabantur vniuerſi, maximè Angli, Cantuarienſem Archiepiſcopum ſic ſummitti. Ab„bas verò, quam debebat dignitati tantæ ſubmiſſionem conabatur exoluere: ſed nullatenus permittebatur. [n]

m *Criſpinus in vita Herluini Abbat. Becci.*

n *Codex MS. Beccenſ. in vita B. Herluini, Abbatis Beccenſ. Apud Picardũ ſup.*

VII. Præterea, ann. 1073. in vigilia feſtiuitatis omnium ſanctorum, Monachi Beccenſes, exeuntes de prima veteri Eccleſia, ſolemni proceſſione, & magnæ deuotionis gaudio, venerunt in nouam Eccleſiam, quam B. Herluinus eiuſdem loci glorioſus Abbas, Lanfrancus, & Anſelmus, viri magnæ authoritatis ædificauerant. [o] Prima etenim ædes ex ligno compacta, jam conflagrarat; & hac etiam poſtea corruente, ad aliam de nouo extruendam itum fuit. Notandum igitur, quòd præfatus venerabilis vir B. Herluinus, non ſiue nutu, & prouidentia Dei, qui omnibus in ſe ſperantibus, præparat bona meliora, Eccleſiam cum omnibus officinis mutauit loco tertio, non longè à ſupradicto loco, qui nunc dicitur *Capella B. Herluini*, quæ prima fuit, in hoc riuo Beccenſi fundata; & illam de qua modo dicendum venit; quam tertio ædificauit multo majorem, & ampliſſimas officinas; qua fabrica expleta, ſuaſu. D. Lanfranci, (cujus lapidem fundamentalem poſuerat) per annos 15. tunc dedicata eſt: non 10. Calend. Decemb. vti mendosè habetur apud Cœnalem, [p] ſed 10. Calend. Nouemb. juxta illius loci Chronicon, hiſce verbis. *Anno Domini* 1077. Decimo Calend. Nouembr. Eccleſia Becci, in honorem S. Mariæ, matris Domini, Dedicata eſt ab Archiepiſcopo Cantuariæ Lanfranco, quod opus pregrande ipſe inchoauit, & poſt Abbatem Herluinum, primum lapidem poſuit, quod opus in 15. annis peractum eſt. Huic autem dedicationi interfuerunt, Epiſcopi, Odo Baiocenſis, Guilbertus Luxouienſis, Gilbertus Ebroicenſis, Robertus Sagienſis, Arnaldus Cœnomanenſis. De lætitia illius diei, & gaudio multiplici ſuperfluum videtur proloqui, tum de aduentu perſonarum, virorum illuſtrium, & mulierum nobilium, non ſine magna largitione donorum, Franciæ, Normanniæ, Angliæ, & de ſuperabundanti omnibus præparata paſtus procuratione, nemo ſufficienter vix poſſet diſſerere. Igitur, vt nil intactum pertranſeamus perfecta hujuſmodi Eccleſia ann. 1076. & ſequenti ann. 1077. cùm Beccum Lanfrancus Templi hujuſmodi dicandi cauſa adueniſſet: mira inter eoſdem humilitatis virtus eluxit. Conſpicias, præcor, D. Lanfranci aduentum. „ *Cùm veniſſet* ad deſcenſum montis, qui ipſi cœnobio imminet, fertur annulum de „ digito extraxiſſe: nec poſtea, quamdiu Becci moratus eſt, niſi ad Miſſarum ſo„lemnia reſumpſiſſe. Ad Abbatis jam ſenio incuruati oſculum accedens, tam ma„gnus Antiſtes, ad pedes aduolui conatus eſt. Verùm illo è contra ad ipſum co„nante, longo vtrinque luctamine, dùm alter alterum ſuſtentat; neuter expleuit „ quod ſatagebat. Poſt multos diuque optatos amplexus, cum fratribus in clau„ſtro ſedit Archiepiſcopus, vt quiuis alius, juuenes, ſenes, atque infantes, & „ vnum quemque ſigillatim compellans; & juxta vnius cujuſque qualitatem, de„bita confortatione adhortans. Quis enarrare ſufficienter queat, quantam humi„litatem, & benignitatem, omnibus condeſcendendo exhiberet? ad menſam „ dextrorſum & ſiniſtrorſum fratres cum Archiepiſcopo, ſedere: ac communi „ calice & ſcutella cum eo coguntur cibum ſumere. [q] Quo corrigendus venit

o *Robertus de Mõte ſup. ann. 1073.*

p *Cœnalis Tom. 5. Hierarchiæ Eccleſ. Neuſtriæ in hac Abbatia.*

q *Ibid. Codex MS. Pariſius ann. 1077. & 1078.*

Pariſius: illud referens ad ann. 1078. poſt obitum ipſius. B. Herluini Abbatis: quem perperam tradit defunctum ann. 1077.

Poſt eius conſecrationis diem tertium receſſit Lanfrancus, recedentem verò ad duo millaria proſequutus eſt. D. Herluinus Abbas, eum ſuper omnes amans, & ab eo amatus: inquit idem Beccenſe Chronicon. Vt verò cœnobium repedauit, & in cellam ſe recepit laxans, lachrymis habenas, dixit: *Nunc dimittis Domine, ſeruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, quod vt viderem, antequam morerer, ſummoperè optabam, & indeſinenter orabam. Adimpleſtiſque volui: nunc ſeruus tuus lætus ad te ibit, quacumque hora tibi placuerit.* [r] ſic quidem loquendi, non lachrymandi finem fecit: erat is annus Chriſti 1077. ſeptimo Calend. Nouemb. prior quidem exceſſit è vita: ſed D. Lanfrancus: ſuperſtes extitit vſque ad ann. 1089. quo ad cœlos euolauit: [ſ] De quo martyrologium Benedictinum hæc enuntiat. *Cantuariæ, in Anglia, B. Lanfranci, Epiſcopi: ſummæ doctrinæ & ſanctitatis viri.* [t] Hinc S. Anſelmus, Beccenſis Abbas, tanti præſulis memoriam hocce heroico carmine, lachrymabiliter indidit. VIII

Archiepiſcopus non diuitias, nec honores,
Lanfrancus ſubijt, ſed curas atque labores:
Natus in Italia, Papienſi de regione,
Ciuibus egregijs, & honeſta conditione.
Monachus atque Prior fuit, hinc Cadomenſis,
Abbas, poſt Præſul primatus Cantuarienſis.
Totius Anglorum fuit Eccleſia reparator;
Et Normannorum nihilominus auxiliator. &c. [u]

Ex quibus Mathæi de *Gouſſancourt* error craſſus detegitur, quo Lanfrancus Lutetiæ, natus, Fiſcannique monachus perperam dicitur. [x]

r *Chronicon MSS. Becci, Picardus in Annotat. ad lib. 2. Epiſtol. 1 S. Anſelmi*
ſ *Pariſius. Vueſtmonaſterienſ. & alij, de geſtis, Anglor. Chronicon Cadomenſe, Beccẽſe, &c. ad ann. 1089.*
t *Martyrolog. Benedictin. 3. Iulij, & Sauſſayus in ſupplemento ad Martyrol. Gallican. ead. die.*
u *Apud Picardum ſup. lib. 2. Epiſtol. 41.*
x *In Martyrolog. I quis. Meliſenſ, fol. 44.*

Mors pratioſa B. Herluini, Abbatis primarij Beccenſis, & fælix illius ad Deum tranſitus: quem, ob eximias eius virtutes, alij titulo ſanctitatis indigitant.

CAPVT III.

INTERIM D. Herluinus, Abbas, Beccenſe inſigni pietate ac vigilantia Monaſterium regebat: quamquam ad vitæ occaſum citiùs deflecteret: maximè ab vltimo Lanfranci, ſanctiſſimi præſulis, conſortio, quo nuper, ann. 1077. ad 7. Calend. Nouemb. caruit. Abhinc quippe viſus eſt lento pede ad mortis limen procedere: quoniam membris omnibus captus, debiliſque effectus eſt: fuitque ad 13. Calend. Septemb. anni conſequentis, quo die moribundus, lecto decubuit. Id verò vt audiere Monachi; ipſa mœſtitia, effecti ſunt mœſtiores: interea tertius, iſque vitæ ipſius ante penultimus dies illuxit: quo ſupremis, fidiſſimiſque Eccleſiæ ſubſidijs ſe muniri petiit. ,, *Tunc* (addit chronicon MS. Bec- I.
,, cenſe) ad ſunt filij valefacturi amantiſſimo patri: lachrymis ac ſingultibus, pſal-
,, mos & cæteras orationes interrumpentibus. Tandem ventum eſt ad confeſſionem
,, agendam: confiteri cœpit, verùm remanentium pietate filiorum ſuperatus, & ip-
,, ſe in lachrymas effuſus, nihil dicere, potuit: vix tamen eluctatus in vocem abſo-
,, luit filios, dansque benedictionem & pacem omnibus, tam abſentes, quàm præ-
,, ſentes immortali eos commendauit patri, ac diſcedentes (quia plus non poterat)
,, vt pro ſe orarent, poſtulauit. Dolor & lachymæ fiebant; quia vix ab eis pſalmus
,, continuari valebat, dum quiſque alterum reſpiciebat, quaſi iam cerneret pa-
,, trem

Digitized by Google

„ trem fratre orbatum ; erumpebat in lachrymas. Coram illo plangere nequa„ quam audebant ; quia ſpe bona lætabundus , non lachrymantes ſed lætantes eos „ omnes videre volebat, ſi cuius in lachrymas concitati ſingultum ſentiebat ; con„ feſtim ſolita grauitate compeſcebat. [a] Tandem die ſabbathi , mediam circiter noctem 7. Calend. Septemb. ſanctiſſimam efflauit animam : Chriſti incarnati ann. 1078. ſuæ ætatis ann. 84. Monachatus 44. Cadauer in media exedræ cœnobiticæ area conditum , nigroque lapide , varijs effigiebus cælato , tectum fuit : (quem ipſis oculis vidi, poſt Ioannem Picardum [b]) funus illius curante Gilleberto, Ebroicenſi Epiſcopo , vitæ honeſtate , magnæ litterarum ſcientiæ viro.

II. Non solùm condigno honore , ſepulturam nactus eſt ; ſed & tres titulos ab eius alumnis , in ſui memoriam compoſitos , habet , cum hac.

a Chronicon MS. Beccenſe.

b Picardus ſup. in Annotationibus ad lib. 2. Epiſtol. 1. S. Anſelmi. Ordericus lib. 5. ad ann. 1077. Antiquitates MSS. Normann. pag. 217. & 218. Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertum ſub an. 1077

EPYGRAPHE.

Hac tegitur petra , qui quas circumſpicis ædes.
Cunctas ediderat , monachus ex laico :
Ter poſt vndenos ac tres & quattuor annos
Grammata neſcierat , poſtque peritus obit.
Quattuor vndecies tranſegit Cœnobialis
Annos , ritè ſuos dimidiando dies.
Cùm Phœbus nonum ſub virgine protulit ortum
Commigrando , diem clauſit & hebdomadem.
Herluinus erat , ſi quis de nomine quærat ;
Cui cum ſanctis det , quicquid eis Deus eſt.

Aliud EPITAPHIVM.

Hunc ſpectans tumulum titulo cognoſce ſepultum :
Eſt via virtutis noſſe quis ipſe fuit.
Dùm quater hic denos aui veniſſet ad annos :
Quæ fuerant ſecli ſpreuit amore Dei.
Mutans ergò vices , de mundi milite miles ,
Fit Chriſti ſubitò, Monachus ex laïco.
Hinc ſibi more patrum ſocians collegia fratrum,
Cura , qua decuit , rexit eos , aluit.
Quot , quantaſque vides , hic ſolus condidit ædes,
Non tam diuitijs , quàm fidei meritis.
Quas puer haud didicit , ſcripturas poſtea ſciuit :
Doctus vt indoctum vix ſequeretur eum.
Flentibus hunc nobis tulit inclementia mortis,
Sextilis quina biſque die decima.
Herluine pater , ſic cœlica ſcandis ouanter :
Credere namque tuis hoc licet ex meritis. [c]

c Apud Gemmeticenſem lib. 6. cap. 9 ſup. Picardum ſup. ex Chronico MS. Beccenſ. & Robertum de Monte. ſup.

Aliud COENOTAPHIVM.

Humanum lapſum quem vincere non potuiſti :

Digitized by Google

Conditione vetus, pater Herluine ſubiſti.
Primo quidem miles, quæ ſunt mundi tenuiſti;
Sed miſerante Deo, mundum poſt deſeruiſti:
Paupertatis onus patienter ſæpè tuliſti:
Nam tua pauperibus ſapienter diſtribuiſti.
Becci fundator primus fieri meruiſti:
Ipſiuſque loci Monachus Rectorque fuiſti;
Viuere quique gregem ſanctum tecum voluiſti:
Si quid eum premeret, de more patris doluiſti,
Munere Diuino tibi commiſſos docuiſti.
Ecce ſub hac Tumba, cinis es, cui membra dediſti:
Laudibus ergò pijs Beccenſes te venerentur.
Detque tibi Dominus Regnum cæleſte precentur. [d]

[d] *Codex MS. Becc. conſ. & Picardus ſup.*

Ex Necrologio Beccenſi.

Septimo Calend. Septemb. Obijt venerabilis memoriæ, Dominus Abbas Herluinus, primus Paſtor & Fundator huius cœnobij.

Ex Martyrologio Benedictino 26. Auguſti.

Becci, in pago Rothomagenſi, depoſitio Beati Herluini, eiuſdem loci Abbatis primi, & Fundatoris: magnæ humilitatis viri.

Ex Martyrologio Gallicano ead. die.

Poſt vberrima ſuſceptæ gratiæ fœnora, fœlici ſopore ad Chriſtum tranſiuit piiſſimæ memoriæ Herluinus, cœnobij de Becco in Rothomagenſi Diœceſi primus Fundator & Abbas; vir verè mitis & humilis corde. Cui Chriſtus in gratæ ſeruitutis, quam ipſi exhibuerat indicium, morienti, apparere dignatus eſt, eum ad præparata præmia benignè inuitans. Ad cuius conſpectum fidelis ſeruus, totus in lachrymas ac pios affectus ſolutus, manus attollens, hanc in vocem gratulabundus erupit: *Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, quod, vt viderem antequam morerer, ſummoperè optabam.* Adimpleſti quod volui: nunc ſeruus tuus abibit quacumque hora tibi placuerit. Nec diu poſt, ſacro ſumpto viatico, ſpiritum emiſit.

Ex Appendice, Andreæ Sauſſaij ad Martyrologium Gallicanum.

B. Herluinus, Abbas Monaſterij Beccenſis, B. Lanfranci, quin & S. Anſelmi, præceptor & informator: ipſe viuum exemplar totius Religionis.

Ex Appendice Roberti de Monte ad Chronicon Sigeberti ann. 1180. vbi de Rogerio Becci Abbate agit.

Nullus prædeceſſorum ſuorum, excepto S. Herluino, primo Abbate, tanta fecit in Becco Monaſterio, quanta ipſe. Cæteros, lubens, omitto, qui huiuſce S. viri Apotheoſim collaudant. [e] Nam in veteribus MSS. codicibus, vbique ſancti Titulo honoratur: itemque in Lemmate verſuum Petri *Divenſis*, de Abbatibus Beccenſis cœnobij.

[e] *Arnoldus Vuion & Hugo Menardus. In notis ad Martyrolog. Benedictin. Gilbertus Criſpinus in vita B. Herluini Abbat. Beccenſ. Renatus Benedictus, in vita S. Anſelmi 21. April. Canall. Tom. 5. Hierarchiæ Neuſtriæ in Catalog. Abbat. Becci.*

Sanctus

Digitized by Google

Sanctus Anselmus Monachus efficitur in cœnobio Beccensi; cuius ob egregia animi ornamenta, & insignes virtutes, secundus Prior, & Abbas eligitur; ac demùm ad Archiepiscopatum Cantuariensem euehitur.

CAPVT IV.

I. POST B. Herluinum, primum Becci Abbatem, & D. Lanfrancum, eiusdem Monasterij primum Priorem: ponè sequitur S. Anselmus secundus Prior & Abbas, qui sub præfatorum Ducatu, monachatum inijt, ac tandem vtriusque Pastorali officio dignissimè successit. Rem ab ouo prodamus ex *Edinero*, in hunc modum. „ *Exactis dehinc* partim in Burgundia, partim in Francia, fermè „ tribus annis, Normaniam adit: ibi quendam nomine Lanfran- „ cum, virum videlicet valdè Bonum, præstanti Religione ac sapientia verè nobi- „ lem videre, alloqui, & cohabitare volens. Excellens siquidem fama illius cir- „ cumque percrebuerat, & nobilissimos quosque clericorum, ad eum de cunctis „ mundi partibus agebat. Anselmus igitur viro adito, eumque singulari quadam „ sapientia pollere agnito, eius se magisterio subdit: eique post modicum, fami- „ liaris præ cæteris discipulis fit. Occupatur die noctuque in litterarum studio; „ non solùm quæ volebat à Lanfranco legendo, sed & alios, quæ rogabatur stu- „ diosè docendo. Propter quæ studia, cùm corpus vigilijs frigore & inedia fatiga- „ retur: venit ei in mentem, quia si aliquando monachus, vt olim proposuerat, „ esset, acriora, quàm patiebatur, eum pati non oportere: nec tunc sui laboris me- „ ritum perderet, quod nunc vtrum sibi maneret, non perspiciebat. Hoc ergò „ mente concepto, totam intentionem suam ad placendum Deo dirigere cœpit, & „ spernendo mundum cum oblectationibus suis, reuera cupit fieri monachus. Quid „ plura? cogitat vbi melius proficere queat, quod facere desiderat, & ita secum „ tractat. Ecce, inquit, monachus fiam, sed vbi? si Cluniaci, vel Becci, totum „ tempus, quod in discendis litteris posui, perdidi: nam & Clunaci districtio or- „ dinis, & Becci, supereminens prudentia Lanfranci, qui illic monachus est, mi- „ hi, aut nulli prodesse, aut nihil valere comprobabit. Itaque in tali loco perficiam, „ quod dispono: in quo & scire meum possum ostendere, & multis prodesse. Hæc „ vt lubens ipsemet referre solebat: secum meditabatur, Addebatque. Necdum „ eram edomitus, necdum in me vigebat mundi contemptus, vnde, quod ego, „ vt putabam, fretus aliorum charitate dicebam, quàm damnosum esset non ad- „ uertebam. Postmodum autem in se reuersus: quid, inquit? Esse ne monachus, „ hoc est, velle scilicet alijs præponi, præ alijs honorari, ante alios magnificari? „ non. Illic ergò deposita contumacia, monachus deueni, vbi sicut æquum est, „ cunctis, propter Deum, postponaris, cunctis abiectior habearis, præ cunctis par- „ uipendaris: & vbi hoc esse poterit? Equidem Becci. Ibi siquidem nullius „ ponderis ero, quandoquidem ille ibi est, qui præeminentis scientiæ luce conspi- „ cuus cunctis sufficiens, cunctis honorabilis & acceptus. Illic ergò requies mea, „ illic solus Deus, intentio mea, illic solus amor, eius erit contemplatio mea, il- „ lic beata & assidua memoria eius, fœlix solamen & satietas mea. Hæc cogitabat, „ hæc desiderabat, hæc sibi prouenire sperabat. Raptabatur quoque mens eius per „ id temporis, in alias sectandæ semitas viæ; sed vis desiderij eius, in hanc, quam „ maximè declinauerat.

„ Sciens itaque scriptum esse, omnia fac cum consilio, & post factum, non pœ- „ nitebis: nolebat se alicui vni vitæ earum, quas mente voluebat, inconsultè cre- „ dere, ne in aliquo videretur scripturæ præceptis non obedire. Amicos insuper „ multos habens, sed cui se totum in istis committeret, consiliarium vnum de mil- „ le videlicet præfatum Lanfrancum eligens, venit ad eum: indicans voluntatem

Digitized by Google

,, ſuam ad tria pendere; ſed per conſilium eius ad vnum, quod potiſſimum indica-
,, ret, duobus relictis, ſe velle tenere. Quæ tria ſic expoſuit. Aut enim, inquit,
,, monachus fieri volo, aut eremi cultor eſſe deſidero, aut ex proprio patrimonio
,, viuens, quibuſlibet indigentibus, propter Deum, pro meo poſſe, exindè mini-
,, ſtrare, ſi conſulitis, cupio: (jam enim pater eius obierat: & tota hæreditas ad
,, illum reſpiciebat) in his, inquam, tribus, voluntatem meam. Domine Lan-
,, france, fluctuare ſciatis, ſed precor, vt me horum potiſſimo ſtabiliatis. Differt
,, Lanfrancus ſententiam ferre; ſuadetque negotium ad venerabilis Maurilij, Ro-
,, thomagenſis Epiſcopi, magis audientiam referre. Acquieſcit Anſelmus conſi-
,, lio: & comitatus Lanfranco, Pontificem petit. Tanta autem vis deuotionis
,, pectus Anſelmi tunc poſſidebat, tantumque veri conſilij Lanfranco ineſſe crede-
,, bat: vt cùm Rothomagum petentes, per magnam, quæ ſuper Beccum eſt, ſyl-
,, uam, pergerent: ſi Lanfrancus ei diceret, in hac ſylua mane, & ne, dùm vi-
,, xeris, hinc exeas, caue, proculdubio, vt fatebatur, imperata ſeruaret. Perue-
,, nientes ergò ad Epiſcopum, aduentus ſui cauſas ei exponunt, quid indè ſentiat,
,, quærunt. Nec mora, monachicus ordo præ cæteris laudatur; eiuſque propoſitum
,, alijs antefertur. Anſelmus hæc audiens & approbans, omiſſis alijs, ſæculo reli-
,, cto, Becci monachus factus eſt, ann. ætatis ſuæ 27. Regebat eo tempore, cœ-
,, nobium ipſum Dominus Abbas, Herluinus, nomine, vir grandæuus, & magna
,, probitate conſpicuus: qui primus ipſius loci Abbas, Monaſterium ipſum à funda-
,, mentis, de ſuo patrimonio fecerat. Sæpè dictus autem Lanfrancus gradum Prio-
,, ris obtinebat, Anſelmus verò nouus monachus factus, ſtudioſè vitam aliorum
,, religioſius viuentium æmulabatur. Imò ipſe ſic religioni per omnia ſeruiebat:
,, vt quiſque religioſè in tota ipſa congregatione viuere volebat, in eius vita ſatis
,, inueniret, quod imitaretur: & ita per triennium, de die in diem ſemper in me-
,, lius proficiens, magnus & honorandus habebatur. Venerabili autem Lanfranco,
,, in Cadomenſis cœnobij regimen aſſumpto, Prioris officio functus eſt: ſicque
,, Deo ſeruiendi ampliorem libertatem potitus, totum ſe, totum tempus ſuum, in
,, illius obſequio expendere, ſæculum, & cuncta negotia eius, ab intentione ſua,
,, funditus cœpit amouere. a

Chronicon Becci, ān. 1060. 1062. & 1063.
Acceſſiones Roberti de Monte, ad Sigebertum, ad ān. 1060

a Edinerus lib. 1. vitæ S. Anſelmi. Apud Surium 21. April. & initio operum D. Anſelmi. Antiquitates MSS. Norman. pag. 217. & 218.

Innuit autem ſe ad hujuſmodi Prioratus Beccenſis munus fuiſſe aſſumptum operà præfati D. Lanfranci: ad eum ſic ſcribens, jam factum Cantuarienſem Archiepiſcopum; *Pro me autem intelligenti breuiter dicam: quia onus inæquale Prioratus* (quo me non leuiter olim grauaſtis) *vtique augendo, non modicè nuper leuigaſtis. Cùmque imbecillis animus gemeret ſub pondere, effeciſtis vt iam, non dico nolit, ſed penè nolit, quod premit, deponere.* [b] Nam per Prioratum illum, Beccenſem intelligit, quem ſuſcepit, ann. poſt editam profeſſionem, tertio; vt ipſe alibi teſtatur. [c] id autem oneris ei impoſitum eſt ann. circiter 1063. cùm Vuillelmus conquæſtor. Normannorum Dux, Lanfrancum, tum Becci Priorem, præfecit Abbatiæ S. Stephani Cadomenſis à ſe extructæ. [d] Poſitus ergò D. Anſelmus ſuper candelabrũ, toti mox luxit Eccleſiæ Dei. ,, *Vnde bona* fama eius (addit Edinerus) non modo Normania tota eſt reſperſa, III.
,, verũ etiam Francia tota, Flãdria tota, contiguaque his terra omnis. Quin & mare
,, tranſijt; Angliamque repleuit. Exciti ſunt quaque gentium multi nobiles, pru-
,, dentes clerici, ſtrenui milites, atque ad eum confluxere, ſeque, & ſua, & in ip-
,, ſum Monaſterium ſeruitio Dei tradidere. Creſcit cœnobium illud intus & extra;
,, intus in ſancta Religione, extrà, multimoda poſſeſſione. Cùm verò Abbas
,, Herluinus, cuius ſupra meminimus, decrepitus, Monaſterij cauſis intendere, &
,, opem ferre non valeret: quicquid agi oportebat, ſub Anſelmi, vt potè Prioris,
,, diſpoſitioni fiebat, &c. [e]

b D. Anſelmus lib. 1 Epiſtol. 19.

c Idem lib. 3. Epiſt. 7.

d Picardus, ibidem in notationib. ad Epiſtolam 19. lib. 1.

e Edinerus. ſup.

At verò, poſtquam B. Herluimus, Abbas, ann. 1078. mortis debitum exoluens, cœlum inuectus eſt, S. Anſelmus, Diuina prouidentia, in eius locum eſt ſubrogatus. Rei geſtæ factum ab eodem Edinero audiamus. ,, *Defuncto* ſæpè ſuperius IV.
,, nominato Abbate Herluino; vno omninò frattum Beccenſium conſenſu in Ab-
,, batem eligitur. Quod ipſe omni ſtudio ſubterfugere geſtiens; multas & diuerſas
,, rationes ne id fieret obtendebat: ſed illis nec auditum quidem rationibus eius
,, patienter accommodare volentibus: anxiatus eſt in eo ſpiritus eius, & quid age-
,, ret ignorabat. Transierunt in iſtis dies quidam. Verum vbi Anſelmus vidit ſe
,, Monachorum vnanimem conſtantiam, non poſſe verbis mutare: tentauit ſi quo

,, modo eam valeret vel precibus inclinare. Eis itaque Priore ſub vno conſtitutis,
,, ac ei vt omiſſis obiectionibus ſolitis, Abbas fieri acquieſceret inſiſtentibus, ille
,, flens, & miſerandos ſingultus edens, proſternitur in faciem coram omnibus,
,, orans & obteſtans eos, per nomen Dei omnipotentis, ſi qua in eis erant pietatis
,, viſcera, quatenus reſpectu miſericordiæ Dei ſuper eum intendant: & ab incœpto
,, deſiſtentes ſe à tanto onere quietum manere permittant. At illi omnes è contra
,, in terram proſtrati, orant, vt ipſe potius loci illius & eorum miſereatur: ne poſt-
,, poſita vtilitate communi ſe ſolum præ cæteris ſingulariter amare conuincatur.
,, Acta ſunt de his vtrimque plurima in hunc modum: ſed iam nunc eis iſtum po-
,, nimus dicẽdi modum. Vicit tandem diligens dicendi importunitas, & importu-
,, na diligentia fratrum, iugum Domini ſub eius regimine ferre volentium: vicit
,, quoque, & multò maximè vicit præceptum, quod vt ſupra retulimus, ei fuerat
,, ab Archiepiſcopo Maurilio per obedientiam iniunctum, videlicet, vt ſi major
,, prælatio quàm illius Prioratus extiterat, ipſi aliquando iniungeretur, nullate-
,, nus eam ſuſcipere recuſaret. Nam ſicut ipſe teſtabatur, nunquam ſe Abbatem
,, fieri conſenſiſſet: niſi eum hoc, quod dicimus, imperium, ad hoc conſtrinxiſſet.
,, Tali ergò violentia eſt Abbas effectus: ac Becci debito cum honore ſacratus f
,, ſcilicet in Feſto Cathedræ S. Petri ann. 1078. à Domino *Gilberto*, Ebroicenſi
,, Epiſcopo. g

f *Idem.*

g *Chronicon Beccenſe ad ann. 1078. Robertus à Monte ſup. & cap. 14. ſupr. Præſens adeſt ann. 1079. in carta Philippi Reg. Franc. pro immunitate Abbat. S. Quintini Beluacenſ. Quercetanus lib. 2. cap. 5. Hiſtor. Monmorenc. Ex Louueto in Memorial. Beluacenſ. & probat. pag. 29.*

V. Eadem ab alijs confirmantur. ,, *Paucis* (ait Gemeticenſis) interpoſitis diebus,
,, electus eſt Abbas Anſelmus, pro eo, qui tunc erat Prior eiuſdem loci. Qui quan-
,, tæ fuerit Religionis, quantevæ ſapientiæ, in libro, qui de vita ipſius ſcribitur,
,, facile, qui eumdem librum legerit, reperiet: Scripſit verò idem vir reuerendus
,, nonnulla digna memoriæ, quæ ſubter annectere curauimus: dùm adhuc Prior
,, eſſet in Beccenſi cœnobio ſcripſit tractatus tres, primum, *De veritate*, ſecundum,
,, de Libertate Arbitrij; Tertium, *De caſu diaboli*: &c. Ortus igitur ex generoſis
,, parentibus, in ciuitate Auguſta, quæ contigua eſt Burgundiæ & Italiæ, per di-
,, uerſa loca ſtudijs litterarum operam dando, peruenit Normaniam: & in Mo-
,, naſterio Becci, vbi tunc temporis, magnus ille prædictus Lanfrancus Prioris
,, officio fungebatur, cum alijs conſcholaſticis, ab eodem, tam Diuinis, quàm
,, ſæcularibus litteris inſtructis, ipſius hortatu & conſilio, factus eſt monachus
,, Becci, ann. ætatis ſuæ 27. vbi vixit clauſtralis ſine prælatione, tribus annis,
,, quindecim Prior, poſt bonæ memoriæ prædictum Lanfrancum, Cantuarienſ.
,, Archiepiſcopum. Deindè, quindecim annis Abbas extitit, poſt piæ recordatio-
,, nis venerabilem Herluinum, primum Abbatem ipſius loci. Indè aſſumptus eſt
,, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, poſt venerandum Lanfrancum, quem re-
,, xit 16. annis, ſeptimo decimo autem Archiepiſcopatus ann. Monachatus verò
,, 49. porrò ætatis 76. tranſijt è mundo, 11. Calend. Maij, feria 4. ante cœnam
,, Domini. h

h *Gemeticenſis lib. 8. cap. 9.*

VI. ,, *Defuncto* Herluino (inquit Ordericus) qui Fundator & primus Abbas Beccenſis
,, Monaſterij extitit, & multis cariſmatibus florens, Eccleſiæ filijs in vita ſua,
,, ſine dolo præfuit, venerabilis Anſelmus multiplici litterarum ſcientia pleniter
,, imbutus ſucceſſit: & præfatum cœnobium doctis ac deuotis fratribus, donante
,, Deo, laudabiliter repleuit. Dein, aucto ſeruorum Dei numero, copia rerum non
,, defuit; ſed confluentibus amicis, nobilibus, ac neceſſarijs fratribus, neceſſaria
,, vbertas honorificè prouenit. Ad conſilium probatiſſimi ſophiſtæ, clerici & laici
,, concurrebant: & dulcia veritatis verba, quæ de ore eius fluebant, fautoribus iu-
,, ſtitiæ, quaſi ſermones Angeli Dei placebant. Hic natione Italus, Lanfrancum
,, ſecutus, Beccum expetijt, & inſtar Iſraëlitarum, auro, diuitijs Ægyptiorum,
,, id eſt, ſæculari eruditione Philoſophorum onuſtus, terram repromiſſionis deſi-
,, deranter adijt. Monachus autem factus cœleſti Theoriæ omnimodis inhæſit; &
,, de vberrimo fonte ſophiæ melliflua doctrinæ fluenta, copioſè profudit. Obſcuras
,, ſacræ ſcripturæ ſententias ſolerter indagauit, ſtrenuè verbis aut ſcriptis diluci-
,, dauit: & perplexa prophetarum dicta ſalubriter enodauit. Omnia verba eius vti-
,, lia erant; & beniuolos auditores ædificabant. Dociles diſcipuli Epiſtolas typi-
,, coſque ſermones eius ſcripto retinuerunt: quibus affatim debriati, non ſolum
,, ſibi, ſed & alijs multis, non mediocriter profecerunt. *Guillelmus & Boſo*, ſuc-
,, ceſſores eius multipliciter ſenſerunt: qui tanti doctoris ſyntagmata inſigniter ſibi

,, hauſerunt, & ſitientibus indè deſiderabilem potum largiter propinauerunt. An-
,, ſelmus affabilis & manſuetus erat; & cunctis ſimpliciter interrogantibus charita-
,, tiuè reſpondebat, inquirentibus amicis, piè libros edidit miræ ſubtilitatis ac pro-
,, funditatis. *De Trinitate, De veritate: De libero arbitrio: De caſu diaboli & cur Deus homo*
,, *factus eſt.* Fama ſapientiæ, huius didaſcali per totam latinitatem diuulgata eſt: &
,, nectare bonæ opinionis eius Occidẽtalis Eccleſia debriata eſt. Ingens in Eccleſia
,, Becconſi, liberalium artium, & ſacræ lectionis ſedimen, per Lanfrancum cœpit, &
,, per Anſelmum magnificè creuit, vt indè plures procederent egregij Doctores, &
,, prouidi nautæ, ac ſpirituales aurigæ, quibus ad regendum in huius ſæculi ſtadio,
,, Diuinitus habenæ commiſſæ ſunt Eccleſiæ. Sic ex bono vſu in tantum Beccenſes
,, cœnobitæ ſtudijs litterarum ſunt dediti, & in quæſtione, ſeu prolatione ſacro-
,, rum ænigmatum, vtilium-ve ſermonum inſiſtunt ſeduli: vt penè omnes videan-
,, tur Philoſophi, & ex collocatione eorum, etiam qui videntur inter eos illiterati,
,, & vocantur ruſtici, poſſint ediſcere ſibi, commoda ſpumantes grammatici.
,, Affabilitate mutua, & charitatis dulcedine, in Domini cultu gaudent; & in-
,, fatigabili Religione, vt vera docet eos ſapientia, pollent. De Hoſpitalitate
,, Beccenſium, ſufficienter loqui neſcio, interrogati Burgundiones & Hiſpani,
,, alijque de longè, ſeu de propè aduentantes, reſpondeant: & quanta benignitate
,, ab eis ſuſcepti fuerunt, ſine fraude proferant, eoſque in ſimilibus imitari, ſine
,, fictione ſatagant, ianua Beccenſium patet omni viatori, eorumque panis nulli
,, denegatur charitatiuè petenti. Et quid plura de eiſdem loquar? ipſos in bonis
,, perſeuerantes cuſtodiat, & ad portum ſalutis incolumes perducat: qui gratis
,, cœpit, peragitque bonum, quod in eis coruſcat.[i]

Cùm autem tantus euaſiſſet Anſelmus, mirum tamen quantum humiliter de ſeipſo ſentire, de alijs verò, alta ſaperet. Conſpicias, præcor, quomodò argutè ac modeſtè retorquet in auræ popularis contemptum, quod ſibi fuerat obiectum. VII.

Denique ad id quod mihi dicitur in Epiſtola veſtra ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter, quanquam id Perſius dixerit, vt oſtentationem reprimeret, non vt exprimeret: reſpondeo: ſcire meum nihil eſt, ſi quale ſit, hoc ſciat alter. Quod verò quæritis: cur fama Lanfranci, atque Guitimundi, plus mea per orbem volet: vtique, quia non quilibet flos pari roſæ fragrat odore, etiam ſi non diſpari fallat rubore. [k] De Lanfranco, ſatis ſuperque ſuperius annotauimus: de Guitmundo autem, viro eloquentiſſimo, cœnobij de cruce S. Leufredi, Monacho, poſtea Auerſano Epiſcopo: copiosè proloquuti ſumus, vbi de huiuſmodi Aſceterio ſub ann. 690. egimus.

Sed eius inſignis humilitas copioſius eluxit, quando poſt obitum B. Lanfranci ann. 1089. factus eſt ſermo in Curia Guillelmi Ruffi, Regis Angliæ, de ipſo promouendo ad Archiepiſcopatũ Cantuarienſem. Poſtquam enim Dorobernenſium Metropolis Præſule viduata, in timore & luctu exegiſſet triennium: tandem iuſtus arbiter, qui de cœlo proſpicit ſuper filios hominum, miſit in cor Regis, vt huic ſedi vacanti Anſelmum præficiendum curaret. Ad nominationem Regiam acceſſit & cleri populique vnanimis conſenſus; ſed vt auribus Anſelmi hoc inſonuit; ferè vſque ad exanimationem ſui contradixit, reluctatus eſt, & obſiſtit: preualuit tamen Eccleſiæ Dei conuentus. Rapitur ergò, & violenter in vicinam Eccleſiam cum hymnis & laudibus portatur, magis quàm ducitur, ann. 1093. pridiè nonas Martij, Dominica 1. quadrageſima: ac tandem, pridie nonas Decembris debito cum honore conſecratur [l] ann. 1094. miraculis in vita & poſt mortem clarus: obijt ſanctitate illuſtris, ann. 1109. cuius memoria habetur ſacra in Eccleſia Catholica, & intra Martyrologium Romanum repoſita 21. April. quo ex hac vita tranſijt ad gloriam: qua de re, vide ead. die, in *Neuſtria ſancta.* VIII

Conueniunt omnes, diem mortis exoluiſſe ann. 1109. ſed id eueniſſe, ann. 13.[m] ſui Pontificatus, ann. ſuæ ætatis 76.[n] omninò aduerſatur rationi hiſtoricæ, & veritati chronologicæ. Nam ipſomet S. Anſelmo teſte, tribus annis, vixit in Monachatu abſque prælatione: quindecim, in Prioratu: & totidem Abbas præfuit:[o] quod & *Gemeticenſis* fatetur ſup. Monachus autem factus eſt ann. 27. ætatis ſuæ:[p] ſicque ſexagenarius, ad Pontificatum aſcendit. Cùm igitur ann. 1093. iuxta veterem calculum, pridie nonas Martij, electus fuerit in Archiepiſcopum: & poſtea pridie nonas Decembris ann. 1094. conſecratus extiterit: ac debitum mortis exoluerit, ann. 1109. die 21. April. feria 4. Majoris hebdomadæ; hoc eſt ann. 1110. IX.

ſecundum

i *Ordericus lib. 4. ad ann. 1072.*

Perſius Satyra 1.

k *S. Anſelmus lib. 1 Epiſtol. 16.*

l *Edinerus lib. 2. ſup. Gemeticenſis. lib. 6. cap. 9. lib. 5. Ann. 1077. Ordericus lib. 8. an. 1089. S. Anſelmus lib. 3. Epiſtol. 1. 2. & ſeq. Chronicon. Beccenſe. MS. Vualſingham. ann. 1093. Pariſius & Vveſtmonaſterienſis.*

m *Edinerus.*

n *Harpsfeldius inf.*

o *Anſelmus lib. 3. Epiſtol. 7. Chronicon Beccenſe. Gemeticenſis ſup.*

p *Edinerus & Gemeticenſis. ſup.*

ſecundum recentiorem ſupputationis modum: ſequitur dormitionem mortis accepiſſe anno 16. q ceu 17. r ſui Pontificatus, ſuæ ætatis 76. ſ Monachatus verò 49. t vide etiam Chronicon Cadomenſe.

q *Harpsfeldius 12. ſeculo. Hiſtor. Eccleſ. Anglic. cap. 14.*
r *Gemeticenſis ſup.*
ſ *Idem & Edinerus*
t *Gemeticenſis ſup.*

B. Guillelmi Montisfortis electio, & benedictio, in Abbatem 3. Beccenſem: à S. Anſelmo procurata, à Principe Normanno concupita, & ab Archiepiſcopo Rothomagenſi admiſſa: cujuſquidem Abbatis noui genus, Monachatus, & egregia virtutum opera recenſentur.

CAPVT V.

I. IGitur B. Anſelmo ad Eccleſiam Cantuarienſem tranſlato: opus fuit priſtino gregi Beccenſi prouidere de futuro Paſtore, quod Priori Baldrico, aliiſque Beccenſibus Monachis inſtanter conſuluit. *Abbatem* (inquiebat) *vobis ſubſtituere feſtinate; expedit enim vobis.* a Eamdem ſollicitudinem in voto habuit. Robertus, Normannorum Dux: qui timens, ne fortè in electione huiuſmodi Abbatis, quid infauſtum obueniret, ſcripſit ea de re ad ipſum S. Anſelmum, vt pro ſua prudentia, & paterno amore, hiſce rebus ſuccurreret. Tanto Principi hæc piè efflagitanti annuit citiùs S. Anſelmus, ſic ad eos ſcribens.

a *S. Anſelmus lib. 3 Epiſtol. 7.*

Dilectiſsimis ſuis D. Priori Baldrico, & aliis Monachis Becci: Frater Anſelmus ſemper velle, & facere, quæ Deo placent, & quæ expediunt.

Gratia Dei faciente, Dominus noſter, Princeps Normannorum, miſit mihi litteras, plenas magna benignitate, & excuſatione ſui: ſi quid aut credidit, aut dixit de me, aliter quàm decuit, amore meo, & dolore de amiſſione mea cogente, ob meam ad Archiepiſcopatum electionem. In quibus litteris, & de Abbate vobis conſtituendo petiit benignè meum conſilium: quod non ſolùm in hac re, ſed & in aliis rebus, ſe libenter accepturum promiſit. Conſilium autem de hac re illi mando, & vobis remando, quod mandaui per D. Girardum, fratrem noſtrum. Rex Anglorum vobis mandat ſalutem, & auxilium ſuum, & cuſtodiam rerum veſtrarum, quæ ſunt in ſua poteſtate quamdiu meo conſilio agetis & viuetis. Si autem illud ſpreueritis, in illo proficuum non habebitis; cùm ex veſtra parte aliqua mihi mittitur epiſtola, ſecretè, & mihi ſoli legenda: non minus ſit gracilis ſcriptura. Poſtquam enim illud, quod de me incœptum eſſe mecum doletis, contigit: multæ diurnæ & nocturnæ lachrymæ viſui meo nimis nocuerunt. Non enim celſitudo, aut opulentia Archiepiſcopatus eas tantum valuerunt ſuas copias reprimere: quantum timor & tædium eius eas potuerunt ſua perturbatione exprimere. Amici mei compatimini mihi: quia ego compatior vobis, orate pro me: quia ego, ſi poſſum, oro pro vobis. Conſecratio mea ordinata eſt fieri prima die Dominica, poſt feſtiuitatem S. Andreæ, pridie videlicet nonas Decemb. præuenite eam veſtris orationibus: & mandate hoc Monachis & ſanctimonialibus per Normanniam, incluſis, & clauſtralibus, & amicis noſtris in Francia. Valete. b

b *Ibid. Epiſtol. 15.*

II. Quodnam verò fuerit S. Anſelmi conſilium, monachis Beccenſibus datum, ſubſequitur.

Dulciſsimis & Dilectiſsimis ſuis, D. Priori Baldrico, & aliis monachis Beccenſibus: frater Anſelmus, qui hactenus ſub Abbatis nomine, ſeruiuit, à Deo ſemper cuſtodiri & protegi.

Deo, de me quod vult, vt de creatura ſua, velim, nolim, diſponente: & Renuente Domino noſtro, Principe Normannorum, Roberto concedente; & Ar-

chiepiſcopo noſtro, Guillelmo, præcipiente, & vobis à Deo coactis fauentibus: à veſtra cura ſum abſolutus, & majori inuolutus. Si Deus vobis dederit eam gratiam prædicti Domini noſtri principis, vt de Eccleſia noſtra vobis velit dare Abbatem, & noſtrum indè dignetur audire conſilium: illi & vobis dico, quia de nullo mihi melius videtur, quàm de D. Guillelmo, qui Prior fuit apud *Pexeium*. Etſi juſſio glorioſi D. noſtri Principis, in hoc fuerit; quod vtinam ita fiat, ego quoque tibi frater Guillelme, in nomine Domini, per ſanctam obedientiam, præcipio: vt hanc curam in ſpe auxilij Dei, tuam poſtponens requiem, pro fratrum tuorum vtilitate, humiliter ſuſcipias. Iſtas litteras congruo tempore, & Domino noſtro, & congregationi, & quibus oportebit, volo præſentari. Tibi quoque Baldrice Prior, per ſanctam obedientiam præcipio: vt quicumque ſit Abbas, Prioratum non deſeras, niſi eius, & meo conſenſu, dùm viuo, valete. c Eadem iterum reſpondit, ad Fudonem, Amicum, ſcribens. d

c *Idem Epiſtol.* 8.

d *Idem Epiſtol.* 14.

Ad hujuſmodi electionem inuitauit etiam, Rogerium, Exaquenſem ceu vticenſem, Abbatem, antiquiorem Beccenſis cœnobij monachum: ad quem ſubſequentes deſtinauit litteras. III.

Domino & Patri Reuerendo, Abbati Rogero; frater Anſelmus, in hac vita proſperè viuere in ſanctitate, in futura fœliciter in æternitate.

Sic nobis inuicem conſcij ſumus, ego & vos mutuæ dilectionis in Deo; vt nec putem me indigere precibus, vt ipſa ſemper in nobis, quamdiu viuetis, viuat: nec vos indigere perſuaſionibus, quia Deo annuente, quandiu viuam, in me non deficiet. De Eccleſia Becci, (quia nihil in hoc mundo purius dilexi, nec diligo) ſi veſtra ſanctitas ſupplicationibus indigeret, vtique corde, & litteris, quia verbis præſens nequeo, quantum poſſem ſupplicarem; quatenus illi veſtra conſolatio, & veſtrum conſilium & auxilium non deeſſet; & vt filios eius, velut primogenitus, & major frater eorum, paterna ſollicitudine, & materna dulcedine, foueretis. Sed quoniam veſtra prudentia, & veſtræ charitatis ſinceritas, hoc vobis perſuadere, ſine mea exhortatione ſufficiunt: & ego propter cordis abundantiam omninò tacere non valeam, hanc breuem commotionem ſufficere ex noſtra parte exiſtimo. Mementote Dominici verbi ad Principem Apoſtolorum, velut ad fratrum ſuorum primogenitum: *Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: &c.* e Hujus Epiſtolæ meminit Biographus Beccenſis MS. Abbatis eligendi: ſic. *Menſe Octobri aduenit quidam Abbas, nomine Rogerius, Beccenſis monachus, vir bonus, & multùm religioſus: quem Anſelmus (vt ajebat) juſſerat litteris ſuis Beccum venire, & in eligendo Abbate, Beccenſes, quantum poſſet juuare.* f

e *Idem Epiſtol.* 9.

f *Codex MS. Beccenſ.*

Apud Picardum in notis ad eam. 9. *Epiſtol.*

Luc 22.

Hinc certo certius eſt D. Anſelmum intus & in cute hunc præfatum nouiſſe Guillelmum, cùm ſpeciale non tantum de eo in ſui locum legendo det conſilium, ſed & votum faciat: quæ quidem certiſſimo ſunt argumento probitatis & ſanctimoniæ Guillelmi. Agedum, videamus illum puſionem, ſenſimque adoleſcentem; videamus tyronem, cùm hic videamus futurum non dico veteranum militem, ſed Ducem. Anonymus Beccenſis in prologo hiſtoriæ ejuſdem, pollicetur ſe eius, ſucceſſoriſque vitam poſteris relicturum: vndè eſt quòd certius ei credamus, narrationem hoc verborum ſtamine ordiente. *Venerabilis Abbas* Becci Guillelmus, nobili Normannorum proſapia originem trahens, in veteri caſtro ſuper Rillam, quod dicitur, *Mons-fortis*, claris parentibus eſt exortus. Pater eius *Turſtinus*, mater *Albereta*, dicebatur, Rogerij de *Bellomonte*, patris Roberti Comitis, ex ſorore neptis. Qui puer dùm adhuc in cunis jaceret; graui moleſtia tactus, penè viſum amiſit. Territa mater, pro filio lugens, cucurrit ad quamdam Eccleſiam S. *Germani* in eodem caſtro ſitam, & obtulit illum ſuper altare eiuſdem Eccleſiæ, vouens Deo, & Beatiſſimæ Dei genitrici Mariæ, ſanctoque *Germano*, quòd ſi puer illam incommoditatem oculorum, eorum auxilio euaderet, illum ſeruitio Dei nutriret, litteriſque imbuendum traderet; ſimulque rogauit Deum, vt ſi aliter puerum ſanare nollet, in ſe, id eſt, in matrem, infirmitatem illam conuerteret. Quid plura? Annuit petitioni, & voto bonæ matris, gratia Saluatoris noſtri, pietaſque eius ſanctiſſimæ genitricis, necnon & beatiſſimi confeſſoris *Germanis* & infans reſtitutus eſt integræ ſoſpitati, matrem verò infirmitas corripuit, nec multò poſt extinxit. IV.

xit. Creuit puer: & cùm ad congruam perueniſſet ætatem, traditus eſt litterarum ſtudijs imbuendus. Cœpit itaque bonæ indolis eſſe, amore Dei feruere, honeſtis incedere; ab inhoneſtis animum reuocare. Iam mundi luxum ſpernebat, jam ſermone, actu, & habitu talem ſe exhibebat: vt jam tunc quaſi monachus ab omnibus haberetur, quantum ad vitæ morumque ſpectabat informationem. Si quando à cognatis & amicis ad ſcholas aliquid pecuniæ ſibi mitteretur, quaſi rem malam vitabat ſuſcipere, ſicut condiſcipuli eius ſoliti erant referre: ita auaritiam perhorrebat. Cùmque 25. ætatis ageret annum, deſiderans vocem Domini implere dicentis: Qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus; &, *Si quis* vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Renuntians mundo, Becci factus eſt monachus, ſub ſanctiſſimo Abbate Anſelmo. Ingreſſus monaſterium intentiſſimè religioni monaſticæ operam dabat: lectioni & ſilentio aſſiduus, vitam ſuam honeſtè cuſtodire admodum ſtudebat. Ita Deo placere cupiens, hominibus charus, in caſtris Domini Sabbaoth, eius ſigna ſequens, per 15. annos, ſtrenui militis officio functus, huic militiæ B. Anſelmo Duce militauit tam ſtrenuè: vt omnes eum diligerent, & nullus de eo conquereretur; fama bonitatis eius circumquaque bonum Chriſti odorem de eo ferebat. Igitur B. Anſelmo in Angliam tranſlato, & Archiepiſcopo facto: cujus faſtigium virgæ prædictus Vuillelmus antea cùm veneratus fuiſſet, poſtea ſuſcipere meruit: &c.

Luc 14. Matth. 16.

V. Sed de ipſius electione in Abbatem, actum eſt in capitulo Beccenſi, ann. 1094.
,, *Poſt hæc*, (ait idem Chronicon MS.) vocatus venit, & in ordine ſuo ſedit.
,, Tunc Prior dixit ei, quod ad regimen Beccenſis Eccleſiæ illum eligerent, & vt
,, Abbatis officium, & curam animarum ſuſciperet, ex parte Dei, & S. Mariæ, at-
,, que omnium ſanctorum, necnon ex parte Reuerendiſſimi patris Anſelmi, præ-
,, cepit. At ille in terram proſtratus: Precor, Domini, aut de hoc, quod jubetis
,, omninò abſolutum dimittite me: aut quomodo id adimplere poſſim, docete.
,, Prior ad hæc, vt dimittamini, ait, non eſt opus laborare, ſed ſuſcipite hanc cu-
,, ram in nomine Domini: & nos vobis ex animo obedientes erimus. Statim ipſa
,, die Abbas Rogerius, & Prior, & quidam alij fratres, cum eis aſſumpto Ele-
,, cto ſuo ad curiam properarunt: & Roberto Normannorum Duci præſentarunt.
,, Quem alacriter, & cum magno honore ſuſcipiens; dedit ei Abbatiam, more
,, Anteceſſorum ſuorum. Aderant enim Principes, Robertus, Comes *Mellenti*, &
,, Robertus *Anſchitilli*, conſobrini eiuſdem Vuillelmi Electi Becci: qui de eius pro-
,, motione valdè ſunt gratulati. Tunc Robertus, Comes *Mellenti* præcepit Rober-
,, to, filio *Anſchitilli*, vt nouum Electum Becci ad monaſterium conduceret: man-
,, dans omnibus miniſtris ſuis, ne quis ipſi Abbati, vel hominibus eius, in aliquo
,, moleſtus eſſe præſumeret. Dedit tunc Comes *Mellenti*, Robertus, vt res, quæ ad
,, victũ fratrum emebantur, quietæ eſſent ab omni cõſuetudine: quæ vſque ad illud
,, tempus, de rebus ad cibum monachorum pertinentibus, vbicumque emeren-
,, tur, etiam in coquina Becci, à miniſtris Briodum caſtri exigebantur. Procedente
,, tempore, dedit idem Comes *Mellenti*, per totam terram ſuam, vbicumque ſuum
,, erat, hoc exigere, vel dimittere, ne omninò Dominicæ res monachorum Becci
,, ad victum, vel veſtitum pertinentes, vbicumque monachi eſſent, ad quorum
,, vſus emebantur, ſiue in clauſtro, ſiue extra clauſtrum, in negotiis monaſterij:
,, quietæ forent, ab omni conſuetudine, quæ telonei, vel tranſitus, vel alio nomi-
,, ne nuncupatur. Hoc fecit pro amore Dei; & Vuillelmi, Abbatis Becci, cognati
,, ſui. Multa quoque alia beneficia Beccenſi cœnobio contulit, dùm vixit; cauſa
,, eiuſdem Abbatis. h

g Codex. MSS Beccenſ. Apud Picardum, ſup. In notis ad Epiſtol 8 S. Anſelmi, lib. 3. Canalis, Tom. 5. Hierarch. Eccleſ. Neuſtriæ, in hac Abbatia. Robertus à Monte, cap. 14. ſup.

h Ibid.

VI. ,, *Itaque* nouus Electus, accepto à Duce Roberto, vt dictum eſt, Abba-
,, tiæ dono & à Vuillelmo Rothomagenſi Archiepiſcopo, animarum cura; cum
,, gratia principis redijt à curia cum ſuis. Venit autem Beccum ſerò poſt com-
,, pletorium die ante feſtiuitatem Dedicationis: quæ feſtiuitas eſt 10. Calen-
,, das Nouemb. & eo anno, Dominica die euenit. Surgens ad matutinas venit no-
,, uus Electus in chorum, & ſtetit in choro, juxta ſedem Abbatis; & totum officium
,, feſtiuitatis, nocturnum & diurnum decenter vt Abbas compleuit. Acta ſunt hæc
,, anno Dominicæ Incarnationis 1093. In ipſa die Vuillelmus Electus ſedit pri-
,, mùm vt Abbas in capitulo, ab illo die diſponens omnia intus & extra conue-

,, nienter, Monaſterij negotia: gaudentibus cunctis, quòd talem Deus Anſelmo
,, ſucceſſorem, & ſibi dederat paſtorem. Tamen ante benedictionem, nec in ſedem
,, Abbatis intrauit, nec virgam paſtoralem portauit. Sed & de benedictione acce-
,, leranda, nullam, vt videbatur, curam habebat: quæ benedictio dilata eſt vſque
,, ad Auguſtum menſem anni inſequentis. Verùm Anſelmus non oblitus quod in-
,, cœperat, rogauit Vuillelmum, Rothomagenſem Archiepiſcopum de Benedi-
,, ctione Abbatis Becci; & hoc ipſum per litteras, Priori Baldrico, & conuentui
,, notificauit. [i] Scripſit quippe hoc eodem tempore Anſelmus, ad ipſum Vuillel-
mum, nouum Abbatem, [k] ad Baldricum Priorem: [l] & ad monachos Beccen-
ſes. [m] Cùm autem legitur in ipſo chronico MS. hæc peracta eſſe anno Domini 1093.
mendum illic irrepſit, dicendumque, ann. 1094. quando quidem hæc non eue-
nerint niſi poſt eiuſdem S. Anſelmi electionem in Archiepiſcopum Cantuarienſē:
& Abbatiæ Beccenſis ſpontaneam demiſſionem à ſe factam: Reliqua proſequamur.

i ibid.
k S. Anſelmus lib. 3. Epiſtol. 16. 21. 26. 154. 156. 159.
l Idem Epiſtol. 27.
m Idem Epiſtol. 17. 26.

,, Intrante Auguſto menſe, Baldricus Prior, & alij quidam fratres cum eo per-
,, rexerunt Rothomagum: cum Archiepiſcopo locuturi de benedictione Abbatis, VII.
,, qui diem benedictionis conſtituit in proxima feſtiuitate S. Laurentij. Reuerſus
,, Prior dixit Conuentui, quæ ab Archiepiſcopo acceperat. Die feſtiuitatis S.
,, Laurentij, cùm Archiepiſcopus ad altare ſtaret infulatus, atque Electus Becci
,, eſſet veſtibus ſacris indutus, & inſtaret hora, vt ad benedicendum præſentaretur;
,, audiuit à referentibus, quòd Archiepiſcopus non benediceret eum, niſi profeſ-
,, ſionem faceret, ſed reſpondit ſe nullo modo facturum. Tunc Prior Becci, Bal-
,, dricus, cum aliquantis Monachis perrexit ad Comitem Normanniæ Robertum,
,, intimans ei; quod Archiepiſcopus exigeret ab Abbate Becci profeſſionem, quam
,, anteceſſores eius non fecerant. Illicò Dux miſit Guillelmum de *Britolio*, & Guil-
,, lelmum, filium Richardi de *Bardiuilla*, cùm Ernulpho, cancellario ſuo, man-
,, dans & præcipiens Vuillelmo Archiepiſcopo: vt Abbatem Becci, ſine mora, be-
,, nediceret, nihilque ab eo exigeret, niſi quod conſtaret à Beccenſibus Abbatibus,
,, anteceſſoribus eius factum eſſe. Audiens hoc Archiepiſcopus, iratus eſt valde,
,, perfecit tamen quod incœptum erat, & Abbatem benedixit ſine profeſſione,
,, quia præceptum Principis illum cogebat. Poſtea Abbas locutus eſt cum Archie-
,, piſcopo, atque in tantam gratiam illum Præſul accepit: vt nullum in Norman-
,, nia Abbatem chariorem, vel familiariorem haberet. Poſtera die redijt ad mona-
,, ſterium: Archiepiſcopus verò præcepit Guillelmo, Cormelienſi Abbati, vt ſi-
,, mul cum eo pergeret, & in ſedem Abbatis vice ſui introduceret. Venit autem
,, cum majori, qua potuit, humilitate, nudis pedibus; & ſuſceptus eſt à fratribus
,, cum magno honore & gaudio, in Eccleſiam ductus. Tunc Abbas Cormelienſis,
,, vt ſibi juſſum erat, eum in ſedem miſit: & incipiens, *Te Deum laudamus*: oſcula-
,, tus eſt omnem Conuentum. [n] Huc vſque Codex MS. Becci, de Guillelmi ele-
ctione: nunc ſuppingam breuiora quædam virtutum eius lineamenta, ex eadem
Becci Tabula.

n Idem Chronicon Beccenſ. MS. Acceſſiones Roberti de Monte ad Sigebertum ſub ann. 1093. 1098.

,, *Iſte* (inquit) vir bonus, de quo loquimur, Abbas ſcilicet Guillelmus magnæ IX.
,, ſapientiæ moribus ornatus, magnorum virorum propinquus, Regi, & primori-
,, bus Regni acceptus: ita ſe modeſtè, humiliter, & manſuetè habebat, vt ali-
,, quando neſcius, & penè idiota videretur quibuſdam: verùm, ſi propius accede-
,, res, & velut perſcrutando eius ſenſum de rebus dubijs interrogares, altam pru-
,, dentiam, profundum conſilium, & maximæ honeſtatis documentum inueni-
,, res. Erat quoque Deo deuotus, majoribus ſummiſſus, ſubditis benignus, man-
,, ſuetis bonus, ſeuerus indiſciplinatis; ſupra menſuram ſuam nihil vſurpabat,
,, Diuinis rebus omnem reuerentiam exhibebat, Deum timebat, peccatum, qua-
,, ſi virus mortale, odio habere, fugiebat: ſi quis benedictionem ab eo poſceret,
,, verbo magis, quàm manu, benedicebat, dicens non eſſe ſuum, manu benedice-
,, re, ſed Epiſcoporum. Nullus Abbas, qui majorem ſollicitudinem gereret Con-
,, uentus ſui, talem illum fuiſſe ſciunt, qui illi familiarius adhæſerunt. Quippe
,, ita compoſitus homo, vt nec turpiloquium ore proferret, ſcurrilitatis omne ge-
,, nus abhorreret: immunditiam mentis & corporis, vt virgo, ab vtero matris
,, ignoraret: cibo potuque temperatus, honeſtè verecundus, indole religioſa de-
,, corus, bono ingenio ſanè intelligebat, blando ſermone placebat, doctrina &
,, exemplo vtilis erat: &c. [o]

o Idem Codex MS. Becci, apud Pinardum, ſup.

De eo

IX. De eo complures alij mentionem egerunt. *Per idem tempus* (ait Gemeticensis) *assumpto Anselmo, Abbate Beccensi ad Archiepiscopatum Cantuariæ; successit ei in regimine eiusdem loci Vuillelmus de* Bellomonte, *vir non contemnendæ religionis, & eiusdem cœnobij monachus claustralis.* p Vbi tamen, Guillelmum ipsum Abbatem agnominat *Bellomontanum*, ex genere materno, vti videre est in exordio §. 4. sup. cæteros, breuitatis causa, omitto. q Anno 1099. interfuit Dedicationi Ecclesiæ Abbatialis Vticensis, ex *Orderico* lib. 10. Itemque ann. 1128. Concilio Rothomagensi, juxta eumdem Authorem lib. 12. Qui eum præsentem facit in Conuentu Rothomagi habito, ann. 1128. lib. 12. sed mendosè, cùm Gemeticensis lib. 8. cap. 24. Robertus de Monte in appendice ad Sigebertum, Chronicon Cadomense, MS. & alij: scribant mortuum, 16. Calend. Maij, ann. 1124. Verùm fœlicem ipsius ad Deum transitum, inspiciamus.

p *Gemeticens. lib.* 8. *cap.* 6. *Item lib.* 7. *cap.* 8. & 11.
q *Ordericus lib.* 8. *ad ann.* 1090. *Baronius in Annal Ecclesi. ad ann.* 1093 §. 13. *Coenx Thuanus MS. Canalis Tom.* 51 *Hierarch. Neustriæ, Gallia Christiana in ea Becci Abbatia.*

X. Anno tricesimo sui muneris, mense Septembri decidit in ægrotationem: quæ lentè seniles artus consumens, vitalem eius mortem prorogauit ad insequentis anni mensem Martium. Tum enim grauior solitò & potentior, eum lecto fortius, quàm Promethæum Caucaso alligauit. Inter hæc Richardus, Abbas Pratellensis conuisit Vuillelmum, ac mox Beccenses fratres. Tunc verò, & obsecrationibus, & Ecclesiastico chrysmate, roboratus est Vuillelmus. Boso autem Prior Beccensis, monuit Vuillelmum, vt moribundus filijs cœlestem quandam legaret benedictionem. Erecta igitur manu, illis benè precatus dixit. *Amate claustralem vitam, quæ reparatio est ordinis: & non quæratis habere obedientias in sæculo, quoniam in eis multi perdunt animas suas: & quantocius Abbatem eligite, quia non est bonum tale opus differre.* Hæc fatus, obnixè rogauit eos suo nomine fundere vota. Erat enim pro more, vt si quempiam virum nosset integerrimæ vitæ, communionem precationum eiusdem cupidius ambiret. Sub hæc, propter repentinos tumultus aliquot in Normania excitatos, Henricus, Nothi filius, & Rex, aduolarat ex Anglia: isque Paschalem circiter solemnitatem venit Beccum, vbi Beccenses nonnulli ei supplicarunt, vt in morituri locum sufficeretur quispiam Beccensis. Id vt Vuillelmi auribus insonuit: cauit ne suam exoraret sedem. Henricus autem cognita Vuillelmi inualetudine, perhumanè inuisit; eumque alloquens, humi residebat, pro hominis obseruantia. Vuillelmus contra futuro sui cœnobij prospiciens statui, supplicauit Henrico, vt Monachum mediæ ætatis, & integrioris vitæ præponeret Becco. Quem, inquit? Vuillelmus contra. Ecclesiasticæ sanctiones vniuersis interdicunt præpositis electionem successoris. Dixerat hæc, & dicentis dexteram ori oculisque Rex admouit. Quamobrem fratres Psalmos legere Pœnitentiales, Sanctorumque Litaniam; inter quæ animam exhalauit. Mox, pro more, cadauer sacris indutum vestibus, in Basilicam delatum, coram maxima collocatum est ara: quò & Monachi & laici, conuicaneique lugubres facturi preces ventilabant. Sed & Rex, quem supræmò halitantem viserat, omni carentem spiritu, dignatus est supræma visitatione. Præter illum, nouem Abbates, clericorum Monachorumque turba innumera, & inter hos præcipuus venit Ioannes Lexouiensium Pontifex: qui & suprema defuncto persoluit obsequia. Mendicorum quoque non defuit multitudo, in quorum gratiam, defunctique opem, biduò tam largæ fuerunt eleemosynæ distributæ, vt nullus inanis redierit. Interea Vuillelmi cadauer inhumatum in exhedra capitulari, ad dexteram B. Herluini fundatoris. Vuillelmus autem anno ætatis 25. Becci Monachum professus est: 15. annis priuatus ibidem vixit, triginta & dimidio præfuit, sicque 70. annos natus, obijt ann. 1124. 16. Calend. Maij.

EPITAPHIVM.

Abbas Vuillelmus præclari generis ortus,
Tempore primæuo fit Religionis amator,
Aetatis quinis lustris iam ritè peractis,
Suspirando Deum cœpit contemnere mundum,
Terrea diuisit, sed Christo totus adhæsit,
Vt nudus nudum Dominum famulus sequeretur,

Digitized by Google

Confestim Becci juga sumpsit suauia Christi,
Quæ per quindenos constanter pertulit annos.
Anselmo post Anglorum Præsule facto,
Iste loci curam suscepit fratrumque regendam:
Quem grauitas morum, vel vita decusque parentum,
Fecerunt clarum permultis ac venerandum:
Doctus erat, blandoque loquens sermone placebat,
Actibus & verbis subjectos erudiebat.
A puero vitæ fuerat seruator honestæ
Cordis munditiam seruans carnisque perennem:
Beccum ter denos auxit rexitque per annos,
Blandus subjectis Rector, durusque superbis.
Vir tantus meritis morum ditatus opimis,
Nequaquam valuit nexus euadere mortis;
Aprilis sextadecima surgente dieta,
Compleuit cursum vitæ præsentis & actum,
Commendans animam cælo, corpusque sepulchro,
Expectat tempus, quo judicet omnia Christus:
Ecce sub hac Tumba puluis sunt membra sepulta,
Cui præstet Dominus veniam vitamque rogemus. [r]

r Apud Picardum in notis ad Epistolam 154. lib. 3. S. Anselmi. Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum, ann. 1124.

De Bosone Abbate 4. Becci: quæ eius patria, & prosapia: valdè à S. Anselmo, dilectus, sub quo Becci Tyrocinium posuit, ac monachatum professus, postea Prior: deindè Abbas electus, ac benedictus: multis virtutibus clarus, sanctissimè obijt.

CAPVT VI.

SANÈ quàm dignus sit Boso longiori latiorique memoria, indicat mutuus, & plusquàm Pyladeus amor, quo S. Anselmus illum, I.
& ille D. Anselmum redamaret. Rem igitur, sui Biographi ordiamur verbis. [a] *In diebus* Vuillelmi Regis, qui Anglos perdomuit, in pago Rothomagensi, fundo Monasterij Villaris, in Calciatensi agro, vulgò, *Montiuilliers au pays de Caux*, Boso parentibus *Haymerico* & *Lezelina* genitus est: eorumque cura, sic bonis artibus pietateque imbutus, vt in medijs fluctibus mundi, nihil prorsus immundum contraxerit, & ne contraheret, ad Beccum sese contulit: mansitque ea potissimum de causa, quam sic Edinerus exponit. „ *Inter hæc* (ait) quidam Clericus, ætate juuenis, Boso nomine, Beccum venit, Abbatis colloquium expetens. Erat enim idem acer ingenio, & quibusdam perplexis quæstionibus inuoluerat animum: nec reperire quemquam poterat, qui eas sibi ad votum euolueret. Loquens igitur cum Anselmo, ac nodos ei sui cordis depromens: omnia, quæ desiderabat ab eo sine scrupulo deceptionis accepit. Miratus ergò hominem est: & nimio illius amore deuinctus. Dehinc ergò, cùm eius allocutione familiariter potiretur: illectus ad contemptum sæculi, emerso breui spatio, Becci monachus factus est.

a Codex MS. Becci, Apud Picardum in notis, ad lib. 3. Epistola 12. S. Anselmi.

Cujus

„ Cuius conuersioni simul & conuersationi diabolus grauiter inuidens, in tantam „ illum tentationis procellam demersit: vt succedentibus sibi varijs cogitationum „ tumultibus, vix mentis suæ compos existeret. Transierunt in hoc quidam dies: & „ seipsa semper fiebat immanior tentatio eadem. Turbatus ergò & mente confu- „ sus, Anselmum adijt; animique sui fluctus illi exposuit. At ipse, cùm singula in- „ tellexisset, hoc solùm, pro affectu scilicet, consulat tibi Deus, ei respondit: illi- „ còque fratrem à se dimisit. E vestigio autem tanta tranquillitas mentis illum „ secuta est: vt sicut ipsemet mihi referebat, vltrà quàm dictu credibile sit, subitò „ alius fieret ab eo qui fuit. Itaque omnis illa tentatio penitùs euanuit: nec quic- „ quam huiusmodi in se vlterius sensit. b

II. Ad eum postea S. Anselmus scripsit epistolam: qua ostendit non esse pigritiæ vertendum, quòd ad ipsum Bosonem litteras non dederit. *Anselmus Archiepiscopus, dilectissimo fratri & filio Bosoni: Dei, & suam benedictionem.* Mirari potest homo forsitan, cuius conscientiam sic noui, vt nullum hominem supra me diligat: & quem tantum diligo, vt nesciam, quem plus diligam: cur tantopere absens, eum dolentem de mea absentia, aliqua per litteras visitatione non sum consolatus. Sed certus esto, quia non negligentia; nec obliuione tui factum est, sicut enim certus sum, quia tu semper velles esse mecum: ita ne dubites, quia ego semper vellem esse tecum. Si autem Deus pacem, & opportunitatem mihi dare dignabitur, vt tuæ dilectionis mihi liceat frui præsentia: scito, quia hoc vt fiat, curabo libentissimè: & si non semper, vel tantum quantum permittet ratio. Quicquid verò fiat, serua dilectionem meam charissime: quia ego tuam seruare desidero, saluta dulcissimum filium, fratrem tuum Rainaldum: conforta quoscumque potes de fratribus tuis sæpè: & maximè adolescentes & nouitios. Omnipotens Deus te semper ab omni malo custodiat. c Tres quippe fratres erant: Gilbertus Boso & Rainaldus: quos omnes cucullam Becci induisse testatur Ioannes *Picardus*, sup.

Vidimus capite superiore, Baldricum, Beccensem Priorem, virum Religiosissimum extitisse: ad quem S. Anselmus litteras pluries misit: d Gessit autem Prioris

III. honorem duobus Abbatibus, nempe D. Anselmo, & Vuillelmo Monfortio, quo excessit. e Cui successit præfatus Boso, vti ex chronico Beccensi discimus. „ *Inter* „ *hæc* (inquit) obeunte Baldrico Priore, iubente Vuillelmo Abbate, successit ei „ in Prioratu. Erat enim honorabilis vitæ, & multæ prudentiæ; humilitate con- „ spicuus, spiritu consilij prouidus, fortitudine firmus, consolabatur desolatos, „ omnibus omnia factus. In quantum poterat, vnicuique subueniebat: beni- „ gnus erat in exhortando, modestus in corripiendo, pauperibus dapsilis, hospiti- „ bus affabilis, fide firmus, spe in Deo certus, charitate diffusus: cùm non habe- „ ret quod tribueret, monebat spem in Deo ponendam, asserebat in proximo „ subuentionem Dei affore, nondum finem mundi venisse. Talia jocando dicebat, „ sed corde Deum suppliciter rogabat: qui persæpè illi, secundum fidem suam „ subueniebat: sapientiam, consilium, atque bonitatem animi eius, non solùm „ subiecti, sed etiam principes terræ, Episcopi, & Abbates, simulque Religiosi „ & sæculares multi, comperientes; quasi thesaurum prætiosum, ac velut Diui- „ num oraculum admirabantur. Tanta ei inerat Dei gratia, & sic spiritus consilij „ in eo vigebat; vt ad se venientibus, causa consilij, subtiliter & sufficienter ad „ inquisita respondebat. Per idem tempus mandauit Rex Henricus Vuillelmo Ab- „ bati, vt Priorem Becci Bosonem, daret Comiti Theobaldo, nepoti suo, ad fa- „ ciendum Abbatem in terra sua. Quod vtrum amore, an cordis rancore, siue „ agrorum immissione, repetierit, vt indè Boso pelleretur de Regione, incertum „ habemus. Audiens hoc Abbas contristatus est non modicè, misitque ad Regem, „ mandans, & multùm deprecans: vt Ecclesiæ & sibi parceret, atque à tali iussio- „ ne animum reuocaret, Prioremque sibi non tolleret. Iam enim Abbas senio, & „ infirmitate confectus, viribus corporis destituebatur. Pacatus Rex hac depre- „ catione, dimisit Priorem. Cùmque Abbas Vuillelmus longa ægritudine confe- „ ctus, iam morti proximus videretur, duo Beccenses Monachi accesserunt ad Re- „ gem Henricum, qui tunc Becci, & circa Beccum, propter incursiones quorum- „ dam, qui contra eum rebellauerant, morabatur, dicentes: quia Boso, si succe- „ deret Abbati Vuillelmo (sicut conuentus quærebat) hominium, vel fidelitatis „ sacramentum nullomodo sibi faceret: id eoque alium, quem nominabant, &

b *Edinerus lib. 2. vitæ S. Anselmi ad calcem.*

c *S. Anselmus lib. 3. Epistol. 22. Picardus. Ibid. In notis.*

d *D. Anselmus lib. 2. Epistol. 51. Item lib. 3. Epistol. 9. & 15. & 27.*

e *Picardus. In notis ad lib. 3. Epistol. 9. S. Anselmi.*

,, laudabant ; pro eo substituere deberet : hoc agebant ; quia Priorem no-
,, lebant habere Abbatem. Verùm, cur illi infensi erant, nescimus. His
,, auditis Rex, nimiùm efferatus est animo ; & tunc quidem iram dissimulauit.
,, Illi autem callidè agentes, ignorante conuentu, contra Regulam B. Benedicti,
,, sine eorum consensu, volebant superponere sibi ; cùm hoc esse constat contra
,, Decreta patrum, qui dixerunt, vt nemo inuitus ordinetur : sed conuentus Ec-
,, clesiæ debet sibi, secundum timorem Dei, Pastorem eligere : sed hæc calliditas
,, malignantium, licet aliquantum Conuentum conturbauerit : tamen quod mo-
,, liebatur efficere non valuit. IV.

,, *Defuncto namque* Abbate Vuillelmo ; totus Conuentus elegit Bosonem. Om-
,, nes Episcopi & Abbates, Clerus & populus, vicini & remotiores, qui eum
,, nouerant, hanc electionem laudabant : eumque summo honore dignum affir-
,, mabant. Itaque Conuentus, vt eis assentiretur, obnixè rogabat : ille suæ infir-
,, mitatis multas opponebat causas. Illi in terram prostrati deprecabãtur : ille toto
,, conamine negando reluctabatur. Perlata est res ad Regem ; at ille recordatus,
,, quod de hominio à duobus monachis audierat, sicut supra retulimus ; erat enim
,, indè nimis iratus. Interea, Gaufridus, Rothomagensis Archiepiscopus, vir pru-
,, dens & honorandus ; & *Ioannes*, Lexouiensis Episcopus, qui ad curiam Regis
,, venerant (qui tunc obsidebat *Bridonm* Castrum, quod contra eum tenebant ho-
,, mines Comitis *Mellenti*) venerunt Beccum : & locuti sunt cum fratribus, de
,, eligendo Abbate. Tunc omnes in terram prostrati (nam in capitulo sedebant)
,, rogabant Priorem, vt sæpè dictæ electioni assensum præberet : & Archiepisco-
,, pum, vt illum, præcipiendo, cogeret. Archiepiscopus admirans fratrum vna-
,, nimitatem, laudauit eorum Religiosam voluntatem, & erga Priorem suum tan-
,, tum amorem. Deindè, conuersus ad illum, monuit, rogauit, ad postremum
,, præcepit per obedientiam, vt acquiesceret voluntati fratrum : & contra ille asse-
,, rebat, hoc se non posse facere, propter magnam corporis sui debilitatem ; & alia
,, quædam grauia, quasi peccata opponebat, quibus ad hoc indignum se esse dice-
,, bat. Esne Monachus? Respondit, velle esse. Tunc Archiepiscopus : Revera, in-
,, quit, si viginti homines occidisses, non te dimitterem ; quando quidem tantum
,, ac talem erga te video affectum. Numquam, ait, hominem occidi. Tunc com-
,, pulsus est aperire quod latebat : & accipiens Archiepiscopum cum Episcopo,
,, seorsum, dixit : Papam sibi interdixisse, ne vnquam laicæ personæ hominium
,, faceret : & ideò istam obedientiam non audebat suscipere, ne cogeretur, aut pro-
,, hibitionis Apostolicæ transgressor existere, aut Regem offendere. Archiepisco-
,, pus cùm audisset, sapienter tulit : Lexouiensis verò Episcopus grauiter accepit ;
,, quia Prior Becci dedignabatur facere, quod ipsi, & omnes Prælati Normaniæ
,, faciebant antiquo more patriæ. Archiepiscopus præterea Beccenses iuuabat
,, quantum poterat apud Regem, loquens cum ipsis, & pro ipsis, & sine ipsis. Qua-
,, dam die, cùm loqueretur de hac re cum Rege, dixit ei Rex : Nec mihi faciet
,, hominium : nec vobis professionem. At verò paulò post mitior factus Rex, duo-
,, bus Beccensibus fortè occurrentibus consuluit, vt generali quapiam obtestatio-
,, ne, id negotij Deo commendarent, nec frustra. Rex etenim postea iussit Priorem
,, venire Rothomagum, vbi ei regimen solo verbo dedit : rogauit præterea pro duo-
,, bus Monachis, quos electioni eius fuisse cõtrarios, diximus ; ne illis obesset, quod
,, contra eum sensissent. Non erat apud illum grauis labor indulgere delinquenti. V.

,, *Archiepiscopus*, videns Regem tam liberè, quod petebatur fecisse, sicut pro-
,, miserat, voluit honorabiliter facere, quod de hac re ad se pertinebat : venit er-
,, gò ad festiuitatem Pentecostes, & ad Tertiam, quando cantor incipit ; *Veni
,, Creator Spiritus* : ingressus chorum Archiepiscopus, cum honore misit illum in
,, sedem Abbatis. Deindè, in octauis Pentecostes, iussus perrexit ad benedictio-
,, nem, verumtamen ante missam locutus cum Archiepiscopo, rogauit, ne se co-
,, geret ad professionem, quam nullomodo facere vellet : quia si faceret, magnum
,, scandalum in Monasterio generaret. Ad hæc Archiepiscopus, sine, ait, benè
,, erit. Cùmque tempus missæ aduenisset : oblatus est ab benedicendum. Tunc
,, Archiepiscopus stans sacris altaribus, interrogabat eum iuxta morem, donec
,, ad illud ventum est, vt diceret : vis obediens esse huic Ecclesiæ & mihi, & suc-
,, cessoribus meis? At ille ; volo. Tunc cœperunt aliqui de circunstantibus cleri-
cis

„ cis vrgere, vt diceret, profiteor. At ille iterum dixit: volo. Atque cùm inſtarent, vt, profiteor, reſponderet; dixit tertio, volo, & ex corde, volo. Tunc Ioannes S. R. E. Legatus, qui ibi fortè aderat: Non auditis, inquit, quod dicit? Quid amplius vultis? ſicque Archiepiſcopus benedixit eum. Altera die Abbas reuerſus eſt Beccum. Conuentus verò ſacris veſtibus indutus, ordinata proceſſione, exiuit obuiam venienti: at ille occurrit humiliter nudis pedibus, licet infirmus, & ſuſceptus eſt cum gaudio. f

VI. Memoratur hic Abbas apud probos Authores; f ſed precipuè, Guillelmum Gemeticenſem; cuius inſigne Elogium præſtat hic in medium proferre. „ *Hoc tempore*, moritur Vvillelmus, Abbas Beccenſis, & ſuccedit Domnus Boſo: de quo venit in litem, plus ne ſit meritus hominum reuerentiam atque gloriam, ſæcularium ac ſpiritualium rerum ſingulari peritia, an ordinis Monaſtici ſingulari obſeruantia. Hunc plurimi potentes, tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtica dignitate fulgentes, intima familiaritate colebant: vt patrem venerantes, verentes vt præceptorem, diligentes vt germanum, ac prolem. Illi conſulta animarum ſuarum, illi ſpeculam quandam, vnde ordinibus Eccleſiaſticis proſpiceretur, committebant. Potuit namque viri talis vigilans cura, cui maximam authoritatem ſapientiæ, ac ſanctitatis prærogatiua, comparauit, ſecuritatem non paruam optimæ ſollicitudinis eorum promittere. Hunc, vt diximus, Rex Henricus, imò generalis totius conuentus conſenſus Monaſterij Beccenſis Abbatem ſtatuit: non minus reluctantem ſubiectionis amore, quàm altioris gradus timore. Venerantur eum Reuerentes Abbates, Monaſteria, Synodi, Curiæ, vt prudentem, ita eloquentem: vt iuſtum, ita diſcretum. Guſtat hic imperio naturæ, non epulatur: qui nec pecuniæ vnquam faueat, vel gratiæ, ſiue in iudicio, ſiue in conſilio ſententiam dicens. Exhibet ſe blandum ac ſeuerum, decentiſſima in alterutrum permutatione, nullus hominis, omnis vitij clemens perſecutor, pius inimicus. g Inter alia, quæ hic Chriſti ſeruus, protulit ſcitu digna; illud notatur. Quod cùm aliquis nuntiaſſet minimè expleri quæ iuſſiſſet: reſpondit. *Sæpè mandata Dei præterimus, & ſuſtinet: quantò magis nos pati debemus, ſi noſtra contemnantur iuſſa?* h

VII. Tandem, poſt, diuturnos pedum, capitis, viſcerumque dolores, cæcitatem aliquot annis æquanimiter toleratam, acerbiſſimos momentaneoſque cruciatus, ex paralyſeos acceſſione, venit ad mortis limen, vbi præmunitus Eccleſiaſticorum ſacramentorum robore, fratribus alternatim pœnitentiales concinnentibus Pſalmos, ad illam ciuitatem, in cuius plateis, juxta Thobiæ vaticinium, *Alleluya*, cantatur, migrauit, die feſto S. Ioannis Baptiſtæ, ann. Chriſti 1136. ſuæ ætatis 71. regiminis 12. & dierum 22. cadauer autem ad læuam B. Herluini Abbatis humatum eſt, in area capitulari, cum hac

f *Chronicon MS. Beccenſe.*
Apud Picardū ſup. In notis ad Epiſtolā 22. lib. 3. S. Anſelmi.
g *Ordericus lib. 4. ad ann. 1072. & lib 8. ad ann. 1090.*
Codex Thuanus MS. Canalis Tom. 5. Eccleſ. Hierarchiæ Neuſtriæ.
Gallia Chriſtiana, In hac Abbatia.
Robertus de Monte, In Appendice ad Sigebertum, anno. 1124. & 1136.
Item cap. 14. ſup.
h *Gemeticenſis lib. 8 cap. 24.*

EPYGRAPHE.

Moribus ornatus Paſtor fuit hic tumulatus,
Ingenio clarus, ſobrius atque pius.
Extitit & mitis, prudens ad triſtia fortis;
Nam donec vixit, multa flagella tulit.
Conſilio pollens, multis fuit ipſe leuamen,
Solamen miſeris, ſubſidiumque pijs.
Abbas bis ſenis hic quartus præfuit annis,
Cœnobio Becci, forma decuſque gregis,
Mundi contemptor, veræ virtutis amator,
Chriſto deuotum præbuit obſequium.
Annos tranſierat pater hic jam ſeptuaginta.
Cùm mortem ſubijt, qui cinis hic modò fit.
Dùm ſol octauum ſub cancro tendit ad ortum,

Tristibus hunc nobis vltima sors rapuit.
Ortus Baptista colitur, dùm deficit iste:
Boso fuit dictus, cui Deus esto pius. [i]

[i] *Apud Picardum sup. Ex Chronico MS Becci.*

Circa hac tempora (ait Gemeticensis) *Dominus Boso, quartus Abbas Becci, vir per omnia laudabilis vita decessit.* [k] Quæ paulò latius explicat Ordericus. *Interea*(inquit) *venerabilis Boso, Beccensium Abbas, postquam idem cœnobium ferè decem annis laudabiliter rexit; in die festiuitatis S. Ioannis Baptistæ, post diutinum languorem; quem vir eruditissimus patienter tulerat, obijt* [l] Dicit eum ferè decem annis rexisse cœnobium; scilicet, dùm sanitate frueretur: nam constat eum annis 12. illud gubernasse, ex præfatis. Mortuus Boso reliquit suæ doctrinæ hæredem, Epistolam, ad quempiam medicum, de Monachorum professione infulsè blatterantem; vt liquet ex ipsius Epistolæ textu; cuius initium est. *Boso &c.* [m] De eo aliud

[k] *Gemeticensis sup. cap. 42. ad ann. 1136.*

[l] *Ordericus lib. 13. ad ann. 1136. Antiquitates MSS. Norman. pag. 218.*

[m] *In Chronico MS. Becci. Picardus sup.*

EPITAPHIVM.

Lucta finita, cum carne vir Israëlita,
Abbas Boso die requieuit qua Zacharia
Filius exoritur, quo major non reperitur
Surgere cunctarum natos inter mulierum,
Hac pietate Dei tam læta festa diei,
Sint ingressus ei paradisiaca requiei. [n]

[n] *Apud Robertum de Monte, ad ann. 1136. sup.*

Gesta quinque Abbatum Beccensium referuntur quorum duo, ad Archiepiscopatum Cantuariensem electi sunt: videlicet Theobaldus & Rogerius, Prior dignitatem acceptauit, alter verò recusauit.

CAPVT VII.

5. Theobaldus.

PRIORIS Officio fungebatur, sub Abbate *Bosone*, vir magnæ bonitatis & scientiæ, non minus litteris clarus, quàm sanguine illustris. Prior erat Beccensis cœnobij, quando ipso *Bosone* demortuo, ann. 1136. in eius locum est subrogatus Abbas, Ecclesiastica monachilis Conuentus electione præuia: quæ quidem litem vtcumque sustinuit, ob Hugonem, Rothomagensem Archiepiscopũ, eum benedicere recusantem: eo quòd hujusmodi electio, eo inconsulto facta esset; & Electus professionem in manibus suis facere detrectaret: quam tamen, postea, interuẽtu Audoeni Episcopi Ebroicensis, & Petri venerabilis, Cluniacensis Abbatis, solo verbo, non scripto edidit: & sic ab eo benedictionem accepit. [a] Cuius alij meminerunt. [b] Hinc ann. 1138. Hieremias Cantuariensis Ecclesiæ Prior, cum alijs monachis, quos Albericus S. R. E. Cardinalis Legatus, euocauerat, vt nouum Archiepiscopum eligerent Cantuariensem; facta concertatione, hunc Theobaldum, Beccensem Abbatem, renuntiant, Rege Angliæ Stephano, Legatoque Apostolico, præsentibus; qui & ab eodem Legato Cantuariæ initiatus est. Sed & cum eodem Romam profectus, Pallio, & Legatione perpetua honoratus, in Angliam redijt. Quod postea munus ad successores, ita transfusum est: vt ab eo tempore, Legati, jam non tam aduentitio facto, quàm insito, & per manus deducto antiquitùs jure, nati dicuntur: & ita Ecclesiam Cantuariensem suis etiam virtutibus maximè illustrauit. [c] Consilio autem eius, fuit Abbatia Becci sine Abbate, sub Richardo

[a] *Robertus à Monte ann. 1136. & 1137. Item cap. 14. sup. Chronicõ MS. Becci. Paruum 1136. MS. Item aliud ann. 1137*

[b] *Gemeticensis lib. 8 cap. 42. Ordericus lib. 13. ad ann. 1136. Codex Thmanus MS Antiquitates MSS. Norman. Cœnalis & Gallia Christiana sup. in eo Abbatis.*

[c] *Petrus Cellensis lib. 7. Epistol. 21. Gernasius Dorobernens. In Chronic. 1138. Huntidoniensis lib. 7. Parisius. Houedenus Part. 1. Annal. Vuestmonasteriensis. Polydorus. Virgilius lib. 13. De reb. Anglic. Robertus à Monte ann. 1138. Harpsfeldius sæcul. 12. Histor. Eccles. Anglican. cap. 15. ad ann. 1138. Ordericus sup. ead. ann. Chronica Normaniæ ad ann. 1139. & Becci. Gallia Christiana in Archiepiscopis Cantuariens.*

Digitized by Google

chardo de *Belfou*, Priore, à Natiuitate Domini, vel paulò antè, vſque ad Pentecoſten, quo vſque prædictus Archiepiſcopus à Roma rediret.

6. *B. Letaldus, ſeu, Letardus.*

II. Hic ex eodem loco Beccenſi oriundus, vir magnæ ſanctitatis & ſcientiæ, à venerabili Guillelmo Abbate, habitum Religionis ſuſcepit; & virtutibus maximis enituit: vndè paulò poſt Prior factus eſt apud Pontœſiam, deindè apud Pratum propè Rothomagum: ac demùm Abbas renuntiatus eſt Beccenſis: præfato Theobaldo, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem euecto; *In eius loco*, (inquit Ordericus) *Letaldus, bona vita monachus, ad gubernandam Beccenſem Eccleſiam ſubrogatus eſt.* [d] Hinc ann. 1141. 1144. & 1146. incœptum eſt capitulum Becci, tam conſilio, quàm adjutorio Roberti de Nouo-Burgo, (iuxta Chronicon Becci) præſente ipſo B. Letaldo Abbate: qui obijt tandem ſenex & virgo in Domino, 6. nonas Iulij. Sabbatho infra octauas Apoſtolorum, ann. Chriſti 1149. ætatis ſuæ 66. monachatus 50. regiminis ſui ann. 10. [e]

[d] *Ordericus ſupi Robertus de Monte ann. 1139.*

[e] *Chronicon MS. Becci. Chronica Normanniæ ad ann. 1139. & 1148. Codex MS. Thuanus. Canalis & Gallia Chriſtiana, in ea Abbatia. Robertus de Monte 1145. & cap. 14. ſeq.*

EPITAPHIVM.

Ad patriam, pro qua ſuſpiria tanta dediſti,
Hinc Letarde pater carne ſolutus abis.
In patribus ſextus, quoniam perfectus & ipſe
Præmia cum patribus percipis ampla tuis.
Iulius à ſexto nonas properabat ad idus,
Tuque datis ſeptem partibus octo metis.

Apud Robertum de Monte ann. 1149.

7. *B. Rogerius, ſiue Rogerus.*

III. Succeſſit itaque S. Viro Magiſter Rogerius, Baccalaureus, gente longobardus, vir honeſtus, & iuriſperitus: cùmque leges humanas, in Anglia diſcipulos doceret, & multi, tam diuites, quàm pauperes ad eum, cauſa diſcendi confluerent ſuggeſtione pauperum, de Codice & digeſto, excerptos nouem libros compoſuit: qui ſufficiunt ad omnes legum lites, quæ in ſcholis frequentari ſolent, decidendas: ſiquis eos perfectè nouerit. [f] Non ſolùm autem humanis imbutus, ſed & in ſacris litteris eruditus in vtroque Teſtamento apprimè edoctus, & in jure canonico verſatus: cùm eſſet Prior, electus eſt vnanimi conſenſu in Abbatem Beccenſem, in ipſis octauis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli: & Benedictus apud Fontanellam in die feſto S. Iacobi, ab Hugone, Rothomagenſi Archiepiſcopo. Et ex tunc ſuper gregem ſibi commiſſum, pro poſſe ſuo, die ac nocte decenter inuigilabat. Interfuit, ann. 1154. Benedictioni Roberti de *Thorigneio*, Prioris clauſtralis Becci, in Abbatem Montis S. Michaelis, die 22. Iulij. Poſtea, intrauerunt Monachi Beccenſes in nouum opus Eccleſiæ in vigilia Aſſumptionis Virginis Mariæ, Deiparæ, ann. 1161. præſente Rotrodo, Ebroicenſi Epiſcopo. Exindè, ann. 1167. obijt Rothomagi, apud *Pratum*, cœnobium, nobiliſſima matrona, Domina Mathildis, Imperatrix, filia Henrici I. Anglorum Regis, vxor Henrici IV. Imperatoris, poſtmodum Comitiſſa Andegauenſis (inquit Chronicon, MS. Beccenſe) in ſecundis nuptijs; & mater Henrici II. Anglorum Regis: migrauitque ad dominum 4. idus Septemb. cujus corpus Beccum delatum eſt, & ante altare B. Virginis, in eadem æde ſepultum. Hæc Beccenſi, Pratenſique cœnobijs & Eccleſijs multùm contulit: cujus pateræ argenteæ, auro ſuperductæ, variaque ſculptura decoratæ, in Becco extant. [g]

[f] *Chronica Normanniæ ann. 1148.*

IV. Præterea, electus, vnanimi omnium voce, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem: id onus ingenti animi conſtantia repulit: quem boni æmulatores exindè perperam arguerunt: non minus, quàm priſcos patres, SS. Auguſtinum, Anſelmum, &c. olim impunè calumniati ſunt. *Eodem etiam anno*, (ait Mathæus Pari-

[g] *Chronicon MS. Becci ſup. Robertus à Monte ann. 1149. & 1169. & cap. 14. Canalis. ſup. Antiquitates MSS. Norman. fol.*

sius) *Robertus , Abbas Beccensis , pridie nonas Martij , apud* Lamehitham, *præsentibus suffraganeis Ecclesiæ Cantuariensis , in Archiepiscopum præfatæ Ecclesiæ est electus : sed Abbas ille electioni factæ penitùs contradixit ; vtrum pusillanimitatis intuitu , an* Religionis *, incertum est.* h Item & Mathæus Vvestmonasteriensis. *Eodem anno* (inquit) *Rogerius Abbas Beccensis electus est in Archiepiscopum Cantuariensem ; sed Abbas nimis Religiosus , penitus contradixit.* i At, hi duo Authores suspecti sunt ; & facto hæreticorum , erroris insimulati : Nam ille Abbas Beccensis, nec *Robertus* , vsquam est appellatus ; nec apud *Lamehitham* ; vel ann. 1173. electus : vt autumant *Parisius* : & *Vvestmonasteriensis* : vel propter eam , quam adferunt causam , electioni de se factæ minimè annuit: vir quippe doctus erat , & pius , nec scrupulo fascinatus , sed timore Domini plenus,& conscientia recti operis decoratus. Qua de re, non absentes , vel audita scribentes , sed testem oculatum , ac veracem , audiamus sic loquentem. *Feria 4. ante cœnam Domini , Prior Cantuariensis , & aliæ personæ honestæ , venerunt , ad sanctam Barbaram , in Episcopatu Lexouiensi , ad Regem Henricum , & Legatos Romanos , Albertum & Theodericum ; & elegerunt Rogerum* , Abbatem Becci , *ad Archiepiscopatum Cantuariensem : ille verò prætendens infirmitatem suam , noluit acquiescere electioni eorum.* k Id autem refert ad ann. 1173. juxta antiquum calculum:sed secundum recentiorem annorum supputationem , ann. 1174. pro vt obseruat alius grauis Author, Polydorus virgilius, hisce verbis. *Eodem anno , qui fuit salutis humanæ 1175. Richardus , ordine Antistitum, 39. Cantuariensis Archiepiscopus creatur. Fuit ante eum electus , Rogerius Abbas Beccensis , qui eam dignitatem recusauit ; id quod ambitiosi homines , eius socordiæ potius , quàm sapientiæ assignarunt : adeò difficile est placere vulgo, qui omnia honesta tantum vtilitate metitur.* l Eadem testatur Episcopus Arboretanus. m

h *Parisius in Histor. Anglor. ad ann. 1173.*
i *Vvestmonasteriensis lib. 2 flor. Histor. Angl. ad ann. 1173.*
k *Robertus de Monte in Appendice ad Chronic. Sigeberti ann. 1173.*
l *Polydorus lib. 13. Histor. Anglor. ad ann. 1175.*
m *Cœnalis Tom. 3. Hierarchiæ Neustriæ in Catalog. Abbat. Becci.*

Porrò , 14. Calend. April. in media quadragesima, Dominica , qua cantatur *Lætare Hierusalem* : ann. 1178. juxta morem nouum, Dedicata est Ecclesia S. Mariæ V.
Becci , à Lanfranco , primùm dedicata (præsentibus, Henrico , Anglorum Rege, patre , & Henrico Rege filio) à Rothrodo , Rothomagensi Archiepiscopo , Henrico. Bajocensi : Richardo , Abrincensi : & Ægidio , Ebroicensi , Episcopis , præsentibus. Ad dedicationem verò majoris altaris , obtulit Henricus Rex , per Castellanum suum, redditum annuum centum librarum Andegauens. in molendinis de *Robec* , apud Rothomagum : Hoc domum patris confirmauit Henricus Rex junior , astans ibi , per oblationem annuli sui. Statutum est autem ab Archiepiscopo , ac cæteris , Episcopis , & Abbate : vt numquam anniuersarium ipsius Dedicationis , in quadragesima fieret , sed semper celebraretur feria tertia post octauas Paschæ. n

Denique, mortis debitum exoluit Abbas Rogerius, ann. 1179. cùm rexisset stre- VI.
nuè ac Religiosè monasterium ann. 30. & mensibus tribus , o die 25. Septemb. p Sed illic mendum irrepsisse arbitror : magisque testi oculato assentior, cujus veridica depositione discimus, quæ subsequuntur.
,, **Anno 1180.** Obijt Rogerius Ab-
,, bas Becci , vir religiosus & honestus , & litteratus , & timens Deum. Nullus
,, prædecessorum suorum , excepto Sancto Herluino , primo Abbate , tanta fecit
,, in Becco monasterio, quanta ipse. Ecclesia siquidem ferè tota, ædificata est tem-
,, pore suo , & Dedicata : cujus pulchritudini nulla æquatur in tota Normania.
,, Fecit cameras cum caminis , vnam super alteram , ad susceptionem hospitum &
,, personarum. Fecit etiam domum infirmorum ingentis pulchritudinis & magni-
,, tudinis. Meliorauit dormitorium , in macerijs , in vitreis , & coopertùra. Fecit
,, & aquæductum , per quem adduxit fontem pulcherrimum de longinquo , qui di-
,, uiditur per officinas monasterij. Fecit & Concham pulcherrimam , ad recipien-
,, dam aquam ; & tectum desuper ædificauit. Maximam summam pecuniæ dedit
,, Roberto , Comiti *Mellenti* , pro mercato , quod fecit in villa Becci. Tempore
,, ipsius assumpti sunt de Beccensi Ecclesia, duodecim Abbates , ad regimen Eccle-
,, siarum ; quorum ego , qui hæc scribo , secundus fui. Rexit autem monasterium
,, Beccense , triginta vno anno, decem diebus minus. Catharrico autem impedien-
,, te in fata cessit. q Ex quo clarè deducitur Rogerium obijsse , ann. 1180. mense Iunio , vel Iulio : juxta tempus suæ electionis , vel Benedictionis superius assignatum , plures de eo egerunt. r

n *Chronicon MSS. Becci.*
Robertus de Monte, sup. ad ann. 1178.
o *Idem Chronicon Becci.*
p *Catalogus Abbat. Becci, MS. ex Schedis Abbatiæ Bernaicens.*
q *Robertus à Monte , ann. 1180.*
r *Codex Thuanus MS. Cœnalis , & Gallia Christiana , sup.*
Antiquitates MSS. Norman. sup.

S. Osbern.

8. *Osbernus.*

VII. Præfato Rogerio, successit hic Osbernus, monachus Beccensis, cùm esset Prior Bellimontis Rogerij; vir summæ prudentiæ, religiosæ & honestæ vitæ; qui ann. 1187. animam Deo reddidit: [f] Rexit autem Monasterium Beccense, annis 7. & mensib. vndecim: [t] (tantum spatium decurrit, à mense Iunio, vsque ad mensis Aprilis, 23. quo, vitam finiuit) ann. 1188. juxta nouum calculum: qui tamen adhuc dicebatur, ann. 1187. secundum ritum veterem. Memoratur pro rebus Abbatiæ de *Valacia*, ad ann. 1185. [u] Itemque apud Antiquitates MS. Normaniæ, sup. eod. ann. sepultus fuit in capitulo, ad pedes tumuli, D. Herluini, Abbatis, illius loci fundatoris.

f Chronicon MSS. Becci, Robertus à Monte, sup. ann. 1180. & 1187. Canalis, sup.
t Cathalogus Abbatum Becci, sup.
u Vide in Valacia, cap. 3. §. 3.

9. *Rogerius 2.*

Ponè sequitur venerabilis Rogerius, 2. Abbas, ex Priore Becci: qui eam optimè gubernauit Ecclesiam, ann. 7. & mensibus duobus: diebus 4. Moritur autem ann. 1194. [x] Verùm si spiritum exhalauit 10. Decemb. [y] sequitur aliquem inibi irrepsisse errorem, vitio librariorum: dicendumque ipsum gubernasse ann. 7. & mensibus, non 11. sed 11x. (cùm prædecessor obijsset 23. Aprilis.) ad B. Herluini Abbatis pedes appositus: juxta Franciscum *Carreum*. [z]

x Chronicon MSS. Becci.
y Catalogus Abbatum Becci sup.
z In Epitom. Abbat. Beccens.

Nouem Abbates Beccenses dinumerantur; quorum facta præclariora describuntur: ex quibus, Richardus, ad Episcopatum Ebroicensem assumptus est.

CAPVT VIII.

I. NVNC superest; vt reliquorum Abbatum Beccensium, recto ordine, gesta pandamus & nomina.

10. *Vualterus.*

Hic, post triennium, resignauit curam Beccensis Monasterij; quo anno vita excesserit haud indicatur: defunctus tamen legitur, ann. 1197. [a] 22. Ianuarij. [b]

a Chronicon MS. Becci, paruum.
b Catalogus Abbatum Becci, ex Schedis Abbat. Bernaij.

11. *Hugo, ceu Odo.*

Ex resignatione præcedentis, cùm Prior esset *Prati*, juxta Rothomagum; præfuitque huic Abbatiæ Beccensi, anni dimidio, cum tribus mensibus & tribus hebdomadibus: & migrauit à sæculo apud Pratum, sup. ann. 1198. [c] die, 16. Maij. [d] Sepultus in capitulo Becci juxta pedes, D. *Herluini*, Abbatis.

c Chronicon MS. Becci.
d Catalogus sup.

12. *Vuillelmus 2.*

II. Anno 1199. Mathæus, comes Bellimontis super Isaram, & Alienor eius vxor, fundauerunt Ecclesiam de *Layo*: postea verò, ann. 1208. tertio nonas Iulij, Guillelmus, Abbas Becci perrexit apud *Layum*, rogatu dicti Comitis, ibique conuentum instituit de Monachis Beccensibus, quos secum adduxerat, tam de Congregatione Becci, quàm de *Confluentio*; quo anno dictus Comes mortuus est, & in illa Ecclesia sepultus. Guillelmus verò Abbas moritur 14. Calend. Octob. ann. 1211. cùm præfuisset cœnobio Beccensi annis 13. mensibus duobus, & duabus hebdomadibus, vno die excepto. Iacet in capitulo, juxta sepulchrum Guillelmi 1. Abbatis tertij. [e] in dextra parte D. Herluini, Abbatis: de quo hic versus inspicitur illic exaratus. *Alter Vuillermus jacet hic Abbas duodenus.* De eo etiam hæc subsequitur carta. *Vniuersis* sanctæ matris Ecclesiæ filijs præsentem paginam inspecturis;

e Chronicon, & Catalogus sup.

Vvillelmus, Dei gratia Abbas, totuſque Conuentus Becceníis Eccleſiæ, Salutem in Domino. Cùm tanta ſit latitudo charitatis, quòd etiam vſque ad inimicos ſe debeat & ſoleat extendere, eam inter ſe religionem profeſſi ſpecialiùs debent cuſtodire, & ad inuicem, alter alterius onera charitatiuè portare, ſuæque paci & quieti, verſa vice, prouidere. Ea propter nos Canonicorum de *Bello-loco* honeſtatem & religionem attendentes, eorumque idemnitati & quieti in poſterum prouidere cupientes: ratam habemus & acceptam emptionem quam fecerunt apud *Mellentum*, de quibuſdam vineis in feodo noſtro conſtitutis, ſcilicet; de vinea Thomæ de *Gardin*, in qua continetur vnum arpentum & dimidium. De vinea Radulphi de *Giſors*, in qua continentur tria quarteria. De vinea *Laurentij*, in qua ſimiliter habentur tria quarteria. Has vineas dictis Canonicis, de nobis tenendas liberè & quietè concedimus, & preſenti ſcripto confirmamus, ſaluo omni jure noſtro, & redditibus ac conſuetudinibus, quas de illis vineis, & pro illis annuatim percipere debemus & ſolemus. Anno gratiæ 1203. ex Codic. MS. Belli-loci, pag. 305.

13. *Richardus de S. Leodegario.*

Erat tunc Iuſtitiarius prædicti loci; quando electus eſt communibus omnium vo- III.
tis, ſexto Calend. Octobris: & 4. Calend. eiuſdem menſis, præſentatus Philippo, Regi Franciæ; & ab eo humaniter acceptus: Calendis Octobris, ab Archiepiſcopo Rothomagẽſi, in Eccleſia Metropolitana, eſt Benedictus, ann. 1211. [f] Exindè ann. 4. poſtquam prædictus Richardus Abbatiam ſuſcepit regendam, ſcilicet, ann. 1214. aliàs 1216. cœpit renouare, & reædificare Eccleſiam, quæ tempore Vualterij Abbatis, pro magna parte corruerat. Igitur jactis fundamentis, ipſe primum poſuit lapidem, circumſtante Conuentu, procurante Ingelranno, magiſtro operis B. Mariæ Rothomagenſis, Eccleſiæ Metropolitanæ; quiquidem Ingelramus viriliter agens, opus incœptum primo anno, cum magna virtute ædificauit, & frontem Eccleſiæ, & nauem in longitudinem auxit, & duabus turribus mirificè adornauit. Sed cùm poſtea remiſſius operaretur, hoc videns Abbas, opus commiſit Vvaltero de *Mellento*, qui tertio anno opus veteri exæquauit, cum turribus: & omnia plumbo contexit. Inſuper, & plurimas villas, ſeu Domos ad monaſterium pertinentes: aut de nouo extruxit, aut earum ruinas reparauit. Memoratur autem in carta ſubſequente. *Omnibus* Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Richardus, Dei gratia, Abbas Becci, ſalutem in Domino. Ad vniuerſitatis veſtræ notitiam volumus peruenire, quòd nos intuitu charitatis, conceſſimus Priori & Canonicis *Belli-loci*, donum vineæ in *Cingula* apud Mellentum de feodo noſtro, quod fecit eiſdem Herueus de *Gadencort*, in eleemoſynam liberè & quietè perpetuò poſſidendam, ſaluo nobis redditu, quem in eadem vinea percipere ſolebamus. Et vt hoc firmum & ſtabile perſeueret, præſens ſcriptum ſigilli noſtri teſtimonio duximus roborandum. Actum anno gratiæ, 1220. Ex Codic. MS. *Belli-loci*, pag. 304. Demùm Richardus Abbas, electus eſt in Epiſcopum Ebroicenſem, 16. Calend. Septemb. ann. 1223. [g]

f *Chronicon ſup. Catalogus ſup.*

g *Ibid.*

14. *Henricus, de S. Leodegario.*

Vir vitæ venerabilis, & claris ortus parentibus: qui cùm Prior eſſet ejuſdem lo- IV.
ci, Abbas eligitur, benedictuſque fuit ab Archiepiſcopo Rothomagenſi, Theobaldo 5. Calendas Auguſti, ipſe Dormitorium nouum extruxit: & aquæ ductus fontium, in Monaſterij munditiem, manare fecit. [h] Notatur, ad ann. 1230. pro Abbatia vticenſi. [i] Porro, migrauit ad Dominum, in vigilia S. Ioannis Baptiſtæ; & die ſequenti traditur ſepulchræ, in capitulo eius loci ad pedes Herluini: præſentibus omnibus, ordinis Becceníis, tam ciſmarinis, quàm tranſmarinis Prioribus, qui illuc conuenerant, vt intereſſent capitulo generali, eo die ſeſſuro: anno 1247. [k]

h *Chronicon ſup.*

i *Ex Cartulario Vticenſ.*

k *Chronicon & Catalogus ſup.*

15. *Robertus de Claro-Becco.*

Igitur prædicti Priores, vnanimi omnium conſenſu, ipſum elegerunt Robertum, V.
in feſtiuitate B. Mariæ Magdalenæ, in Abbatem Beccenſem: virum ſanè in ſpiritualibus

libus & temporalibus circumſpectum: tunc Vineatorem Becci in Francia: qui receptus ab Hugone de *Piſa*, Decano Rothomagenſi, nomine capituli, ſede tunc vacante, per mortem Odonis Archiepiſcopi, quondam Abbatis S. Dioniſij, Benedictus eſt Rothomagi, ab Epiſcopo Ebroicenſi, in die natalis Virginis Mariæ. Porrò, ann. 1250. die Dominica ante feſtum S. Michaelis, apud *Confluentum*, tranſlatum fuit corpus S. Honorinæ, in capſam argenteam, tempore, prædicti Roberti Abbatis, & Guillelmi de *Breethot*, Prioris de *Confluento*, præſentibus Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Epiſcopo Pariſienſi, vnà cum dictis Abbate & Priore, de licentia Innocentij IV. tunc Lugduni exiſtentis, regnante Ludouico IX. tunc in terra ſancta peregrinante, & Blanca, matre Regni moderamen habente. Poſtmodum verò, ann. 1256. S. Ludouicus Rex, Beccum venit, in die Annuntiationis Dominicæ: qua die comedit in Refectorio, cum Baronibus, & omni ſuo Comitatu, D. Odone Rigaldo, Archiepiſcopo Rothomagenſi ad ſiniſtram, & D. Abbate Roberto, ad dexteram ſuam, cum alijs prælatis ſedentibus: & exindè Pontem-Audomari pergens, libertates Eccleſiæ Beccenſis confirmauit. [l] Memoratur hic Abbas ann. 1260. pro rebus Abbatiæ S. Andrææ *Goferni*. [m]

l *Chronicon ſup.*
m *Ex Cartulario Abbatiæ de Goferno.*

VI. Præterea, ann. 1264. idibus Maij, Eccleſia Abbatialis Beccenſis combuſta eſt cum omni Monaſterio, poſt completorium, ab igne villæ, ceu pagi Beccenſis; qui incipiens ab æde Præsbyterij, miſerabiliter conſumpſit totam villam & Abbatiam; Abbate interim apud Lexouias exiſtente ad capitulum generale. Nec infortunium ibi quieuit: nam, non multo poſt, eodem tamen anno, turris Beccenſis lapidea, quæ erat juxta cellarium, corruit; dictumque cellarium, & partem Eccleſiæ, conquaſſauit. Demùm, ann. 1265. Robertus Abbas, mortis ſomnum habuit, in nocte diei feſti S. Clementis, cùm rexiſſet Abbatiã, ann. 19. menſib. 4. & diebus quatuor, Becci ſepulturam nactus, propè tumulum, B. Herluini 1. Abbatis, cum hoc

EPITAPHIO.

Becci cœnobium, quindenum plange Robertum
Abbatem, cinxit te muris, teque refecit,
Conſumptum flammis, rebus ditauit & agris. [n]

n *Chronicon & Catalogus ſup. Vveſtmonaſterienſis Hiſtor. Angl. ann. 1265.*

Sub ipſo conſopitur jurgium, cujus meminit carta ſubſequens. *Vniuerſis* ad quos præſens ſcriptum peruenerit: Magiſter Symon de *Paris*, Canonicus Rothomagenſis, Godefridus de *Rupella*, Clericus, arbitri inter Religioſos viros, Abbatem de *Becco*, & Priorem de *Bello loco*, eorumque Conuentus, Salutem in Domino. Cùm dicti Religioſi in nos compromiſerint, ſuper decimis de feodis de S. *Cyrio*, *de Daubeu* & *Morin*, ſub forma in arbitro indè confecto pleniùs expreſſa, & poſt inquiſitionem à nobis indè diligenter factam, repertum fuerit, decimam de feodo de S. *Cyrio*, ad Canonicos de *Bello loco*, debere pertinere, per arbitralem ſententiam diffinitiuem, adjudicamus dictam decimam Canonicis ſupradictis, eam abjudicantes dictis Abbati & Conuentui. Et cùm inuentum fuerit per eandem inquiſitionem, decimam de feodo de *Daubeu*, ad memoratos *Beccenſes*, pleno jure, pertinere debere, dictam decimam per ſententiam diffinitiuam, eiſdem *Beccenſibus*, ſicut arbitri, pleniùs adjudicantes, eam abjudicamus Canonicis ſupradictis. De feodo verò *Morin* pro bono pacis, de conſenſu dictarum partium, ſic duximus prouidendũ: vt Abbas Beccenſis indè ordinaret, ſecũdum quod videret expedire & nos eius dictũ in hac parte acceptantes, vnà cũ dictis partibus pronuntiamus, ſecundum quod idẽ Abbas dictum ſuũ proferret. Verùm, idem Abbas ſuper hoc deliberatione præhabita, & habita conſideratione ad pacem, & voluntatem vtriuſque Eccleſiæ, diceret, de cætero duas partes decimæ dicti feodi *Morin*, de quo fuit in nobis compromiſſum: de cætero pertinere ad Eccleſiam *Beccenſem*, & tertiam ad Prioratum de *Bello-loco*: nos ſecum pro bono pacis, voluntatem & dictum ejuſdem diffinitiuè ſentẽtiando pronuntiamus, & ordinamus: quòd *Beccenſes* duas partes præfatæ decimæ percipiant abſque reclamatione, ſeu contradictione, & tertiam partem percipiant Canonici antedicti ſimiliter abſque contradictione & reclamatione: expenſis hinc indè circa contentiones factis omninò remiſſis. Et ne factum noſtrum, tractu temporis, apud aliquos reuocetur in dubium, & ad euidentiam rei geſtæ, vnà cum ſigillis dictarum partium, præſenti ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum

anno gratiæ, 1249. mense Augusti. Ex Codic. MS. *Belli-loci*, pag. 320.

16. *Ioannes.*

Successit, ex omnium consensu, vir venerabilis Ioannes, tunc Prior Becci, Benedictusque est, juxta Rothomagum, apud *Deivillam*, ab Odone Rigaldo Archiepiscopo, ann. 1265. in die S. Ioannis Euangelistæ: eoque recepto elegerunt monachi in Priorem Becci, Ioannem de *Plessis*, Priorem de *Holdelina*: sed morte præuentus, successit Vuillelmus de *Bogeriuilla*, tunc Prior *Prati*. Obijt tandem Ioannes Abbas, anno 7. sui regiminis, in festo SS. Nicasij, & Socior. & die 12. Octobris: sepultus in capitulo, ad caput, B. Herluini, primi Abbatis, ann. 1272. [o] Et eodem anno, Ecclesia Becci conjuncta est fraternitati Ecclesiæ Fiscanensi. VII.

o *Ibid.*

17. *Petrus de Camba, mendosè, ann. 1135.* [p]

p *Antiquitates MS. Normaniæ, pag. 218.*

Oriundus erat de *Camba*, juxta Beccum: tunc Prior *Eburemodionis*: ab eodem Odone Metropolitano Benedictus, ann. 1272. cui anno sui gubernij primo, die crastina cinerum, 15. Calend. Martij, ann. 1273. talis casus accidit. Quòd turris maxima, in medio Ecclesiæ Becci erecta, cecidit, & Ecclesiam ferè totam consumpsit; ita vt plus æstimatum sit damnum hujus excidij, quàm prædicti incendij; quia oportuit totum Præsbyterium funditùs euellere. VIII

De hujusmodi ruina factum fuit illud prouerbium, Gallica lingua sic decantatum:

L'an de grace mil deux cens,
Soixante & treize, virent gens,
La maistre Tour du Bec descendre,
Lendemain du jour de la Cendre
Entour Prime, fut la ruine;
L'œuure dessous n'estoit pas fine,
Pource la Tour se descendit,
Tout le chœur cassa & fendit,
De la Nef vne grande partie,
Cassa la Tour de l'Abbaye,
Mais Dieu mercy ce Roy cheri,
Oncques Homme n'y eust peri,
Ce fut en ce temps de l'Abbé Pierre,
Pource qu'en pierres abonda,
Sous ferme pierre la fonda.

Post quem casum, cœpit Abbas augere Ecclesiam & chorum; (inquit Chronicon MS.) & specialiter fecit fieri opus nouum miræ magnitudinis, ab eo loco, vbi camera thesauri incipit, ascendendo superius; & fecit fieri crucem Ecclesiæ, in qua erant pillaria miræ magnitudinis per quadrum, vt possent nouam turrim sustinere. Inceptũ est hoc opus ann. 1275. in quo primũ lapidẽ posuit Petrus ipse Abbas Becci; secundum, Abbas S. Catharinæ Rothomagensis; tertium, Vuillelmus, Prior Becci; & quartum, Almarius de *Mellento*, dictus, de Nouo-burgo: quiquidem Vuillelmus Prior, eodem ann. 10. Calend. Octob. defunctus est; cui successit Robertus de *Leone*, Prior de *Scoluis*: Scotus, quo in opere ædificando, prædictus Abbas, quamdiu vixit, diligentissimè intendit: [q] fit de eo mentio in quadam pacificatione cum cœnobio Lyrensi, ann. 1279. [r] Denique ipse Petrus Abbas, ann. 1281. circa vesperas, in die omnium fidelium defunctorum, emisit spiritum, & sequenti die sepulturæ traditus, præsentibus, Episcopo Abrincatensi, & Abbate Bernaij; cùm rexisset monasterium nouem annis, & sex diebus. [s]

q *Chronicon sup.*

r *Ex Cartulario paruo Abbatiæ Lyrens. fol. 136.*

s *Chronicon & Catalogus Abbatum, sup.*

18. *Marius, ceu, Imerius de S. Imerio.*

In crastino diei festi S. Catharinæ Virginis & Martyris, monachi simul conuenientes vnanimiter elegerunt D. Imerium de S. *Imerio*, Priorem talis loci, virum idoneum, sobrium, & castum: qui confirmatus est in die S. Andreæ apud *Pontesiam*, in Prioratu S. Petri, Beccensis ordinis, à Domino Vuillelmo, Rothomagẽsi Archiepiscopo; & sequẽti die apud Parisius à Rege acceptus, deindè, die Dominica, secunda Aduentus, septimo idus Decẽbris, apud Fraxinos Archiepiscopi, ab eodem Vuillelmo Metropolitano benedictus est, & in Rothomago, die Lunæ, in Ecclesia Cathedrali fecit professionem consuetam, ac die sequenti Mercurij, apud Beccum solemniter receptus, ann. 1281. eo præstito juramento. Ego frater *Ymerius*, permissione Diuina, Abbas Monasterij B. Mariæ de Becco, de bona, & antiqua, IX.

qua,

qua, & approbata consuetudine hujus Monasterij: juro per Deum, & sanctos eius, & per hoc sacrosanctum Euangelium, quòd ego, tam per me, quam personas hujus Monasterij idoneas, Monasterium Beccense, & omnia eius membra, cum omnibus pertinentijs suis, tam in spiritualibus, quam temporalibus; ac omnium prædictorum jura, jurisdictiones, libertates, cartas priuilegia, consuetudines dicti Monasterij antiquas, & approbatas: ad honorem Dei, & vtilitatem dicti Monasterij, benè & fideliter, de toto posse meo, procurabo & seruabo: custodiam & deffendā. Sic me Deus adjuuet. *Eodem anno*, Abbas Ymerius in Angliam transfretauit, pro negotio & rebus Ecclesiæ suæ disponēdis; quibus expletis ab ea recessit, & in Galliā redijt, receptusque fuit apud Beccum, ab omni Conuentu suo. 8. Calend. Maij, ann. 1282. circa quod tempus, cum quæstio moueretur apud Beccum, post præfatum incendium & ruinam, vbi corpus piæ memoriæ D. Mathildis Imperatricis jaceret; inuentum fuit ante sedem majoris altaris, interclusum in quodam corio bouino. Idem Abbas Ymerius, præ cæteris prædecessoribus suis, legitur capitulum generale quolibet anno frequentasse, & ibi multas Constitutiones salutares instituisse, præcipiens suis litteris, vt cuncti Priores conuenirent ad illud capitulum generale apud Beccum, in vigilia S. Ioannis Baptistæ, quolibet anno celebrandum. Præterea, singulari studio, diligentia & sagacitate institit operi & ædificationi fabricæ nouæ Ecclesiæ, quæ post ruinam, incœpta fuerat, tempore prædecessoris sui, Petri Abbatis; locauitque prædictum opus cuidam latomo, magistro *Roberto de fonte*, ad construendum prædictum opus vsque ad tecturam. Tempore etiam suo, viriliter tractauit negotia Ecclesiæ, custodiendo, deffendendo, & procurando, jura, libertates, immunitates, & priuilegia Ecclesiæ Beccensis, tam in Francia & Normania, quàm in Anglia, & Vvallia: Qui tandem cum strenuè & laudabiliter rexisset monasterium annis fermè 23. diem clausit extremum, ann. 1304. die 15. Nouemb. sepultus est in capitulo, juxta caput D. Herluini primi Abbatis. [t] Sub hoc Abbate, ann. 1285. obijt: Robertus de *Freone*, Prior Becci, cui successit, frater Vvillelmus de S. Clodaldo, tunc Prior S. Petri de Pontœsia, ex eod. Chronico Becci. [t] *Ibid.*

Septem alij Abbates Beccenses conspiciuntur: vnà cum præcipuis eorumdem gestis, inter quos Gaufridus 1. fit Episcopus Ebroicensis: Ecclesia Becci solemniter Dedicatur: & Abbatibus Beccensibus, insignia Pontificalia deferendi facultas ab Apostolica sede conceditur.

CAPVT IX.

I. COMPLVRES adhuc nobis prostant Cœnobiarchæ Beccenses; de quibus nunc agendum est. Auctor Antiquitatum MSS. reponit ad ann. 1315. quendam Syluestrum, Abbatem, sed perperam.

19. Guillebertus de S. Stephano.

Die sequenti festum S. Luciæ, ann. 1303. ceu, 1304. præsidente in capitulo Beccensi, Guillelmo de *S. Paterno* Priore; præsente toto Monasterij Conuentu, vnà cum Prioribus Prioratuum ab ipso dependentium, ad hoc vocatis, electus est vir discretus, *Guillebertus* præfatus, tunc Granatarius Becci; & postea receptus, ac benedictus. Hic rexit Cœnobium, per spatium 22. annorum, & 8. mensium: quibus perfecit opus nouum Ecclesiæ, incœptum tempore D. Petri *de Camba*, Abbatis, prædecessoris. Testis adest ann. 1311. in causa Abbatis Fiscanensis, sup. pag. 249. Dedit ipse Guillebertus Monasterio, pro Anniuersario faciendo, quolibet ann. 20. libras Turonenses percipiendas super præfectura Becci. Obijt quippe 24. Augusti, die S. Bartholomæi; sepultusque est in noua Capella

B. Virginis Mariæ Deiparæ, retro chorum, ante altare an. 1327. [a] ita enim legitur super eius tumulum. *Hic iacet* Domnus Gilbertus 19. Abbas huius cœnobij; qui obijt nono calend. Septemb. ann. Domini 1327. Anima eius requiescat in pace.

a Chronicon MSS. Becci, paruum & Cathalogus Abbatum Beccens. sup.

Vos qui transitis, memores mortis, rogo, sitis,
Quò sum, vos eritis, pro me rogitare velitis.

20. *Gaufridus Faé.*

Successit, tunc Prior de *Prato*, iuxta Rothomagum, existens; electus Abbas in festo Decolationis S. Ioannis Baptistæ: postea confirmatus & benedictus, qui postquam præfuisset octo ferè annis, assumptus est in Episcopum Ebroicensem ann. 1334. nusquam tamen propter dignitatem Episcopalem, omninò dimisit habitum monachalem, Becci, sed semper vsus est vestimentis albis, & præcipuè cuculla alba, desuper omnia vestimenta alba. [b] Eminentissimus Cardinalis Baronius fecit fieri picturas de S. Benedicto, & S. Gregorio I. Pap. vbi monachi, non nigris, sed albis vestibus sunt induti: eo quòd ipse Cardinalis opinetur S. Gregorium, alterius Ordinis fuisse, non Benedictini. Tom. 7. Annal. ad ann. 581. §. 10. [c]

b Ibid.

c Pancirola in descriptione vrbis Rom. Regione 9. Ecclesi. 31. quæ est S. barbaræ.

21. *Ioannes 2. de Grengijs.*

Igitur, ann. 1335. die iouis ante festum S. Ioannis Baptistæ, scilicet 23. Iunij, per Resignationem Domini præfati Gaufridi *Faè*, qui ad Ebroicensem transmigrauerat Episcopatum; præsidente in capitulo Becci, fratre Ioanne de *S. Melanno*, Priore, vnà cum Prioribus ordinis Becci, electus est in Abbatem iste Ioannes, tunc Iustitiarius Becci: qui hoc cœnobium piè & laudabiliter rexit, annis 15. & mensibus octo. Huius tempore, ann. 1340. die 15. April. obijt venerabilis D. Gaufridus *Faè*, Abbas 20. Becci, & postea Ebroicensis Episcopus; qui Beccum delatus, sepultus est in sinistra parte chori Ecclesiæ Abbatialis; pro vt patet per eius sepulturam illic existentem. Præterea, quidam Religiosus, nomine Guillelmus *de Mara*, aliàs, *Loeson*, Granetarius Beccensis, in capitulo generali, per dictum Ioannem Abbatem celebrato, obtinuit ab eodem Abbate, quatenus Monachi claustrales Beccenses, decem libras Turonenses annui redditus perciperent, super redditibus officij Granetariæ, in festo Assumptionis Virginis: ea conditione, vt Antiphona *Salue Regina*, cum oratione, ab ijs claustralibus, in honorem virginis, quotidiè post completorium, decantaretur. Quo tempore, initium quoque sumpsit; illa missa *de Beata*; quæ dicitur quotidiè pro congregatione Beccensi, in qua accenduntur 24. cerei, [d] fundata ex eleemosyna D. Mariæ de Hispania, comitissæ de Alenconio & de Stampis ann. 1345. II.

d Chronicon sup.

Curauit etiam idem Abbas, vt noua Ecclesia Beccensis dedicaretur: ita enim legitur, *Anno* 1342. quinto decimo septemb. Pontificatus sanctissimi patris, Clementis Papæ VI. ann. 1. Regnante Philippo Francorum Rege, sub Abbate, Ioanne *de Grengijs*; Dedicata fuit Ecclesia Becci, à R. Ioanne, Abrincatensi Episcopo, in honorem B. Mariæ Virginis, & omnium sanctorum; præsentibus in Christo patribus DD. G. Lexouiensi; Ioanne, Papiensi: Episcopis: & Abbatibus, scilicet, de Fiscano, de S. Audoeno, de Cadomo, de S. Ebrulfo, de Gemeticis, de S. Vvandregesilo, de S. Georgio, de Blanguernilla, de Bernayo, de Cormelijs, & de Pratellis, de Grestano, de S. Catharina propè Rothomagum, de S. Victore, & de Corneuilla: ac Prioribus de S. Barbara, de S. Maria de Parco, propè Haricuriam, [e] de Friardello: & nobilibus viris DD. Ioanne *Malet*, Roberto de *Nouoburgo*, Ioanne de *Ferarijs*, G. de *Friardello* R. de *Tournebus* militibus: cum pluribus alijs militibus, ac viris Ecclesiasticis, & sæcularibus, in die tali exultantibus; Et eadem die, consecratum fuit altare in Capella Prioris, in honorem S. Benedicti; & in Capella, quæ dicitur esse Sacristæ, in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, altare fuit consecratum ab Episcopo Lexouiensi: Altare verò Capellæ, quæ dicitur de *Ferarijs*, in honorem S. Ioannis Baptistæ: In Capella sequenti, in honorem S. Mauri: & in alia sequenti, in honorem S. Martini, quæ dicitur Subcelerarij: in capella verò Camerarij, à D. Ioanne Papiensi Episcopo, Altare in honorem III.

e Idem.

norem S. Stephani protomatyris. Item die lunæ sequente, consecrata fuerunt duo altaria de reuestiario, vnum in honorem S. Nicolai & Brandani; & aliud in honorem S. Ioannis Euangelistæ, & S. Aniani Episcopi, à prædicto Papiensi Episcopo. Item, Altare B. Mariæ Magdalenæ, & B. Honorinæ virginis, in Capella eleemosynarij ab eodem Papiensi Episcopo. Ad vltimũ ann. 1350. die 19. Febr. vitæ lumina clausit ipse Ioãnes Abbas, sepultusque est sequenti die, in Capella noua B. Mariæ Virg. Deiparæ, retro chorum, iuxta Tumulum Guilleberti 19. Abbatis, cum hac

EPYGRAPHE.

Concilia nato genitrix hunc alma beato;
Ponatur in cœlis hic, qui fuit corde fidelis.[f]

f Idem & Catalogus Abbatum sup.

22. Robertus 2. de Rotis, aliàs, Couroye.

IV. Fuit Doctor in Decretis, cuius tempore, anñ. 1356. post cladem Pictauensem, vbi Ioannes, Rex Galliæ, ab Anglis captus est, Ludouicus de *Haricuria*, Normaniæ Gubernator generalis, jussit, nomine Regis, vt Ecclesia Abbatialis Beccensis, quæ nuper dedicata erat, penitùs euerteretur, aut saltem aggeribus muniretur, in patriæ tuitionem. Quapropter oportuit eam munire cum capitulo adiacenti; & capellas circa chorum, & alias aperturas, lapidibus obstruere, ipsumque capitulum, cum turribus, propugnaculis circundare: propter quod oportuit demoliri quandam partem dormitorij, & tria latera claustri; oportuit etiam Religiosos dimittere dormitorium, & eos, partim pausare infra Ecclesiam, supra Reuestiarium: cœteros, scilicet, officiarios, & seniores, in Capellis, extra chorum: & ipsa Ecclesia omninò occupata fuit, tugurijs & rebus ibi repositis, ad conseruandum, ab omnibus vicinis, insuper & de redditibus Monasterij, fiebat solutio stipendiorum militarium: quæ omnia maximum damnũ Monasterio attulerũt. Denique & ipse Robertus Abbas, die 1. Septemb. obijt: [g] seu Octob. [h] ann. 1361. sepulturã nactus in Capella B. Mariæ Virg. Rexit Monasterium an. 11. & mensibus quinque Multa contulit pro translatione, ceu ædificatione noui Conuentus Pontœsiæ, „ *Fratrum minor.* Collatis (inquit Gonzaga) intra eiusdem ciuitatis mœnia à „ pijssimis, vterinis fratribus, ac Pontisarensibus ciuibus, Ioanne juueni, Roberto, „ atque Guillelmo, quibusdam domibus: annuenteque Innocentio Pont. max. „ ac Carolo V. Gallorum Rege, & Roberto Becci-Helouinij, in Normania Abba- „ te, quibusdam iuribus ad se spectantibus sponte cædentibus, biennio sequenti, nempe ann. Domini, 1360. præsens Conuentus, à fratribus ædificari cœpit. [i]

g Idem Chronicon sup. Catalogus sup.
h Gonzaga 3. Part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Pontœsiæ qui est 4. Prouinciæ Franc. Parisiens.
i Necrologium Cormeliens. Abbat. 10. Iunij.

23. Guillelmus 3. de Beuseuilla, dictus Popeline.

Vir extitit magnæ prudentiæ & probitatis ac bonitatis & religionis. Nam inter extrema bella, per benignitatem & largitatem ipsius, cœnobium liberatum est à multis aduersis & periculis. Obijt die 2. Maij, anno 1388. sui regiminis, anno 27. sepultus in Ecclesia Beccensi, ante altare SS. Nicolai & Catharinæ in Reuestiario.

Epitaphium Guillelmi Abbatis.

Hic jacet in Tumba G. natus Beusequevilla
Becci, qui decem bis, & cum septem, constitit annis.
Abbas: quo plures vestiret, ociùs hinc tres
Fiunt Abbates; ac horum Parisiensis
Vnus Gauffridus, è cum Io. de Hors Gemeticensis
Esse finit, tandem Becci fit Pastor ibidem;
Electus Bis, jam fieri jubet hancque figuram
Guillermi zelo victi, telo vocis: Anno ann. 1388.

Bis septingento, sed Bis sex hinc remoueto. a. M4.
Luce Maij bina, cui cælos Christe propina.

Præfatus quippe bonus Pater, temporibus suis, Ecclesiam nobilibus Religiosis, quos vestiuit, dotauit; de quibus postea floruerunt, *Gaufredus*, dictus *Harenc*, Abbas Gemeticensis; *Vincentius* de Rothomago, dictus, de *Lieno*, Abbas Pratellensis. *Robertus* de Rothomago, aliàs, le *Tellier*, Abbas S. Ebrulfi: Ioannes de *Bouleya*, Abbas Cerasiens, quorum quidem fit mentio in præfato Epitaphio.

24. *Estoldus de Estouteuilla.*

Guillelmo successit præfatus *Gaufridus* de Paris, dictus de *Harenc*, tunc Prior de *Confluento*, vir magnanimus & acuti ingenij, Baccalaureus in Decretis: qui vnanimiter ab omnibus electus est, sed electio ad effectum perducta non fuit. Quidam enim *Estoldus de Estouteuilla*, prius Monachus Fiscannensis, tuncque Abbas Cerasij, authoritate Romani Pontific. regimen obtinuit Beccensis monasterij, vi & potentia armorum, vt dicebatur. Et iste fuit primus alienigena, qui ipsius obtinuit gubernium cœnobij, aliter quàm de gremio eius, à tempore fundationis: quod rexit ferè duobus annis & octo mensibus, cuius tempore, id Monasterium, quod bellis cessantibus, modicùm respirauerat: multis tamen debitis erga multos obligatum, in maxima erat necessitate, profecit de malo in peius: Ecclesiam enim, domos, officinas, & villas ad Abbatiam pertinentes, ruinis subjacere permisit, eo quod non nisi de pecunia cura illi esset. Ipse sibi arrogauit officium Thesaurarii: constituens ibi procuratorem sæcularem: quod à fundatione factum haud fuerat. Fiebant etiam quotidiè expensæ inæstimabiles, tam pro suo excessiuo statu, quàm occasione aduentus continui fratrum suorum, quorum alij erant Pontifices, alij Canonici, alii milites de domo Regia, qui omnes quotidiè ad dictum cœnobium conueniebant, magno cum comitatu. Ipseque Estoldus, petiit à summo Pontifice, quòd posset vti Mitra, annulo, & insigniis Pontificalibus: quod ei pro se tantum, non pro successoribus concessum est. Tandem nescio quo fato, fuit vocatus ad regimen Monasterii Fiscannensis, vnde prius fuerat Monachus. Quò pergens Beccensis supellectilis, paterarum, plumbi, voluminum exquisitorum, capparum, mobiliumque reliquorum, euecta grandi sarcina; honore Beccensi neglecto, onere contentus festinat: miserumque sic monasterium, retro habitis negotiis, multis nominibus adstrictum, passim domibus neglectis, rebus spoliatum deserit, anno 1390. [x]

V.

x Ibid. Chronicon & Catalogus sup.

25. *Gaufridus 2. Harenc.*

VI.

Itaque, post discessum ipsius *Estoldi*, prædictus *Gaufridus*, rursus ab omni congregatione electus est, ac 22. die mensis Martij feria 3. ante Ramos palmarum, magna cum lætitia & gaudio exceptus, in Beccensi Monasterio; omnibus fausta illi acclamantibus præjubilo: *Noel*. In primo igitur aduentus sui ann. scilicet, 1390. fecit fieri 40. cameras in antiquo Dormitorio; vbi postea conuenere Monachi, qui occasione Bellorum Dormitorium suum fecerant super Reuestiarium, ipso etiam ann. nouitios, 15. induit veste Monachali. Deindè sanctum curauit renouare Templum; extrustasque in eo domunculas ad loci munimentum, erectumque in ingressu sacelli B. Virginis murum, ejecit, vitreasque fenestras per Templi circuitum, electa maceria, qua Capellæ obstruebantur, restituit: claustri etiam tres partes dirutas renouauit; capitulum expurgauit, & Refectorium redintegrauit: clibano, molendino, & alijs rebus (aliàs propter munimenta facienda solo æquatis) reparatis omnibus, restitutoque pristino decore; jussit, vt deinceps sacrum, quod singulis diebus in honorem B. Virginis, dicitur, celebraretur (vt ante Bella solitum erat) in sacello B. Virginis eiusdem Mariæ Deiparæ. Insuper, exonerauit Monasterium de 100. libris redditus, quas quidam vocatus Petrus de *Veules*, aliàs, *Poutrel*, habebat ad vitam suam, super decimas & terras de *Caleto*. Præterea, manerium, & redditus de *Quevilly*; quæ inuadiata erant Geruasio *des Saulx*, ad vitam,

solutis 800. libris Turonensib. exemit. Et in ijs, expendit summam pecuniæ maximam: quam nuper ex obitu parentum acquisierat. Plures etiam redditus & prædia, suo tempore, acquisiuit: jura etiam, libertates, & immunitates Monasterij viriliter defendit, tam contra nobiles, quàm ignobiles; præsertim contra mercatores piscium, qui recusabant afferre ad coquinam Monasterij pisces, antequam eos in foro exponerent: & quod majus est, deinceps cœnobium, hostium pateret incursionibus, valido muro, cum propugnaculis cinxit, illud. l — l Chronicon sup.

VII. Tanti viri fama ad aures Bonifacij IX. peruenit, qui in eius gratiam, Ecclesiæ Beccensi concessit: vt Mitra, Annulo, alijsque Pontificalibus insignijs, tam ipse Gaufridus, quam futuri Abbates vterentur. Denique Abbas Gaufridus, ann. 1398. iter arripuit peregrinationis vltra mare, in orientem, cum multis alijs ex Gallia & Normania: vt visitaret loca sacra, necnon & corpus S. Catharinæ in monte Sina. Cúmque jam rediret, incidit in morbum, ita vt neque pedester, neque eques incedere posset: oportuit autem vt ferrent eum in lectica, qui eum comitabantur. Cùm autem *Paduam*, ciuitatem Italiæ peruenissent: magno omnium dolore, mortuus est, 15. die Iunij, & in majoris ciuitatis Ecclesia sepultus. Ad quam vrbem, directus est postea monachus Beccensis, ann. 1399. qui omnium nomine, in memoriam tanti patris, mausoleum erexit, & solemnes exequias celebrandas curauit. m — m Idem & Catalogus, sup.

Quinque reliqui Abbates Religiosi Beccenses connotantur: quorum tempore, cœnobium Beccense, ob Bella, inter Gallos Anglosque, exorta, grauia quæque pertulit.

CAPVT X.

I. QVID in Abbatia Beccensi, hisce turbulentissimis bellorum temporibus, acciderit, subsequentibus Archimandritis, paucis aperiendum est.

26. Guillelmus 4. de Annullaribus, dictus, de Valle.

Audita prædicti Gaufridi morte, statim, die 17. Iulij, ann. 1399. omnium consensu monachorum, necnon & Priorum Prioratuum de Ordine Becci, Abbas, Canonica electione præuia, renuntiatus est ipse Guillelmus, tunc Prior claustralis Beccensis: qui postmodum à Reuerendissimo Guillelmo de *Vienna*, Rothomagensi Archiepiscopo, in die Translationis S. Stephani, Prothomartyris, die 3. Augusti, Benedictus: & in festo S. Bartholomæi apud Beccum receptus. Vir fuit magnæ virtutis, castus, modestus, omnique morum probitate ornatus: cœnobio præfuit ann. 18. & mensibus quinque. Hic, tempore suo, Feudum de *Feugereto*, & de *Bosleyo*, apud S. Martinum de *Parco*, acquisiuit. Similiter & Feodum de *Calnomonte*, apud *Pontem-Antonij* situm; apud *Roufferiam*, *Fœdum de Menillo-Iosselim*: apud *Saluauillam*, Fœdum *Grandin*, & de *Bosco*: apud *Pommereux*, Fœdum Henrici de *Cronchy*: & 20. libras annui redditus, quas Domina Ioanna la *Benoiste*, percipiebat super Fœdum de *Muys*, apud *Marbodium*. Acquisiuit etiam hospitium Parisijs, situm in vico S. Iacobi, & eo mediante Rex idem amortisauit. Exonerauit Ecclesiam illius 100. libris redditus annui, debitis Parisiensibus Carthusiensibus, & Collegio de Dormano. Insuper reddidit Ioanni de *Vadis*, ducenta scuta argenti, quæ prædictus Ioannes Abbati Gaufrido accommodauerat: item reddidit magistro militiæ Rhodiensi, 400. nummos aureos, quos ipse prædicto Gaufrido, in sua peregrinatione commodarat. Multis etiam alijs redditibus cœnobium reddidit expeditum. Itemque diligenter laborauit, in prædicta murorum & turrium clausura, cujus opus ita perductum est ad tantam perfectionem, quod videbatur multis, quasi inexpugnabile. a — a Chronicon MS, patrum Becci.

II. Anno 1415. mense Augusto, vigilia S. Laurentij Martyris, Henricus, Rex An-

Digitized by Google

glorum, applicuit in Normaniam, magno cum exercitu; & obtinuit oppidum de Harifluctu, idque muniuit militibus necessarijs, & statim perrexit Caletem: qua in via prœlium commisit cum Francorum exercitu, quem omninò prostrauit; & ex ijs multi cæsi sunt, vel captiui facti; post quam quidem Victoriam Rex transfretauit in Angliam, spolijs onustus; quo tempore, expensis monasterij, milites conducti sunt in custodiam eius. Iterum autem ann. 1417. Rex Henricus in Normaniam traiecit, apud *Tolcum*: & intra sex menses, inferiorem obtinuit Normaniam, excepto Monte S. Michaelis. Quo tempore, omnes fere habitatores circa Beccum, se, cum bonis suis, in fortalitium Beccensis cœnobij, receperunt, in tanta quantitate, vt proinde oportuerit illud munire, militibus, armis, & ijs, quæ ad victum sunt necessaria, expensis monasterii. Et tunc, consilio omnium destructa sunt omnia ædificia ipsius Abbatiæ extra propugnacula existentia: Aula, scilicet dicta, *la Male-maison*, Domus hospitum, Eleemosynæ Domus, & vetus B. Herluini Ecclesiola, ceu Capella S. Helluini: quæ maximum monachis attulere dolorem. Circa quod tempus Dominus Vuillelmus Abbas, ex huiusmodi incommodis valdè anxius, in morbum incidit, & ægrotauit per 4. menses, ingrauescente autem morbo, finem vitæ posuit die, 3. Ianuarii, ann. 1417. sepultusque est in choro, ante pedaneum. [b] eius

b Idem Chronicon & Catalogus Abbat. Becci, sup.

EPITAPHIVM,

Hic jacet exemplum bonitatis Regula morum,
Iustitiæ Templum, fidei vas, lux monachorum,
Guillelmus frater quondam de Valle vocatus,
Cœnobijque pater Beccensis, origine natus.
Ex Annillaribus satus Diœcesis Lexouiensis,
Abbas vigesimus sextus; quem flebilis ensis,
Funeris exhausit, vitalia, filaque rasit,
Nam nixus Christo, mundo migrauit ab isto
Anno milleno centum quater addeque deno,
Septem tunc terna Iani lucente lucerna;
Viuat sanctorum consors, super astra polorum.

Qui teritis tritis, similes eritis, benè scitis.
Quos pedibus teritis, precibus releuare velitis.

27. Robertus 3. de Becco.

Ex Becco oriundus, dictus de *Valle*, decretorum Doctor, tuncque Prior de *Prato*, iuxta Rothomagum, Electus est in Abbatem Beccensem, ann. 1417. iuxta antiquum calculum, sexto Februarij, die Lunæ ante cineres, ac postea benedictus, jussu Rothomagensis Archiepiscopi: sed propter bellorum discrimina, Anglorumque excursiones, Beccum venire noluit; sed secessit in partes Franciæ, apud Parisios, & Pontœsiam; ibique delituit, donec anno sequenti, Rothomagus & Regio adjacens, venit in potestatem dicti Henrici, Angliæ Regis. Interim, Thomas, Dux Clarentiæ, frater ipsius Regis, in Octauis Paschæ, obtinuit castrum Haricuriæ: deindè cum exercitu, Beccum venit, & obsidione cinxit fortalitium, illud, diuersis aggressionibus, diè noctuque per spatium vnius mensis, expugnando. Et quia ijs, qui intus erant, nullum allatum est subsidium, ex parte Gallorum, tradiderunt se in manus prædicti Ducis, in Vigilia Ascensionis Domini, ann. 1418. Ad cuius aduentum, maxima pars illius pagi combusta est; & in ingressu eius, omnia direpta sunt, quæ erant ibi ad custodiam, non parcentes rebus Monasterij: qui verò in hanc arcem confugerant, mox expulsi sunt. Paucis verò post diebus venit Anglus Rex ad Monasterium, ibique constituit ad custodiam arcis, 20. equites, cum sexaginta sagittarijs: qui omnes acceperunt prouisiones cœnobij, monachis inibi degentibus III.

gentibus nihil relinquentes. Et quamuis Religiosis nil de redditibus tunc obueniret, quia omnia temporalia Monasterij erant sub manu Regis, eo quòd ipse Abbas, nondum Regi Anglo fidelitatem præstiterat: cogebantur tamen ab ipsis militibus, ad ipsa stipendia soluenda: ideoque necessum fuit annonam, & omne frumentum vendere, quod collectum erat in horreis, quamuis haud sufficiens esset, ad conflandã ex eo pecuniam. Sicque tanta pressi sunt monachi tribulatione, vt vix explicari possit: & hoc vsque ad mensem Martij: quo tempore vrbs Rothomagensis, venit in potestatem Regis; itemque Verno, Rupes-Guidonis, & omne territorium Caletense. c

c *Chronicon. sup.*

IV. Tunc, prædictus Abbas venit Rothomagum, & die Dominica Septuagesimæ, quæ fuit in mense Februario, stetit coram prædicto Rege, eumque aliquandiu conferians, dilatum injuria temporum fidei Sacramentum jurat: quo mitigatus Anglus, clausos sua manu cœnobiales prouentus Abbati reddidit liberos, reuocatis stipendiarijs, quos illic statarios constituerat, relictis tamen nonnullis è signo Clarensi, qui jus suum tutarentur. Postridiè verò cinerum, magno omnium fratrum gaudio, Robertus Abbas Beccum venit. Quodquidem Monasterium, sapienter gubernauit, 12. annis, & tribus mensibus, tanto cum moderamine, vt omnium sibi conciliarit animos. Rothomagi, hospitium illud, quod dicitur. *Fontis-Hospitium*, propè vicum Iudæorum acquisiuit, spatiosum quidem, & Monasterio Beccensi, tempore bellorum, commodum: nunc extat in via vulgò, Beccensi, vocata, *la ruë du Bec.* d

d *Ibid.*

V. Porro, mense Februario ann. 1421. prodeunte molitore, ceu molendinario, sub aurora, introducti sunt Franci, in arcem Beccensem, Abbate & monachis nil eorum suspicantibus: tunc statarij milites Clarenses, repentinum Francorum ingressum cognoscentes, coguntur statim in validiorem turrim se recipere: cuius hodiè veteres ruinæ, ad Templi caput cernuntur, veloci autem nuntio Bernaij & Harcurij, statarijs sub noctem, in opportunum subsidium, per ejusdem posteriora trecentos introducunt. Galli breui gloria inflati, Turrim expugnare negligentes, cæde promptissima profliguntur. Furiosi tanta proditione Clarenses, aderant quippe juris Anglici tutandi causa, in Monachos culpam retorquentes, pluribus passim à se vulneratis, duos violenti gladio, ad aram transuerberant; officinas indè perlustrant, thesauri loca, ornamenta Templi, calices, capsam quoque, qua sanctissimum sacramentum reconditur, audaci manu rapiunt: insuper & sepulchrum D. Mathildis spoliauerunt: Abbatem ipsum cum Granatario, tanquam proditionis Authorem, vinculis subactum, Comes Sarisburiensis Rothomagum perducit; vbi per menses quinque, vinculis onustus, permansit in custodia, quo ad vsque proditorum ipsorum confessione obsolutus, liber euasit. e

e *Ibid.*

VI. Sequenti itaque Octobri, Episcopali benedictione, Beccensis reconciliatur Ecclesia; ob patratum illic nuper à Clarensibus homicidium; in qua pridie omnium sanctorum, collecti fratres solemne festum solemnibus frequentarunt excubijs. Rex autem (agnita Abbatis Innocentia) qui tum *Meduntæ* morabatur, dedit litteras ipsis monachis, quibus fas erat omnia bona sui Monasterij recuperare, si quæ possent reperire, à die fundationis: quia omnibus mobilibus exspoliata fuerat Ecclesia, quorum pars aliqua, sed minor, restituta est. Præterea, Rex præcepit, vt destrueretur arx, cum omnibus propugnaculis ipsius Monasterij: imò & ipsum Regium consilium decreuit, vt ipsa Ecclesia destrueretur, vt postea sola arx posset esse in præsidium Regi & militibus; sed diuino consilio mutatus est Rex; nam Domum Dei illæsam seruauit, arcem verò jussit solo æquari. Fortassis hæc ipsa tempora prænuntiauit venerabilis Abbas, B. Herluinus, quando post decessum suum, cuidam monacho Beccensi, qui dicebatur *Drogo*, quamuis decorus ornatu, tamen terribilis aspectu, & quasi tristis & anxius, apparuit ei, per obedientiam præcipiens: vt enixius Deum obsecraret, & alios fratres ad orationis præsidia inuitaret: quia Ecclesiæ Beccensi imminebat magna tribulatio, qualis à die fundationis antea non fuerat. Post prædictam Ecclesiæ reconciliationem, & ipsius arcis demolitionem, prædictus Abbas, rediens ad monasterium, cœpit domos aliquas reædificare: insuper, & pro temporis opportunitate, libertates Ecclesiæ defendere: sed cùm propter bellorum pericula, non auderet in cœnobio habitare, eum oportuit Rothomagi manere, pro securitate sua, & bonorum mobilium, quæ inibi

erant reposita. Tum demùm, multis afflictus ærumnis, Rothomagi, moritur, in hospitio, quod acquisierat, ann. 1430. die 4. Maij: cuius corpus Beccum translatum, intra chorum Ecclesiæ Abbatialis, juxta tumulum Guillelmi de *Annillaribus*, prædecessoris, & Auunculi sui, in sinistra parte sepultum est. [f] cum hac

[f] Idem Chronicon, Cathalogus sup.

EPYGRAPHE,

Hoc jacet in loco venerabilis atque disertus
Abbas, vocabulo, cui Vallis, sicque Robertus,
Is Decretorumque Doctor fuit, & via morum,
Auxiliante Deo fratres concorditer illum
Eliciunt, in eo ponentes mentis asylum,
Vnde fuit natus Becco, stans hic inhumatus,
Anno milleno centum quater atque trigeno
In Maij mense, quarta, mortis ruit ense,
Quisquis roget Christum, quòd cœlis collocet istum,
Ac ibi solamen sanctorum sentiat; Amen.

28. *Thomas de Frique.*

De Parœchia Becci exortus erat, & Prioris officio tunc fungebatur in cœnobio Becci, quando subrogatus est Abbas in locum Roberti demortui: quæquidem electio, die 9. Iunij, facta est Rothomagi, ann. 1430. (nemo enim propter bella & incursus hostium, audebat residere in agris) in Capella hospitij acquisiti per prædecessorem, est in Ecclesia Rothomagensi Metropolitana Benedictus. Quo tempore, propter inuasiones hostium, ipsum Monasterium pluries fuit spoliatum: redditus etiam diminuti sunt, eo quòd nullus auderet terram arare. Acquisiuit tamen Abbas, suo tempore. Fœdum in Parœchia S. Taurini, dictum de *Bosco*. Exonerauit hospitium Rothomagense, 40. libris redditus, quæ debebantur Ioannæ le *Bas*, ratione acquisitionis dicti loci: quod quidem hospitium Rex Anglus tunc etiam admortizauit: acquisiuit etiam à Guillelmo le *Grand* armigero quendam fœdum nobilem, apud S. Mariæ Ecclesiã situm. Transiit autem Abbas ex hoc mundo, ann. Domini 1446. die 5. Iulij: cùm præfuisset annis 16. sepultus juxta Abbatem Guillelmũ de Annularibus: cuius fuerat Capellanus, [g] prout sequens docet illius VII.

[g] Ibid.

EPITAPHIVM,

Iste locus tenuit corpus, virtute repletum,
Quem Tellus genuit Becci, Thomaque Friqueti:
Vita claustralis florens sub regula degit,
Subtraxit malis, sed Christo colla subegit,
Hinc Prior electus stultorum crimina texit,
Abbas effectus dignè cœnobita rexit.
Beccensis extunc vicesimus extitit ipse
Octauus, qua ter, addas, post occubuisse
Anno mileno centeno sicque quaterno
Mensis quintilis decimo quarto quoque sexto.
Parcat illi Deus, Amen.

29. *Ioannes 3. de Mota.*

Defuncto venerabili *Thoma*, successit, vnanimi omnium consensu electus, hic VIII
Ioannes

Digitized by Google

Ioannes de *Rothomago*, aliàs, de *Mota*, Sacerdos & monachus, in dicto cœnobio Beccensi expressè professus. Is ab ineunte ætate, futuræ probitatis specimen dedit. Receptus in Monasterio, statim studuit perfectioni; tum post professionem emissam, & susceptos ordines, commissa est ei administratio Prioratus de *Bello saltu*, Rothomagensi: deindè, S. Petri de *Cauchirco*, Ambianensi; postea, S. Mariæ de *Layo*, Beluacensi: ac demùm, S. Petri, de *Pontisara*: Rothomagensi. Cùm autem adeptus est gradum Baccalaureatus in Decretis, electus est in Priorem claustralem Becci; postea verò, ad prosequendam communitatem aliquando intentatam, per quemdam Cardinalem, occasione Prioratus de *Bellomonte Rogerij*: missus est Parisios, scilicet anno Domini 1434. quo tempore, administratio illi est commissa Prioratus de *Confluentio*; tuncque effectus est Doctor in Decretis, atque publicè docuit in vniuersitate Parisiensi. Tandem, ann. 1446. electus est in Abbatem Becci, (pragmatica sanctione minimè locum habente in Normania) atque benedictus per D. Rodulphum, Rothomagensem Archiepiscopum. In Regimine Monasterij, multa vsus est mansuetudine, omnibus affabilem se præbebat: Ab eo tamen tempore, quo electus est in Abbatem, semper tristitiam vultu præferebat. *Audiui quippe* (inquit author Chronici) *à fide dignis, eum nunquam hilarem fuisse: eo quòd, de suis, & suorum actionibus, rationem esset, æquissimo judici redditurus.* Migrauit in cœlum, ann. 1452. die 17. Nouembris, in domo Becci, apud Rothomagum: exindè autem Beccum delatus, sepultus est in medio chori, ad caput Guillelmi, 26. Abbatis. h Cujus

h ibid.

Epitaphium subsequitur.

Clarum Rothomagus gaudet genuisse Ioannem:
Et tantò Beccus patre carere dolet.
Iuris Parisius Cathedram per tempora rexit,
Fratres direxit moribus in meliùs.
Quem Rotho genere commendat, quem sacra jura,
Quem prælatura, subjacet in cinere.
Mille quater centum semi duplex I. funera signant,
Mensis & vndecimi septima dena dies.

30. *Gaufridus 3. de Hispania.*

IX. Nuncupabatur, Gaufridus de *Hispania*, cognomento, *Benedictus*, Prior de *Prato*, juxta Rothomagum: qui ann. 1452. die Mercurij quatuor temporum Decembris, omnibus in eamdem sententiam conuenientibus, electus est Beccensis Abbas: Deindè per Vicarios Archiepiscopi Rothomagensis, sede vacante, confirmatus & benedictus: ac demùm Regiæ majestati fidelitatis juramentum præstitit. Mansuetè admodum rexit monasterium ann. 24. Quippe, qui, vt ait Regula, omnium moribus seruiebat; in ceremonijs omnibus, ita se religiosè gerebat, vt omnes ad deuotionem alliceret. Totam nauim, & sinistram partem chori, pauimento strauit; eamque dealbare fecit, quia ex igne ibidem à populo facto, denigrata erat. Clausit ipsum vestiarium; in choro, quatuor Doctorum Ecclesiæ, imagines collocauit. Iuxta altare, ad læuam, posuit horologium: in quo sunt, quatuor Angelorum, totidemque Prophetarum; & quatuor Euangelistarum, figuræ: super quibus leguntur Euangelia, cum quatuor candelabris. Ante pedaneum, statuit effigiem Mosis, super quem leguntur Epistolæ; & in medio chori, figuram aquilæ. Fecit fieri crucem argenteam, de capsis monachorum decedentium, pondere 30. Marcarum, gemmis & Reliquijs ornatam; in qua sunt quatuor Spinæ coronæ Christi, & de vera Cruce: insuper & capsæ inclusit caput S. Blasij. Hæ omnes Reliquiæ ex Anglia à Monachis expulsis allatæ sunt. Duos fecit vrceos pro aqua Benedicta, & todidem aspersorios: Duas Capellas panni serici completas: vnam scilicet rubei coloris, alteram albi. Compleuit etiam Capellam de Carolis, inceptam à prædecessoribus. Præterea cappam, munitam circumcirca argento,

quam antiquitus domina Mathildis dederat Monasterio; quæ tractu temporis fuerat consumpta: deinde per D. Robertum de *Hispania*, patruum defuncti Abbatis, tunc Priorem de *Prato*, in pristinum statum restituta, & propter necessitates venundationi exposita, fecit instaurare: Capellā etiam S. Appolloniæ instaurauit. Denique perceptis Ecclesiæ Sacramentis, in fata concessit, ann. 1475. die 14. Maij, sepultus in Choro Beccensi, sub Tumba, quam, cum altera prædecessoris, viuus fecerat, [i] cum hac

i Ibid.

EPYGRAPHE.

Gaufridus Hispanus cognomen habens Benedicti,
Abbas Beccensis, Fratribus Helinocis
Electus; rectam morum vitaque beata
Seruari Normam temporibus studuit:
Cursum compleuit, vita pracluditur vsus,
Spiritus alta petit, corpus humusque tenet.

Sub hoc Abbate floruerunt, vir religiosissimus, verè homo pacis & dilectionis, D. Robertus de *Rothomago*, aliàs, le *Moyne*, Prior claustralis Ecclesiæ Becci, qui prius fuerat Prior in Ecclesijs de Confluentio, de Bellosaltu, & de Euremodio: ac demùm in Becco Prior electus; Item D. Ioannes de *Chambrenier*, Prior de Bello saltu, tunc sub Prior & Cantor Becci, ex eod. Chronico Beccensi, ad ann. 1467. & 1468. Hic terminatur Chronicon paruum Becci, MS.

Abbates Commendatarij Religiosis professis succedunt.

CAPVT XI.

I. IN hoc vltimo narrationis beccensis loco plura nobis se offerunt pertractanda: modò quidpiam de residuis ipsius Beccensis cœnobij Abbatibus Commendatarijs, breui compendio, dixerimus.

31. Ioannes 4. Bouquart.

Secularis Theologus, Abricensis Episcopus successit, qui tunc temporis, Ludouico XI. Regi Franciæ à confessionibus adstabat & eleemosynis: quiquidem fuit electus, siue postulatus, admonitione, & præcepto ejusdem Regis, in Abbatem Becci: qui inibi fecit fieri Beufredum, & Horologium. Idem Episcopus habuit quemdam, vocatum Magistrum *Ioannem le Marchand*, Vicarium eius in dicta Abbatia; quiquidem erat Decanus Ecclesiæ Abrincensis, vir magnæ intelligentiæ, & sagacitatis; qui habuit regimen & gubernaculum totius Ecclesiæ Becci, sub ipso Episcopo: qui tandem Episcopus se demisit de Abbatia, quam reposuit in manu religiosorum; videlicet, in persona Ioannis de *Hautot*, qui pro tunc erat Prior, claustralis Becci, sed demissio suum non est sortita effectum; eo quòd ipse Episcopus obierit, antequam confirmata esset à Papa. Defunctus est igitur hic Episcopus ann. 9. sui regiminis Beccensis, anno Christi 1484. & in sua Cathedrali Ecclesia sepultus. [a]

a Chronico Beccensi, ad ann. 1468.

32. Robertus 4.

Itum est denuò ad electionem; tunc liberam, & veram, in qua electus fuit D. Robertus de *Rothomago*, *Bapalmensis*, seu *Ebroicensis*, Prior de *Bellomonte*; vir religiosus, & honestæ conuersationis; qui extemplò ab Archiepiscopo Rothomagensi benedictus, regimen cœpit Abbatiæ, in qua incipiens à porta cœnobij multa reparauit at confecit necessaria. Deinde ipse se demisit de dicta Abbatia, super venerabilem II.

nerabilem Religiosum D. Guillermum de *Rothomago*, aliàs, *Guerin*, retenta magna pensione cum præsentatione beneficiorum. Sed facta illa demissione, & confirmata à summo Pontifice, ipse resignans haud diu vixit: moriens, anno Christi, 1491. ceu 1492. juxta varium supputandi modum, die, 22. Ianuarij, & Becci sepultus, hoc præfert (cum rexisset 7. annis, [b]) areæ tumbæ exaratum

b Continuatio Chronici, MS. Beccens. sup. Extat in Bibliotheca D. Seguieri, Franc. Cancellar. Catalogus Abbatum Beccens. sup. cum Schedis, Tumbis, & Epitaphijs Beccens.

EPITAPHIVM.

Contegit hac Tumba clarum virtute Robertum
D'Eureux, à puero Religione sacrum:
Tam grauiter qui se hìc Beccensi gessit in æde,
Vt quemque in laudes verterit ille suas.
Hinc fecere virum de Bellomonte Priorem,
Esset, vt exemplo fratribus ipse pater.
Is quoque Parisij meriti donatus honore est;
Vt potè, qui doctus, scit sacra jura patrum.
Ternum post Decades ternas decimum quoque lustrum,
Abbatem fratrum tota cateruа creat.
Huic ædi decus immensum, dùm fata tulere,
Extitit, æternùm viuat in arce poli. [c]

c Ibid.

33. Guillelmus 5.

III. Cognominatur, *Guerinus*, & *Garsay*; antea Prior S. Philiberti, & Capellanus prædicti Roberti demortui: qui Rothomagi Benedictus, vnde erat oriundus: ex Priore Claustrali Beccensi, apparatu solemniore in sedem Abbas admittitur. Multa dona aurea & argentea, necnon vasa sacra prætiosa, lipsanotheca, & vtensilia sanctis dicata piè contulit huic Abbatiæ, quam & varijs instaurauit ædificijs: quibus memoria ipsius posteritati etiamnum manet gloriosa. Eius tempore, Ioannes *Marenchius*, Becci Archiprioratum gerens; Iacobus *Faber*, illi succedens; antea Prior S. Petri, Pontœsiæ: & Petrus *Baleolus*, Fabri successor. Becci floruerunt Priores religiosi. Annosus interea Guillelmus Abbas, incertam rerum seriem prouidens, Ioanni *Ribaldo*, ex sorore nepoti, jus omne cedere tentat: verùm obstat Ludouicus XII. Rex Franc. Ioannem *Aurelium*, Tolosanum Archipræsulem eidem *Guarino* succedere volens. Rege autem mortuo, Franciscus I. Regnum obtinuit: sub quo *Garinea* resignatione à Leone X. Papa expedita, Ioannes *Ribaldus*, lubens Cathedram ascendit: statimque ipse *Garinus*, vir optimus, morbo apoplectico extinctus, caliginosam Beccensibus Eclypsim annis longioribus ferendam, relinquit; cuius pios cineres in medio choro lugubri pompa collocant pridie nonas Aprilis ann. 1514. cum hocce

EPITAPHIO.

Rothomagi quondam claro de sanguine cretus,
Guillelmus Garsay conditur hac silice.
Moribus insignis, tenera feruente iuuenta,
Hausit Parisij docta fluenta soli.
Officijs functus grauibus crescentibus annis,
Traditus est sacris ædibus inde Prior;
Pro meritis tandem Beccensis Rector & Abbas,
Factus amor fratrum, deliciæque suis,

Digitized by

Hæc quicumque legis superos orare memento,
Liber vt illius spiritus astra petat. [d]

d Ibid.

34. *Ioannes 5. Ribaldus, ann. 1514.*

Meminit Ordericus vitalis, Alberti *Ribaldi*, viri illustris, [e] ex qua gente prodijt IV.
hic Ioannes *Ribaldus*; qui modo, quo superius, ex resignatione, Auunculo in Abbatem successit, & Rothomagi, à *Tussano* Archipræsule benedictionem suscepit: sub quo speciosa Templi Beccensis Porticus, quam viuens *Guarinus*, erigendam conduxerat, ingeniosè perficitur. Quid autem de eo narrat Codex MS. Beccens. ex Francisco Carreo, illius authore, audiamus. *Verùm moribus* hic Iunior, quàm vt præsens ex postularet negotium, per Adrianum Cardinalem, Boyssium, Constantiarum Antistitem, nescio quo jure exturbatus, creata pensione Cathedram cedit. Tamen quantùm conjectura licet augurari, & vt rumor apud nos percrebuisse potuit: Archiprior *Baliolus*, vel quia hujus fœlicibus auspicijs inuidebat, vel quia eum Monasterio pernitiosum metuebat, litteris Franciscum Regem monet. Nec diu pausat res. Adrianus Apostolico munere à Francisco in Commendam admissus, præmissis Beccum satellitibus, bonam fratrum partem, in Prioratus expellit (non enim deerant qui *Ribaldi* partes tutarentur) alios intùs vinculis fatigans. Interea Rothomagum, natale solum repetens, *Ribaldus*, cum magna auri, argenti, tapetum, vasorumque cælatorum supellectile noctu sublata, (nec à vasibus quidem sacris abstinens) discedit. Atque id saniore quidem consilio factum, Regium furorem si cum tali viro contenderet, sibi conflare veritus. Se præterea sciens suis cum cœnobitis odiosum; vt potè, qui moribus Iunior, tanti conflictus causam præbuisset: inde *Vallimontis cœnobij* in Caletano regimen adeptus, locum ipsum Beccensibus spolijs, renouato ædificio, reddit insignem. Nouum inibi arctumque magis viuendi rigorem introducere tentans, suis id ægre ferentibus, in Rothomagensi Parlamento frustra litigat, hæc ille. [f]

e Lib. 4. Histor. Eccles. ad ann. Christi 1073. pag. 546.

f Carreus in Appendic. ad Chronicon Beccense. Catalogus Abbatum Beccens. sup.

35. *Adrianus Boyssius, Cardinalis.*

Huic igitur Cardinali cedere cogitur *Ribaldus*, & *Vallimontis* Abbas effectus illic V.
resedit: Cardinalis autem Adrianus Beccensem Abbatiam adeptus ann. 1517. post biennium illam deseruit, affixa claustro Virginis Mariæ Christum lactantis imagine: & Fiscanensem suscepit cœnobiarchiam. [g]

g Ibid.

36. *Ioannes 6. Aurelianus d'Orleans.*

Ex illustrissima prosapia Aurelianensi, & Comitibus Dunensibus. Originem duxit: Episcopus Aurelianensis, tum postea Archiepiscopus Tolosanus, ac tandem Cardinalis *Longauillæus*, dictus: vir mansuetus, ac suaptè natura in Ecclesiasticis gerendis dexterrimus: fit Abbas Beccensis, ann. 1519. templumque Beccense ornamentis decorauit: qui obijt ann. 1533. [h]

h Idem & Gallia Christiana in Archiepiscopis Tolosan. & Episcop. Aurelian. Frisonus lib. 4. Galliæ Purpuratæ. Dadræus cap. 63. vit. S. Nicasij Archiepiscopi Rothomagens.

37. *Ioannes 7. Venator, le Veneur.*

Hic clarissima gente progenitus, Lexouiensis Episcopus: & S. R. F. cardinalis VI.
euasit: sed & multa rerum experientia præditus, Carolo VIII. primùm charus, Ludouico XII. deindè conjunctissimus: postea Francisco I. à Consilijs, & Eleemosynis familiaris fuit. Tum eodem Rege Normanniam visitante Beccum ingreditur, ibique Regia conuentione in Cathedram Abbatialem à fratribus introducitur, ann. 1534. Ibique *Georgianum* festum Regio decore Rex Franciscus celebrat. Vndè post Hebdomadas quinque ad *Vareuillam* mouens, Alienorem conjugem, Caroli V. Imperator. Sororem, Becci valetudinariam reliquit. Sequente biennio, die, qua Reliquiarum Beccensium celebris agitur memoria, nocte lampadem illam, quindecim marcharum argenti pondo speciosam, quam Guarinus Abbas in Sacello Virginis appenderat, fures audaci sacrilegio, depredantur: Quorum authores Rothomagi,

thomagi, roto supplicio, dignam mercedem recipiunt, ann. 1536. Idem Rex ac Regina rursus Normaniam repetentes: Beccum sua præsentia iterum illustrarunt, ann. 1539. Tandem Ioannes septuagenarius, in *Marolea* expeditione, ad *Merlam*, febre moritur, ann. 1543. *Iacobi Annibaldi*, successoris diligentia, Beccum delatus, vbi tres hebdomadas quotidianis precibus ac vigilijs frequẽtatus: in Virginis Deiparæ æde pausat; cor eius Theca plumbea, in choro, ad aram majorem, conditur, corpus verò Lexouijs, in æde Apostolica, incredibili sumptu, Coepiscopis adpositum, quiescit. [i]

[i] Correns Catalogus Frisonus, sup. vide Neustriam Christianam in Episcop. Lexouiens.

38. *Iacobus Annibaldus, Annebault.*

VII. Hujus bonas Ecclesiastici muneris partes, cum Beccensi cœnobio, *Annibaldus* idem Claudij Franciæ Admiralis frater Regio fauore obtinet, dùm Franciscus Henrici II. Francor. Regis Delphinus primogenitus nascitur. Triaque *Iacobus* Ecclesiastici muneris insignia ab Episcopis Hipponensi, Aniano, atque Castoriensi, Romani Pont. permissu, *Becci* suscipit, 5. nonas Maij, Sacerdos effectus, Episcopus consecratus, atque à Legatis Pauli 3. purpuratum habet amictum: cætera omitto, de eo narrata, quasi dissipasset bona Beccensis Abbatiæ: [k] Rothomagi, sub Beccano tecto infirmatus est, vbi ann. 15. sui regiminis 7. idus Iunij: ann. 1548. vitæ finem posuit. Interim vero idibus Ianuar. ann. 1552. Turricula Ecclesiæ Beccensis, ex ventorum, fulgurum, & aeris intemperie corruens, magnam templo ruinam, suo casu, attulit.

[k] Vide Correnum & Catalogum sup. ad ann. 1544. & 1545. 1548.

39. *Franciscus Cardinalis de Tournon.*

Iam nominatus ann. 1556. ex Regestis Secretarij Archiepiscop. Rothomagens.

40. *Ludouicus à Lotharingia Cardinalis Guysianus.*

41. *Claudius Lotharingus.*

Eques Aumalius: qui violenta morte obijt, apud S. Dionysium in Francia, die 3. Ianuar. ann. 1591.

42. *Petrus Dominicus Vichius, de Vic,* [l] *circa, ann. 1595.*

Emerici filius Pro-Cancellarij Franciæ: Archiepiscopus Auxitanus: moritur: ann. 1662.

[l] Continuator sup. Gallia Christiana in ea Abbatia: & in Additionibus ad Auxitanum Archiepiscopatum.

Præcipui Benefactores, ac viri illustres, Becco vitam Monasticam ducentes: Proceres & Optimates, necnon Reges Angliæ, ac Christianißimi Galliarum Monarchæ, eidem Abbatiæ addictißimi referuntur.

CAPVT XII.

I. QVANTVM verò spectat ad præcipuos huiusce Abbatiæ benefactus, hunc duximus locum illis assignandum, ne confusio, ordine inuerso, generaretur: cùm fundator ipsius cœnobij, extiterit & primarius Abbas, quod rarò in aliis accidit: ideoque de huius Monasterij Archimandritis prius agendum fuit; deindè nonnulla de eiusdem præcipuis benefactoribus venerunt à nobis exprimẽdà.

Sciendum itaque ipsum B. Herluinum, Beccensem protocœnobiarcham ac fundatorem, diploma constituisse: vbi & eleemosynas, à se [a] & alijs, in suum collatas cœnobium, & collatores recenset: his verbis. „ *Eidem* Monasterio „ dedit Richardus, filius Gilleberti Comitis, mansiones duas. Totine, & Estra- „ hani; teste & assentiente vxore sua, & filijs, Rogerio & Gilleberto; & duas „ partes decimæ de Hondemeresto, & de Cypestedehe, & de Gnentum, & de „ Blacingeleth, & de Beccesurdum, & de Tornecrusto, & de Vvalenterona. Et

[a] Apud Picardum, In notis ad lib. 1. Epistol. 10. S. Anselmi.

Digitized by Google

b Item lib. 2. ad Epistolam 6.

„ Rohais ipsius Richardi vxor, per consensum illus, dedit eidem Monasterio, hoc „ quod in Dominio habebat ad Hameceleſſan, tam in terris, quàm in alijs rebus. b Hic autem Richardus, Comes, & Rohais, eius vxor, manebant in Anglia: ad quos S. Anſelmus ſcripſit Epiſtolam 6. libri 2.

Giſlebertus, ex Comitibus *Aucenſibus* ortus, multa etiam bona contulit, cuius II.
ſic Gemeticenſis meminit. „ *Hic Giſlebertus*, genuit Richardum, ſtrenuiſſimum „ militem; qui tam ipſe, quàm filij eius Giſlebertus, Rogerius, Vvalterius, Ro„ bertus; Eccleſiam Beccenſem magno affectu dilexerunt, & magnis poſſeſſioni„ bus ditauerunt; imitantes Comitem Giſlebertum auum ſuum, qui in fundanda „ prædicta Eccleſia, venerabilem Herluinum, primum Abbatem, & constructo„ rem ipſius, & conſilio, & rebus iuuit. c Item Guillelmus *Geroianus*, heros nobiliſſimus in Nortmania, cùm ab ingrati Guillelmi *Talauatij* ſatellitibus perfidè detentus, oculis priuatus, atque narium, & aurium ſummitatibus abſciſſis, deturpatus ab illis fuiſſet: poſt tres annos, ipſum venerabilem Herluinum Abbatem adijt, & in Beccenſi cœnobio Monachus factus eſt. d De quo hæc habet B. Herluinus, in ſuo diplomate. *Prædicto cœnobio factus in eo Monachus, Vvillelmus Geroij filius, dedit ſyluam, quæ vocatur* Rouſleria, *per conſenſum Comitis Normannorum, & Rogerij de Bellomonte, & Rodulfi de Conchis; de quorum beneficio erat ipſa terra.* e

c Gemeticenſis lib. 4 de geſtis Norman. cap. 18.
d Idem lib. 7. cap. 10 Ordericus lib 3 ann. 103. Bryns lib. 2. Hiſtor. Comitat. Alenconienſ. & Perticenſ. cap. 12.
e Apud Picardum ſup. lib. 2. epiſtol. 19.

Item, Hugo de *Gornaco*; (oppidum eſt Normanicum, Bellouacis finitimum) III.
vir admodùm fuit illuſtris, quem S. Anſelmus ſæpè commendat, f de quo in præfato D. Herluini diplomate: duo hæc leguntur. g „ *Eidem* Monaſterio dedit Hugo „ Gornacenſis, decimam de tribus manſionibus, quas in Anglia habebat &c. „ Eidem Monaſterio dedit Hugo de Gornaco, dimidiam moltam villæ, quæ vo„ catur Boſci Girardi; quod poſtea conceſſit vxor eius, & filius. Cuius teſtes ſunt Aufredus Monachus; Rodulphus, filius Toraldi: Rogerius *Cochelin*, & alij plures. Hugo Comes Mellenti, (qui inibi vnà cum alijs præclaris militibus, ſub D. Herluino, Chriſto ſe dicauit) inter hos enumeratur. h Oliuarius, vir valdè potens & nobilis, filius Guillelmi *Talauatij* ſupradicti, ſenex factus, ſæculum dereliquit: *Deindè ſub D. Anſelmo tunc Abbate* (ait Gemeticenſis) *nunc verò Cantuariorum Archiepiſcopo, Monachile ſcema in Beccenſi cœnobio piè ſuſcepit; quod ibidem ſub D. Vvillelmo Abbate, multis annis laudabiliter portauit.* i Similiter & Richardus, filius Comitis Giſleberti *de Pino*, Beccenſis Monachus euaſit: ſic & Vvigerius, eius cognatus, eumdem Religionis ſtatum Becci amplexus eſt. *Vvigerius autem* (inquit Ordericus) *nouiſſimus horum, mundialis militiæ diſcrimen ſpontè deſeruit, in Beccenſi cœnobio Comam depoſuit, & in Monachatu ferè 40. annis, ſub venerabilibus Archimandritis Guillelmo & Boſone, vixit.* k

f S. Anſelmus lib. 2. Epiſtol. 7. & 26. Gemeticenſis lib. 8. cap. 8.
g Apud Picardum ſup. Epiſtol. 26. lib. 2
h Ordericus ſup.
i Gemeticenſis lib. 7. cap. 12. Bryns ſup.
k Ordericus lib. 8. ad ann. 1090.

Nigellus de Albinneio, vix illuſtris, ac probus, Monaſticam vitam profeſſus eſt in eodem cœnobio; cui magnam poſſeſſionem contulit in Anglia, tempore præfati Guillelmi Abbatis, ex Gemeticenſ. Hugo 2. Comes Montis-fortis, præfatorum ſequutus exemplum, Beccenſis fit Monachus l *Robertus autem de Belloſago circa finem ſuum factus eſt Monachus Becci: vbi filij eius Richardus & Guillelmus Religioſe conuerſantur*: vti ſcribit Gemeticenſis. m

l Idem cap. 38.
m Ibid.

Eccleſia de *Bellomonte*, data eſt ann. 1141. cœnobio Beccenſi: per Galerannum, IV.
Comitem Mellenti: cuius rei cauſa poſtea ortum eſt iurgium, ſed in fauorem Beccenſis Monaſterij conſopitum ann. 1146. „ *Henricus* (ait Chronica Normaniæ) „ filius ducis Gaufridi, & Imperatricis, de Anglia in Normanniam veniens, ſuſ„ ceptus eſt à Conuentu Becci, ſolemni proceſſione, die Aſcenſionis Domini. „ Controuerſia inter Monachos Becci, & inter Canonicos de Oxineford, pro „ Eccleſia de Bellomonte, Pariſiùs, in præſentia Papæ Eugenij terminata eſt. n „ ann. 1151. obijt Giſlebertus, filius Richardi, & ſepultus eſt apud *Claram*, in „ cella, quam Giſlebertus Auus eius dederat Monachis Becci. o Sanè nonnihil difficultatis continet, hæc Chronicæ huiuſmodi narratio; de ipſo ſtrenuo Heroe, *Giſleberto*: cum Becci Chronicon illi in multis repugnet: cuius verba ſequuntur. Ann. 1152. Guillebertus de *Clara*, filius Roberti de *Clara*, obijt; & ſepultus eſt apud *Claram*, in cella, quam is dederat Monachis Becci. p *Al.* quam Guillebertus de *Clara* auus eius, dederat Monachis Becci, qui vocatur Stol: cui ſucceſſit Rogerius filius eius, ex Roberto de Monte. Obijt 1175.

n Antiquitates MS. Norman. pag. 2:8. ann. 1140. Chronica Norman. Latina ad ann. 1141. & 1146.
o Ibid. ann. 1151. Robertus de Monte, ann. 1152.
p Chronicon MS. Becci paruum, ann. 1152.

Robertus *de Nouoburgo*, ex Comitibus Mellenti, tempore Letardi, Abbatis 6. V.

Googl

Beccensis vixit amator intimus & benefactor Ecclesiæ Beccensis. Dapifer erat & Iustitiarius ac Vicedominus totius Normaniæ: vir magnæ prudẽtiæ & bonitatis: qui mense Iulio, aduersa valetudine coactus, Gibbum cameli deposuit, videlicet, innumeras diuitias Ecclesijs, Monasterijs, & pauperibus diuidens; atque ad vltimum, in Monasterio Becci, quod præ omnibus diligebat, habitum Religiosi sumens, per vnum mensem inibi fructuosam egit pœnitentiam; & tertio, Calend. Septemb. hominem exuit, sepultus in capitulo Becci, quod ipse proprijs sumptibus, mirificè ædificauerat. q ,, *Calendis Augusti* (ait Chronicon Becci) Robertus de Nouo-burgo, vicecomes totius Normaniæ, vir magnæ prudentiæ, factus est Monachus Beccensis; sua omnia prius pauperibus largiens. Obijt autem 3. Calend. Septemb. qui quinque ferè hebdomadibus monachus existens, abstinentiæ, religionis, & omnium virtutum, Dei gratia, ditatus, omnibus benè viuendi reliquit exemplum: cujus sic est,

q *Gemeticensis lib. 8. cap. 41. Chronica Norman. sup. ad ann. 1140. & 1158. Chronicon. Becci, sup. ad ann. 1159. Robertus à Monte, in Appendice ad Sigebertum ann. 1159. Antiquitates MSS. Norman. sup.*

EPITAPHIVM,

Respicis angustum præcisa rupe Sepulchrum;
Hic jacet in tumulo Robertus de Nouoburgo:
Qui mare, qui cœlum, qui totum continet æuum,
Hunc faciat verè Paradisi Regna videre.

Baldricus, vir nobilis, postea monachus, ac Prior Beccensis, sub Abbatibus S. Anselmo, & Vuillelmo Monfortio: (vti superius obseruauimus) ante monachatum, conjugatus fuerat, & benefactor Becci præcipuus: ex diplomate ejusdem B. Herluini 1. Abbatis. *Tempore, quo Baldricus, se, suumque filium monachico ordini tradidit, donauit suprascripto cœnobio, quicquid terræ ad eum pertinebat de Sagnauilla.* r

r *Apud Picardum sup. lib. 3. epistol. 9.*

VI. Cæterùm, quàm Vuillelmus *Crispinus*, eiusque vxor, genere ac potentia clarissimi, fuerint in Beccenses benefici, hæc Diplomatis Herluiniani clausula propalam testatur. ,, *Prafato* cœnobio dederunt, per consensum Comitis Normanniæ, Vuillelmus Crispinus, & vxor eius, filium monachandum, & cum eo beneficium, quod Osbernus filius Vallonis tenebat de domo eorum; & Ecclesiam, quæ sita est in Burgo, qui vocatur Blanzeium, cum omnibus pertinentibus ad eam. Testes Arnulfus Præsbyter, & Radulphus *Dastin*. Eidem monasterio dedit Vuillelmus crispinus decimam molendini, & totius Dominij sui, quod habebat in Maisnili *Fulbert*: Testes Paganus de Moritania, Gillebertus *Dastin*. Prædicto monasterio dedit Vuillelmus Crispinus ad luminaria altaris in Burgo Pacei, 20. solidos de Teloneo, & in Burgo Estrepignei, de Teloneo, 20. solidos, in eamdem rem, & tredecimam totius annonæ, quam habet in eadem villa, & vnum hospitem. Dedit quoque quatuor libras denariorum, præter supradictos 20. solidos datos ad luminaria in prædicta villa Pacei: & totam partem, quam tenebat in molendinis eiusdem villæ, hoc est, sextam partem molendinorum, & medietatem totius sylvæ pertinentis ad se in eadem villa. Dedit etiam de Teloneo Burgi Linatoit, 40. solidos, præter supradicta dona. Dedit de Teloneo Blanzei, 40. solidos. Dedit quoque medietatem clausi, quod vocatur Blancart, ad præsens absolutè, & reliquam partem mediam, post mortem Euæ, vxoris suę, ipsa volente, & consentiente. Hanc donationem confirmauit Vuillelmus Rex Anglorum, cùm esset Comes Normannorum. s

s *Ibid. ad lib. 2. Epistola 26.*

VII. Hos autem supergressa est serenissima Imperatrix Mathildes, mater Henrici II. Anglorum Regis, quę ex hac vita decessit ann. 1166. t (seu 1167. u juxta alios:) quarto idus Septemb. Rothomagi, sepultaque est Becci: cujus Thesauros propè innumeros pius filius distribuit, Ecclesijs, monasterijs, ac leprosis, & alijs pauperibus, pro anima illius. Fuit quidem hæc Imperatrix multùm Deo deuota: plurimaque in Normania, Monasteria Religiosorum fundauit. x Qua de re *Gemeticensem* sic loquentem audiamus. ,, *Sæpè nominata* denique Mathildis, Imperatrix, dùm quadam vice, apud Rothomagum, infirmaretur; sufficiens argumentum suæ prudentiæ & religionis, tam præsentibus, quàm futuris, ostendit. Gazas enim non solùm Imperatorias, quas secum de Italia incomparabiles attulerat: verum etiam

t *Chronica Norman. Lain. Parisius 1186.*
u *Cronicon MSS. Becci, Vueruinenses Tremelleur.*
x *Tremelleur sup.*

,, quas Regalis, imò paterna munificentia, de inexhaustis Anglorum thesauris sibi
,, contulerat; tam deuota manu, Ecclesijs diuersarum Prouinciarum, & vtrius-
,, que sexus religiosis, pauperibus, viduis, orphanis, distribuit: vt nec à culcitra
,, serica, super quam in ipsa infirmitate, jacebat, abstineret, quin ipsa distracta,
,, prætium eius leprosis erogari juberet. Verumtamen promptiorem se Beccenti Ec-
,, clesiæ, quàm multis cœnobijs Neustriæ, ne dicam omnibus, in hac erogatione
,, exhibuit: dans ei tam diuersa donaria, materia artificioque prætiosissima, quæ
,, Bizantium perchara haberet, & quæ ad sæculi terminum honora permanere va-
,, leant, semper ipsius Imperatricis Augustæ studium, & amorem erga illam Eccle-
,, siam representantia, vicissimque cordibus inibi habitantium, memoriam in-
,, signis Dominæ, arctius imprimentia. Singula descriptionibus, aut nominibus,
,, designare, spatiosum foret: voluptuosum est spectare hospitibus maximè; &
,, qui sæpè nobilium Ecclesiarum thesauros viderunt. Transiret illac hospes Græ-
,, cus, aut Arabs, voluptate traheretur eadem. Credimus autem, & credere fas
,, est, æquissimum judicem omnium, non solùm in futuro, verùm etiam in præ-
,, senti sæculo, illi centuplum redditurũ; quod seruis suis manu sicut larga, ita de-
,, uota gratãter impendit. Ad remunerationem verò instantis temporis pertinere,
,, non dubium est, quod miserante Deo, sopita aduersa valetudine, sanitatem refo-
,, uit; & monachos suos, Beccenses, qui præ omnibus, & super omnes, pro ipsius
,, sospitate, jugi labore, supplicandi decertando, pene defecerant, aura prosperæ
y Gemeticensis lib. 8. cap. 27. ,, valetudinis eius afflatos omninò redintegrauit. y
,, Nec supprimendũ illud est silentio, imò, vt ita dicatur, vncialibus litteris exa-
,, ratum, sæculo ventura transmittendum: quod antequam conualesceret, postula-
,, uerat patrem suũ, vt permitteret eam in cœnobio Beccensi humari. Quod primò
,, abnuerat, dicens non esse dignum, vt filia sua Imperatrix Augusta, quæ semel &
,, iterum in vrbe Romulea, quæ caput est mundi, per manus summi Pontificis, Im-
,, periali diademate processerat insignita, in aliquo monasterio, licet percelebri, &
,, religione, & fama, sepeliretur: sed ad ciuitatem Rothomagens. quæ Metropolis
,, est Normannorum, saltem delata, in Ecclesia principali, in qua & majores eius,
,, Rollonem loquor, & Vvillelmum Longam-spatham filium ipsius, qui Neustriam
,, armis subegerunt, positi sunt, ipsa & poneretur. Qua deliberatione Regis per-
,, cepta, illi per nuntium remandauit; animam suam numquam fore lætam, nisi
,, compos voluntatis suæ, in hac duntaxat parte, efficeretur. O fœmina mactæ
,, virtutis, & consilij sanioris, paruipendens pompam sæcularem in corporis de-
,, positione. Nouerat enim salubrius esse, animabus defunctorum ibi corpora sua
,, tumulari; vbi frequentius & deuotius supplicationes pro ipsis, Deo offeruntur.
,, Victus itaque pater ipsius Augustæ pietate, & prudentia filiæ, qui cæteros & vir-
,, tute & pietate vincere solitus erat, cessit: & voluntatem & petitionem ipsius
,, de se sepelienda Becci, fieri concessit. Sed volente Deo, vt præfixum est, sanita-
z Idem cap. 28. ,, ti integerrimæ restituta conualuit. z

Henricus I. Angliæ Rex, pijssimæ matris Mathildis senioris votis annuens: VIII
Beccensi etiam monasterio addictissimus extiterat, eodem Authore teste oculato.
,, *Nihilominus etiam* (inquit) in Normannia, apud Rothomagum, Ecclesiam S.
,, Mariæ de *Prato*, à matre sua dudum incœptam, penè consummauit: claustro, &
,, officijs, monachis congruentibus, & ambitu murorum, ipsum locum decorans,
,, nonnulla prædia, tam in Normannia, quàm in Anglia, ad opus ibidem Deo ser-
,, uientium, cum ornamentis prætiosis contradidit: majora tamen, si aliquantum
,, vita comes foret secundum suam promissionem largiturus. Et quia idem locus ad
,, Ecclesiam *Beccensem* pertinebat, vt pote Patrimoniũ D. Herluini, primi Abbatis,
,, & fundatoris Beccensis monasterij: fundatoris Beccenses illic Deo seruituros in-
,, stituit. Illius enim Ecclesiæ Abbates & monachos, mirè semper coluit, plurimũ
,, veneratus est: maximè autẽ D. *Bosonem*, Abbatem: quod nos in nostra memoria
,, experti sumus, cùm idem Rex daret annuatim eidẽ venerabili viro, non minimã
,, summã pecuniæ ad subsidiũ victualium suæ congregationis, & susceptionẽ hospi-
,, tum, quos ille, plus amplitudine charitatis, quàm rerum suarum, mirificè, ne
,, dicam, vltra vires suas, procuratos honorabat. Et quamuis munificentia Regis
,, eadem largiretur, non solùm propter Abbatem, verum etiam propter bonam
,, existimationem monachorum, quorum orationibus se commendari, aut per se,
aut

,, aut per aliquem nuntium frequentiùs satagebat ; illud tamen indicio est, quòd ,, illum plus antecessoribus suis, in hac duntaxat parte, veneratus sit, quòd ali- ,, quando centenas libras argenteorum, sæpissimè centum marcas eiusdem metalli, ,, tempore regiminis dicti Abbatis, Ecclesiæ *Beccensi* deuotè contulit : cùm antea ,, vix ad quartam partem prætaxatæ summæ in dando eidem aliquid Ecclesiæ per- ,, uenerit. Illum etiam sanctitate & consilio, tam spirituali, quàm sæculari, cæte- ,, ris personis suis Regni, excellere, non solùm verbo, sed opere, prædicabat : præ- ,, sertim, cùm in illo biennio, quo eumdem Sanctum virum continuè ante suam ,, mortem, graui infirmitate fatigatum, numquam per vicina loca iter faciens ,, præteriret, quin gratia visitandi, ad eum diuerteret ; & quæ ipse pro necessitate ,, sui monasterij, vel alieni, ab eo peteret, gratanter impetraret. [aa] Multa dona aurea & argentea, necnon vasa sacra prætiosa, & vtensilia sanctis dicata : piè contulit huic Beccensi Abbatiæ : quam & varijs instaurauit ædificijs : quibus memoria ipsius posteritati etiamnum manet. Eius tempore, Ioannes *Morcenchius*, Becci Archiprioratum gerens ; Iacobus *Faber* illius successor, antea Prior S. Petri apud Pontœsiam : & Petrus *Baleolus*, fabri successor, Becci floruerunt Priores Religiosi. Ann. 1340. Ioannes de *Ferierijs* miles, dedit Religiosis Becci, ad officium pitautiarum, certam partem decimæ, quam habebat, in Parœchia de Grandi campo, solutis decem libris redditus, quæ super hoc debentur Priori de *Malopassu*. ann. 1345. Maria de *Hispania*, Alenconiensis comitissa & Stampensis, dedit eisdem Religiosis 500. libras Turonenses, pro emendis 40. libris redditus prædictis religiosis distribuendis, per manum pitantiarij ; vt scilicet, qualibet die, per ipsos religiosos celebraretur Missa pro ipsa, in Capella noua B. Virgin. retro chorum ; quæ summa 500. librarum tradita fuit Priori de *Prato*, vt soluat illam, 40. librarum, quatuor terminis (ex Chronico Becci.)

aa Idem lib. 8. cap. 34.

IX. Galliarum etiam Monarchæ non minus huic cœnobio Beccensi impensè fauerunt, quod in primis licet conjicere, ex Epistola Iuonis, Carnotensis Episcopis ad nostrum Regem Philippum I. quæ subsequitur.

Philippo, Dei gratia, magnifico Francorum Regi, Domino suo : Iuo, humilis Carnotensium Episcopus, ab eo saluari, qui dat salutem Regibus.

,, *Cùm testem* factorum meorum circumspicio conscientiam meam, vehementer ,, admiror, quia nihil in me reperio ; cur pia lenitas vestra, atque Regia mansue- ,, tudo, in tantam aduersus me conuersa sit in amaritudinem : vt à vestra serenita- ,, te, nullum audiam nuntium bonum, nihil audiam, nisi verbum asperum. Quod ,, enim inter *Beccenses & Molismenses* monachos, quantulamcumque pacem pro ,, tempore feci, nullam *Beccensibus* in hoc, violentiam intuli, sed Abbas *Beccensis* ,, cognoscens, & erubescens inordinatam spoliationem factam Molismensibus, à ,, quibusdam neophytis Monachis suis, multum me rogauit, vt vel pacem inter ,, eos componerem, vel justè inter eos decernerem. Sed ego propter reuerentiam ,, vestram, judicium interim distuli : & gratis oblata portione victualium suorum ,, ab ipso Abbate, quæ Molismenses repetebant iurgia, quæ inter eos erant, pro ip- ,, sius Abbatis charitate nuntiaui. Qua de re non decuit humilitati meæ succensere ,, sublimitatem vestram ; quia si ipsos spoliatores etiam ab inordinata inuasione ,, desistere coegissem, majestatem tamen Regiam nullatenus offendissem, sicut ,, enim est Regiæ potestatis ciuilia jura seruare, & eorum transgressores debita ,, pœna mulctare : sic Episcopalis officij est, Ecclesiasticas ordinationes subditis ser- ,, uandas imponere, & transgressores earum, paterna seueritate, ad debitum or- ,, dinem reuocare ; &c. [bb] Hujusce rei meminit, scribens ad S. Anselmum tunc Cantuariensem Archiepiscopum ex Beccensi Abbate. *Quamuis placuerit ; &c. Adstitimus enim hoc anno, pro multa in te Beneuolentia, Monachis Beccensibus contra Molismenses, quantum ratione & authoritate suffragante potuimus : & jam de Pixiacensi monasterio, plenam per nos consecuti fuissent justitiam, nisi quod prius affectant Regis captare beneuolentiam.* [cc]

bb Ivo Carnotens. Epistola 9.

cc Idem Epistola 39.

A Philippo II. Francorum Rege, in fauorem cœnobij Beccensis, cui subdebatur Prioratus S. Nicasij de Mellento, confirmatæ sunt libertates illius Ecclesiæ, [dd]

dd Chronicon MS. Becci, ad ann. 1195.

meum est hoc exigere, aut remittere; & nominatim in Parisio, in Ponte Isaræ, in Poixeio, in Manta, & in aqua & extra aquam. Hanc donationem feci apud supra nominatum castrum Pontis Isaræ, in camera mea, in manum Abbatis præfati cœnobij *Ancelini* nomine: præsentibus pluribus de meis, & de eius hominibus: præcepi etiam vt hæc nostra largitio scriberetur, & meo signo, ad posterorum cognitionem, corroboraretur. Testes Odo Clericus & medicus de *Credelio*. Gualerannus, Camerarius, qui & Blanchardus cognominatur. Tulfus Pincerna de *Parisio*, *Gualo, filius Odonis de Caluomonte*, Alardus *Damuenus*: Rodulfus cubicularius præfati Abbatis, Guillelmus, filius Yuonis de *Borneuilla*: signũ Philippi Regis, S. Geruasij de *Pisea*, S. Vvoleranni Camerarij, S. Gaucelini Buticularij, S. Vvalonis Constabularij.

Ego Philippus, Rex Galliæ, & Ludouicus filius meus, accepimus in custodia & tenamento omnes res S. Mariæ Becci, quæ sunt in Francia, & nominatim, Baccum & nauim, qui à vnoquoque anno adducuntur & onerantur in vindemijs; & volumus vt omnes, qui istas litteras nostras sigillatas viderint; sciant quòd sumus fratres & Domini Ecclesiæ Becci. Quocirca mandamus, ac præcipimus omnibus, qui habent transitum, & consuetudinem Sequanæ, vt Baccus S. Mariæ Becci, cum naui, eo tempore sit quietus, & maximè, apud Pexeium, & Medantum, quia Monachus clamorem indè sæpè facit. Et qui hoc præceptum infregerit, amicitia nostra carebit: hoc autem facimus, vt Deus dimittat nobis peccata nostra, sciantque omnes, qui hoc præceptum tenuerint, quòd concessu *Abbatis Guillelmi*, omniumque Monachorum, fuerint participes, omnium beneficiorum Ecclesiæ Becci.

In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Philippus, Dei gratia, Francor. Rex, inhærentes vestigijs prædecessorum nostrorum, curam & sollicitudinem ex officio nobis à Deo iniuncto gerimus, qualiter Ecclesiæ & libertatibus suis perfruantur, & priuilegia ipsis indulta, illæsa conseruentur in posterum. Vnde quoniam Ecclesia Beccensis inter Ecclesias, quæ in Regno constructæ sunt nostro, Religione, & cõuersatione sanctissima Deo & hominibus dignoscitur: idcirco nos prædictæ Ecclesiæ libertates & priuilegia à genitore nostro, piæ recordationis, Rege Ludouico, eidem Ecclesiæ concessa, inuiolabiliter in perpetuum conseruare volentes; notum facimus vniuersis præsentibus pariter & futuris, quòd vniuersa ad Monachos B. Mariæ Beccensis Monasterij pertinentia, vbicũque in potestate nostra sint, sicut in carta ipsorum continetur, in custodia & tutela nostra suscepimus; & præcipuè Baccos & naues eorum; qui tempore vindemiarum in terram nostram adducuntur, & onerantur: & ab omni inquietatione, & consuetudine prorsus quietos decernimus. Quocirca omnibus, qui transitum & consuetudinem habent in Sequana, & Præpositis nostris de Pissiaco, & Medunta mandamus & præcipimus, vt prædictorum naues & Baccos Monachorum omninò, & cum omnibus rebus suis, custodiant ac defendant, neque aliquo tempore, aliquam de nauibus aut Baccis eorum consuetudinem vllo modo suscipiant. Quod vt perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri authoritate, & Regij nominis caractere inferius annotato præcepimus confirmari. Actum apud S. Germanum in Laya, ann. Incarnati verbi 1189. Regni nostri 11. astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Signum Comitis Theobaldi, Dapiferi nostri, S. Guidonis, Buticularij, S. Mathæi Camerarij, S. Radulfi Constabularij, data vocante Cancellaria.

Philippus, Dei gratia, Francor. Rex, vniuersis ad quos litteræ præsentes peruenerint, salutem, Nouerint nos audiuisse per testimonium proborum hominum nostrorum, quòd Ecclesia B. Mariæ Beccens. habet in molendinis nostris *Paciaci* triginta sextarios bladi, medietatem frumenti, & medietatem grossæ annonæ; & 15. libras Andegauenses, in Præpositura nostra *Paciaci*; proindè Bailliuo nostro *Paciaci* præcipimus, vt singulis annis in prima septimana Quadragesimæ, reddat Monachis Beccens. prædictas 15. libras Andegauens. & singulis annis reddat prædictis Monachis in Pascha 30. Sextarios prædicti bladi. Actum apud Ebroicos, ann. Domini 1200. mense Iulio.

In nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Philippus, Dei gratia, Francor. Rex. Nouerint vniuersi præsentes pariter & fu-

turi: quòd nos intuitu Dei, in perpetuam eleemosynam dedimus, & concessimus Deo, & B. Mariæ de Becco, & monachis eiusdem loci, vt naues eorum & omnes res ad vsus, & victum illorum, propriè pertinentes, liberæ sint & quietæ in perpetuum, per totam aquam, & honorem, & potestatem, & Feodum de *Deraette*, quotiescumque ibi transierint, de omni consuetudine & pontagio & passagio, & Teloneo, & trauerso, & omni alia exactione. Quod vt perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri authoritate, & Regii nominis caractere, inferius annotato, præcepimus confirmari. Actum apud Vernonem, anno ab Incarnatione Domini 1201. Regni nostri ann. 22. astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Dapifero nullo, S. Guidonis Buticularij, S. Mathæi Camerarij, S. Drogonis Constabularij. Data vacante Cancellaria.

Philippus Dei gratia, Francor. Rex, vniuersis amicis, & Bailliuis suis, ad quos litteræ istæ peruenerint salutem. Mandamus vobis, quòd nos volumus & præcipimus, quòd monachi Becci Herluini, & vniuersæ res eorum, sint in ea pace & libertate, in qua erant tempore Henrici, quondam Regis Angliæ, filij Imperatricis, sicut in cartis eiusdem Henrici continetur. Actum ante Rothomagum, anno Domini 1204. prima die Iunij. *Inspeximus* insuper 4. cartas inclytæ recordationis Henrici quondam Regis Angliæ, & Ducis Norman. progenitoris nostri, factas in hæc verba. *Henricus* Dei gratia Rex Angliæ, Dux Normaniæ, *Gaufrido* Rothomagensi Archiepiscopo, & Episcopis & Baronibus Normaniæ, & omnibus ministris suis, & fidelibus, salutem. Notum sit vobis omnibus, quòd ego concedo Ecclesiæ meæ Becci, quæ est constructa in honore S. Mariæ, omnia quietè possidenda, quæ ei data erant, & de quibus saisita erat, eo die, quo Normania in manum meam venit: videlicet, Ecclesias, Decimas, terras, & omnes alios redditus: & præcipio, vt Abbas Becci, vel monachi, nullo modo indè placitent, nisi in præsentia mea. Testibus, Radulfo, Archiepiscopo Cantuariæ, & Raimundo cantore. Apud Rothomagum.

Henricus, Dei gratia, Rex Anglor. Dux Norman. & Aquitan. Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus: Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vicecomitibus, & omnibus Bailliuis & fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse, Deo & Ecclesiæ S. Mariæ, & monachis de Becco-Herluini, omnes Donationes, & eleemosynas Ecclesiarum, decimarum, terrarum, redditẏum, possessionum, libertatum, & omnium quarumlibet aliarum rerum, quæ eis factæ sunt in tota terra mea, tam in Normania, quàm in Anglia: & præcipuè: Ex dono Balduini *Clari*, filij Gisleberti Comitis, Pulletam juxta *Sapum*, cum omnibus pertinentijs suis: & in *Nouavilla*, quasdam terras; & Decimam molendinorum suorum: & ex dono ipsius, Ecclesiam de *Bosco Ranulfi*, cum jure Patronatus & aduocationis, & omnibus alijs rebus ad eandẽ pertinentibus. Ex Radulfi de *Groelai*, quando factus fuit Canonicus, Ecclesiam de *Husnaria*, cum jure Patronatus & aduocationis, & decima, & omnibus aliis ejusdem Ecclesiæ pertinentijs. Ex dono Fulconis de *Alneto*, & hominum suorum, Manerium de *Mesnillo*: cimeterium cum Ecclesia, & omnibus Ecclesiæ & manerij pertinentijs. Ex dono Alberedæ, sororis eiusdem Fulconis, assensu & voluntate ipsius, terram de *Groseleis*; quæ est iuxta Landam sita, cum omnibus pertinentijs suis. Ex dono Vvillelmi *Crispini*, Ecclesiã de *Droecurt*, cum terra, & decima, & omnibus eiusdem Ecclesijs pertinentijs. Ex dono Girardi de *Gornayo*, & Basilæ matris suæ; medietatem totius Manerij de *Longolio*: cum omnibus ad ipsum manerium pertinentib. Item ex dono ipsius Girardi & B. matris eius, Ecclesiam de *Braimosti*. cum terra, & decima, & omnibus, quæ ad eam pertinent. Et manerium de *Boscogirardi*, cum omnibus pertinentijs. Ex dono Galchelmi de *Maugelles*, Ecclesiam S. Mariæ de *Mov*: cum jure Patronatus & aduocationis, & decima, & omnibus alijs eiusdem Ecclesiæ pertinentijs, & 20. acras terræ. Ex dono Rogeri, filij Richardi, manerium de *Colevilla*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Vvillelmi *Malet*, manerium de *Conteuilla*, cum Ecclesia, & omnibus eiusdem Ecclesiæ & manerij pertinentiis suis.

Ex dono Roberti de *Monteforti*, Ecclesiam de *Monteforti*, & de *Appeuilla*, & de *Frontancourt*, cum terris, & decimis, & omnibus earumdem Ecclesiarum pertinentijs. Ex dono Thomæ *Bardoul*, & Rohais, vxoris suæ, Ecclesiam de *Vernonuilla*, cum jure Patronatus & aduocationis, & omnibus alijs eiusdem Eccle-

siæ pertinentijs. Ex dono *Frogerij, Sagiensis Episcopi.* Ecclesiam de *Riuillon*, cum decima, & omnibus eiusdem Ecclesiæ pertinentijs. Ex dono Hugonis de *Gornayo.* Decimam de præpositura, & portione sua in villa de *Eschecla*, & pertinentijs suis. Ex dono Vuillelmi clerici, portionem illam quam habebat in Ecclesia & decima de *Longolio.* Ex dono Havvis de *Monbaston*, terram dominij de *Monbaston*, quam dedit, quando se reddidit Ecclesiæ Becci, & habitum religionis suscepit. Hæc autem omnia non solum, quæ in præsenti scripto continentur; sed & omnes alias donationes & Eleemosynas Ecclesiarum, Decimarum, terrarum, redditiuum, possessionum, libertatum, & omnium quarumlibet aliarum rerum, quæ ex mea; & Antecessorum, vel hominum meorum, donatione & concessione, tam in Anglia, quàm in Normania, prædictæ Ecclesiæ Monachis de Becco constat rationabiliter data esse & concessa eidem Ecclesiæ & monachis concedo, & præsenti carta confirmo. Quare volo, & firmiter præcipio, quòd ipsa Ecclesia, & monachi de Becco, omnia hæc habeant, & teneant benè, & in pace, liberè, integrè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus. Testibus, Ioanne de *Constantia*, Archidiacono Oxoniens. Vvillelmo clerico de Camera, Vvillelmo filio Radulfi, Seneschall-Norman, Vvillelmo de *Mara*, Eudone & Rogero de *Fontibus.* Apud Montem-fortem.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitan, & Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus: Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vicecomitibus, & omnibus Bailliuis, & fidelibus suis, totius Normaniæ salutem. Sciatis me, pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, dedisse & concessisse, ac præsenti carta mea confirmasse, Deo, & Ecclesiæ S. Mariæ de Becco, & Monachis Deo ibidem seruientibus in perpetuam eleemosynam, centum libras Vsualis monetæ Norman. annuatim percipiendas de Vicecomitatu Rothomagi. Hanc autem donationem feci, in die, qua prædicta Ecclesia dedicata fuit. Quare volo, & firmiter præcipio, quòd prænominata Ecclesia, & Monachi in ea Deo seruientes, habeant & teneant in perpetuam eleemosynam, prædictas centum libras, benè & in pace, liberè, quietè, plenariè & honorificè. Testibus *R. Archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Bajocensi*, E. Ebroicensi, Richardo Abrincensi, Episcopis. Sig. Comitis Roberti de *Mellento*, Comite Henrico de *Augo*, Henrico de *Nouoburgo*, Apud Beccum.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitan. & Comes Andegauiæ; omnibus Bailliuis, & fidelibus suis totius Normaniæ, salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse Abbati, & monachis de Becco, vt accipiant in forestis meis de *Roueraio*, & de *Bord*, ea quæ necessaria sunt ad Herbergagia sua, de *Kiuilleio*, & de *Marethot*, facienda, & cùm opus fuerit reficienda, & similiter Boscum ad ardendum sufficiènter sine Vvasto; & hoc per visum forestariorum meorum. Concedo etiam eis, vt habeant pasturam animalibus, & nutrimentis suis, in eisdem forestis: & vt eorum Dominici porci sint quieti de Pasnagio, & omnibus alijs consuetudinibus & exactionibus, per omnia nemora, & forestas meas totius Normaniæ. Quare volo, & firmiter præcipio, vt prædicti monachi habeant teneāt, & omnia hæc prædicta benè, & in pace, liberè & quietè in perpetuum. Testibus R. Archiepiscopo Rothomagensi. Richardo Episcopo Vvintoniens. Ioanne Decano Saresburiens. Hugone de *Cressi*, Sechero de *Canems.* Alueredo de S. *Martino*, Apud vallem Ruelij.

Inspeximus etiam quandam cartam cuiusdam alterius Philippi, dudum Francor. Regis, progenitoris nostri similiter factam in hæc verba. *Nous Philippe*, par la grace de Dieu, Rois de France, faisons sauoir à tous presens & avenir, que donnons congié, & assentement à Religieuses personnes l'Abbé, & le Conuent du Monstier Nostre-Dame du Bec Helluin, de S. Benoit, en la Diœcese de Roüen, par nostre Amé, & feal *Guillemme* Euesque de Baieux, par le pouuoir, & par l'autorité, que commis luy estoient par les lettres de nostre S. Pere le Pape, desquelles la teneur est contenüe & escripte és lettres dudit Euesque de Baieux, faites sur ce, desquelles lettres la teneur est telle.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis, Guillermus, miseratione Diuina, Bajocensis Episcopus ad infra scripta à sede Apostolica deputatus salutem in Domino.

Notum facimus quod nos litteras Apostolicas, non Cancellatas, non abolitas, nec in aliquo vitiatas, sanas & integras, cum vera Bulla, & filo canabi recepimus, formam, quæ sequitur, continentes. *Clemens Episcopus* seruus seruorum Dei, venerabili fratri, Episcopo Bajocensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filij, Abbas & Conuentus Monasterij B. Mariæ de Becco Heluini, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Diœcesis, nuper nobis humiliter supplicarunt, vt cùm ipsi quasdam res hæreditarias, & decimas, & patronatum Ecclesiæ de *Escoües*, eiusdem Diœcesis, apud *Escoyes* consistentes, necnon & quædam alia loca illis vicina existentia, cum quibusdam alijs rebus hæreditarijs, & immobilibus, majoribus & eidem Monasterio vtilioribus, quas charissimus in Christo filius noster *Philippus*, Rex Franciæ illustris in suo domanio propè dictum Monasterium habere dinoscitur, permutare affectent; eis faciendi permutationem huiusmodi licentiam concedere dignaremur. Nos itaque: qui libenter Monasteriorum & Ecclesiarum omnium commoda promouemus: volentes in præmissis, Abbati, & Conuentui, ac Monasterio prælibatis fauorabiles inueniri, fraternitati tuæ, per Apostolica scripta mandamus; quatenus, si in hoc euidentem ipsius Monasterij vtilitatem versari cognoueris, super quo tuam intendimus conscientiam specialiter onerare, præfatis Abbati & Conuentui, vice nostra, concedas licentiam postulatam: attentius prouisurus, vt quod pro ipsius Monasterij vtilitate, in hoc parte conceditur, in eius præiudicium aliquatenus non redundet. Datum apud Laurum-montem, Burdegalens. Diœces. 2. Calend. Nouemb. Pontificatus nostri anno tertio.

Nos verò prædictum mandatum Apostolicum volentes reuerenter exequi, vt tenemur, apud *Escoyes*, in quo territorio, manerium, terræ, nemora, decimæ, Ecclesia, molendinum, mansiones hominum, & alia, quæ dicto Domino Regi tradenda erant in permutationem, seu scambium, consistunt: nos transtulimus, & ea proprijs oculis subiecimus. Deindè verò propè Beccum Heluini personaliter accedentes, quasdam terras arabiles, contiguas nemoribus dictorum Religiosorum apud Beccum, super quibus ratione firmæ perpetuæ & annuæ, debebantur Domino Regi, tredecim libras, nouem solidi, & sex denarii Turonens. à *Rogero de Caluomonte*, armigero, tenente easdem terras; necnon quædam nemora, quæ idem Dominus Rex habebat, propè Beccum, continentia quater viginti & quinque acras terræ & dimidiam; acra æstimata ad 8. solidos Turonens. & viginti quatuor acras pasturagiorum intra dicta nemora, cum aliquibus arboribus paruis: qualibet acra æstimata ad 4. solidos Turonens. liberas tamen ab omni tertio & dangerio. Postea apud *Rotundum Maram*, & circa, in quo territorio consistunt aliæ res, dictis Religiosis à dominio Regis in permutationem seu scambium tradendæ, videlicet tria molendina, piscariæ, terræ, mansiones hominum, census, redditus, & alia plenius in litteris super dicta permutatione faciendis exprimenda, scilicet, accedentes: quæ omnia similiter propriis oculis subiecimus. Et quamplures testes, qui de bonitate & valore omnium ipsarum rerum (diu est) notitiam habuerant & habebant: Et quorum aliqui tam à Domino Rege, quàm Religiosis eisdem, prædicta per plures annos tenuerant, recepimus & examinauimus, vt decebat, super bonitate, appretiatione & valore earumdem. Et quia ex depositionibus dictorum testium, dictam permutationem, seu scambium in euidentem vtilitatem dicti Monasterii versari agnouimus, tam propter vicinitatem & propinquitatem prædictam, & rerum à dicto Domino Rege dictis Religiosis tradendarum, quam valorem earūdem, ac valorem rerū, quas dicti Religiosi dicto Domino Regi, per dictam permutationē tradunt, consideratisque omnibus, quæ nos mouere poterant & debebāt, ac distantia loci, in quo res dictorum Religiosorum, consistunt: receptoque juramento à fratre Ioanne de *Ponte Episcopi*, monacho, & granetario dicti Monasterij, procuratore Abbatis & Conuentus eorumdem, ad hoc potestatem habente specialem, quòd prædicta versabantur in vtilitatem eorumdem & Monasterij sui, & non damnum, nec læsionem ejusdem; ipsis religiosis prædictam permutationem faciendi: authoritate Apostolica, nobis in hac parte commissa, licentiam concedimus; nostrum super hoc, authoritate prædicta, in quantum ad nos spectat, interponendo decretum, vt majorem in perpetuum habeat roboris firmitatem: in cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini 1310. die veneris post Resurrectionem ejusdem.

Auons fait & faisons eschange & permutation auec lesdicts Abbé & Conuent, ou nom d'eux, & de leur dit Monstier; & il auec nous des choses, qui sont cy dessoux nommées. Et faicte auant de nostre commandement, & rapportée auons suffisamment prisie & estimation de toutes les choses eschangées, de l'vne partie, & de l'autre, leur auons, pour cause d'eschange & de permutation octroyé, baillé, delaissé & quitté: octroyons, baillons, delaissons, & quittons pour eux, pour leurs successeurs, & pour leur dit Monstier, perpetuelement, à tousiours, les choses, qui s'ensuyuent. C'est à sçauoir. La Ferme, qui est appellée de *Rodemare*, auec tous les droictz, les appartenances, & la Basse-justice d'icelle ferme, à laquelle ferme appartiennent les choses qui s'ensuyuent. Premierement 27. acres, trois verges & neuf perches de terre es pleines: douze sols l'acre, valent seize liure quatre soulz, neuf deniers tournois. Item, à *Rondemare*, six acres, trente vne perches de terre; l'acre vingt & cinq soulz, valent sept liures, quatorze soulz huict deniers. Item, à *Estaquelont*, à *Quatelont*, à *Ylleville*, vingt & sept acres, trois verges, & trente huit perches de terre: l'acre, quinze souls, valent vingt liures, dix neuf soulz trois deniers. Item, les pasturages, de *Esquaquelont*, & de enuiron, contenans vingt & six acres & demye, & six perches de terre: dont les seize acres, sont chacune du prix de quatre soulz, valent soixante quattre soulz: & dix acres & demye, & six perches, trois soulz l'acre, valent trente vn sol six deniers. Item, la Basse-justice de sept vingts hommes, demeurans es paroisses de *Vvatetot*, de *Corneville*, de *Braietot*, de *Esquaquelont*, de *Montfort*, de *Appeville*, de *Auton*, & de *Autouel*, par la cause des tenemens, que eux tiennent: & le pasnage de leurs porcs, que lesdits Religieux auront, & receuront, quand il escherra en la Forest de *Monfort*, auec tout le droict, les escheances, & le profit des tenances d'iceux hommes, qui a basse-justice pouet appartenir: ce est prisié valoir chacun an, l'vn par l'autre, douze liures. Item, treize liures neuf soubs, six deniers tourn. de rente; lesquelz doit *Rogier de Chaumont*, Escuyers, par la cause d'vne ferme fieferme, que il, & si homme tiennent: & la basse-justice d'icelle ferme, & dudit *Rogier*, prisié treize soulz. Item, cent & sept acres & demye de bois, assis en deux pieces; dont est appellée, le *Bois-martel*, contenant quatre vingtz deux acres & demye, & cinq perches: & l'autre piece, que l'en appelle, le *Bois des Costes*: contenant vingt cinq acres cinq perches mains. De laquelle somme, il y a quatre-vingtz trois acres & demye; le tresfons prisié, pour chacun acre, l'vne parmy l'autre, sans payer tiers, ne dangier, huict solz, valent 33. liures & huict solz. Et vingt & quatre acres, ou il n'a que pasturages; l'acre du prix de quatre soulz, valent quatre liures seize solz. Et serons tenu trouuer ausditz religieux voye, par laquelle ils puissent deliurer lesdits bois autressi, comme nous le poyens faire, quant nous les tenions en nostre main, en rendant & en restorant les damages, qui parcefroient fais à autruy. Et tendront & poursuiuront lesditz Religieux les deuantsdictz Boiz, en la fourme, & en la maniere, que nous les teniens, quant ilz estoient en nostre main, & auront la siente desditz bois, par tout, & en la maniere, que nous l'auiens, & esploicteront de amendes, autressy, comme nous faisiens. Item, deux Moulins assiz en la riuiere de *Rille*, jouxte Monfort, que l'en appelle les Moulins de *Rondemare*, assiz en vne maison, auec les montes, & les moutiers, & auec tous les droictz, & les appartenances d'iceux moulins: & la pescherie, appartenant audictz moulins; prisiés toutes ces choses, & rabatües, cinquante liures, par an. Item, vn autre Moulin, assiz en la Forest de *Monfort*, qui est appellé le Moulin de *Bequerel*, auec vn Viuier, & la pescherie appartenant audit Moulin; & auec tous les droictz, & les appartenances d'iceluy; prisiés toutes ces choses & rabatües, par an, quarante liures: lesquel viuier lesdictz Religieux pourront faire curer & jetter sus nostre terre. Item, pour les edifices des Moulins, & des meulles dedans, & pour prendre franchement pierre, & refaire lesdictz moulins, & les chancies d'iceux, seulement en nos quarrieres prochaines, d'illenc, dix liures. Item, sexante quatre boisseaux d'Aueine, à la mesure de *Bourneuille*, chacun boissel, douze deniers; valent sexante quatre sols. Item, vn boisseau d'Aueine rez, huict deniers. Item, pour la franchise de cent porcs, lesquels eux pourront auoir franchement en la forest de *Montfort*, pour leur vsez, seize solz. Item 28. sols, lesquels *Thomas des Fossez*, & *Pierre des Fossez*, & leur nepueux, rendent & payent, toutes rentes acquitées pour vne forfaicture, qui

est en ladite ferme. Item, dix sols, lesquels *Robins Boches*, tent pour vne autre forfaicture; qui est en la Paroisse de *Esquaquelont*, toutes rentes payées & acquitées. Item, 15. sols de rente, lesquels *Pierre de Crouille*, rent chacun an, pour vn tenement que il tient. Item, dix soulz, lesquels la Poterie de *Montfort*, en ladite ferme doit par an. Item, vn boisseau de sel, en ladite ferme, douze deniers. Item, en ladite ferme, à quatorze cens, soixante & cinq œufs; huict œufs pour vn denier; valent quinze sols trois deniers. Item, six solz, lesquels li *Syrez de Tonnoyo*, doit à ladicte ferme, par an, de rente, d'vn tenement que il tient. Item, dix sols de rente, lesquels *Guillaume Emmeline* doit, pour vne vauasserie. Item, 20. solz, lesquels doit *Iean du Mont*, par an, pour vne vauasserie. Item, proyeres, & corueés, qui sont, par la raison de ladite ferme; qui valent chacun an quarante sols. Item, six liures, que doit *Iean du Mont*, de rente, moitié à chacun Eschiquier. Item, six liures, lesquelz, li hoir *Guillelme du Mont*, doiuent de rente, par an, à deux Eschiquiers. Item, huict liures, lesquelles *Geffray du Fay*, dait par an, de rente. Item, sept liures dix neuf solz, cinq deniers, lesquels li Hoir *Robert de la Londe* doit par an de rente. Item, huict liures douze soulz, lesquels li hoirs du *Quesnoy*, doit par an de rente. Item, neuf sols, lesquels *Richart Nuisant*, doit par an de rente. Item, six liures deux sols, lesquels *Thomas l'Angeuin* rent pour la cousture de Appetint. Item, six liures deux solz, six deniers, lesquels la Maisine *Thomas le Clerc*, & leur personniers doiuent par an de rente, pour les champs Osber. Item, quarante deux solz, lesquels *Pierre de la Ruë*, doit par an de Renée. Item, sept-vingtz & sept chapons, qui sont en ladicte ferme: le chappon, huit deniers: valent quatre liures dix huict solz. Item, vingt sept gelines, la geline, cinq deniers, valent onze sols trois deniers. Item, huict liures, sept solz, onze deniers de rente; deubs par la raison de ladite Ferme *Aurel*, auec les chappons, & gelines. Item, à Pasques, huict liures dix neuf sols, quatre deniers & maille. Item, treze chesnes, & trois fresnes; qui valent par an, dix sols de rente, qui sont en la Paroisse d'Esquaquelont, en ladicte ferme. Et pourront lesdits Religieux, quant il leur plaira, faire vn manoir en ladicte ferme, à l'vsage duquel manoir, ils auront en ladicte forest, & és pasturages en telles franchises, comme leurs hommes tenant ladicte ferme ont. Somme de la valuë de toutes les choses dessus dites, 300. liures, vingt sols Tournois de rente annuelle, & perpetuelle: lesquelles choses dessusdictes, & chacune d'icelles, nous octroyons, baillons & delaissons & quittons, du tout, audits Abbé & Conuent, pour eux, pour leurs Successeurs, & pour leurdit Monstier, à tenir, posseder, & auoir perpetuellement, & à tousiours, & dés ores transportons en eux, tout le droict, l'action, proprieté, possession & Seigneurie, que nous auiens, & poienz, ou deuiens auoir, en toutes les choses dessus dictes, & en chacune d'icelles. Et les leur promettons garantir vers tous, & contre tous, perpetuelement, sans iamais venir en contre par nous, ne par autre. Et sans ce que nous, ne nostre Successeur, les puissienz, ne doyenz contraindre de payer tiers, ne dangier, pour les bois dessus dictz. Et sans ce que nous, ou nostre successeur puissienz dire, ne reclamer, ou temps à venir, que nous aienz esté deceu, en cet eschange, ou que lesdits eschanges, & la prisie des choses, eschangées, d'vne partie & d'autre, n'ayent esté faites, bien & suffisamment. Et ledit Abbé & Conuent, ou non, & pour cause dudit eschange & permutation des choses par nous baillées, & octroyées à eux, si comme dessus dictes, nous ont octroyé, baillé, delaissé, & quitté perpetuellement, & à tousiours, les choses qui s'ensuyuent: C'est à sçauoir. A *Escoyes* sexante trois acre, sexante & quatorze perches de terre gaaignable, chacune acre, pour 25. souls, valent sexante dix neuf liures, six solz, deux deniers. Item, le Patronnage de l'Eglise dudit lieu, sexante solz. Item, la iustice basse de huict Hostels, huict sols, le Manoir, & les edifices, si comme ilz se comportent, vingt liures. Le champart de 4. acres de terre, chacun an, vne mine de blé, de dix sols; & demie mine d'aueine trois solz, deux deniers. Vn jardinet emprez ledit Manoir, contenant 30. perches: trois solz, neuf deniers. Rentes en deniers, quarante six sols tournois; Huit chappons, chacun prisié 8. deniers, valent cinq solz, quatre deniers. Quatre vingts œufs: huict pour vn denier, valent dix deniers. Item, à *Basqueuille*; deux muiz de grain: c'est à sçauoir, seize mines de froment, pour mine, dix sols, valent huit liures: seize mines d'aueine, dont il y a cinq boisseaux en la mine, à la mesure d'Andely:

pour

pour mine, trois solz, trois mailles: valent cinquante sols: Orge, huict mines, prisié, vingt & cinq solz. Segle, huict mines, prisié quarante sols. Item, à *Muchegros*, dix sextiers de Metail, à la mesure d'Andeli, prisié dix liures. Quinze mines d'aueine, prisiée, quarante neuf sols six deniers. Item à la *Mesengerie*, deux sextiers de fourment, prisiez quarante sols. Vn sextier de metail, prisié vingtz sols. Les deux parts des dismes des terres, qui viennent à la grange d'Escoyes: quatre-vingts liures. Item, à *Toufreuille*, quatre-vingtz cinq acres, trois verges, & 28. perches de terre, gaaignable; pour acre douze sols: valent cinquante vne liure, vnze solz, & trois deniers. Vne vergée de pré, au prix de trois sols: dequoy l'en rent à *Pierre de Poissi*, chacun an, 18. deniers, & ainsy demeure desdits trois sols, dixhuict deniers. Item vn moulin, auec les dismes de chanure, de lin, du fruit, & de toutes les autres dismes, que lesdictz Religieux auoient en ladicte ville: rabatuz les moindres fraiz, & les coustoimens, ou prix de dix liures. Sur vn courtil, & prez dudit molin, que fit Gratien, douze deniers de rente. Pour la basse justice, de 20. hommes, 20. solz. Pour vne masure, vne grange dessus, & la franchise d'icelle masure, trente cinq solz. Rentes & deniers. Six liures onze solz deux deniers. 24. chappons, au prix de seize sols, douze vingtz œufs, ou prix de deux sols & six deniers. Item, 26. acres, trois verges de bois, pour le tressons, sans la touture, pour acre, cinq sols valent six liures treize sols, & neuf deniers tournois. Somme de la valuë de toutes les choses deuant dictes, baillées à noms desdits Religieux, par cause dudit eschange, deux cens quatre vingt treize liures, dix neuf sols, onze deniers tournois de rente annuel & perpetuel: & ainsy faicte collation de la valuë des choses que nous baillons, audit Abbé & Conuent, à la valuë des choses que il nous baillent par ledit eschange, demeure que ledit Abbé & Conuent furent, auec ce que il nous baillent, tenu à nous bailler, asseoir, & assigner, sept liures, & vn denier tournois de rente par an, lesquels pour accōplir parfaictemēt tout ledit eschange, il nous ont baillies, & assises, & assignées sur la rente annuel de sexante sept liures tournois, que ils prenoient chacun an sur nostre Preuosté du *Ponteaudemer*, en rabattant, & en amenisant à tousiours perpetuelement, lesdictes 7. liures, & vn denier tournois de rente, par an, desdictes sexante sept liures de rente: Et de ores li dis Abbé & Conuent, pour eux, pour leurs successeurs, & pour leur dit Montier, quittent nous & ladite Preuosté perpetuelement à tousiours desdictes sept liures & vn denier de rente par an. En ceste maniere demeure auec telle somme, que nous baillons, comme est celle que ilz nous baillent par ledit eschange: lesquel eschange, nous de certaine science, voulons, loons, greons, & approuuons: & voulons & octroyons, que li dis Abbé & Conuent, & leurs successeurs, au nom d'eux, & de leur dit Monstier, tiennent à tousiours, perpetuelement, en pur, & perpetuel aumosne, franchement, quittement, paisiblement, & honorablement, toutes les choses, que nous leur baillons, par ledit eschange: car ainsy tenoient il ce qu'ilz nous ont baillé par ledit eschange, si comme nous auons veu estre contenu es lettres, & es priuileges dudit Monstier: & que il ne puissent, ne doient estre contraintz par nous, ne par nos successeurs, à nul temps, de les mettre hors de leur main; ne de payer finance aucune, pour les choses dessus dictes, ou aucune d'icelles; sauf & retenu à nous, pour nous, & pour nos successeurs perpetuelement aux choses dessusdictes, baillées de nous auditz Abbé & Conuent, au nom, & pour cause dudit eschange, la Haulte Iustice, la Souueraipeté, & le Ressort, & tout ce qui a haulte Iustice, à Souueraineté, & à ressort appartient, & puet, & doit appartenir. Toutes ces choses dessusdictes, nous promettons en bonne foy, tenir, & garder fermement, à tousiours, perpetuelement, & chacune d'icelles, sans corrompre, & sans a venir encontre: & à ce obligeons nous & nos successeurs especialement & expressément, sauf en autre choses, nostre droict, & en toutes choses le droict d'autruy. Et pour ce que ces choses soient fermes & estables perpetuelement à tousiours, nous auons fait mettre nostre seel, à ces presentes lettres; qui furent faictes & données à Creil, ou mois de May, l'an de grace, 1310.

Inspeximus insuper quandam antiquam litteram, Hugonis Archiepiscopi Rothomagens. similiter factam in hæc verba. *Hugo*, Dei gratia, Rothomagensium Archiepiscopus, charissimis filijs suis *Letardo*, Abbati, & Conuentui S. Mariæ Becci, eorumque successoribus in perpetuum. Charitas, quo magis expenditur, eo potius

augmentari dignoscitur, sub manu charitatis crescunt bona, quamlibet minima; sine charitate dessiciunt ea etiam maxima. Quapropter & nos precibus fratrum & filiorum nostrorum exorati, donatione rata concessimus vobis eandem libertatem de nauibus vestris, quam habent Ecclesiæ Fiscannensis, Fontanellensis, Gemeticensis, & S. Audoeni, de nauibus suis in portu nostro de *Vesillone*, dilectio vestra propter hoc nobis, pro benedictione, rependat & orationum pia suffragia, & mensæ Dominicæ viuifica sacramenta. Ego Hugo, Rothomagens. Archiepiscopus, S. Ego Vualerannus Decanus, Ego Gaufridus, Archidiaconus: Ego Gilo Archidiaconus: Ego Robertus Archidiaconus: Ego Fraternus, Abbas S. Audoeni, S. Ego Galterus, Abbas, S. Vvandregisili: S. Ego Serlo, Abbas. S. Luciani Beluacens. S. Ego Natalis, Abbas S. Martini Albæ-Malæ. S. Ego Vvillelmus, Prior S. Barbaræ: Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini 1144.

Inspeximus etiam tres cartas nobilium virorum, duas videlicet Roberti, & vnam Galeranni, quondam Comitum Mellenti, factas, in hæc verba. *Notum sit* omnibus fidelibus: Duci Normanniæ, & Archiepiscopo Rothomagensi, Episcopis & Baronibus terræ; quòd ego *Robertus*, Comes Mellenti, & *Elizabeth*, vxor mea, & filij nostri *Vvalerannus*, *Robertus*, atque *Hugo*, concedimus donum & quietudinem quam fecit *Rogerius de Bello-monte*, Pater meus, & Deo, & Ecclesiæ S. Mariæ Becci, in villa, quæ dicitur *Pons-Audomari*, de Teloneo, & passagio & moltura, & de omni consuetudine, quæ pertinet ad victum & vestitum, & calceaturam, & ad omnes Dominicas res prædictæ Ecclesiæ Becci, & omnium Monachorum eiusdem Ecclesiæ; hoc idem ego *Robertus*, Comes Mellenti, & *Elisabeth*, vxor mea, & prædicti filij nostri, *Vvalerannus, Robertus & Hugo, concedimus præfatæ Ecclesiæ Becci in villa quæ dicitur Vvillebonũ, hoc ipsum etiam concedimus supra memoratæ Ecclesiæ Becci, & omnibus Monachis ejusdẽ Ecclesiæ, in omni terra mea*, in Normania S. Roberti, Comitis de Mellento. S. Comitissæ Elisabeth, S. Roberti, filij Comitis. S. Galeranni, filij Comitis, S. Vvillelmi Constabular. S. Morini *de Pinu*. S. Vvillelmi de *Stotevilla*. S. Roberti de Valle. S. Helluini. S. Fulconis Medici. S. Gaufridi de *Beroy*. S. Gaufridi de *Turuilla*. *Omnibus* sancto Baptismate renatis, certum sit & notum, quod ego Galerannus, Comes Mellenti, pro salute & remedio animæ meæ, & patris & matris meæ, & Antecessorũ meorũ, concedo in Mellento, & in omni potestate mea, extra Mellentum, tam in terra, quàm in àqua, quòd omnes res Dominicæ Monachorum Beccens. vbicumque manentium, quietæ sint ab omni consuetudine; Et si emerint, vel vendiderint aliquid nullam dabunt prorsus inde consuetudinem; hoc do, hoc concedo, hoc impressione sigilli mei corroboro. Testes Gualfridus *Bertran*, Rogerius de *Bosco*, Vvillelmus filius eius, Radulfus de *Magna-villa*, Rodulfus *Harent*. Vvillelmus de *Visgat*, Alanus de *Noua-villa*.

In nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Robertus Comes Mellenti, dedi Monachis S. Mariæ de Becco Herluini, vbicumque manentibus, hanc libertatem, in perpetuum, apud Meduntem, & apud Mellentũ, vt naues illorũ, & Bacci, cũ vino, cum annona, cum quibuslibet rebus, in omni tempore, liberi sint & quieti omninò ab omni cõsuetudine & exatione; & vt nullus pro aliquo forisfacto, in naues eorum manus mittere vel illas pro aliqua querela demorari faciat. Et si quid præfati monachi, emerint, aut vendiderint in omni potestate mea, terra, vel aliqua circa Medantem, vel circa Mellentum, nullam indè prorsus dabunt consuetudinem. Testes Robertus de *Harcourt*, Robertus filius Vualteri, Vvalterius de *Brionio*, Mathæus de *Bochetot*, Vvillelmus, frater eius, Hugo de *S. Mariæ Ecclesia*.

Inspeximus insuper quamplures, cartas, litteras, & scripta diuersorum Dominorum, Baronum, & militum, ac aliorum virorum nobilium Deo deuotorum, quorum tenores in hæc verba sequuntur, seriatim. *Libertates*, & eleemosynæ, quæ loci Religiosis à fidelibus conferuntur: justum est, vt ad posterorum notitiam litteris commendant: ea propter sciant præsentes & posteri, quòd ego *Vvillelmus Maluesin*, in transitu Sequanæ apud *Medantem* & apud *Rœnei*, in his, quæ mihi, & hæredibus meis pertinent, dedi Monachus S. Mariæ Becci, jure perpetuo; vt naues & Bacci illorum, cum vino & annona liberæ sint & quietæ ab omni consuetudine,

tudine, & exatione, quæ mihi & seruientibus meis debetur. Testes Adelina, vxor eius, Maneter, & Petrus fratres eius: Guerrycus de *Porta*; Balduinus de *Maigna-villa*: Hubertus de *Flobancourt*, Vvillelmus, filius Alani. Facta est hæc carta & hæc concessio, in insula ante *Roenei*, quæ vocatur, *Spinosa*.

Notum sit præsentibus & futuris, quòd ego *Simon de Aneth*, concessi pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum, & hæredum meorum, & ad petitionem Domini mei Gualeranni, Comitis Mellenti, Monachis suis de Bello-monte, in perpetuum liberè & quietè, eant, redeant, ducant, reducant, per totam terram & potestatem meam sine contradictione & exactione aliqua, vinum, & quæcumque necessaria fuerint, ad proprios vsus eorum, & manupastus eorum; Et ideo prohibeo, ne aliquis ministrorum, vel hominum meorum, eos, vel homines eorum, in aliquo disturbet, sub pœna decem librarum. Hanc etiam libertatem concedo omnibus Monachis de Becco. Testibus, Radulfo de *Grolai*; Bochardo de *Hulmo*, Roberto, *Crassa lingua*, Ralnulfo de *Misi*, Moraherio de *Hillies*, & multis alijs.

Sciant præsentes & posteri, quòd ego *Vvasco de Pixeio*, dedi Monachis S. Mariæ de Becco, pro salute animæ, & Antecessorum meorum, hanc libertatem, in transitu Medantæ, vt naues illorum & Bacci, & quicquid eorum fuerit, in terra & in aqua, liberum sit & quietum, ab omni consuetudine & exactione, quæ mihi & hæredibus meis debetur, vsque in sempiternum. Hoc autem feci consensu & voluntate Iachelinæ, vxoris meæ, ad cuius patrimonium hoc pertinebat, & filiorum meorum Vvasconis & Roberti, & filiæ Petronillæ. Testes, Petrus de *Isseio*, Girelmus *Mustel*, Malnorry de *Frennes*, *Ioannes Brito*, Vvillelmus *Bernois*, & multi alij.

In nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis.

Sciant præsentes & futuri; quòd ego, *Mathæus de Mommorentiaco*, pro remedio animæ meæ, & Bucardi, pàtris mei, & Agnetis matris meæ, & fratrum, & Antecessorum meorum: concedo Deo, & S. Mariæ Becci, & Monachis ibidem Deo famulantibus, pedagium in terra mea liberum & quietum, videlicet, si ipsi emerint in terra mea, siue vinum, vel alliud quidlibet, ad opus Monachorum Beccensium, liberos & quietos præcipio esse, ab omni pedagio & consuetudine. Concedo etiam quietum palagium quod dedit antè Buccardus, Pater meus, si eorum naues ad portum meum appulerint apud Mellentum vtrumque. Testes, Iuo de *Salnis*, Godefridus de *Quatre-mares*, Rodulfus *Freine*, Berengerius famulus Monachorum, Robertus *Carbot*.

Sciant præsentes, & futuri, quòd ego *Guido Maluesin*, consilio & voluntate Ælinæ, matris meæ, frattumque meorum, Guillelmi, Rodulfi, Roberti, hominumque meorum assensu, dono, & concedo & præsenti carta mea confirmo Monachis S. Mariæ de Becco, talem libertatem in transitu Sequanæ, apud *Meduntam*, & apud *Roenai*, & in omni potestate mea, vt naues eorum & Bacci, & quicquid illorum fuerit, in terra, & villa, & aqua, liberum sit & quietum in perpetuum, de omni consuetudine & omnimoda exactione, quocumque vocetur nomine, quæ ad me pertinere dinoscitur. Hoc autem feci pro salute mea, & patris & matris meæ, fratrumque meorum, & vt particeps sim omnium beneficiorum Beccens. Monasterij; & insuper, pro hac concessione recepi 20. libras de charitate Ecclesiæ. His testibus, Theobaldo de *Oenuilla*, Ioanne de *Scloencourt*, Petro de *Magna-villa*, Gisleberto de *Mesnil-Bernard*, Drogone de *Mecheront*, & multis alijs.

Certum sit & firmum, omnibus filijs S. Ecclesiæ, quod ego *Rogerius de Conchis*, in perpetuum, concedo Deo & Ecclesiæ S. Mariæ Becci; vt si res hominum de Plesseio, Mahiel, pro aliquo forisfacto, vel cuiuslibet rei causa, captæ fuerint, de proprio Dominio Monachorum Becci nihil omninò accipiatur. Et volo, & in perpetuum concedo, pro salute animæ meæ, & Antecessorum, & hæredum meorum, vt Monachi habeant in perpetuum ad proprium vsagium domus suæ de *Plesseio-Mahiel*, liberè & quietè boscum ad ardendum, de foresta mea. Testibus, Roberto de *Nouoburgo*, Petro de *Manlè*, Radulfo de *Bosco Rogerij*: Hamerico de *Nogento*.

Nouerint omnes, ad quos præsens scriptum peruenerit; quòd ego *Mathildis*, Domina *de Sap*, quæ fui vxor *Reginaldi de Curtenai*, dedi Deo, & S. Mariæ Becci, &

Qqq ij

Monachis ibidem Deo seruientibus, pro salute mea, & pro animabus Antecessorum meorum, necnon & hæredum meorum: & pro anima Mariti mei, Reginaldi de *Courtenai*, in liberam, perpetuam, & puram eleemosynam, centum solidatos annui redditus in Præfectura mea de *Sap*, percipiendos, annuatim, per manum Præfecti de *Sap*, ad duos terminos, scilicet, 50. solidos, ad festum omnium sanctorum; & 50. solidos ad Pascha: & vt hæc mea donatio stabilis & firma in posterum perseueret, præsenti scripto, & sigilli mei testimonio, eam confirmaui: his testibus, Richardo, Capellano de Becco, Vualtero de *Buxeto*, Rogero *Bulcheurd*, *Roberto Capellano* de S. Amando, Nicolao de *Clera*, Richardo de *Aukemtum*, Petro *Rege*.

Ego Vuillelmus de Vernon, pro salute mea, & Antecessorum, & hæredum meorum, Do & concedo Deo, & S. Mariæ de Becco, & Monachis ejusdem loci; vt naues eorum, & omnes res eorum, ad vsus & victum illorum propriè pertinentes, liberæ sint & quietæ, in perpetuum, per totam aquam, & honorem, & potestatem, & feodum de Vernon, quotiescumque ibi transierint, de omni consuetudine & Pontagio, & passagio, & Teloneo, & trauerso, & omni alia exactione. Hoc in perpetuam eleemosynam dictis Monachis, præsenti carta mea confirmo, & sigilli mei authoritate corroboro. Actum anno gratiæ 1077. Testes, Petrus filius Odardi, Hugo frater eius. Rogerius filius Raheri. Robertus *Fmonus*, Richardus *Borsart*.

Sciant, omnes præsentes & futuri: Quòd ego *Almaricus, Vice-comes de Mesero*, quietum clamaui, & omninò remisi Deo, & B. Mariæ de Becce, & Monachis ibidem Deo seruientibus, pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, palagium nauium & Baccorum suorum, quod clamabam jure hæreditario mihi pertinere apud *Grenam* de Mellento. Ita quòd de cætero, nec ego, nec hæredes mei, in palagio nauium & Baccorum dictorum monachorum aliquid juris & consuetudinis poterimus reclamare. Quod vt fermum sit & stabile in perpetuum, præsenti cartæ sigillum meum duxi apponendum. Actum anno Domini 1235. Mense Aprili.

Sciant præsentes & futuri, Quòd ego *Robertus Bertran*, miles, filius & hæres *Roberti Bertrani*, militis defuncti, pro salute animæ meæ, & patris, & *Ioannæ*, *Dominæ de Turreio*, matris meæ, & Antecessorum meorum, necnon & hæredum meorum, relaxaui, & penitus quietas clamaui, pro me, & hæredibus meis, Abbati de Becco, & Monachis ibidem Deo seruientibus, omnes consuetudines, quas ab eis exigebam, in villa mea de *Honeflou*, occasione emptionis victualium suorum, & rerum eorum ibidem applicãtium. Quare volo, & firmiter Bailliuis meis præcipio, vt dicti Monachi, & res eorum, de cœtero liberi sint & quieti, ab omnibus dictis consuetudinibus in dicta mea de Honeflou; ita tamen quòd emptores victualium dictorum monachorum, quando nouiter substituentur, semel facient securitatem, fide corporaliter præstita, Præposito de *Honeflou*, quod nihil ement in dicta villa, nisi ad proprios vsus dictorum monachorum. Similiter seruientes ibidem applicantes, cum rebus dictorum monachorum, fidem præstabunt, quòd nihil aduocabunt, nisi res proprias monachorum. Et vt hoc firmum & stabile permaneat prædictis Monachis, præsens scriptum tradidi sigilli mei munimine roboratum. Actum anno Domini 1240.

Nos autem cartas, litteras, & scripta prædicta, ac omnia & singula in eis contenta, quo ad dona & concessiones præfatæ Abbatiæ, infra regnum nostrum Franciæ ac Ducatum nostrum Normaniæ, facta & concessa, rata habentes & grata; ea pro nobis, & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus & approbamus, ac dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conuentui loci prædicti, & successoribus suis, tenore præsentium concedimus, & confirmamus, pro vt cartæ, litteræ, & scripta prædicta rationabiliter testantur. Et pro vt ijdem Abbas, & Conuentus, & prædecessores sui, donis & concessionibus prædictis, infra Regnum Franciæ, & Ducatum, nostra prædicta, hactenus rationabiliter vsi sunt & gauisi. Intentionis tamen nostræ non existit, quòd per hanc confirmationem, præfatis Abbati & Conuentui, aut successoribus suis, aduersus nos, seu quemcumque alium quomodolibet in possessione, vel proprietate jus nouum acquiri valeat: nobisque, aut quibuscumque nostris subditis præjudicium aliquod generetur. Nec etiam, quòd prædicti Abbas, & Conuentus, seu successores sui aliquod jus, vel clament super aliquibus

bus possessionibus infra Regnum nostrum Angliæ, colore præsentis confirmationis habeant, vendicent, siue clament, in futurum. In cuius rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes: Teste meipso. Apud castrum nostrum Rothomagi 28. die Martij, anno Regni nostri 8. Ita subsignatum, Per ipsum Regem, STOPYNDON. Et extra inferius, scriptum erat. Extractum per Richardum, *Sturgeon*, & Ioannem *Stopyndon* clericos. Ex codice maximo MS. fol. 17. & seq. Luteriæ apud D. de *Vyon*, d'*Herouual*.

Monachi virtutum laude, & doctrina præstantißimi, qui ex cænobio Beccensi prodierunt, suntque euocati ad dignitates Pontificales & Abbatiales aliarum Ecclesiarum assumendas: quæ & quot beneficia Ecclesiastica spectant ad huiuscemodi Beccense cænobium.

CAPVT XIV.

I. VT igitur, nil intactum reliquamus, plurimùm iuuat, confertque ad omnimodam Beccensis Monasterij cognitionem adipiscẽdam, scire, referreque viros illos, vitæ sanctitate gloriosos, eximia virtute illustres, necnon singulari doctrina celebres: qui ex hoc Asceterio, veluti ex Diuino cæspite, pullularunt, variasque Ecclesias collustrarunt, sanctèque rexerunt B. Lanfrancus, è monacho, & Priore Beccensi, factus Cadomensis Abbas: ac tandem Archiepiscopus Cantuariensis. S. Anselmus: ex Abbate 2. Beccensi, assumptus ad eumdem Archiepiscopatum. Theobaldus, ex Abbate 5. Beccensi, ad idem munus euectus: obijt ann. 1161. Rogerius, ex 7. Abbate Beccensi, ad eamdem electus, dignitatem recusauit: De quo jam superius egimus. [a] Hubertus, ex Monacho Beccensi ad ipsammet Ecclesiam regendam vocatus. [b]

Ad Beluacensem Episcopatum.

Fulco ex Beluacensi Thesaurario, factus Becci Monachus, S. Anselmo Priore:
II. tandem inuitus ad Beluacensem Episcopatum, euocatus est: circa ann. 1078. eodem S. Anselmo adhuc Prioris officio fungente: de quo, & ad quem nonnullas scripsit Epistolas, si iuxta Chronologiam eo ordine sint editæ, [c] aliter dicendum foret ann. 1089.

Ad Ebroicensem Episcopatum.

Richardus de S. *Leodegario*, ex Abbate 13. Beccensi, Pontifex electus ann. 1223. ceu 1224. Gaufridus *Faë*, ex Abbate 20. Beccensi Episcopus ann. 1334. de quibus sup. [d]

Ad Roffensem Episcopatum, in Anglia.

Hernostus, ex Beccensi Monacho. Roffensis ordinatus Episcopus à B. Lanfranco Cantuariensi Archiepiscopo: ad quem Anselmus scripsit Epistolam, cùm Prior esset Beccensis. [e] S. Gondulphus, ex Monacho Beccensi, Abbas Vvestmonasteriensis, ac postea Episcopus Roffensis, ann. 1071. Hernosti successor: ad quem plures scripsit S. Anselmus. [f]

Ad Abbatiam Cadomensem.

III. B. Lanfrancus, ex Priore Beccensi, sup. primus Abbas Cadomensis. Guillelmus, ex Monacho Beccensi, Abbas 2. Cadomens. Petrus ex Monacho Beccensi, Abbas 7. Cadomens. [g] Verùm ille Abbas Petrus, ad quem scribit S. Anselmus 23. lib. 2. non videtur fuisse Beccens.

a *Sup. cap. 2. 4. 9.*
b *Ex Catalogo eorum, in Schedis Abbatiæ Bernaij.*
c *S. Anselmus lib. 1. Epistol. 52 lib. 2. Epistol. 32. 33. 34. & 41. lib. 3. Epistol. 11. & 37. Picardus. ibid. in Notis. Ivo Carnotens. Epistol. 30. & 31 al. 106. & 107. Gallia Christiana. Louuetus & Loysel in Episcopis Beluacens.*
d *Sup. cap. 8. & 9. Catalogus sup.*
e *S. Anselmus lib. 1. Epistol. 44. Picardus. ibid. in Notis. Tabula Episcopor. Roffens. In Codice MS. S. Victor. Parisiens. Catalogus, sup. Vvion in adjunctis, lib. 2. ligni vitæ, pag. 351. Parisius, ad ann. 1089.*
f *S. Anselmus lib. 1. Epistola 4. v. 7. 8. 14. 20. 26. 33. 34. 35. 49. 50. 59. 69. lib. 2. Epistola 3. 7. 46. lib. 3. Epistola 3. 78. 85. 92. & 112. Picardus ibid. & alij omnes, sup.*
g *Vide in Abbat. Cadomens. Catalogus sup.*

Digitized by Google

Ad Pratellensem Abbatiam.

Michael Abbas 8. Henricus Abbas 9. [h] Bernardus & Vincentius. [i]

Ad Abbatiam de Threio.

Radulphus Abbas, obijt 6. Idus Februarij. Guillelmus Abbas, 7. Calend. Februarij.

Ad Abbatiam de Cormelijs.

Harduinus 15. Calend. Ianuar. Durandus 11. Calend. Maij. Stephanus 11. Calend. Iunij.

Ad Abbatiam Vlterioris portus.

Guillelmus, 6. Calend. Martij. Henricus 4. Idus Maij.

Ad Abbatiam Vticensem.

Robertus 4. Calend. Iunij, ad quem scripsit S. Anselmus Epistolam, 38. lib. 2. Rogerius 14. Calend. Septemb. ad hunc etiam scripsit, idem S. Anselmus Epistolam, 40. lib. 1. Goscelinus 11. Idus Augusti.

Ad Gemeticensem Abbatiam.

Vvillelmus 7. Idus Nouemb. Rogerius 16. Calend. Septemb. sub *Gaufrido, Harenc*, Abbate 25. Beccensi.

Ad Abbatiam Montis S. Michaelis. IV.

Robertus, Author Appendicis ad Chronicon Sigeberti. Bernardus, 8. Idus Maij.

Ad Abbatiam Bernaij.

Goscelinus, 15. Idus Augusti. Vvillelmus, 14. Calend. Nouemb.

S. Audoeni. Aymericus 3. Idus Februar. obijt.

Exaquei. Rogerius 5. Calend. Iulij.

Conchensis. Gillebertus 15. Calend. Septemb.

Lyræ. Radulphus 8. Calend. Nouemb.

Cerasiensis Ioannes de *Bælyæ*.

De Vallemonte. Ioannes *Ribault*.

De Bello. Henricus 14. Calend. Iulij, ad quem S. Anselmus, Epistola, 20. & 21. lib. 2. V.

Bricholij. Robertus, Nonis Nouemb.

Vvestmonasteriensis. S. Gondulphus, sup. postea Episcopus Roffensis.

Gilbertus, Crispinus, 8. Idus Decembr. ad quem S. Anselmus scripsit Epistolam 75. lib. 1. & Epistolam 16. 36. & 51. lib. 2.

Cestriensis.

Richardus Abbas, ex Monacho Beccensi. [k] In Cœnobio S. Vvalburgæ Virg. apud Cestram in Anglia. [l]

Elyensis.

Richardus, Richardi de *Benefacta*, filius, ex Monacho Beccensi, Abbas institutus à Rege Angliæ Henrico, ann. 1100. [m]

h Vide in Abbatia Pratellens. Catalogus sup.
i Idem Catalogus.

k Ibid.
l Ordericus lib. 8. ad ann. 1088. Picardus in notis ad lib. 3. Epistol. 49. S. Anselmi ex Tabulis MSS. Archiepiscop. Cantuariens.
m Idem lib. 10. ann. 1100. Picardus in notis ad Epistolam 6. lib. 2. S. Anselmi.

S. Edmundi

Digitized by Google

S. Edmundi in Anglia.

Albodus Hierosolymitanus, Beccensis Monachus S. Edmundi Regis & martyris de Bedrici-ture: Abbas ann. 1120. [n]

Aquicinctini.

B. Alelmus, ex Monacho Beccensi Abbas 2. Aquicinensis, ann. 1080. [o]

S. Saluatoris, Capua.

Ioannes Romanus, clericus, Monachus Beccensis: de quo Vrbanus II. ad B. Anselmum scripsit, vt ad eum remitteret: quem præfecit Abbatem Monasterio S. Saluatoris in Capua ad Telesinam vrbem. [p]

VI. Quantum verò spectat ad Beneficia Ecclesiastica ad Beccensem Ecclesiam pertinentia: hæc sequuntur. In Diœcesi Rothomagensi Prioratus B. Mariæ de *Prato* juxta Rothomagum ad Sequanam. Prioratus S. Petri de *Pontoesia*. Prioratus de *Bello-saltu*, Prioratus de *Clara*: cuius meminit Chronicon Becci, ann. 1124. Prioratus de *Guernes*, Prioratus S. Martini de *Garenna*, item in Diœcesi Lexouiensi, Prioratus S. *Philiberthi*: Prioratus S. *Vimeri*, ceu, *Ymerij*. Item, in Diœcesi Beluacēsi, Prioratus S. Mariæ de *Layo*. Item in Diœcesi Parisiensi Prioratus de *Confluentio*; Cura S. *Geruasij*, & S. Ioannis in *Grenia*, Parisijs, cum omnibus Capellis. Capella B. Mariæ, & S. Catharinæ, in Ecclesia S. Petri de *Arcijs*; Capella SS. Petri & Pauli. Capella in Hospitali S. Iuliani ad *Ioculatores* Lutetiæ. In Diœcesi Carnotensi, Prioratus S. Nicasij de *Mellento*: & Prioratus de *Hamello*. Item, in Diœcesi Aurelianensi, Prioratus S. Petri de *Cauchiaco*. Item, in Diœcesi, Lincolniensi, in Anglia, Prioratus S. *Neotis*, de quo Chronicon Becci, ann. 1113. 1141. & 1238. & Hilfesfordensis. Item in Anglia, Prioratus Igoldeliuensis, in agro Moritheensi & Okeburnensis in agro Vviltoniensi, de quibus *Monasticon Anglicum*. Tom. 2. item plura alia quæ lubens omitto. [q]

VII. Asseruantur etiamnum Fontinellæ: Littera Decani Rothomagensis inter Fontinellenses monachos, & Abbatem Becci, pro decimis de *Blein-villa* & de *Longolio*: Et Littera D. Archiepiscopi Rothomagens. pro decimis ibid. [r] Item, Littera inter eosdem Monachus & Abbatem Becci pro quadam portione decimarum de *Quitry*. [s] Præterea monachi Beccenses nonnihil habere dicuntur in foresta *Britolij*. [t] Exindè, pro sede capienda, in Synodo Archiepiscopi Rothomagensi, fuit lis mota inter Abbatem Becci, & Gemeticensem, tempore *Gaufridi Harens*, Beccensis, qui dicebat sibi secundum locum pertinere, alio contrarium asserente? inquit chronicon Beccense: sed de his aliàs, cum sermo iterum redibit. Apud Neustriam Miscellaneam lib. 7. cap. 3. &c.

n *Ordericus lib. 12. ann. 1110.*

o *Menardus lib. 2. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 9 Octob. Aubertus Myreus ex supplemento Sigeberti.*

p *S. Anselmus lib. 2 Epistola 32. Picardus ibid. in notis. Chronica Norman. Latina ad ann. 1151. Malmesburiensis lib. 1. de Pontific Anglor.*

q *Ex Chronico MS Becci. Pullario Beneficior. Ecclesiæ Franciæ. Lonneto, & Loysello in Histor. Episcop. Beluacens. Brulio in Antiquit. Parisiens. Antiquitatibus MS Norman. pag. 5. & 119. Apud D. Bigot Rothomagi.*

r *Cartularium magnum Abbatiæ Fontanell. sub Littera K 2. Carta 9.*

s *Ibid. Littera D. 1. Carta 6.*

t *Vyoni Codex MS. fol. 173. Lutetiæ apud D. de Vyon, d'Herouval.*

Digitized by Google

ANN. 1040.

S. PETRVS SVPER DIVAM, GALLICÈ, S. Pierre sur Diue.

Comites Aucenses, ceu Augenses, istius Abbatiæ fundatores; Fundationis Origo, series, & ordo describitur.

CAPVT I.

DIVA Riuulus est haud contemnendus, Normaniam inferiorem irrigans, & leucis quinque à Cadomo distans, juxta mare Oceani- I.
cum, habens cœnobium sui nominis constructum in honorem Beatissimæ Dei genitricis Mariæ Virginis, & S. Petri Apostolorum Principis: quodquidem Ordinis est Benedictini, Taxatum in Curia Romana, pro Annatis Cameræ Apostolicæ soluendis, ad 800. Florenos aureos: situm verò in Diœcesi Sagiensi. [a]

Multi sunt, qui hujusce Monasterij constructioni manus adiutrices porrexisse II.
leguntur. *Guillelmus* Comes Augensis, & *Lescelina*, eius vxor, vnà cum filijs suis. *Vuillermus*, (ait Ordericus) *Aucensis Comes, instinctu religiosæ conjugis suæ, Lescelinæ, Abbatiam S. Mariæ, super riuulum Diuæ construxit.* [b] Item, ex Gemeticensi. *Lescelina verò Comitissa Aucensis, adjuta à filiis suis, Roberto, Comite Auci; & Hugone, Episcopo Lexouiensi, cœnobium monachorum S. Petri, super Diuam; & Monasterium Sanctimonialium, ante vrbem Lexouiensem, virili animo construxit.* [c] Hujus meminit Episcopus Arbotetanus, eam vocans Hesselinam Guillelmi (qui frater erat Richardi 2.) conjugem: *quæ suasu Radulphi, Ebroicarum Comitis, Guillelmo nupsit. Proba sanè mulier & religiosa: cujus impensis, ædes sacra Virginis apud Iuam extructa hodiè visitur; ex qua prodiere liberi duo, Robertus vnus, Aucensis Comes* Gallicè Eu, *Ioannes alter, Lexoniorum Pontifex.* [d]

Verùm, multa illic per errorem interserit falsa: Nam Heroina illa, *Lescelina* nun- III.
cupabatur; cujus filius vocabatur, *Hugo*, Lexouiensis Antistes: & Maritus eius, *Guillelmus*, frater Nothus erat Richardi, 2. Normaniæ Ducis; [e] cujus beneficio Comitatum accepit *Oximensem*; quo, ob eius rebellionem, ab eodem Duce, mox spoliatus est; verùm, vt culpum agnouit, ab eodem fratre Duce, in reconciliationem susceptus, Comitatu *Oucensi* donatus est: & ad ipsius instantiam, præfatam *Lescelinam*, in conjugem sibi copulauit. „ *Cui non* multò post (inquit idem Gemeticen„sis) Oucensem Comitatum tradidit, eique quendam puellam valdè speciosam, „nomine, Lescelinam, dedit, filiam siquidem nobilissimi viri, nomine Turche„tilli. Ex ea tres genuit filios, Robertum, scilicet, post eius mortem Comitatus „illius hæredem; & Vuillelmum, Suessionensem Comitem: atque Hugonem, Le„xouiensem præsulem. [e] Hi Comites euasere admodùm illustres, tum propter „eximia eorum ingenia: tum, ob egregia, præclaraque facinora bello paceque „parta: *Guillelmo* Pictauiensi teste fidelissimo. „ *Habuit* (inquit) in Consilijs, ea „tempestate Normannia, præter Episcopos & Abbates, laici ordinis præstantis„simos viros, quorum in collegio splendidiora quædam eius lumina, atque orna„menta, emicuere: Robertus, Moritoliensis Comes: Robertus, Aucensis Comes, „Lexouiensis Episcopi, Hugonis, de cujus vita supra scripsimus, frater: &c. [f] Eadem prorsus refert *Ordericus.* [g] Itaque præfatus Antistes Arboretanus, priora, quæ ediderat, emendans, hæc postea, correctiùs protulit. „ *Lescelina*, (inquit) „Comitissa Aucensis, Gallicè, *Auge*, relicta Guillelmi, Comitis d'Eu, qui fuerat „naturalis frater secundi Richardi Normannorum Ducis, adjuta à filijs suis, Roberto,

a *Antiquitates MS. Normaniæ, pag. 142. 262. Gallia Christiana, in Episcop. Sagiens. & in Abbat. Cœnalis lib. 2. de Re Gallica, periocha 4. Petrus Geisius. De Clericis Regularibus, Sectione 13. §. 50. Marinus Prouuerre lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 21. Picardus in notis, ad lib. 2. Epistola 14. D. Anselmi.*

b *Ordericus lib. 3. Histor. Eccles. ad ann. 1030. & lib. 4. ad ann. 1073.*

c *Gemeticensis lib. 7. de Gestis Normannor. cap. 22.*

d *Cœnalis sup.*

e *Dudo lib. 3. de moribus & Actis Normanor. sub. Duce Richardo I.*

e *Gemeticensis, sup. lib. 5. cap. 3.*

f *Guillelmus Pictauiens. De Gestis Guillelmi 2. Norman. Ducis.*

g *Ordericus sup. lib. 2. ad ann. 1066.*

„ berto, Comite Aucensi; & Hugone, Episcopo Lexouiensi, monasterium S. Pe-
„ tri super Diuam, virorum: & monasterium fœminarum ante vrbem Lexouien-
„ sem, virili animo construxit. [h] Quæ quidem à Roberto de Monte didicerat. [i]

IV. Hæc autem clariora reddentur; ex Tractatu quodam MS. apud eam Abbatiam reperto, vbi de fundatione & structura primaria illius agitur: totiusque rei series, absque verborum ambage, in hunc modum panditur.

Hic locus in initio, quo Monasticæ Religionis in eo sumpsit ordo principium, quos habuerit fundatores, aut quos, quibus-ve temporibus, in sacri regiminis officio successores, ad memoriam posterorum, non incongruum duximus litteris breuiter adnotandum. Hunc igitur locum Lescelina, Comitissa nobilis, sponsa Guillelmi, Augensis egregij Consulis, tempore, quo Francorum Rex Henricus agebat in sceptris, fundauit: possessionibusque ac prædijs, quæ ei, ex jure Dotali competebant, ditauit. Verùm, vt rei hujus manifestiùs elucescat; paulò est altiùs repetendum: & quisnam hic Guillelmus, de quo agimus, quænam etiam, quam præfati sumus, coniunx eius fuerit intimandum.

V. Hic igitur Guillermus, ille est, Richardi 2. Normannorum Ducis clarissimi frater; qui adhuc junior in Oximensi castro, quod ab ipso, cum finitimis locis, custodiendum, acceperat, cùm peruersorum quorumdam consilijs, aduersus fratrem suum eumdem rebellare niteretur, captus ab eo, Rothomagumque perductus, Turchitillo, cuidam viro illustrissimò, seruandus traditur. Erat autem eidem Turchitillo filia, pulchritudine corporis & sapientia animi, sed & morum honestate, præcellens, Lescelina nomine, cujus industria, idem Guillelmus, posteaquam de vinculis, quibus tenebatur, euasit, cùm in fratris sui gratiam reuocatus, ab eo etiam Consulari esset honore donatus, eam sub matrimonio sociauit; genuitque ex ea viros sui temporis clarissimos, Robertum, scilicet, qui sibi postmodum in Consulatu Augensi successit; Guillelmum etiam, qui & ipse apud Suessionem ciuitatem Comes, domi militiæque gloria claruit: Hugonem quoque, qui in Pontificatu Lexouiensi, vita pariter ac doctrina venerandus effulsit.

VI. Ædificauit, autem sibi idem Comes domum hoc in prædio; quod ab antiquis, ad S. Petrum super Diuam, nominatum est. Cui operi dùm insisteretur, venit die quadam mulier de villa, quæ *Vallis*, vocatur, quæ orationis gratia, *Curcicum* properabat, quia sub eodem illuc tempore, populorum finitimorum turba frequens, ad S. *Ferreolum*, confluebat. Subsistens igitur mulier, opusque diligentius intuens, sese mox humi prostrauit, orationem fudit, & quam manu ferebat oblatione super lapidem posita, ipsoque humiliter exosculato, surrexit, ac se jam recessura signauit. Admirati itaque hi, qui operi insistebant; O, inquiunt, mulier, quid-nam est quod agere voluisti? non est Ecclesia, quam facimus, sed domus est Comitis Guillermi. Ac illa: scio, ait, scio quid fecerim, vos scitote quid agitis: Ego enim in nomine Domini, & in honore Beatæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ, oblationem, quam ad S. *Ferreolum* deferebam, hoc in loco sacraui, nec vlteriùs jam quæro progredi. His dictis, valefaciens, ad propria repedauit. Tum verò vehementiori multò admiratione permoti; Nos, inquiunt, domum Comiti facere æstimabamus, sed forrasse Ecclesia erit ista quam facimus. Erat etiam in loco hoc, Sacerdos quidam vitæ venerabilis, Gislemarus nomine; qui Ecclesiæ B. Petri, à quo & locus nomen acceperat, à multis annis, in Præsbyteratus officio ministrabat. Hic die quadam, cùm circumastantibus incolis, juxta consuetudinem, loqueretur, videtis, ait, quàm sit locus iste despicabilis, quàm nullius ferè nominis & honoris! Dico vobis, quia futurum adhuc est, vt videatis in eo Conuentum primò Sanctimonialium, ac deindè Religiosorum Deo seruientium monachorum; dixit, verumque dixisse eum, rei postmodum exitus approbauit.

VII. Nam post viri sui Guillermi scilicet Comitis mortem, vxor eius, quam prædiximus *Lescelina*, de illius, ac sua, suorumque salute sollicita, in hoc ipso prædio, quod dotali jure, cum appenditijs suis ad eam pertinebat, domum illam, de qua supra egimus, Ecclesiam constituit: vbi primò quidem sanctimoniales, secundum quod vir venerandus prædixerat, aggregauit. Verùm, quia, cùm finitimorum superbia pacem habere non potuerunt: *Lexouium* eas transtulit, ibique etiam monasterium, patrocinante filio suo *Hugone* superiùs memorato jam Episcopo, ædificauit, &c. [k]

h *Canalis Tom. 5. Hierarchia Neustriæ in ea Abbatia.*
i *Tract. de Abbat. & Abbatiis cap. 24.*
k *Ex Codic. MS. Antiquo Abbat. Diuensis.*

Rrr

Monachi Benedictini introducuntur, cui D. Aynardus, Abbas primarius præficitur, ad instantiam fundatricis Lescelinæ; quæ postea piè moritur: sicut & ipse B. Aynardus Abbas eruditione, virtute, & vitæ sanctitate illustris.

CAPVT II.

I. SAnctimonialibus itaque aliò translatis, nil antiquius animo tulit *Lescelina* pia Heroina, quàm præsens Diuense cœnobium vacuum, optimis habitatoribus replere, monachisq; sanctissimis illud cohonestare: Anxia dubiaque, cui nam potissimũ Religiosorum, congregationi illud aggregaret, cum satis apud se excogitasset; venit protinus in mentem celebris illa Monasterij Fontanellensis sanctitatis fama, tota Gallia jam jam vulgatissima: quare missis illuc nuntijs supplex exposcit ab Abbate auxilium & juuamen, sed factum è latebris erutum prodamus in lucem: quod ex vetusto MS. Codice excerpsimus: ita habens. *At vero, quid de hoc loco ageret apud se deliberans, tradidit eum primò cuidam Abbati Monasterij, quod* Fontinella *nominatum est, instaurandum: sed inchoatum ipse dimisit citius, cùm cognouisset eum nequaquam suæ ditionis esse futurum.* a

a Codex MS. Vetus Abbat. Diuens.

II. Attamen nec tali commota euentu, cordata mulier, vires animo addidit; & ad remedium fortius indefesso labore, quamprimùm se accinxit. „ *Tunc* Comitissa accedens ad venerabilem virum, D. scilicet. Isembertum, qui cœnobio S. Trinitatis, „ quod apud Rothomagum, in monte situm est, præsidebat, multis ab eo precibus „ impetrauit: vt sibi concederet quendam de suis magnæ authoritatis virum & nominis, Diuinis & humanis apprimè studijs eruditum, cui Ainardus, vocabulum „ erat; qui quidem genere Theutonicus, sed omni sapientiæ disciplina erat, morumque pariter honestate præclarus. Huic igitur, cum possessionibus, quas habebat, locum hunc tradens, adunatis monasticæ vitæ cultoribus, eum pastorem „ præfecit. Ac deindè verens, ne si in manu filiorum suorum, Monasterium, quod „ construxerat, relinqueretur, earum rerum, quas contulerat aliquando, sicut est „ mortalium cupiditas, minorationem pateretur: sapienti vsa consilio, ipsum ab „ eis, pecunia data redemit; eamdemque pactionem, nec quid videlicet ipsi, vel „ eorum hæredes, in rebus huius cœnobij suum, jure hæreditario, calumniari in „ perpetuum possent, in præsentia Guillermi, Normanorum Principis, postea „ Regis Anglorum, ipsis quoque præsentibus, firmauit: atque ibidem hunc locum, „ eiusdem principis, ac successorum suorum dominationi, per virgam Pastoralem, „ quam in manu eius posuit, subiugauit. Ordinatus igitur, D. Ainardus, anno „ Incarnationis Dominicæ 1046. triginta & duobus ferè annis, huic cœnobio præfuit: vitaque pariter & scientia admirabili suo tempore insignis enituit; cuius „ ordinationis ann. 2. Bellum apud vallium-Dunas factum est; cui etiam Henricus „ Galliæ Rex, rogatu Guillelmi, postea Regis Anglorum, interfuit, ac diuictis „ fugatisque hostibus, ab eodem Guillelmo, in præmium, pagum vilcassinum „ accepit. b

b Ibid. & Robertus de Monte sup.
c Ordericus lib. 3. & 4. Robertus de Monte. Canalis & Galliæ Christiana sup. Antiquitates MSS. Norman.

1. *Ainardus, Abbas primarius ann. 1046.* c

III. Huius tempore, præfatus Guillelmus 2. Dux Normanniæ, Angliæ Rex, peracta Paschali festiuitate apud Fiscannense cœnobium, curam egit, vt hæc Diuensis Abbatia ann. 1067. dedicaretur, per Maurilium, Rothomagensem Archiepiscopum. „ *Celebrata* (inquit Ordericus) Paschæ solemnitate, Rex Dedicari Basilicam „ S. Mariæ super Diuam, præcepit: vbi ipse cum magno cœtu optimatum & mediocrium, Calendis Maij reuerenter interfuit: & vtilima totius populi commoditati edicta, sub voce præconis promulgauit. Deindè Calendis Iulij, Ecclesiam „ S. Mariæ apud Gemeticum dedicari præcepit; & ipse sacro mysterio venerantet affuit,

Digitized by Google

„ affuit, vtramque nimirum ex prædijs Dominij sui largiter dotauit; suaque præ-
„ sentia, dùm sanctum mysterium celebraretur, deuotè sublimauit, Maurilius cum
„ suffraganeis Episcopis hanc dedicationem humiliter & deuotè perpetrauit. e

IIII. Quantum verò spectat ad illam fundatricem *Lescelinam*; summis eam encomijs, & laudum titulis celebrant: acclamatur quippè pientissima matrona; Comitissa nobilis; pulchritudine corporis, & sapientia animi, sed & morum honestate præcellens: proba mulier, *Religiosa* conjux: virili animo prædita, sed non minori pietate conspicua. *At Comitissa* (inquit vetus codex MS. præfatus) „ *Posteaquam* sua
„ omnia Monasterijs, quæ instruerat, contulit; posteaquam se cunctis facultatibus
„ mundi, Dei pro amore, nudauit: cùm jam eam Dominus vocare dignaretur,
„ tacta incommodo sacrum à filio suo, D. Hugone, Lexouiensi Episcopo, vela-
„ men accepit, atque anno ab Incarnatione Domini 1057. Septimo Calendas
„ Februarias, à laboribus suis, beato, fine quieuit: corpusque eius in hac Ecclesia,
„ quam fundauit, honore condigno, conditum est: d huic adstipulatur obituarium huiusce Monasterij: in quo illius memoria sic recolitur. 7. *Calendas Februarij, Lescelina Comitissa, fundatrix huius loci.* e Nam quo ad annum, constat eam migrasse in cœlum, ann. 1057. juxta antiquum calculum, id est, ann. 1058. secundum recentiorem supputandi modum.

c *Ordericus lib. 4. ad ann. 1067. Gallia Christiana, sup. Cœnalis Tom. 3. Hierarchiæ Neustriæ in Archiepisc. cap. 46. Rotomag.*

d *Ex Vetusto Codic. MS Abbat. Diuens.*

e *Necrologium Diuense.*

V. Superstes igitur extitit B. Aynardus, Abbas, longoque tempore, sed ingenti virtute & doctrina, præfuit huic Abbatiæ; *Cuius regimen* (ait Ordericus) *Ainardus Teutonicus, vir sanctitate, & litterarum scientia præditus, diu tenuit.* f Sanè, quantum ad eximiam eius eruditionem, egregiasque sui animi dotes, idem Ordericus, præclaro encomio complexus est; dicens. „ *Gerbertus* Fontinellensis, & Ainardus Di-
„ uensis, ac Durandus Troarnensis; quasi tres stellæ radiantes in firmamento cœli;
„ sic isti tres Archimandritæ, multis modis rutilabant in arce Adonai: religione &
„ charitate, multiplicique peritia pollebant, studioque Diuinæ laudationis in
„ Templo Dei jugiter inhiabant, inter præcipuos cantores, scientia musicæ artis,
„ ad modulandum suauiter, potiti sunt: & dulcisonos cantus Antiphonarum at-
„ que Responsoriorum, ediderunt. De summo Rege, quem laudant Cherubin &
„ Seraphin, & omnis militia cœlorum. De intacta Virgine Maria, quæ nobis pe-
„ perit Saluatorem sæculorum. De Angelis, & Apostolis, ac Martyribus: de Con-
„ fessoribus ac Virginibus: mellifluas laudes in dulcissimo cordè manantes promp-
„ serunt; & Ecclesiæ pueris, ad concinnandum Domino, cum Asaph, & Eman,
„ Ethan, & Idithun, & filijs Chore, fideliter tradiderunt. g

f *Ordericus lib. 3. sup. ad ann. 1030.*

VI. Ad paradisi gaudia tandem perrexit, die 14. Ianuarij: h de cuius fœlici ad Deum transitu, idem Ordericus latius loqui sic aggreditur. „ *Circa hæc* tempora, Reue-
„ rendus Ainardus, Diuensium primus Abbas, in lectum decidit, & completis in
„ eo, quæ seruum Dei competunt, 19. Calend. Februarij obijt. Hic fuit natione
„ Teutonicus, geminaque scientia pleniter imbutus, versificandi & modulandi,
„ cantusque suaues edendi, peritissimus. Hoc euidenter probari potest, in historijs
„ Kiliani, Vvirtzeburgensis Episcopi; & Catharinæ Virginis, aliisque plurimus
„ cantibus, quos eleganter idem edidit in laudem Creatoris. In juuentute verò
„ studio Religionis flagrans, venerabilem Isembertum Abbatem expetijt, eiusque
„ disciplinis se gratanter, pro amore Dei, submisit, & in cœnobio S. Trinitatis,
„ quod Goscelinus de Archis, in monte Rothomagi, ad Orientalem plagam con-
„ struxerat, monachatum suscepit. Indè nutu Diuino, ab Ecclesiæ Rectoribus,
„ anno Dominicæ Incarnationis 1046. pertractus est: ac super candelabrum, vt
„ luceret omnibus, qui in domo sunt, positus est. Ordinatus autem, Diuensis Ab-
„ batiæ, (quam Lescelina Comitissa, Guillelmi, Aucensis Comitis vxor constru-
„ xerat) curam suscepit, annisque 31. benè viuens, & docens vtiliter tenuit: &
„ senex, plenusque dierum, cursum præsentis vitæ compleuit. Venerabilis Duran-
„ dus, Troarnensis Abbas, corpus eius in Basilica S. Mariæ sepeliuit; & memora-
„ bile carmen, quod super laminam Mausolei eius sculperetur edidit: in quo mores
„ & virtutes præfati Archimandritæ & charismata, quæ Diuinitùs inserta illi fue-
„ rant: luculenter sic patefecit.

Hic jacet Ainardus, redolens, vt pistica nardus,
Virtutum multis floribus & meritis.

g *Idem lib. 4. ad ann. 1072.*

h *Necrologium Diuense.*

A quo fundatus locus est hic, ædificatus,
Ingenti studio, nec modico pretio.
Vir fuit hic magnus, probitate suauis vt Agnus;
Vita conspicuus, dogmate præcipuus.
Sobrius & castus, prudens, simplex & honestus:
Pollens consilio, clarus in officio.
Mentis huic grauitas erat, & maturior ætas:
Canaque cæsaries, sed tenuis facies.
Quem nonas decimas Februo promente Kalendas,
Abstulit vltima sors, & rapuit cita mors.
Pro quo, qui transis supplex orare memor sis:
Vt sit ei saties, alma Dei facies.[i]

[i] *Ordericus lib. 4. sup. ad ann. 1073.*

Circa tempus præfecturæ ipsius D. Ainardi, mendum irrepsit. Etenim, si ann. 1046. Abbas factus sit, rexeritque ann. 31. proculdubio vitam protraxit vsque ad ann. 1077. non autem 1073. quo obitum illius refert Ordericus accidisse. Quare potius dixerim id factum euenisse, errore librariorum: qui annum MLXXIII. scripserunt, loco MLXXVIII. Constat quippe eum mortis debitum exoluisse ann. 1077. ceu 1078. pro vario antiquo, vel recenti supputationis modo, eodem mense, quo ipsa fundatrix *Lescelina*: *cuius Dormitionis* (addit rectè vetustus Codex) *quidem post, ann. 20. à subiugata autem Normannis Anglia, duodecimo; Dominus Abbas, Aynardus, 19. Calend. Februar. migrauit è sæculo.*[k] Nam ann. 1074. & 1075. ipse D. Aynardus adhuc vitam agebat, vt patet ex subscriptione eius, in charta quam Rogerius, Comes Belesmensis confirmabat, in fauorem *Maineriј*, vticensis Abbatis, & *Fulconis* ibidem Prioris, in festiuitate S. Leonardi Confessoris, die sexta Nouemb.[l] VII.

[k] *Vetus Codex MS. Abbat. Diuens.*

[l] *Apud Ordericum lib. 5. sup. ad ann. 1074. in fine.*

Cæteri eiusdem cœnobij Abbates referuntur.

CAPVT III.

Coeptum sermonem prosecuturi; subsequentium cœnobiarcharum à nobis inuestigandus est ordo, & status: qua in re, B. Ainardi I.
successor occurrit.

2. *Fulco.*[a] *ann. 1078.*

[a] *Cenalis Tom. 5. sup. Hierarchia Neustriæ. Post Robertum de Monte.*

Prior vticensis Monasterij; jam ab ann. 1051. Duci Normanniæ Guillelmo 2. Notho, charus: de eo id *Ordericus* testatur. *Fulco præpositus vticensis Ecclesiæ, qui postea Diuensis Abbas factus est à Guillelmo Notho Rege Anglorum, ad Bertam Comitissam, pro priuatis causis, in Brigiam missus est.*[b] Hic igitur summo omnium applausu & assensu, Abbas factus est Diuensis, ob ingentem, quam de eo conceperant, probitatis opinionem: sed factum audiamus. „ *Diuensis* „ Ecclesia (inquit Ordericus) Rectore proprio viduata, Fulconi Vticensium „ Priori ad regendum data est: & ipse à Roberto Salariensi Episcopo consecratus „ est. Præfata domus ab ipso, tempore Guillelmi Regis, & Roberti 2. Ducis pluribus annis gubernata est, & magnificè secundum opportunitatem temporis, pro„ uecta est. Quatuor, prædictus Heros, secum duxit vticenses monachos, Bernardũ „ cognomento Mathæum, cognatum suum, & Richardum: Guillelmum de Mona„ sterio: & Turchetillum: promptos, & vtiles librarios, & in Diuino cultu peri„ tissimos. Hi nimirum pacifici adjutores ei fuerunt, & primi ad jugum Domini ferendum

[b] *Ordericus lib 6. sup. ad ann. 1051.*

Digitized by Google

„ ferendum, noctè dieque humeros suos auidè supposuerunt; aliisque alacriter;
„ venite nobiscum in Bethel: verbo & indeficienti exemplo coessentibus suis, di-
„ xerunt. [c]

II. Porrò hic Fulco interfuit Concilio Prouinciali Neustriæ, habito ann. 1080. sub Rothomagensi 48. Archiepiscopo Guillelmo, apud *Iulio-bonam*. [d] Adfuit quoque funeri Guillelmi 2. Nothi, Normanniæ Ducis, & Angliæ Regis; dùm corpus eius humatum est Cadomi, in Ecclesia Abbatiali S. Stephani prothomartyris, ann. 1087. [e] Præterea, defuncto *Giraldo*, 39. Episcopo Sagiensi, in eius locum electus est Serlo, vticensis Abbas: vnde monachi, de alio Pastore deligendo tractare cœperunt, in præsentia ipsius Serlonis, noui Pontificis; *Adfuerunt etiam tres Abbates, Fulco Diuensis, Arnulfus Troarnensis, & Radulfus Sagiensis*: sicque Rogerius *de Sappo*, Abbas renuntiatus est ann. 1091. [f] quo ann. cernitur Rothomagi Fulco Abbas. [g]

III. Cùm igitur Fulco Cœnobiarchiam Diuensem optimè regeret, ecce vehemens dissentionis turbo, tanto in eum impetu, surrexit, vt solum vertere coactus, Abbatiam deseruerit, & pluribus annis exulauerit, profectus in Italiam, ad curiam Romanam. Quo interstitio; & lite pendente: subrogatus est primùm in eius locum, quidam *Benedictus*, Prior Monasterij S. Audoeni, Rothomagensis: ac deindè, eo mortuo, *Etardus*, seu Galterius, Gemeticensis monachus. [h] At Fulco, redux in domum, regimen Abbatiæ rursus assumpsit, vndè iniustè fuerat depositus: causa tamen, suæ expulsionis, mora absentiæ, & tempus reuersionis ab alijs diuersimodè recitatur. „ *Interea* (ait Ordericus) Fulco vticensis monachus, & Diuen-
„ sium Abbas, Vrbanum Papam adierat; & apud Cassinum montem exulabat. Cuius
„ successor nomine Benedictus S. Audoeni, Rothomagensis Archiepiscopi mona-
„ chus, obierat. Diuensibus ergò Guillelmus Rex Etardum, Gemeticensem hor-
„ tolanum, ab infantia monachum, Abbatem dedit: qui per aliquot annos gregem
„ Dei diligenter seruauit. Fulconi verò reuertenti, cum apicibus Papæ, cœnobia-
„ lem magistratum gratanter reliquit: ac ad conuersionis suæ locum reuersus, in
„ decrepita ætate hominem exuit. Fulco autem, qui ante dejectionem suam Di-
„ uense cœnobium viginti annis, rigidè rexit, solertiaque sua numerum fratrum
„ auxit, multisque modis Ecclesiam prouexit: inuidente, & instigante Sathana,
„ iniustè criminatus & depositus, septem annis exulauit. Deinde reuersus, Abba-
„ tiam suam iterum septem annis prosperè gubernauit: & senex in Anglia 3. nonas
„ Aprilis Guentæ obijt. [i] Vetus autem Codex MS. agens de obitu B. *Aynardi*, prædicti, Abbatis Diuensis: rem vtcumque discrepantem, hisce verbis enarrat.
„ *Cui Dominus* Fulco, qui apud S. Ebrulphum, Prioris ministerio fungebatur in
„ regiminis huius Ecclesiæ successit officio: quodquidem & ipse nouem & viginti
„ circiter annos administrauit, excepto eo tempore, quo, persecutioni, quæ ad-
„ uersus eum oborta est, cedens, Dominum interim Benedictum Rothomagensem
„ & postea D. Galteriũ, Gemeticensem, habuit successorem. Verùm huic dehinç
„ Ecclesiæ restitutus est: post quintũ reuersionis suæ annum, regnante jam Henri-
„ co, pro Guillermo, fratre suo, qui patri in regnum successerat, obijt 3. nonas
„ Aprilis, apud Vvintoniam Angliæ ciuitatem. [k] Conueniunt tamen in hoc, quòd præfuerit, ann. 34. qui simul, juncti cum ann. 1078. efficient ann. 1112. quo in cœlum euolauit ipse Fulco Abbas (regnante Henrico in Anglia) die tertia mensis Aprilis. [l] Ad eum scripsit S. Anselmus, vt mitius ageret cum Benedicto, Apostata Monacho, postulante misericordiam & judicium: quo obtenta, hortatus est ipsum monachum profugum, vt repeteret monasterium suum. [m]

c Idem lib. 4. ad ann. 1073.
d Dadræus in Archiepisc.op. Rothomagens.
e Ordericus lib. 7. sup. ad ann. 1087.
f Idem lib. 8. ad ann. 1091.
g Vide part. 2. Neustriæ Christianæ in Episcopo 22. Abricens. cap. 24. §. 5.
h Canalis sup. ex Orderico.
i Ordericus lib. 10. ad ann. 1098. & lib. 11. ad ann. 1106.
k Codex vetus MS. Diuens. Abbat.
l Necrologium Diuense.
m D. Anselmus Becci Abbas lib. 2. Epistola 14. & 15. Picardus ibid. in notis.

IV.

3. *Benedictus ex Priore S. Audoeni.*

4. *Gauterius.*

Monachus Gemeticens. de quibus nuper superiùs egimus.

5. *Robertus, ann. 1112.*

Cœnobij S. Dionysij extitit Monachus, [n] sed parùm Religiosus: vti ex sequentibus patebit: quod non impunè ei cessit. Rem gestam ex *Orderico* promamus.

n Canalis sup.

„ *Robertus* quidã miserabilis homuncio, datis Duci (scilicet Normaniæ, Roberto) „ centum quadraginta Marcis argenti, eius in loco intrusus est. Hic autem professione Monachus S. Martyris Dionysij, non pastor, sed dispersor factus est gregis „ Dominici: & multis noxius, vt pote sectator Symonis magi. Cœnobitæ siquidem à facie lupi deuoratoris fugerunt: & in alijs monasterijs, animas suas saluare cupientes, dispersi sunt. Ipse verò supra Diuam, in cœnobio castellum construxit, familiamque militum aggregauit: & sic Dei Templum, speluncam latronum effecit. Ecclesiastica ornamenta, quæ fideles sollicitè procurauerant, „ vendidit: & Symonialis munio ad subsidium satellitum suorum distraxit. [o] Non „ contentus Robertus Abbas hac Symoniaca nequitia, alterum addidit facinus, dùm perfidiè nisus est Henricum I. Regem Angliæ tradere in manus Roberti 2. fratris sui, Ducis Normanniæ: eodem Authore teste. *Robertus* (inquit) inuasor Diuensis Abbatiæ, inter reliqua mala, quæ gessit, Symonis nequitiæ, nefarium Iudæ facinus adjunxit. Cum Roberto Duce, & optimatibus eius Placitum fecit „ Falesiæ: quòd eis Regẽ cum paucis adduceret repentè, & ipsi parati essent eũdem „ suscipere. Disposita itaque proditione, Robertus Cadomum perrexit, & inuento Regi familiariter dixit: Municipium, quod supra Diuam habeo, si mecum venire placet, tibi reddo. Cúmque Regi hoc placuisset: magnum, inquit ille, exercitum ducere modo, necesse non est, ne strepitus multitudinis audiatur, & conatus noster impediatur. Intùs pauci clientuli sunt: & mihi penitùs obediunt. „ Rex noctu surrexit; & tota nocte cum 700. militibus equitauit, & apparente aurora, loco proximus constitit. Interea Raynaldus de Garenna, & Robertus juuenis de Stoteuilla, cum aliis, 140. militibus, Diuense municipium præoccupauerunt: & aurora surgente, cum cachinis & exprobrationibus, dùm Rex appropinquaret, vociferati sunt. Multi quoque alij milites secuti sunt de Falesia, „ & de alijs in Gyro municipijs; vt comminùs dimicarent cum Rege, & eius asseclis. Ille autem, vt dolos aduertit, iratus, assultum in castrenses suis mox facere „ præcepit. Ferocem igitur assultum Regij milites protinùs fecerunt: & injecto „ igne, castrum & cœnobium combusserunt. Tunc Raynaldus & Robertus, probi „ tyrones, alijque plures capti sunt; multi quoque, qui in turrim Ecclesiæ confugerant, concremati sunt. Porro, sequaces, qui subuenire illis festinabant, vt ingentem pyram prospexerunt; confestim fugientes, Falesiam remearunt. Victor „ autem Rex pedetentim eos persecutus est: sed nullus contra eum egredi ausus est. „ Meritò illis malè contigit, juxta illud, quod Apostolus dicit: *Si quis Templum* „ *Dei violauerit, disperdet illum Deus.* Ecce isti domum Dei, speluncam latronum temerè fecerunt, & turpibus immunditijs hominum & equorum irreuerenter polluerunt: meritóque ferro, vel edacibus flammis interierunt. Tunc Robertus traditor captus est: & transversus super equum, sicut saccus, coram Rege adductus „ est. Cui Rex ait: perfide, de terra mea fuge. Nisi pro reuerentia sacri ordinis, „ cujus habitum exterius fers, miserrimè facerem te continuò membratim discerpere. Dimissus itaque apostata, protinus ad Francos, vnde erat, cum dedecore aufugit; & præposituram Argentolij, quia monachatus quietem cum paupertate, in claustro ferre negligebat, obtinuit. Cúmque in eodem anno, quemdam „ Ioannem placitis constringeret, & nescio quas consuetudines ab eo violenter exigeret, ira furente, à præfato pagense percussus est: & ita exigentibus culpis, sine pœnitentia miser trucidatus est. [p]

[o] *Ordericus lib. 11. ad ann. 1106.*

[p] *Ordericus ibid.*

Rex verò Henricus, Raynaldum de *Guarenna*; & omnes alios, qui in Diuensi Basilica capti fuerant absoluit; & Ecclesiam, quæ combusta fuerat, sese restauraturum Deo deuouit: Hæc autem omnia breuiori stylo ita retulit Codex vetus, MS. „ *Ac non* multo post, cùm jam bellorum procella inter fratres, Henricum scilicet, „ Regem Anglorum, & Robertum, principem Normannorum, fuisset exorta; „ idem Dux Robertum quemdam de S. Dionysio, accepto à suis, contra fas, pretio, deturbatis Religiosis viris, qui prauitati eius conabantur resistere, non Abbatem, sed furem, ac latronem, hunc in Ecclesiam introduxit. Verùm Henricus Rex eum cum suis captum, incenso, prius Monasterio, cum ædificijs suis, & „ vniuerso oppido, plurimis quoque in flammarum adustis, post tertium ferè mensem, quo aduenerat deturbauit: qui & ipse postmodum, culpis exigentibus, interemptus, dignum factis exitum inuenit: &c. Videns itaque præfatus vir inclytus, V.

„ tus, Henricus Rex Angliæ, & Dux Normanniæ, damnum, quod ipse intulerat „ huic monasterio per combustionem supradictam; pro restauratione & satisfa- „ ctione ipsius damni, fecit nobis chartam suam, apud *Argenthonium*; in qua con- „ cessit & confirmauit specialiter & generaliter, omnes possessiones & res nostras, „ præcipiens, & volens eas esse liberrimas & immunes ab omni subiectione, tan- „ quam proprium dominium suum, nihil sibi, vel successoribus suis, in terra no- „ stra retinens; præter aurum, si subtus terram repertum fuerit: & exceptis Pla- „ citis de expeditione sua, & duello, de placito monetæ, si bellum, seu duellum „ exindè oriatur. Addens in fine dictæ chartæ, quòd ea, quæ ibi scripta sunt, concé- „ dit pro restauratione, & satisfactione damni combustionis prædictæ per ipsum „ factæ, ann. Domini 1108. [q] dicendum est ann. 1118. vt intuenti liquet.

VI. *6. Radulfus [r] moritur 7. Calend. Martij [s] ann. 1119.*

7. Richardus de Aquila: obijt 4. idus Martij. [t]

Hi duo monachi erant Diuenses: quorũ ita meminit idem vetus Codex MS. *Igitur post* excidium, cùm jam Rex Henricus, superato fratre suo, Normania potire- tur reuersis, qui dispersi fuerant, fratribus, *D. Radulphum*, qui Cellerarij, in hoc Monasterio, functus erat ministerio, virum simplicitate animi, & innocentia præ- ditum, Abbatem constituit: qui & ipse quattuor solis annis, totidemque mensi- bus, administrato officio, post se *D. Richardum*, successorem reliquit, *De Aquila*, cognominatum. [u] Tunc Diuenses monachi grauia passi sunt (Gofredo, Andega- nensi Duce, Normaniam infestante) sic & Fiscanenses. [x]

8. Haymo.

VII. Diuensis etiam extitit Monachus. [y] Memoratur ad ann. 1143. [z] Defunctus pri- die nonas Decemb. [aa]

9. Guarinus, fuit Monachis Cluniacensis. [bb]

10. Richardus, obijt ann. 1167.

11. Rainerus.

De his ita loquitur Author coæuus. *Richardus Abbas, S. Petri super Diuam, obijt: & successit Rannerus, Monachus Cadomi, pro eo.* [cc]

12. Ioannes. 13. Nicolaus.

De his duobus agitur memoria 6. nonas Octob. [dd] seu Diuisim, de priori, 21. die Aprilis: [ee] de posteriore autem, die 6. Octob. [ff]

14. Symon.

Debitum mortis exoluit 5. idus Ianuarij. [gg] Notatur ad ann. 1203. [hh] 1207. [ii] 1209. [kk] & 1210. [ll]

VIII Cùm autem aliorum Abbatum subsequentium notitia nobis minùs illuxerit: il- lorum tantum nomina, pro vt in Necrologio eiusdem loci descripta legimus, re- feremus.

Robertus, obijt Calendis Ianuarij.

Thomas 4. nonas Februar. *Ascelinus 4. idus Februar.*
Nicolaus 4. Calend. Martij. *Drogo 6. Nonas Martij.*
Rainerius, seu Mainerius: pridie nonas Martij.
Gilbertus 8. Calend. April. *Guillelmus 7. Calend. April.*
Vincentius 4. Calend. April. *Girbertus 4. nonas April.*
Bernardus 8. idus April. *Daimbertus 3. idus April.*
Gauffridus pridie idus April. *Ioannes 18. Calend. Maij.*

q *Vetus Codex MS. Diuens. Abbat. sup.*
r *Cœnalis sup. ex Roberto de Monte.*
s *Necrologium Diuense.*
t *ibid.*
u *Vetus Codex MS. Diuens. ex Roberto de Monte.*
x *Ordericus lib. 13. ad ann. 1136. pag. 909.*
y *Cœnalis sup. ex Robertus de Monte.*
z *Ex Cartulario Abbat. S. Andreæ Gofferni fol. 17.*
aa *Ex Necrologio Diuensi.*
bb *Cœnalis, sup. ex Roberto.*
cc *Robertus de Monte, ad ann. 1167.*
dd *In Necrologio Diuensi.*
ee *Ex obituario Abbat. Bellæ stellæ.*
ff *Ex obituario Sylliaco.*
gg *Ex Necrologio Diuensi.*
hh *Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.*
ii *Ex Cartular. confirmat. Abbat. Lyrens. carta 12.*
kk *Ex Cartulario Abbat. Crucis fol. 83.*
ll *Ex Cartular. Sylliaco.*

Digitized by Google

mm Obituaria Diuæ.

Ioannes 8. idus Maij.
Nicolaus 5. idus Iunij.
Simon, Calendis Augusti. mm
Ioannes 3. Calend. Septemb.
Ioannes 8. idus Septemb.
Simon 17. Calend. Octob.
Richardus 10. Calend. Octob.
Radulphus 8. Calend. Octob.
Nicolaus 5. nonas Octob.
Richardus 2. & 4. nonas Octob.
Guillelmus 3. nonas Octob.
Petrus 4. Calend. Nouemb.

Ranulfus 5. Calend. Iunij.
Hebertus 11. Calend. August.
Ioannes 6. idus Augusti.
Richardus, pridie Calend. Septēb.
Gaufridus 3. idus Septemb.
Nicolaus 11. Calend. Octob.
Nicolaus 9. Calend. Octob.
Guillelmus 7. Calend. Octob.
Guillelmus. : . : .
Iacobus 3. nonas Octob. nn Vide ān. 1280. cap. 22. Abbat. S. Audoeni, §. 2.
Radulphus 8. Calend. Nouemb.
Guillelmus 10. Calend. Decemb.

nn Ex Obituarium Abbat. Cormeliens.

Guarini cognomen ferebat, Abbas Commendatarius ann. 1501. oo interfuit, ann. 1484. Scacario. Norman.

oo Ex Obituarium Diuæ.

Iacobus de Silly.

Protonotarius Abbas Commendatarius Diuensis & Cerasiensis, ac Episcopus Sagiensis, 62. ann. 1539. Sagij sepultus. Augustinianis patribus Rothomagensib. vitream dedit ann. 1503. fenestram super altare Virginis ad latus crucifixi, versus meridiem. pp

Memoratur hoc cœnobium ab Alexandro III. Papa cap. 3. *ad Nostram* de appellationibus; qq vbi monachis à correctione Abbatis secundū Regulam corrigendis, non licet appellare quia non permittitur appellare à pœna legitima: alioqui esset appellare ab ipsa lege; L. 44. *Si qua pœna.* De verborum significatione. Memoratur Guiffardus *des Salles*; apud Borbonium nobili familia natus, monachus Cluniacensis, & exindè Abbas S. Petri Diuensis: ac tandem Abbas S. Richarij 42. quo obijt, ann. 1410. rr Itemque Richardus Oliuarius *Longolius* Cardinalis S. R. E. Episcopus Constantiensis 69. Abbas commendatarius Diuæ: ann. 1464. in Scacario. ſſ IX.

pp Ex Necrologio Diuensi.
qq Ex Catalog. Abbat. Sagiens. & Episcopor. Antiquitates Normann. MSS. pag. 262. Apud D. Bigot.
rr Lib 2. Decretal. Titul. 28.
ſſ Ignatius Ioseph, lib. 1. Histor. Eccles. Abbatis villæ cap. 82.

Addamus & illud vltimum de Priscis Normanis: Intra partes Neustriæ nauigantes (pagani Dani) in portum fluminis *Diuæ* applicuerunt; jamque securi, relectis ibi nauibus, & varijs prædarum manubijs, &c. alia discurrerunt. tt Sed jam narrandum venit quod nonnulli scribunt de S. Crucifixi imagine apud *Diuam*, circa ann. 1100. Ferunt quippe, ex portu terræ sanctæ, tres nauiculas oneratas solummodo tribus crucibus, ceu Crucifixi imaginibus à *Nicodemo* Christi discipulo confectis, soluisse in artum mare, nullo prorsus remige, aut alio præsidio nautico, armatas, neque etiam solita vi nautarum, agitatas: quarum vna appulit ad era Lucensium maritima, in Italia: altera, ad littus maris Oceani in Neustria aduenit, & in fluuium Lexouiorum Diœcesis præter labientem penetrando, applicuit ad oppidulum, cui *Diua*, nomen: & opportunè. Cùm enim superioribus sæculis Barbara Gens Normana adhuc pagana Gallicam istam regionem, occupans, Catholicam Religionem fuisset amplexata ann. 912. aliquo egebat fomite & incitamento ad excepti seminis maturiores fructus producendos, atque ita Religiosè in posteriora sæcula, eius cultum perpetuarunt: vt quamuis ab annis 90. Caluinistæ iconoclastæ, cùm ipsorum oculos sanctissima illa populi Normannici Religio nimiùm perstringeret, in cineres huiusmodi crucem sic cælitùs acceptam, redegerint: tamen in hodiernum vsque diem perennat memoria, sub nomine, *S. Diuæ Saluatoris*, Tertia cymba ad idem littus appulsa, circa *Ruguanum* oppidum in *Picardia*, Gallicè *Ruë*, Diœcesis Ambianens. quo ipsa Crux cum Crucifixo, cum cultu præcipuo, ac veneratione piè nunc vsque colitur; Olim pariter ad *Sanctum Diuæ Saluatorem*, ingens fiebat populi Religiosè concursus; idem, reor, ad *Sanctum Vultum Lucensis*: siquidem à Lucensibus Ruguenses sua videntur hausisse, & magnam inter vtrosque intercessisse olim rerum istarum communionem, necnon cum nostris præfatis Diuensibus. uu X.

tt Codex MS. Domini Bigot. Compendios. Relationis Scacariorum pag. 544. Ex Cartulario S. Petri Carnotens. MS. fol. 26.

uu Simō Martinus, in vita S. Vulphlagij, Confess. cap. 10. Vulgò S. Vulphly pag. 187. Iacobus Malbrancq Tom. 2. de Morinis lib. 8. cap. 10. pag. 1630. Danity in descriptione Normaniæ.

PRATELLVM

PRATELLVM
VVLGÒ PREAVX.

Circa Ann. 1040.

Fundatores illius recenſentur, eorumque Genealogia partim deſcribitur.

CAPVT I.

I. EXTAT *Pratellum*, ad Riſellam fluuium, vna leuca à Ponte-Audomari diſſitum, in Diœceſi Lexouienſi; Eſtque hoc cœnobium Ordinis S. Benedicti, dicatum, D. Petro Apoſtolo, vndè vulgò vocatur, *S. Petrus de Pratellis*; *S. Pierre de Preaux*; Belſoreſtus ſcribit ipſum fuiſſe extructum, ex antiqua fundatione Normanorum, quod quidem verum eſt. [a] Fundatur autem, tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, poſtea Anglorum Regis. Hunfridus de *Vetulis*, vir potentiſſimus, Dominus caſtellaniæ Pontis-Audomari, de Brotonna, & de Bellomonte, fundator primarius extitit præfati cœnobij, 1053. licet, non perfecerit, ſed filius eius, Rogerius, Belli-montis Comes, ann. 1040. vti notat *Ordericus*, *Vnfridus de Vetulis, Turoldi filius, duo cœnobia, vnum monachorum, & aliud ſanctimonialium, Pratellis inchoauit: quæ Rogerius de Bello-monte, filius eius multùm amauit, & de rebus propriis gratanter ditauit.* [b] Ille *Turoldus*, teneri Ducis Guillelmi præfati pædagogus olim fuerat: [c] qui vxorem duxit, *Vvenuam, ſororem Gunnonis Duciſſæ*, matris Richardi 2. Normaniæ Ducis: ex qua genuit ipſum *Hunfridum de Vetulis*, patrem Rogerij de Bellomonte. [d] Hic autem Rogerius in tantum ſe geſſit erga conſtructionem, dotationem, ac ſplendorem hujuſce Monaſterij, vt propterea ſecundarius fundator, meritò dictus ſit: imò & totum hoc opus, illi attributum fuerit per *Gemeticenſem* de eo ſic agentem: *Rogerius etiam de Bello-monte, filius Hunfridi de Vetulis, in fundo ſuo, Pratellis, Duo Cœnobia ædificauit, vnum monachorum, alterum ſanctimonialium.* [e] Hæc ille; qui tamen alio in loco vnius, nempe Prioris, ſolùm meminit, dicens. *Rogerius verò de Bellomonte, ſuperatis aduerſariis, Victori Deo gratias retulit, & in omni vita ſua bonis operibus inſudare ſtuduit. Inter quæ monachile cœnobium in fundo ſuo, Pratellis, conſtruxit; & Guillelmo Duci, contra omnes fidelis ſemper extitit, quapropter omnibus Auis, proauiſque ſuis ſublimior, effectus eſt.* [f] Quod ab alijs cōfirmatur, [g]

II. Igitur Hunfridus de vetulis, tanquam hujuſce Cœnobij primarius fundator, [h] in honorem S. Petri Apoſtoli conſtruendum curauit; multaſque poſſeſſiones de bonis ſibi à Deo collatis, contulit: videlicet: quicquid habebat in ea villa de *Pratellis*, in *Fouilla*, *Ponte Audomari*, *Boſco Obernij*, *Mellimonte*, *Cellis*, *Campegniaco*, *San-Martino veteri*; &c. Poſtea verò, videns apud Fontanellæ Monaſterium, Religionem florere, & ibidem quamplurimos monachos in propoſito ſanctæ Religionis viuere: magna deuotione motus, petijt Radulphum Abbatem illius loci, vt concederet ſibi vnum ex ſuis probum Religioſum, ad regendum cœnobium Pratellenſe, quod nuper fundauerat, licet nondum adhuc perfectum eſſet. Qui libenter precibus eius annuens, Eimardum, quendam de monachis ſuis tradidit: qui collectis quampluribus fratribus, ad ſeruiendum Domino ſub norma Regulæ S. Benedicti, locum iſtum rexit. Hunfridus autem fundator, poſt multa charitatis, non vulgaris, ob Chriſtianæ pietatis egregia opera, cumulatus meritis, obijt circa ann. 1074. in vigilia S. Michaelis Archangeli, ſepultuſque fuit in naui Eccleſiæ ejuſdem Monaſterij ante altare S. Crucis; ex quo poſtea, oſſa eius delata ſunt intra chorum, ibique tumulata; tempore Roberti *Hoüel*, Abbatis. [i] Cujus, ſic exaratum Rithmicis verſibus cernitur.

[a] *Premontre lib. 3. Chronic. MSS. Norman. cap. 21. Belſoreſtus, in Coſmograph. Galliæ, vbi de Normania. Ex Schedis Abbat. Pratell.*
[b] *Ordericus lib. 3. Eccleſ. Hiſtor. ad ann. 1040. Cenalis Tom. 5. Hierarchiæ Neuſtriac. Chronicon Becci. ann. 1053.*
[c] *Gemeticenſis lib. 7. cap. 2.*
[d] *Idem lib. 8. cap. 37.*
[e] *Idem lib. 7. cap. 22.*
[f] *Ibid. cap. 4. & Malmesburienſis, lib. 5. de Geſtis Anglorum.*
[g] *Ordericus lib. 8. ad ann. 1094. Bryus, lib. 3. Comit. Perti. &c. & Ducat. Alenconienſ. cap. 4. pag. 162. Antiquitates MSS. Norman. pag. 216. ann. 1048.*
[h] *Robertus de Mōte, Tract. de Abbatijs, cap. 22.*
[i] *Ex Codic. MSS. Gilberti Candelarij, Monachi Pratellenſ. Apud D. de Brouedent, Eleemoſynarium, & Priorem Abbat. Pratellenſ.*

COENOTAPHIVM:

Si Hunfridi obitus à quoquam quæritur,
Vicesimo octauo Septembris legitur:
In quarto Calendas Octobris terminum,
Vitæ cursum, migrans ad Dominum,
In hac die Hunfridus obiit,
De hac vita in vitam abiit.
Pratellensi duo cœnobia,
Albereda fauente coniuge sua,
Monachi & monachæ ibi sunt posita,
Quæ Deo seruiunt die ac nocte;
In iis Ecclesiis amborum corpora,
Mira sepultura quiescunt condita;
Vtriusque lætetur anima,
Inter cœlicolas in summa gloria.
Eorum semper, & omnes aliæ
Sint animæ in summa requie.
Amen. [l]

III. Duxerat Hunfridus in vxorem, Alberedam, eximiæ virtutis ac pietatis fœminam; ex qua duos genuerat filios Rogerium & Robertum; Rogerius cognominatus de *Bellomonte*, *ad Barbam*; cuius nuper meminimus, non minori pietate, patrem imitatus, hocce Monasterium Pratellense adamauit, locupletauit ac exornauit. Nam post mortem patris, precatu monachorum, Pratellum venit, & in capitulo sedens, cum Abbate & monachis, inquisiuit, quomodo res Monasterij se habebant: Tunc, eo præsente, lecta fuit charta, quam firmauerat pater suus de constructione eius loci, qua perlecta, eam mox approbauit & confirmauit. [m] Erat quippe vir pius, liberalis, ac timens Deum: & fama virtutis inclytus apud homines. Hic est, qui apud præfatum Regem Angliæ, Guillelmum 2. præstantissimus habebatur: cuius prudentiam Regina Mathildis demirata, primum locum dignitatis in consilio, vltrò ei tribuebat. [n] Vnus fuit illorum procerum, qui Robertum 2. Normaniæ Ducem, patri Guillelmo II. Regi Angliæ, suis precibus, & verbis obsecratorijs, reconciliarunt, ann. 1081. [o] Porrò, circa ann. 1050. partes sui Principis tutatus, fœlici prœlio bellum jam gesserat aduersus Rogerium de *Toenio*, quem superauit deuicitque. [p] Interfuit morti ac funeri, ipsius Guillelmi II. Regis, ann. 1087. [q] Dux autem Robertus 2. dedit illi *Brionnam* cum toto Comitatu, ann. 1090. non tamen sine armata manu, ac conflictu haud paruo, quo ipse Rogerius, auxilio Roberti Ducis, ad deditionem, omnes compulit rebelles. [r] Desponsauit sibi *Adelinam* (non *Helenam*) vnicam *Galeranni* Comitis Mellenti, filiam: ex qua duos filios habuit prædicti Comitatus Mellenti hæredes; [s] ac denique habitu Religionis suscepto in hoc cœnobio, moritur monachus, ann. 1094. 3. Calend. Decembr. feria tertia, tempore Guillelmi 3. Abbatis: jacetque in capitulo, in medio trium Tumbarum veterum inibi existentium. [t] Frater verò eius *Robertus*, qui Seneschallus totius Normaniæ extiterat, vir magnæ authoritatis & prudentiæ à Rogerio *de Clara* occisus, ibidem tumulatus quiescit juxta fratrem suum, Rogerium præfatum. [u] Qui etiam vocatur fundator huiusce Domus. [x]

IV. Porrò, filij Rogerij Robertus & Henricus. [y] Quorum primus, Comes Mellenti cùm esset (post: Hugonem, Auunculum suum, [z]) multa dedit ac confirmauit huic Abbatiæ: ac tandem moriens circa ann. 1110. tempore Richardi Abbatis Pratellensis, ibidem sepultus est, juxta patrem suum. [aa] Præfato autem Comitatu Mellentino

l *Extat in fin. Codicis MSS. Apud Abbat. Sanctimonial. Pratellens.*
m *Ex Codic. MS. prædicti Gilberti candelarij.*
n *Guillelmus Pictauiens. De Gestis Guillelmi 2. Ducis Norman. & Angl. Reg. post med. & circa fin.*
o *Ordericus lib. 5. ann. 1081.*
p *Gemeticensis lib. 5 cap. 10. Item lib. 7. cap. 3. & 4. Ordericus lib. 3. ad ann. 1050. Ordericus lib. 7. ann. 1087.*
q *Idem lib. 8. ann. 1090.*
r *Guillelmus Pictauiens. longè à medio sup. Gemeticensis lib. 7. cap. 4.*
s *Ordericus lib. 8. ann. 1094. Gilbertus Candelarius sup.*
t *Ordericus lib. 8. ann. 1090. Candelarius sup.*
u *Antiquit. MS. Normaniæ, apud D. Bigot, pag. 1. & 206 Charronus cap. 127. Histor. Vniuersal. Galliæ. Cornelis sup.*
x *Ordericus lib. 5. sup.*
y *Guillelmus Pictauiens. sup. pag. 202. Gemeticensis sup.*
z *Candelarius sup.*
aa *Gemeticensis lib. cap. 40. Ordericus lib. 9. ad ann. 1096. & lib. 11. ann. 1101.*

lentino plusquam 27. annis potitus est: teste *Gemeticensi*, sup. pulchram Ysabellam, Regis Franciæ neptem, filiam Hugonis magni, Comitis Veromanduæ, & Crispeij, vxorem habuerat. [bb] Henricus verò frater Roberti, fauore Guillelmi, Regis Angliæ, Comitatum *Vvaruick*, promeruit: [cc] multa etiam huic cœnobio contulit, quæ possidebat in Anglia, & Normania, vbi supremum diem egit; cuius corpus Pratellum delatum, juxta patrem suum sepulturam accepit, [dd] filiosque tres reliquit ex Margareta, Rotroci 2. Comitis Pertici, sorore, videlicet, Rogerium, Comitem Vvaruicensem; Rotrocum, ex Archidiacono Rothomagensi Episcopum Ebroicensem: & Robertum de Nouoburgo: qua de re copiosè Ordericus lib. 8. ad ann. 1094. & Bry, lib. 3. cap. 4. Histor. Comit. Alenconiens. & Perticens. pag. 162. & 163. sed ad Comites ipsos Mellentinos reuertamus.

bb *Gemeti. sup. lib. 7. cap. 4. & lib. 8. cap. 41.*

cc *Candelarius sup.*

dd *Gemeticens. & Ordericus sup. lib. 11*

V. Igitur Robertus, præfati Henrici frater; tres ex Elisabetha vxore suscepit liberos, scilicet Gualerannum, Robertum, ac Hugonem cognomento *Pauperem*, postea tamen Betdfordiæ jn Anglia Comitem: duo priores gemelli erant, ex quibus Robertus, Comes Legrestriæ euasit; Gualerannus verò primogenitus, Comitatum Mellenti, & terram, quam pater eius possidebat in Normania, obtinuit: [ee] qui Pratellum veniens, sub Richardo Abbate, plura dedit Monasterio, ac confirmauit: tum denique moriens, inibi tumulatus est in capitulo: teste *Candelario*, qui & hæc addit. „ *Similiter* multas largitus est possessiones, videlicet, Ecclesiæ B. „ Mariæ de Becco Herluini; fundauitque quendam Prioratum ad dictam Ecclesiam pertinentem apud Bellomontem, quem totum ex integro ædificauit, & de „ suis opibus mirabiliter ditauit, & augmentauit. Item, Abbatijs de Valace; S. „ Vvandregesilli; Gemeticensi; S. Audoeni; Sanctæque Catharinæ Rothomagens. „ multa bona dedit: Item apud Pontem-Audomorum, quamdam domum ad opus „ infectorum, seu leprosorum ædificauit, qui locus vocatur *S. Ægidius*: & quia „ ante mendicabant, & victum suum quærebant, illum locum ita fundauit, & or„ dinauit, vt vltra, deinceps non esset illis infectis opus mendicandi, nec victum „ suum per villam, seu patriam quærendi: Monasterium & claustrum atque dor„ mitorium, & omnia illis necessaria, clausa & integra, ibidem ædificauit: & fra„ tres ad seruitium Dei, & dictorum infectorum, videlicet, missas & horas diei, „ quotidiè dicentes misericorditer ordinauit. Nobilem fœminam, nomine Agnetem, Almarici 2. Comitis Montis-fortis filiam sibi copulauerat; ex qua duos genuerat filios, Robertum & Gualerannum. [ff]

ee *Candelarius sup.*

ff *Idem.*

VI. Robertus, post obitum patris, Comitatum Mellenti obtinuit; multaque huic cœnobio dedit: sed moriens ann. 1181. die 20. Septemb. tempore Henrici Abbatis, sepultus fuit in vrbe Pictauiensi. Gualerannus verò, post multa bona ab ipso perpetrata, cùm videret sibi vltimum vitæ suæ diem imminere, motus magna deuotione, deferri se ad Monasterium Pratellense jussit, ibique monachilem habitum sumpsit, atque professionem faciens, cum viginti & vno diebus, in eodem habitu & professione permansisset, correptus ægrimonia corporis, viam petens vniuersi generis humani, gaudentibus Angelis, Diuinæ vocationis iussu, in fine occubuit; sepultusque est in capitulo, juxta patrem suum, ann. 1166. idus 5. Aprilis: suæ ætatis ann. 61. tempore Michaëlis Abbatis. [gg] Hæc autem sanè crediderim, *de Galerano*, patre intelligi: non de filio: qua de rè aliàs sermo redibit, [hh] quiquidem ex sorore Simonis, Comitis Ebroicensis, genuerat dictum *Robertum*. [ii] Porro de huiusmodi gente Pratellica; Regi Anglorum adhærente contra Philippum Augustum Reg. Francor. agit Vvillelmus Brito. [kk]

gg *Vide infra in Abbat. Valacia. cap. 1. §. 10.*

hh *Robertus à MS. to sub ann. 1166.*

ii *Lib. 3 Philippidos post initium.*

Abbates huiusce insignis cœnobij enumerantur.

CAPVT II.

Eimardus, Abbas primus.

COenobiarchiam prior hoc in loco assumpsisse testatur, his verbis, vir pius & eruditus Gilbertus *Candelarius* : dùm huiusmodi Monasterij Archimandritas prosequitur. „ *Hunfridus* de vetulis, prædictus fundator, videns apud Fontanellæ Monasterium Religionem florere, & ibidem quamplurimos monachos in proposito S. Religionis viuere ; motus magna deuotione, petijt Radulphum Abbatem prædicti loci, vt concederet sibi vnum probum religiosum, de Religiosis suis ad regendum cœnobium Pratellense, quod nuper fundauerat, licet nondum adhuc perfectum esset. Qui libenter precibus eius annuens, *Eimardum* quendam de suis monachis tradidit, qui collectis quampluribus monachis, Domino ad seruiendum sub Norma S. Regulæ, locum istum rexit ferè per decem annos, fuitque primus Abbas istius cœnobij : qui postquam illud strenuè, ac fœliciter gubernasset, quieuit in Domino, feria 6. post natale Domini, sepultusque est ad portam Monasterij. [a] Quo tempore præfuerit haud precisè assignatur : at cùm *Radulphus*, Abbas Fontanellæ, qui eum misit Pratellum, obierit ann. 1047. [b] proculdubio est : ipsum *Eimardum* saltem fuisse ablegatum circa ann. 1040. diemque mortis exoluisse ad ann. ferè 1050. cùm præfuisset quasi annis Decem. I.

a *Candelarius sup. in MS. Codic.*

b *Vide in Fontanellens. Abbatia cap. 10 & 7.*

Ansfridus ceu Aufridus, Abbas, 2.

Vocatur monachus S. Vvandregesili, idest, Fontanellensis : [c] primusque præfuisse Abbas Pratellis, dicitur, [d] ideò forsan, quia *Eimardus*, potius visus sit Didascalum egisse, quàm Abbatiam rexisse, propter imperfectum adhuc huiusmodi Asceterium. Itaque Ansfridus Abbas, vir extitit magnæ simplicitatis Doctrinæ & prudentia ac innocentiæ ; [e] propterea ann. 1051. amicabiliter tractat cum monachis Abbatiæ S. Saluatoris vice-Comitis, ex cartulario fol. 57. indè ann. 1056. apud Vticũ adfuit cũ Metropolita Rothomagensi, Maurilio : & alijs, vt litem inter B. Theodoricum Abbatem, & Robertum Priorem, exortam sedaret : „ Eodem ann. (ait Ordericus) Maurilius Episcopus, & Fulbertus Sophista, Consiliarius eius & Hugo Lexouiensis Episcopus, &. Ansfridus Pretellensis Abbas, atque Lanfrancus, Beccensium, Præpositus, & alij plures profundæ sagacitatis viri, Vticum conuenerunt, ibique solemnitatem SS. Apostolorum Petri & Pauli, 3. Calend. Iulij celebrauerũt. Tunc auditis & solerter discussis dissentionũ fomentis, Theodoricum Abbatem, vt hactenus extiterat, præesse jusserunt : Robertum verò Priorem, vt paupertatem Christi sequeretur, patrique suo spirituali pro Deo humiliter in omnibus obtemperaret, copiosa sermocinatione admonuerunt. [f] Illius item meminit dùm electionem refert Osberni, Prioris Cormeliensis, in Abbatem Vticensem, per Guillelmum 2. Normaniæ Ducem, ann. 1063. consilio tamen ipsius Ansfridi cœnobiarchæ. *Interea* (inquit) *Normanicus Dux, per consilium venerabilis Ansfridi, Pratellensium Abbatis, & Lanfranci Beccensium Prioris, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, Osbernum, Cormeliensium Priorem, à Rainerio, Abbate S. Trinitatis de Monte Rothomagi, requisiuit* : &c. II.

c *Canalis post Roberum à Monte sup.*

d *Idem post Ordericum lib. 8. ad ann. 1094. Durandus infra cap. 4. §. 2.*

e *Candelarius sup.*

f *Ordericus lib. 3. ad ann. 1056.*

g *Idem ibid. ann. 1063.*

Quo ad diem mortis eius, nonnulla exoritur difficultas : vult *Candelarius* præfuisse annis 15. verùm, cùm addiderit, quòd eius tempore obierit fundator Pratelli *Hunfridus* : qui, eo teste, excessit è vita ann. 1074. (vti superius vidimus) profectò perspicuum erit, mendum illic irrepsisse : & pro annis 15. reponendum ann. 25. sicque debitum mortis exoluisse ann. 1075. atque sepultum fuisse juxta prædecessorem Abbatem, In claustro, ad ostium Basilicæ, in Australi climate : vbi prostat hoc : IV.

EPITA-

EPITAPHIVM,

Ecce sub hac Tumba tegitur sine felle columba,
Abbas Aufridus, vir probus, atque pius.
Peruigil implebat, quod lex Diuina jubebat:
Eius consilium qua fuit & studium.
Debilibus, dubiis, cæcis, claudis, peregrinus,
Tectum, pes, oculi, consilium, Baculus.
Triginta Phœbus dùm decidit iste diebus,
Torruerat pisces, cui Deus est requies. [h]

h *Ordericus lib. 8. ad ann. 1094.*

3. Guillelmus.

IV. Hic magna religione & prudentia claruit ann. 1076. (illum omisit Robertus à monte) cœnobium autem ferè per 18. annos, optimè rexit; sepultusque est in sarcophago parieti exciso, ad portam Monasterij, in sinistra parte, quando in Ecclesiam intratur. Eius tempore moritur Rogerius de *Bello-monte*, Comes Mellenti ann. 1094. [i] fundator huiusce loci secundarius.

i *Candelarius sup. Necrologium Cormelians. Abbat. 27. Ianuar.*

4. Gaufridus, vel Goiffredus, an. 1094. at 3. iuxta Robertũ de Monte.

Successit, [k] Monachus Fontanellensis; [l] vir bonæ memoriæ ac Religionis, cuius tempore dedicata fuit Ecclesia: Gubernauit domum per annos septem: obijtque ann. 1101. tertio Calend. Decemb. jacet in claustro, in parlamento sacerdotum, iuxta Richardum Abbatem Comitis-villæ; propè portam Monasterij. [m] Exindè corrigendus Claudius *Roberti*, à quo *Gofridus*, primus Abbas huiusce cœnobij notatur ex Orderico; [n] cùm ille talis haud meminerit.

k *Ordericus sup. Canalis.*
l *Canalis.*
m *Candelarius.*
n *Gallia Christiana in Abbatijs.*
o *Canalis sup.*

5. Richardus, ann. 1101.

V. Nuncupatur Richardus de *Cormelijs*, [o] ceu de *Furnellis*, [p] vel, de Dumellis, [q] vir Religiosus, eximiæ probitatis, & valdè litteratus: quippe, qui facundissimus, summusque Philosophus, & magnus extitit Theologus: monachus cùm esset S. Vigoris Bajocensis, sub Roberto de Tumba-Helenæ, seu verius, de Tumbulana, (qui fuit loci illius primus Abbas & vltimus) ad Pratellense regimen vocatus est: [r] proptereaque è Bajocis oriundus à *Candelario* fortassis creditus. Scripsit ac composuit plurimos libros in Bibliam, videlicet, in Genesim, in Ruth, in Parabolas Salomonis, in Ecclesiasticum, in Cantica canticorum &c. quos ad B. Anselmum, Cantuariensem Archiepiscopum misit, olimque extabant apud Pratellense cœnobium: teste *Candelario*: at de his Ordericum audiamus ita verba facientem. „*Richardus* autem de Fulnellis, moderno tempore idem Monasterium rexit: quem Robertus Tumbaleniensis, ad monachatum Bajocis Ecclesia S. Vigoris suscepit. „Verùm Odone Præsule, qui noui cœnobij fundator erat, in carcere Guillelmi „Regis gemente, & Roberto sophista, montem S. Michaëlis de periculo maris, „vnde cœnobita erat, repetente; seu potius in Latias partes, vt supra retuli, mi„grante; noua constructio, & imperfecta, celeriter dissipata est: & concio fide„lium, quæ illic confluxerat, diuersis locis, Rectore carens, citò dispersa est. Ri„chardus itaque vnus ex illis, Diuinis litteris eruditissimus fuit, & in tanta deua„statione teneri gregis, religiosos sophistas quæsiuit: in quorum contubernio, „dogmatibus almis inhærens, reuerenter habitauit. Ea nempe tempestate, in „Normania florebant Anselmus Beccensis: Gerbertus Fontanellensis: Gontardus „Gemeticensis; alijque plures, in Templo Dei lucentes lucernæ: à quibus insigniter illustratus salubris hauriebat vbertatem doctrinæ. Defuncto autem Goisfredo „Abbate, Richardus ad regimen Pratellensis Abbatiæ electus est; quod Roberti „Ducis, & Henrici Regis tempore, ferè 24. annis tenuit, ibique defunctus est.

p *Ordericus sup.*
q *Robertus de Mõte.*
r *Canalis ex Roberto de Monte.*

Digitized by

„ Hic in Diuinis codicibus apprimè studuit, in via Dei, per antiquorum vestigia „ Patrum psallens, ab adolescentia cucurrit, famelicisque pueris ænigmaticum „ panem, in domo Domini benigniter fregit, manumque tendentibus alacriter & „ vbertim distribuit; torpentibus quoque & recusantibus vt manderent, vim in- „ tulit. Commentarium super Genesim Mauritio S. Launomari Blesensium erudi- „ tissimo Abbati edidit: & aliud D. Adelelmo, eruditissimo Præsbytero conscri- „ psit, Flauiacensi monacho, qui cum Fiscanensibus S. Trinitati reuerenter mili- „ tans, consenuit. Egregio Cluniacensium Abbati, Pontio, eximiam Explana- „ tionem super Parabolas Salomonis contexuit. Alijsque venerabilibus personis, „ Ecclesiasten, & Cantica Canticorum ac Deuteronomium luculenter exposuit, „ multosque Tractatus super obscura Prophetarum problemata, allegoricè seu tro- „ pologicè disseruit.[t] Ex qua narratione 24. annis rexisse Abbatiam conspicitur: cùm tamen *Candelarius* scribat gubernasse per 30. annos: obijsseque ann. 1131. tertio calend. Februar. jacere autem in pariete capituli, ante vestiarium, vbi inclinant se Monachi. De eo legitur hoc

t Ordericus sup.

EPITAPHIVM.

Lux, flos, vas; patriæ, Monachorum, Philosophiæ:
Abbas Richardus tota domus jacet hic
Quicquid contexit lex, eius lingua retexit,
Et veterum quod quis implicat; explicuit,
Qui Februi ternas, aßignat morte calendas,
Cui det perpetuum viuere, vita Deus.

Iam interfuerat Concilio Prouinciali Rothomagensi, ann. 1110. habito, sub Goisfredo Metropolitano:[z] quo anno Robertus, Mellenti Comes, nonis Iunij obijt, & Pratellis in capitulo Monachorum, cum patre suo & fratre requiescit. Iuxta *Ordericum*.[u] quem tamen *Candelarius*, sup. dicit mortuum, ann. 1110. similiter & Gualerannus, præfati Roberti filius: sub eod. Abbate, Pratellum venit: ac denique omnia à se data Pratellis, confirmauit. Porrò, idem Richardus Abbas astitit Vuillelmo Beccensi, morienti, ann. 1124. die 16. Aprilis. Pro eo scripsit Iuo Carnotensis ad Comitem Mellentinum: hoc modo. „ *Iuo Dei gratia Carnoten- „ sis Ecclesiæ Minister, Roberto Mellentino Comiti*, Salutem & orationum suffragia. „ Libertati & prudentiæ vestræ gratias referrimus, quòd domnum Richardum, „ Pratellensis Monasterij Abbatem, virum Religiosum & prudentem, pro vt di- „ gnus est, honestè tractatis, & in negotijs suis, pro vt opus est, deuotè & fideli- „ ter ei assistitis; & insuper rogamus, vt quod benè cœpistis, meliori fine conclu- „ datis. Quod enim in reuocandis Monasterij sibi commissi possessionibus elaborat, „ professionis suæ debito coactus, facit: quia ab vnoque Abbate, quando benedi- „ ctionem accepturus est ab Episcopo, hoc exigitur: quatenus profiteatur res „ Monasterij sui hactenus malè dispersas se Recollecturum, & ad vsus fratrum, „ pauperumque fideliter dispensaturum, &c.[x] VI.

z Ordericus lib. 12. ad ann. 1118. Antiquitates MS. Norman. pag. 316.
u Ibid. Ordericus.
x Iuo Carnotens. Epistola 143.

VII. Eodem fermè tempore migrauit ad Dominum, Baldricus, vir pius & doctus, Monachus, ac postea Dolensis Episcopus; (qui jam interfuerat Concilio Remensi, ann. 1119. sub Calixto II. Papa:[y]) Pratellis sepultus: cujus insignem memoriam sic posteritati commendat, illius sinchronus Ordericus. „ *Præfatum* seniorem „ quem benè cognoui, veneranter honorare decreui. Hic ciuis fuit Aurelianensis „ Monachus & Abbas Burguliensis, liberalibus imbutus studijs, & religiosæ me- „ ritis vitæ venerabilis. Indè pro religione & sapientia, ad gradum Dolensis Ar- „ chiepiscopatus, delectione prouectus est Ecclesiastica. In Episcopatu, monachatum „ seruauit, & cum monachis, pro vt sors dabat, plerumque habitauit. Indo- „ mitis enim Britannibus præerat; quorum peruersitatem tolerare non poterat. „ Vnde proteruos & exleges frequenter deserebat, & in Normaniam fugiebat: „ vbi Dolensis Ecclesia super Riselam fluuium, à temporibus S. Samsonis, regnan- „ te Hildeberto Rege Francorum, fundos habebat, & quietè, pacificèque possi- „ debat. Ibi scriptis & dogmatibus suis, auditores suos ad Dei cultum incitabat: & vicina

y Ordericus sup. ad ann. 1119.

„ & vicina cœnobia Fiscannum scilicet ac Fontinellam, atque Gemmeticum, „ aliaque plura visitabat, & in timore Dei sacris sermonibus confortabat. Tan- „ dem in senectute bona defunctus est: & Pratellis, in Basilica S. Petri Apostoli, ante Crucifixum sepultus est. [z] Nimirum, ann. 1131. [aa] Vide, quæ de eo, superius jam retulimus, in Abbatia Fiscannensi.

z Idem lib. 9. ad ann. 1099. in fin.
aa Gallia Christ. nova in Episcop. Dolensib.

6. Richardus 2. [bb] *ann. 1132.*

bb Canalis sup. ex Roberto de Monte.

VIII Richardus de *Comitis-villa*, cognominabatur, vir mitissimus & magnæ religionis: multùm diues ac potens; rexit cœnobium per 15. annos: obijtque ann. 1146. sepultus in Claustro, in parlamento Sacerdotum. [cc]

cc Candelarius sup.

7. Reinaldus, seu, Reginaldus, ann. 1146.

Monachus erat Fontanellæ, pacifica bonitate plenus, sex annis præfuit: sepultus est autem apud Fontanellam, vndè assumptus fuerat: agitur eius memoria pridiè nonas Martij. [dd]

dd Idem.

8. Michael.

IX. Ann. 1152. electus in festo sancti Thomæ juxta in Chronicon MS. Beccense: at Robertus de Monte, ann. 1151. Beccensis Monachus extitit, ingenti religione & prudentia præditus interfuit Benedictioni Roberti de Thorigneio, in Abbatem Montis S. Michaelis, ann. 1154. ex Chronico Beccensi, MS. præfuit ann. 16. obijtque, ann. 1168. Calend. 18. Ianuar. humatus in claustro, in arca, quæ est in pariete, inter Capellam B. Mariæ; & parlamentum Sacerdotum. [ee] Eius tempore, ann. 1166. in fata concessit Gualerannus, vir illustris, frater Roberti, Comitis Mellenti, Pratellis sepultus: vti paulò altius annotauimus. Obijt, ann. 1167. Michael Abbas, apud Robertum de Monte: juxta veterem anni calculum.

ee Indidem, & Antiquitates, seu Annales Norman. MSS. pag. 106. apud D. Bigot.

9. Henricus.

Ann. 1167. ex eodem Roberto, Monachus etiam Beccensis fuit, procurator hospitum, vir per cuncta venerabilis, qui impetrauit à Domino Alexandro III. Papa confirmationem omnium bonorum à fundatoribus collatorum huic cœnobio: cui præfuit annis octodecim [ff]; at minus hæc cohærent cum ijs à Roberte de *Monte* allatis: nempe Henricum hunc obijsse ann. 1181. [gg] quarto Calend. Martij. [hh] Porrò, compositio peracta est ann. 1172. inter ipsum Henricum Abbatem, & Rogerium de *Salmonuilla*, Abbatem S. Saluatoris vice-Comitis. [ii] Itemque sub eodem Henrico Abbate, Robertus, Comes Mellenti, excessit è vita, ann. 1181. vir pius, & hujusce loci Benefactor, non vltimus: de quo superius.

ff Candelarius.
gg In Appendice ad Sigebertum, ann. 1181.
hh Ex schedis Abbat. Bernaij.
ii Ex Cartulario, Abbat. S. Saluator. vice Comitis, fol. 58.

Cæteri Abbates breuiter ac promiscuè recitantur: communicatio bonorum spiritualium inter Monachos describitur: Reliquiæ sacræ, recensentur: & alia quædam notantur.

CAPVT III.

I. RECEDENTE à nobis authorum copia, (quorum meritò facibus tuti, huc vsque incessimus) tenebris vndique circumuoluimur ignorantiæ: & gradum sistere potius judicauimus, quàm in lacunis errorum, tempus amplius terere. Itaque incertis, seu minus veris prorsùs ablegatis: sic breuiter reliquorum Abbatum nomina annotabimus, ab ann. 1181. ceu 1185. absque alio ordine seruato.

Ioannes Moret, 24. April.

Ioannes Agasse 21. Maij.

Qui dedit Reuestiarium, ad dexteram Ecclesiæ.

Vincentius, 25. Maij.

Nuncupabatur, de Rothomago, dictus *le Lieur*, vir discretus & doctus, qui monachatum Becci professus est, sub Guillelmo de *Beuseuilla*, Abbate 23. Beccensi; circa ann. 1375. ex Chronico MS. Becci.

Guillelmus 27. Maij. Rogerius 16. Augusti.
Stephanus Bertault, 2. Septemb. Guillelmus 29. Septemb.
Ioannes Helloin, 6. Nouemb. Bernardus [a] 24. Aprilis: tale habet II.

a Ex Necrologijs Pratellensi, Gressainensi, ac Cormeliensi.

EPITAPHIVM.

Hic jacet Bernardus de Courbon Vociferatus,
Ad facinus tardus, castus, pius hìc factus est:
Marci festo decessit; cui Deus esto pax, solamen
Et requies, judex prius. Amen.

De eo sequens carta prodijt. *Vniuersis* præsentes litteras inspecturis B. Diuina permissione humilis Abbas de Pratello, & ejusdem loci Conuentus salutem in Domino. Noueritis, quòd nos concedimus & quitamus in perpetuum Domino Regi Francor. sedem Molendinorum nostrorum super aquam de *Dyeppe*, sedentium inter vadum pertusum, & nouum castellum: ita scilicet, quòd nulla omninò ædificatio ibi fiat, vel molendinorum, vel alia. Concedimus & quitamus eidem Domino Regi illud terræ nostræ, quod sumptum fuerit *Beijo* & *Relesio*, & exclusis molendinorum de nouo-Castro faciendo: & capiet vsuagium in terra nostra, constituta juxta *Relesyum*, & exclusis molendinorum noui castri, ad reficiendum & reparandum, tali conditione: quòd nos debemus recipere annuatim à Domino Rege quadraginta solidos vsualis monetæ, in festo S. Michaelis, per vice-Comitem noui castri, & possidere dimidiam acram prati quietè & pacificè in pratis Domini Regis, versus nouam-Villam: in cujus rei testimonium, sigillum capituli nostri apposuimus; Actum anno Domini 1224. mense Nouembri. [b]

b Codex vetus magnus MS fol. 32. pag. 2. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. de Herouual.

Osbernus.

Querelæ sopitæ inter Abbatias S. Petri de *Pratellis*, & S. Mariæ *Mortui-maris*; ann. 1182. anno primo ordinationis, D. Osberti, Abbatis de *Pratellis*: D. Vuillelmo, existente Abbate Mortui-maris. Teste Radulfo, Episcopo Lexouiensi, &c. [c] mortuus, sepelitur Pratellis: sic enim scriptum legitur supra Tumbam illius, in capitulo. *Hic jacet Osbernus, Abbas.* III.

c Cartularium MS. Abbat. Mortui-maris, Carta 1.

Guillelmus, qui obiit, ann. 1284. Iunii. 24. de quo

COENOTAPHIVM.

Hìc Guillelmus erat
Si quis de nomine quærat
Dictus ab Hamello.
Sua sunt hoc ossa locello.
Anno milleno bis centum septuageno,
Quinque Bis, 1. que quater,
Decidit iste pater,
Baptista festo:
Cui Christe benignus adesto,

Pax

Dans animæ requiem,
Perpetuum. Amen.

Memoratur ann. 1280. Cart. 2. & 1282. Carta 3. titul. de Feodo de Pratellis, apud Roseium, & Manesqueuillam, in præfato Cartulario.

Ioannes de Caretot, seu Kantot: cuius sequitur.

EPITAPHIVM,
Ioannes Karetot Abbas noster requiescit,
Hic fuit alma tam vita, quam vox dare nescit,
Præfuit Ecclesiæ, studuitque verum dicere,
Crimina flens grauiter; sobriè, simpliciter mundum
Linquit, crimina frangente corpore mundauit,
Fingere carmina, psallere pectore nouit,
Quæ strauit, & non sine crimine quiuit.
Sed tu qui viuis, das esse viuis, daque quod vis,
Tecum sit in æthere ciuis.

Præfati, autem versus, licet impoliti, rudes, & inculti, à nobis, non sine ingenti labore & patientia (cùm penè essent oblitterati) transcripti sunt; & in lucem editi, ne omninò perirent, & curiosis venerandæ antiquitatis nil esset subtractum, aut denegatum.

Ioannes ann. 1446. de quo inferius.

Ludouicus, non Antonius Raguier, Abbas Commendatarius, Episcopus Lexouiens.

Carolus de l'Aubespine, 1620.

Missus legatus à Rege pro pace componenda inter Imperatorem Ferdinan-
IV. dum, & Bethleem Gabor, Franciæ Procancellarius 1645.

Nunc verò, vt inter Religiosos, amplius ferueret charitas, amicitia, & pax [d] fiebat quædam pia communicatio bonorum operum; orationum; &c, qua de re Litteræ conficiebantur: quibus participatio illa expressa erat: sic enim continetur Pratellensis.

Venerabilibus viris Religiosis, & deuotis fratribus in Christo charissimis *Ioanni*, Dei gratia, Abbati Monasterij B. Mariæ de Cormelijs, & eiusdem loci sacro Conuentui: frater *Ioannes*, eadem gratia, humilis Abbas Monasterij BB. Petri & Pauli de Pratellis, ordinis S. Benedicti, Lexouiensis Diœcesis, totusque ejusdem loci Conuentus, æternam in Domino salutem. Diuini muneris Donatiua: &c. Datum in capitulo nostro, hora capitulari, deliberatione matura præhabita,
V. Anno Domini 1446. die verò 20. Septemb. [e]

Multis etiam sanctorum Reliquijs insigniter istud adornatur cœnobium: quas Guillelmus Lexouiensis Episcopus, ann. 1339. visitauit, approbauit, ac veneratus est; vti constat ex eius Autographo: in hunc modum.

[d] *Vide sup. in San-Audoeni Abbat. cap. 14.*

[e] *Ex MS. Codicib. Cormeliens. Pratellens. & Grestanens.*

In nomine Domini, Amen.

Vniuersis præsentes litteras, seu præsens instrumentum publicum inspecturis, Guillelmus miseratione Diuina: Lexouiensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod cùm, pro vt nostro incumbit officio, in Abbatia S. Petri de Pratellis, ordinis S. Benedicti, nostri Diœcesis, & nobis in spiritualibus immediatè subiecta, visitationis impenderemus officium: Religiosis &

Digitized by Google

honestis viris, Fratribus, Ioanne de *Carеto*, humili Abbate: Nicolao de *Canuilla*, Priore: Thoma de *Matiaco*, Eleemosynario: Guillelmo *Rachinel*, Granetario, Thoma *Hamfroy*, Capellano: Hugone de *Hamello*, Sacrista: Thoma *Samsonis*: Hospitalario: & Simone *Fabry*, Thesaurario: quamplurimisque alijs Monasterij dicti loci commonachis, pro Conuentu, & loco Conuentus, ibidem in capitulo ad sonum Campanæ, more solito, congregatis: post aliqua statum dicti Monasterij concernentia à nobis deliberata, in notarij publici, ac testium subscriptorum præsentia; ex parte ipsorum fuit nobis expositum, ac inter cætera recitatum: quòd cùm ipsi nuper, vt asserebant, in quodam loco dicti Monasterij abdito & honesto inuenissent quamdam capsam veterem, vetustateque & antiquitate deformatam, continentem ossa, & Reliquias, ac de vestibus nonnullorum sanctorum: videlicet. Duo ossa magna S. Romani, Episcopi & martyris. Brachium eiusdem. Brachium S. Vvandregesili. Brachium S. Vigoris: aut os, quod *Eschinum* vulgariter nuncupatur. Ossa S. Luciani martyris. Costa S. Bartholomæi, cum alijs ossibus eiusdem. Quoddam os S. Quintini martyris. Duo ossa S. Benedicti. Ossa S. Geruasij. De vestibus S. Dionysij. Ac de vestimentis S. Sulpicij. Super quorum quamlibet speciem nominatim & distinctè erant in schedula pergameni Tituli, & subscriptiones eorum, & dictæ Reliquiæ prædictis titulis insignitæ; necnon etiam tria genera ossium, in quibus intitulatio aliqua non patebat: nobis humiliter supplicarunt, vt Reliquias ipsas ab indè deponere, & ad locum alium mundissimum & publicum, vt à Christi fidelibus deuotiùs orarentur, & ob reuerentiam sanctorum colerentur perpetuò, dignaremur transferre. Nos itaque eorum supplicationi benigniter annuentes, pijs ducti consilijs, ad honorem Dei, & venerationem sanctorum, à præfato capitulo redeuntes, cappis induti sericis, cum clero ibidem congregato, præfatas Reliquias, in ipsa capsa antiqua existentes, ad maius altare decenter præparatum afferri fecimus, ipsasque flexis genibus, luminari ardente, cruce ac thuribulo præcedentibus; *Te Deum laudamus*, alta voce decantando, ab indè extraximus, fusis orationibus & deuotionibus; ac ipsas prius deosculatas deuotè à populo; prouiso tamen & prohibito, ex parte nostra, ne aliqualiter tangerentur, in alio quodam vase mundo & honesto, ac honorificè adornato, transtulimus & posuimus; præcipientes eas de cætero ab ipsis Religiosis, pro vt decentius & reuerentius poterunt, custodiri. Qua translatione facta, ipsas SS. Reliquias fecimus per dictum Monasterium processionaliter circumferri: prædicatione & missarum solemnijs subsequutis. Statuimus autem festum translationis prædictæ, die 2. Iulij, qua die ipsam fecimus, singulis annis amodò in perpetuum celebrari, indulgentes omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui inibi causa deuotionis & orationis, ac venerationis prædictarum Reliquiarum accesserint, in vigilia triginta, vt in die festiuitatis eiusmodi quadraginta dies, de sibi iniunctis pœnitentijs: & eisdem annuatim misericorditer relaxamus, festiuitate ac indulgentia huiusmodi inchoantibus, die veneris proximo, prouentum. Acta fuerunt hæc locis prædictis, anno ab Incarnatione Dominica, 1339. die penultima Iunij, indictione 7. Pontificatus sanctissimi patris, ac Domini nostri D. Benedicti, Diuina prouidentia, Papæ 12. ann. 5. præsentibus venerabilibus, & discretis viris, magistris, Stephano de Parisius, Officiali nostro: Martino *Bruges*: canonicis Lexouiensibus: Guidone *le Brun*, Guidone de Vezeliaco, Guillelmo *de Villa*, ac Richardo le *Galois*, tam Præsbyteris, quàm clericis, cum pluribus alijs ad præmissa testibus conuocatis: in quorum omnium & singulorum testimonium, & ad perpetuam rei memoriam, præsentes litteras, seu instrumentum publicum sigilli nostri, ac signi, & subscriptionis notarij infra scripti (per quem præmissa publicari mandamus, ipsis Religiosis hoc poscentibus instanter) fecimus munimine roborari. Ego Alanus *le Camus*, aliàs *le Boucher*, Clericus Turonensis Diœcesis, sacri Romani Imperij, authoritate Notarius publicus, præmissis, supplicationi, translationi, indulgentiæ, concessioni, ac omnibus alijs & singulis, dùm sic agerentur, præsens interfui, vnà prænominatis testibus: eaque publicando, de mandato dicti patris, Reuerendi, ac ad requisitionem dictorum Religiosorum, propria manu mea scripsi, & in hanc formam redegi, signoque meo solito consignaui, Rogatus in testimonium præmissorum.

VI. Rursùs, ann. 1465. Reliquiæ huiusce cœnobij visitatæ fuerunt, quarum inuentarium sic est confectum, de verbo ad verbum hic transcriptum.

Reliquiæ

Reliquiæ in Thesauro Monasterij Pratellensis inuentæ, & per Dominum Abbatem visitatæ, anno Domini 1465. in die S. Marci Euangelistæ.

Caput S. Leodegarij cum 4. dentibus, ad ipsum adhuc tenentibus: in capsa argentea deaurata. Item, tres dentes eiusdem martyris in vna Bursetta. Item, Cruciola argentea, in qua est lignum Crucis. Item, in Capsa argentea & crystallo; Costa S. Bartholomæi Apostolj, cum duobus ossibus eiusdem: ac Costa S. Laurentij martyris. Item, paruula capsa argentea, in qua. Menti S. Stephani pars cum dente eiusd. & de Petra, qua fuit lapidatus. Item, Os S. Iacobi. Pars Cranij S. Magdalenæ. Brachia Innocentium, & de Cruce. Item, parua capsa argentea, & chrystallinus; in qua Os S. Magdalenæ cum capillis. Item, in alia, pars cuiusdam costæ Innocentium. Item, in alia, Os juncturæ S. Magdalenæ: cum duobus dentibus S. Maclouij; ac vestibus S. Martini. Item, in alia, Os S. Hippolyti martyris. Item, in alia, duo ossa S. Geruasij. Item, de S. Cruce, in alia. Item, in alia Guttæ quædam sanguinis miraculosæ imaginis virginis. Item, in alia, de Cruce, ac sepulchro Domini. Item, Brachium S. Vvandregisili, in capsa argentea. Eodem modo, Brachium S. Luciæ. Item, in Pixide eburnea, Os S. Stephani martyris. Os S. Quintini. Os Brachij S. Vigoris: Os tibiæ S. Romani martyris & Episcopi: duo ossa S. Luciani, & Os S. Geruasij. Item, capsa cum pluribus ossibus & Reliquijs diuersis. Item, alia argentea, in qua Reliquiæ SS. Petri & Pauli, Stephani, Geruasij, Ægidij, atque Remigij! Item, Calix pulcher ac pretiosus deauratus:
VII. sub cuius pede inscriptum est per gyrum.

Pandulphi pietas, matri Domini dedit hoc vas.

In Basi autem præfatæ thecæ S. Leodegarij, hi leguntur versi exarati.

Hoc Leodegarij caput est in vase locatum,
Pœna martyrij trina velut dignè probatum:
Lingua mulctatum, cæsa, prout antea, fatur,
Orbibus orbatum, terebro demùm resecatur.

Mirabile dictu! caput huiusce S. Pontificis & martyris Leodegarij, ex omni parte integrum est: excepta mandibula: licet per tempora sit terebratum, ac perforatum: quod pro pietate vidi, veneratus sum, & osculatus, atque meis manibus pertractatus ann. 1641.

VIII. Denique istud cœnobium, pro Annatis reperitur taxatum in curia Romana ad 700. florenos aureos. Memoratur in jure Pontificio, super quadam lite, inter ipsos monachos Pratellenses & Episcopum Lexouiensem, exorta, ob locationem decimarum suarum: iudicauit Innocentius III. in fauorem Monachorum.

Abbati & Conuentui S. Petri de Pratellis Lexouiensis Diœcesis.

Vestra nobis relatio declarauit, quòd cùm ad firmam dare consueueritis vestrarum fructus decimarum, Diœcesani locorum statutum quoddam de huiusmodi decimis non locandis Parœchialibus Presbyteris ediderunt, per quod vtilitas vestra non modicum impeditur: quare super hoc Apostolicæ prouisionis remedium imploratis. Nos igitur vtilitates vestras nolentes indebitè impediri, authoritate vobis præsentium indulgemus; vt statuto huiusmodi non obstante, vestrarum decimarum prouentus liberè locare possitis, quibus vobis expedire videritis, & cum quibus Ecclesiæ conditionem poteritis facere meliorem: ita tamen, *quòd huiusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non valeat extendi.* f Malè apud Gregorium, Innocentius III. author dicitur huius cap. & peius, Diœcesis huius Monasterij *Londonensis* ponitur: quod & annotauit Cujacius, & Cironius in notis ad quintam compilationem Epistolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 3. titul. 11. de locato & conducto cap. 1. Memoratur iterum idem Abbas ac Conuentus S. Petri de Praxel;

f *Lib. 3. Decretal. Titul. 18. De loca & conducto cap. 2. Vestra nobis Relatio Glossa. Ibid.*

Google

lis, seu de Pratellis, ibid. apud Cironium lib. 5. Titul. 17. de Remissionibus, cap. 1. Capella S. Firmino martyri, & 12. Episcopo Ambianensi dicata, vbi miracula quotidiè fiunt, extat in quadam villa, vulgò *du Donb*: quæ præsenti Abbatiæ subditur. g Monasterium Tostense, in Anglia, in agro Norfolniensi, spectat ad hanc Abbatiam Pratellensem: qua de re, vide Monasticon Anglicum. Tom. 2.

g *Morliera lib. 2. Antiq. Ambianens. pag. 183.*

Berengarius virus suæ peruersæ hæresis per Neustriam disseminaturus, Pratellense Monasterium aggreditur, sed ab Abbate strenuè repulsam passus, tota patria profligatur. Quis fuerit Berengarius, & quo tempore, id euenerit inuestigatur. Durandus, Troarnensis Abbas, non Episcopus Leodiensis, scribit contra eum: Baronius, alijque diuersa sentientes emendantur.

CAPVT IV.

CVM igitur, his fœlicibus auspicijs exoriretur præsens cœnobium; quidam ventus vrens, ac pestiferæ hæresis flatus, totius suæ venustatis decorem inauspicatò marcidum reddere visus est & obsolefacere: ni obstitisset præclarus ille Antistes, *Durandus*, Abbas, qui propterea librum insignem edidit: [a] quo tanto pernicioso errori jam jam virus vbique effundenti via præcluderetur, veritatisque dictamno, venenatæ hæreseon sagittæ mentibus forsan infirmiorum infixæ protinùs exciderent: alijsque paradigma egregium euaderet: vbi postquam, aduersarios semel sanctæ traditæ fidei, egregijs, fortissimisque rationibus propugnauit, hæc cap. Vltimo, sub intulit. ,, *Verùm*, quia multa, etsi imperito dicendi ,, genere, salua tamen sensuum veritate, & fidei integritate, dicta sunt de Dominici sacramenti veritate: libet paucis conscientiam nostram excusatum ire, meque hæc simplicibus, & quibus sensus profunditas, vel librorum non suppetit copia, simpliciter dictasse, fideliter intimare. Quod non ego solus videor præsumpsisse, alij namque idem, nacti occasionem venia dignam, inueniuntur egisse: Diuino vtique zelo compellente, aduersusque hostes perfidos Ecclesiæ multa conscripsisse: quorum maxima multitudo, nostra tempestate, *Francorum* occupauerat Prouincias, & veneno suæ perfidiæ, circumpositas inficere moliebatur regiones & loca. I.

a *Codex 215. Apud Bibliothecam D. Ioannis Bigoti, viri nobilissimi. Liber D. Durandi Abbatis, de Corpore & Sanguine Domini Incipit. Quoniam quidem veternus hostis, inimicus humani generis, &c.*

,, *Porrò*, erroris huius Author videbatur & caput, quidam *Berengarius*; cui plures ,, *Francorum*, Nonnulli quoque *Normannorum*, quos aut ipse docuerat, aut in discendi studio aliquantisper juuerat, plurimum fauoris dependebant. Is autem ,, Dominicæ Incarnationis ann. 1053. *Normannorum* finibus irrepsit, & ad cœnobium, quod *Pratellis* nuncupatur, appulit, Catholicoque viro, qui idem strenuè ,, regebat cœnobium, à quo & honestè satis exceptus fuerat, multa blasphemus ,, impiè delatrauit: quod ipse quoque eodem Abbate *Ansfredo* referente, dùm apud ,, me super tanta impietate, valdè quæreretur, non multò post agnoui, in multis ,, itaque subtiliter ab eodem Abbate pertentatus; in multis perindè reprehensibilis ,, & perfidus est repertus. Qui indè digressus, *Normannorum* Principem festinus ,, adijt, quem sua quoque irretire perfidia subtiliter attentauit. Verùm ille, licet ,, ætate adolescentiæ necdum excederet annos, tamen illum, quia Catholicæ fidei ,, merito præditus erat & gratia, callidè suspendit, secumque, quoad Regni sui, ,, ad Mediterraneam deueniret sedem, *Briotnam*, vocabulo, detinuit: vbi vndique ,, coactis Catholicis ac sapientibus viris, super eadem re, disponebat conflictum ,, habere. Eò ergò ventum est: & res sequenti die ventilanda proposita. Cùmque ,, multi ex tota *Normannia*, sapientes, qui plurimi & clari habebantur, conuenissent, II.

„ ſent, præfatum Hereſiarcham *Berengarium*, cum alio quodam, quem ſecum adduxerat, clerico, in cuius eloquentia, victoriæ ſibi ſpem poſuerat, ita coram omnibus confutauerunt, atque euidenti ratione ſuperauerunt; quatinus eis ſilentium imponerent, verborumque, quibus fidem Catholicam tuebantur, aſſenſum ab eis extorquerent. *Berengarius* autem, tandem, non ſine pudore, euadens, *Carnotum* petijt, vbi poſitus, de eadem quæſtione ſe conſulentibus (audita quippe jam longè latèque acta res fuerat) clericis eiuſdem vrbis nulla reſpondit: cùm verò ſibi opportunitas daretur, ſe reſponſurum promiſit. Vndè non multò poſt, litteras, quas & ipſe legi, dictauit, in quibus multa abſurda, fideique Catholicæ aliena.... anelus declamauit: inter quæ Romanam Eccleſiam, caput videlicet totius Chriſtianitatis, multa temeritate, hæretico vocabulo denotauit: cum qua Rectorem eius Domnum ſcilicet, Papam *Leonem*, cuius fides Catholica, ſpectabilis ſapientia, laudabilis habebatur induſtria, (quem non excepit) pariter infamauit: ſeque ad vtrumque conuincendum, dùm reſpondere differret, interrogantibus intendiſſe retulit: tunc quippe inſtabat conſtituta dies Concilij, poſtmodum *Vercellis* habiti. Has itaque litteras, puritatis, vt ſibi videbatur, plenas, ſed reuera multa vanitate refertas: *Carnotenſibus*, qui ſibi quæſtionem intentauerant, deſtinauit.

III. „ *Cùm* autem tanti mali fama crebreſceret, & omnium corda fidelium vehementiùs percelleret, perque multos huiuſmodi virus, latenter & apertè jam ſerperet: contigit, vt ad aures etiam Regis *Francorum*, *Henrici* perueniret. Qui conſultu ſui Regni Pontificum Procerumque, Conſilium *Pariſius* cogi 17. Calend. Nouemb. præcepit, ac præfatum *Berengarium*, (vt aut ſua dicta patrum auctoritate firmaret, multis ſibi obtinentibus; aut ſi ea defendere nequiret in Catholicam, cui obuiare non poſſet, fidem prudenter tranſiret) intereſſe tantorum cœtui patrum imperauit. Interea, condicta venerat dies, frequenſque Conuentus Præſulum, Abbatum, ac Reliquorum S. Ordinis clericorum, necnon nobilium laïcorum, *Pariſius* factus eſt. Sed jam dictus *Berengarius*, malæ conſcientiæ percuſſus terrore, vt juſſus erat eò venire diſtulit: ſeque cum *Brunone*, ſuo videlicet Epiſcopo *Andegauenſe*, ſub quo Archidiaconij fungebatur honore, pro eo maximè continuit; quia eodem errore, vt potè tanti viri credulus, & ipſe noſcebatur inuolui. Interea, Præſul *Aurelianenſis*, quoſdam apices, in ſcheda haud parua digeſtos, in conſpectu omnium, & Regis, (intererat enim) protulit: Et præcipiat, inquit, veſtra ſanctitas, has litteras à *Berengario* editas, ſi libet, recitari: quas ego quidem ab ipſo nequaquam accepi, ſed cùm eas cuidam ſuo familiari, nomine *Paulo*, per veredarium dirigeret, violenter rapui. Quibus receptis, & ad recitandum traditis, omnium aures eriguntur, ora in ſilentium componuntur, corda ad intelligendum, quæ continebantur in eis præparantur: ſed inter legendum multum repentè fit murmur, & per ſingula abſurdi ſenſus verba, grauis inſtrepit fremitus; itaque omnibus talis lectio quàm nequiſſima ſordebat hæreſi, vehementer diſplicuit. Damnato proindè, communi ſententia, talium auctore, damnatis eius complicibus, cum codice *Iohannis Scoti*, ex quo ea, quæ damnabantur, ſumpta videbantur, Conſilio ſoluto, diſceſſum eſt; ea conditione, vt niſi reſipiſceret eiuſmodi peruerſitatis auctor, cum ſequacibus ſuis, ab omni exercitu *Francorum*, præeuntibus clericis cum Eccleſiaſtico apparatu, inſtanter quæſiti, vbicumque conueniſſent, eo vſque obſiderentur, donec, aut conſentirent Catholicæ fidei, aut mortis pœnas luituri caperentur. Quamobrem territi, non multò poſt, in Conſilio ſuper fidei ſuæ ſtatu conuenti, ita ſe, ſicut Eccleſia tenet Catholica, credere fideliter, & ſapere publicè, profeſſi ſunt: delatiſque ſanctorum pignoribus, vt omnibus ſatisfacerent, atque de veritate fidei, quam profeſſi fuerunt eos, qui aderant, certos facerent, ſacramentum dederunt: ſed omiſſa de tantus relatione, quos poſt hæc, ad Apoſtaſiam, & Priorem vomitum, audiuimus rediiſſe; &c. b

b Ibid. cap. 9.

IV. Qua in re obſeruandum venit, *Berengarium* non fuiſſe hæreſeos ſacramentariæ primum doctorem (vt vulgò dictatur & ſcriptitatur) ſed excitatorem. Roberto enim Francorum Rege, ann. 1022. primùm emerſit Aureliæ, *Stephani* cujuſdam clerici, & aliorum duodecim opera neſaria. Qui mox Roberti Regis imperio comprehenſi, diuque commoniti, cùm ad ſe redire nolent, igni traditi ſunt: ne eiuſ-

modi infœlix lolium sensim lætam Gallicanæ Ecclesiæ depopularetur segetem.[c]

V. At Berengarius, triginta post annos cœpit virus suæ hæreseos vomere:[d] vnde corrigitur lapsus Ioannis *Gersonis*, scribentis, Berengarium fuisse Petri *Abelardi* discipulum:[e] tantum enim abest, vt Abelardus, tum doctorem ageret, cùm tunc eius esset circiter ætatis, qua...

Pueris dant crustula blandi.
Doctores, elementa velint vt discere prima.

Præterea, Berengarius decessit, ann. 1088. Abelardus verò, ann. 1141. sed qui Abelardus potuisset docere Berengarium, ann. 1050. cùm Lutetiam venerit docendus anno fermè 1108. vt ipsemet memoriæ dedit, in historia suarum calamitatum. Ex ipsius igitur Abelardi ore habemus, non fuisse Berengarij doctorem, sed potuisse esse discipulum, nempe, hæretici hæreticum. Itaque Ioannes *Gerson*, nominis similitudine deceptus, putauit Berengarium Turonensem, Abelardi extitisse auditorem: qui legerat non satis explanatè, vel audierat, Berengarium quempiam (sed Pictauiensem) edidisse pro Abelardo præceptore, Apologeticum aduersus D. Bernardum Clareuallensem.[f]

VI. Fatetur Eminentissimus Cardinalis *Baronius* hujusmodi errorem repulsam passum, sub prædicto Roberto, Francorum Rege sapientissimo: at circa ann. 1035. vires resumpsisse. „*Quo etiam tempore* (inquit) Berengarius Turonensis, Andegauensis Archidiaconus, cuius error de veritate corporis Christi, in sacramento Eucharistiæ negata fuerat, à Roberto Rege damnatus; vt nedum asseri, sed nec audiri, eo viuente, permissus sit. Eo jam defuncto, liberius, absque obice, hæresim promulgare, atque firmare ausus est: annitente Brunone, Andegauensi Episcopo, quem in eandem væsaniam, aucta errorum propagine, non solùm decipiendo perduxerat, sed propugnatorem acerrimum constituerat. Cùm verò nephandæ blasphemiæ rumor jam Gallias vniuersas impleslet, necnon Germanias peruasisset; Henricus Francor. Rex Christianissimus, Roberti parentis, vt Regni, ita & pietatis hæres, eius exemplo, ad condemnendum errorem, profligandam hæresim, penitusque obruendam, vt nullatenus amplius audiretur, ocyus exurrexit, quamuis suorum ciuilli bello, teneretur jugiter occupatus: probè sciens tunc reddi sibi Deum propitium, ad debellandos infestos hostes, cùm emergentes hæreses comprimuntur, & Regia potestate, ne vel mutire audeant, continuò strangulantur: reddique tunc pacificum, atque diuina protectione securum Regnum, cùm Rex procurat sollicitè, eius Ecclesiam ab omni prorsus hæresis labe impollutam, integramque seruare. Quamobrem paterno exæstuans zelo, impiger ad conficiendum monstrum, ab interis mortis nuper emersum, & magna omnium admiratione, sed majori detestatione auditum; Regia tuba milites conuocat, cùm videlicet totius Regni Episcopos ad Consilium vocat. Quoniam autem, sicut periculosum valdè est, sine consilio inire certamen; ita sine consilio, consilium agere: ne id tum faceret, suis litteris monuit eum, & quidem justa de causa, atque euidenti ratione, vir discretissimus, atque sanctissimus Durandus, Leodiensis Episcopus; qui licet humili loco natus, tum litteris, tum moribus, nobilem illam suo tempore illustrauit Ecclesiam. Cujus Epistolam, doctissimam quidem, quæ adhuc super est, hic describere, ad veritatem imprimis intelligendam, necessarium duximus. Ex Bibliotheca Ludouici Martelli, Rothomagensis.

Incipit Epistola D. Leodiensis Episcopi: de Corpore & sanguine Domini; contra Brunonem, Andegauensem Episcopum, & Berengarium Turonensem.

„*Gloriosissimo*, & inuictissimo Regi Francorum, Henrico, Durandus Leodiensis Antistes; temporalis Regni gubernationem ita moderari, vt in æternum cum sanctis, ab omnipotenti Deo, merito debeat coronari. Fama supræmos Galliæ fines prætergressa, totam Germaniam peruasit, jamque omnium nostrum repleuit aures, qualiter Bruno, Andegauensis Episcopus; item Berengarius Turonensis, antiquas hæreses, modernis temporibus, introducendo, astruant corpus Domini, non tam corpus esse, quàm vmbram & figuram corporis Domini, &c.[g]

Qua

[c] Ex Glabro Rodulpho, & Ioanne olim, Apud Papyrium Massonum lib. 3. Annal. Franc. & Ioannem Picardum in notis ad lib. S. Anselmi de Sacramento Altaris Annotation. 3.

[d] Sigebertus, in Chronic. ad ann. 1051.

[e] Gerson Tractat. contra Romancium de Rosa Ioannis Meguneensis.

[f] Vide Picardum sup.

[g] Baronius Tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. 1035. §. 1. 2. 3. & 4.

Digitized by Google

VII. Qua in narratione, quædam sunt à nobis enucleanda. Constat quippe in primis Leodiensem Episcopum, Epistolam conscripsisse aduersus hujusmodi hæresis authores : quod testatum reliquit *Guitmundus*, Neustrius, cœnobij de Cruce S. Leufredi, monachus, Author coætaneus, lib. 1. de veritate Eucharistiæ, sub initium, vbi sic lectorem alloquitur : *Lege Epistolam Leodiensis Episcopi, contra Berengarium, ad Henricum, Regem Francor*, &c. [h] Quis autem ille fuerit Antistes, vel quo nomine vocetur, minimè aperitur. *Baronius* primus extitit, qui *Durandum*, hunc nuncupatum existimauit : deceptus ex littera Majuscula, initio prædictæ Epistolæ affixa: cùm potius legendum foret *Epistola D. Leodiensis Episcopi : Domini, Leodiensis Episcopi* : non verò ; *Durandi, Leodiensis Episcopi*, cujusquidem *Baronij* errorem cæteri recentiores vltrò sunt secuti : [i] Sed perperam, certum quippe est *Durandum*, Leodiensis Episcopatus insulas suscepisse, ann. 1021. obijsseque ann. 1024. [k] Deindè, Eusebius ille, *Bruno*, dictus Andegauensis Ecclesiæ Pontificatum inijt, ann. 1047. ceu, 1048. [l] Tum denique Henricus, Rex Galliæ habetur, ann. 1030. ceu, 1031. vel 1032. [m] Quonam igitur pacto (vt scitè infert *Picardus*, sup.) destinasset memoratam, Epistolam ad Henricum ipsum, Galliæ Regem, ann. 1035. Durandus Episcopus, qui jam in fata concesserat, ann. 1024 ? Sed, & quorsum Epistolam scribere contra Brunonem Andegauensem Episcopum: ann. 1035. qui huic Ecclesiæ haud præfectus est, nisi ann. 1047 ?

VIII Quid igitur euasionis ? falli oportuisse *Sigebertum*, & alios contendit *Baronius* ; sed minus rectè, vti cuiuis cordato viro, liquet euidenter ex chronologica ratione; & historica veritate: Vult Ægidius *Bucherus* ; dictum *Durandum* Episcopum, circa ann. 1022. eam scripsisse Epistolam, non ad *Henricum*, sed ad patrem eius *Robertum*, Franciæ Regem : cùm *Durandus* non potuisset ad ann. 1035. pertingere : [n] sed quali fundamento suffultus ? nullo vtique: quandoquidem ea Epistola, *Henrico*, Galliæ Regi, vbique directa sit. Quidam, vt omnia concilientur, ingenuè fatentur, perperam ipsi *Durando*, Episcopo Leodiensi ascribi ; sed suo Authori legitimo, nempe *Deoduino*, seu *Theoduino*, eiusdem sedis, 53. Episcopo, ann. 1048. electo, restituendam esse. [o] At hæ omnes futiles sunt adinuentiones ; cùm minimè negetur id opus fuisse Episcopi Leodiensis : sed tantum, ad lydium lapidem reuocetur : qui-nam *Durandus* potuerit Leodiensi Ecclesiæ præfuisse, ann. 1035. quo Epistolam scripsit ad *Henricum*, Francorum Regem, contra Berengarium Turonensem, & *Brunonem*, Episcopum Andegauensem ab illo sua hæresi fascinatum : quod & ipsum historiæ Ecclesiasticæ parentem, illustrissimum *Baronium* fugisse, non satis mirari possum, cùm illo viro erudito, Galliæ Christianæ Auctore. [p]

IX. Propterea, tantæ altercationi obuiantes, dicimus, non ann. 1035. sed ann. 1053. *Durandum* Abbatem, doctrina singulari pollentem, & virtute præstantem eximia, annotasse hunc prauum errorem tunc finibus Normannorum irrepsisse, & ad hoc Pratellense cœnobium appulisse, &c. ac proindè calamum postea exacuisse, vibrasseque in hunc virulentum, ac pestiferum Berengarium : vti discimus ex ipsius *Durandi* libro : qui sic inscribitur. *Liber D. Durandi Abbatis* ; *De Corpore & Sanguine Domini*. Incipit. *Quoniam quidem veternus hostis, inimicus humani generis : &c.* Cuius fragmentum initio hujusce capitis transcripsimus, ex ipsius Authographo MS. in pergameno in *quartò* Quiquidem *Durandus*, Abbas extitit *Troarnensis*, Diœcef. Bajocens. Ordinis S. Benedicti, in Normania, primusque cœnobiarcha illic præfuit, ex Monacho Fiscanensi, ann. 1058. [q]

X. „ *His acceptis* (addit Baronius) Henricus Rex Francorum litteris, benè à tanto
„ Antistite persuasus, à cœptis creditur destitisse; non ipse, dùm vixit, aliquod fuis-
„ se contra Berengarium, & socium impietatis, collectum Concilium, memoria
„ reperitur ; sicut aliorum Conciliorum longè minoris momenti. Sed & quod,
„ dùm idem Christianissimus Rex superstes fuit, nunquam auditus est Berengarius,
„ vel ex suis aliquis, quid impium mussitasse ; æquè coercitos funestos homines
„ Regia jussione fuisse, par est credere, atque petijsse abdita syluarum bestias tru-
„ culentas, est dignum existimare : &c. [r]

Sanè, non negat absolutè Cardinalis Eminentissimus, Concilium tunc fuisse coadunatum in Francia ; sed solummodò id memoria haud reperiri : cùm nondum oculis patuisset legentium : quod nunc gratanter è latebris erutum, damus ; ex eodem MS. *Durandi* Abbatis excerptum : vbi clarè ac distinctè, tanquam testis

h *Extat Tom. 11. Bibliothec. patrum. Edition. Coloniens. ann. 1618. Item, Apud Esperncaeum, lib. 2. de Eucharistiæ adoratione cap. 290.*
i *Bibliotheca patr. sup. Chappeauillus, in Annotat. ad Histor. Episcop. Leodiens. Tom. 1. In Durando 49. Episcopo, cap. 71. Possevinus in Apparatu sacro. Valerius Andræas, in Belgica Bibliotheca verb. Durandus, Franciscus Archiepiscopus, in Catechismo controuersiar. pag. 380.*
k *Sigebertus in Chronico. Democharez lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 37. Gallia Christiana. Chapeauillus. Ægidius Bucherus. Beyerlinck Tom. 3. Theatri vitæ humanæ verbo. Episcopus. In serie Episcop. Leodiens. Picardus sup.*
l *Ex Picardo, Gallia Christiana, & alijs in Episcop. Andegauens.*
m *Ex Sigeberto. Gillio : Belforesto Tillio, Halliano, &c. in Franc. Regib.*
n *Bucherus in Chronologia ad res gestas Episcopor. Leodiens. Tom. 1. Apud Chapeauillum, sup.*
o *Picardus & Gallia Christiana, sup. S. Durantus lib. 2. de ritibus Ecclesiæ Catholic. cap. 39. §. 10.*
p *Gallia Christiana sup.*
q *Vide infra in Abbatia Troarnens.*
r *Baronius sup. fol.*

Hunfridus, admodum locuples, gratia Dei, ne dicatur mihi, Bona tua in vita recepisti; Thesaurisare ergo aliquid, vbi nec possit furari, nec à tineis corrumpi. Verùm, ne hæc dicta in cassum esse prolata videantur, post expletionem Monasterij S. Petri *Pratellensis*, quod ad vsum, monachorum, iuuante Deo, construxi, obnixis procibus coniugis meæ *Alberadæ*, nomine, in eadem villa, in honorem summi Conditoris, & gloriosissimæ Virginis Mariæ, sanctique Leodegarij, martyris, alteram construxi Basilicam, quatinùs inibi sanctimoniales in sequenti æuo, suo Christo militent, quarum vsibus, ex nostris possessionibus, pro posse, concedimus.

III. Damus itaque S. mariæ Abbatiæ prædictæ, septum quoddam vineæ, quod proximum est ædificio Basilicæ, in vsum famularum eius. Damus iterum illam terram, quam à *Suffrido* mutuauimus; scilicet, duos mansos ad *Magnas Maras*; vbi manent *Osmundus Ficart*; & *Anschitillus* Rusticus, vir Gaudiæ. Damus iterum illam terram, pro qua *Turulfo* recti conuentione Alodij, quatuordecim libras denariorum dedimus, quos pro filio suo *Gisleberto* redimendo, tribuit, quem *Vazo Drogensis* tenebat in vinculis; quæ tantùm erat proxima Ecclesiæ, vt etiam hospitia & viridaria in eam stabilirentur, Damus iterum, quicquid habemus in villa (quæ vulgò *Sigliacus*, dicitur) scilicet in plano & in saltu. Damus iterum quandam terræ particulam, quæ *Nouus Boscus* appellatur, & vulgò dicitur *Aincuria*: quam emimus ab *Hugone*, *Bajocensi* Præsule, Damus iterum, quicquid habemus in villa, nomine, *Stortreta*, scilicet, & in plano, & in Háya, & in saltu. Damus iterum, quicquid habemus in villa: quæ vulgo *Bretot*, dicitur, Damus iterum, *Grinbordi-villam*, cum omnibus appenditijs suis: pro qua dedimus quoddam Alodium nostrum, nomine *Billemont* (quod emimus magno prætio denariorum, palliorum, caballorum, à *Radulfo*, filio *Aueniæ*, ituro in Apuliam) cuidam militi, nomine Richardò. Damus iterum, quicquid habemus Alodij, in *Anschitilli-villa*: & tertiam partem molendini. Damus iterum duo Molendina, quæ habemus in *Cornevilla*, parentum nostrorum hæreditate, à nobis possessa. Duamus etiam quicquid terræ *Vvimundus* habet in eadem villa. Damus quoque quicquid habemus in terris, & in vineis, & in villa, quæ vulgò *Bodelsa*, dicitur; & hoc consensu *Malgerij* Archiepiscopi, vt præsens subscriptio demonstrat, confirmata Pontificali authoritate. *Ego Episcoporum Dei* gratia, Episcopus, *Melgerius*, pro redemptione animæ meæ, fidelium meorum vsus consilio, concedo, ac potiùs perpetualiter dono, Deo, ac Sanctæ eius, atque glorissimæ genitrici, nostræ communi protectrici, Mariæ, in loco qui est, in honore eius, atque victoriosissimi martyris, Leodegarij, dicatus; quicquid *Hunfridus* tenuit ex me in *Bodelsa*, ad subsidium, quæ ibi Diuinis instant officijs, sanctimonialium fœminarum, ea videlicet conditione: vt Abbatissa eiusdem Monasterij semel in anno, in solemnitate eiusdem Dominatricis nostræ, & Dominæ Mariæ, in Episcopio suo deseruiat. Quod huius subscriptionis signo † Laudo. Huius vero adstipulationis nos legitimi testes sumus; Ego Vvalcherus, Heppo, Ansfridus, Hugolinus, Richardus, Rozelinus, Godobaldus, ipsius Archiepiscopi cubicularius. His ita datis, ne quis in futuro calumniam intulisse foret, Ecclesiæ, famulabusque Dei inibi famulantibus, in Dedicatione ipsius Ecclesiæ, *Hugo Grammaticus*, Rothomagensis Archidiaconus, ex præcepto Domini *Hunfridi*, excelsa voce commonuit; vt si quis his donis calumniam inferre vellet, liberè & in aures omnium protulisset. Ad hanc vocem omnis vicinia læto clamore, absque vlla contradictione, quod ipse fecerat vnanimiter concessit. Postea Hugo, Lexouiensis Episcopus hanc dedit excommunicationem: si quis de supradictis rebus iniustè aliquid subtraxerit, aut calumniatus fuerit, damnetur.

IV. Defuncto ergo *Hunfrido*, constructore loci, filij eius *Rogerius* Bellimontis, & *Rotbertus* Dapifer, *Guillelmum* Comitem, Marchionis Roberti filium, cum magno Comitatu militum, adduxerunt ad supradictum Monasterium, quorum oratu, pro sua, suorumque salute, donationem supra altare posuit, de his omnibus, quæ *Hunfridus* dederat, & manu propria, cum cunctis Principibus, cartam confirmauit. Hac confirmatione animati, vicini & compatriotæ, nonnulli dono, nonnulli prò pignore, de terris suis dederunt: Deo & S. Leodegario. Vnde quidam miles, *Rodolphus*, & frater eius *Odo*, pro matre sua Feurolta, triginta terræ jugera dederunt supradictæ Ecclesiæ in *Tregeuilla*. Idem verò *Odo*, alia triginta terræ iugera in *Corbello* Domnæ *Alberadi*, pro centum solidis, pignus, dedit: Domna Abbatissa

Emma, quindecim libras pro eadem terrula, pro conditione non mutata accepit. Dedit quoque *Rogerus* supradicti loci dominus, & mater eius, *Alberada*, S. Leodegario, duos mansos terræ in *Corbello* monte, de terra *Turchetilli*, sui auunculi. Habet etiam supradicta Ecclesia in eodem *Corbello* monte, duodecim iugera à *Gisleberto* ei in pignus accepta pro quadraginta quinque solidis. Dedit etiam idem *Gislebertus* in *Pratelli-villa*, Osbulci arati, viginti quatuor acras, pro filiabus suis. Dedit quoque dimidiam partem Ecclesiæ, vel decimæ, *Anschitilli-villæ*, & quinque virgas terræ. *Turstinus* verò frater eius, dedit duas partes decimæ sibi competentis, pro filia sua. Dedit quoque idem *Turstinus* in *Corbello* monte, pro filia sua, duodecim acras terræ: & in *villa Pratelli* duodecim iugera terræ, pro societate, quam ipse accepit, & vxor eius, & filij, in inferiore Riuo, & sufficiens spatium, ad faciendum viuarium & molendinum: dedit quoque duas acras terræ, inter montem & Fontanam, vbi manet Richelius. Item *Turchitillus*, sororius eiusdem *Turstini*, dedit S. Leodogario triginta iugera in *Turuilla de Alnet*, pro anima vxoris suæ *Durandæ*: quæ fuit monacha, in ipso Monasterio, & illic jacet sepulta; concedentibus fratribus suis *Gisleberto*, & *Turstino*. Hanc terram mutuauit *Emma* Abbatissa à filijs *Duuelinæ* & tantumdem terræ accepit.

Post obitum *Hunfridi*, S. Mariæ, sanctique Leodegarij, Ecclesiæ constructoris, V. *Guillelmus* eiusdem filius, videns, quia terrena omnia tonseunt, nihilque diuitiæ diuitibus prosunt; verum etiam non prosint; nisi illis, qui eas pro sui redemptione, Christi pauperibus distribuunt. Ne foret expers beneficij à parentibus incœpti, & ne ex toto, illud dictum Euangelicum in die iudicij improperaret sibi; *Esuriui & non me pauisti*; in augmentum bonorum Ecclesiæ, triginta mansos terræ eisdem sanctis tribuit, in illa sylua, quæ *Once*, vulgò nominatur, concedente Rogerio. *Guillelmus* iterum *de Scalfou*, S. Mariæ, sanctoque Leodegario, pro sua quadam filia, ab Abbatissa *Emma*, in Monasterio recepta, medietatem cuiusdam villæ, quam vulgari nomine *Malogium* nominamus, concessit: & Decimam duorum Molendinorum in villa, quæ *Verpucia*, dicitur. Dedit etiam terram *Spinarum*, quam ab ipso *Gislebertus Condatensis* tenebat; ea videlicet conditione, vt post mortem *Gisleberti*, prædicta ad Ecclesiæ fiscum rediret. Huic conuentioni *Gislebertus*, & vxor eius interfuerunt: vtrique etiam cum lætitia magna fauerunt. *Guillelmus*, filius *Godefridi* pro filia sua in Monasterio recepta, dedit Decimam suam in villis: Testibus *Radulfo*, filio eius, & *Roberto*, clerico. Item *Godfredus*, pro sua quondam filia, in congregatione recepta, Ecclesiam *Ratarum*, cum totius villæ Decimis concessit.

Item, *Hunfridus de Bohum*, medietatem villæ *Pucen*, & Decimam, quam ab ipso VI. acceperat quidam *Hildulfus*, cognominatus *Paruus*, in vadimonium pro quadraginta solidis; *Emma* quoque Abbatissa transmisit illi *Hildulfo* quadraginta solidos, per *Gaufredum* clericum, & per *Turchitillum*: talisque fuit conuentio, vt post decessum suum, quicquid habet in prædicta villa pro redemptione sua, suorumque, sit Ecclesiæ: hoc etenim annuerunt filij eius *Robertus*, & *Richardus*, donumque super altare posuerunt. Dedit etiam idem *Hunfridus* decimam *Barbi-villæ*, & Ecclesiam S. Mariæ; & decimam Burgi *Carentoni*, vulgò nominatum, cum Præsbyterio. Nec multò post, auxit & confirmauit hoc donum, pro alia filia sua, in Monasterio recepta: & filij eius, *Richardus* & *Hunfridus*, *Radulfusque*, *Constantinus*, consanguineus eorum, itidem posuerunt donum super altare: testibus, *Esturo*, Dapifero, *Osberno*, *Gaufrido* Clerico, *Helberto* præposito, *Almerico* pistore.

Habet etiam eadem Ecclesia terrã villæ, quam quondam dedit *Grento de Fontenay* VII. & *Osmundo de Matu*, cum filia sua, quam accepit in coniugio. *Osmundus* verò dedit eam *Gisleberto Condatensi*, cum filia sua *Ascelina*. Et ipsa quando sacrum velamen accepit, dedit eam S. Leodegario: Et neq; frater, neq; filia, partem, nec hæreditatem in ipsa habeãt. Dedit etiã terram *Columbinæ villæ*, quam Gislebertus, maritus eius à *Rotberto de Carbonaria*, nepote suo acceperat in vidimonio, propter viginti quatuor libras; ea sanctione, vt si *Rotbertus* quandoque rediret, sub eius ditione redderetur, & Abbatissa ab eo reciperet viginti quatuor libras. *Rogerius* quoque loci Dominus, cõcessit sancto Decimam *Normanni-villa*, & tres Ecclesias in eadem villa, scilicet, S. Valdi, S. Germani, & S. Leufredi: Et idem *Rogerius*, die, qua filia sua ingressa est Monasterium, dedit decem libras; vnoquoque anno de Theloneo suo; & Molendinum in *Ponte Aldemari*, & decimam *Courtæ-villæ*; villam quoque, quam

Minorem

Minorem Salernam dicunt; dedit etiam tres agripennos prati in tractu *Pontis-Aldemari*: & in *Hispania*, tres mansos terræ. Iuxta hos agripennos dedit etiam *Guibertus*, quicquid terræ habet à *Risla*, vsque ad *Nemus Alucorum*, & hoc pro filia sua.

VIII Habet etiam hæc eadem Ecclesia terram in villa, quam vulgari nomine *Breitot* appellamus, dono *Hugonis* vice-Comitis, appositis limitibus determinatam: & decimas quatuor hominum: & triginta acras de terra, *Rogerij Caudos*: dedit etiam *Reginaldus Grammaticus*, in *Hispania*, terram, quam cum vxore sua accepit: & Ecclesiam S. Mariæ *Breitot*, pro filiabus suis. Emit quoque *Emma*, Abbatissa in eadem villa *Breitot*, sexaginta terræ iugera, ab *Hilberto*, *Heduini* filio, decem libris, pro redemptione sui corporis datis. Quidam verò *Guimundus Bollit* cognominatus, calumniam molendinis *Cornevillæ* inferebat; sed acceptis à supradicta Abbatissa decem solidis, dereliquit, & idem Guimundus eisdem molendinis necessaria, concessit, extensiones scilicet, riparum in sua prædia: & Casulam cum suis appenditijs, concessis sibi, quinquaginta quinque solidis ab ipsa Abbatissa, quos de supradictorum molendinorum emolumento debebat. Dedit quoque *Ansgerius*, & vxor eius *Emma*, quicquid in terra & vineis, & in prato habebant in *Prisciniaco*: concedentibus *Richardo* & *Guillelmo*. Post mortem verò *Ansgerij*, *Gamalinus*, quidam consanguineus eius huic dono calumniam intulit; sed acceptis à supradicta *Emma*, Abbatissa, quadraginta solidis, in præsentia multorum testium, donum concessit. Emit quoque eadem Abbatissa à *Ioanne Philibertense*, quindecim libris, decem mansos terræ; & ipse donum super altare posuit.

IX. *Hunfridus* verò constructor sæpè dictæ Ecclesiæ, dùm moreretur, sex hospites terræ in *Aincuriam* (quam jam dederat S. Leodegario) dedit *Gosselino*, filio *Osmundi*, annuente *Emma* Abbatissa; & tali pacto, vt seruiret sancto & inibi famulantibus. Idem quoque *Goscelinus* fecit sanctum Leodegarium hæredem sui de ista terra, dùm iret Andegauis in exercitum, nullo hærede superstite, vel parente, vel auctore, qui velit eam vsurpare hæreditario more: & hoc confirmauit super altare S. Leodegarij in præsentia totius Ecclesiæ, excommunicando omnes, qui aliquo modo eam adstulerint ab Ecclesia. *Roscelinus*, denique filius *Turolfi*, dedit eidem Ecclesiæ, in qua etiam jacet sepultus, pro redemptione animæ suæ, decem acras ad *Rethel*. *Anfredus* verò frater eius, dùm iret in Anglam-terram, dedit duas acras in *Corbello-monte*, pro societate. Habet etiam hæc Ecclesia decimam *Rani villæ*, cum duobus hospitibus, quam dedit *Rotbertus de Rie*, pro sua nepte. Habet & decimam de *Villei*, dono *Guillelmi*, filij *Godefridi*, pro sua filia. *Guillelmus*, *Anschitilli* filius, quicquid terræ in *Sturcreta*, & in Coletot habebat, S. Leodegario perpetualiter concessit, pro anima sua, & pro sororibus suis, & pro pretio, quod ab Abbatissa *Ansfrila* accepit, cùm in Hispaniam iturus esset, sub testimonio *Guillelmi*, Archidiaconi; *Hunfridi* Præsbyteri, Gaufridi, Turstini, Gilberti, & aliorum. *Dunelma* quoque soror *Rogerij Bellimontis*, dedit in villa, quæ vocatur *Boscus-Achardi*, quemdam Mediestiuum, Ascelinum nomine, tenentem quadraginta acras terræ, pro filia sua.

Synodalem redditum Ecclesiæ S. Michaelis, Ego Hugo, Episcopus Lexouiensis, Ecclesiæ sancti Leodegarij perpetualiter concedo, & confirmo.

X.

† Signum *Vuillelmi*, Regis Anglorum	Signum *Rogerij* de Bellomonte.
Signum *Mathildis*, Reginæ Anglorum	Signum *Rogerij* de Monte Gomerico.
Signum *Michaelis*, Abricensis Episcopi.	Signum *Roberti* de Bellomonte.
Signum *Vuillelmi*, Ebroicensis Episcopi	Signum *Comitis* Moritonij.
Signum *Gisleberti*, Lexouiensis Episcopi	Signum *Vuillelmi* Dapiferi.
Sig. *Goisfredi*, Constantiensis Episcopi.	Signum *Henrici* Bellimontis.
Signum *Goisfredi* de Caluomonte	Signum *Gosfridi* Bainardi, al. Bernaiji.
Signum *Roberti*, filij Anschetilli	Signum *Adelizæ*, vxoris Bainardi.
Signum *Roberti* Comitis filij Regis.	Signum *Rogerij* filij Bainardi.
Signum *Hunfridi* de Bohun.	Signum *Guillelmi* filij Bainardi.

Testibus his Gosfrido, filio Germundi; & Radulfo, filio Geroldi; & Gosfrido

Gorneuillæ, & Rotberto filio Ascelini Giruavillæ, & Corbuinæ: & Richardo Clerico, filio Grip. Ex nostra parte Radulpho Ædili, & Goisfredo clerico, Osberno portario; Serlo, pistore. Radulfo *Piat*, Vvalterio de Salerna.

Concessit *Goisfredus* totam *terram spinarum*, quam tenebat in Dominio suo, sanctæ Mariæ, & sancto Leodegario, pro Emma, socru sua, quam fecit monacham in hoc cœnobio: & idem concedit vxor sua, & filij sui. Quidam miles *Roturum*, *Otho* nomine, dedit suam decimam plenam, sancto Leodegario, pro redemptione animæ suæ, vxorisque, & omnium amicorum suorum. Teste *Rogerio du Couldray*: & ex nostra parte, teste Gaufrido clerico, Richardo pagano, & Guillelmo: ex laicis hominibus, Guillelmo de *Incuria*, Roberto coquo, Morcardo, Raboldo, Simone, Radulfo Bollit, & Goscelino, pistoribus: & Serlone, Hugberto, & Hermano. Signum ejusdem †. Othonis. *Morinus du Pin*, dedit decimam suam *Normanni-villæ*, & de Rusticis suis & Bordacijs S. Leodegario, concessu Comitis Mellentensis & Comitissæ *Elisabeth*, pro redemptione animæ suæ, & fratrum suorum; pro animabus patris & matris suæ omniumque amicorum suorum: Teste Vvillelmo, fratre suo, & duobus armigeris suis, Radulfo, scilicet & Richardo: & ex parte Domnæ Abbatissæ Cæciliæ, testes sunt, Rogerius, filius Vrsonis, Morcardus puer; Rotbertus coquus, Hunfridus, Goscelinus, Haymo, & duo homines Comitis de Ponte, Henricus, Ascelinus cum pluribus alijs. Signum Morini. *Rotbertus Ieobertus* requisiuit à Domna Abbatissa *Cæcilia*, quod S. Leodegarius habebat *in Pucei*, vnde non habebat per annum, præter sex solidos: & Huic, in die Quadragesimæ, vno quoque anno, decem solidos: sancto Leodegario, Abbatissaque, & dominabusque sibi firmo fisco concedentibus, dat decimam suam, quam in prædicta habuerat villa, de Annona sua, omnique pecunia: vnde testes sunt ex parte Abbatissæ, Richardus Clericus, Eroldus *Reincart*, & Robertus coquus: & ex parte Rotberti, testes sunt, Vvalterius cubicularius, hujus pacti fidei jussor, & Hugo de *Bru*, alter: & Rogerius de *Altaribus*, & Turoldus, filius Eteroldi de Ponte. XI.

Rotbertus Puguet, *Anschitilli villæ*, dedit S. Leodegario, totam terræ suæ decimam: post mortem verò eius, *Goisfredus*, filius eius, donum patris sui concessit, & super Altarè posuit: ex parte Goisfredi testes fuerunt, Herbertus *Baout*, & Gifredus *Hobert*, & Andræas de *Valle Durandi*, qui & decimam suam super Altare posuit: & ex parte Abbatissæ testes fuerunt, Berengarius, famulus Comitis Mellenti, & Philippus de Touruilla, & Geroldus Dapifer. Maritatio, quam *Rotbertus de Moias* dedit *Rogerio de Botemon*, cum filia sua, scilicet, Terram cum quadam carruca, apud Villam, quæ dicitur. *Moiaz*, eandem terram, *Elisabeth*, vxor prædicti *Rogerij*, sumendo monialem habitum in cœnobio Pratelli, dedit ejusdem loci, sancto Leodegario, pro seipsa, concessu filius eius, *Alexandri* nomine, qui & super Altare posuit donum, ac per hoc orationes dedit ei Abbatissa: Testibus ex parte Alexandri, Radulfo *Haslen*, & Vvillelmo, Valchelino, Gisleberto de *Folmucon*: & ex parte Abbatissæ fuerunt testes, Geroldus *Reincart*, & Guillelmus de *Incuria*, & Radulfus præpositus. Signum *Alexandri*. XII.

Omnes consuetudines, quas concessit Comes Mellenti Beato Petro Pratellensi, has concedit Beato Leodegario. *Radulfus de Faneroles*, dedit sancto Leodegario, quinque acras terræ de Fisco *Guillelmi de Ferieres*, apud *Maloei*; vnde donum posuit super Altare: concesso sibi, suisque Antecessoribus beneficio. Ex parte Radulfi testes sunt Gaufridus *Delcart*, Hugo *Grauerenc*, Radulfus, filius Durandi; ex parte Abbatissæ, Morcardus Dapifer, Richardus Capellanus, Autbertus de *Turnilla*, & Gaulterius mediator. Ego quoque *Rotbertus*, Comes Legrecestriæ, concedo prædictæ Ecclesiæ sancti Leodegarii, villam *Sturiæ*, liberam & quietam, sicut *Rogerius de Bellomonte*, Auus meus, & pater meus, *Robertus* Comes de Mellento, concessit prædictæ Ecclesiæ; & hoc concessu & confirmatione *Vvillelmi Regis*, expugnatoris Anglorum, & Vvillelmi, II. Regis, filij eius. Do etiam & concedo, eidem Ecclesiæ, in *Stracfort*, Octo libratas, & in *Herdebraga*, quadraginta solidatas, per annum; & ad Scacarium meum, octo libras & sex solidos, per annum, sicut pater meus ei dedit, & concessit. Et hoc pro anima *Vvillelmi* Regis, expugnatoris, eiusque vxoris, *Mathildis* Reginæ, & eorum filij, *Guillelmi* II. Regis, atque futura memoria animæ *Henrici Regis*, & eius vxoris *Adelizæ*, tertiæ, Reginæ: & pro anima *Mathildis* II. Anglorum Reginæ, & filij eius *Vvillelmi*: & pro anima Aui mei, *Rogerij* XIII

gerij de Bellomonte, & eius vxoris *Adelinæ*: & pro anima patris mei *Rotberti* Comitis de Mellento. Ego *Henricus* Rex Anglorum, has donationes prædictas eidem Ecclesiæ S. Leodegarij concedo, & propria manu confirmo hoc ligno. Signum *Adelizæ*, Reginæ Anglorum. Signum *Vvaleranni*, Comitis de Mellento. Signum *Rotberti*, Comitis Leigrecestriæ. Signum *Rotberti* ...... eadem die facti.

XIV In Tempore Elisabeth Abbatissæ, *Henricus de Campiniaco*, posuit filiam suam in cœnobio, dando pro ea quadraginta acras terræ: terram videlicet duorum vauassorum, in *sylua Osberti*, quam tenent *Berengarius*, *Rogeriusque*; suus frater: & decimam Molendini, quod dicitur *Gruet*; de hoc quod ipse habet; & de hoc posuit donum super Altare: ex parte Abbatissæ sunt testes Paganus Clericus; & Rotbertus *Trossel*: ex parte Henrici, testes sunt, Vvillelmus, eius clericus, & Autbertus de *Turvilla*. *Guillelmus de Vallis*, concessit Ecclesiæ S. Leodegarij decimam de omni terra sua de *Maremorina*; ex parte Ecclesiæ, testibus, Pagano capellano, & Roberto, filio Ansfridi; ex parte Vvillelmi, Gauterius, filius Durandi: & hoc concessu, dedit Abbatissa decem solidos Cartaginens. Signum *Vvillelmi*. *Guillelmus de Borneuilla* concedit S. Leodegario decimam totius *villæ de Hocia*, concessu fratris sui *Gaufridi*, & hæredum suorum, in perpetuum: & hoc concessu, dedit ei *Mathildis* Abbatissa, triginta solidos cartaginens. & *Gaufrido*, fratri suo quinque solidos Cartaginens. Hujus rei testes sunt ex parte Abbatissæ, Rotbertus de *Hucia*, Richardus coquus; ex parte fratrum prædictorum, testes sunt, scilicet, Robertus Decanus. *Helyas Rotarum*, & *Gaufridus*, filius eius, & *Mathildis*, mater eius, concedunt Deo, & sanctæ Mariæ, sanctoque Leodegario, eamdem eleemosynam, quam Antecessores sui concesserunt, de tota sua terra *Rotarium*: ex parte Abbatissæ, testes sunt, &c. Ego *Vvaleramnus*, Comes Mellenti, concedo, & in perpetuum confirmo Ecclesiæ sancti Leodegarij de Pratellis, quindecim libras per annum in Teloneo *Pontis-Audomari*, pro excambio tertiæ partis Molendinorum *Pontis-Audomari*, quam eadem Ecclesia, & sanctimoniales ibidem Deo seruientes habebant: ita vt vnoquoque mense, reddantur indè viginti quinque solidi. Testes ex parte Comitis, Rotbertus de Nouo Burgo, & Guillelmus; filius Rotberti, & Guillelmus de *Limi*, & Rotbertus de *Formouilla*, Dapifer, & Rogerius Capellanus: Testes ex parte Abbatissæ, Paganus, Capellanus, Hugellus de *Breietot*, Richardus de *Incuria*, Guillelmus de *Salerna*, Radulfus de *Haya*, Guillelmus de *Salerna*.

Cætera ad hocce Monasterium spectantia, panduntur: tum series Abbatissarum & sacræ Reliquiæ inibi asseruatæ, referuntur.

CAPVT II.

I. GVALERANNVS, mellenti Comes: huic Abbatiæ plura dedit in suo Telonio Pontis-Audomari, cui cartæ subsignantur, Audoenus Episcopus Ebroicẽsis: &c. In alia carta eiusdem Comitis: vbi concedit Mathildi, Abbatisse annuatim pro Anniuersario suo, in præpositura Pontis-Audomari, nonnulla alia: Testes habentur, Rotrodus, Archiepiscopus Rothomagensis, Ioannes de *Lunda*: &c: In Assisia Domini Regis apud Bernayum habita, ann. 1231. die lunæ, in crastino sancti Thomæ Apostoli: quando Ogerius, miles de *Maloë*, Ecclesiam relaxauit: præsentes interfuerunt, Guillelmus de Ponte-Arcæ, Lexouiensis Episcopus, Richardus Ebroicensis, Episcopus: &c. Præterea, *Thomas*, Rothomagensis Archiepiscopus, amicabilem egit compositionem inter Abbatem *Bellibecci*, & Abbatissam Pratellensem, super quibusdam iuribus, ann. 1227. mense Octobri. Iam antea, M. Abbas Cerasiensis, cum Guillelmo, Bajocensis Ecclesiæ Decano, Delegati à sede Apostolica, rixas terminarat inter *Isabellum*, Abbatissam Pratellensem, & Ioannem, Præsbyterum de *Villeio*, super quibusdam decimis, ann. 1179. 7. Calend. August. Bajocis. [a]

[a] Ex Archiuo ejusd. Abbatiæ Monialium.

Hunfridus, Fundator, obijt ann. 1074. sub quo Ecclesia dedicata est, sed Alberada, eius amantissima conjux, istiusque Abbatiæ pia fundatrix, migrauerat jam in cœlum, ann. 1045. die 20. Septemb. cujus sepulchrum postea decentius extructum per Margaritam, Abbatissam, ann. 1478. die 7. Maij.

Quo ad Abbatissas spectat: harum, non omnium, nomina, qua potui diligentia, ùç disposita, velim, accipias. II.

1. Emma.

Soror, vt reor, Guillelmi Episcopi 16. Lexouiens. vide Ordericum, pag. 521. lib. 4.

2. Anfrida. *3. Cæcilia.* *4. Mathildis, ann. 1166.*

5. Elisabet, seu Isabella.

Ann. 1179. de qua sup. in Ceraliensi Abbatia, pag. 433. Notatur *Francisca Martel*, Priorissa de Bondevilla, obijt 66. ætatis 10. Ianuar. Abbatissa Pratelli.

6. Richildis. *7. Isabella de Monte-forti.*

8. Mathildis ann. 1221. *9. Georgia, ann. 1256.*

10. Nicolaa, (ann. 1293.) de Cordelon.

11. Emma, Amata, seu Anna de Quinquerbourg.

Obijt, 3. Iunij, ann. 1345.

12. Iacquelina le Quesne.

13. Pernella du Bosc, obijt 5. Maij, ann. 1462.

14. Margarita, eius neptis.

Obijt 27. Septemb. ann. 1503. quæ Alberedæ fundatrici sepulchrum extruxit ann. 1478.

15. Margareta Suhart, obijt 1. Maij, 1513.

16. Ianna de Fonteines; obijt 22. Maij. 1520.

17. Guillemeta du Quesne: obijt 8. Octob. 1535.

18. Maria de la Fonteine.

19. Ælienor. *20. Petronilla la Bretonne.*

21. Margareta de Souurè, per 40. ann. obijt.

Ann. 1620. die 4. Iunij. [a]

a Schedis & Necrologio, atque Tumbis sepulchral. lib. Pratellens. Virgin. Item Obituario Cormeliëns. 8. Octob. 19. Nouemb.

22. Anna de Souurè.

Sororerat Ægidij de *Souurè*, Episcopi Antissiodorens. neptis præfatæ Margaritæ, cujus & coadjutrix fuit, anno ætatis suæ 20. Christi autem 1610. tum Abbatissa efficitur, ann. 1620. per obitum Superioris: sed, pietate, religione ac regularis obseruantiæ zelo excitata, ad insigne Monasterium Montis-Martyrum, *Monmartre*, propè Leutetiam, (cui tunc præerat Abbatissa D. Anna de *Beauillers*) perrexit, vt illic Reformationis statum addisceret, quòd & faustè ei cessit: sicque post tres menses exindè secedens: Duas sanctimoniales virtute conspicuas secum ad Pratellense adduxit: quarum prima à se Priorissa instituitur, altera verò Nouitiarum Magistra. His adhuc haud contenta ad Montivillare, *Montivillier*, cœnobium se contulit, cui præerat, illustris D. de l'*Hospital*, vt ab ea nonnihil ad reformationem Monasticam spectantia, exciperet: sicque tot munita subsidijs, Reformationem Pratellensi Monasterio incœpit, ac prouexit: sed exindè paulò post ad Abbatiam S. Amandi Rothomagens. est translata. III.

23. Maria de la Fontaine, à Fonte.

Illustri familia *d'Esche*, nata, virgo professa apud Monasterium de *Haulte-Briere*, de Alta-Brueria, Ordinis Fontis Eberaldi, Carnotensis Diœcesis, ex quo educta est

Digitized by Google

vt Pratellensi Abbatiæ præesset: benedicta fuit ab Episcopo Tarsensi, Abrincensi Coadjutore, die 25. Septemb. ann. 1633. cui loco Regularem restituit disciplinam, quam jugiter & ad amussim conseruauit, suis optimis institutis & exemplis: necnon & cura ac sollicitudine de spirituali sibi subditarum virginum profectu; quo in pio exercitio primam in opere se semper exhibuit: Ecclesiam, vasis, ornamentis, & sacra supellectili decorauit; cultum Diuinum summè excoluit: Monasterium omni ex parte reparauit, auxit, & sartum tectum reliquit: omnibus præstò adfuit, cunctisque in Domino placuit; patientia in infirmitatibus, constantia in aduersis, prudentia & sagacitate in regimine, pietate ac religione in conuersatione; charitate, cæterisque virtutibus haud vulgaribus, insigniter eluxit: tum demùm mundo valedicens die 23. Septemb. ann. 1654. ad cœlestem patriam properauit: sepulturam nacta, in chori medio, versus latus Epistolæ.

24. *Antoinetta de la Fontaine, à Fonte.*

Soror præfatæ, sanguine, religione, ac in præfato Monasterio de *Haulte-Brieré*, professione: quæ vitæ merito, & prudentia ac reliquis naturæ & gratiæ donis, ab ipsa in coadjutricem sibi fuerat assumpta: quæ pari Religionis zelo ac monastica obseruantia, Abbatiam rexit: Tandem Lutetiam veniens, curationis causa, lecto decubuit, ydropisique pressa, spiritum deo reddidit, die 25. Iulij 1656. cujus corpus Pratellum reductum, sepultum fuit in eius æde Abbatiali: prope præfatam eius sororem, cui successit.

25. *Claudia de la Fonteine.*

Eius Soror, ex Thesauri Monasterio, ordin. Cistertiens. assumpta.

V. *Sequuntur SS. Reliquiæ inibi asseruatæ.*

In Capsa S. Christinæ.

De S. Laurentio Martyre.
De S. Gerino, Martyre.
De S. Ludouico.
De S. Pharone, Episcopo.
De S. Vulmaro.
De S. Frodmundo.
De S. Iuliano.
De S. Supplicio.
Dens S. Apolloniæ.
De S. Salaberga, Abbatissa.
Linteũ sanguine conspersum.
Duæ Reliquiæ Anonymæ.
Capsula Reliquiar. Anonimar.

In Capsa S. Blasij.

Sex ossa ipsius S. Martyris.
De S. Leodegario Episcopo.
De S. Remigio Episcopo.
De S. Furseo.
De S. Audoeno Episcopo.
De Capillis S. Magdalenæ.
De S. Rainfride.
De S. Frodmundo.
De S. Maclonio.

Capsula, in qua.

De S. Vlmaro.
De S. Clemente.
De S. Cæcilia.
Reliquiæ 4. anonymæ.

Alia Capsula, in qua.

De S. Margareta.
De S. Hildeuerto.
De S. Blasio. de SS. Innocentib.
De S. Pharone. De S. Ludouico.
De S. Germano. De S. Remigio.
De S. Sebastiano.
De S. Pancratio.
De S. Austreberta.
De S. Brigitta Virg.
De S. Vrsula.
De S. Catharina.
De S. Sophia.
De S. Amabili Virg.
De S. Taurino. De S. Regina.

De Cruce Christi, in Argentea: Duo Brachia argentea, scilicet S. Leodegarij, & S. Laurentij, Martyr. Item in capsa Virginis Deiparæ, sunt, de capillis & de vestimentis eius. Imago Virginis Mariæ ex Reliquijs compacta. Has autem capsas, D. Philippus *Cospeanus*, Episcopus Lexouiens. solemniter benedixit, die 16. Iunij, ann. 1638. & die 4. Iulij, ann. 1640. Dormitorium nouum eiusd. Abbatiæ eadem benedictione Pontificali dicauit.

Digitized by Google

ANN. 1040.

GRESTANVM, GALLICÈ, GRESTAIN.

Qui fuerint Fundatores hujusce inclyti Monasterij.

CAPVT I.

a Gallia Christiana, in Abbatiis.

b Belforestus, in Cosmograph. Franc.

c Robertus de Mōte. Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 37. Cenalis. Tom. 5. Hierarchiæ Ecclesiæ Neustriæ. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 144.

COenobium hoc de Grestano, Gallicè, *de* Grestain, ordinis est D. Benedicti S. Mariæ virgini Deiparæ sacrum, ad Sequanæ fluuij ostia Marina, sub Hunfluto oppido, in Diœcesi Lexouiensi: [a] vult *Belforestus*, id esse ex antiqua Fundatione Normanor. [b] Fundatur quippe, tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis, Conquæstoris dicti: Auctore Herluino, Comite de *Contevilla*. [c] Hac ratione motus. Dùm hic Comes detineretur infirmitata, (quæ *Rapis*, dicta, lepræ species est) cum ignominia comparendi in publicum coram aliis, in curia præfati Guillelmi Ducis, pro qua nullum potuit habere remedium: accidit, vt quadam nocte, dùm dormiret, sibi visa sit apparere virgo Maria, manu gestans florem candidum, in modum virgæ, nempè, Lilium, petens ab eo, si vellet sanari; quo respondente, etiam: vade (inquit) ad locum, cui nomen *Grestanum*, iuxta fontem, vbi primitùs extat ædes mihi olim consecrata, sed nunc præ vetustate, penè collapsa, quam restaurabis, cum vno clerico à te illic ponendo, vt mihi ibidem inseruiat, tumque sanaberis. Itaque expergefactus, facto cœpit complere, quæ piè promiserat; ædem reparauit, spinis & dumis repletam mundauit, ornauit, pristinum in statum reduxit. Postea verò, ob vultus deformitatem, fuit iterum, ac tertio in visu admonitus ab eadem S. virgine Deipara, vt illic monachos, qui die noctuque Deo inseruirent, suis stipendiis ditaret: quo expleto, omninò sanatus euasit. Itaque anno 1040. prædictus Comes Herluinus, de consensu eiusdem Guillelmi Ducis, cuius matrem ipse desponsauerat, locum assignauit, benedictione Hugonis, Lexouiensis Episcopi consecratum, cultui Diuino dicauit, cœpitque Abbatiam in honorem B. Deiparæ Virginis Mariæ sic apud Grestanum, (cuius erat Dominus) extruere: & iuxta facultatem suam possessionibus dotare, tum & Monachos non paucos illic aggregare. [d] I.

d Ex MS. schedis Abbatiæ Grestani.

Quis autem fuerit ille Herluinus Comes, huiusce cœnobij Fundator primarius: ex Guillelmo Gemeticensi discamus, Roberto quippe Duce Normaniæ mortuo ann. 1035. absque liberis: Guillelmus, filius eius Nothus, adhuc quinquennis, successit Principatui, iussu, & suprema voluntate patris: non tamen sine tumultu & conflictu, ex parte propinquiorum parentum defuncti: qui puerum contemptui habebant. „*Vvillelmus* enim ex concubina Roberti Ducis, nomine Herleua, „Fulberti, cubicularij Ducis filia, nobilibus indigenis, & maximè ex Richardo„rum prosapia natis, despectui erat, vt potè nothus. Verùm, postquam Hieroso„lymitanus Dux obijt, Herluinus, quidam probus miles, Herleuam, vxorem du„xit; ex qua duos filios, Odonem & Robertum, qui postmodum præclaræ su„blimitatis fuerunt, procreauit. [e] Odo, ad Episcopatum Bajocensem, & Cantiæ Comitatum in Anglia, euectus est: Robertus verò, comitatu Moritoniensi, *Mortaing*, donatus est; ipsius Guillelmi, Nothi, tunc Angliæ Regis munificentia. [f] Quiquidem Odo, ingratior factus est, sed non impunè, cùm in vincula mox sit conjectus: qua de re *Ordericum* audiamus; qui præfata omnia accuratè perstringit. „*Cùmque Robertus* (inquit) Moritolij Comes, audisset, Regali sententia fratrem „suum perpetuò vinciri: multùm contristatus est. Herluinus quippe de Conta„uilla, Herleuam, Roberti Ducis concubinam in conjugium acceperat, ex qua „duos filios, Odonem & Robertum genuerat. Guillelmus autem Dux, & postea „Rex, vitricum suum magnis, & multis honoribus in Normania, & Anglia ditauerat, II.

e Gemeticensis lib. 7 Histor. Normanor. cap. 3.

f Idem cap. 17. & 19. Item Guillelmus Pictauiens. in gestis Guillelmi 2. Nothi. Conquæstor. Ducis Norman. & Angl. Reg.

„ditauerat; & filios eius, Radulfum, quem de alia conjuge procreauerat, fratresque suos vterinos, Odonem & Robertum, maximis possessionibus sublimauerat. Nam postquam Vuillelmum cognomento Vuerlengum, Moritolij Comitem, filium Malgerij Comitis, pro minimis occasionibus de Neustria propulsauerat, Roberto, Herluini filio, fratri suo, Comitatum Moritolii dederat. Defuncto quoque Hugone, Bajocensi Episcopo, Radulfi consulis filio, prædictum Præsulatum concesserat Odoni, fratri suo: quem postmodum in Anglia, præposuit Cantiæ Regno, &c. [g] qui tandem à vinculis solutus est.

III. Herluinus itaque probus miles, & Contauillæ comes; necnon eius vxor Herleua pia ducti deuotione, sepulturam nacti sunt Grestani: teste Arboretano Episcopo. *Monasterium*, inquit, *S. Mariæ Grestani Herluinus de Contenilla condidit: in quo ipse requiescit corpore: & Herleua, vxor eius.* [h] Quodquidem omnia eiusdem loci vetera monimenta plane attestantur: non ergò Rogerus, Comes de *Marœil*, primarius extitit illius loci fundator: nec iste Robertus fuit filius, filiæ ipsius Herluini: vt perperam legitur. [i]

IV. Præterea, Robertus, Comes Moriconiensis, patris sui Herluini pietatem sequutus, eisdem Monachis Grestani, de suis bonis multò amplius largitus est: tum & alios etiam plures Religiosos inibi instituit ac commorari fecit: [k] quibus adstipulatur Arboretanus præsul, scribens, quòd ipse Robertus idem Monasterium auxerit. [l] Vndè sibi fundatoris nomen jure comparauerit apud *Gemeticensem*; ijs verbis. *Monasterium Gresteni, Robertus, Comes Moritolij, fecit.* [m] Vir quippè admodùm diues, valdè sublimatus est, & apud omnes præstantissimus habitus, belli pacisque tempore: [n] qui & vxorem duxit nobilissimam, nempe, Mathildem, filiam Rogerij, Comitis de Montegomerico; & Mabiliæ, Comitissæ Belesmensis. [o] Obijt autem iste Robertus, ann. 1090. apud Grestanum, ibique sepultus, juxta Mathildem, vxorem suam. [p]

V. Guillelmus, patri Roberto successit: de quo hi versus leguntur:

Hic est Guillelmus Mathildi matre creatus,
Nata Rogerij Comitis de Montegomery.

Quiquidem hanc Abbatiam, cum suis pertinentijs, in dominio suo, & in tutela sua retinuit: Attamen Bello fusus ann. 1106. bonis omnibus spoliatus est: juxta hos versus.

Sub festo Coma, bellum fit apud Tenerchebray:
Robertus capitur Consul Normannige narum,
Guillelmus capitur Consul Moretoniensis,
Membris tuncatur, vinctus sub carcere Regis.

Rex Angliæ Henricus, Stephano Comiti Beloniensi dat Comitatum Moritolij; & fisco Regali Grestenum cædere mandat. [q] Alius verò Henricus Rex Anglus circa ann. 1420. Normania per vim occupata, omnia bona Grestani confirmauit. [r]

VI. Porrò, Odo, Bajocensis Episcopus, Herluini, fundatoris filius: nuncupatur etiam hujusce Domus fundator: ita enim habetur in Necrologio. *Obitus Odonis Bajocensis Episcopi, fundatoris istius loci.* [s] Numeratur quoque inter præcipuos eiusdem Abbatiæ benefactores, quidam Comes Harecolij, juxta sententiam Arboretani Antistitis: *Porro, Harecolij Comes, Grestani cœnobij, vulgò Grestain, claustrum suis impensis condidit, magnificisque prouentibus auxit.* [t] Nunc ad Abbatum Grestanensium elenchum discutiendum, sermo propius accedat.

g *Ordericus lib. 9. histor. Eccles. ad ann. 1087.*
h *Robertus à Monte; Cœnalis. sup.*
i *Apud Antiquitates MSS. Normaniæ sup.*
k *Vetera MSS. Abbat. Grestani.*
l *Cœnalis sup. et Roberto de Monte.*
m *Gemeticensis sup. cap. 22.*
n *Guillelmus Pictauiens. sup. Ordericus lib. 3. ad ann. 1066.*
o *Ordericus lib. 5. ad ann. 1082.*
p *Ex MSS. Antiquis, Grestani.*
q *Ibid. & Ordericus lib. 11. ad ann. 1103. & seq.*
r *Apud Monasticum Anglicum. Tom. 2.*
s *Ex Obituario MS. Grestani.*
t *Cœnalis lib. 1. de Re Gallica, Perioche 4.*

Primarij Abbates Grestanenses omnes recensentur.

CAPVT II.

IN PRIMIS sciendum, Herluinum Comitem, cùm extruxisset cœnobium; atque fundasset: protinùs, quosdam pios monachus inibi instituisse: quibus Priorem constituit Religiosum virum, Reginaldum à *Rocqua*, monachum S. Ebrulfi: verùm, Robertus, Comes Moritolij, Herluini filius, auctis à se redditibus & possessionibus eiusdem cœnobij, alios etiam plures inibi aggregauit monachos: quibus & primum Abbatem nominauit, Godefredum. a I.

a Ex schedis Abbat. Grestani.

Primus. Abbas, Godefredus, vel Gaufridus.

Hic erat monachus S. Sergij Andegauensis: in cuius fauorem, parentes ipsius Abbatis huic loco Grestani dederunt Prioratum S. Asterij Vasconiæ, cum pertinentijs suis, obijt autem ann. 1114. de quo hic versus.

Andegauis monachus, Gaufridus præsidet Abbas,
Primus Gresteni, vir magnæ nobilitatis. b

b Ex Codic. MS. Abbat. Grestani. Canalis. Tom. 5. Hierarchiæ sup. post Robertum de Monte.

2. *Fulco, seu Fulconius vel Fulchrius.*

Monachus extitit S. Martini Sagiensis: pro quo distichon habetur sequens.

Abbas Gresteni Gaufridus fine quiescit,
Cedit Fulconi regimen monacho Sagiensi.

Anno 1122. Regni Henrici I. Regis Anglor. 23. Regiminis verò Fulconis Abbatis 9. sub Ioanne, Lexouiensi Episcopo, cœpit ædificari noua Ecclesia Grestani, in honorem B. Dei genitricis Mariæ: qua de re hi versus leguntur.

Fundant Ecclesiam Grestenses nobiliorem
Destructa veteri, titulant Christi genitrici.

Quæquidem Ecclesia primùm consecrata est à præfato Ioanne Episcopo, deindè ab Arnulpho, item Lexouiensi Episcopo, iterumque à Rotrodo, Ebroicensi Episcopo. Postea Rothomagensi Archiepiscopo, altare ex Septentrionali consecratum est in honorem S. Stephani: nec mirum si pluries sit consecrata ædes: cùm ann. 1122. combusta sit Grestani villa cum toto cœnobio, die vltima Maij, vnde versus.

Villam Gresteni cum cœnobio vorat ignis,
Finis erat Maij, de villa prodijt ignis.

Fulco tandem debitum mortis exoluit, ann. 1139. nonas Iunij. 3.

3. *Herbertus.*

Monachus Grestanensis cùm esset, Abbas electus est, ann. 1139. mense Septemb. de quo hi versus. II.

Decedit Fulco, vir iustus pacis amator,
Gresteni Monachus Herbertus, Pastor habetur.

Sub eo, die SS. Apostolorum Petri & Pauli, an. 1141. al. 1142. Ioannes Sagiensis Episcopus, missus Grestanum, à Ioanne Lexouiensi Episcopo, benedicit cœmeterium huius loci: fratres ordinauit vsque ad Diaconatum; Altariaque S. Trinitatis, S. Petri, & S. Nicolai, consecrauit. Porrò, idem Abbas jam ab ann. 1140. ampliauit Ecclesiam, quam & mirum in modum adornauit. Tandem moritur, ferè centenarius, 15. Ianuar. ann. 1179. sepultus in suo Monasterio, juxta suos prædecessores: quod hi versus testantur.

Abbas Herbertus decessit vir venerandus
Lumen erat ceco, pes claudo, panis egeno,
Anno milleno centeno Septuageno
Nono, natalis Domini jano mediante. c

c Ibid.

Addit

Digitized by Google

Addit Arboretanus Antiſtes, quòd Greſtanenſes, conſuetudines & monachos in initio habuerunt partim de S. Vvandregeſillo, partim de Pratellis, juxta Robertum de Monte ſup.

III. Qui quartum inter cœnobiarchas Greſtanenſes occupat locum, *Guillelmus* nuncupatur, monachus Beccenſis, ann. 1179. menſe Aprili, Abbas renuntiatus: juxta hos verſus.

Menſe ſub Aprili quidam monachorum,
Nomine Guillelmus Greſteni ſede locatur. d

Cuius meminit Robertus à Monte: *Abbas Greſtain* (inquit) *mortuus eſt, cui ſucceſſit Vvillelmus de Exonia.* e Sed in eo gradum ſiſtere cogimur.

d Ex MS. Codi Greſteni.

e In Appendice ad Sigebertum 1179.

4. *Guillelmus de Exonia.*

IV. Vt enim Archimandrita effectus eſt, mox in Angliam traiecit, vbi cùm vltra tempus, & vanis occupationibus deditus, moras necteret; ad cœnobium redire hortatus eſt ab Arnulpho, Lexouienſi Epiſcopo Diœceſano ipſius, ad quem has deſtinauit litteras.

Quartus decimus menſis agitur, vel fortaſſis exactus eſt, ex quo ad aliud Regnum, & transmarinas Regiones, à Monaſterio tuo, ſine Epiſcopi tui benedictione, & conſcientia diſceſſiſti. Quanta autem interim idem Monaſterium in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta, perpeſſum ſit: & fratres ſentiunt, & tota Regio proteſtatur. Nuntiatur verò nobis te in Anglia, nihil niſi lites & calumnias exercere: cum graui Monaſterij tui ſumptu, ſine vtili cauſa, totam diſquirere Regionem, ſuper quo, reuocandum te duximus, & in virtute obedientiæ iniungendum: vt infra Kalendas Auguſti, diſpoſitis rebus illis, vtiliter ad Monaſterium reuertaris, niſi vel infirmitate, vel tempeſtate marina fueris impeditus. Noſce etenim debes, quòd propenſior cura animabus eſt impendenda, quàm rebus, ideoque niſi infra diem aſſignatam veneris: nos tibi mandatum mittere ſeuerius oportebit. f

f Epiſtol. 32. Arnulphi, Lexouienſ. Epiſcopi, extat Tom. 12. part. 2. Bibliothec. Patrum.

V. Paruit tandem iuſſis Pontificijs, ſed domi paruo tempore commoratus, iterum, abſque benedictione Epiſcopali; in Angliam, vt prius, transfretauit: qua de re commotus idem Arnulphus, alteras ad eum miſit litteras; quibus illi iubebatur regreſſus opportunus. *Quæ* ſcandala, quæ detrimenta domui tuæ, ex cauſa abſentiarum tuarum, prouenerint, tua fraternitas non ignorat, ſuper quo, cùm rem ad noſtram certum ſit diligentiam pertinere, præcepimus, te vagos cohibere diſcurſus, & debitas ſuper gregem tibi commiſſum vigilias vigilare: nec ad remotas diſcedere Regiones, niſi prius diſpoſita domo, perſonas nobis aſſignaſſes idoneas, quæ curam domus interim gerere poſſent, eique in ſpiritualibus & temporalibus vtiliter prouidere. Tu verò neglecta Epiſcopalis auctoritate mandati, immò tua & animarum tibi commiſſarum ſalute poſtpoſita, ſine noſtra conſcientia diſceſſiſti; nemine domi relicto, cuius res, aut prouidentia dirigi poſſet, aut diligentia gubernari. Vnde ſicut ad tuam credimus notitiā perueniſſe, tot in eodem loco poſtmodum probra commiſſa ſunt; vt & Regionem noſtram ſcandaliſatam eſſe conſtet, & Monaſterium turpiter infamatum. Per præſentia itaque ſcripta tibi mandamus; vt infra viceſimam diem, poſt acceptionem præſentium litterarum, remota omni occaſione, redeas; niſi, aut maris inclementia, aut corporali, quod abſit, fueris infirmitate detentus. Alioquin ex ea die, ab officio altaris, & introitu omnium Eccleſiarum, ea, qua tibi præminemus, te noueris auctoritate ſuſpenſum. g

g Epiſtol. 33. ibid.

VI. Interim, quorumdam monachorum Greſtani commorantium nimia recruduit licentia: quorum plures exceſſus & abuſus notati ſunt: quare vt hiſce malis obuiaretur peramplius, idem Epiſcopus ſcripſit ad ſummum Pontificem, Alexandrum III. ſequentem Epiſtolam: quæ totius rei ac facti enarrationem, longiori ſermone protrahit. h

h Epiſtol. 42. ibid.

Eſt in Epiſcopatu, cui, Deo permittente, deſeruio, Monaſterium quoddam nomine *Greſtanum*, quod aliquando ſuauitatis odorem circumquaque diffudit: ſed in diebus Abbatis iſtius, merita diu laborauit infamia, ſic & præſentes vidiſſe conſtat, & remotos audiſſe. Nec enim infra domeſticos parietes contineri ſcandala potuerunt, quæ procedente temeritatis audacia, publicis offerebantur aſpectibus, & per ora publica perſonant: quoniam Fratres loci illius ab operibus eiuſmodi, nec

timor Dei, nec hominum reuerentia, cohibebat. Quorum quantò major immanitas extitit, tantò latius, celeriùsque fama discurrente, vulgata sunt; majoremque apud omnes contraxit offensam, quòd palam tanta à sanctuario procedere malitia videretur. Siquidem nulla, vel modica erat intrinsecus regularis obseruantia disciplinæ; minor extrinsecus exhibitio charitatis: quia nec hospites agnoscere consueuerant, neque quicquam pauperibus impertire, sed ipsas etiam communis mensæ reliquias, ad impendendum priuatis affectibus dissolutionis impudentia reseruabat.

Parua sunt hæc; sed ad sanguinem prorupit insania, vt à nulla specie criminis manus eorum seruarentur immunes. Constat eos in claustro strictis inuicem concurisse cultellis, sicut cicatrices vix obductæ, & recentia quoque vulnera protestantur. Ac nisi de cultellis eorum pugionem prouida sustulisset antiquitas: sæpius vsque ad alternas etiam mortes intemperantia desæuisset. In Monasterio ipso immersam aquæ frigidiori mulierem vis algoris extinxit, vt enim miracula facere crederentur, & quibuslibet commentis sæcularium personarum frequentes inuitarent accessus, sanitatis remedia promittebant ei, qui se incantatæ ab eis, nescio quibus carminibus, aquæ septies sustineret immergi. Ægra itaque mulier aquæ glaciali frequenter immersa, inter manus comprimentium monachorum congelata decessit, dùm vim algoris ægritudo non sustinet, & profana religio naturam potius irritat ad pernitiem, quàm Dei misericordiam ad salutem. Ministrum coquinæ, cùm debitum pronus exequeretur officium, quidam è monachis interfecit: quia dicebatur aliquando de nimia illius circa vxorem suam frequentia murmurasse. Ceruicem itaque ipsius adacto totis viribus pistillo grandiore, confregit: & innoxio sanguine pulmenta, quæ tam ipsi, quàm cæteris fratribus, parabantur, aspersit. VII.

Super quibus, cùm egò sæpius Abbatem, charitati debita commonerem, nec enim seuerius cogere permittebat, dissimulandum potiùs quàm districtione monastica censuit occurrendum: dedit itaque dissimulatio remissa fiduciam; quia sibi nihil non licere credebant, quos nec ratio propria, nec aliena correptio refrænabat. Porrò, nulla Abbati disciplinæ restabat auctoritas; quia etiam à reprobis, eorum disciplina contemnitur, in quibus benè compositæ mentis opera non videntur. Augebat audaciam, quòd eis in claustro necessaria non dabantur: sed ad recompensationem subtractæ necessitatis, liberior eis euagandi licentia laxabatur. Solent enim huiusmodi personæ patientius inopiam portare, quàm Regulam: & à Prælatis suis peccandi libertatem quamlibet egestate mereantur: ad hæc, vt nulla eis effluendi deesset occasio, Abbas sæpius quasi ad disponendo bona Monasterij nauigabat in Angliam: vbi sine consorte degens, & iudice, gulæ & lateri, sicut dicebatur indulgens, parum aliquid præter vagos discursus, & lites superuacuas exercebat, vbi nouissimè per continuum ferè biennium demoratus, Episcopalis Edicti necessitate reductus est; statumque Monasterij deteriorem satis quàm reliquerat reuersus inuenit. Cùmque statim cœpisset monachorum contentionibus infestari, festinantem redire prohibui: nisi ordinato Monasterio prius mihi personas idoneas, quæ curam gererent, vicariæ sollicitudinis assignasset: ipse verò Episcopali, qua ei præmineo, auctoritate neglecta, & debito obedientiæ, de cuius exhibitione, vinculo juratæ professionis tenetur astrictus, sine conscientia mea reuersus est: nemine domi relicto, qui sciret vel curam ordinis gerere, vel temporalia dispensare. Quod statim miserabiliter ipse rerum declarauit euentus. VIII

Quia is, quem procuratorem reliquerat, ebrius in Refectorio super cœnam, duos de fratribus cultello percussit; atque ab eis incontinenti pertica, quam casus obtulit, interfectus. Quo facto veterum criminum renouata memoria, ab omnibus omnia, quasi sub vnum reducebantur aspectum, omnesque publicæ existimationis & famæ judicio condemnati sunt: quia nullus erat, quem nocentem non fecisset operatio, vel consensus. Itaque eijciendos omnes plerique dixerunt, & personas noui Ordinis penitùs inducendas; vt in istos vindicaret ejectio, & Ordinis obseruantiam, nouorum institutio restauraret. Porrò, ego ejectis interfectoribus, quia sic tam ratio, quàm metus potentiæ sæcularis exegit, ad momentum, quæ mihi visa sunt disponenda, disposui; nec enim quicquam perpetuum constitui poterat, cùm de nullo eorum satis benè, vel fama, vel conscientia responderet. Feci tamen quod IX.

quod potui, donec fortiore consilio, possit omnis plantatio, quam pater cœlestis non plantauit, auelli. Vestris hoc reseruatur manibus, vestris erit viribus adimplendum: quia ei, quod radices altiùs egit, manus non præualent imbecilles. Super quo, si ad communia totius ferè Regionis vota respicitis, ij, quos ad perpetuam dissolutionem par conuictus, alternique consensus gratia fœderauit, segregandi sunt, & sigillatim per Regularia Monasteria dispergendi: vt occasionem peccandi, quam de prauæ familiaritatis consortio quæsierunt, apud ignotos de diuisione & diuersitate conuersationis amittant.

X. Commune votum est, ipsique etiam Principi complaceret, in Regulares Canonicos, Monasterium transformari: vt ipsa species Ordinis innouata, pleniùs omnem possit tollere vetustatem, & cætera exempli seueritate Monasteria terreantur, Sunt enim aliqua, quorum in tantam dissolutio prorupit audaciam, vt confusionem suam deprehensa etiam non agnoscat iniquitas; sed induratis frontibus semper obstinatio conualescit. Sic autem locus ille in statum dignioris Ordinis exurgeret; & vbique semper quasi præsens esse Apostolica seueritas crederetur. Præterea, Prouinciam nostram frequentibus Monasterijs, ipsisque nobilibus certum est abundare: Canonicos Regulares paucos habet, ipsosque pauperrimos, adeò vt ad quærendum ordinem illum, plerumque nostrates oporteat ad Regiones extraneas demigrare. Bonum itaque plerisque videretur, si paucitas monachorum dissoluta, in multitudinem Regularium excresceret clericorum, & collatis vtiliter eis, qui ab institutione materna desciuisse noscuntur, cæteri materno possent gremio contineri: ne tanquam ablactati ad ignotarum matrum seueriores depellantur amplexus. Si quidem hoc facto, in nocentes vtilis vindicta procedet: quæ sublata corporibus peccandi licentia, totum ad salutem conferet animarum, & ad consecranda nouellæ plantationis auspicia proniora fauoris publici vota concurrent: hæc ille.

XI. Sanè cœnobia Canonicorum Regularium, (præter Præmonstratenses) jam tunc per Neustriam in dies multiplicata, virtute & doctrina, quasi exoriri conspiciebantur, *Salicosæ*, apud S. *Barbaram*, *Grauillæ*, *Corneuillæ*, *Auci*, & quotquot per Algarum Constantiensem præsulem, apud S. *Laudum*, *Cæsarisburgum*, *Rothomagum*: &c. Instituta: fortè eo tempore pauperrima; quæ tamen aliorum redditibus, vel dispendio, augeri, ac ditari, seu commutatis Monasterij alterius ordinis, in alienos labores introduci, semper vetuit & Romana sedes Apostolica, & antiqua Patrum pia religio: ob ingentia, quæ exindè scatent, malorum, & confusionum germina. Ea propter, summus Pontifex: nil innouandum sapienter consuluit: sed solummodò, Abbate aliò translato mores presentis cœnobij reformari: quòd religiosè præstitum fuit, & adimpletum. Nam præfatus Archimandrita, ann. 1185. mense Iunio, vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli, recessit à *Grestano*, transijtque ad Monasterium S. Martini de *Pontesia*, vti versus sequentes satis indicant.

Abbas Gresteni Guillelmus sede relicta,
Transit ad Ecclesiam de Pontisara Monachorum
Sancti Martini, quartam quintilis agebat. [i]

i Ex MS. Codic. Grestani.

Illud autem euenit, operâ & interuentu Galteri, Rothomagensis Metropolitani, cui amicitia iunctus erat: vt sic tandem amoto omni dedecore, & cujusuis speciе ablata mali, transitus nemini grauis esset ad scandalum. „*Prædictus Archiepiscopus* (inquit testis oculatus) transtulit Magistrum Guillelmum Hubaudum, „qui erat Abbas Gresteni, & monachus Becci, ad Abbatiam S. Martini Pontisaræ: quamuis Abbatia Gresteni tripliciter esset ditior, quàm illa, sed propter affinitatem, vel familiaritatem, quam habebat erga illum; & quia erant compatriotæ, voluit ipsum habere juxta se. [k]

k Robertus de Monte, ad ann. 1179.

Catalogus Abbatum Grestanensium continuatur, & recto rerum ordine collocantur.

CAPVT III.

REBVS Monasterij ad meliorem concentum redactis, disciplina etiam Regularis in pristinum statum visa est redire: quo tempore electus est Abbas. I.

5. *Radulphus.*

Ex Priore de *Perrerijs*, fit Abbas, de voluntate Domini Regis 2. idus Martij, ann. 1186. Hinc versus isti.

Mensis Adar medio quidam monachus Turonensis,
Nomine Radulphus, Grestani sede locatur.

Porrò, in fata concessit Radulphus ann. 1197. mensis Iulij, 28.

6. *Robertus.*

Monachus Grestani erat, quando Abbas factus est ann. 1197. 8. Septemb.

7. *Guillelmus 2.*

De Farnouilla, cognominabatur: cuius tempore, ann. 1254. dedicata est Ecclesia suæ Abbatiæ ab Episcopo Lexouiensi, Fulcone 10. Calend. Septemb. qua de re hi versus sunt editi. II.

Mille ducenteno quinquageno fuit anno
Quarto, sacrata domus hac, & sanctificata,
Et desponsata Christo velut inuiolata,
Præsule Fulcone tunc nostro Lexouiorum
Regeque regnante Ludouico Francigenarum
Mense sub Augusti festiuam Bartholomæi
Ante diem Domini præradiante die
Temporis Abbate tunc Guillelmo, bonitate
Ingenii pleno, tribuente frequenter egeno,
Moribus ornato, multis, vitaque probato;
Ad cuius festum communia quaque fuere,
Sunt testes huius Comes ij qui voluere,
Sumere vina bona, victus, & cætera dona,
Semper in octauis à dicto Præsule dantur,
Quadraginta dies venia, grates referantur. [a]

a Ex Codice MS. Grestani.

8. *Thomas.*

III. Eius tempore, ann. Domini 1260. societas, vel Confraternitas, quæ habetur cum Cormeliensib. monachis, incœpit cum *Simone* Abbate Cormeliensi.

9. *Reginaldus Caruel.*

Factus est Abbas ann. 1291. regnante Philippo Francor. Rege, & moritur ann. 1297.

10. *Radulphus 2.*

Vincundus

Digitized by Google

Vincundus cognominatus, ex monacho Grestanensi fit Abbas ann. 1297. nonas Maij 4. qui postea ann. 1302. priuatus fuit à loco supradicto, per fratrem Ioannem, tunc temporis, Lexouiensem Episcopum, cum depositionibus monachorum illius loci.

11. *Guillelmus 3. le Vauasseur de Beuseuilla.*

Electus est Abbas ann. 1308. vltima April. confirmatus à Guidone de *Haricuria*, Lexouiensi Episcopo, & benedictus; qui industria sua, multa acquisiuit suo Monasterio, quod nouis ampliauit ædificijs. [b]

b Ibid.

IV. ### 12. *Ioannes Hainfrey ann. 1346. April. 24.*

13. *Stephanus.*

Huius tempore, Britones (qui ann. 1364. die veneris 15. Nouemb. Ecclesiam Grestani inuaserant) ann. 1365. mensis Augusti die decima, exierunt de Monasterio; quibus egressis, postea destructum est Monasterium, & ferè solo æquatum, ob ingentium bellorum tumultus.

14. *Ioannes 2. Picot 1377. Octob. 9.*

15. *Martinus de Houssaya, ann. 1388.* [c]

c Ibidem & Necrologium Cormeliense.

16. *Ioannes 3. de Foussiaco.*

Cursum vitæ expleuit Parisijs, illicque tumulatus est æde Collegij Cluniacensis; vti perspicitur ex eius

EPITAPHIO,

Hic jacet Reuerendus in Christo pater D. Ioannes de Foussiaco, quondam Abbas Monasterij B. Mariæ de Grestano, ordinis sancti Benedicti, Lexouiens. Diœces. & Decretorum Doctor; qui obijt, Parisius, die sexta mensis Ianuarij, ann. Domini 1406. [d]

d Brulius lib. 2. Antiq. Parisiens. pag. 631. & edit. recentior. pag. 473. Necrologium Cormeliens. 7. Ianuar.

17. *Richardus de Thieuilla.*

Vita & genere nobilis, obijt ann. 1435. Februar. 11.

V. ### 18. *Guillelmus 4. Poret.*

Debitum mortis exoluit ann. 1443. Iannar. 19.

19. *Ioannes 4. Leporis. Scacario interfuit ann. 1448.*

Nobilissimè & dignissimè rexit: cuius tempore ann. 1448. consecrata fuerunt duo magna altaria in choro suæ Ecclesiæ, per Thomam, Lexouiensem Episcopum, calendis Augusti: qui tandem ann. Domini 1458. Iulij 28. migrauit à sæculo.

20. *Ioannes 5. Baudouin.*

Vir deuotissimus, ac moribus insignis: qui illuc receptus fuit 29. Septemb. ann. 1498. porrò labores, vitamque huius sæculi compleuit ann. 1468. April. 23. [e]

e Codex MS. Abbat. Grestanens. Necrologia Grestani Cormeliens. Pratellensis.

VI. ### 21. *Richardus 2. de Thieuilla.*

Illustri prosapia natus, & præfati Richardi nepos: qui postea, ann. 1481. Abbatiam resignauit M. Guillelmo *Descalles*, non religioso: cuiusquidem Richardi tempore, ann. 1474. leguntur viginti tres monachi in eadem Abbatia Christo Domino seruientes: ac tandem moritur die 1. Octob. ann. 1495.

22. *Guillelmus 5. Descalles.*

Præsbyter sæcularis, & S. R. E. Prothonotarius Apostolicus, ac primus Commendatarius Abbas Gresteni, desijt, morte subitanea præuentus 10. Ianuar. ann. 1502.

Digitized by Google

23. *Ioannes 6. de Fustouilla.*

Hic post obitum præfati Guillelmi, electus est in Abbatem, die 14. Ianuarij eiusdem anni: qui tamen postea, pro bono pacis, juri suo libentissimè cessit, ad instantiam Regis Franciæ, in fauorem D. Ioannis le *Veneur*, Archidiaconi in Ecclesia Lexouiensi.[f]

[f] *Ibid.*

24. *Ioannes 7. le Veneur.*

Commendatarius Abbas 2. ann. 1503. Maij 29. possessionem adipiscitur per VII.
procuratorem, deindè in propria persona. Interim, ann. Domini 1504. Maij 24. Grestanum venit Stephanus *Blosset* Lexouiensis Episcopus: sed 26. eiusdem mensis, præfatus Abbas commendatarius, primum ingressum solemniter habuit apud hocce Monasterium; præsentibus eodem Episcopo Lexouiensi, auunculo suo, Abbate de Corneliis, & Priore S. Barbaræ: quiquidem, Episcopus, postea, ann. 1505. die 13. Iunij, Episcopatu, alijsque suis beneficijs à se abdicatis, totum resignauit huic nepoti suo: qui eodem ann. 24. Augusti, in Episcopum consecratus fuit Lexouij in domo fratrum Prædicatorum; tum die 19. Octob. solemniter vrbem intrauit: ac tandem 31. eiusdem mensis obijt ipse senior antistes Lexouiensis. Nouus autem Episcopus, 25. Nouembris sequentis, introitum fecit in suam Abbatiam de Pratellis: item 17. Decemb. in Abbatiam suam Grestani: tum demùm moritur ann. 1543. in principio mensis Augusti: sepultus mense Septembri, in æde Episcopali, juxta Cathedram Pontificalem eiusdem loci, quam ipse nuper condiderat.[g] Cæteri Abbates commendatarij adhuc me latent. Dominus de *S. Pauen*, frater Domini *Sanguin*, nunc Abbas commendatarius ann. 1662.

[g] *Codex MS. Grestani.*

ANN. 1045.

LYRA.

GALLICÈ, LYRE.

Guillelmus Osbernus Diuinitùs excitatus fundat Abbatiam Lyrensem; vbi vxor eius, ac liberi sepulturam nacti sunt: Hinc Rex Angliæ, Episcopi Ebroicenses ac Sagienses, necnon Metropolitani Rothomagenses: summique Pontifices, huic loco bona collata dant, comprobant, confirmant.

CAPVT I.

SANCTÆ Mariæ Virgini Deiparæ dicatum est cœnobium de I.
Lyra, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Ebroicensis, ad Rillam fluuium, fundatum circa ann. 1045. non verò 1048, taxaturque ad ad 300. Florenos aureos apud Cameram Apostolicam pro Annatis.[a] Quis autem fuerit hujus loci fundator Guillelmus *Gemeticensis*, sic paucis declarat. „ *Vvillelmus* verò filius Osberni, pro„pinquus Ducis Vvillelmi, vir potens, & virtute tam animi, „quàm corporis laudabilis; duo Monasteria in honorem B. Dei genitricis Mariæ, „vnum, apud Lyram, in quo Adelynam, filiam Rogerij de *Toenio*, vxorem „suam, postmodum sepeliuit: alterum apud Cormelias, in quo ipse mortuus, „conditus est, fecit.[b] Eadē habet Episcopus Arboretanus, à quo ille Guillelmus Osbernus, dicitur Normaniæ dapifer, & cognatus Guillelmi Ducis: vocaturque *Ælisa*, vxor præfati Osberni, filia Rogerij de *Thorinio*, legendū est de *Toenio*. Fuit etiam ipse Guillelmus, Comes Herfordiæ in Anglia, de cujus prosapia idem *Gemeticensis* hæc

[a] *Gallia Christiana in Episcop. Ebroicens. & in Abbat. Premonstr., lib. 3. cap. 21. Chronic. MS. Normann. Antiquitates MSS. Normann. pag. 141. Apud D. Bigot Senatorem Rothomag.*
[b] *Gemeticensis lib. 7. Histor. Norman. cap. 22. Ordericus lib. 3. Histor. Ecclesiast. Canalis Tom. 5. Hierarchiæ Ecclesiast. Neustriæ. & lib. 2. de Re Gallica periodo 4. ex Roberto de Monte. Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 25.*

Digitized by Google

hæc refert. „ *Prædictus autem* Vuillelmus Comes Herefordiæ fuit vir honestus, & „ probus, & cognationem Ducum Normaniæ, non solùm ex parte patris, verum „ etiam ex parte matris attingens. Osbernus namque pater eius, fuit filius Herfa- „ sti, fratris Gunnoris Comitissæ, primi Richardi Ducis Normaniæ vxoris: ma- „ ter verò fuit filia Rodulfi, Comitis Iureicensis, qui Rodulfus, frater fuit vteri- „ nus Richardi Ducis superius nominati: duxit autem idem Vuillelmus Adelinam, „ filiam Rogerij de Toenio: &c. [c]

c Gemeticens. sup. cap. 35. lib. 8.

II. Diuinis autem oraculis id opus aggressum esse discimus, ex vetustioribus venerandæ antiquitatis hujusce loci monimentis: quæ ita loquuntur. „ *Cœnobium* B. „ Mariæ de Lyra, habuit initium in ann. 1042. à nobili viro, D. Vuillelmo, filio „ Osberni, & à D. Ælicia, eius vxore, filia Rogeri de Thoneio (lege de Toenio) „ & à D. Roberto de *Chalet*, qui extitit primus Abbas eiusdem loci, & à nobilis- „ simo viro, D. Guillelmo, regente terram illam Normanorum, qui postea, Dei „ prouidentia, viribus & armis Angliam acquisiuit. Fertur fuisse Robertus præ- „ fatus, Heremita, in villa de *Chalet*, ad milliare, distante: qui in vænatione cerui „ admonitus fuit, hic ædem ædificare, &c. [d] Item. Anno eodem, id est, 1046. „ Guillelmus, filius Osberni, Dominus Britholi, & Adelicia, eius vxor, Ange- „ lica admonitione, & Diuina Iussione, cœperunt ædificare cœnobium, in villa, „ quæ dicitur, *Vetus Lyra*, in loco, in quo erat quædam Capella S. Christophori „ constructa. [e] Cujusquidem fundationis carta sic incipit.

d Ex parua Cartulario Abbatiæ Lyræ ann. 1200. confecto.

e Ex Codice MS. Lyræ.

III. „ *Notum* sit omnibus S. Matris Ecclesiæ fidelibus; Quòd ego Vuillelmus, filius „ Osberni, pro remissione peccatorum meorum, sic pro animabus propinquo- „ rum, & parentum, spontanea voluntate, cum vxore mea *Adeliz*, atque fideli- „ bus meis; hæc quæ scripta sunt, concedo Ecclesiæ S. Mariæ semper Virginis, „ Monachis ibidem sub Abbate Roberto, omnipotenti Domino seruientibus; gu- „ bernante atque regente patriam Normaniæ, Guillelmo, vniuersali Comite, filio „ Roberti Comitis; ac præsulatum Ebroicensium procurante, Guillelmo *Viltelni*, „ filio Geraldi in loco, qui *Vetus Lyra* nuncupatur, terram de eadem villa, quam „ tenebam in meo Dominio: &c. [f] Cætera omitto, breuitati consulens. Robertus autem præfatus Abbas vir extitit venerandæ simplicitatis, cui Diuina visione locus idem præmonstratus est. Nam apud *Boscum-Renoldi*, in pago vticensi, cuidam sacerdoti leproso, ter apparuit visio, qua commonitus est, vt Roberto insinuaret, quatenus cœnobium construeret in loco, qui vetus Lyra, dicebatur (& in quo Capella S. Chrystophori fuerat) in honore S. Mariæ. Quod ille audiens, comite ipso leproso, venit ad Vuillelmum, Osberni filium; cui cùm visionem retulissent: Respondit Vuillelmus non esse credendum somnijs, Præsbyter autem leprosus talia in aurem dicturum se intulit ex admonitione visionis, quibus discredere non posset. His itaque signis motus Vuillelmus assensum præbuit: Idem Fundator eadem confirmat, datque alia in Anglia: cujus cartæ initium est: *Sciatis me dedisse*, &c. Testibus Lanfranco, venerabili Archiepiscopo, Vuillelmo, Ebroicensi Episcopo, &c. [g]

f In præfato paruo Cartulario lib. 1. fol. 1.

g Ibid. fol. 5.

IV. Quo ad eius mortem, hæc referuntur. „ *Anno* 1072. Guillelmus, filius Osber- „ ni, fuit interfectus à Roberto Frison, die Dominica septuagesimæ; & sepultus „ apud Cormelias; quo mortuo, Guillelmus Rex distribuit hæreditatem eius duo- „ bus filijs suis, scilicet, Vuillelmo, majori natu, Britholium & Paceium, & alia „ patris jura in Normania: Rogerio verò minori, Comitatum in Herfordia, & „ cætera patris jura in Anglia: [h] De eo ita habetur in Necrologio Lyrano. 10. *Calendas Martij, Guillelmus, Comes Lecestriæ fundator hujus loci. Item 3. Nonas Octobris. Domina Aliz. Vxor Guillelmi Comitis, istius loci fundatrix.* [i] Porrò, de Guillelmo, ipsorum filio, ac hærede: hæc memorantur. *Vuillelmus filius Vuillelmi, filij Osberni, post varios euentus, hoc anno, ab Incarnatione Domini, 1098. apud Beccum 5. idus Ianuarij, obijt: & in claustro Lyrensis cœnobij, quod in proprio fundo pater eius construxerat quiescit.* [k] Eadem confirmat *Ordericus*, sed scribit ipsum Guillelmum objisse, 11. idus Ianuarij. [l] Dicendum esset, die 11. Iannarij, seu, 12. ejusdem mensis apud Lyram sepulturam fuisse nactum: non verò ann. 1103. [m]

h Ex Codice MS. sup.

i Ex Obituario Lyrano.

k Ex Codic. MS. sup.

l Ordericus sup. lib. 6. ad ann. 1081. & lib. 11. ad ann. 1103. pag. 810.

m Antiquitates MSS. Normaniæ sup.

V. Præterea, Henricus, Rex Angliæ, confirmauit omnia bona, ipsi Monasterio piè elargita: sub Datum, apud Rothomagum; cui subscripserunt Gaufridus eiusdem vrbis Archiepiscopus: Audoenus Ebroicensis, & Ioannes Abricensis, Epis-

copi. [n] Eadem egerunt, impensèque huic cœnobio fauerunt: quorum personas, pro tunc, commemorare duximus hic inserendas. Ægidius Episcopus Ebroicensis, ann. 1179. Ioannes Episcopus, ann. 1190. Lucas Episcopus, ann. 1215. [o] Item ann. 1214. & 1209. [p] Radulphus Episcopus ann. 1220. [q] Richardus Episcopus, 1226. 1229. 1233. & 1234. [r] 1232. & 1228. [s] Radulphus, Episcopus, ann. 1240. & 1241. [t] & 1266. [u] Nicolaus Episcopus, ann. 1288. & 1292. [x] Mathæus Episcopus, ann. 1307. [y] Ioannes Episcopus Ebroincensis, cujus obitus notatur, Calendis Iunij. [z] Robertus Episcopus Ebroicensis, ann. 1341. [aa] Syluester, Episcopus Sagiensis, ann. 1207. & 1208. [bb] Item & Metropolitani idem præstiterunt. Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus, confirmat, ann. 1145. Apud Rothomagum, Heldero, Abbati Lyræ: cui subsignarunt Vualterus, Abbas S. Vvandregisili, & Fraternus, Abbas S. Audoeni. [cc] Robertus, eiusdem sedis Archipræsul, ann. 1217. cui præsentes aderant Radulphus Ebroicens. Episcopus: R. Sancti Ebrulfi, & R. de Conchis, Abbates. [dd] Denique & summi Pontifices: eadem confirmarunt: Eugenius 3. ann. 1148. Guillelmo Lyræ Abbati, incipit Bulla. *Piæ postulatio voluntatis.* Alexander 3. Osberto, Abbati Lyræ, ann. 1171. Itemque Cœlestinus 4. Gaufrido Abbati Lyrano, ann. 1293. [ee]

n Ex paruo Cartulario, sup. fol. 8.
o Ibid. Titulo, confirmationes Episcopor. Ebroicens. fol. 178. & 185.
p Fol. 112. & 147.
q fol. 25.
r Fol. 185.
s Fol. 114. & 145.
t Fol. 185.
u Fol. 137.
x Ibid. fol. 185.
y Fol. 80.
z Ex Necrologio Lyræ.
aa Fol. 62.
bb Ibid. in Confirmation. Sagiens. Episcop. & Abbat. Carta 12.
cc Ibid. in Confirmation. Archiepisc. Rothomagens. Carta 9.
dd Ibid. carta 35.
ee Ibid. in Confirmation. Summor. Pontific.

Abbates huiusce inclyti cœnobij connumerantur: vestes & habitus nigri coloris illis restituuntur, relicto prorsus albo colore: quo nonnumquam vsi fuerant.

CAPVT II.

QVIs Prior cœnobiarchiam hoc in loco exercuerit, haud erit relatu difficile, cùm ab omnibus MSS. eiusdem Monasterij agnitus sit. I.

1. *Robertus, primus Abbas.*

Monachus eiusdem loci: [a] Ferunt quippe priùs fuisse Eremitam in valle de *Chalet*, ad milliare distante: qui in venatione cerui, cœlitùs admonitus fuit hîc ædem ædificare: vti superius annotauimus, [b] de eo hæc leguntur in Obituario Lyrano, 12. *Calend. Maij, Robertus, primus Abbas Lyræ.*

a Canalis sup. post Robertum à Monte, sup.
b Cartularium paruum Abbat. Lyræ, fol. 1.

2. *Erfastus, ceu Herphastus.*

Mortuus 5. nonas Maij. [c] Monachus vticensis.

c Canalis & Necrologium Lyrens.

3. *Berno, monachus vticensis.*

4. *Enardus.* [d]

d Canalis sup.

Monachus vticensis, diem clausit extremum pridiè nonas Iulij. [e]

e Necrologium Lyranum.

5. *Hildebertus, Monachus S. Ebrulfi.*

6. *Gislebertus,* [f] *Guillebertus; ceu Gislebertus.*

f Canalis sup.

Monachus Vticensis, sicut & alij præcedentes: de quo ita loquitur Ordericus. II.
Guillebertus verò de Glotis, vir nobilis & facundus, Lyrense cœnobium ferè 10. annis rexit, & in multis emendauit. [g] In fata concessit, 4. Calend. Octob. [h] circa ann. 1100.

g Ordericus sup. lib. 8. ad ann. 1091.
h Necrologium Lyranum.

7. *Guillelmus, Monachus eiusdem loci.* [i]

Defunctus, 9. Calend. Maij. [l]

i Canalis, sup.
l Necrologium Lyranum.

8. *Radulphus, Monachus Becci; Hic ordinem reparauit.* [m]

m Canalis sup.

Animamque Deo reddidit, 6. Calend. Maij. [n]

n Idem Necrologiũ.

9. Helder-

9. *Helderus, seu Hilderius, vel Hildierus.*

Monachus S. Ebrulfi. [o] Huic confirmauit omnia bona sui Monasterij ann. 1145. apud Rothomagum, Hugo eiusdem vrbis Archiepiscopus: cui subsignarunt Vvalterus, Abbas S. Vvandregesilli: & Fraternus, Abbas S. Audoeni, [p] spiritum autem exhalauit 7. Calend. Ianuar. [q]

10. *Guillelmus 2.*

III. Monachus eiusdem loci. [r] Præfatorum omnium meminit, Robertus à Monte sup. Amplam illi omnium possessionem confirmationem fecit Eugenius 3. ann. 1148. cuius diploma incipit: *Piæ postulatio voluntatis.* [s] obijt ann. 1166.

11. *Osbertus, seu Osbernus.*

Præfati frater: similem illi dedit bonorum omnium confirmationem Alexander III. Papa ann. 1171. [t] obijt ann. 1177.

12. *Gauterius, horum frater junior.*

Memorantur à Roberto de Monte, his verbis: *Nihilominus etiam satisfecit humanæ vita Osbertus, Abbas Lyræ; cui successit frater eius Gauterius junior; sicut & ipse successerat seniori fratri suo Vvillelmo: quod vix, aut nunquam inuenies, vt tres fratres sibi inuicem, succedant in regimine eiusdem Ecclesiæ*, [u] cuius tempore, ann. 1188. combustum est Lyrense cœnobium. [x]

13. *Vvillelmus 3. Notatur ann. 1206. & 1214.* [y]

14. *Gaufridus, ann. 1221.*

IV. Guillelmo namque prædecessore obeunte: monachi protinùs miserunt ad Philippum 2. Augustum, Galliæ Regem, pro futuri Abbatis electione facienda: quorum votis benignè annuens Christianissimus Monarcha: hæc in eorũ fauorem rescripsit. *Philippus*, Dei gratia, Francorum Rex, Bailliuis suis Normaniæ, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem. Accesserunt ad nos nuntij Lyræ Conuentus; Abbatis sui nobis significantes decessum, & eligendi sibi Pastoris licentiam à nobis humiliter requirentes: super quo, vobis significamus, quod nos prædictis nuntijs licentiam concessimus eligendi, eo modo, quo temporibus Comitis Leicestriæ, eam consueuerunt obtinere: vobis mandantes, quatenus res eorum, vbicumque fuerint in potestatibus nostris, eis in pace dimittatis. Actum apud S. Germanum in Laya, ann. Domini 1221. mense Augusto. [z] Quo expleto, elegerunt in Abbatem ipsum Gaufridum: qui postea, ann. 1224. conuenit cum Simone Abbate Conchensi pro quibusbam inter se negotijs. [aa] Mortis debitum exoluit, 5. idus Martij. [bb]

15. *Ioannes de Almaneschis.*

V. Notatur ad ann. 1237. 1238. & 1241. [cc] Item in Conuentione inter ipsum & Rogerum, Abbatem S. Ebrulfi. [dd] ann. 1229. [ee] Tandem animam efflauit 3. Calend. Iunij. [ff]

16. *Gillebertus 2. memoratur ann. 1247.* [gg]

Sed & Odo Rothomagensis Archiepiscopus conciliauit Gaufridum, Ebroicensem Episcopum & ipsum Abbatem Lyræ. [hh]

17. *Robertus 2.*

Citatur ann. 1269. & 1271. [ii] viam carnis vniuersæ ingressus est 13. Calend. Septemb. [kk]

18. *Radulfus, 2.*

Hic ob aduersam valetudinem, in manibus Nicolai, Episcopi Ebroicensis, curæ cessit Abbatiali, quam multo tempore, strenuè gubernauerat, anno Christi 1288. [ll]

19. *Gaufridus, 2.*

Huic cœlestinus IV. Papa confirmauit omnia bona Lyrensis Monasterij ann. 1293. [mm] Moritur postea pridiè nonas Iunij. [nn]

o Canalis sup.
p Cartularium paruum Lyræ, in Confirmation. Archiepisc. Rothomag. carta 9.
q Necrologium Lyranum.
r Canalis sup.
s Apud Cartularium paruum Lyræ In confirmation. summor. Pontif.
t Ibid.
u Appendix ad Sigebert. ann. 1177.
x Ex Codic. MS. Lyrensi.
y Ex Cartulario paruo Lyræ, fol. 58. & 13.
z Ibid. fol. 59.
aa Ibid. fol 91. & in Cartulario Conchensi fol. 98. & 197.
bb Necrologiũ Lyræ
cc In paruo Cartulario Lyræ. fol. 21. 32. 36. & 73.
dd Ibid. fol. 49.
ee In Cartulario Vticensi fol. 131.
ff Necrologium Lyræ
gg Ex paruo Cartulario Lyræ fol. 155.
hh Ibid. in Confirmation. Sagiens. Episcop. Carta 27.
ii In eod. paruo Cartular. fol. 156 & vltim. Item in Confirmation. Rothomagens. Archiepiscop. Carta 27.
kk Necrologium Lyræ.
ll Sup. in Confirmation. Episcopor. Ebroicens. fol. 185.
mm Sup. in Confirmation. summor. Pontific.
nn Ex Necrologio Lyræ.

Digitized by Google

20. *Guillelmus 4.*

Nominatur ad ann. 1301. oo 1305. 1318. 1319. 1320. & 1321. pp Ann. verò 1326. Gaufridus, Episcopus Ebroicensis, confirmat, quæ dictus Abbas dederat vicario S. Martini de Aubenayo. qq VI.

oo Ex Cartulario Vticensi.
pp In cod. paruo Cartulario Lyræ fol. 79. 81. & 117.
qq Ex Codice ann. MSS. Lyræ.

21. *Astorgius, ceu Eustorgius.*

Instanter egit apud sedem Apostolicam: vt monachi Lyrenses, nigri coloris habitus, depositis albis vestibus, reassumerent: hanceque ex ordine Benedictino Relaxationem penitùs eliminarent. Bulla Clementis Pap. VI. sic incipit.

Clemens, Episcopus, seruus seruorem Dei, ad perpetuam Rei memoriam. Ad ea libenter dirigimus studia mentis nostræ, quòd Ecclesiarum & Monasteriorum, ac aliorum locorum Ecclesiasticorum, & personarum in eis degentium, præsertim sub regulari habitu Domino famulantium, statum, in eo maximè, vt tam in capite, quàm in membris, habitu se conforment, respicere dinoscimur. Exhibita siquidem nobis, pro parte dilecti filij Astorgij, Abbatis B. Mariæ de Lyra, ordinis S. Benedicti, Ebroicens. Diœces. petitio continebat: quòd in dicto Monasterio, à fundatione ipsius, temporibus plurium Abbatum eiusdem Monasterij, qui fuerunt, pro tempore Abbates, ipsi, ac monachi dicti Monasterij, vestes, & habitũ nigri coloris Monachales gestauerunt; & quòd Priores & monachi Prioratuum ac membrorum, à dicto Monasterio dependentium, in Anglia existentium vestes & habitũ nigri coloris prædicti ex tunc gestauerũt, pro vt gestant de præsẽti: Quòdque omnium eorumdem Abbas dicti Monasterij, qui de Monasterio de Becco Helloini, dicti Ordinis, Rothomagens. Diœces. (in quo, per Abbatem, & Monachos ipsius Monasterij de Becco Heloini, vestes & habitus albi coloris geruntur & habentur) in Abbatem dicti Monasterij B. Mariæ assumptus fuit; vestes & habitus nigri coloris, qui in dicto Monasterio B. Mariæ, vt præmittitur, gerebantur, in vestes & habitus albi coloris, commutauit: & ex tunc, in dicto Monasterio B. Mariæ, Abbates & Monachi ipsius, exceptis Prioribus & Monachi Prioratuum, ac membrorum prædictorum duntaxat, album habitum gestauerunt, & similiter vestes albas: & quòd de præmissis, dicto Monasterio B. Mariæ est publica vox & fama.

Quare, pro parte dicti Astorgij, Abbatis, nobis extitit supplicatum, vt quod de cætero, vestes & habitus nigri coloris in dicto monasterio B. Mariæ de Lyra gerantur, statuere & ordinare de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos, hujusmodi diuisionem amputare, ac vestes & habitum monachorum Monasterij B. Mariæ prædictorum, ad pristinum colorem reducere cupientes; hujusmodi supplicationibus inclinati, authoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus: quòd Abbas, qui nunc est, & successores sui Abbates, Priores, & monachi prædicti Monasterij B. Mariæ, tam in capite, quàm in membris, habitu, & vestibus albi coloris penitus rejectis, habitum & vestes nigri coloris portare perpetuò teneantur: quemadmodum per monachos ipsius monasterij in Anglia existentes, à fundationis tempore ipsius monasterij, est fieri consuetum. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei; & BB. Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenioni, Calendis Iulij, Pontificatus nostri ann. 15. rr Legendum est. Anno 10. (cùm hic summus Pontifex, ad 15. minimè peruenerit) Christi verò 1352. Ea de re vide, sup. pag. 466. in Abbate 20. Becci. Tandem moritur Astorgius 7. idus Augusti. ss

rr Ex Cartulario paruo Lyræ, fol. 61.
ss Necrologium Lyræ.
tt ibid.

22. *Thomas defunctus 3. nonas Februar.* tt VII.

uu ibid.

23. *Richardus, obijt, 18. Calendas Maij.* uu

24. *Simon.*

Confraternitatem inijt cum Abbatia de Cormelijs, vt sese simul possent suis orationibus adjuuari, Littera sic incipit. *Vniuersis sacræ* religionis fratribus, cunctisque

ctiſque fidei ſacro-ſanctæ cultoribus, tam præſentibus, quàm futuris; Simon humilis & deuotus frater, miſeratione Diuina, Abbas monaſterij B. Mariæ de *Lyra*, Ordinis S. Benedictis, Ebroicenſis Diœceſis, totuſque eiuſdem loci Conuentus; ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus, ſempiternam. Quos eadem fides & religio verè fecit eſſe germanos, &c. Datum in noſtro Capitulo, anno Domini 1431. die 10. menſis Aprilis. [xx] Tandem vitæ finem fecit, 12. Calend. Maij. [yy]

[xx] *Ex Schedis Abbatiæ Cormelienſ.* [yy] *Ex Necrologio Lyræ 20. April. & Cormelienſi 17. Nouemb.*

25. *Eduardus.*

Anno 1440. menſe Auguſto, datur licentia D. Paſchaſio, Ebroicenſi Epiſcopo, benedicendi Abbatem de Lyra, in Capella S. Marci Rothomagenſis. [zz] Qui mortuus refertur, 13. Calend. Maii, in obituario Lyræ.

[zz] *Ex Codic. MS. D. le Preuoſt.*

26. *Guillelmus 5.*

Floret, ann. 1450. 1454. & 1457. plurimaque hoc in cœnobio fecit; ac demùm Abellonenſis Epiſcopus creatus, migrauit in cœlum 4. idus Maii. [A]

[A] *Ex Regeſto Rothomagenſ. Archiepiſcop. & Necrologio Lyræ.*

27. *Ludouicus de Haricuria.*

Patriarcha Hieroſolymitanus, & Baiocenſis Epiſcopus 54. circa ann. 1460. ſpiritum autem Deo reddidit ann. 1479. Calend. 19. Ianuar. [B]

[B] *Idem Necrologium, Antiquitates MSS Norman. pag. 312.*

28. *Benedictus. Notatur ad ann. 1483. ex eod. Regeſto ſup.*

29. *Ioannes, 2. de Cadillat, ann. 1506. ibid.*

30. *Renatus de Prye, exceſſit è vita. 4. idus Auguſti.* [C]

[C] *Ex Necrologio Lyræ.*

VIII Hunc arbitror Bajocenſem rexiſſe ſimul Eccleſiam vſque ad ann. 1516. quo animam exhalauit, Cardinalitia dignitate ſublimatus. [D]

[D] *Vide. Part. 2. Neuſtriæ Chriſtianæ lib. 1. cap. 73. In Bajocenſ. 56. Epiſcop.*

31. *Ambroſius le Veneur.*

Epiſcopus 66. Ebroicenſis, mortuus ann. 1543. ſeptimo idus Auguſti: ex paruo Cartulario Lyræ, fol. 105. & Necrologio eiuſd. ac lib. 3. cap. 71. Neuſtriæ Chriſtianæ. Part. 2. in Epiſcop. Ebroicenſ.

32. *Georgius, Obijt 5. Calend. Iunij.*

33. *Hippolytus Eſtenſis, tituli S. Crucis in Acquirio, Card. Ferrar.*

Anno 1565. & 1569. Memoratur.

34. *Stephanus, defunctus 13. Calend. Auguſti.* [E]

[E] *Necrologium Lyræ.*

35. *Iacobus Dauy.*

Anno 1613. Tituli S. Agnetis in *Agone*, Cardinalis *Perronus*, Senonenſis Archiepiſcopus, & magnus Franciæ Eleemoſynarius: vir Henrico IV. Regi Chriſtianiſſimo cariſſimus, & toto orbe clariſſimus.

36. *Iacobus le Noel, du Perron, ann. 1623.*

Nepos præfati extitit, Lyræ, & S. Taurini Ebroicenſis Abbas, Regis in ſanctiori conſilio ſtatus Conſiliarius: & magnus Eleemoſynarius Sereniſſimæ Reginæ Angliæ, ſororis, Ludouici XIII. Galliarum Monarchæ. Huic dicata eſt *Theologia meditatiua, ac deuota, pro ordine religionis ad verum Dei cultum, inter Angelos & homines.* Gallicè Ebroicis edita ann. 1633. authore F. Iuliano *Manceau*, Carnotenſi, apud Nicolaum *Hamillam*. Reformatos illic introduxit monachos Benedictinos ann. 1643. die 25. Nouemb. Eo enim tempore, actum eſt, & ſignatum inſtrumentum ea de re confectum; vti conſtat ex Autographo, apud D. *de la Riuiere*, Abbatem ſucceſſorem aſſeruatum: quod vidi ann. 1660. Decemb. 23.

Digitized by Google

37. *Ludouicus le Barbier, de la Riuiere, ann. 1650.*

Nunc viuit, Episcopus & Dux Lingonensis factus.

Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellens. Littera extat concordiæ IX.
inter Abbates Fontanellæ & Lyræ, pro Coustumis Nundinarum de *Bannis-Comitis.* ª Quid autem juris habeant Monachi de Lyra, in Foresta *Britolij*, recenset vetus Codex, MS. fol. 172. Lutetiæ apud D. *Vvyon d'Herouual*: Item ibid. in alio majore Codice MS. fol. 31. pag. 1. & 2. Porrò, in Anglia, Monasteria, Land-Kyvvanense, in Cambria: Mintingense, in agro Lincolniensi: & Hinkleyense, in agro Leicestrensi, spectant ad Lyram Abbatiam: de quibus Monasticon Anglicum. Tom. 2.

> ª *Sub Littera K 3. Carta 13.*

ANN. 1048.

S. SALVATOR, VICE-COMES, GALLICE, S. Sauueur le Vicomte.

Fundator hujusce Abbatiæ designatur, ejusque posteritas describitur; Et qui sint Prioratus ab hac Abbatia dependentes, cum eorum fundatoribus, indicantur.

CAPVT I.

TEMPORE Guillelmi 2. Nothi, Normanniæ Ducis, Angliæque Regis, constructum esse hoc monasterium constat ab Illustrissimo viro *Nigello*, sub Titulo *S. Saluatoris Vice-comitis*; Eo quòd *Nigellus Vice-comes Constantiniensis cœnobium sancti Saluatoris fecerit.* a ann. 1048. Arbitror hunc esse *Nigellum*, qui bello, paceque clarus, toties memoratur, sub nomine *Nigelli*, præsidis Constantiniensis, apud *Guillelmum* Pictauiensem, Lexouiensem Archidiaconum: & *Gemeticensem* monachum. b Complures illius Monasterij meminerunt Authores. c Est autem Ordinis S. Benedicti, in Diœcesi Constantiensi: Taxaturque pro Annatis Cameræ Apostolicæ soluendis ad 250. florenos aureos: apud Galliam Christianam, sup. I.

Itaque Nigellus ex animo operam dedit, vt hujusmodi Monasterium in suo pago, seu oppido, extrueretur: monachosque suppliciter expetijt ab Abbate *Gemeticensi*, pro tanti loci incolatu: quod testatum reliquit in carta suæ fundationis, in hunc modum. „ *Ego Nigellus*, vice-comes, Diuino afflatus spiritu, dignum duxi in Ecclesia S. Saluatoris monasticæ Religionis ritus ponere, & Conuentum sub Abbate: ad quod faciendum elegi domum de *Iumieges*, quam audiui majoris authoritatis in Religione præ cæteris; & Deo auxiliante, adduxi ex ea personas religiosas, inter quas Religiosissimum virum nomine *Benignum*, quem Abbatem constitui. His itaque dispositis, liberam feci, & quietam Abbatiam, ab omnibus consuetudinibus mihi pertinentibus: & ad vsum monachorum dedi decimas omnium possessionum, &c. d Aliam præterea edidit cartam, qua ipsis Religiosis, plurima largiebatur; quæ sic incipit. „ *In Nomine* sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Nigellus, Vice-comes, concedo, & authoritate sigilli mei, confirmo Abbatiæ S. Saluatoris, & monachis ibidem Deo seruientibus, omnem decimam eiusdem villæ, de annona & pecunia: & Ecclesiam S. Ioannis, ubi II.

> *Robertus à Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs, cap 30.*
> a *Gemeticensis lib. 7. de Gestis Normannor. cap. 22. Canalis. Tom. 5. Hierarch. Neustriæ in ea Abbatia.*
> b *Guillelmus Pictauiens. De Gestis Guillelmi 2. Ducis Norman. & Angl. Regis sub initio. Gemeticensis lib. 5. sup. cap. 4. & 10. Item lib. 7. cap. 17. Canalis de Re Gallica. Periocha 5.*
> c *Idem Canalis sup. pag. 161. Quercetanus lib. 7. Antiq. Vrbium Franc. cap. 15. Gallia Christiana in Episcopis Constantiens. & in Abbat. post Antiquitates MS. Normaniæ pag. 145.*
> d *Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vice-comitis fol. 5.*

Digitized by Google

„ vbi Parœchia colligitur, vt eam habeat in suo dominio: concedo etiam, vt „ Abbatia sit libera & quieta ab omnibus consuetudinibus Episcopalibus, & „ alijs, quæ ad me pertinent: &c. e

e Ibid. fol. 3.

III. Interim verò, quod nouum extrueretur monasterium, antequam illud monachi inhabitarent: Nigellus, vir pius, recepit eos in suum castrum, vbi & domicilium per aliquod tempus, sibi adoptarunt, quo vsque ædificium capax redderetur habitationis ipsorum: quod propterea vetus Monasterium, seu antiqua Abbatia, etiam postea dicebatur, eisdem monachis permanens subditum: vti videre est, in litteris confirmationis Roberti de *Harcuria*, hisce verbis. „ *Vniuersis* præsentes litteras inspecturis, Robertus de Haricuria, Dominus sancti Saluatoris Vice-comitis, „ salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quòd si Capella nostra, de „ castello nostro, quæ antiqua Abbatia solet dici, noua constructione, seu refe„ ctione indigeat, nos volumus, & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, „ quòd viris religiosis, Abbati, & Conuentui monasterij S. Saluatoris prædicti, „ ad faciendum tigna, trabes, & grossa Mairrenia, dictæ Capellæ, tradatur de no„ stro nemore, & etiam liberetur: pro coopertura verò, & modica reparatione, „ non tenemur. Et vt hoc duret in perpetuum, præsentem cartam eisdem religio„ sis dedimus: & nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum apud S. „ Saluatorem vice-comitis, Anno Domini 1290. die Sabbathi ante conuersionem „ B. Pauli Apostoli. f

f Ibid. fol. 9.

IV. Denique & ipse *Nigellus* fœliciter obdormiens in Domino, illic sepultus est: de quo in Necrologio præsentis cœnobij 12. Augusti fit commemoratio, vt pro ipso preces ad Deum agantur. *Pridie idus Augusti, Nigellus, Vicecomes, qui Monachos hic constituit.* Fratrem, vt arbitror, reliquit *Rogerium*: Etenim eo tempore, ipse *Nigellus*, & *Rogerius* dicuntur, Vicecomites S. Saluatoris. g Ex Nigello orta est filia vnica, nomine *Lætitia*: quæ *Iordano Taisson*, viro illustri, nupsit; ex qua prodiere. *Radulfus*, *Rogerius* & *Iordanus*; quiquidem vltimus, nempe *Iordanus*, factus est clericus, vti constat ex cartulario ipsius Abbatiæ: vbi etiam legitur ipsa *Lætitia*, domina sancti Saluatoris, & *Rogerius*, Vicecomes. h Hi autem omnes, confirmarunt omnia præfata ipsis Monachis: illis verbis. *Has donationes ego Iordanus* Taisson, *&* Lætitia, *vxor mea, cum filijs nostris, Radulfo, Rogerio, & Iordano, ad Dedicationem Ecclesiæ S. Saluatoris, pro salute nostra, & animabus Antecessorum nostrorum, in perpetuam eleemosynam concessimus, & confirmauimus*, &c. i

g Ex Cartulario S. Saluator. fol. 7.

h Ibid. fol. 10.

i Ibid. fol. 7.

V. Præterea, Henricus II. Rex Angliæ, Duxque Normanniæ, cuncta bona Monasterij S. Saluatoris, semel & iterum confirmat: *Testibus Thoma, Cancellario: Richardo Constantiensi Episcopo, Vuillelmo Hamonis filio*, &c. k Quò, vides, ipsum *S. Thomam*, tunc Cancellarium, deindè Archiepiscopum Cantuariensem, presentem cartam consignasse: suaque præsentia approbasse: quem postea ferunt ex traditione, veteri, eam Abbatialem ædem Dedicasse circa ann. 1165. Aliam quoque confirmationis cartam edidit idem Henricus Rex, ann. 1171. pro anima patris sui Gaufridi, & Henrici Aui sui. l

k Ibid. fol. 65.

Porro Radulfus *Taisson*, filius Iordani prænominati, in præsentia fratris sui Iordani, Clerici, interfuit electioni, seu potius assensum præbuit electioni Abbatis, S. Saluatoris, ann. 1188. m Familia autem illa Taissonia, vnà cum hæreditate vice-comitatus S. Saluatoris, decidit transfusaque est in gentem *Haricurianam*: ex qua Ioannes ab *Haricuria*, dicitur Dominus S. Saluatoris: ann. 1254. & 1277. n Itemque Robertus de *Haricuria*, vocatur Dominus S. Saluatoris vicecomitis, ann. 1290. o cujus cartam superius nuper retulimus. Idem Robertus erat etiam Archidiaconus de *Constentino*. p ac postea Episcopus Constantiensis ann. 1300. q citatur, cùm Pontifex sederet ann. 1291. r

l Ibid.

m Ibid. fol. 91 Item in veteri & per antiquo Catalogo MS. Abbatum S. Saluatoris Vicecomit.

n In Cartulario sup. fol. 8.

o Ibid.

p Ibid. fol. 9.

q Ibid. fol. 10.

r Vide in Episc. 57. Constantiens. cap. 59.

VI. Quo ad Prioratus ab hac Abbatia dependentes, omnes sunt in Diœcesi Constantiensi, scilicet.

Prioratus Dominæ nostræ de *Cella-suani*, *Celle-soef*: Fundatus à præfata D. Lætitia, filia Nigelli vice-comitis, fundatoris præsentis Abbatiæ.

Prioratus S. Iouiniani, aliàs, S. Petri, *de la Latumiere*, *S. Iuin*, cujus fundator extat Adamus de *Brye*.

Prioratus S. Michaelis de *Clitout*: fundatus per Henricum Angliæ Regem, atque Ducem Normanniæ.

Prioratus Dominæ nostræ de *la Poupiere* in Parœchia columbæ: ex fundatione supranominati *Iordani Taissonis*.

Prioratus S. Crucis de *Virandeuilla*: fundatus per Rogerium, de *Turquevilla*. f

f Ex Schedis Abbatiæ S. Saluatoris vicecomitis.

Cœnobiarchæ omnes huius insignis Abbatiæ illustrantur: & simul è latebris erumpentes, vicißim prodeunt in lucem.

CAPVT II.

I. MIrandum non est, si hoc cœnobium, tantum in dies profecerit; cùm Abbatem primarium, virum Religiosissimum habuerit: & virtutum odoramenta ex Gemeticensi cæspite, suauiter olentia reportauerit.

1. *Benignus, Abbas primarius.*

Mendosè igitur Monachus *Fiscanensis* dicitur apud Arboretanum præsulem: a cùm nuper superiùs legerimus in carta fundationis præsentis cœnobij è Gemeticensi Monasterio fuisse adductum, à quo fuerat expostulatus, viuebat adhuc ann. 1104. b Ad Deum tandem migrauit 22. Martij, juxta Necrologium Abbatiæ. 11. *Calendas Aprilis Benignus, primus Abbas S. Saluatoris.* Non verò 10. Calend. eiusd. mensis. c

2. *Hamelinus, excesßit è vita 6. Calend. April.* d

3. *Hunfredus, seu Anfredus, vel Vnfridus.*

Diem clausit extremum 12. Calend. Nouemb. ann. Christi 1147. e

4. *Hugo.*

Memoratur, ad ann. 1147. & 1153. f & 1154. g qui erat monachus S. Michaëlis de Monte. h Al. *Pratellensis*: qui interfuit, ann. 1154. Benedictioni Roberti *de Thorigneio*, in Abbatem S. Michaëlis, ex Chronico Becci. II.

5. *Guillelmus.*

Hunc præponit Hugoni Episcopus Arboricensis; i sed hallucinatur: spiritum Deo reddidit, sexto k vel quinto nonas Iulij. l

6. *Rogerius de Salmonvilla.*

Memoratur in compositione facta, ann. 1172. inter ipsum, & Henricum, Abbatem Pratelli m Ægidius, Ebroicensis Episcopus, dissidium in Ecclesia de *Petra Ponte* obortum, composuit, ann. 1173. cui testis adest R. Abbas S. Taurini Ebroicensis. Eadem autem Richardus, Constantiensis Episcopus, confirmauit prædicto Rogerio Abbati S. Saluatoris. n Deindè, pro Ecclesia S. Clementis in insula *Gersoij*, Robertus, Abbas Montis S. Michaëlis, scripserat præfato Hugoni, S. Saluatoris Abbati: sed Richardus prædictus. Constantiensis Antistes, confirmat ipsi Rogerio Abbati. o *Demùm* efflauit animam 4. Calend. Augusti. p

7. *Robertus de Veules.*

Electus Abbas ann. 1188. de consensu Radulphi *Taissonis*, filij *Iordani*; fuitque benedictus per Guillelmũ de *Tournebuse*. Constantiensem Episcopum, in præsentia Iordani *Taissonis*, fratris dicti Radulfi, q vitam finiuit 4. idus Iulij. r Huius tempore, ann. 1205. pax composita est, inter Odonem, Abbatem S. Mariæ de voto, juxta Cæsarisburgum, & ipsum Abbatem S. Saluatoris, per Arbitros Vv. Constantiensem Episcopum; & Vv. Montis-burgi, & P. de Blanca-Landa, Abbates: super Prioratu S. Helerij de *Gersoio*. s Tunc temporis etiam, vel circiter, coram Viuiano, Episcopo Constantiensi, apud S. Laudum, datur huic Abbatiæ S. Saluatoris, & Ecclesiæ S. Mariæ *Heremi de Columba*, à Guillelmo *Corbet*, milite, præsentatio

a *Cenalis. Tom. 5. Hierarchiæ Ecclef. Neustriæ. In eo Abbat. ex Roberto de Monte.*
b *Ex veteri & per antiquo Catalogo Abbat. S. Saluatoris Vicecomit.*
c *Obituarium Abbat. Exaquij.*
d *Cenalis sup. post Robertum & Obituarium Exaquij.*
e *Catalogus Abbat. & Obituarium S. Saluator. & Exaquij. Robertus de Monte, Cenalis sup.*
f *Catalogus Abbat. sup.*
g *Antiquitates MS. Norman. sup.*
h *Cenalis. sup. ex Roberto de Monte.*
i *Idem ex eodem.*
k *Ex Obituario Exaquij.*
l *Obituarium S. Saluator. Vicecomit.*
m *In Cartulario S. Saluator. Vicecomit. fol. 57.*
n *Ibid. fol. 38.*
o *Ibid. fol. 44.*
p *Ex Obituario Exaquij.*
q *Cartularium sup. fol. 7. Catalogus Abbatum sup.*
r *Ex Obituario Abbat. de Longis.*
s *Ex Cartulario sup. fol. 44.*

tio S. Mariæ de *Mergerei*: cum tota terra cuiuſdam Iordani Telonarij. [t]

8. *Hunfredus, ceu Vnfridus 2.*

III. Notantur Hugo, Epiſcopus Conſtantienſis, & ipſe Vnfridus Abbas, ann. 1230. pro quadam pacificatione, [u] item ad ann. 1243. & 1248. [x]

9. *Petrus, expirauit 6. idus Iulij.* [y]

10. *Guillelmus 2. animam exhalauit pridie Calend. Octob.*

11. *Thomas, defunctus 12. Calend. Decemb.* [z]

12. *Ioannes, Condranius.*

Memoratur ad ann. 1290. & 1298. [aa] debitum mortis exoluit 7. Calend. Septemb. [bb] ſeu ſexto Calend. [cc]

13. *Thomas 2. d'Aubigny ann. 1299.*

Obijt ann. 1305. die 11. ſeu 12. Nouemb. [dd] Bajocenſis Epiſcopus, ann. 1301. confirmauit omnia beneficia & donationes factas monachis S. *Saluatoris*, in ſua Diœceſi, juxta litteras prædeceſſoris, Henrici Epiſcopi. [ee]

14. *Thomas 3. viuebat ann. 1307.* [ff]

Moritur, 12. Calend. Octob. [gg]

15. *Nicolaus, de Gardino, du Iardin.*

IV. In fata conceſſit ann. 1322. [hh] pridie idus Iunij, [ii] non autem 16. Calend. Martij, [ll] Quandoque etiam *Michaël*, nuncupatur, ſed perperam: niſi Binomius eſſet, *Nicolaus Michaël*.

16. *Petrus 2. Merice, viuebat ann. 1333.*

Obijt in cœlum ann. 1362. [mm] Octauo Calend. Septemb. [nn]

17. *Petrus 3. Anglici, l'Anglois.*

Migrauit ad Dominum, 10. vel 11. Iunij ann. 1376. cuius tempore demolita fuit Abbatia, ob ingruentia Anglorum bella. [oo]

18. *Thomas 4. du Bigard.*

Electus Abbas feria 5. ſequenti, die feſto S. Sacramenti, ann. 1376. viuebat adhuc ann. 1383. [pp] moritur 8. Calend. Decemb. [qq] ann. 1390.

19. *Dionyſius Soquet.*

V. Ante Electionem ſuam, Romam perrexit, pro remiſſione Annatarum, quas Thomas tunc Abbas, non ſoluerat: cuius cauſa, 14. jam annis, ſuſpenſus fuerat à Diuinis: obtinuit tandem huiuſmodi remiſſionem, tum ſui prædeceſſoris, tum etiam ſuæ electionis; ſub datum Aninione, ann. 1390. ſub Clemente VII. Papa, adhuc viuebat ann. 1394. [rr] clauſit lumina vitæ, non 8. Calend. Decemb: [ſſ] ſed 15. Calend. Februar. [tt]

20. *Michaël, de la Hougue.*

Abbas, cùm longo tempore infirmaretur; facta fuit informatio, per Officialem valloniarum, ſuper deſtructione, diminutioneque redditum ipſius Abbatiæ, vt ſic mitiùs taxaretur pro Annatis cameræ Apoſtolicæ ann. 1422. [uu] Defunctus 18. Calend. Iulij. [xx]

21. *Guillelmus 3. le Riuerend.*

Notatur, ann. 1429. 1433. 1437. & 1439. adeſt in Concilio Baſilienſi, ann. 1437. [yy]

22. *Stephanus du Heuquet.*

Ann. 1440. Electus. [zz] Hic reparauit Capellam Virginis & ſcripſit libros chori,

t Ex Cartulario ſup. fol. 65.
u Ibid. fol. 46.
x In Catalog. Abbat. ſup.
y Ex obituario Exequij.
z Ibid. In Cartulario fol. 9. ſup.
aa In Catalogo Abbat. ſup.
bb Ex Obituario Exequij.
cc Ex Obituario S. Saluatoris.
dd Catalogus ſup. Obituarium S. Saluator. & Exequij.
ee Ex Cartulario ſup. fol. 13.
ff Catalogus ſup.
gg Ex Obituar. Cæſarisburgi.
hh Catalogus Abbat. ſup.
ii Obituarium S. Saluator.
ll Obituarium Exequij.
mm Catalogus ſup.
nn Ex Obituarijs Exequij, & Cæſarisburgi.
oo Catalogus ſup. & Obituarium S. Saluator.
pp Catalogus ſup.
qq Obituarium Syliacum.
rr Catalogus ſup.
ſſ Obituarium Syliacum.
tt Ex Necrologijs S. Saluatoris & Cæſarisburgi.
uu Catalogus ſup.
xx Obituarium S. Saluator.
yy Catalogus ſup.
zz Ibid.

Digitized by Google

A Obituarium S. Saluator. *B Obituarium Exaquij.* *C Catalogus sup.*

obijt 9. Calend. Septemb. A non verò 10. Calend. B

23. Ludouicus Hermen, ceu Heruien.

Ex familia de *Senosilla* oriundus; electus ann. 1444. moritur ann. 1451. C 15. Calend. Aprilis. D

D Ex Necrologijs S. Saluator. Cæsarisburgi & Exaquij. *E Catalogus sup.* *F Ex Obituarijs S. Saluator. & Cæsarisburgi.* *G Catalogus sup.*

24. Ioannes 2. Caillot.

Defunctus ann. 1470. E 7. idus Februar. F

25. Reginaldus à Borbonio.

Laudunensis Episcopus, Abbas Commendatarius, ann. 1472. G

26. Guido Lauret. VI.

H Ibid.

Prothonotarius Apostolicus, Abbas Commendatarius, 1473. & 1480. H

27. Guillelmus 4. de S. Fælice.

I Ibid.

Abbas Commendatarius, ann. 1483. I

28. Radulphus Bonifacius.

L Ibid. *M Ex Obituario S. Saluator.*

Monachus Carpentoractensis, postea Episcopus; Abbas ann. 1486. 1497. & 1505. quo obijt, L 14. Calend. Octob. M

29. Iacobus l'Anglois.

N Catalogus sup. *O Ex Obituarijs S. Saluatoris & Cæsarisburgi.*

Monachus S. Saluatoris: mortuus ann. 1517. N tertio nonas Ianuar. O

30. Guillelmus 5. Troussey.

P Catalogus sup. Obituarium S. Saluatoris & Cæsarisburgi.

Monachus eiusdem loci, defunctus ann. 1529. quarto idus Ianuarij. P

31. Carolus de Panyot.

Q Catalogus sup.

Abbas Commendatarius: excessit è vita ann. 1548. Q

32. Ioannes le Gruyer 3. Canonicus Trecensis.

R Idem & Obituarium S. Saluator.

Abbas Commendatarius, dormitionem mortis accepit ann. 1560. 13. Calend. April. R

33. Iacobus 2. de Grimonuilla.

S Ibid.

Ex resignatione prædicti Ioannis: moritur 1573. 14. Calend. Decemb. S

34. Iacobus 3. de Cerceau.

Possessionem accepit per procuratorem ann. 1576.

35. Carolus de Montchal, ann. 1628. Archiepiscopus Tolosanus.

36. Carolus de Ruolz, Diœces. Viennensis, Doctor Sorbonicus.

S. VICTOR

Digitized by Google

S. VICTOR, IN CALETO VVLGÒ, en Caulx.

Ann. 1048.

Quis & qualis fuerit Fundator huius Abbatiæ, viri Illustres ibidem Tumulati.

CAPVT I.

I. HIC locus exordium cœpit ab Ecclesia S. Victori martyri inibi consecrata, ob nonnullas ipsius Christi Athletæ asseruatas Reliquias: ad cujus inuocationem, illic etiamnum complura Deus operatur magnalia, & fideles impetrant, varia cœlitùs beneficia. Quam quidem sacram ædem, quidam Præsbyter nobili stirpe progenitus, nomine *Tormordus*, de cuius jure erat, dedit Abbatiæ S. Audoeni Rothomagensis, assensu Guillelmi, Nothi, Ducis Normannorum, & Malgerij Archiepiscopi Rothomagens. & Rogerij de Mortuo-Mari, illius vici Toparchæ, ann. 1048. [a] ad extruendum inibi Prioratum illi subditum: quem mox monachi San-Audoenenses sub eo Titulo incoluerunt: dùm interim ipse *Tormundus* apud ipsos *Monachus* esset effectus Rothomagi, carta Regia subsequitur. *Vuillelmus* Dei gratia, Dux Normannorum, omnibus ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem. Sciant tam præsentes quàm futuri. Quòd coram me; & assensu meo & Malgerij Archiepiscopi; quidam nobilis clericus, nomine *Tormor*, Ecclesiam S. Victoris de *Caleto*, quæ sua erat, jure hæreditario, & absque calumnia, cum omni patrimonio suo, quod habebat, in terris & in redditibus Ecclesiæ S. Audoeni, æternaliter possidendam in eleemosinam dedit tempore D. Nicolai Abbatis ad habitationem Monachorum S. Audoeni, & ipse cum nutritio suo, nomine Gillesberto, in Ecclesia monachus factus est. Rogauit enim me præfatus Nicolaus Abbas, vt authoritate sigilli mei Ecclesiæ S. Audoeni hoc confirmarem, precibus vero eius exauditis, sigillo meo prætaxata confirmaui Ecclesiæ in æternum possidenda, & prohibui, firma potentia, sub forfactura 20. vnciarum auri Ducibus, & 20. librarum Archiepiscopis Rothomag. ne aliquis, quod absit, hoc audeat infringere, vel præfata auferre, vel minuere: sed inibi Monachi S. Audoeni cum Priore vel Abbate (si forte per licentiam Ecclesiæ S. Audoeni extiterit) seruiant Domino Regi Regum sub tutela S. Audoeni, & dominio spirituali: & præcipio quòd nullus Abbas electus, aut præpositus, aut Prior, ibi ingrediatur, nisi positione Abbatis S. Audoeni, cuius personatus est, & in æternum sit. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini 1055. in vrbe Roth. Testibus Malgerio Archiepiscopo & Fulberto Archidiacono, & Osberno Dapifero. [b]

[a] *Antiquitates MS. Norman. pag. 6. &c.*

[b] *Ex Archiuis Abbat. S. Audoeni, Rothomag.*

II. Tum ann. 1074. *Ioannes* Archiepiscopus, in Concilio Rothomagensi, præfatum Prioratum erexit in Abbatiam, de consensu *Nicolai S. Audoeni* Abbatis, à quo dependebat: vti constat ex originali carta, quæ subsequitur: vbi clarius hæc omnia referuntur.

Ioannes, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus, salutem, gratiam & benedictionem. Notum sit omnibus modernis & futuris, quòd petitio *Rogerij de Mortuo-Mari*, & vxoris eius *Haduisæ* ad nos venit; ad *D. Vuillelmum*, Regem Anglorum; & ad me: sedentes & tractantes de negotijs Ecclesiasticis & sæcularibus, cum Episcopis, in quodam Concilio, congregato in vrbe Rothomagensi: vt D. *Nicolaum*, Abbatem S. Audoeni Rothomagens. cognatum nostrum, obnixè

Digitized by Google

conueniremus, quatinus pro amore Dei, & nostri, Abbatiam fieri dimitteret de quodam Prioratu, de Ecclesia S. Victoris, in *Caux*, in qua habitabant Monachi S. Audoeni, quæ dicitur ad *Sanctum Victorem*: & quam Ecclesiam, quidem Præsbyter, nomine *Tormort*, de cuius iure erat, Ecclesiæ S. Audoeni, assensu *Guillelmi*, tunc Ducis Normaniæ; & *Malgerij*, Archiepiscopi Rothomagensis, & *Rogerij de Mortuo-Mari*, in cuius feodo erat, pro salute animæ suæ, dederat in eleemosynam; & in Ecclesia S. Audoeni monachus effectus fuerat, cum quodam nutritio suo, nomine *Gisleberto*, & præfatus Rogerius, concessit, vt tantum redditum augeret Ecclesiæ S. Victoris, & Ecclesiæ S. Audoeni; vt honorificè ibi Deo monachi seruire possent, & eis dignè sufficeret. Et quale Dominium antea habuerat Ecclesia S. Audoeni, in Prioratu, tale postea in Abbatia æternaliter possideret. Cùm verò dictus Abbas Nicolaus, assensu capituli sui, & rogatu nostro, & amore, *Rogerio* & vxori suæ hoc concessisset, *Rudulphum*, quemdam monachum suum, ibi Abbatem præficiens ad supradictum locum construendum misit, & cum eo, de monachis suis S. Audoeni, Fulbertum, Gislebertum *Fannetel*, Herbertum *Treton*, & Guillelmum. Tali tamen conditione, quòd dominium suum S. Audoeno, in domo S. Victoris, nullomodo minueretur: sed ibi poneret Abbatem, alio defuncto, sicut Priorem ponere solebat, salua dignitate S. Audoeni. Hoc enim constitutum est inter nos, ratum & firmum esse in perpetuum: cuius rei testes sumus ex vtraque parte. Si enim in disponendo Abbate, monachi, vel laici rebelles Ecclesiæ S. Audoeni fuerint: statuimus & firmiter præcipimus, *Guillelmus* Rex, & ego *Ioannes*, Rothomagensis Archiepiscopus, & *Rogerius de Mortuo-Mari*, in quorum præsentia hoc factum fuit, Authoritate D. Papæ *Gregorij*, & Regia potestate, omnibus hæredibus & successoribus nostris, vt Abbas S. Audoeni accipiat Ecclesiam Prioratus sui S. Victoris, cum omnibus appenditijs suis tunc ibi inuentis; in Ecclesijs, in decimis, & aliis substantiis; & ponat Priorem in Ecclesia illa, sicut antea solet; ne Ecclesia S. Audoeni, pro liberalitate sua, detrimentum patiatur, fraude & dolo; quam Antecessores nostri pro salute animarum suarum fundauerunt. Hanc Conuentionem authoritate nostra, ab Abbate *Nicolao*, & *Rogerio de Mortuo-Mari* concessam, coram Rege ratam esse statuimus; & præsentis scripti, & sigilli nostri authoritate, confirmauimus: & prohibuimus, ego Ioannes, Rothomagensis Archiepiscopus, sub anathemate, ne quis vlteriùs clericus, vel laicus, audeat hoc infringere, præsentibus istis Episcopis, & mecum excommunicantibus, Gisleberto, Ebroicensi Episcopo, Odone Bajocensi, Hugone Lexouiensi, Roberto Sagiensi: quorum anathemate omnes fractores huius operis consolidantur. Præfatus autem Rex Anglus, Guillelmus prohibuit, sub forisfactura, 20. vnciarum auri reddendarum Duci Nomaniæ, & 20. librarum, Rothomagensi Archiepiscopo, ne ab aliquo infringatur; testibus prædictis Episcopis & *Fulberto Archidiacono*: & *Rogerio de Mortuo-Mari*, in cuius tempore hoc factum fuit; anno ab Incarnatione Domini 1074.[c]

c Ibid.

Quod postea confirmatum fuit per summum Pontificem Alexandrum III. in hunc modum. Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Abbati & Conuentui Ecclesiæ S. Audoeni Rothomagensis, salutem & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderijs dignum est, nos facilem præbere consensum: & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ius illud, quo habetis in Ecclesia S. Victoris *in Caux*, secundum quod vobis, à bonæ memoriæ, *Ioanne* Rothomagensi Archiepiscopo, confirmatum est, & in Authentico scripto eiusdem Archiepiscopi continetur, vobis, & Monasterio vestro, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti paginà communimus: nonobstante compositione, si qua inter Abbatem S. Audoeni, & monachos S. Victoris, præter assensum Conuentus S. Audoeni, aliquo tempore intercesserit; statuentes, vt nulli omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei aliquatenùs contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ 8. Calend. Martij.[d]

d Ibid.

Alexandro III. successit Lucius 2. ann. 1181. cui Henricus Bajocensis, vnà cum Abbatibus multis, testimonium dedit: de eodem iure Abbatis S. Audoeni, in præfatum cœnobium S. Victoris; vti videre est sup. in Abbatia S. Leufredi. cap. 2. ac

tandem

tandem Henricus Rex Anglus, Normania per vim occupata, hæc omnia confirmauit, circa ann. Christi 1420 & 1421. ex Monastico Anglico. Tom. 3.

III. Certum itaque est, præcipuum istius Abbatiæ fundatorem extitisse nobilissimum illius loci Dinastam, Rogerium de *Mortuo-Mari*, Gallicè, de *Morte-mer*, Equitem strenuum, Baronem S. *Victoris* in *Caletensi* agro, Diœcesis Rothomagens. Fundauit autem illam pro monachis Benedictinis, qui sumendi essent ex Regali Archicœnobio S. *Audoeni* Rothomagensis; quibus dedit in puram eleemosynam mediam partem præfatæ Baroniæ suæ, S. *Victoris*; partem verò alteram capitulo Metropolitæ Ecclesiæ Rothomagensis piè largitus est. [e]

IV. Dissidium autem oritur, ex deductione Illustrissimæ ipsius Heroinæ prosapiæ: qua de re Gemeticensem audiamus, *Rogerius de Mortuo-Mari* (inquit) *filius primi Vuillelmi de Vuarenna, Monasterium S. Victoris in proprio solo fundauit.* [f] Cui omninò aduersatur Robertus de Monte, hisce verbis. *Rogerius de Mortuo-Mari, filius Vualterij de S. Martino, frater verò primi Vuillelmi de Vuarenna, Monasterium S. Victoris in proprio solo Fundauit.* [g] At, vt verum fatear, error ibi manifestus deprehenditur; constat quippe vel ipsomet Gemeticensi teste, *Rogerium* fuisse quidem Vuillelmi primi de *Vuarenna*, seu de *Guarenna*, fratrem: sed solummodò cognatum Vualteri de *S. Martino*: quod clarè ostendit, loquens postea de Gonnore Comitissa, vxore Richardi 1. Normaniæ Ducis, in hunc modum. „*Nepotes* verò plures, prædicta „Gunnor habuit; sed solummodo de quinque, quibus maritis nupserint, audiui; „vna itaque illarum matrimonio copulata est Petri, primi Guillelmi de Vuarenna, ex qua natus est idem Vuillelmus, postea Comes Surrejæ; & Rogerius de „Mortuo-mari, frater ipsius; Altera, Nicolao de Bascheritvilla; ex cuius posteritate natus est Vuillelmus Martellus, & Vualtherus de S. Martino; Tertia, Richardo, Vice-Comiti Rothomagensi, patri videlicet Lamberti de S. Sydonio, „&c. [h] Alios autem huiusce inclytæ familiæ de *Mortuo-Mari* Proceres, longum esset recensere. [i]

e Eadem Antiquit. pag. 6. 13. 22. 24. & 614. Cænalis. Tom. 3. Hierarchia MS. Neustriæ. Claudius Robertus in Abbatijs Gall.

f Gemeticens. lib. 7. de Gestis Norman. cap. 22.

g Tractat. de Abbatijs. cap. 26. Cænalis sup.

h Gemeticensis. lib. 8. sup. cap 37.

i Vide Antiquitates Norman. sup.

V. Porro complures Heroes, pietatis ergò, illic suam prælegerunt sepulturam; inter quos maximè elucet, Guillelmus, eques, filius Rogerij de *S. Laurentio*, ann. 1119. occisus; cuius cadauer in claustro ipsius Abbatiæ *S. Victoris* sepultum est. *Huius nobilitas* (inquit Ordericus) *de Illustrissimis Caletensium* Baronibus *propagata est: & famosa strenuitas inter præcipuos pugiles Talou, multoties approbata est.* [l]

l Ordericus lib. 12. Histor. Eccles. ad ann. 1119. pag. 853.

Series Abbatum exponitur.

CAPVT II.

I. QVantum verò spectat ad Cœnobiarchas præsentis Monasterij, hi recensentur Abbates.

1. *Ranulfus.*

Ann. 1074. omissus à Roberto *de-Monte.*

2. *Richardus.* 3. *Robertus.* 4. *Mainardus.*

5. *Hugo.*

Monachi omnes, cœnobij S. Audoeni Rothomagensis. [a]

a Robertus de Monte & Cænalis sup.

6. *Thomas.* 7. *Valchellus, ceu, Vauchelinus.*

Præsens adest quando *Richardus* Abbas S. *Audoeni*, Rothomagens. terram quandam apud *Bordeneium*, dedit Roberto, Priori, & Canonicis S. *Laudi* Rothomagensis, [b] Præterea, interest Translationi S. Romani, Archiepiscopi Rothomagensis 15. Calend. Iulij, ann. 1179. [c]

8. *Hugo: circa, ann. 1205. nominatur.*

Sanè, sub eo lis ingens mota est inter monachos S. Audoeni, ex vna parte, & monachos Crucis *Leufredi* & S. *Victoris*: ex altera, sed perperam: cùm constiterit: teste *Henrico*, Bajocensi Episcopo, cum Abbatibus Cadomensi, Troarnensi & Cerasiensi:

b Cartularium paruum Abbat. S. Audoeni Rothomagens. fol. 27. Carta 5. id Authentica capituli. & nobiliũ Clericor.

c Vide Neustriam sanctam, sed. dic.

conueniremus, quatinus pro amore Dei, & nostri, Abbatiam fieri dimitteret de quodam Prioratu, de Ecclesia S. Victoris, in *Caux*, in qua habitabant Monachi S. Audoeni, quæ dicitur ad *Sanctum Victorem*: & quam Ecclesiam, quidem Præsbyter, nomine *Tormort*, de cuius iure erat, Ecclesiæ S. Audoeni, assensu *Guillelmi*, tunc Ducis Normaniæ; & *Malgerij*, Archiepiscopi Rothomagensis, & *Rogerij de Mortuo-Mari*, in cuius feodo erat, pro salute animæ suæ, dederat in eleemosynam; & in Ecclesia S. Audoeni monachus effectus fuerat, cum quodam nutritio suo, nomine *Gisleberto*, & præfatus Rogerius, concessit, vt tantum redditum augeret Ecclesiæ S. Victoris, & Ecclesiæ S. Audoeni; vt honorificè ibi Deo monachi seruire possent, & eis dignè sufficeret. Et quale Dominium antea habuerat Ecclesia S. Audoeni, in Prioratu, tale postea in Abbatia æternaliter possideret. Cùm verò dictus Abbas Nicolaus, assensu capituli sui, & rogatu nostro, & amore, *Rogerio* & vxori suæ hoc concessisset; *Radulphum*, quemdam monachum suum, ibi Abbatem præficiens ad supradictum locum construendum misit, & cum eo, de monachis suis S. Audoeni, Fulbertum, Gislebertum *Faunetel*, Herbertum *Treton*, & Guillelmum. Tali tamen conditione, quòd dominium suum S. Audoeno, in domo S. Victoris, nullomodo minueretur: sed ibi poneret Abbatem, alio defuncto, sicut Priorem ponere solebat, salua dignitate S. Audoeni. Hoc enim constitutum est inter nos, ratum & firmum esse in perpetuum: cuius rei testes sumus ex vtraque parte. Si enim in disponendo Abbate, monachi, vel laici rebelles Ecclesiæ S. Audoeni fuerint: statuimus & firmiter præcipimus, *Guillelmus* Rex, & ego *Ioannes*, Rothomagensis Archiepiscopus, & *Rogerius de Mortuo-Mari*, in quorum præsentia hoc factum fuit, Authoritate D. Papæ *Gregorij*, & Regia potestate, omnibus hæredibus & successoribus nostris, vt Abbas S. Audoeni accipiat Ecclesiam Prioratus sui S. Victoris, cum omnibus appenditijs suis tunc ibi inuentis; in Ecclesijs, in decimis, & aliis substantiis; & ponat Priorem in Ecclesia illa, sicut antea solet; ne Ecclesia S. Audoeni, pro liberalitate sua, detrimentum patiatur, fraude & dolo, quam Antecessores nostri pro salute animarum suarum fundauerunt. Hanc Conuentionem authoritate nostra, ab Abbate *Nicolao*, & *Rogerio de Mortuo-Mari* concessam, coram Rege ratam esse statuimus; & præsentis scripti, & sigilli nostri authoritate, confirmauimus: & prohibuimus, ego Ioannes, Rothomagensis Archiepiscopus, sub anathemate, ne quis vlteriùs clericus, vel laicus, audeat hoc infringere, præsentibus istis Episcopis, & mecum excommunicantibus, Gisleberto, Ebroicensi Episcopo, Odone Bajocensi, Hugone Lexouiensi, Roberto Sagiensi: quorum anathemate omnes fractores huius operis consolidantur. Præfatus autem Rex Anglus, Guillelmus prohibuit, sub forisfactura, 20. vnciarum auri reddendarum Duci Nomaniæ, & 20. librarum, Rothomagensi Archiepiscopo, ne ab aliquo infringatur; testibus prædictis Episcopis & *Fulberto Archidiacono*: & *Rogerio de Mortuo-Mari*, in cuius tempore hoc factum fuit; anno ab Incarnatione Domini 1074.[c]

[c] Ibid.

Quod postea confirmatum fuit per summum Pontificem Alexandrum III. in hunc modum.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Abbati & Conuentui Ecclesiæ S. Audoeni Rothomagensis, salutem & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderijs dignum est, nos facilem præbere consensum: & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ius illud, quo habetis in Ecclesia S. Victoris *in Caux*, secundum quod vobis, à bonæ memoriæ, *Ioanne* Rothomagensi Archiepiscopo, confirmatum est, & in Authentico scripto eiusdem Archiepiscopi continetur, vobis, & Monasterio vestro, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti paginâ communimus: nonobstante compositione, si qua inter Abbatem S. Audoeni, & monachos S. Victoris, præter assensum Conuentus S. Audoeni, aliquo tempore intercesserit; statuentes, vt nulli omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei aliquatenùs contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ 8. Calend. Martij.[d]

[d] Ibid.

Alexandro III. successit Lucius 2. ann. 1181. cui Henricus Bajocensis, vnà cum Abbatibus multis, testimonium dedit de eodem jure Abbatis S. Audoeni, in præfatum cœnobium S. Victoris: vti videre est sup. in Abbatia S. Leufredi. cap. 2. ac

tandem

tandem Henricus, Rex Anglus, Normania per vim occupata, hæc omnia confirmauit, circa ann. Chriſti 1420 & 1421. ex Monaſtico Anglico. Tom. 3.

III. Certum itaque eſt, præcipuum iſtius Abbatiæ fundatorem extitiſſe nobiliſſimum illius loci Dinaſtam, Rogerium de *Mortuo-Mari*, Gallicè, de *Morte-mer*; Equitem ſtrenuum, Baronem S. *Victoris* in *Caletenſi* agro, Diœceſis Rothomagenſ. Fundauit autem illam pro monachis Benedictinis, qui ſumendi eſſent ex Regali Archicœnobio S. *Audoeni* Rothomagenſis; quibus dedit in puram eleemoſynam mediam partem præfatæ Baroniæ ſuæ, S. *Victoris*; partem verò alteram capitulo Metropolitæ Eccleſiæ Rothomagenſis piè largitus eſt. [e]

IV. Diſſidium autem oritur, ex deductione Illuſtriſſimæ ipſius Heroinæ proſapiæ: qua de re Gemeticenſem audiamus, *Rogerius de Mortuo-Mari* (inquit) *filius primi Vuillelmi de Vuarenna, Monaſterium S. Victoris in proprio ſolo fundauit.* [f] Cui omninò aduerſatur Robertus de Monte, hiſce verbis. *Rogerius de Mortuo-Mari, filius Vualterij de S. Martino, frater verò primi Vuillelmi de Vuarenna, Monaſterium S. Victoris in proprio ſolo Fundauit.* [g] At, vt verum fatear, error ibi manifeſtus deprehenditur; conſtat quippe vel ipſomet *Gemeticenſi* teſte, *Rogerium* fuiſſe quidem Vuillelmi primi de *Vuarenna*, ſeu de *Guarenna*, fratrem: ſed ſolummodò cognatum Vualteri de *S. Martino*: quod clarè oſtendit, loquens poſtea de Gonnore Comitiſſa, vxore Richardi 1. Normaniæ Ducis, in hunc modum. „*Nepotes* verò plures, prædicta „Gunnor habuit; ſed ſolummodo de quinque, quibus maritis nupſerint, audiui; „vna itaque illarum matrimonio copulata eſt Petri, primi Guillelmi de Vuarenna, ex qua natus eſt idem Vuillelmus, poſtea Comes Surrejæ; & Rogerius de „Mortuo-mari, frater ipſius; Altera, Nicolao de Baſcheritvilla; ex cuius poſteritate natus eſt Vuillelmus Martellus, & Vualtherus de S. Martino; Tertia, Richardo, Vice-Comiti Rothomagenſi, patri videlicet Lamberti de S. Sydonio, „&c. [h] Alios autem huiuſce inclytæ familiæ de *Mortuo-Mari* Proceres, longum eſſet recenſere. [i]

e *Eadem Antiquit. pag. 6. 13. 22. 24. & 614.*
Cænalis. Tom 3. Hierarchiæ MS. Neuſtriæ.
Claudius Robertus in Abbatijs Gall.
f *Gemeticenſ. lib. 7. de Geſtis Norman. cap. 22.*
g *Tractat. de Abbatijs. cap. 26. Cænalis ſup.*
h *Gemeticenſis. lib. 8. ſup. cap 37.*
i *Vide Antiquitat. Norman. ſup.*

V. Porro complures Heroes, pietatis ergò, illic ſuam prælegerunt ſepulturam; inter quos maximè elucet, Guillelmus, eques, filius Rogerij de *S. Laurentio*, ann. 1119. occiſus; cuius cadauer in clauſtro ipſius Abbatiæ *S. Victoris* ſepultum eſt. *Huius nobilitas* (inquit Ordericus) *de Illuſtriſſimis Caletenſium Baronibus propagata eſt: & famoſa ſtrennitas inter præcipuos pugiles Talon, multoties approbata eſt.* [l]

l *Ordericus lib. 12. Hiſtor. Eccleſ. ad ann. 1119. pag. 853.*

Series Abbatum exponitur.

CAPVT II.

I. QVantum verò ſpectat ad Cœnobiarchas præſentis Monaſterij, hi recenſentur Abbates.

1. *Ranulfus.*

Ann. 1074. omiſſus à Roberto *de-Monte.*

2. *Richardus.* 3. *Robertus.* 4. *Mainardus.*

5. *Hugo.*

Monachi omnes, cœnobij S. Audoeni Rothomagenſis. [a]

6. *Thomas.* 7. *Valchellus, ceu, Vauchelinus.*

Præſens adeſt quando *Richardus* Abbas S. *Audoeni*, Rothomagenſ. terram quandam apud *Bordeneium*, dedit Roberto, Priori, & Canonicis S. *Laudi* Rothomagenſis, [b] Præterea, intereſt Tranſlationi S. Romani, Archiepiſcopi Rothomagenſis 15. Calend. Iulij, ann. 1179. [c]

8. *Hugo: circa, ann. 1205. nominatur.*

Sanè, ſub eo lis ingens mota eſt inter monachos S. Audoeni, ex vna parte, & monachos Crucis *Leufredi* & S. *Victoris*: ex altera, ſed perperam: cùm conſtiterit: teſte *Henrico*, Bajocenſi Epiſcopo, cum Abbatibus Cadomenſi, Troarnēſi & Ceraſienſi:

a *Robertus de Monte & Cænalis ſup.*
b *Cartularium peranum Abbat. S. Audoeni Rothomagenſ. fol. 27. Carta 5. in Authentica capitul. & nobiliũ Clericor.*
c *Vide Neuſtriam ſanctam ped. die,*

quòd monasterium B. Audoeni Rothomagensis, hanc semper libertatem & potestatem in Ecclesijs S. Victoris de Caux, *& S. Leufredi de* Cruce, *à primis earum habuit fundamentis: quòd earum Abbatibus viam vniuersæ carnis ingressis*, *Abbas*, & *Monachi S. Audoeni, alios de congregatione sua, quos Conuentus prædictarum eligebant Ecclesiarum, in locis eorum subrogabant: &c.* d Ita illi Antistites *Lucio* Pap. scribentes.

d Vide sup. in Episc. cap. 46. Bajocens. cap. 32. §. 6.

9. *Bernardus.*

Anno 1206. Hic S. Victoris in *Caleto* Abbas, Regihaldus Prior *S. Audoeni* Rothomagensis, & Ascius, Prior de *Nojone*, super *Andelam*, judices arbitri selecti, pro compositione inter S. Audoenum, & Præsbyterum de *Piris*. e Itemque cernitur ad ann. 1209. f II.

e Cartularium jam nunc, sup. cart. 13.
f Cartularium Abbatiæ S. Georgij, apud Antiquitates MSS. Norman. pag. 280.
g Ibid.

10. *Rogerius, floruit sub Roberto Rothomag. Archiepiscopo.*

11. *Ioannes, ann. 1236.* g

12. *Vvillelmus.*

Claruit tempore Petri de *Collemedio* Rothomagensi Archiepiscopo.

13. *Ascius, ann. 1258. ex Archiuo capituli Rothomag.*

14. *Bartholomæus, seu verius, Bertinus.*

Ann. 1268. & 1277. Sed magna cum altercatione; quæ sic breuiter refertur. III. Cùm ann. 1269. ipsa S. Victoris Abbatia vacasset per obitum demortui Abbatis, *Nicolaus*, San-Audoenus Abbas, prouidit de ea vnum ex suis monachis, nomine *Gillebertum*, in Abbatem S. Victoris; quo repulsam passo à monachis illius Abbatiæ S. Victoris; statim præfatus, *Nicolaus* Abbas, Abbatiam illam reduxit in pristinum statum Prioratus: juxta causam expressè contentam in authentica scriptura illius Erectionis, atque fundationis, superiùs allatæ, quæ illi authoritatē hujusmodi conferebat in tali casu; ex quo ortum est diutinum jurgium. Qua quidem lite pendente, Archiepiscopus *Rothomagensis*, inibi vacantiam tunc adesse prætendens, propter tempus sic elapsum; quòdque virtute Concilij Lateranensis, prouisio hæc ad se spectaret; de ea prouidit quendam monachum *Gemeticensem*, nomine *Bertinum*: qua de re Abbas San-Audoenus appellauit ad Curiam Romanam: vnde obtinuit, vt litigij processus ageretur coram Cardinali Titul. S. *Marci*, qui suum ad id agendum delegauit Capellanum. At cùm quæstio de reductione prædictæ Abbatiæ in Prioratum, non esset deuoluta ad sedem Apostolicam, per ipsam appellationem; neuter eorum voluit illam pertractare; quocirca coactus est idem *Nicolaus Abbas* San-Audoenus, denuò super vtrumque sibi prouidere, quod totum summus Pontifex remisit ad quendam *Gueroldum* nomine, Ambianensem Archidiaconum, 4. idus Maij, ann. 1269. Porrò jurgium istud longo satis tempore perseuerauit. Reperitur namque, quod ann. 1323. Ioannes XXI. Papa, sententiam confirmauerit cujusdam Cardinalis, non nominati, cui causa commissa fuerat; qui Abbatem S. Victoris condemnauerat ad 60. Florenos, singulis annis persoluendos Abbati San-Audoeno: vnde appellatio interjecta est, quæ ab eodem summo Pontifice, remissa fuit, tribus post annis, discutienda coram Abbate *S. Trinitatis de Monte*, juxta *Rothomagum*, nunc S. *Catharinæ*, Priore S. *Laudi*, & Decano Rothomagensi: vnde partes, compromisso inito, totum processum, in ipsum Decanum refuderunt dirimendum: Quod factum Papa ratificat, dans ei denuò potestatem componendi & terminandi partium omnes lites: & ita jurgium extinctum, atque contestationes omnes consopitæ: Abbatia S. Victoris permanente in sua dignitate, & Abbate S. Audoeni in suo jure (vt antea, ex præscriptione cartæ erectionis atque fundationis ipsius Abbatiæ S. Victoris) confirmato: sicque toto hujusmodi litigationis tempore, pro Abbatibus se gesserunt præfatus.

Gillebertus, Monachus S. Audoeni.

Bertinus

Digitized by Google

Bertinus.

IV. Ab Archiepiſcopo Rothomagenſi inſtitutus, ann. 1269. & 1277. quo obijt, Monachus Gemeticenſis.

Radulfus 2. de Buſc.

Tempore Guillelmi de *Flauacuria*, Archiepiſcopi Rothomagenſ. [h]

Ludouicus, ann. 1315. & 1325. [h]

Guillelmus 2. de Squenes, ſeu, de Queſnes.

Præficitur à Ioanne XXII. Papa, cùm eſſet monachus eiuſdem loci poſt Diuturnum litigium.

Rogerius 2. ex Regeſto capituli Rothomagenſ. ann. 1373.

Barthomaus.

Iacet ante Crucifixum, mortuus die veneris, ante cineres, ex cartulario Prioratus Longævillæ.

Simon à Boſco, poſtea Ceraſij, & Gemeticenſis, Abbas.

Ioannes 2. de Rouuillers.

Michael Clement.

Monachus S. Audoeni, electus confirmatur, ann. 1453. die 19. Octob. [i] Item, cum alio Michaele, *Megarenſi* Epiſcopo, commendatario, ann. 1466. in ſecretario Archiepiſcopatus Rothomagenſ.

Radulphus 3. du Chemin.

Per obitum *Michaelis* prædeceſſoris, electus eſt à monachis S. Victoris, ex licentia D. Vicarij generalis, illuſtriſſimi Guillelmi de *Stoteuilla*, Abbatis S. Audoeni, Archiepiſcopi Rothomagenſis, ann. 1479. [k] Indè confirmatur 5. Februarij, & poſtridie benedicitur, eod. anno, iuratque in verba Eccleſiæ Rothomagenſ. [l]

Thomas Chambon.

Idem iuramentum præſtat, 11. Septemb. ann. 1510. nominatur in ſecretario Archiepiſcopali Rothomagenſ. ann. 1521.

Ludouicus 2. de Peurel, al. de Monſtier-aulier.

Ann. 1543. & 1554.

Iacobus de Guiffart, ceu, Giffart.

V. Commendatarius Abbas, ann. 1557. 1563. & 1568.

Martinus de Sailluyer, ann. 1577. [m]

Nicolaus Guiffart.

Cardinalis vindocini primicerius, ann. 1588.

Franciſcus de Gircaßis.

Ann. 1599. die 25. Maij, interfuit, quando *Carolus Borbonius* Rothomagenſ. Archiepiſcopus, Vrbem ingreſſus eſt. [n] Richardus *L'Allemant*, illi dicat, ann. 1617. die 17. Auguſt. Gallico ſermone, à ſe prœlo cuſum: *Flores Pſalmorum, & ſanctæ affectiones pulchræ animæ*, ſic intitulatum.

Ludouicus 3. Bretel.

Normanus, Decanus Lexouienſis, deindè Rothomagenſis, Regis conſiliarius, in Parlamento Neuſtriæ, ac tandem Archiepiſcopus Aquenſis, mortuus ann. 1645. [o]

h Ibid.

i Ex Regeſto Eccleſ. Rothomagenſ.

k Ex Cartulario Abbat. S. Audoeni Titul. Vanchy-Tymbré.

l Ex Secretario Archiepiſcop. Rothomag. ad ann. 1487. & 1497.

m Ex Secretario Archiepiſcopal. Rothomagenſ.

n Ex Codic. Domini le Preuoſt, Canonici Rothomag.

o Gouſſancourt, in Martyrolog. Equitum Melitenſ. fol. 9[illegible]

ANN. 1050.

S. MARTINVS. DE PONTOESIA, VVLGÒ S. Martin, lez Pontoise.

Quo tempore hæc Abbatia extruitur; & qui fuerint eius Fundatores.

CAPVT I.

I. ISTVD Monasterium haud procul à Pontœsia, oppido nobilissimo adhuc cernitur, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis, [a] de cujus primaria erectione, id tantum habetur; quòd quidam fratres & monachi, illud sibi construxerint. [b] Quibus verò expensis, aut quorum operâ & consilio tale opus sint aggressi, omninò siletur; quapropter ad vetera patriæ monimenta MS. recurrendum arbitramur: quibus discimus *Drogonem*, Pontœsiæ Comitē, illius extitisse fundatorē. [c] Hic autem illustrissimo exortus stemmate, sic recensetur ab *Orderico*, graui Authore. *Præfatum Drogo* (inquit) *vt dicitur, erat de prosapia, Caroli-Magni Regis Francorum: eique sæpè dictus Dux*, (scilicet, Normannorum Robertus I.) *in conjugem dederat, consobrinam suam Gaudienam, sororem Edwardi, Regis Anglorum; ex qua orti sunt Radulphus & Gauterius, Comites, ac venerandus Fulco, præsul Ambianensium, &c.* [d] Quiquidem *Drogo*, postea iter cœpit Hierosolymitanum, simul cum præfato Duce, simulque ea in peregrinatione obiere. [e]

II. Reliquit itaque ex se filios, *Drogo*, nempe *Radulfum* & *Gautierum*; (qui & *Galcherus*, *Galtherus*, & *Galterius* dicitur) Comites, ac *Fulconem*, Ambianensem Episcopum. [f] His addit alium fratrem Claudius *Robertus*, (quem facit hujusce Abbatiæ fundatorem) nomine Almaricum, sed absque alia probatione. „ *Pontisara* inquit) „ vel Pontœsia, siue Briua Isaræ, præter Ecclesiam Collegiatam, S. Mellonis, „ habet Abbatiam S. Martini, Ordinis Benedictini fundatam à Garnerio & Almarico; qui postea, frater fuit Fulconis Episcopi Ambianensis; & Galcheri, Pon„ tisaræ & Meduntæ Comitis. [g] Fuit etiam *Galcherus*, Comes *Calui-Montis*, ac totius Vvilcassini Francici, ab *Æsia* vsque ad *Eptam*, necnon & *Cœnomanensis*.

III. Vnde ad eorum instantiam, Rex Francor. Philippus I. dedit sequens diploma: quo confirmat, quicquid donô huic loco, jam datum esset, vel inposterum dono largiretur illi Ecclesiæ, prius, sub nomine S. Germani, nunc S. Martini: in hunc modum.

a Claudius Robertus in Gallia Christiana: vbi de ea Abbatia. Syrmundus, in notis ad lib. 3. Epistol. Goffridi, Abbatis Vindocinensis pag. 68. ex Literis Gelasij, & Honorij 2. ad Petrum venerabil. Cluniacens. Abbat.
b In vita S. Galterij Abbatis Pontisar. 8. April.
c Antiquitates MS. Norman. pag. 4. Apud D. Bigot, Senatorem Rothomagens.
d Ordericus lib. 7. Histor. Eccles. ad ann. 1087. pag. 655. Item lib. 3. ad ann. 1064. pag. 487. & ann. 1073. lib. 4. pag. 534.
e Idem lib. 3. sup.
f Idem, sup. Claudius Robertus in Episcop. Ambian. Morliera ibid. lib. 2. Quercetanus in Histor. Genealog. Domus Castillion. & Momorent.
g Claudius Robertus in Abbatijs Gall. Denyaldus. cap. 12. Cathedræ Rothomag.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Philippus Dei gratia, Francorum Rex: &c. Elucidare volentes Ecclesiam S. *Germani*, per deprecationem Procerum castri Pontis-Isaræ, *Vvarnerij* scilicet & *Amaurici*, cæterorumque illustrium virorum, quorum beneficijs & eleemosynis in tantum surrexerat, vt parietibus circumdaretur, & paucis monachis Deo seruientibus inhabitaretur: eorum supplicationibus humillimis condescendentes, pro anima patris mei, parentumque memoria meorum; Ecclesiæ supradictæ libertatem hanc tribui, vt quicquid semel dono, vel emptione reciperet, absque inquietudine possideat: & vt hoc firmum permaneat, sigilli mei impressione signaui, meisque fidelibus infra scriptis ad corroborandum attribui. Signum Comitis *Hugonis*. Signum

Digitized by Google

Signum *Vvalerani*. Signum *Balduini*, Dapiferi. Signum *Rainaldi*, Buticularij. Signum *Vvalteri*, Conſtabularij. Signum *Vvidonis* de Monte-lethario. Sign. *Adam* de Inſula. Signum *Thetbaudi* de Monte-Morentiaco. Signum *Lancelini* de Beluaco. Signum *Stephani*, Præpoſiti de Pariſio. Petrus, Cancellarius, relegendo ſubſcripſit. Actum, apud Pontem Iſaræ, anno ab Incarnatione Domini 1069. Regnique Philippi regnantis IX. [h]

IV. Porro, ea S. Martini Abbatia ab exordio ſuæ erectionis circa ann. Chriſti 1050. magnam ſpirauit ſanctitatis odorem; vnde, haud mirandum eſt, ſi multi nobiles, virique illuſtres, ipſam ſuis ingentibus bonis ac prædijs ditauerint; ob quæ nunc vſque multiplicata: reperiatur taxata, in camera Apoſtolica ad 500. Florenos aureos, pro annatis ſoluendis. [i] Incrementum autem non modicum accepit ex pia munificentia Comitiſſæ, N. *Vvalerani*, 1. Mellenti Comitis relictæ; cujus expenſis Eccleſiæ nauis, ac Turris constructa eſt; [k] illicque intra hanc ſacram ædem, tumulata, quieſcit, condigno honore adornata. [l] Eodem in loco, ſepulturam nacta eſt, B. *Hildeburges*, relicta Roberti ab *Ibreio*, Equitis nobiliſſimi: quæ vita ſanctiſſimè perfuncta haud paucis claruit miraculis. [m] Alia eſt ab illa illuſtri Heroina, etiam *Hildeburge*; quæ Guillelmo, cognomento *Talauatio*, nupta, & Deo admodum dilecta, dùm quodam mane Eccleſiam adiret ad orationem, à duobus paraſitis, juſſu perfidi mariti, eſt ſtrangulata. [n]

V. At coronidem compleuit totius virtutis ac perfectionis S. *Galtherius*, primarius hujuſce cœnobij Abbas: vti conſtat ex eius vita, per quendam Anonymum conſcripta; (cujus author videtur fuiſſe diſcipulus ipſius: nam ſæpè loquitur, tanquam preſens fuerit cum alijs monachis) quam quidem damus integram, ad 8. Aprilis, quo ad cœlos euolauit. [o] Verùm, cùm circa illud tempus (vt frequentius) Eccleſia Catholica Chriſti Saluatoris, eius amantiſſimi ſponſi, vacet paſſioni deflendæ, Diuinis officijs piè occupata; feſtum ipſius S. Galtheri protelatum eſt vſque ad 30. Maij. [p] De quo Martyrologium Benedictinum, ijs verbis. *Pontiſaræ S. Gualteri Abbatis magnæ ſanctitatis viri.* Idemque Martyrologium Gallicanum. *Ipſo die apud Pontœſiam, in Pariſiorum & Normanorum confinijs, Depoſitio S. Gualteri, Abbatis & Confeſſoris.* Quæque probati Authores confirmant. [q]

VI. Non me latet, quoſdam de ipſo S. *Gualtero*, egiſſe, ad 3. Maij, [r] ſed perperam; cùm ille *S. Galterus*, de quo 3. Maij, filius extiterit, *Dauidis*, Regis Scotiæ, ſepultus in cœnobio *Melroſenſi*, florueritque ad ann. 1150. nihilque ſpectet ad Pontœſiam, vti ſcitè ab alijs obſeruatum eſt. [ſ] Quapropter minimè dubium eſt, quin hi duo ſancti viri, omninò diuerſi fuerint, non ſolùm patria, ſoloque natiuo; ſed & ſæculo, incolatu, conditione, vita, morte, atque loco obitus & ſepulturæ, necnon die feſtiuo; pari menda laborat *Henriquez*, in Menologio Ciſtertienſi, ad 2. Maij volens illum eiuſdem ordinis fuiſſe alumnum, floruiſſe autem ann. 1020. cùm conſtet Benedictinum extitiſſe, atque in cœlum migraſſe ann. 1095. quod eruditus *Denyaldus*, cap. 13. Cathedræ Rothomagenſis, rectè annotauit, in Auictario ejuſd.

h Ex Cartulario Abbatiæ S. Martini Pontœſiæ.
Quercetanus lib. 2. Hiſtor. Genealogic. Domus Monmorẽcij cap. 4. pag. 76. Item, in probation, pag. 25.
Louuetus lib. 2. Antiquitat. Belnacenſ. cap. 18. §. 14. & 15.
San-Martani. Tom. 2 Hiſtor. Genealogic. domus Franc pag. 953.
i Claudius Robertus ſup. in Archiepiſcopis Rothomagenſ.
k Louuetus §. 14. ſup.
l Ibid. §. 16.
m Ibid.
n Vide Neuſtriam ſanctam, ad 10. April. & 8. Iulij.
o Ibid. 8. April.
p Ibid. 30. Maij.
q Ibid.
r Molanus in Additionibus ad Vſuard. 3. Maij. Ferrarius in Catalogo Sanctor. eod. die & in Topographia noua ad Roman. Martyrolog. verb. Pons-Iſaræ.
ſ Menardus. lib. 1. & 2. Obſeruation. ad Martyrolog. Benedictin. Camerarius. De SS. Scotiæ.

Series Abbatum huius inſignis cœnobij recenſetur.

CAPVT II.

I. Conueniunt omnes, primarium Abbatem extitiſſe qui vocatur,

1. S. Galterius.

Natione Picardus, in finibus Ambianenſium natus, Vimacenſi vico; monachus Benedictinus in monaſterio Resbacenſi, ex quo aſſumptus eſt, vt quibuſdam monachis juxta *Pontœſiam* Abbas præficeretur: quos ſanctiſſimè rexit, & optimis moribus imbuit, necnon ſanctitatis radijs toti Galliæ ac Neuſtriæ illuxit, ſed & tanto fidei ardore, talique religionis affectu, ſedi Apoſtolicæ, Romanoque Pontifici cohærebat; vt meritò inter illos viros illuſtres, ſanctitate conſpicuos repoſitus ſit; qui tempore D. *Gregorij* VII.

a Menardus ſup. lib. 1. ad 25. Maij, vbi de B. Gregor. VII. Pap.

Pap. floruerint, quinque à partibus eius ſteterint: inſignem illius ſummi Pontificis Innocentiam, & virtutem atteſtantes. a

Propterea, & eadem ſedes Apoſtolica, curam illius particularem in ſe reſpectiuè I.
aſſumpſit. Nam inter eas Abbatias, quæ cum ſuis Abbatibus ordinationi *Cluniacenſis* Monaſterij, datæ ſunt, hæc ipſa ſignanter recenſetur à *Clemente* III. Pap. in ſua Bulla ann. 1187. ad *Hugonem*, Abbatem 16. Cluniacenſem: hiſce verbis. *In Rothomagenſi, Abbatia apud Pontiſaram, &c. ſine Cluniacenſi conſilio, Abbas nullatenùs eligatur.* b Imò & Vvaltherus, Rothomagenſis Metropolitanus, eam tanti æſtimauit: vt de ea ſollicitus extiterit, ac exquiſierit, pro ſui conſolatione, juxta Roberti de Monte Abbatis relationem. *Præfatus Archiepiſcopus* (inquit) *tranſtulit magiſtrum Guillelmum Hubaudum, qui erat Abbas Greſtani, & monachus Becci, ad Abbatiam S. Martini Pontiſaræ; quamuis Abbatia Greſten tripliciter eſſet ditior, quàm illa: ſed propter affinitatem, ſeu familiaritatem, quam habebat erga illam, & quia erant compatriotæ, voluit ipſum habere juxta ſe.* c

b Extat in Bibliotheca Cluniacenſi, pag. 1463.

c In Additionibus ad Sigebertum ann. 1185.

Migrauit autem ad cœlum *S. Galterius*, die 8. April. ann. 1095. vti in eius geſtis
legitur: verùm circa illud tempus aſſignatum, non paruum exoritur diſſidium, nam III.
cùm animam Deo reddiderit ſexto idus Aprilis, feria ſexta Paraſceues, indictione tertia: quomodo hæc cohærere queant cum ann. 1095. haud video: maximè cùm eo anno Paſcha eſſet 25. Martij. d Dicendumque foret. *Decimo Calendas April.* loco, *ſexto idus April.* ex errore librarij.

d Claudius Robertus, in Tabula annor. Chriſti, indictionum & Paſchatum.

2. Theobaldus, ann. 1114. Auguſti 8. IV.

3. Guillelmus, ann. 1128. obituarium ad 23. Ianuarij 1. Nouemb.

4. Gaufridus, ann. 1140. defunctus 1. Nouemb.

5. Galterius 2. ann. 1149. moritur 3. Nouemb.

6. Guillelmus 2. ann. 1156. obiit 6. Maii.

7. Hilderius, ann. 1168. mortuus 28. Martii.

8. Leſcelinus ann. 1176. obiit 8. Ianuarii. e

9. Guillelmus 3. Hubaudus.

e Ex Abbatia S. Martini Pontiſar.

Qui ann. 1185. ad inſtantiam Vvalteri, Rothomagenſis Archiepiſcopi: tranſlatus eſt ex Cœnobiarchia *Greſtenenſi*, ad hanc Abbatiam: vti nuper paulò ſuperiùs conſpeximus. f

f §. 2. Ex Roberto de Monte.
g Ex tad. Abbatia S. Martini Pontiſ.

10. *Galterius 3. ann. 1187. defunctus 24. Iulii.* g

11. *Herlerius.*

Pro cuius electione diſceptatum fuit inter præfatum Archiepiſcopum, & mo- V.
nachos: quod tandem diſſidium ſic conſopitum eſt.

Littera Conuentus S. Martini Pontiſarenſis, quòd non præiudicet Domino Archiepiſcopo, ſi eodem abſente, elegerint quendam in Abbatem.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, totus Conuentus Beati Martini de Pontiſara, ſalutem in Domino. Noueritis, quòd Monaſterio noſtro, Abbate carente, cùm omnibus pariter & vnanimiter conſenſiſſemus in D. *Herleuum*, vt ipſum nobis Abbatem præficeremus: venerabilis pater noſter, Vvaltherus, Rothomagenſis Archiepiſcopus ad petitionem Domini noſtri Philippi, illuſtris Francorum Regis, in eumdem *Herleuum* conſenſit, & electionem noſtram, quam contra jus ſuum, & Eccleſiæ ſuæ, factum eſſe dicebat, ſaluo iure ſuo, & Eccleſiæ ſuæ, & noſtræ, in poſterum, confirmauit: ita quòd nos omnes conceſſimus & promiſimus ei, quòd quicquid in electione, aut iſta confirmatione actum eſt, nullum eidem Domino Archiepiſcopo, ſiue Eccleſiæ ſuæ, aut ſucceſſoribus ſuis, preiudicium generabit. Huiuſmodi autem ſic electum, Octauianus, Cardinalis

halis Legatus, missus in Galliam, jussit benedici, à *Mauritio*, Parisiensi Episcopo, anno sequenti, 1192. h de quo *Houedenus*, in Annalib. Anglic. Mauritius tamen, vti modestissimus, nolens, nec inobedire Legato Apostolico, nec ob mandatum Legati, præiudicium facere Rothomagensi Archiepiscopo, has ad eum destinauit litteras, reuerentiæ plenas, & tanti Præsulis humilitate refertas. h Dinialdus cap. 32. 33. & 34.

Venerabili patri & Domino, Vv. Dei gratia, Rothomagensi Archiepiscopo M. Ecclesiæ Parisiensis minister humilis, salutem, & deuoti obsequij plenitudinem.

Ne nostræ possit in posterum imputari præsumptioni, quòd Abbati S. Martini de Pontisara, manum benedictionis apposuimus, charitati vestræ testimonium veritatis exhibemus: nos ad benedictionem Abbatis illius, non nostra voluntate ingessisse; sed, de authoritate & præcepto Domini Octauiani, Hostiensis Episcopi, tunc Legati, benedictionem illam, sicut oportebat, fecisse. Huic autem rei testimonium perhibere duximus: ne in præjudicium Ecclesiæ Rothomagensis, aliquid fecisse videamur: &c. i Eiusdem Archiepiscopi authoritate, hæc Abbatia subijcitur Monasterio S. Dionysij in Francia, ann. 1196. ac de illo meminere Rogerius Houedenus & Neubrigensis, lib. 3. cap. 8. i Ibid.

12. Petrus, ann. 1200. obijt, 17. Ianuar.

13. Stephanus, ann. 1200. [k] k Abbatia Pontis[illegible] sa.

VI. Pro cujus electione iterum recruduit jurgium, iteramque in hunc modum Conciliatum. *Omnibus* Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, Prior, & Conuentus S. Martini Pontisaræ, Salutem in Domino. Cùm inter venerabilem patrem nostrum, D. Vvalterum, Rothomagensem Archiepiscopum, & nos controuersia verteretur: Domino Archiepiscopo asserente, se, vel aliquem nomine suo, debere electioni Abbatis nostri interesse: nobis è contrario asserentibus, nos, eo non præsente, vel nuntio ipsius, eligere posse. Tandem, Dominus noster, Archiepiscopus prædictus, ad preces Domini Octauiani, Hostiensis, & velitrensis Episcopi, Apostolicæ sedis Legati, & Domini Regis Francor. querelam istam, ad præsens, distulit: & *Stephanum*, quem elegeramus, saluo jure suo, & nostro, in posterum confirmauit, & benedictionem manuum apposuit. Datum Anno Incarnationis Dominicæ 1201. quarto Calend. Augusti. Apud Vaux. [l] Memoratur Abbas S. Martini Pontœsia, ad ann. 1214. in Cartulario Abbatiæ Crucis S. Leufredi, fol. 19. & 20. obijt, 1224. 15. Septemb. l Dingaldus supr.

14. Nicolaus, ann. 1236. obijt, 6. Maij.

15. Stephanus 2. ann. 1252. moritur, 28. Octob.

16. Nicolaus 2. ann. 1265. obijt, 5. Martij.

17. Leufredus, ann. 1288. obijt, 9. Decemb.

18. Theobaldus 2. ann. 1299. obijt, 24. Iulij.

19. Ioannes de Villers, ann. 1310.

VII. Iurat in verba Ecclesiæ Rothomagens. [m] Tum ann. 1312. moritur, 12. Februarij. m Idem cap. 27. sup.

20. Stephanus 3. Collon, ann. 1325. obijt, 21. Septemb.

21. Ioannes 2. de Bricourt, ann. 1336. obijt, 2. Octob.

22. Mathæus à Corbeia, ann. 1349. obijt 23. Ianuar.

23. Ioannes 3. de Nonauilla, ann. 1367. obiit 4. April.
24. Iacobus du Monstier, ann. 1391. obiit, 29. Septemb.
25. Hugo de Cergy, ann. 1415. obiit, 18. Decemb.
26. Guillelmus 4. de l'Isle, ann. 1438. obiit, 16. April.

27. Petrus 2. de Villers.

Ann. 1452. obijt, 2. Maij, nominatur autem in Regesto Archiepiscopal. Rothomagens. ann. 1451.

28. Ioannes 4. Cheron, ann. 1470. obijt, 4. Augusti.

29. Guillelmus le Groing.

Collatum est Monasterium S. Martini, vacans per obitum Ioannis *Caronis*; ipsi Guillelmo le *Groing*; postquam sunt electiones factæ de personis ipsius le *Groing*, & *Petri du Monstier*: ann. 1470. Nouemb. 5.

30. Petrus 3. Du Monstier.

a *Denyaldus, sup.* Iurat in verba Ecclesiæ Rothomagens. ann. 1475. die 4. Martij: a postea moritur, ann. 1496. die 16. Augusti.

31. Petrus 4. Coquerel.

Ann. 1496. die 25. Iunij: jurat in verba Ecclesiæ Rothomagens. tumque cessit in fauorem sequentis, ann. 1499.

32. Petrus 5. Dougue, ann. 1511. obiit, 3. Februar.

33. Tussanus, le Cousturier.

Gisortianus, Monachus San-Dionysianus, obijt, ann. 1523. die 6. Martij.

34. Ioannes 5. Harenc, ann. 1535. obiit 4. Iunii.

35. Iacobus 2. d'Escoubleau.

Ann. 1542. cessit in fauorem sequentis, factus Episcopus Magalonensis.

36. Ioannes-Antonius, Gros, de Grossis.

Primus Abbas Commendatarius, obijt, ann. 1559. die 3. Ianuarij.

37. Carolus, Cardinalis de Ramboüillet, ann. 1570.
38. Renatus de la Pepiniere, ann. 1574.
39. Sebastianus de l'Aubespine, ann. 1578.
40. Petrus 6. Cardinalis de Gondy: cessit sequenti, ann. 1612.
41. Franciscus de Gondy, postea Archiepiscopus 1. Parisiens.
42. Franciscus 2. Cardinalis à Ioyeusa.

Obijt, Anno Christi 1615. die 23. August. Archiepiscopus Rothomagens.

43. Henricus à Lotharingia: sed renuntiauit, ann. 1642.
44. Leonorius d'Estampes, de Valancay, Archiepiscop. Rhemens.
45. Ioannes Franciscus de Gondy, obijt, ann. 1654.

46. Galterius Mylord, Montagu.

Anglus, Capellam S. *Galterij*, primi Abbatis, inibi magnificè erexit; cujus corpus Theca argentea ditissima contexit; cujus ob Translationem, die 3. Maij, expletam ann. 1658. populus die sequenti, deuotè accurrens: indeque solemnissima ac

Digitized by Google

ac publica habita est, diequinto processio, cum delatione hujusce sancti Reliquiarum sacrum: cui piè intersuerunt omnes Religiosi, cum clero, & populi copiosa multitudine, sicque hæc solemnitas, quæ quibusdam annis cesserat, amplissimè renouata est.

Beneficia ad hanc Abbatiam pertinentia ac præcipui Benefactores illius, referuntur.

CAPVT III.

In Decanatu Mellenti, *Diœcesis Rothomagensis.*

I. CVRA de *Allege*. Cura de *Bosco* l'Allery. Cura *Geni-curiæ*. Cura de *Grisio*. Cura *Mali manerij*. Cura de *Puiseux*. Cura de *Vaumondois*. Capella S. *Apolloniæ* de Hasé. a

a Louuet Tom. 1. Antiquit. Beluacēs. cap. 2. §. 20.

In Decanatu Calui-Montis, *Diœces. Rothomagens.*

Cura d'*Aronville*. Cura de *Bellay*. Cura de *Berville*. Cura de *Bourris*. Cura de *Marquemont*. Capella S. *Laurentij* de Maineruille. b

b Ibid. §. 26.

In Decanatu de Magniaco, *Diœces. Rothomagens.*

Cura *Amenecuriæ*. Cura de *Bautein*. Cura de *Cleri*. Cura de *Mandestour*. Cura de *Monceaux*. c

c Ibid. §. 27.

In Archiepiscopatu Parisiensi, Decanatu de Monte-morentiaco.

Cura de S. *Lupo*. Cura de *Turno*, de Tournés. Cura de *Plessyaco*, juxta Taberniacum, *Plessys*, prés *Taberny*. d Ad Priorem vero spectat, Cura de *Villaribus-Adæ*, cum eius succursu de *Meriello*. e Item Cura de *Ronquerolès*. f Cura de *Bella* Ecclesia, & Nogent l'Isle-Adam: g In Decanatu Belli-Montis, Diœces. Beluacens. Item in Decanatu de Monchiaco, ejusdem Diœces. Capella de *Cavillons*. Prioratus de *Ronquerolès*. h

d Pulliacum magnum Franc. in Parisiens. Archiepiscopatum, part. 2. pag. 31. & 34

e Ibid. pag. 33.

f Ibid. pag. 179.

g Louuetus sup. Tom. 1. cap. 6.

h Ibid. & magnum Pulliacum Francia pag. 184. & 185.

II. Nunc sermo deflectitur ad præcipuos benefactores, hujusce insignis ædis, à tempore B. *Galterij*, primarij Abbatis: primus occurrit Godefridus à *Monte-morencio*, Eques illustris, cognomento *Dives*, circa, ann. Christi 1080. cujus carta sequitur.

Notum sit omnibus, tam præsentibus, quàm futuris, Dominum *Godefridum*, eiusque vxorem, atque eorum decentem prolem, Ecclesiam villæ, quæ *Turris*, dicitur, & quicquid ad eam pertinet, Domino, ac Beatissimæ eius genitrici, Beatoque *Germano*, atque S. *Preiecto*, omnibusque sanctis dimisisse: &c. Eo pacto, quatinus Abbas præsens *Galterius* primus, eandem Ecclesiam in disponendis monachis, & eiusdem Ecclesiæ substantijs, pro vt sibi melius videbitur, secundum animæ suæ salutem, & omnium, qui eam dimiserint, tractet. i

i Querceranus lib. 11. Histor. Genealogiæ Domus Montismorentiac part. 2. cap. 1. pag. 675. & in probation. pag. 485.

III. Alter dicitur, *Burchardus*, 4. Dominus Montismorentij, &c. alia contulit eidem Abbatiæ, circa ann. 1110. in hunc modum.

Notum sit tam præsentibus, quàm futuris fidelibus. Quoniam Dominus *Buccardus de Monte-morentiaco*, dedit Deo, & SS. Confessoribus, *Martino*, atque *Germano*, Pontif. & Abbati, & Monachis, in eleemosyna, pro animæ suæ, vxorisque suæ, filiorum, filiarumque suarum, & Antecessorum omnium suorum remedio, triginta solidos de redditu, quem habet in via à *Pontisara*, ad S. *Dionysium* Areopagytam, &c. Hoc donum prius fecit D. *Bucardus*, in capitulo S. *Martini* Pontisar. audientibus his, Anselmo de *Groeleio*, Adam de *Vindociolo*, & priuigno eius, *Vvidone* de *Rupe*. Postea autem domnus Abbas *Teobaldus* iuit apud Montem-morenciacum, & conuocauit *D. Bucardus* milites ipsius castelli, & homines suos, in domo Hugonis de *Lusarchis*, & coram ipsis recognouit donum, quod prius dederat, sicut dictum est, in capitulo S. Martini Pontisar. & filium suum *Matheum* concedere fecit. Audientibus & videntibus his testibus, Richardo, filio *Theoderici*, Vvaleranno filio

Digitized by Google

k Idem lib. 2. cap 6. pag. 84. Item in probationib. pag. 37. & eod. Cartulario.

Hugonis de *Mellento*; Richardo de *Villa Tineasa*, Herueo de *Duagilo*. k

Item, Ego *Girbertus*, Dei gratia, Parisiensis Episcopus, &c. Assensu D. *Stephani*, Archidiaconi, Ecclesiam & altare B. Mariæ de *Moncellis*, Monasterio B. Martini de Pontisara, concessi, annuente *Burcardo* de *Montemorenciaco*, qui eam de Episcopali feodo possidebat, &c. Actum publicè Parisiùs, in capitulo B. Mariæ, Anno Incarnationis Dominicæ, 1122. l

Monceaux.

l Idem in probationib. ibid.

m Ibid.

Sequitur *Theobaldus* I. de Monte-morenciaco, dictus *Paganus*, dominus *Nealphi*, ex parte vxoris suæ, filius præfati Godefridi cognomento, *Diuitis*, viuebat ann. 1097. & 1127. de quo, & filijs eius, hæc carta. m *Omnibus* fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris, notum sit: Quòd *Hugo*, filius *Pagani*, de *Neaphlo*, quando defunctus fuit, delatum est corpus eius ad Ecclesiam S. Martini Pontis. ad sepeliendum, die verò Annuntiationis B. Mariæ, qua sepultus est, adfuerunt ad exequias eius, vxor ipsius, nomine *Mathildis*, & frater defuncti, nomine *Theobaldus*, atque soror ipsius, nomine *Richudis*, & multi alij. Antequam autem sepeliretur, vxor eius *Mathildis*, concedente *Theobaldo* suprascripto, & sorore eius *Richilde*, dedit in eleemosynam Ecclesiæ S. Martini, & monachis ibi Deo seruientibus decimam molituræ molendinorum suorum, qui sunt apud *Gisortium*, & decimam Molendinorum de *Besu*, pro anima defuncti, &c. Hujus rei testes affuerunt Hugo, vice-comes de *Caluomonte*: Hugo de *Marinis*, & filius eius *Theobaudus*, Richardus de *Banterluto*, filius Gerardi de *Charz*, Drogo de *Confluentio*, & Gautorius, frater eius, Alelmus de *Valle*, & Drogo frater eius. *Notitiæ* fidelium, tam præsentium, quàm & futurorum, operæ prætium esse credentes, tradere disposuimus; quoniam *Theobaudus Pagani* de *Gisorz*, & nobilis matronæ *Mathildis* filius, Domnum *Theobaldum* Ponteliensem Abbatem precatus est, quatenùs eleemosynas, quas dederant Ecclesiæ S. Martini Pontisariens. Antecessores sui, in carta scribere faceret. Cujus petitioni Domnus Abbas, libenter acquieuit. Hæc ergo sunt, quæ Auus eius *Godefridus Diues*, & vxor eius *Richildis*, concessione filiorum, filiarumque suarum in eleemosynam dederunt: Ecclesia de villa, quæ *Turnus*, dicitur, & decima ejusdem villæ, tam vini, quàm annonæ, &c. IV.

Tourny.

Vniuersorum tam præsentium, quàm futurorum tradimus notitiæ: Quoniam *Margareta*, vxor Vvillelmi, *Aculei*, de *Treia*, graui vrgente necessitate, ad extrema perducta, consilio fratris sui *Theobaudi* de *Gisortio*, dedit Deo, & S. Martino de *Pontisara*, monachisque cœnobij eiusdem, pro anima viri sui *Vvillelmi*, & pro animabus omnium Antecessorum suorum, jure perpetuo, in furno suo de *Pontisara*, viginti solidos ad coquinam fratrum, præsente ibi domno *Vvillelmo*, cœnobij præfati Abbate, quem ad hoc ipsum mandauerat, & vt se diligenter orationibus eius commendaret. Quæ postquam defuncta est, ad Ecclesiam S. *Martini*, sicut viuens decreuerat, delata, ibique ab Abbate, & toto Conuentu, honorificè sepulta est. Ad cujus exequias adfuerunt frater eius *Theobaldus*, & quatuor filiæ suæ. *Oda* scilicet & *Ydonea*, & *Adalaidis*, & *Mathildis*: sed *Ingelrannus* filius suus non affuit: prohibuit enim *Theobaudus*, Auunculus suus, eum ibi venire, ne de matris suæ decessu, indiscretè dolens, abundantiore tristitia granaretur. Completo igitur ex more officio, processerunt ad altare S. *Martini*, *Theobaldus*, frater defunctæ, & quatuor eius filiæ, donum, quod ipsa viuens fecerat, præsentibus Abbate & monachis, necnon & multis alijs, tam clericis, quàm laicis, super altare posuerunt. Denique, non post multum tempus, *Theobaldus de Gisorcio*, adduxit Ingelrannum, nepotem suum ad *Pontisaram*, & fecit eum concedere donum matris suæ: Testes *Theobaldus* de *Gisortio*, Gaubertus de *Fay*, Villelmus de Argentogilo, &c. *Vvillelmus*, Abbas Pontisar. & Dominus *Theobaudus* de *Ronqueroles*, & Domina *Mathildis*, vxor Hugonis de Gisortio, fratris Domini *Theobaudi de Gisortio*, &c. n Item, Theobaldus de *Gisortio*, illud donum, quod fecerat Monachis S. *Martini de Pontisara*, de Ecclesia de *Charz*; & Ecclesiam ipsam, cum pertinentijs suis, propriè ac specialiter, præsentationem sacerdotis eiusdem Ecclesiæ, dedit & concessit, S. Dionysio, &c. *Retrodus*, Archiepiscopus Rothomagens. confirmauit, ann. 1176. Testes Yuo de *Veteri Ponte*, Robertus de *Nouoburgo*. o

n Idem Quercetanus sup. lib. 11 cap. 2. & 3. pag. 678. 679. 680. Item. In probation. pag. 414. ex eodem Cartulario.

o Idem in probatione pag. 415. ex eodem S. Dionysij Abbat.

Præterea, ex eadem familia, sequitur alia donatio, per istam cartam, *Richardus*, filius *Theoderici de Monte Morenciaco*, dedit Ecclesiam *S. Mariæ* de *Moncellis*, in eleemosynam SS. Confessorum *Martini* & *Germani* de Pontisara, videlicet ob salutem V.

animæ

animæ suæ, Antecessorum suorum, qui diu iniustè tenuerant ipsam Ecclesiam, dedit autem isdem *Richardus*, quicquid habebat in memorata Ecclesia, id est, potestatem ponendi in Ecclesia Presbyterum, & iustitiandi eum, sicut ipse solebat: concedente *Fulcardo*, fratre suo, &c. Paganus de *Nealfo*, miles, socer dicti Richardi.

Fulcardus, frater *Richardi*, filij, *Theodorici de Monte-Morentiaco*, decidens in infirmitatem, de qua & mortuus est, fecit ad se venire domnum, *Theobaldum*, Abbatem Monasterii S. Martini Pontisarensis, causa consulendi animæ suæ: & præsente Domino *Gaufredo*, Rothomagensi Archiepiscopo, dedit Ecclesiæ S. Martini Pontisarensis in eleemosynam Ecclesiam S. Lupi, quæ est iuxta *Taberniacum*, & quicquid decimæ, & oblationum, ad eamdem Ecclesiam pertinebat, &c. Postea, iuit Domnus *Theobaldus* Abbas, ad *Banterlu*, adhuc superstite memorato *Fulcardo*, vt exoraret *Richardum*, fratrem *Gilbardi*, pro concedenda eleemosyna, ex eius enim feodo erat. Qui libenter concessit, exoremque suam *Mathildem*, duosque filios suos, *Richardum*, atque *Guillelmum*, adhuc infantulum, duasque filias suas *Matildem* & *Agnetem*, concedere fecit; inde testes, Yuo Decanus, Odo de *Benterlu*, Radulfus de *Cleriaco*, *Bartholomæus* de *Monte-Morenciaco*, Paganus, nepos Hugonis de *Argentoilo*, *Balduinus* & *Albericus*, armigeri *Richardi*: Fulcherius, dapifer *Richardi*, *Stephanus* miles, nepos *Odonis*. Huic concessioni non intrefuit Theodoricus, maior filius *Richardi*, sed in die Parasceue rediēs de S. Dionysio, ad S. Martinum, post adoratā crucem, iubente patre suo, idem Theodoricus in conspectu Domini *Theobaldi* Abbatis, fecit & posuit donum super altare eiusdem sancti, omnium eleemosynarum, quas dederat pater eius, ac patruus *Fulchardus*, videlicet Ecclesiæ S. Mariæ de *Moncellis*, & Ecclesiæ S. *Lupi* de *Taberniaco*, &c. Huius rei testes sunt, Bartholomæus de *Monte-Morenciaco*, Gauterius filius Odonis de *Benterlu*, Gauterius de *Groileto*, Gauterius de *Curcellis*, Balduinus de *Gonessa*, armiger Richardi, Gauterius filius *Vuidonis de Insula*. p

Taverni.

p Ibid. lib. 11. cap. 5. & in probation. pag. 418. ex Cartular. Pontisar. Abbat.

VI. *Mathæus* 1. filius *Burchardi* 4. Domini de Monte-Morencio, confirmat eidem Abbatiæ Pontœsiæ, quæ pater eius dederat in trauerso de *Francaruilla* sub ann. 1142.

q Eadem rursus confirmat Mathæus 2. filius Buchardi 5. de Monte-Morenciaco: cuius carta sequitur. *Ego* Mathæus de *Monte-Morenciaco*, notum facio præsentibus & futuris: quod monachi *S.* Martini Pontisarensis ad me venientes, humillimè implorarunt, vt eleemosynam 30. solidorum, quam de trauerso *Francoruillæ*, singulis annis, piæ memoriæ *Burchardus*, Auus patris mei constituerat eorū Ecclesiæ, confirmarem, &c. *Actum ann. gratiæ* 1194. r Alia carta eiusdem. *Ego* Mathæus, Dominus *Montis-Morenciaci*. Notum facio vniuersis præsentem paginam inspecturis: quòd ego pro anima patris & matris meæ, & Antecessorum meorum, & mea, assensu *Gertrudis*, vxoris meæ, & *Burchardi*, primogeniti filij, concessi in perpetuam eleemosynam, Prioratibus, S. Martini Pontisarens. qui sunt apud *Turnum*, & apud *Taurnyacum*, 20. arpentos nemoris, sitos in valle de *Lorcis*, vnicuique Prioratui decem liberè & pacificè in æternum possidendos, &c. *Actum ann.* 1215. *mense Aprili*.

s De Mathæo 3. Domino de *Monte-Morenciaco*, extat littera confirmatiua. Litteræ Mathæi Domini de *Monte-Morenciaco*, & Dominæ *Ioannæ* vxoris eius, quibus confirmauerunt res à prædecessoribus suis Ecclesiæ *S. Martini* de Pontisara concessas, ann. 1250. t Senatus Regius Paris. pronuntiauit pro Abbate & Religiosis *S.* Martini de Pontœsia contra *Antonium le Febure*, Religiosum S. Dionysij in Francia, pro Prioratu S. Albini de Chabliano, ann. 1513. die 20. Iulij. u

q Ibid. lib. 2. cap. 7. in probation. pag. 45. ex Cartul. S. Martini à Campis Paris.

r Idem lib. 3. cap. 1. in probation. pag. 71.

s Ibid. pag. 81.

Pag. 110. t Ibid. cap. 3. ex Cartular. eod.

u Rebuffus. Notation. In concordat. Franc. Rubric. de Mandat. Apostol. pag. 502.

Digitized by Google

Circa Ann. 1050.

TROARNENSIS ABBATIA, GALLICÈ Troarn.

Rogerius, Comes Mongommerius, huius Abbatiæ Fundator; Durandus ejusdem Monasterij primus Abbas.

CAPVT I.

SIta est hæc Abbatia ordinis S. Benedicti, Diœcesis Bajocensis, ad I.
Ornam fluuium, tribus leucis à Cadomo, nobilissimo totius Neustriæ inferioris Emporio; fundatur autem circa ann. 1050. ab Illustrissimo viro Rogerio, Vice-comite Oximensi & Montis-Gomerici Comite, in honorem S. Martini Episc. qui eodē tempore, Sagiens. Monasterij etiam extitit fūdator cōspicuus, a qua de re Ordericū, rem ab ouo, protendentem sic audiamus. „ *Meritis* itaque S. Patris „ Ebrulfi, Vticensi Ecclesia surgente, & per studium, laboremque Geroianorum, „ ad honorem Dei, vndique crescente; Rogerius de Monte-Gomeri; Oximensis „ Vice-comes, contribulibus suis cœpit inuidere, quòd eò plus feruerent in Dei „ amore: & omninò diffiniuit intra se, quòd pro salute animæ suæ, faceret opus „ consimile. Vndè asciuit Gislebertum, Castellionis Abbatem, cum monachis „ suis, qui monachilem, apud Nuceretum, ordinem tenere inchoauerunt: sed mu- „ tato consilio Hugonis & Roberti (sicut supra retulimus) eorum velle sequi no- „ luerant; imò pro immutatione constructionis, eos leuitatis arguentes reliquerunt. „ Quos præfatus Rogerius accersiuit, eisque, ad ædificandam Abbatiam „ Troarnum tradidit: & indè duodecim Canonicos, quos Rogerius Pater (*al. Patruus*) „ suus ibidem constituerat, ejecit. Expulsis autem clericis, (quia gulæ & li- „ bidini, alijsque carnis voluptatibus deseruierant, & sæcularibus emolumentis) „ collocauit ibidem monachos, regularibus imbutos disciplinis. Porro monachi, „ jussu patris Gisleberti, strictam Religionis viam in Ecclesia S. Martini arripue- „ runt, & sequacibus suis seruandam vsque ad mortem commiserunt: quam suc- „ cessores eorum sub eruditis patribus Gerberto, Durando, & Arnulfo, vsque ho- „ diè laudabiliter tenere satagerunt: &c.[b]

Igitur hoc cœnobium habuit initium, à præfato Castellionis Abbate Gisleberto, II.
seu Gerberto, & monachis eius: qui autem postea præfuerint, dinumerandi sunt.

a Robertus à Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 43. Gemeticensis lib. 7. de gestis Normanor. cap. 22. Canalis lib. 2. de Re Gallica. Perioche 4. Item. Tom. 5. Hierarch. Eccles. Neustriæ. Gallia Christiana. In Episcopis Bajocens. & in Abbat. Marinus Prouuerre, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 21. De Bras. cap. 10. Antiq. Cadomens. Antiquitates MSS. Norman. pag. 2. & 210. Apud D. Bigot Rothomagi. Picardus. In Annotationibus ad Epistol. 141 lib. 3. S. Anselmi.

b Ordericus lib. 3. Histor. Eccles. ad ann. 1050. Bryus lib. 2. Histor. Comitat. Perticens. & Alenconiens. cap. 14.

B. Durandus, primus Abbas.

Ita scribit præsul Arboretanus; quem vult fuisse monachum Fiscannensem: c videlicet, ann. 1059. iuxta chronicon Gofferni, *Hoc anno* (inquit) *Accepit Abbas Durandus*, Abbatiam Troarni: d quem miris, sed veris, effert laudibus Ordericus his verbis. „ *Gerbertus*, Fontinellensis, & Ainardus Diuensis, & Durandus Troarnensis: „ quasi tres stellæ, radiantes in firmamento cœli, sic isti tres Archimandritæ, mul- „ tis modis rutilabant in arce Adonai, Religione & charitate, multiplicique pe- „ ritia pollebant, studioque Diuinæ laudationis, in templo Dei iugiter inhiabant. „ Inter præcipuos cantores, scientia musicæ artis, ad modulandum suauiter, potiti „ sunt; & dulcisonos cantus Antiphonarum atque Responsoriorum, ediderunt: de „ summo Rege quem laudant, Cherubin & Seraphim, & omnis militia cœlorum; „ de intacta

c Rovalis. Tom. 5. sup. ex Orderico lib. 8. ad ann. 1088. & Roberto de Monte.

d Ordericus sup. lib. 4. ad ann. 1072.

Digitized by Google

„ de intacta Virgine Maria, quæ nobis perperit saluatorem sæculorum: de Angelis, „ & Apostolis, & Martyribus: de Confessoribus ac Virginibus, mellifluas laudes „ in dulcissimo corde manantes, promspserunt: & Ecclesiæ pueris, ad concinnandum Domino cum Asaph, & Eman, Ethan, & Idithum, & filijs Chore, fideliter tradiderunt. [d]

III. Anno 1073. funus curauit B. Ainardi, Diuensis Abbatis. [e] Testis adest in fundatione Prioratus Conuentualis Canonicorum Regularium Plessei Grimoldi, ann. 1074. [f] Interfuit Concilio Prouinciali Rothomagensi, ann. 1080. sub Guillelmo 48. Archiepiscopo. [g] Exequijs etiam adfuit Guillelmi 2. nothi, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis, Conquisitoris, apud Rothomagum demortui, ann. 1087. & in Ecclesia Abbatiali S. Stephani prothomartyris Cadomensis, sepulti. [h] Anno verò 1082. Troarni tumulata est Mabilia, Rogerij Fundatoris vxor, gladio necata intra cubiculum suum apud municipium, super Diuam, quod *Buris*, dicitur. *Denique* (ait Ordericus) *Troarnensis Conuentus* (cui Durandus Abbas præerat) *cadauer frustatim dilaceratum nonis Decembris sepeliuit: & non ob prærogatiuam meritorum, sed pro fauore amicorum, super Tumulum has nænias edidit.*

Alta clarentum de stirpe creata parentum,
Hac tegitur tumba maxima Mabilia.
Hæc inter celebres famosa magis mulieres.
Claruit, in lato orbe sui merito.
Acrior ingenio, sensu vigil, impigra factis
Vtilis eloquio, prouida consilio.
Exilis forma, sed grandis prorsus honestas,
Dapsilis in sumptu, culta satis habitu.
Hæc scutum patriæ fuit, hæc munitio Marchæ,
Vicinisque suis grata, vel horribilis.
Sed quia mortales non omnia possumus omnes,
Hac perijt gladio, nocte perempta dolo.
Et quia nunc opus est defunctæ ferre juuamen
Quisquis amicus adest, subueniendo probet. [i]

IV. Tandem, Durandus Abbas, fœliciter in Domino obdormiuit ann. 1088. die vndecima Februarij: qua de re sic habet chronicon Goferni. *Anno 1088. obijt piæ memoriæ Durandus, Abbas Troarnensis: sed latius Ordericus ita prosequitur.* „ *Durandus* siquidem Troarnensis Abbas grandæuus, ab infantia monachus, religione & sapientia præcipuus: Ecclesiastici cantus, & Diuini dogmatis Doctor peritissimus, „ sibi durus carnifex, alijsque mitis opifex; post multos in cultu Dei labores, in „ lectum decubuit; & benè vt prudens, & fidelis seruus, ire ad curiam Domini sui „ paratus tertio idus Februarij, de sæculo migrauit. In eius transitu res non silenda contigit: in corpore præfati patris, dùm obiret, bipartitus color visus est. „ Nam in sinistra parte vultus eius, & totius corporis, vsque ad pedes, niueus candor apparuit: totamque dextram partem plumbeus liuor obtexit; & omninò „ dexteram medietatem, vt albedo sinistram, à vertice capitis vsque ad pedes obtinuit: insolytum itaque discrimen conspecti coloris terrorem intuentibus incussit, „ & inusitatæ rei causam, studiosis inquisitoribus, ad exprimendam subtilitatem „ perspicacitatis suæ ingessit. Indè diuersi diuersa dixere: sed non est nostrum huic „ breuiloquio singula inferere, quæ multipliciter eloquentes, ex abundantia sensus „ sui protulere. Quidam quidem læuam & dexteram, ad actualem & contemplatiuam: vel præsentem & futuram vitam interpretati sunt. Alij verò prodigium „ hoc presagium fore futurorum opinati sunt, venerabiles discipuli glebam religiosi Doctoris, in capitulo suo reuerenter sepelierunt: & incandido lapide, „ qui subpositus est, hoc addiderunt,

d *Ordericus sup. lib. 4. ad an. 1072.*
e *Ibid. ad ann. 1073*
f *Ex libro nigro MS Eccles. Bajocens. fol. 1. Carta 3.*
g *Ordericus lib. 5. ad ann. 1080. in Archiepiscopo Guilelmo.*
h *Idem lib. 7. anno 1087.*
i *Idem lib. 5. ad an. 1082.*
Bryus sup. cap. 15.
Antiquitates MSS. sup. pag. 210.

EPITAPHIVM,

Hac tegitur tumba bonus & venerabilis Abba
Durandus, nostri Norma Monasterij.
Ad Domini laudem, præsentem condidit ædem;
Qua sibi propitium credimus esse Deum;
Luce sub vndena Februi resolutus habena
Carnis, ad Angelicam dirigitur patriam. 1

1 Ordericus lib. 8. sup. ad ann. 1088.

Series reliquorum huius insignis Monasterij Abbatum enarratur; & quæ sub eisdem gesta fuerint compendio recitantur.

CAPVT II.

OMnium Cœnobiarcharum huiusce Asceterij haud sedit animo seriem recensere: sed horum tantummodò res agere, quorum notitia primo nobis occurrerit. 1.

2. *Arnulfus, Abbas, secundus.*

Anno 1088. B. Durando mortuo successit, Prior Fiscanensis, vel Sagiensis, vir admodùm pius, & eruditus, a cuius Elogiũ præstat audire ab Orderico ita concinnatum. ,, *Sepulto* Pastore Troarnensis grex Arnulfum Sagiensis Monasterij Priorem ,, eligit: ac vt sibi præponeretur, à Rectoribus Ecclesiasticis, ac principibus suis, ex- ,, petijt; illis autem congratulantibus, & libenter, quod postulabant, annuenti- ,, bus: Arnulfus Troarnensium regimen suscepit, quod ferè viginti duobus annis ,, solerter tenuit: & tam verbis, quam scriptis, & salutaribus exemplis subjectos ,, erudijt. Præfata nimirum duo Monasteria, sicut ab vno Principe primordium ,, fundationis cœperunt, sic ex vno fonte, vsus Diuinæ seruitutis, & Monastici ,, ordinis institutionem sumpserunt. Rogerius enim de Monte-Gomericio vtrum- ,, que cœnobium monachis dicauit: & Fiscanensis norma vtrumque monachico ,, ritu applicauit, vnus amor hos pariter cœnobitas connexuit; signi-potensque ,, Martinus, Turonensis Archiepræsul, suo mancipatu commissos custodit. Sagien- ,, ses à Troarnibus primum sibi Abbatem sumpserunt: & nunc eodem adhuc patre ,, viuente, amicabilem sibi vicissitudinem, de discipulis eius repetierunt. Quo ,, adepto, Deo gratias egerunt: bonique Pastoris solertia benè profecerunt. b Ad eum S. Anselmus Abbas Beccensis scripsit hanc Epistolam, super quadam difficultate, forte exoritura. Domino & Patri Abbati Ernulfo, frater Anselmus, salutem præsentis vitæ & futuræ. Dominus Nicolaus, frater vester, dixit mihi ex parte vestra, vt vobis consilium nostrum mandarem de eo: quia Episcopus Bajocensis inuitat vos ab benedictionem, quæ vestræ debetur electioni: sed ego quicquid indè sentio, jam vestræ dixi præsens dilectioni: scimus enim, quia semper profiteri ore, & opere exhibere debemus majoribus nostris regularem obedientiam. Quam scripto repetem, quamdiu eam non abnegasse cognoscimur: superfluum certè est, quod si quis nos vult cogere, cùm ad Abbatiæ prælationẽ promouemur, sine vlla ratione fieri videtur. Cùm enim professi sumus confessionem morum nostrorum, vtique promisimus obedientiã: non solùm Abbatibus, nec solùm quãdiu essemus sub Abbate, sed omnibus majoribus nostris, & quamdiu viueremus. Eadem enim Regula docet, vt monachus omni obedientia se subdat majori; & vt ad exemplum Domini, obedientiam seruemus vsque ad mortem. Qui ergò monachicam semel scripsit, & elegit professionem: si numquam eam abnegauit, frustra aliquis ab eo aliam exigit; vale. c

a Chronicon Goferni MS. ann. 1088. Cœnalis. Tom. 5. Eccles. Hierarch. Neustriæ, in ea Abbat. post Robertum de Monte.

b Ordericus lib. 8. Histor. Eccles. ad ann. 1088.

c D. Anselmus lib. 2. Epistol. 52.

Quamdiu

II. Quamdiu autem præfuit, opus illi fuit maxima ſollicitudine, & patientia non vulgari, in tot perturbationibus ſibi vndique occurrentibus. Sanè, Rogerius, Comes Mongommerius, vti nuper vidimus, hanc fundauerat Abbatiam; cui inſuper multa alia bona, ſingulari beneficentia, vltrò contulit: [d] at, quæ ille vir inclytus, ſic piè deuouerat: Robertus Beleſmenſis Comes, filius eius, conatus eſt euertere, non ſolùm enim contra monachos Vticenſes intumuit, quibus per vnum annum ingentia damna intulit: ſed „ *Alijs quoque* Dei famulis, qui ſub eo, vel in eius vici„nia, crudeliter imminebat: eoſque pluribus damnis & afflictionibus, abſque „ miſericordia, ſæpè contriſtabat. Hoc Sagienſes & Troarnenſes, hoc etiam at„teſtantur Cœnomanenſes: qui per eius ſæuitiam, & iniuſtas exactiones, frequenter „ ira, triſtitiaque expalluere, lugentes, ad ann. 1094: [e] Sed tandem pœnas luit iuſtiſſimas. Nam Henricus I. Dux Normaniæ, & Rex Angliæ, hunc captum, arctiſſimis vinculis tradidit; quem poſtea filij Gualterij *Sori*, ſecuribus, apud Balaum, in carcere, vt porcum, mactauerunt, [f] ſicque ille Rex præfatus anno Chriſti 1113. *Eccleſias Dei, Vticenſem videlicet, ac Sagienſem, & Troarnenſem, quæ ſub graui oppreſſione ferocis heri, diu gemuerant, ſerena releuatione, exhilarauit*: &c. [g] At Rogerius, ille Comes Mongommerius, Roberti pater meliori fine functus eſt; quandoquidem in Anglia ad mortem, infirmatus, in Monaſtico à ſe condito, inter religioſorum manus, Monaſtico indutus habitu, in oratione ſpiritum Deo reddidit, apud Scrobesburiam tumulatus ann. 1094. teſte Orderico: [h] ſeu ann. 1093. iuxta chronicô Goſerni, his verbis. *Anno 1093. Rogerius Comes obijt 6. Calend. Auguſti, pius ac benigniſſimus fundator Troarnenſis cœnobij.*

d *Ordericus lib. 5. ad ann. 1082.*
e *Idem lib. 8. ad ann. Chriſti 1094.*
f *Idem lib. 11. ad ann. 1113. & lib. 13. ad ann. 1100. in initio.*
g *Idem lib. 12. ſupr.*
h *Ordericus lib. 8. ann. 1094.*

III. Præfatis moleſtijs & varijs ægritudinibus exagitatus, atque confectus ærumnis, Arnulfus Abbas; ſcripſit ad Radulphum, olim Sagienſem, tunc verò Epiſcopum Roffenſem, in Anglia; de huiuſmodi ſua anguſtia, & afflictione, velut ad amicum ſibi impenſè dilectione fraternitatis coniunctum: qui quidem Rodulphus Antiſtes, acceptis litteris, mox ea omnia S. Anſelmo, Cantuarienſi Archiepiſcopo, patefecit: vt tanti viri vicem, conſolationis ergò, doleret: afflictoque preſtò ſuccurreret, nec mora! confeſtim enim pius ille Archipræſul has confecit litteras, conſolationis plenas, quas ad eum miſit.

Anſelmus, ſeruus Eccleſiæ Cantuarienſis, Dilecto Amico ſuo, Arnulfo, Reuerendo Abbati Troarnenſi, ſalutem, & Gratia Dei continuam protectionem, & conſolationem.

Litteræ, quas Domino Radulfo, miſiſtis, de ægritudine & de anguſtijs veſtris, grauiter cor noſtrum charitatiua compaſſione percuſſerunt: in quibus etiam conſilium ſanctitas veſtra, à mea paruitate, de diſpoſitione Eccleſiæ ſuæ, quoniam propter nimietatem ægritudinis, deſperat ſe ita (ſicut hactenus fecit, & quemadmodum oportet) illam poſſe gubernare, & diſponere. De ægritudine quidem magnam debet colligere mens veſtra conſolationem: quia *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit*: & exempla ſanctorum virorum, qui multas & grauiſſimas paſſi ſunt ægritudines (ſicut fuit Iob: & ſicut legitur de quodam ſancto viro, qui paralyſi toto corpore diſſolutus, à fratribus, quoniam ipſi illum tractare non poterant, fœminis traditus eſt) multum vos confortare debent, nuſquam enim legimus, quòd ægritudines ſanctorum illis fuerunt ad detrimentum: ſed ſemper legimus eos, ad melioras, per tribulationem, profeciſſe. Nam & ſi bona opera aliquando impediantur in languoribus, gratia tamen Dei non minuitur, ſed augetur: ſi bona voluntas in tribulatione non decreſcit: nec exigit Deus à ſeruis ſuis, pluſquam facere poſſint. De conſilio verò, quod petitis, de diſpoſitione Eccleſiæ veſtræ, Deum oramus, vt ipſe vobis conſulat; & vos & Eccleſiam veſtram cum filijs protegat, atque regat. Quod tamen mihi videtur inquantum poſſum intelligere, tacere non debeo, curam Eccleſiæ, quam per obedientiam, & charitatem eorum (ad quos hoc pertinuit) ſine propria voluntate ſuſcepiſtis: ſola veſtra voluntate non debetis reijcere, ſed obedientiam vſque ad mortem ſeruare, ſed ſi aſſenſu & conſilio Archiepiſcopi (quia Epiſcopum non habetis) & fratrum, & eorum, qui rei cognoſcunt neceſſitatem, talis electa fuerit perſona, quæ onus veſtrum, quod hactenus

Hebræ. 12.
Caſſianus. collatione 7. cap. 26.

portaſtis, dignè poſſit ſuſcipere : tunc vtique hoc quod per obedientiam ſuſcepiſtis, licitè, ſi ad ſalutem vos redire deſperatis, poteſtis dimittere. Filios veſtros hortor & conſulo, quatenus quanto magis ipſi ad præſens veſtro nequeunt vti auxilio, & conſilio; tanto magis ſolliciti ipſi ſint, ne religio, quæ in veſtra ſanitate, in illis vigebat, deficiat : ſed inuicem ſe charitatiuè hortantes, propoſitum ſuum inuiolabiliter cuſtodiant. [i] Præterea, interfuit Arnulfus Dedicationi Eccleſiæ Abbatialis Vticenſis: ann. 1099. [k] Memoratur ad ann. Chriſti 1105. [ll] vitamque protraxit vſque ad ann. 1110. ſeu 1112. quo in cœlum conſcendit, juxta Chronicon Gofferni. *Anno 1112. Obijt piæ memoriæ D. Arnulphus Abbas Troarnenſis.*

i S. Anſelmus lib. 3. Epiſtol. 141. Picardus, ibid. in notis.
k Ordericus lib. 10. ad ann. 1099.
ll Codex MSS. Rubeus Abbat. Sagienſ. fol. 53.

3. *Andræas.*

Succeſſit ann. 1112. cùm eſſet Monachus eiuſdem loci. [l] Interfuit Concilio Prouinciali Rothomagi adunato, ann. 1118. indictione 11. nonis Octobris, præſidente in eo Goisfredo 49. illius vrbis Archiepiſcopo. [m] Nominatur vnà cum Nicolao Fiſcannenſi Abbate, contra quos, ad inſtantiam Philippi Bajocenſis Epiſcopi, ſcripſit Eugenius III. ſub datum Ortæ 7. Calend. April. [n] Itemque extat littera Petri Bajocenſis Epiſcopi, ſuper contentione juriſpatronatus de *Rocqua*, cum Abbate Troarni. [o] moritur ann. 1147. [p] IV.

l Idem Chronicon & Canalis ſup. ex Roberto de Monte.
m Ordericus lib. 12. ad ann. 1118.
n In Archiuo Eccleſ. Bajocenſ.
o In Codic. Rubeo MS eiuſd. Bajocenſ. Eccleſ. fol. 11.
p Chronicō Goſerni.

4. *Richardus.*

Monachus Cluniacenſis erat. [q] Ann. 1147. circiter, nominatur pro concordia facta : vide cap. 89. Archiepiſcopor. Rothomagenſ. debitumque mortis exoluit, ann. 1149. [r]

q Canalis ſup. ex Roberto de Monte.
r Chronicō Goſerni.

5. *Giſlebertus.*

Ex Monacho eiuſdem cœnobij. [ſ] Memoratur ann. 1159. & 1166. [t] & 1170. [u] deceſſit è vita ann. 1180.

ſ Idem Chronicon & Canalis ſup. ex Roberto.
t Ex libro nigro MS. Bajocenſ. Eccleſ. fol. 28. 35. & 36.
u Ex Cartulario Abbat. Faleſiæ.

6. *Durandus 2. de Gunteruilla.*

Illius meminit Robertus à *Monte*, ad ann. 1180. *Decedente* (inquit) *venerabili viro Guiſleberto, Abbate Troarnenſi, ſucceſſit ei Durandus de Cuneruillis, monachus ejuſdem loci.* Habetur compoſitio inter ipſum Durandum & Guillelmum Abbatem Hambeyæ, in præſentia Henrici Epiſcopi Bajocenſis, & P. Cœnomanenſis Abbatis; Teſtes, Stephanus, Prior de *Plaiſſiaco*, &c. [x] Deputatur iudex vnà cum Priore S. Barbaræ, in negotio depoſitionis Abbatis Conchenſis, circa ann. 1195. Item, ſimul cum Henrico, Bajocenſi Epiſcopo, & Abbatibus, L. Cadomenſi, & M. Ceraſienſi, teſtimonium perhibuit Lucio III. Papæ, pro Abbatia S. Audoeni Rothomagenſ.

x Ex Cartulario Abbat. Hambeyæ. fol. 21.

Conſirmat

Confirmat Innocentius III. Papa omnia bona huiusce Abbatiæ; recipitque Monasterium Troarnense, cum possessionibus sub protectionem sedis Apostolicæ & posteriores Abbates recensentur.

CAPVT III.

7. *Robertus.*

I. SEPTIMVM locum inter Abbates Troarnenses obtinuisse *Robertum* constat: sub Innocentio III. Papa: qui ad eum hanc scripsit Epistolam: qua illi multa confirmat, & de nouo alia indulget: digna sanè quæ hic inseratur.

Innocentius, Episcopus seruus seruorum Dei: Dilectis filiis, Roberto Abbati, Monasterii S. Martini, Troarnensis, eiusque Fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, Regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere: & petentiū desiderijs congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus: & præfatum Monasterium S. Martini de *Troarno*, in quo Diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti Regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidē temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona, idem Monasterium in præsentiarum iustè ac Canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, præstante Domino, poterit adipisci: firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc proprijs duximus vocabulis exprimenda.

II. Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Burgum Troarnensem cum honore, ac omnibus appenditijs suis. *Ioanuillam, S. Paternum, cum Ramat. Toffreuillam, Saluaruillam, Lirrosam, Bures*, cum Mariscis, Boscis, Terrarijs, piscarijs, pasnagijs, vineis, pascuis, pratis, Guarannis, mercatis, teloneis, nundinis, molendinis, & alijs libertatibus, immunitatibus, consuetudinibus, & pertinentijs suis. Ecclesias de S. *Cruce, de S. Ægidio Troarnensi*, de *Ioanuilla*, de S. *Paterno*, de *Toffreuilla*, de *Saluaruilla*, de *Lirrosa*, de *Buris*, & de S. *Siluino*; & Capellas de *Rainorij manillo*, & de *Folletot*, ab Episcopali jurisdictione, per amicabilem compositionem exemptas, Ecclesias de *Fonteneto*, de *Varauille*, & de *Castroviria*; & quicquid ex concessione vanerabilium fratrum nostrorum, S. Sagiensis, & L. prædecessoris ipsius, ac bonæ memoriæ. ....Bajocensis, Episcoporum, habetis in eis. Ecclesiam, Decimam, & Burgum S. *Samsonis*: Prioratum de *Deserto*, Maneria de *Tallenilla*, de *Diua*, de *Olnebach*, de *Cantapia*, de *Clenilla*, de *Caiguio*, de *Raimbhomm*, cum tota insula, de *Goleto*, de *Regisvilla*. Et in *Anglia*, Maneria de *Horsteia*, & de *Rongenton*, cellas, Capellas, redditus, & prouentus, ac alia, quæ scilicet prædictorum maneriorum ratione, ad vestrum Monasterium spectare noscuntur, cum omnibus libertatibus & immunitatibus suis. Ecclesiam de *Airani*; Ecclesiam de *Lengronia*, Ecclesiam de *Trumo*, Ecclesiam de *Crocrio*; Ecclesiam de *Piru*, Ecclesiam de *Grantenilla*; Ecclesiam de *Gisueruilla*; Ecclesiam de *Dunouilla*; Ecclesiam de *Has*, Ecclesiam de *Calidoloco*, Ecclesiam de *Agernio*, cum

Digitized by Google

duabus garbis decimæ ipſius villæ; Eccleſiam de *Milleio*, Eccleſiam de *Campegnol*, Eccleſiam de *Beneio*, Eccleſiam de *Retuleio*, Eccleſiam de *Prateijs*, Eccleſiam de *Muſcampis*: Eccleſiam S. *Hippolyti*, Eccleſiam de *Burceio*; & Eccleſiam de *Carauilla*, cum decimis, Capellis, obuentionibus, & aliis, quæ habetis in ipſis; Capellam S. Margaritæ de *Ponceio*, Capellam de *Roca*; Capellam S. *Thomæ*; Capellam S. Michaelis de *Boſco*, & Capellam S. Blaſij de *Vlmo*, cùm adjacenti grangia, & alijs pertinentijs earumdem. Eccleſiam de *Caigneio*, cum quibuſdam terris & decimis: in Anglia, Eccleſiam de *Vvenloch*; Eccleſiam de *Malpedra*, & Eccleſiam S. Andreæ de *Vviteherſt*, cum decimis, & alijs pertinentijs ſuis: Grangiam de *Malai*; Grangiam de *Caſteiler*, & Grangiam de *Clevilla*; Capellam de *Deſerto*, cum decimis & alijs pertinentiis ſuis. Sanè noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus, colitis: ſiue de veſtrorum animaliam nutrimentis; nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos, liberos & abſolutos, è ſæculo fugientes, ad conuerſionem recipere; & eos abſque aliqua contradictione, retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit, niſi arctioris religionis obtentu, de clauſtro veſtro diſcedere: diſcendentem verò, abſque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit; liceat vobis, januis clauſis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce. Diuina officia celebrare. Auctoritate quoque Apoſtolica prohibemus, ne vllus in vos, vel Monaſterium veſtrum, excommunicationis, vel interdicti ſententias, ſine manifeſta & rationabili cauſa proferre: ſeu, nouis & indebitis exactionibus vos aggrauare præſumat. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promouendi, à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & communionem & gratiam Sacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea voluerit vobis ſine prauitate aliqua exhibere. Alioquin, liceat vobis, quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, communionem & gratiam Apoſtolicæ ſedis habentem: qui noſtra fretus authoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Prohibemus inſuper, vt infra fines Parœchiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu Epiſcopi Diœceſani, & veſtro, Capellam, ſeu Oratorium de nouo conſtruere audeat; ſaluis priuilegij Pontificum Romanorum.

In Parœchialibus verò Eccleſiis, quas habetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & Diœceſano Epiſcopo præſentare; quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat, vt ei, de ſpiritualibus, vobis verò temporalibus, debeant reſpondere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus: vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum; à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te, nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur: niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars major conſilij ſanioris, ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam prouiderint eligendum, Paci quoque & tranquillitati veſtræ, paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes: auctoritate Apoſtolica inhibemus, vt infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem tenere, capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Libertates quoque, & immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines, Monaſterio veſtro conceſſas, & hactenùs obſeruatas, ratas habemus: & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus.

Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum, liceat præfatum Monaſterium temer perturbare; aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu, quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione, conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Salua ſedis Apoſtolicæ authoritate: & Diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si igitur in futurum, Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiò ve commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione, correxerit, poteſtatis honoriſque ſui

sui careat dignitate, reamque se Diuino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat; atque in extremo examine districtæ subjaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatinùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem, præmia æternæ pacis inueniant: Amen. Datum Laterani per manum Ioannis S. Mariæ in Cosmedin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij, Calendis Iunij, indictione tertia decima, Incarnationis Dominicæ, ann. 1210. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. Ann. 13. [a]

VI. Quibus verbis discimus, hoc monasterium, ab Episcopis Sagiensi & Bajocensi, singulari pietate esse prosequutum: & liberalitate donatum: tum à sede Apostolica, multis priuilegijs condecoratum, & in suis possessionibus confirmatum; necnon in protectionem à summo Pontif. acceptum: vndè haud mirum est, si tanto tempore, ingenti cum gloria substiterit, & viris Religiosissimis semper abundauerit: inter quos, hic Robertus, cœnobiarcha septimus, maximè eluxit, Religione, & monastica obseruantia: qui, pro sua eximia deuotione, præfata benignè obtinuit ab ipso Innocentio III. Papa. Præterea, idem Robertus Abbas, confirmauit cœnobio, S. Ioannis Falesiæ, Ordinis Præmonstratens. nonnulla à se data, ann. 1221. [b]

a Lib. 1. Epistol. Innocent III. Papæ Regest. 13. Epistol. 81. Bisquetus. Ibid. in notis.

b Ex Cartulario Falesiano.

8. S. Abbas Troarni.

VII. Eodem anno succedens eadem confirmat Vvaltero, seu Gualtero, eiusdem Falesiani cœnobij Abbati.

9. O. Abbas Troarni.

Ipsamet confirmat eidem Vvaltero Abbati Falesiæ. [c]

c Ex Cartulario Falesiæ.

10. Durandus, 3.

Nominatur ad ann. 1131. [d] sed rectius 1231. item ad ann. 1250. [e]

d Ex Codice Rubro MS. Abbatiæ Sagiens. fol. 68.

e Ex Cartulario Abbatiæ, vallis Richerij.

11. Guillelmus.

Memoratur pro rebus Abbatiæ S. Ebrulfi ann. 1268. [f] orto dissidio, inter monachos cœnobij Troarnensis; & Procuratorem Regium, ac Abbatem dicti loci; & re delata ad curiam Parlamenti Parisiens. Dictum fuit per Arrestum eiusmodi Senatus: quòd dicti monachi, Abbati restituerentur; pro punitione in eos sumenda, de quibusdam excessibus per eos commissis, vocato ad hoc Petro, Fiscanni Abbate; in quantum spectat ad id delictum: Anno 1270. die 3. Septemb. [g]

f Ex Cartulario Abbat. Vticensis.

g Antiquitates Norman. MS. pag. 5. Apud D. Bigot Rothomag.

12. Guillelmus 2. ad Scapulas, vulgò, aux Espaules.

VIII. Ex DD. Sanctæ Mariæ-Montis in Neustria, prosapia illustri, trahens originem, ex canonico Constantiensi eligitur Abbas, ann. 1320. tum, ad instātiam Ioannis 3. Ducis Britanniæ Armoricæ, necnon Philippi Valesij Regis & Franciæ, Reginæ, Almæ vniuersitatis Parisiensis, ac complurium Archiepiscoporum, Prælatorum, Procerum, & Optimatum, vrbiumque Franc. Ioannes XXII. Papa commissionem Episcopis dedit Engolismensi & Lemouicensi, huicq; Abbati Troarnensi, an. 1330. pro inquisitione facienda de vitæ sanctitate, & miraculis, B. Iuonis, Præsbyteri, tertij ordinis S. Francisci. [h]

h Albertus magnus in vita eius §. 34.

13. Ludouicus de Chantemelle, ann. 1400.

Postquam obedientia fuit reddita Petro de Luna, dicto, Benedicto, quæ sibi antea subtracta fuerat, occasione schismatis, quod tunc erat in Ecclesia, procurabat hic Abbas Troarni apud præfatum Pontificem institui in Monasterio Beccensi, quia Abbas Becci nondum miserat ad Curiam, nec vacantiam soluerat, occasione prædictæ subtractionis: idcirco iter arripuit ad Massiliam, vbi tunc temporis, prædictus Benedictus degebat: qui eo viso, & graui eius constantia considerata, & electione eius visitata; ipse eam confirmauit, & licentia à sede Apostolica ac-

by Google

cepta, ad Monasterium Beccenses redijt, ann. 1404. [i] sicque Ludouicus frustra laborauit.

i Chronicon Becci, ad ann. 1404.

14. Robertus. 2. IX.

Memoratur, in Scacario Norman. ann. 1464. sub quo multa grauia passa est ista Abbatia, ann. 1467. & 1468. propter bellum inter Britones & Francos. [k]

k Idem.

15. Guillelmus 3. de Silleyo, de Silly.

Prior etiam extitit de *Deserto*: interest ann. 1497. Scacario Normaniæ.

16. Ludouicus 2.

De eo fit mentio ad ann. 1502. itemque 1504. quando interfuit benedictioni D. Ioannis *Ouenne*, in Abbatem de Longis apud Capellam S. Vigoris juxta Bajocas. [l]

l Ex Cartular. Abbat. de Longis.

17. Petrus Clutin, resignauit nepoti suo.

18. Nicolaus de Longueil, le Ieune, junior.

Ex Illustrissima familia de *Longolio*: fit Abbas, circa ann. 1525. ex resignatione præfati eius auunculi: Hic est, qui porticum Abbatiæ extruxit, cum domo Prioris eiusdem cœnobij; vbi etiamnum appensa cernuntur illius gentis stemmata: moriens autem, sepulturam nactus est in Abbatiali æde S. Stephani Cadomensis. [m]

m Ex Elogijs Præsident. Parisiens. pag. 467.

19. Mathaus, seu Mathurinus de Haruille. X.

Abbas regularis Clari-fontis, & Troarni, ann. 1538. nobili stirpe progenitus, Philippi, Domini de la *Grange du Bois*, & Claudiæ de *Rouuille* filius, vtriusque iuris Professor, Consiliarius Regius, pietate, iustitia, virtutumque præsidio munitus: obijt ann. 1584.

20. Antonius de Brun-Fay.

Religiosus, Prior S. Martini de Thoïriaco.

21. Iacobus du Bouchet.

D. Honorati, Baronis de *Sourches* filius, ann. 1650. Taxatur hæc Abbatia ad 1200. florenos aureos, pro solutione Annatarum Cameræ Apostolicæ. [n] Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellens. hæc subduntur. *Litteræ Abbatis de Troüart, & Decani Bajocensis, pro concordia facta inter Priorem de Bradenesloc in Anglia, & G. Præsbyterum de Rogiernilla, pro decimis & pertinentijs ad dictam Ecclesiam* [o] *Horseleghensis* Prioratus in agro Essexiensi, in Anglia, spectat ad Abbatiam Troarni. [p] Tandem Rex Anglus Normania per vim occupata circa ann. 1422. confirmauit omnia bona huiusce Abbatiæ: ibid. Tom. 3.

n Claudius Roberti in Gallia Christian. in Episcop. Bajocens.

o Sub Littera R. 3. Carta 4.

p Tom. 2. Monastici Anglici.

DE CONCHIS

Digitized by Google

DE CONCHIS. GALLICE, DE CONCHES.

Circa ann. 1050.

Radulphus & Rogerius de Tœnio; Dynastæ illustres Normanni, Fundatores huiusce celebris Monasterij: de eorum prosapia, ac posteritate nobilissima.

CAPVT I.

I. LOCVS iste Binomius est: vocatur quippe, *de Conchis*, aliàs, *de Castellione*: vulgari sermone *de Conches*, seu, *de Chastillon*; Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Ebroicens. à qua vrbe 4. leucis distat: dicaturque B. Petro Apostolo, & taxatur ad 500. Florenos aureos cameræ Apostolicæ, pro Annatis soluendis.[a] Castillionis super Diuam in Normanna meminerunt S. Bernardus Epist. 338. ad Balduinum Abbatem de Castellione, Robertus de Monte, ad ann. 1148. & alij authores ita Quercetanus lib. 1. Histor. Genealog. Domus Castilioneæ, cap. 1. in probation. pag. 10.

II. Fundatur equidē, circa ann. 1048. seu 1050. sed quis fuerit eius fundator: haud est omnium vna sententia. Nam *Gemeticensis* vocat illum Rodulfū, his verbis *Monasterium autem S. Petri Castellionis, Radulfus de Tœnio, construxit.*[b] Ordericus verò vitalis, Rogerium nominat. „ *Barones* (inquit) Normanniæ Principum suorum „ tantum feruorem erga sanctam Religionem videntes, imitari affectarunt, & ad „ simile opus se, suosque amicos, pro salute animarum suarum excitarunt, vnus „ alium in bono opere festinabat præire, eleemosynarumque largitate digniter su„ perare. Quisque potentum se derisione dignum iudicabat: si clericos, aut mona„ chos, in sua possessione ad Dei militiam, rebus necessarijs non sustentabat: igi„ tur Rogerius de Tœnio, cœnobium Castellionis, aliàs, de Conchis, construxit.[c] cui adstipulatur Episcopus Arboretanus, sed perperam vocans illum Rogerium de *Thorineio*, Gallicè, *Thoriny*.[d]

III. Ad horum intelligentiam venit obseruandum; quòd *Radulfus* Tœnites, de stirpe *Malahulcij*, (qui *Rollonis* Ducis Normaniæ patruus fuerat, & cum eo Francos atterens, Normaniam fortiter acquisierat) vir potens, ac totius Neustriæ signifer, filium habuit nomine *Rogerium*. Hic igitur, dùm Robertus, Normaniæ Dux peregrè perrexerat, in Hispaniam (vbi per eum, multæ probitates super paganos factæ sunt) profectus fuerat: sed post aliquantum temporis ad sua reuersus est. Comperiens autem, quòd Vvillelmus 2. puer, in Ducatu Normaniæ, patri Roberto, successisset, vehementer indignatus est, despexit illi seruire: dicens, Nothum, haud sibi, alijsque Normannis imperandum: quare conflictu inito contra Rogerium de Bellomonte, filium Humfridi de vetulis: ipse *Rogerius Tœnites*, cum duobus filijs suis, Helberto, & Elinantio, peremptus, victoriam hostibus reliquit: cuius viduam, assumpsit in vxorem Richardus, Ebroicensis Comes, filius Roberti, Rothomagensis Archiepiscopi. 44.[e]

IV. Præter hos filios, alium quoque habebat *Rogerius Tœnites*, nomine *Radulfum* 2. Neustriæ vexilliferum, qui in pugna ad Mortuum-mare, clarus euasit, strenuè decertans pro Duce Normaniæ contra Francos, ann. 1054.[f] Postea verò inter Guillelmum, Normanniæ Ducem, & eius proceres, grauis dissensio exoritur, ob quædam falso relata à nonnullis maledicis accusatoribus ex inuidia: vnde Dux ipse, plus æquo iræ frena laxans, præcipuos Barones suos, *Radulphum* de Tœnio, & alios

a *Gallia Christiana in Episcopis Ebroicens. & in Abbat. Plantauitius in Chronolog. Præsulū Lodouens. pag. 39. Cenalis. Infra. Pranuerre lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 21.*

b *Gemeticensis lib. 7 de Gestis Normannor. cap. 22. Robertus de Monte. Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 20.*

c *Ordericus lib. 3. Eccles. Histor. ad ann. 1050. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 160.*

d *Cenalis. Tom. 5. Eccles. Hierarch. Neustriæ in hac Abbat.*

e *Gemeticens. sup. lib. 5. cap. 10. & lib. 7. cap. 3. & 4. Ordericus sup. ad ann. 1050.*

f *Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 25.*

Digitized by Google

exhæreditauit, eiecitque de Normania, ann. 1063. & ſine probabilibus culpis, diu
exulare coegit. g Rebus autem omninò pacatis, *Radulphus* in patriam rediit, &
Guillelmo, Duci præfato ſociatus, traiecit cum eo in Angliam, interfuitque prœ-
lio generali contra Heraldum; vbi noſtrates victoria potiti, totum Regnum pau-
lò poſt, ſibi ſubiecerunt, ann. 1066. h

g Idem, cap. 29. Ordericus, ſup. ad ann. 1063.

h Guillelmus Pictauienſ. lib. 2. de Geſtis Guillelmi 2. Ducis Norman. & Angliæ conquiſitor. Ordericus, ſup. ad ann. 1066.

Sanè, vt verùm fatear, horum *Radulforum* geſta nimis confuſa ſunt; & permix- V.
ta: nec mirandum, ſi quod vni proprium eſt, alteri communicetur, quippe, qui
eodem ſæculo, tempore, ac ſolo ſimul conuiuerent ac cohabitarent. *Radulphus*,
itaque Toenites, ſenior, multa piè largitus eſt Monaſterijs. Tum in Normania,
tum in Anglia, vbi ingentia bona poſſidebat; ſed præcipuè cœnobio huic S. Petri
Caſtellionis, cujus erat fundator inclytus. De quo *Ordericus* hæc refert: ,, *Hic inſi-*
,, *gnis* militiæ probitate, claruit, & inter præcipuos Normaniæ proceres, diuitijs
,, & honoribus maximè floruit: ac ferè, 60. annis, Neuſtriæ principibus; Guillel-
,, mo Regi, ac Rodberto Duci, filio eius, ſtrenuè militauit. Agnetem, vterinam
,, ſororem ſuam, Richardi, Ebroicenſium Comitis filiam, noctu ſurripuit: & Si-
,, moni de Monte-forti, in matrimonium dedit. Ipſe quoque pro recompenſatio-
,, ne, filiam ejuſdem Symonis, nomine Iſabel, vxorem accepit, quæ nobilem ei
,, prolem, Rogerium & Radulphum, peperit, filiamque nomine Godehildem: quæ
,, prius Rodberto nupſit Mellentenſium Comiti, deindè Balduino, filio Bolonien-
,, ſium Conſulis Euſtachij. Denique Radulfus ſenex, poſt plurimos euentus, lætos
,, triſteſque 9. Calend. April. obijt. Et Radulphus, filius eius, ferè 24. annis, pa-
,, trium jus obtinuit. Ambos, vt improba mors ſibi eos ſubdidit, ſepultura in cœ-
,, nobio B. Petri Caſtellionis, cum patribus ſuis, ſuſcepit. Iſabel verò, poſtquam
,, in viduitate diu permanſit, lætalis laſciuiæ (cui nimis in juuentute ſeruierat)
,, pœnitens, ſæculum reliquit, & in Monaſterio ſanctimonialium apud Altam-
,, Brueriam, velum ſuſcepit: ibique vitam ſuam, laudabiliter in timore Dei perſe-
,, uerans, ſalubriter correxit. i

i Ordericus lib. 6. ſup. ad ann. 1080.

Radulphus autem minimè obijt eo ann. 1080. quo *Ordericus* præfata enarrat: VI.
cùm vnus fuerit illorum procerum, qui Duci Roberto Normanniæ, opem tulerunt
aduerſus nonnullos rebellantes, ann. 1088. k licet ipſemet anno præcedenti, in
eumdem Ducem arma ſumpſiſſet. l Deindè Ebroicenſes, Concheuſes valdè oppu-
gnantes, ipſe Radulphus egregiè cum eis decertauit, vicitque, ann. 1090. Vnum
autem referam, quod tunc accidit Richardo, Montis-fortenſi Comiti. ,, *Menſe*
,, *Nouembri*, Guillelmus Comes ingentem exercitum aggregauit, & Conchas ex-
,, pugnare cœpit. Duo nepotes eius, viri potentes, Guillelmus de Bretholio & Ri-
,, chardus de Monteforti, cum eo erant; & cum Turmis ſuis Concheios impugna-
,, bant, ibi Richardus de Monte-forti, dùm cœnonobialem curiam B. Petri Caſtel-
,, lionis inuaderet, nec pro reuerentia monachorum, qui cum fletibus vociferan-
,, tes, Dominum interpellabant, ab incœptis deſiſteret, hoſtili telo repentè percuſ-
,, ſus eſt: ipſoque die, cum maximo luctu vtriuſque partis, mortuus eſt, Germanus
,, enim frater erat Iſabel, & ex ſorore nepos Guillelmi Comitis: vnde formidabi-
,, lem Marchiſum vtraque pars luxit: qui pro nimio tumore & procacitate, per-
,, tinaciter malum faciens, interijt. m

k Idem lib. 8. ad ann. 1088.
l Ibid. ad ann. 1087

m Ibid. ad ann. 1090.
n Idem lib. 11. ad ann. 1102.
Antiquitates MS. Norman. ſup.

Porrò, Radulphus 2. ſeu junior, exceſſit è vita, ann. 1102. n Verùm, quomo-
do hæc ſuperioribus cohærere poſſint, nòn video: maximè cùm iſte Radulphus ju- VII.
nior, (teſte eodem *Orderico*,) ferè ann. 24. ſupervixerit patri: ſicque diem obijſſet
vltimum circa ann. 1079. ceu, 1080. at ſi hæc ita eſſent, Radulphus ſenior haud
militaſſet ſub Roberto, Duce Normaniæ: quandoquidem Guillelmus 2. Nothus,
Dux Normaniæ, & Rex Angliæ, vitam protraxerit vſque ad ann. 1087. Cætera
etiam, quæ alius non modicas difficultates, ſuſcitare poſſent, lubens omitto, vi-
tiſque hiſtoriam genealogicam Heroum: ac Procerum Normaniæ meliùs calen-
tibus, relinquo diſcutienda, necnon dilucidanda.

Denique Radulphus duos genuerat liberos Rogerium, ſcilicet, & Radulphum; VIII
priorem Guillelmus Bretolienſis, vti conſobrinum ſuum, totius juris ſui hæredem
fecit: Ebroicenſis Comes, eumdem quoque Rogerium, vt potè nepotem ſuum,
Conſulatus ſui hæredem conſtituit: ſed diuina diſpoſitio, quæ rebus humanis non
ſubijcitur, aliud prouidit. Nec mirum! idem quippe juuenis moribus egregijs
pollebat, & cunctis ſodalibus, ac ſubjectis clientibus, & vicinis admodùm ama-
bilis

bilis erat. Clericos ac monachos diligebat, & competenter honorabat. Pretiosis vestibus, quibus superbi nimis insolescunt, vti dedignabatur, & omni esse suo sese modestè regere nitebatur. Qui tandem, ann. 1090. *In lectum decubuit, & deuotè completis in eo, quæ fideli viro competunt, idibus Maij de mundo migrauit: & cum luctu multorum, Castellioni, cum parentibus suis sepultus quiescit.* [o] Alius verò filius Radulphi, secundò natus, Radulphus nuncupabatur, cujus pluries meminit *Ordericus*, [p] maximè, vbi agit de illius transfretatione in Angliam, ann. 1103. ad Regem Henricum I. à quo benignè susceptus, paternos fundos illic recepit: atque Iudith, filiam Vvaldeni, Comitis Hunditoniæ, & Comitissæ Albæ-marlæ: (seu Adelizam, Galleni Comitis, & Iudith, consobrinæ Regis, filiam) coniugem accepit; quæ Rogerium, Hugonem, & plures alios liberos illi peperit. [q]

IX. Constat itaque Radulphum & Rogerium fundatores extitisse huiusce Abbatiæ: quorum meminit obituarium eiusdem monasterii: in hunc modum. *Pridie Calendas Iunij, Depositio D. Rogerij, fundatoris istius Ecclesiæ.* Item: Memorantur, ad ann. 1387. [r] Nam præfatus Rogerius de *Toenio*, dedit, inter alia, locum ipsum, in quo monasterium situm est: ac postea, Radulphus, Ebroicensis Episcopus dedicauit Ecclesiam Abbatialem, sub nomine S. Petri de Castilione, ann. 1238. die Dominica post Epiphaniam, hoc est, die 10. Ianuarij. [f] Ad hanc Abbatiam pertinet Prioratus S. Stephani, in Vvilcassino, quem ann. 1230. fundauit vir illustris, Robertus de *Pisiaco.* [t] Porro, de donatione castri Conchensis facta Roberto de *Cortenio*, per Philippum Augustum, Regem Franc. extat Rescriptum. [u]

o *Idem lib. 8. ad ann. 1090.*
p *Idem lib. 11. ad ann. 1102. 1103. 1104. & 1106. Item lib 12. ad ann. 1119. & lib. 13. ad ann. 1136.*
q *Idem lib. 11. ad ann. 1103. & Gemeticensis sup. lib. 8. cap. 37.*
r *In Cartulario magno Abbat. Conchensi, fol. 35. & 118. in fin.*
f *Ex Schedis, & additionib. ad Necrologium Conchēse.*
t *Antiquitates MS. Norman. pag. 144.*
u *In Codic. MS. fol. 65. pag. 2. Lutetiæ apud D. Vion d'Herouual.*

Elenchus cœnobiarcharum Conchensium: causa depositionis Abbatis Symonis, ac totius rei processus describitur.

CAPVT II.

I. SEQVITVR nunc series Abbatum hujusce Monasterij à nobis explicanda; pro vt monimenta, & alia MSS. eiusdem loci, notitiam suppeditabunt.

Gillius, al. Gilbertus, primarius Abbas.

Fiscanni Monachus, [a] *Vbi* (inquit *Ordericus*) *Gilbertus Abbas, vir magnæ honestatis & sapientiæ laudabiliter floruit.* [b] Anno 1050. subcripsit cartæ, pro instauratione Abbatiæ S. Ebrulfi vticensis, præsente Duce Normanniæ, Guilelmo 2. Notho; Malgerio, Rothomagensi Metropolitano; alijsque Episcopis ac Proceribus: apud saltum Leonis super flumen *Loiry*, ante Ecclesiam S. Dionysij. [c] Hic ille est, qui cum suis monachis accitus à Rogerio, Comite Montisgomerici, Abbatiæ Troarnensi initium dedit. [d] Hujus tempore, Rainerius, Castellionensis monachus factus est prior vticensis cœnobij, à Roberto, Abbate illius loci, quem & ad intima sua consilia, velut fidelem amicum indubitanter accersierat. Hunc tamen ipse Rogerius, de quibusdam ludibrijs, & improuidis dictis, præfato Normaniæ Duci priuatim derogantibus, apud ipsum accusauit: vndè Abbas Robertus ad Curiam ipsius Ducis euocatus, aufugit, iram Ducis declinare cupiens. [e] Porrò, Gilbertus Abbas, viam vniuersæ carnis ingressus est; Calendis Decembris. [f]

a *Canalis sup. in Roberto de Monte, sup.*
b *Ordericus lib. 3. sup. ad. ann 1040.*
c *Gemeticensis lib. 7. sup., cap. 25. & Ordericus sup. ad ann. 1050.*
d *Ordericus, ibid.*
e *Idem, ad ann. 1063*
f *Ex Necrologio Concha.*

2. *Guillelmus.*

II. Monachus etiam Fiscannensis, [g] in fata concessit, 15. Calend Ianuarij. [h]

g *Canalis sup. in Roberto de Monte.*
h *Necrologium Conchæ.*

3. *Guillelmus 2.*

Monachus Blesensis [i] decessit è vita 4. idus Iunii, [l] Hunc omisit Robertus de Monte, sup.

i *Canalis.*
l *Idem Necrologium.*

Digitized by Google

m Canalis, post Robertum, sup.
n Idem ex Schedis Abbat. Becci.
o Ex Necrologio Conchæ.
p Canalis ex Roberto, sup.
q Cartularium magnum Conchæ fol. 3. & Necrolog. sup.

4. *Letardus, ceu, Letaldus, Blesis quoque Monachus.* [m]

5. *Gilbertus 2. Becci Monachus,* [n] *obijt 7. Calend. Aug.* [o]

6. *Simplicius* [p] *al. Sulpitius.* [q]

Monachus Columbariensis, spiritum Deo reddidit 7. idus Augusti.

7. *Vincentius.*

Monachus etiam Columbariensis, Diœcef. Carnotensis: ita Episcopus Arboretanus ex Roberto de Monte, sup. tempore Rogerii de *Toenio*, & Idæ, vxoris eius; iuxta Cartularium magnum Conchense, fol. 2. & 55. Circa ann. 1147. Hugo Archiepiscopus Rothomag. Rotrodus, Ebroicensis Antistes, Robertus Fontanetensis, & Vincentius Conchensis, Abbates, adsunt in pacificatione Abbatis Cadomensis & Canonicorum Baiocensium. [r] Ea quippe de re, prædictus Metropolita (vt arbitror) scripsit eodem anno ad ipsum Vincentium Abbatem. [s]

r Ex Codic. MS. nigro, Ecclef. Bajocensis fol. 15. & 16.
s Ex Cartulario magno Conchensi, fol. 93.

8. *Bernerius, Monachus eiusdem loci.* III.

9. *Syluester, Monachus Lyræ.* [t]

t Ex Canal.; sup. post Robertum de Monte.

Adrianus IV. Papa huic Abbati confirmauit omnia bona Monasterii sui ann. 1155. ex Cartulario magno Conchensi, fol. 211. tum ipse Abbas diem clausit extremum 8. nonas Nouembr.

10. *Gilbertus 3.*

Rotrodus, Ebroicensis Episcopus, & Gillebertus, Abbas de Conchis inter se conueniunt, super nonnullis negotiis: cui rei adfuerunt testes, Arnulphus, Episcopus Lexouiensis; Frogerius Episcopus Sagiensis, & Henricus, Abbas Fiscanni. [u]

u Idem Cartulariũ, sup. fol. 101.

11. *Hebertus.*

x Idem, fol. 218.
y Ibid. fol. 101.

Huic Alexander III. Pap. confirmauit omnia bona Monasterii sui. [x] Memoratur idem Hebertus Abbas vnà cum Rotrodo, Archiepiscopo Rothomagensi, & Osberto, Abbate Aucensi: [y] qui mundo valedixit, 5. Calend. Martii, iuxta obituarium Conchense. IV.

12. *Simon.*

z Ibid. fol. 113.

Huic eadem confirmauit, Vrbanus III. summus Pontifex, ann. MCLXXXIV. [z] (dicendum est, ann. MCLXXXV.) quæ prædecessor Alexander indulserat.

Nonnullorum factione, multis fuit lacessitus accusationibus; quorum Antesignanus extitit quidam hujusce cœnobii monachus, qui Romam profectus, fauorabilẽ à summo Pontifice, Cœlestino III. obtinuit sententiam contra Abbatem; re autem postea maturius discussa; Innocentius III. Papa, ann. 1198. diploma subsequens dedit, quo, causam ipsius Abbatis Conchensis committit examinandam & diiudicandam.

N. Episcopo Lexouiensi, & N. Abbati Vallis-Richerij.

Sicut in litteris bonæ memoriæ Cœlestini Papæ, prædecessoris nostri prospeximus contineri. *Cùm olim* quidam monachus Conchensis ad sedem Apostolicam accessisset, cum clamoribus importunis, & quarumdam litterarum, quas secum habebat testimonio præmunitus asseruit, quòd ad mandatum dilecti filij nostri Iordani, Tituli S. Pudentianæ Præsbyteri Cardinalis, tunc Apostolicæ sedis Legati, dilecti filij N. Abbas *Troarnensis*, & Prior *S. Barbaræ* N. Abbatem de *Conchis*, pro inutili administratione, corporis incontinentia, rerumque Monasterij dilapidatione, ascito sibi Priore *de Lyra*; prædicti Legati auctoritate, ab officio, & administratione Abbatiæ memoratæ deponere curauerunt. Cùm itaque non esset, qui pro parte altera

altera responderet, ad nimiam prædicti monachi pertinaciam & clamosam instantiam; sententiam talem, prout rationabiliter lata fuerat, nec legitima appellatione suspensa, idem prædecessor noster confirmans, eam mandauit inuiolabiliter obseruari.

V. *Dictus* verò Abbas, postmodum ad Apostolicam sedem, cum magnis veniens periculis, laboribus & expensis, multorum & magnorum virorum testimonialibus litteris communitus, se post appellationem interpositam ad litteras per precum mendatia impetratas, à iudicibus sibi suspectis, juris ordine non seruato, ab administratione Monasterij, se conquæstus est iniustè fuisse amotum: cùm prædictus Legatus sæpè dictum Monasterium visitans, nihil circa personam Abbatis, vel ipsius administrationem inutilem inuenisset, quod ei correctione dignum, vel reprehensione videretur. Idem etiam Cardinalis proprio fuit ore confessus, quòd quamdiu in Monasterio fuit, cùm cuncta diligentius inquisisset, domum per omnia in bono statu iuuenit: nec aliquid aduersus Abbatem, fuit propositum quæstionis. Post discessum verò suum quidam aduersus sæpè dictum Abbatem, tot, & tanta proposuere nefaria; quòd nulla ratione, salua conscientia, sine inquisitione diligenti poterat præterire. Vnde memoratis, & Priori, mandauit, vt de vita & conuersatione ipsius Abbatis, & totius capituli statu, associatis sibi viris prudentibus, inquirerent diligenter, & quicquid inuenirent ibidem, ei absque dilatione significare curarent: numquam tamen suæ fuisse intentionis, asseruit, quòd ipsi ad sententiam proferendam, absque ipsius consilio, procederent & mandato: sicque sæpè dictus prædecessor noster, nolens prædictum Abbatem inordinatè grauari, quod à prædictis inquisitoribus, qui mandato Cardinalis abusi fuerant, factum erat enormiter, circa ipsum penitùs irritans, in eum statum, ipsum restituit in quo fuit, cùm dictus Cardinalis à Monasterio præfato recessit: subsequenter venerabili fratri nostro Episcopo tunc electo, & dilectis filijs, Hu. & Lu. Archidiaconis Ebroicens. præcipiendo mandauit, vt eidem Abbati, memoratæ Abbatiæ plenam, & pacificam possessionem, auctoritate freti Apostolica, nullius contradictione, vel appellatione obstante, restituere non differrent: reuocantes in irritum, quicquid post appellationem ad nos interpositam, in ipsius Abbatis præjudicium noscerent immutatum. Ne tamen illius restitutionis occasione, vitia eius, si forte talis esset, qualem eius aduersarij asserebant, dissimulari, aut fouere deberet, eisdem iniunxit: vt si quis postmodum appareret, qui aduersus personã eius, vel administrationem inutilem, aliquid proponere vellet, & canonica probatione monstrare, ea diligenter audirent, eique cum sigillorum suorum testimonio, fideliter intimarent: prouidentes attentius, ne bona ipsius Monasterij, ex tunc possent, per eius negligentiam, seu malæ administrationis studium dissipari.

VI. *Verùm*, cùm, sicut idem Abbas in nostra nuper præsentia constitutus, asseruit, prædictus Episcopus illius auctoritate Rescripti, cum suis coniudicibus in negotij deberet executionem procedere, ipse post labores multiplices, restitutione nondum facta, diem ipsi apud Ebroicas, assignauit: vbi pars aduersa, ipsum, ob multa pericula, quæ personæ suæ imminere videbantur, quod præfati Episcopi staret arbitrio, fidem interponere compulerunt, duobus alijs coniudicibus in absentia constitutis, Nos igitur causam ipsam, tam super principali, quàm incidenti quæstione vestro examini committentes, discretioni vestræ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta præcipiendo, mandamus: quatenus super his omnibus studeatis elicere veritatem, & quod secundum Deum videritis rationabiliter statuendum, appellatione postposita, statuatis, & faciatis id per censuram Ecclesiasticam irrefragabiliter obseruari: si qua verò partium legitimè citata, ad vestram præsentiam venire neglexerit, vos nihilominus, quantum de jure poteritis, in ipso negotio procedentes, finem ei debitum, sine appellationis obstaculo imponatis: prouisuri attentius, vt ita per omnia, seruato juris ordine procedatis, quòd discretio vestra meritò debeat commendari, nullis litteris, &c. harum mentione, &c. Quod si ambo, &c. alter vestrum, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 5. Calend. Iulii. [aa]

aa Lib. 1. Epistol. Innocentij III, Papæ Epistol. 258.

VII. Anno vero sequenti, scilicet 1199. Lite iterum recrudescente, finem huic negotio imposuit idem summus Pontifex, Dato hoc subsequente diplomate Apostolico; quo Abbas Simon Conchensis, à causa sua totaliter excidit, & eiurata Abbatia, aliò solum vertere coactus est.

Conuentui de Conchis.

Innocentius, Episcopus, seruus seruorum Dei; &c. Cùm super Abbatia Monasterij vestri, inter vos, & S. quondam Abbatem, olim fuisset quæstio diutius agitata: partibus tandem ad nostram præsentiam accedentibus, dilectum filium nostrum H. S. Eustachij Diaconum Cardinalem dedimus auditorem: in cuius præsentia, pro ipso S. taliter fuit allegatum, quòd cùm dilectus filius noster Iordanus, titul. S. Pudentianæ, Præsbyter Cardinalis, tunc Apostolicæ sedis Legatus intrasset Normanniam, & super statu ipsius Abbatiæ, cum Abbate, ac fratribus, inquisitionem habuerit diligentem, nihil reprehensione dignum inuenit ibidem, sicut ex litteris bonæ memoriæ Cœlestini Papæ, prædecessoris nostri euidenter apparet, quibus ipsius Cardinalis confessio est inserta.

Eo verò postmodum ab ipso Monasterio recedente, litteræ ipsius ad dilectos filios N. Troarnensem Abbatem, & N. Priorem S. Barbaræ, fraudulenter obtentæ fuerunt, super inquisitione Abbatis, & totius Monasterij facienda; nulla data inquisitoribus potestate, in Abbatem aliquid statuendi, quemadmodum ex testimonio eiusdem Cardinalis colligitur euidenter. Prædictis ergo inquisitoribus accedentibus ad Monasterium memoratum; & volentibus fines mandati excedere, in facienda inquisitione, iuris ordine non seruato, idem Abbas, antequam inquisitio sortiretur effectum, sedem Apostolicam appellauit; & quamuis iter arripuisset ad Ecclesiam Romanam veniendi, dicti tamen inquisitores, nec appellationi rationabili interpositæ, neque ipsius absentiæ, vel excusationibus aliquibus deferentes, destitutionis in eum sententiam, contra iuris ordinem, promulgarunt: licet non pronuntiandi potestas eis esset concessa, sicut ex multorum Prælatorum litteris liquidò declaratur. VIII

Memorato igitur Abbate ad dicti prædecessoris nostri præsentiam accedente, postquam de in ordinata destitutione sua, eum reddidit certiorem, omnibus irritatis, quæ contra iuris ordinem, à dictis inquisitoribus fuerant ordinata, eundem Abbatem sententia sua restituit, executione sola Ven. fratri nostro Episcopo, & dilectis filijs L. & H. Archidiaconis Ebroicens. demandata. Die verò à solo Episcopo partibus assignata, & ad terminum vtraque partium veniente: cùm expectaret Abbas restitutionem fieri sibi, secundum Apostolici mandati tenorem, eam non potuit obtinere: quin potius precibus, minis, & terroribus eum Episcopus inducere laborauit: vt in ipsum, non super restitutione facienda, quod erat principale negotium, compromitteret: sed super executione tantummodo, differenda. Et quoniam pars aduersa, cum armis illuc accesserat, & multitudine armatorum, factum est, quod in dictum Episcopum, sicut præmissum est, compromisit; fide in manu ipsius præstita, & restitutionis litteris depositis apud Deum, non tradendis parti aduersæ, sed diligenter seruandis, & restituendis sibi tempore opportuno. IX.

Ipse verò Episcopus, contra id, quod promiserat, venire non metuens: aduersarijs Abbatis litteras restituit memoratas, sicque compromisso ex parte Episcopi, & aduersariorum pariter violato; monachi, bonæ memoriæ M. Titul. SS. Ioan. & Pauli Præsbyteri Cardinalis, tunc Apostolicæ sedis Legati, præsentiam adeuntes; ad I. quondam Rothomagensem Decanum super grauamine compromissi, commissionis litteras impetrarunt. Ad cuius primam citationem, monachus à dicto Abbate transmissus, captus fuit ab aduersarijs, & vinculis ferreis mancipatus: ad secundam verò citationem idem Abbas accedens, per impressionem coactus fuit compromittere in Decanum: non super Abbatia, de qua sub eo nulla quæstio vertebatur, sed pro quibusdam bladi redditibus minuendis. X.

Parte autem altera, super compromisso seruando, fidem, sicut conuenerat, non seruante, dictum S. iterum oportuit ab sedem Apostolicam laborare: vbi à nobis, tam super principali, quam incidenti etiam quæstione, ad venerabilem fratrem nostrum, Lexouiensem Episcopum, & dilectum filium, Abbatem vallis Richerii, litteras impetrauit; vt super his, quæ nobis fuerant intimata, studerent elicere veritatem: & statuerent, quod secundum Deum, viderent rationabiliter statuendum, iuris ordine per omnia obseruato: ita quod alter sine altero adesse nolente, vel etiam non valente, mandatum Apostolicum adimpleret, mentione facta in litteris XI.

ris ipſis, de fide violenter (ſicut idem S. aſſerebat) extorta, & non ſuper monaſterio abiurando, ſed reſtitutione (vt dictum eſt) tantummodo differenda: ne his omiſſis, tacita veritate, commiſſio videretur obtenta.

XII. Partibus verò coram delegatis judicibus conſtitutis, pars illius, quem dixit intruſum, præfatum Epiſcopum duabus de cauſis ſibi dixit eſſe ſuſpectum; tum, quia ſuper Eccleſia quandam cauſam habebat cum monaſterio memorato; tum etiam, quia ipſum à Romana Curia redeuntem, ad pacis oſculum non admiſit: vnde, neque coram illis, neque coram illorum altero, juri ſtare voluit; quamuis nihil diceret in Abbatem, ſed appellans fruſtratore ſe contumaciter abſentauit. Verùm dicti executores, appellationi, quæ nulla fuerat, minimè deferentes, habito multorum prudentium virorum conſilio, ſententiam, à dicto prædeceſſore noſtro prolatam executioni mandarunt: reſtituentes prædicto S. Abbatiam, & præfato intruſo perpetuum ſilentium imponentes. Cúmque, ad eorum, ex parte Apoſtolica, juſſionem, Diœceſanus Epiſcopus ſæpius requiſitus, ipſum S. in corporalem poſſeſſionem inducere recuſaret, id exequendum quibuſdam diaconibus mandauerunt: qui nedum, quod admiſſi fuerunt, verum, per monachos, & fautores eorum, afflicti verberibus, carcerali ſunt cuſtodiæ mancipati. Quapropter in intruſum, monachos, & fautores eorum, à Delegatis fuit ſecundum Apoſtolici mandati tenorem, excommunicationis ſententia promulgata. Sed ob hoc intruſus, & monachi, non dimiſerunt Diuina officia celebrare: qui etiam ipſo intruſo defuncto, alium excommunicatum eligere præſumpſerunt, ſicut ex Delegatorum litteris perpenditur euidenter.

13. Cúmque, nec ſic poſſent ad frugem melioris vitæ reduci: ſæpè dictus S. iter arripuit ad ſedem Apoſtolicam veniendi. Sed præuenientes eum nuntij monachorum, de benedictionis munere, illi, quem elegerant, impendendo, fraudulenter litteras impetrarunt: quas ad partes ſuas miſerunt feſtinantius quàm deberent. Petebat itaque dictus S. Monachos ipſos, qui, cuidam prædeceſſorum ſuorum, amputare linguam, & oculos eruere præſumpſerunt: in alium ſedentem ad menſam, cum gladijs & fuſtibus impetum facientes: alium ſolum in Eccleſia dimittentes Miſſam celebrare paratum: animaduerſione condigna puniri: & poſſeſſionem Abbatiæ, plenariè ſibi reſtitui, ſicut à dicto predeceſſore noſtro ſtatutum fuerat, & à Delegatis poſtea judicibus ordinatum: intruſo, qui poſt latam in eum ſententiam excommunicationis, aſſumptus fuerat, per ſilentium condemnato.

14. Cæterùm, pro vobis ita fuit propoſitum ex aduerſo; quòd cùm præfatus Iordanus Cardinalis in partibus illis, Legationis officio fungeretur, & cauſam ipſam ſuper dilapidatione ipſius S. & incontinentia pariter, præfatis Abbati Troarnenſi, & Priori S. Barbaræ, commiſerit terminandam, ipſi cognita veritate, & ordine juris per omnia obſeruato; in eum depoſitionis ſententiam protulerunt: quæ à dicto prædeceſſore noſtro fuit poſtea confirmata. Ipſe autem, S. eidem prædeceſſori noſtro, quòd Abbatia ipſa injuſtè ſpoliatus fuerit, intimauit: præfato Cardinali etiam aſſerente, non fuiſſe intentionis ſuæ, quòd ad depoſitionem Abbatis procederent judices delegati: quamuis & hoc eſſet eis commiſſum, ſicut in eorumdem litteris reperitur, Vnde ſæpe dictus prædeceſſor noſter eum non reſtituit, altera parte abſente, ſed reſtituendum mandauit Epiſcopo, & Archidiaconis memoratis: quia tacitum eis fuerat, quod præfatus Cardinalis, dictis Abbati, & Priori, deponendi etiam conceſſerit facultatem.

15. Conuenientibus igitur partibus ad diem & locum ſibi à Delegatis ſedis Apoſtolicæ aſſignatum, dictus, S. in manu Epiſcopi, quòd eius ſuper cauſa ipſa ſtaret arbitrio, fide data firmauit; qui partes ipſas, vt ad ea, quæ pacis ſunt, intenderent, monuit diligenter: inter quas talis compoſitio interceſſit, vt dictus S. in perpetuũ cederet Abbatiæ; quam ceſſionem ratam Delegati judices habuerunt; & idem S. ſicut in Delegatorum litteris continetur, juramento firmauit ſe illam firmiter ſeruaturum. Et cùm ſuper reſtitutione ſua duplices litteras eiuſdem prorſus continentiæ impetraſſet, facta compoſitione, quam ſæpe dictus, prædeceſſor noſter poſtea confirmauit; alteras reſignauit, alteras retinuit fraudulenter. Proceſſu verò temporis, compoſitione ab eo aliquandiu obſeruata, per jam dictum, M. Cardinalem, Ioanni quondam Rothomagenſi Decano, eamdem fecit cauſam committi: fuitque in eius præſẽtia, & venerabilis fratris noſtri Rothomagenſ. Archiepiſcopi,

prima compoſitio innouata, vbi præfatus S. Abbatiam denuò ejurauit; & quòd
compoſitionem ipſam deinceps obſeruaret, corporaliter præſtitit juramentum,
ſicut in Rothomagenſis Archiepiſcopi litteris continetur, & multis poſſet teſtibus
approbari. Fuerunt autem iſta coram Rothomagenſi facta, ea præcipuè ratione,
quoniam Prioratus, quem ipſe, S. debuit obtinere, in Rothomagenſi erat Diœceſi
conſtitutus: quem cùm per biennium detinens inhoneſtè viuendo, ferè omnia con-
ſumpſiſſet, ad alia bona Monaſterij ſe violenter extendit: Et tandem ad præſen-
tiam noſtram accedens, & quædam de præmiſſis exprimens, alia verò reticens, ad
præfatos, Lexouienſem Epiſcopum, & Abbatem Vallis-Richerij noſtras litteras
reportauit; vt diligenter inquirerent de omnibus veritatem, & ſtatuerent, quod
juſtitia poſtularet. Ipſi verò partibus ad ſe citatis, quamuis Epiſcopus, pro memo-
ratis cauſis, & quoniam R. Abbati reſpondit, quod ſi poſſet, ſibi noceret, eſſet al-
teri parti ſuſpectus, & ab eo fuerit recuſatus, velletque coram conjudice, qui ſuſ-
pectus non erat, vel coram arbitris electis à partibus, id probare; dicto Abbate val-
lis Richerij admittere hoc nolente: ante ingreſſum cauſæ fuit ab illis duobus poſt-
modum appellatum: ipſi nihilominus eumdem S. reſtituendum ſententialiter de-
creuerunt, aduerſario eius ſuper Abbatia, perpetuum ſilentium imponentes.

Cùm igitur, quæ præmiſſa ſunt, & alia quædam prædictus Cardinalis nobis, &
fratribus noſtris, prudenter, & fideliter retuliſſet: quia conſtitit nobis per litte- 16.
ras, judicum prædictorum, Epiſcopi, & Archidiacon. Ebroicenſ. quibus ſuper
reſtitutione ipſius S. à dicto prædeceſſore noſtro, fuerat cauſa commiſſa de vtriuſ-
que partis aſſenſu, compoſitionem ſub eo tenore factam fuiſſe; quòd Prioratus
S. Stephani cum omnibus pertinentijs ſuis, & alia quædam ſibi conceſſa fuerunt,
dùm viueret, poſſidenda; & ipſe à lite, ſpontanea voluntate receſſit, & inſtru-
menta ſua fracto ſigillo, quo vſus fuerat, in manibus eorumdem judicum reſigna-
uit: & quòd Abbatiam abjurauerit memoratam, ex litteris jam dicti Rothomag.
Archiepiſc. perpendimus euidenter. Nolentes per nos, qui punimus perjuria, viā
perjurii aperiri, cùm & ipſe recipiēdo cōpoſitionem, huiuſmodi renuntiauerit Ab-
batiæ: communicato fratrum noſtrorum conſilio, ab impetitione ipſius S. vos, &
monaſterium veſtrum, abſoluimus, perpetuum ei ſuper quæſtione ipſa ſilentium
imponentes: nonobſtante quod factum eſt; ab vltimis Delegatis: cùm ex his appa-
reat euidenter ipſos (vt de aliis taceamus) ſi eis de præmiſſis conſtitit minus legi-
timè proceſſiſſe: reſtituentes illum, qui non habebat ius aliquod repetendi. Et
quamuis s[illegible]us Abbas, antequam appellaretur ab eo, juxta formam litterarum no-
ſtrarum procedere potuiſſet: quia tamen ex eo, quod cum ipſo Epiſcopo interlo-
cutus eſt, appellationem non tenuiſſe de jure, ſine ipſo, dùm poſſet, & vellet ne-
gotio intereſſe: per conſequentiam confeſſus eſt, ſe non poſſe mandatum Apoſto-
licum adimplere: nec ſuæ intentionis extitit, vt ſine conjudice ſuo aliquid diffini-
ret; & cum eo, qui jam judex eſſe deſierat, aliquid ſuper præmiſſo negotio ritè
diſponere non valebat, voluntate ac poteſtate ſibi mutuò aduerſantibus: cùm no-
luerit, quod potuit, & quod voluit, adimplere nequiuit, quod à duobus factum
fuit, effectum de jure non potuit obtinere. Nulli ergo hominum, &c. Datum La-
terani, idibus April. Pontif. ann. 2. [bb]

bb Sup. lib. 2. Epiſtol. 38.

Cæterorum Abbatum hujuſce cœnobij Catalogus diſquiritur.

CAPVT III.

DEPOSITO igitur præfato Simone Abbate per ſententiam Apo- I.
ſtolicæ ſedis; partibus auditis: monachi ad electionem proceſſe-
runt: in qua, vt opinor hic Abbas renunciatus eſt, circa ann. 1200.

13. Theodardus: qui in fata conceſſit, 15. Calēd. Octob. [a]

14. Guillelmus 3. defunctus pridie Calend. Maij. [b]

Agit de eo Obituarium Cormelienſe ad 10. Maij, à quo le *Preſtel* cognominatur.

a Necrologium Conchenſe.
b Ibid.

15. *Robertus*

15. *Robertus le Riuet.*

Citatur ad ann. 1217. pro rebus Abbatiæ Lyrenſis: [c] ac tandem ſpititum exhalauit, 6. idus Ianuarij: [d] At, obituarium Cormelienſe, idibus Februar.

c *Ex Cartulario Lyrenſi, in Confirmation. Archiepiſc. Rothomag. Carta 35.*
d *Necrologium ſup.*

16. *Simon 2.*

Notatur ad ann. 1224. ſimul cum Gaufrido, Lyrenſi Abbate; ad eum ſcripſit Radulfus, Epiſcopus Ebroicenſis. [e]

e *Ex Cartulario magno Conchæ, fol. 78. & 197. Item ex paruo Cartulario Lyræ fol. 91.*

II. ## 17. *Lucas.*

Obdormiuit in Domino, ann. 1226. in vigilia Annuntiationis B. Mariæ Virg. Deiparæ, 10. Calend. April. ſepulturam nactus in capitulo ejuſd. Abbatiæ, juxta obituarium, & ſchedas Conchenſ.

18. *Renaudus, ſeu Reginaldus.*

Reperitur ad ann. 1228. & 1230. in Cartulario magno, fol. 65. 94. & 202. migrauit in cœlum, ſub ann. 1229. pridie Calend. Iunij, juxta obituarium Conchenſe; vbi nuncupatur *Radulphus*, & fortè Renaudus cognominatus, de quo ibid. 7. idus Iunij.

19. *Guillelmus 4. du Cheſne.*

Huic Gregorius 9. confirmauit omnia bona Monaſterij ſui; ſub datum Peruſii, ann. 1234. ex Cartulario, ſup. fol. 209. memoratur iterum ann. 1237. in Cartulario Abbatiæ de Cruce, fol. 49. moritur 3. nonas Septemb. ex obituario Conchenſi.

20. *Clemens.*

Cujus ordinatio accidit, ann. 1240. in fine eiuſd. Necrologij.

21. *Gilbertus 4.*

De quo mentio habetur, 1245. [f] 1260. [g] & 1289. [h]

22. Lucas 2. ann. 1276. ex Carta inferius citanda, in 29. Abbate.

23. Ioannes. Notatur ad ann. 1289. [i] *mortuus 7. idus Iunij.* [k]

III. ## 24. *Petrus Maurens.*

Codex MS. Conchenſis illius meminit ad ann. 1306. & 1307. [l] defunctus pridie idus Septemb. ex Necrologio Conchenſi.

25. Iacobus, in fata conceſſit, idibus Ianuarij. [m]

26. Stephanus Bertier: è viuis ſublatus eſt, 6. Calend. Ianuar. [n]

27. Radulphus, obdormiuit in Chriſto pridie nonas Maij. [o]

f *Cartularium Vticenſe, fol. 177.*
g *Cartularium Crucis, fol. 78 & 79.*
h *Cartularium magnum Conchenſe, fol. 201.*
i *Ibid. fol. 105.*
k *Obituarium Conchæ.*
l *In Cartulario magno Conchenſi fol. 68. & 169.*
m *Ex Necrologio Conchæ. idibus Ianuarij. Obituario Cormelienſi 6. Calend. Maij.*
n *Ex Obituario Abbat. S. Taurini Ebroicenſ.*
o *Ex Necrologio Conchæ.*

28. *Rogerus.*

Viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, 15. Calend. Decemb. [p] Huic Vrbanus V. ſummus Pontifex, ann. 6. ſui Pontificatus confirmauit omnia bona ſui Monaſterij, [q] ſcilicet, ann. 1368.

29. *Richardus.*

Notatur ad ann. 1380. [r] obijt 3. nonas Decembris. [ſ]

IV. *30. Petrus 2. de Cerliaco, moritur 13. Calend. Martij.*

p *Ibid.*
q *Cartularium magnum Conchenſe, fol. 217.*
r *Ibid. fol. 93.*
ſ *Ex Necrologio Conchæ.*

Digitized by Google

prima compoſitio innouata, vbi præfatus S. Abbatiam denuò ejurauit; & quòd
compoſitionem ipſam deinceps obſeruaret, corporaliter præſtitit juramentum,
ſicut in Rothomagenſis Archiepiſcopi litteris continetur, & multis poſſet teſtibus
approbari. Fuerunt autem iſta coram Rothomagenſi facta, ea præcipuè ratione,
quoniam Prioratus, quem ipſe, S. debuit obtinere, in Rothomagenſi erat Diœceſi
conſtitutus: quem cùm per biennium detinens inhoneſtè viuendo, ferè omnia con-
ſumpſiſſet, ad alia bona Monaſterij ſe violenter extendit: Et tandem ad præſen-
tiam noſtram accedens, & quædam de præmiſſis exprimens, alia verò reticens, ad
præfatos, Lexouienſem Epiſcopum, & Abbatem Vallis-Richerij noſtras litteras
reportauit; vt diligenter inquirerent de omnibus veritatem, & ſtatuerent, quod
juſtitia poſtularet. Ipſi verò partibus ad ſe citatis, quamuis Epiſcopus, pro memo-
ratis cauſis, & quoniam R. Abbati reſpondit, quod ſi poſſet, ſibi noceret, eſſet al-
teri parti ſuſpectus, & ab eo fuerit recuſatus, velletque coram conjudice, qui ſuſ-
pectus non erat, vel coram arbitris electis à partibus, id probare; dicto Abbate val-
lis Richerij admittere hoc nolente: ante ingreſſum cauſæ fuit ab illis duobus poſt-
modum appellatum: ipſi nihilominus eumdem S. reſtituendum ſententialiter de-
creuerunt, aduerſario eius ſuper Abbatia, perpetuum ſilentium imponentes.

Cùm igitur, quæ præmiſſa ſunt, & alia quædam prædictus Cardinalis nobis, &
fratribus noſtris, prudenter, & fideliter retuliſſet: quia conſtitit nobis per litte- 16.
ras, judicum prædictorum, Epiſcopi, & Archidiacon. Ebroicenſ. quibus ſuper
reſtitutione ipſius S. à dicto prædeceſſore noſtro, fuerat cauſa commiſſa de vtriuſ-
que partis aſſenſu, compoſitionem ſub eo tenore factam fuiſſe; quòd Prioratus
S. Stephani cum omnibus pertinentijs ſuis, & alia quædam ſibi conceſſa fuerunt,
dùm viueret, poſſidenda; & ipſe à lite, ſpontanea voluntate receſſit, & inſtru-
menta ſua fracto ſigillo, quo vſus fuerat, in manibus eorumdem judicum reſigna-
uit: & quòd Abbatiam abjurauerit memoratam, ex litteris jam dicti Rothomag.
Archiepiſc. perpendimus euidenter. Nolentes per nos, qui punimus perjuria, viā
perjurii aperiri, cùm & ipſe recipiēdo cōpoſitionem, huiuſmodi renuntiauerit Ab-
batiæ: communicato fratrum noſtrorum conſilio, ab impetitione ipſius S. vos, &
monaſterium veſtrum, abſoluimus, perpetuum ei ſuper quæſtione ipſa ſilentium
imponentes: nonobſtante quod factum eſt; ab vltimis Delegatis: cùm ex his appa-
reat euidenter ipſos (vt de aliis taceamus) ſi eis de præmiſſis conſtitit minus legi-
timè proceſſiſſe: reſtituentes illum, qui non habebat ius aliquod repetendi. Et
quamuis ſ[illegible]us Abbas, antequam appellaretur ab eo, juxta formam litterarum no-
ſtrarum procedere potuiſſet: quia tamen ex eo, quod cum ipſo Epiſcopo interlo-
cutus eſt, appellationem non tenuiſſe de jure, ſine ipſo, dùm poſſet, & vellet ne-
gotio intereſſe: per conſequentiam confeſſus eſt, ſe non poſſe mandatum Apoſto-
licum adimplere: nec ſuæ intentionis extitit, vt ſine conjudice ſuo aliquid diffini-
ret; & cum eo, qui jam judex eſſe deſierat, aliquid ſuper præmiſſo negotio ritè
diſponere non valebat, voluntate ac poteſtate ſibi mutuò aduerſantibus: cùm no-
luerit, quod potuit, & quod voluit, adimplere nequiuit, quod à duobus factum
fuit, effectum de jure non potuit obtinere. Nulli ergo hominum, &c. Datum La-
terani, idibus April. Pontif. ann. 2. [bb]

bb Sup. lib. 2. Epiſtol. 38.

Cæterorum Abbatum hujuſce cœnobij Catalogus diſquiritur.

CAPVT III.

DEPOSITO igitur præfato Simone Abbate per ſententiam Apo- 1.
ſtolicæ ſedis; partibus auditis: monachi ad electionem proceſſe-
runt: in qua, vt opinor hic Abbas renunciatus eſt, circa ann. 1200.

13. Theodardus: qui in fata conceßit, 15. Calēd. Octob. [a]

14. Guillelmus 3. defunctus pridie Calend. Maij. [b]

Agit de eo Obituarium Cormelienſe ad 10. Maij, à quo le *Preſtel* cognominatur.

a Necrologium Conchenſe.
b Ibid.

15. *Robertus le Riuet.*

Citatur ad ann. 1217. pro rebus Abbatiæ Lyrensis: [c] ac tandem spiritum exhalauit, 6. idus Ianuarij: [d] At, obituarium Cormeliense, idibus Februar.

[c] Ex Cartulario Lyrensi, in Confirmation. Archiepisc. Rothomag. Carta 35.
[d] Necrologium sup.

16. *Simon 2.*

Notatur ad ann. 1224. simul cum Gaufrido, Lyrensi Abbate; ad eum scripsit Radulfus, Episcopus Ebroicensis. [e]

[e] Ex Cartulario magno Conchē, fol. 78. & 197. Item ex paruo Cartulario Lyræ fol. 91.

II. 17. *Lucas.*

Obdormiuit in Domino, ann. 1226. in vigilia Annuntiationis B. Mariæ Virg. Deiparæ, 10. Calend. April. sepulturam nactus in capitulo ejusd. Abbatiæ, juxta obituarium, & schedas Conchens.

18. *Renaudus, seu Reginaldus.*

Reperitur ad ann. 1228. & 1230. in Cartulario magno, fol. 65. 94. & 202. migrauit in cœlum, sub ann. 1229. pridie Calend. Iunij, juxta obituarium Conchense; vbi nuncupatur *Radulphus*, & fortè Renaudus cognominatus, de quo ibid. 7. idus Iunij.

19. *Guillelmus 4. du Chesne.*

Huic Gregorius 9. confirmauit omnia bona Monasterij sui; sub datum Perusii, ann. 1234. ex Cartulario, sup. fol. 209. memoratur iterum ann. 1237. in Cartulario Abbatiæ de Cruce, fol. 49. moritur 3. nonas Septemb. ex obituario Conchensi.

20. *Clemens.*

Cujus ordinatio accidit, ann. 1240. in fine eiusd. Necrologij.

21. *Gilbertus 4.*

De quo mentio habetur, 1245. [f] 1260. [g] & 1289. [h]

22. *Lucas 2. ann. 1276. ex Carta inferius citanda, in 29. Abbate.*

23. *Ioannes. Notatur ad ann. 1289.* [i] *mortuus 7. idus Iunij.* [k]

[f] Cartularium Vticense, fol. 177.
[g] Cartularium Crucis, fol. 78. & 79.
[h] Cartularium magnum Conchense, fol. 201.
[i] Ibid. fol. 105.
[k] Obituarium Conchæ.

III. 24. *Petrus Maurens.*

Codex MS. Conchensis illius meminit ad ann. 1306. & 1307. [l] defunctus pridie idus Septemb. ex Necrologio Conchensi.

25. *Iacobus, in fata concessit, idibus Ianuarij.* [m]

26. *Stephanus Bertier: è viuis sublatus est, 6. Calend. Ianuar.* [n]

27. *Radulphus, obdormiuit in Christo pridie nonas Maij.* [o]

[l] In Cartulario magno Conchensi fol. 68. & 169.
[m] Ex Necrologio Conchæ. idibus Ianuarij. Obituario Cormeliensi 6. Calend. Maij.
[n] Ex Obituario Abbat. S. Taurini Ebroicens.
[o] Ex Necrologio Conchæ.

28. *Rogerus.*

Viam vniuersæ carnis ingressus est, 15. Calend. Decemb. [p] Huic Vrbanus V. summus Pontifex, ann. 6. sui Pontificatus confirmauit omnia bona sui Monasterij, [q] scilicet, ann. 1368.

29. *Richardus.*

Notatur ad ann. 1380. [r] obijt 3. nonas Decembris. [s]

[p] Ibid.
[q] Cartularium magnum Conchense, fol. 217.
[r] Ibid. fol. 93.
[s] Ex Necrologio Conchæ.

IV. 30. *Petrus 2. de Cerliaco, moritur 13. Calend. Martij.*

Digitized by Google

31. Robertus 2. defunctus : pridie Calend. Maij.

32. Philippus, diem clausit extremum : pridie nonas Iunij. [t]

33. Ioannes 2. memoratur, ad ann. 1413. [u]

34. Radulphus 2.

Migrauit in cœlum 7. idus Iulij, [x] vocatur *Raymundus*, quando ann. 1439. in Concilio Constantiensi, deputatus est, ex natione Gallica, cum Nicolao *Tibout*, Normanno Doctore, pro electione futuri Papæ, in locum Eugenij IV. depositi. [y]

35. Richardus 2. excessit è viuis 3. Calend. Iunij. [z]

36. Ioannes 3. Halebout, obijt 3. Calend. Iunii. [aa]

37. Galterus hominem exuit 6. idus Septemb. [bb]

38. Guillelmus 5.

Mentio de eo habetur ad ann. 1452. 1460. & 1461. [cc]

39. Ioannes 4. le Gros.

Societatem inijt, seu potiùs renouauit, ann. 1473. cum Monachis Cormeliensibus, vt sese mutuis orationibus iuuarent apud Deum : qua de re, subsequentes adhuc prostant litteræ. *Viris Religiosis*, & deuotis amicis, in Christo charissimis, D. Constantino, Dei gratia, Abbati Monasterij B. Mariæ de Cormelijs, & eiusdem loci sacro Conuentui : Frater Ioannes, ejusdem permissione, Abbas Monasterij B. Petri de Conchis, & eiusdem loci Conuentus, humiliter salutem. Igitur charissimi prædecessores nostri, inclyti ouium Christi pastores, cum ouilibus à summo Pastore sibi creditis, ad patriam suspirantibus vranicam; videlicet, D. Lucas, Diuina miseratione Abbas præfati Monasterij nostri, necnon D. Richardus, eadem miseratione, prædicti Monasterij B. Mariæ de Cormelijs Abbas, inter se dudum, id est, in Anno Domini 1276. quandam fraternalem consocietatem stabilierant, Christi charitate, vt arbitramur, accensi, quam in scriptis diligenter impresserunt; quodquidem scriptum hactenus apud nos reconditum habetur, & cum omni diligentia obseruatur : &c. Datum apud Conchas, anno Domini 1473. die vero octaua mensis Maij. [dd] Nominatur iterum hic Ioannes Abbas, ad ann. 1475. [ee] Debitum autem mortis exoluit ann. 1483. sepultus Conchis, in Capella, à cornu Euangelij : idibus Martij, [ff] vel 17. Martij. [gg] V.

40. Robertus 3. obiit 12. Calend. Decemb. [hh]

41. Rogerus 2. vitæ lumina clausit 12. Calend. Octob. [ii] VI.

42. Ioannes 5. Desperois.

Mentio fit de eo ad ann. 1501. & 1505. [ll] vitam finiuit ann. 1509. die 8. Decemb. [mm] vel, 9. [nn] seu die 10. [oo] eo quòd forsitan tunc sepulturam nactus sit.

43. Michael de Chesneyo.

Moritur 10. Calend. Nouemb. [pp] Agit de eo obituarium Cormeliense, 4. Iulij.

44. Nicolaus le Großier.

Migrauit ad Dominum, Calendis Nouemb. [qq] seu 3. Calend. Nouemb. ex obituario Cormeliensi.

45. Ioannes 6. Baillard, obiit 16. Calend. Nouemb. [rr]

t Ibid.

u Cartularium magnum sup. fol. 160.

x Ex Necrologio Conchæ.

y Bzouius, ad ann. 1439. §. 14. Frisonus in Gallia purpurata, fol. 493.

z Ex Necrologio Conchæ.

aa Ibid.

bb Ibid.

cc Ex Cartulario magno, sup. fol. 53. 56. & 142.

dd Ex Schedis Abbat. Cormeliens.

ee In Cartulario magno Conchensi, fol. 200.

ff Ex Necrologio Conchæ.

gg Ex Obituario Abbat. Cormeliens.

hh Necrologio Conchæ.

ii Ibid.

ll In Cartulario magno Conchensi, fol. 127. & 188.

mm In Schedis Conchens.

nn Obituarium Cormeliense.

oo Necrologium Conchens.

pp Ibid.

qq Ibid.

rr Ibid.

Digitized by Google

46. *Nicolaus 2. le Vauasseur.*

Defunctus pridie Calend. Nouemb. ‖ seu 4. nonas Nouemb. juxta obituarium Cormeliense. ‖ *Ibid.*

47. *Ioannes 7. le Vauasseur.*

Nepos præfati Nicolai: Deo spiritum reddidit, ann. 1556. die 18. Octob. (ex eius Epitaphio) sepultus in naui Ecclesiæ: attamen Necrologium Conchense agit de eo 8. Calend. Nouemb. & Obituarium Cormeliense, 22. August.

48. *Robertus de Guenel.*

Abbas primus Commendatarius Conchensis, diem vltimum egit, ann. 1583.

49. *Gabriel de Guenel.*

Pronepos prædicti Roberti, ann. 1584. nominatus à Rege, qui Cardinalem de Richeleo in ceu, adjutorem adsciuerat, cui tamen super vixit.

50. *Guillelmus de Longueil, 1654. viuit.*

Renati de *Longueil*, Domini de *Maisons*, Præsidis infulati in Senatu Parisiensi filius.

Ab hac Abbatia dependent ista cœnobia in Anglia, nimirum. *Vvotona* domus, in agro Vvaruuicensi. Item Montralenlanensis, in agro Herefordensi, vide Monasticon Anglicum, Tom. 2.

SAGIENSIS. ABBATIA VVLGÒ, S. Martin de Sez.

Circa ann. 1050.

Rogerius, Comes Montis-Gomerici Fundator inclytus huius S. Cœnobij: Primarij Abbates, Robertus & Radulphus, postea Episcopus Roffensis.

CAPVT I.

I. ORDINEM profitetur Benedictinum, dicataque est S. Martino, Turonensi Archipræsuli; fundatur verò circa ann. 1050. tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, Authore Rogerio, Comite Montis-Gomerici: qua de re sic Gemeticensis. *Rogerius de Monte-Gommerij, pater Roberti de Belesmo, indignans videri in aliquo inferior suis comparibus, in honorem S. Martini Ecclesias duas, vnam, in Sagiensis vrbis suburbio: alteram in vico suo Troardo, nobiliter construens, greges monachorum ibidem Deo militaturos posuit.* [a] Cui alij adstipulantur. [b] Quis verò fuerit iste Rogerius Mons-Gummerius, breuiter discutiendum venit. Hugo Comes Montis-Gommerici, accepta in vxorem Ioscellina, Gonnoris, Ducis Normanniæ, Richardi 1. sponsæ, neptis; hunc ex ea genuit Rogerium; qui adolescens factus, desponsauit Mabiliam, Guillelmi Talauacij filiam, qua mediante, Comes Belismi, & Alenconij euasit. Postea interfuit Bello Anglico, ann. 1066. vbi strenuè dimicans, à præfato Guillelmo, Normaniæ Duce, tunc Angliæ Rege, Comitatus Arundelli, & Scrobesburiæ dono accepit. [c] Qui tandem, scilicet apud Scrobesburiam monachile scema deuotus suscepit, & in Basilica S. Petri Apostoli (quam extra vrbem, inter flumina, *Meolam*, & *Sabrinam*, condiderat) tribus diebus in colloquijs Diuinis,

a Gemeticensis lib. 7. de Gestis Normannor. cap. 22. Robertus de Monte, infra.

b Cauellis lib. 2. de Re Gallica periochal 4. & Tom. 5. Hierarchiæ Ecclesi. Neustriæ. Bryus lib. 2. Histor. Comitat. Alenconiens. & Perticensis cap. 14. Gallia Christiana, in Abbat. Picardus in notis, ad lib. 3. Epistol. S. Anselmi 85. Marlotus lib. 3. cap. 21. Chronic. MS. Norman. Antiquitates MS. Normann. pag 2. & 115. D. Bigoti.

c Gemeticens. cap. 15. sup. & lib. 8. cap. 35. 36. & 37. Bryus sup.

& oratione, inter seruos Dei permansit: ac demùm 6. Calendas Augusti mortuus, inibi sepultus est, plures post se relinquens liberos ann. 1094. [d] sed ad priora reuertamus.

Cùm igitur ipse Rogerius, Comes Mons-Gommerius, vulgò *Mont-Gommery*, monachos valdè diligeret, nec minori prosequeretur, Iuo, Sagiensis Episcopus (cuius neptem, ipse Rogerius desponsauerat) de construendo Sagij cœnobio, illi consilium dedit: teste Orderico. „ *Præfati* (inquit) Præsulis neptem, nomine „ Mabiliam, Rogerius de Monte-Gomerici Oximensiũ Vice-comes, in coniugium „ habebat: per quam magnã partem possessionis Vuillelmi Belesmensis obtinuerat. „ Qui prædicti Pontificis instinctu, & consilio, Ecclesiam S. Martini apud Sagiũ, „ [Theod]orico Abbati S. Ebrulfi tradidit: eumque vt ibidem cœnobium monachile con- „ strueret, cum coniuge sua summoperè rogauit. At ille haud segniter assignare, „ opus in nomine Domini inchoauit: ibique Rogerium Vticensem monachum, „ Sacerdotem, & Morinum, & Engelbertum, aliosque ex discipulis suis constituit, „ ipse quoque sæpius eumdem locum visitabat; & aliquando tribus, seu quatuor „ septimanis commanebat, & incœpti operis perfectioni, pro amore Dei, & vti- „ litate sequentium, totis nisibus insistebat. Præfata verò Mabilia multùm erat po- „ tens & sæcularis, callida & loquax, nimiumque crudelis, valdè tamen virũ Dei „ Theodoricum diligebat, eique (licet alijs religiosis hominibus nimis dura esset) „ in quibusdam obediebat. Rodbertum quoque de Belesmia, primogenitum filium „ suum, (cuius crudelitas in diebus nostris super miseras plebes nimium efferbuit) „ ipsi & Rogerio, alijsque monachis apud Sagium commorantibus, ad abluen- „ dum sacro Baptismatis fonte obtulit. [e] II.

Attamen vir Dei, Theodoricus, præfatus, Vticensis Abbas, varijs simultatibus exagitatus, à Sagio tandem recedere decreuit, & vticum reuerti: juxta eumdem Ordericum. *Amator autem pacis Theodericus vndique angustiatus est. Nam apud Sagium nequibat animarum saluti proficere; nec cellam ibi cœptam à Rogerio, & vxore eius ad perfectionem erigere; quia ipsi pluribus sæcularium rerum curis occupabantur, & ab inimicis suis, vndique impugnabantur.* &c. [f] Postea autem id compleuit ann. 1056. Et ann. 1060. ipse Rogerius Comes multa huic loco contulit, vti constat ex eius charta. III.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Nouimus ex antiquitatis auctoritate institutum: vt si quis faceret donum Ecclesiæ, per sacrorum seriem apicum, futuræ posteritati ratum faciat ac notum. Huius igitur authoritatem sequentes, Rogerius Vice-comes, & Mabilia, eius vxor, cupientes boni compensatione, sua mala acta delere, locum S. Martini, qui est iuxta Burgum Sagij, super ripam Olnæ fluuij, qui temporibus priscis, sub monasticæ Regula Religionis viguit, ad priorem statum, apud semetipsos partim remanere disposuerunt, anno ab Incarnatione Domini 1060. Epacta 23. indictione 13. concurrente, duobus, Regnante Henrico, Rege Francor. & Guillelmo Principe Normanorum, qui postea Dei gratia effectus, tale beneficium concessit; atque Iuone, Episcopo Sagiensi fauente: dederunt supradictæ Ecclesiæ, pro redemptione animarum suarum, terram, quam Guillelmus eorum prædecessor tenuit in ipso Dominio, circa villam, & in villa S. Martini, &c. Ex cartulario eiusdem Abbatiæ, *Bryus* sup. cap. 14. pag. 66. & 67. cap. 16. pag. 81. & 82. ac 112. item lib. 5. cap. 7. pag. 289. cap. 8. pag. 316. & cap. 10. pag. 331. Interim verò Sagiense cœnobium haud relictum est vacuum: imò paulò post de Archimandrita disposuit, ac prouidit: quapropter horum cœnobiarcharum seriem hîc apponendam duximus.

1. Robertus. Primus Abbas. [g]

Dicitur, monachus S. Martini Troarni: [h] sed probatione id indigeret: (cùm eodem tempore hæ Abbatiæ scilicet Sagiensis & Troarnensis simul cœperint: & credibilius esset ex vticensi cœnobio fuisse assumptum: per B. Theodoricum S. Ebrulfi Abbatem, vnde alios nuper monachos, tanquam sibi magis notos, euocarat: pro inhabitatione huiusce Sagiensis domicilij inchoati: vti superius vidimus) nisi *Orderici* testimonium, litem dirimeret, [i] interfuit solemnitati S. Audoeni IV.

[d] *Ordericus lib. 8. Histor. Eccles. ad ann. 1094. Bryus, sup.*

[e] *Ordericus lib. 3. ad ann. 1050. Bryus sup. cap. 13. 14. & 15.*

[f] *Ordericus ibid. ad ann. 1056.*

[g] *Catalogus. ant. Abbat. Sagiens. Gallia Christiana. Ibid. sup. Robertus de Mõnte, Tract. de Abbatijs, cap. 23.*

[h] *Cenalis sup. Tom. v. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ in ea Abbat. ex Roberto.*

[i] *Lib. 8. sup. ann. 1082.*

ni. Apud Rothomagum,[k] in cœnobio S. Audoeni, ann. 1073. die 24. Auguſti: ſed *Richardus* perperam illic vocatur, [l]Præſens reperitur, ann. 1074. apud Beleſmiam, in feſto S. Leonardi, in cura Rogerij præfati, Comitis Montis-Gomerici, pro confirmatione donationis, quam fecerat Guillelmus *Pantol*, Mainerio, Vticenſi Abbati.[m] Tum, ann. 1080. venit ad concilium prouinciale apud Iuliobonam celebratum, ſub Guillelmo 48. Rothomagenſi Archiepiſcopo.[n] Adfuit quoque funeri ſupradicti Guillelmi Normaniæ Ducis, Angliæque Regis, apud Cadomum, in Eccleſia Abbatiali S. Stephani prothomartyris ſepulti, anno Chriſti 1087.[o]

l Vide ſup. cap. 8. Abbat. S. Audoeni. §. 2.
m Ordericus lib. 5. ſup. ad ann. 1074.
n Dadræus in Archiepiſc. Rothomag.
o Ordericus ſup. lib 7. ad ann. 1087.

V. Roberti Abbatis tempore, prædictus Rogerius, Comes Montis-Gomerici, huic cœnobio, cuius erat fundator, plura alia bona contulit, ann. 1082. *Præterea* (inquit Ordericus) *Rogerius Comes, multa dedit alijs Eccleſijs, Troarnenſi, Sagienſi, Almaniſcenſi, Cluniacenſi, Cadomenſi, aliiſque plurimis.*[p] Factus autem Comes Scroburienſis in Anglia, & volens illic nomini B. Petri Apoſtoli extruere cœnobium, monachos ſelegit Sagienſes, vt inibi morarentur, ann. 1083. iuxta eundem Authorem. *Eodem anno* (inquit) *Sagienſes monachi Raynaldus, & Frodo, primitùs illuc conuenerunt: & monachiles officinas, Odelerio & Guarino, aliiſque multis adiuuantibus, condere cœperunt.*[q] Iterum memoratur idem Robertus, Sagienſis Abbas ann. 1088.[r] ac tandem piè moritur, 15. Ianuarij ann. 1089. non ſine multorum, maximè monachorum, luctu & mœſtitia, de amiſſione tanti patris: cuius exitus meminit ita Ordericus. *Anno ab Incarnatione Domini, 1089. Indictione 12. Robertus, primus Abbas Sagienſis monaſterij, vir bonus, & ſimplex, menſe Ianuario in lectum cecidit, & perceptis Dominicis Sacramentis, 18. Calendas Februarij, de ſeculo migrauit,*[s] ex quo, erroris arguitur, qui ſcripſerit diem obijſſe extremum. 13. Calend. Februarias.[t]

p Idem lib. 5. ann. 1082.
q Ibid. ann. 1083.
r In Cartulario Sagienſ. Codic. MS. Rubeo. fol. 33.
s Ordericus lib. 8. ſup. ad ann. 1089. Picardus ſup.
t Gallia Chriſtiana ſup.

2. Radulphus.

Ex Cadomenſi monacho putatur aſſumptus ad hanc cœnobiarchiam regendam:

VI. a quibus aduerſantur alij, volentes hunc extitiſſe eiuſdem loci Sagienſ. alumnum, ita enim loquitur *Ordericus*, agens de præfati Roberti Abbatis morte. *Cui Radulphus Seiffredi de Scurris filius, eiuſdem cœnobij monachus, in regimine ſucceſſit: hic litteris admodùm fuit imbutus, eloquens, & iucundus: ideòque amabilis omnibus, in iuuentute, de illuſtri familia monachilem ad conuerſationem venit, & decem annis in monaſteria per diuerſorum gradus officiorum, humiliter miniſtrauit: Vndecimo tandem ann. Abbatiæ curam, iubente, & conſecrante Girardo, Sagienſi præſule, ſuſcepit: & ſexdecim annis, inter ſæuos bellorum turbines, ſtrenuè rexit: Deique fretus auxilio, pro temporis opportunitate, res Eccleſiæ diligenter auxit.*[x] *Teſtis adeſt, anno* 1091. pro litigio ſopiendo inter Girardum, Sagienſem Epiſcopum, & monachos maioris monaſterij.[y]

u Idem in Cantuarienſ. Archiepiſc. 33.
x Ordericus lib. 8. ad ann. 1089. Robertus de Monte Cœnalis. Picardus ſup.
y B yus ſup pag. 109

Anno itaque, 1092. interfuit ſuſceptioni Reliquiarum, S. Nicolai Epiſcopi,

VII. apud Noroum,[z] Robertus autem Beleſmenſis, filius Rogerij, montis-Gomerici Comitis, Sagienſis fundatoris Abbatiæ, capiens caſtrum S. Cerenici, protinus ſpoliauit, flammiſque reliqua concremauit, anno 1094. „*Sagienſeſque monachi Brachium S. Cerenici de Eccleſia tulerunt, & in S. Martini cœnobium reuerenter tranſtulerunt.* „*Nam reliqua pars corporis eius, in caſtello Theodorici, ſuper Maternam fluuium, ſeruatur: &* „*à Gallis celebri deuotione veneranter excolitur.*[aa] De eo quippe S. Cerenico, egerat ſuperius, ad ann. 1088. Radulphus Abbas iterum interfuit electioni ac confirmationi Rogerij Sappenſis, in Abbatem vticenſem: imò & electum fratrem, Lexouium duxit, & electionem monachilis Conuentus dictauit, quam Robertus Sagienſis monachus, ſcriptor eximius, tunc litteris mandauit: ſicque à Gilleberto, Lexouienſi Epiſcopo, Rogerius, Abbas conſecratus eſt, anno 1099. Qui mox curam egit, vt Baſilica dedicaretur Vticenſis, eod. ann. Idibus Nouemb. cuius ſolemnitati adfuit ipſe Radulphus. vnà cum Guillelmo, Abbate Beccenſi, Arnulfo, Troarnenſi, & alijs.[bb] Memoratur adhuc, ann. 1089. & 1091. & 1095.[cc] Sub eo tempore Rogerius, *Pictauinus*, cognominatus, quòd ex ea Regione vxorem acceperat: Comes Lenclaſtri in Anglia, frater autem *Roberti* Beleſmenſis Comitis: donum conceſſit huic Sagienſi Abbatiæ: in hunc modum.

z Ordericus, lib. 7. ann. 1087.
aa Idem lib. 8. ad ann. 1094. Bryus ſup. cap. 16. pag. 89. Molinæus lib. 8. hiſtor. Norman. cap. 5. §. 32.
bb Ordericus, lib. 10. ad ann. 1099.
cc Codex. Rubeus, MS. Abbat. Sagienſ. fol 48. & 89. ac 17.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

Notum sit omnibus tam posteris, quàm præsentibus, quòd Rogerius, Comes cognomine Pictauiensis, anno ab Incarnatione Domini 1094. pro sua suorumque tam prædecessorum quàm futurorum, animabus, Domino Deo, ac S. Martino, fratribusque in cœnobio Sagiensi, & in præsenti & in futuro degentibus, solutè & quietè in perpetuum, In elemosynam donauit Ecclesiam de *Lenclastro*, cum omnibus ad eam pertinentibus. *Teste Bryo, lib. 2. histor. Perticens. cap. 16. pag. 81.*

Præterea, Roberto prædicto, Belesmensi Comite, in omnes sæuiente, multa grania abeo passus est damna: *Hoc* (inquit Ordericus) *Sagienses, & Troarnenses: hoc etiam attestantur Cœnomanenses: qui per eius sæuitiam, & iniustas exactiones frequenter ira, tristitiaque expalluere lugentes.* D Quapropter tantæ pertesus molestiæ Radulphus, derelicta Sagiensi Abbatia, in Angliam profugit ad Henricum I. Regem Anglum vt sibi, Serlonique, Sagiensi Episcopo succurreret: ann. 1103. teste ipsomet Orderico: *Sæpedictus* quoque vir (inquit) Radulfum, Sagiensem Abbatem, jucundum & facetum, amabilemque virum, pluribus modis contristauit; hominesque S. Præsulis Martini, indebitis exactionibus oppressit; ipsumque per immeritam subjectorum afflictionem fugauit. Sic præsul & Abbas, Tyranni jugo fatigati, in Angliam fugerunt; & à Rege Henrico, refrigerandi benigniter suscepti sunt. His temporibus, venerabilis Gundulphus, Roffensis Episcopus, defunctus est; cujus in loco Radulphus Abbas, Ecclesiastica electione subrogatus, à Reuerendo Cantiorum Archipræsule Anselmo, præsul Rotensis, consecratus est: cujus etiam post aliquot annos, in sede Dorobernensi successor factus est. dd Quod jam antea hisce verbis præmiserat. „Deindè, Roberti Belesmensis sæuitia nimis imminente, in Angliam confugit, quem Rex Henricus honorificè secum detinuit; & post Gondulfum præsulem, Roffensi Episcopio præfecit; indè post aliquot annos, promotus, venerabili Anselmo, Archipræsuli, successit, & nouem annis Dorobernia Metropoli præfuit. ee VIII

D Ordericus, lib. 8. ann. 1094.

dd Idem lib. 11. ad ann. 1103. Bryus sup. pag. 89. Picardus. Gallia Christiana, sup.

ee Idem Ordericus lib. 8 ad ann. 1089. Picardus, sup.

In Angliam ergò trajiciens, à Rege Henrico benignè exceptus est, quem & honorificè secum detinuit: vndè omnium oculos in se conjecit Anglorum, maximè Scrobesburiensium: qui cùm ipso Rege altercarentur, Radulphi interuentu, ad fidelitatem & obedientiam Regi præstandam inducti sunt. *Porrò, Scrobesburienses,* (inquit Malmesburiensis) *per Radulphum, tum Abbatem Sagij, postea Cantuariæ Archiepiscopum, Regi misere castelli claues, deditionis præsentis indices, futuræ deuotionis obsides,* ff Idem agens de apertione sepulchri S. Cutberti, olim Dunelmensis Episcopi, & eius, à terra, eleuatione: id singulare illi tunc fuisse præstitum narrat, vt einsmodi sacrum corpus & videret, & tangeret. *Tractauit illud* (inquit) *ausu fœlici Radulphus, tunc Sagiensis Abbas, postea Archiepiscopus Cantuariensis, & propalam illibatum protulit; quod quibusdam venisset in dubium, vtrum olim vulgatum, adhuc de integritate compaginis miraculum duraret: &c.* gg ann. 1104. IX.

ff Malmesburiens. lib. 5. Histor. Angl. in Henrico I. Rege.

gg Idem lib. 3. Pontif. Anglor. in Episcop. Dunelmẽs. Houedenus, part. 1. Annal. Angl. ad ann. 1104. Florentius Vuigorniens. eod. anno.

Cùm itaque illic moras necteret, aduenit B. Gundulphi, Roffensis (ex monacho Beccensi, in Normania) Episcopi, fœlix ad Deum transitus, ann. 1108. nonis Martij: in cujus locum mox assumptus est ipse Radulphus: tum eruditione, & Religiosa ac vitæ sanctimonia præclarus: quo in munere Pontificali statim illustrioribus virtutum radijs copiosè in Ecclesia refulsit: sanctoque Anselmo, Cantuariensi metropolitano, perpetuò adhæsit; infirmanti adfuit, morienti sacramenta ministrauit: funusque eius piè curauit: ann. 1109.: ac tandem, post quinquennium, in Archiepiscopatum Cantuariensem illi successit. hh X.

Sanè, inter S. Anselmum, & ipsum Radulphum, Abbatem, aliosque Sagiensis cœnobij Monachos, diu viguit mutuus singularis dilectionis amor: cujus rei testes præstò nobis aderunt ipsius sancti Archiepiscopi Epistolæ duæ; quarum exemplar hic apponam. XI.

hh Malmesburiens. lib. 1. Pontific. Anglor. fol. 131. Harpsfeldius in Histor. Ecclesiastici Anglican. sacul. 11. cap. 14. & sacul. 12. cap. 15. Ordericus, sup. lib. 8. ad ann. 1089. & lib. 11. ad ann. 1103. Edinerus lib. 2. vita S. Anselmi, cap. 56. & seq.

Dominis & fratribus charißimis, Reuerendo Abbati Radulpho, & alijs seruis Dei, sub illo commanentibus: Frater Anselmus, vocatus Archiepiscopus: ad altiora virtutum, & Monastici propositi semper proficere, & numquam deficere.

De fratre illo, quem dicitis esse ordinatum à quodam Episcopo, qui à nobis est interdictus

interdictus, hoc respondeo: quia si ordinatus est ab Episcopo de Vualis, qui vocatur Herenardus, nec illis ordinibus, quos ab illo accepit, nostra concessione aliquando vtetur, nec ab vllo Episcopo reordinari debet. De altero fratre, qui herbas quæsiuit mulieri, quibus virum suum interficeret, quamuis propè vos habeatis de hac re in Normannia sufficiens consilium; tamen, quia à me hoc petitis, nostrum negare non debeo sensum. Si monachus noster esset, & vir ille, cujus morti quæsiuit herbas, ipsis interfectus esset; nunquam ad Diaconatum per me, vel ad Sacerdotium ascenderet. Multa dilectioni vestræ, si cordis affectum sequerer, scriberem. Sed quoniam, vt puto, illis loquor, qui ex conscientia sua meam cognoscunt: breuiter dico, quoniam sicut propter Deum nos inuicem diliximus: ita desidero & oro Deum, & vos rogo, vt in eadem dilectione propter Deum perseueremus. Quatenus, sicut causa, propter quam charitas ipsa incœpta est, numquam deficiet: ita charitas inuiolata permaneat. De statu vitæ nostræ scio, quia desideratis, vt amici, cognoscere. Nescio, quid in futuro Deus, de me sit facturus; sed adhuc non sensi ex quo suscepi nomen Archiepiscopi, vnde cor meum audeat gratulari. Quapropter oro supplex, & obsecro, vt mihi in necessitate mea, orationibus vestris subueniatis; donec, ad quid Deus me à vobis, & alijs amicis nostris, qui in Normannia sunt, non sine graui dolore adhuc perseuerante, separauerit, cognoscatis. Omnipotens Dominus sua vos gratia & benedictione semper lætificet, & in animabus vestris virtutes multiplicet. ii

ii *Anselmus lib. 3. Epistol. 23. Picardus, ibid. in Annotationi.*

XII. *ALIA EPISTOLA.*

Anselmus, seruus Ecclesiæ Cantuariensis, dilecto fratri, P. Monacho cœnobii S. Martini Sagii; salutem, & gratia Dei semper dirigi & consolari.

Audiui, Amice mi charissime, quia desideras ire Hierosolymam: Vnde in primis dico tibi; quia non est hoc desiderium tuum ex bona parte, neque ad salutem animæ tuæ. Est enim contra professionem tuam, qua promisisti stabilitatem coram Deo in Monasterio, in quo habitum monachi accepisti: & est contra Apostolici obedientiam, qui præcepit magna authoritate sua, ne monachi hanc viam arripere præsumerent, nisi aliqua persona religiosa, quæ vtilis esset ad regendam Ecclesiam Dei, & docendum populum, & hoc, nonnisi consilio, & obedientia prælati. Ego præsens affui, quando istam sententiam Apostolicus promulgauit. Est etiam contra obedientiam Abbatis tui; cujus voluntas hoc odit, & execratur, sicut periculum animæ tuæ. ll

ll *Ibid. Epistol. 130.*

Residui Abbates Sagienses disquiruntur: cæteraque res scitu notabiles, ad huiusmodi Monasterium spectantes recensentur.

CAPVT II.

I. PAVCA nobis supersunt de præsenti cœnobio describenda: modò Abbatum seriem confecerimus jam incœptam. Sanè Radulpho, in Episcopum Roffensem assumpto (vti vidimus) ann. 1108. vacauit tunc Sagiensis Abbatia: cui ideò sequens Hugo successit, ann. 1109. non verò, 1099. vitio librariorum. a

3. *Hugo.*

Viuebat ann. 1110. Monachus ejusdem cœnobij.

4. *Gilbertus, ann. 1135.*

Monachus ibidem Ann. 1137. interfuit funeri Guarini Vticens. Abbatis: teste Orderico. b

a *Codex Rubeus MS. Abbatiæ Sagiens. fol. 36. A Catalogus MS. Abbat. Sagiens. Canalis. Robertus.*
b *Ordericus lib. 13. ann. 1137. Canalis ex Roberto de Monte.*

Digitized by Google

5. *Ioannes.*

Ann. 1154. Monachus ejusd. loci.[c] Hujus tempore, ann. 1151. Ioannes, Monachus Sagiensis, factus est 2. Antistes Monæ insulæ (primus enim extiterat quidam Vvimundus, Sauiniacensis Monachus) quæ est inter Angliam & Hyberniam: propinquior tamen Angliæ: vndè & Episcopus ille, Metropolitano subjacet Eboracensi.[d] Fit adhuc mentio Ioannis Abbatis, ann. 1163.[e] Porrò, Fulcheredus, & Godefredus, primarij Abbates Scrosbeburienses: & Ioannes, Burgensis Abbas, in Anglia, omnes Sagienses Monachi.[f]

6. *Henricus de Bracquevilla.*

Ann. 1185. factus est Abbas Sagiensis, qui erat Supprior Troatni Monasterij.[g] Memoratur, ad ann. 1188. 1193. 1202. 1203. 1207. & 1210.[h]

7. *Guillelmus le Febure.*

Nominatur, ad ann. 1210. 1212. 1220. & 1224.[i]

8. *Robertus 2.* 9. *Stephanus Rualent.*[k]
10. *Thomas le Metayer.*[l] 11. *Nigellus de Riparia.*
12. *Petrus de Moritonio.* 13. *Ioannes 2. Dictus Sainctier.*
14. *Ioannes 3. Loysel.* 15. *Stephanus 2. Padoc.*
16. *Robertus 3. Garot.* 17. *Michael, ann. 1361.*
18. *Petrus 2. Martinus, an. 1367.* 19. *Andraas; ann. 1402.*[m]

In Scacario Alenconiensi, ann. Domini 1392. die martis 25. Februar. adfuere II.
Abbates, Sagiensis, & S. Ioannis, propè Faleliam.[n] In alio quoque, ann. 1402. 25. Septemb. præsentes aderant Abbates, Sagiensis, & Lonleij. Item in altero, die Lunæ, 11. Octob. iidem Abbates interfuerunt.[o]

20. *Geofredus de Bellomanerio.*

Ann. 1428. & 1439.[p] vocatur *Gaufridus*, in Necrologio Sylliaco, 4. Calend. Februar. quo obijt.

21. *Guillelmus 2. Barquengier.*

Ann. 1454. cognominatur *le Cordier*, ex Abbate Sylliaco, ann. 1443. Abbas Sagiensis.[q]

22. *Petrus 3. de l'Heur, ann. 1472.*[r]

Adfuit, vnà cum Mauritio, Abbate Sylleiensi, ann. 1479. Maij 11. benedictioni Ioannis *Ionquin*, in Abbatem Falesiensem.[s]

23. *Carolus de Becco.* 24. *Ioannes 4. du Messenger.*
25. *Adrianus de Frammezelles, ann. 1501.*
26. *Ludouicus, ann. 1505.*
27. *Philippus à Luxemburgo, Episcopus Cœnomanensis.*[t]

Qui hanc vniuit Abbatiam congregationi Casalinæ, ann. 1511. quod confirma- III.
tum est à sede Apostolica, & receptum in sanctiore Regis consilio.[u] Sicque Reformatio hîc introducta est, & Abbates de cætero triennales tantum existunt: qui mos adhuc viget, ann. 1641. quò illuc diuersatus sum; qua de re, tantoperè laudatur à *Bryo*, lib. 2. Histor. Perticens. pag. 66. Propterea illorum Abbatum nomina amplius non memorantur in præfato catalogo: quæ tamen fortassis, notantur, in Necrologio Sylliaco, ijs diebus, quibus ad Deum migrarunt: videlicet.

Pridiè nonas Septembris. Ponchardus, Abbas S. Martini Sagiens. 4. Calend. Decemb. Radulphus Costart, Abbas Sagij.[x]

Ad hæc, in Scacario Alenconiensi 1. Octob. ann. 1576. Abbas S. Martini Sagiens.

c Catalogus MS. Abbat. Sagiens. Robertus sup. Cœnalis, ibid. sup.
d Robertus de Monte, ann. 1151. Parisius, ann. 1151. Vvestmonasteriensis, ibid.
e Codex Rubeus MS. Sagiens. fol. 22. & 24. 32.
f Ordericus, lib. 7. ann. 1087. lib. 5. ann. 1083 lib 10. ann. 1100. lib. 12. ann. 1120.
g Robertus à Monte, in supplemento Sigiberti, ann. 1185. Antiquitates MS. sup. pag. 215. Catalogus MS. Abbat. Sagiens.
h Idem Catalogus & Codex rubeus, sup. fol. 19. 35. 60. 62. 75. & 85.
i Catalogus; & Codex Rubeus, fol. 48. 66. & 71.
k Catalogus sup.
l Idem & Necrologium Gestiani cœnobij.
m Catalogus Abbat. Sagiens.
n Bryus lib. 5. sup. cap. 7. pag. 292.
o Ibid.
p Catalogus sup.
q Ibid.
r Vide in Sylliaca Abbatia.
s Catalogus Abbat. Sagiens.
t Ex Cartulario Abbat. S. Ioannis Falesiæ.
u Cermaisferius in 63 Episcopo cœnomanensi, pag. 769. & Catalogus, sup.
x Choppinus lib. 2. Domanij Franc. titul. 10. art. 18. Connaiferius sup.
y Obituarium Sylliac. Abbatiæ.

Digitized by Google

giens. Missam de S. Spiritu celebrauit, iuxta consuetudinem: Adfuere, Episcopus Sagiens. Abbas Vticensis absens, cum Gemeticensi, & S. Andreæ Goserni; presentes verò, Abbates Lonlei, Sylliaci, & Sagiensis. y

IV. Insuper, Guillelmus, Comes Pontiuij (fundator Monasterij S. Andrææ Goserni) filius Roberti, Belesmensis Comitis, (cujus Auus Rogerius, Mongommerytus Comes, fundator huiusce Abbatiæ inclytus, & Mabylia Comitissa, vxor eius) dedit multa monachis ipsis Sagiensibus; confirmatque alia ann. 1149. z Cuius carta sic incipit: *Notum sit* omnibus præsentibus & futuris, quòd ego *Guillelmus*, Comes Pontiui, pro salute mea, & pro anima *Philippi*, filij mei, & *Roberti*, patris mei, & *Rogerij*, Comitis, Aui mei, & *Mabiliæ*, Comitissæ, vxoris eius, & aliorum prædecessorum meorum, &c. Deindè circa medium. *Et ego* Guillelmus Comes Pōtiui, pro salute mea, & parentum meorum, & pro anima Philippi, filii mei, quem ipsi monachi in suo capitulo sepelierunt, &c. Apud *Bryum*, sup. cap. 17. pag. 112. Eadem Lisiardus, Sagiensis Episcopus, pro sua pietate agit: circa ann. 1188. aa Itemque Vvillelmus, Abbas Gemeticensis, nonnulla eisdem Religiosis elargitus est ann. 1134. bb sed & Rex S. Ludouicus IX. sua pia munificentia eosdem Christi seruos, prosecutus est: quibus ann. 1269. quædam contulit: cc & ita cæteri Neustriæ optimates, ac proceres Christiana deuotione commoti, certatim copiosas de suis bonis eleemosinas, huic monasterio erogarunt.

y *Bryus sup. cap. iii. pag. 363.*

z *Codex Rubeus Sagiens. Abbat. fol. 16.*

aa *Ibid. fol. 18. & 19.*

bb *Ibid. fol. 36.*

cc *Ibid. fol. 45.*

V. Dominus, Baro de *Latrè*, in Normania, quolibet anno, in festo S. Martini Hyemalis, recipit ocreas nocturnales, Gallicè, *Bottes feutrées, à porter la nuit*: à monachis, & Abbate S. Martini Sagiensis: pro eo, quòd cesserit eis patronatum & ius decimarum Ecclesiarum de *Larreyo*, *Semailleyo*, *Congeo*, &c. dd Ad hanc Abbatiam spectat Prioratus de *Digniaco*, Diœcesi. Carnotens. in Archidiaconatu, *Drocensi*; ee & Cura eiusdem loci. ff Item, cura S. Germani de *profunda valle*. gg Præterea, in Synodo Prouinciali Rothomagensi, anno Domini celebrato, 1581. confirmata sunt eius priuilegia. Ioannes I. Dux Alenconiensis, Comes Perticens. &c. cùm occubuisset in bello & conflictu *Azincariano*, corpus eius allatum est Sagium, & in hac Abbatia sepultum, ann. 1415. vt potè ab eo dependente. hh

dd *Breulius lib. 3. Antiquit. Parisiens. pag. 852.*

ee *Pulliacum magnum Benefic. Franc. pag. 142.*

ff *Ibid. pag. 148.*

gg *Ibid. pag. 148.*

hh *Bryus sup. lib. 5. cap. 8. pag. 316. San Marthani. Tom. 1. Histor. Genealog. domus Franciæ lib. 21. cap. 5.*

LEXOVIENSIS, LISIEVX.

Circa ann. 1050.

Fundatores referuntur, & Abbatissæ dinumerantur.

CAPVT I.

I. HOC Monasterium sanctimonialium est, ordinis D. Benedicti, in suburbio Lexouiensis ciuitatis; fundatum autem fuit in honorem sanctissimæ Deiparæ, Virginis Mariæ, tempore Guillelmi 2. nothi Normanniæ Ducis, Angliæque Regis, circa ann. 1050. cuius fundationis primarium authorem agnoscimus, illustrissimam *Lescelinam*, Augiensem Comitissam, teste *Guillelmo* Gemeticensi. *Lescelina verò* (inquit) *Comitissa Aucensis, adiuta à filijs suis, Roberto Comite Auci, & Hugone, Episcopo Lexouiensi; cœnobium Monachorum S. Petri super Dinam; & Monasterium sanctimonialium ante vrbem Lexouiensem, virili animo construxit.* a Porro, hæc nobilis Heroina, patrem habuit *Turchetillum*, virum potentem, genere clarissimum: cuius voluntate, Richardique secundi, Normaniæ Ducis, suasu, desponsata est Guillelmo, Brionæ, & Auci Comiti, ipsius Ducis fratri naturali: ex quo tres peperit liberos: Robertum, Aucensem Comitem; Guillelmum, cognomento *Buzacium*? Suessionensem Comitem; & Hugonem, Lexouiorum Præsulem,

a *Gemeticensis lib. 7. cap. 22. Robertus à Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs, cap. 24. Antiquitates MSS Norman. pag. 226. & 142. Prouuerre lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 71.*

Digitized by Google

Cùm verò diem clauſit extremum ipſa pientiſſima matrona apud Diuam 7. Calend, Februar. an. 1057. b inibi eſt tumulata; pro cuius memoria, ſic apud huiuſce Religioſæ domus Necrologium legimus.

b *Vide ſup. in Abbat. Diuæ, cap. 2. §. 4.*

1. Februarij, obijt Lecelina, Comitiſſa, Fundatrix huius Monaſterij. c

c *Necrologium MS. Lexouienſ.*

Alter fundator iſtius Abbatiæ extitit, præfatus Hugo, Lexouienſis Antiſtes, *Leſcelinæ* filius; pro vt colligimus ex altercatione orta, inter canonicos Lexouienſes, & huiuſmodi loci ſanctimoniales, ob funus ipſius Hugonis Epiſcopi, demortui, ann. 1077. Calend. 16. Auguſt. Antequam mortis debitum ſolueret, lege ſuprema iuſſerat, corpus ſuum ſepeliendum fore in Eccleſia ſua Cathedrali, quam inſtaurauerat, ac honorificentiſſimè exornarat: ſanctimoniales verò funus apud ſe deducendum inſtanter poſtulabant, tanquam in locum proprium, & à ſe fundatum. Rem ex *Orderico* diſcamus. „ *Corpus verò* eius Luxouium delatum eſt: ſed ſepultura eius vſque ad 18. dies, pro litigio Canonicorum, & „ Monacharum, protelata eſt. Clerici enim in Epiſcopio eum ſepelire volebant; „ ſed ſanctimoniales ſimul acerrimè prohibentes, dicebant: Pater noſter Hugo, „ Abbatiam S. Mariæ, Dominæ noſtræ conſtruxit, nos illuc ad Dei famulatum aggregauit, ac vt pater filias in timore Dei nos educauit. In Eccleſia, quam condidit, locum ſepulturæ ſibi memor mortis elegit: æterna morte puniatur, qui „ Somma patris noſtri, filiabus ſuis auferre conatur. Rothomagum igitur ad curiam Regis itur, & ab vtriſque partibus quærimonia depromitur: ſed Regalis „ cenſura fragiliori magis ſexui compatitur. Denique Rex accerſito Ioanni Archiepiſcopo commendat; vt Luxouium celeriter adeat, & Epiſcopi corpus in „ Oratorio S. Mariæ, decenter ſepeliat: &c. Attamen his haud interfuit exequijs, ſed alius eiuſdem Prouinciæ pius Antiſtes, hoc opus charitatis non ſegniter expleuit: de quo idem Author hæc ſubdit. „ *Tunc Giſlebertus*, Ebroicenſis Epiſcopus, „ cum multo fidelium agmine, Luxouium vadit; & corpus Epiſcopi, adſtante „ Roberto, Aucenſi Comite, (qui germanus eius erat) in choro ſanctimonialium conuenienter ſepeliuit; Mauſoleo tanti Pontificis congruus lapis appoſitus eſt: & Epitaphium Adonico metro (quod Dactylo Spondæoque conſtat) „ editum, in laminis cupri, litteris aureis, ſic exaratum eſt: &c. d In introitu chori huiuſmodi ſanctimonialium, à cornu Euangelij: vidi lapidem quadratum, in pariete appoſitum, cui inſculpta erant hæc pauca. *Hic jacet Hugo Lexouienſis clarus honore Pontificatus, nobiliſque ſanguine patrum; fundator huius Monaſterij: cuius tranſitus fuit Anno ab Incarnatione Domini* 1067. *Calendas* 17. *Auguſti.* Sed error ibi apparet cælatoris: legendum quippe eſt, ann. 1077. die 17. Iulij ceu 16. Calend. Auguſti. Cætera omitto, cùm hujuſce præſtantiſſimi præſulis facta egregia, virtuteſque eximias, præclaro encomio deſcripſerit Guillelmus *Piſtauienſis*; & nos ſuperiùs, ſuo loco, retulerimus. e Ex quibus liquidò conſtat, hanc Abbatiam haud fundatam fuiſſe ann. 1077. ab ipſo Hugone Præſule, vt volunt Antiquitates MSS. Normanno pag. 124. II.

d *Ordericus lib. 5. Eccleſ. Hiſtor. ad ann. 1077. Antiquitates MSS. Norman. pag. 122. 124. 142. & 216.*

e *Vide ſup. in Epiſcopo 15. Lexouienſ. cap. 15. & 16.*

Præterea, Guillelmus præfatus, Normaniæ Dux, & Angliæ Rex futurus 1066. fundationem, dotationem, ac donationes, & cætera alia hinc Abbatiæ elargita, ſuis litteris approbauit ac confirmauit; cuius diploma præſtat hîc inſerere. III.

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Guillelmus, ſuperna diſponente clementia, Normanorum Princeps glorioſus. Si erga domos Dei, & Diuinos cultus; opera pietatis, aut per nos ipſos, aut per fideles noſtros, eorum videlicet, annuendo petitionibus, in his, quæ ad Deum ſunt bonorū excitati ſtudijs, oſtendimus: non ſolùm id ad Præſentem principatus noſtri ſtatum confirmandum, verum etiam ad æternitatis gloriam fœliciter obtinendam, nobis multùm prodeſſe credimus. Quapropter vniuerſis Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet pateat ac futuris, qualiter ad piæ petitionis affectum quorumdam fidelium noſtrorum, Hugonis videlicet, Lexouienſis Epiſcopi, & matris eius Leſcelinæ, locum, qui dicitur ad *S. Deſiderium*, in ſuburbio Lexouij, poſitum ad cœnobium

Cœnobium in honorem S. Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ, & S. Deſiderij, conſtruendum, in perpetuum concedimus. Sed & cuncta, quæ præfati fideles, in vſum ſanctimonialium inibi Deo famulantium, ad eundem locum ſtipendiaria deputauerant: id eſt, in pago Rothomagenſi, trans-Sequanam, *S. Albinum*, cum omnibus appenditijs ſuis, ſcilicet, Eccleſijs, & agris, campis, terris cultis & incultis, noualibus, vel ſyluis ad noualia extirpandis, pratis, ſyluis, Foreſtis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, molendinorumque locis quæſitis, & inquirendis, & omnibus conſuetudinibus, & forefactis: Terram *de Fontaynes*, quæ ſita eſt *juxta S. Albinum*, & Eccleſiam & aquam cum molendino, & ſeruitium militum: *Nouam-Villam*, membrum *de Halſ-Villa*, quod dedit Gilbertus pro ſua filia: medietatem etiam *de Bretauilla*; Villa, quæ ſita eſt iuxta. *Cens*, & Eccleſiam cum molendino, dominium cum militibus, quod dedit Oſilia, annuentibus filijs, pro filia ſua; Terram quoque *Sancheurol*. Burgum & Forum, Eccleſiam cum Decimis, molendinum quoque cum ſylua: Concedimus etiam Parœchiam eidem Eccleſiæ, à diuiſione fluminis vſque ad fines Leugæ, præter decimas frugum: Terram quoque duorum aratrorum in Dominio; Burgum etiam totum à diuiſione pontis: & omnes redditiones ex eo exeuntes: ſeptum vineæ; & vnam ſyluulam; Decimas etiam omnium molendinorum totius leugæ; vineam quoque veterem, deſuper adiacente ſibi ſylua *in Acimont*; ſyluam, quam Leſcelina Comitiſſa accepit in Con-cambium pro terra iuxta *Augiam* Caſtellum poſita; Terram Roberti Coci; Terram ſimiliter Heberti Barbati; Terram etiam Rogerij foreſtarij. In centum agris, quam emit Lecelina Comitiſſa, trans-Eolcam fluuium in ipſo ſuburbio, pomarium vnum, & domos duas; & in pratis duos agros: quæ ſimiliter emit Lecelina Comitiſſa: Eccleſiam de Fort, cum ſex agris, quam dedit Robertus filius Nielli, pro ſorore ſua, annuentibus fratribus ſuis. Item, duos hoſpites, in vna villa, in ripatorium S. Marci, quos tenet Robertus: duoſque agros Petri Radulphi Poſtlart, emptos ad manſionem Azelini: Terram (quam tenuit Gilbertus, fraterque Hugo) altarum riparum, quam modo poſſidet, Lezelina, annuente Roberto, eius filio; & alia, quæ noſtri temporis decurſu, à fidelibus conferentur: manu valida, & Edictis principalibus, ſancimus; ne quis deinceps temerario auſu, horum aliquid contingere, & in proprios vſus reuocare; aut aliorſum extra præfatæ domum Eccleſiæ retorquere præſumat; in ſubjectione autem præfatæ ciuitatis Epiſcopi, & ordinationem & donationem Monaſterij conſtituimus. Sed vt hæc firmiorem in Dei nomine obtineant ſtabilitatem, noſtræ authoritatis priuilegio firmamus, & ſigno ſanctæ crucis roboramus. Sig. *Guillelmi*, Comitis. †. Sig. *Hugonis*, Epiſcopi. Sig. *Rogerij*, Vice-comitis de Montegina. Sig. *Guillelmi*, filij Osberni. Sig. *Roberti*, fratris Comitis. Sign. *Radulphi* Saxonis. Sig. *Erueiſi*. Sig. *Richardi*, Vice-comitis. Sig. *Turoldi* Ooctoa. Sig. *Hugonis*. Sig. *Rodulphi*. Sig. *Viuiana*. [f]

IV. Propter hanc vltimam clauſulam; Ioannes *le Hennuyer*, Lexouienſis Epiſcopus, ann. 1571. die Iouis, 23. Auguſti. in ea, quam fecit, declaratione ſui temporalis (iuxta id, quod ante egerat Pariſiùs apud curiam Computorum, ann. 1561. die 21. Iulij.) Signanter hæc addidit: *L'Abbeſſe & Conuent de Noſtre Dame de Lyſieux, tiennent tout le Temporel, qu'ils ont en ladite haulte Iuſtice, dudit Eueſque, de la Fondation de leur Abbaye, pour en faire à Dieu Prieres & Oraiſons.* [g] Hoc eſt; Abbatiſſa & Conuentus B. Virginis Mariæ Lexouienſ. tenent totum temporale, quod poſſident in præfata alta juſtitia, ad ipſo Epiſcopo, ex fundatione ſuæ Abbatiæ, vt preces obſecrationeſque ad Deum emittant.

[f] Ex Archiuis Abbat. Sanctimonial. Lexouienſ.

[g] Ex monimentis MSS. Lexouienſ. apud D. d'Hermival, Canonicum.

V. Huius autem celeberrimæ domus cunctas referre ad amuſſim Abbatiſſas: quoue ordine, tempore, ac quanta Annorum ſupputatione, præfuerint, preciſè recenſere quis valeret? Attamen, vt nil intactum eat, dignum duxi, ea quæ legi in Codice MS. Lexouienſi, ann. 1479. compoſito. Ex eo enim didici, quæ fuerit prima huiuſce Monaſterij, licet tempus præfecturæ eius (ſicut & ſequentium) omninò ſileatur: ſic namque habetur ſub 30. Martij.

Godehinudis Medon, prima Abbatiſſa B. Mariæ Lexouienſis.

Iacet in Capella S. Benedicti, quæ eſt à cornu Epiſtolæ eiuſdem Eccleſiæ.

2. *Maſſia de Millon.*

Obijt 19. Februar. & jacet ante altare S. Iacobi, iuxta, ſed retrò, majus altare.

3. Odelina, obiit 15. April. *4. Martina de Ouuilla.*

Obijt 31. Octobr. jacet in Capella S. Benedicti.

5. Haytiſſa, obiit 11. Decemb. *6. Margarita, obiit 29. Decemb.*

7. Nicola de Nigronia.

Obijt, 21. Martij ann. 1299. jacet ante majus altare.

8. Dionyſia de Cortonna.

Obijt 5. Iunij, ann. 1339. jacet in Capella S. Benedicti.

9. Beatrix Daron, obiit 16. Octob. jacet ante majus altare.

10. Ioanna de Villers, obijt 15. Septemb. jacet ibid.

11. Ioanna de Lieuray, obiit 15. Octob. ann. 1449. jacet ibid.

12. Ioanna Painel, obiit Nouemb. ann. 1457.

13. Nicola 2. de Mailloc.

Obijt 23. Septemb. jacet in Capella S. Veronicæ, in ſiniſtro latere.

14. Clauda Sernam, Obiit 7. Nouemb. [h]

Iacet ante altare B. Mariæ. Anno 1474. memoratur in Scacario, de quadam Capella B. Virginis Mariæ fundata in Eccleſia iſtius Abbatiæ. [i]

15. Ioanna Bardouf, obiit 25. Octob.

Anno 1497. jacet ante majus altare.

16. Heliſabeth de Brucourt.

Obijt 19. Nouemb. jacet ante maius altare.

17. Margarita Vvaquart, obiit 8. Septemb. an. 1504. jacet ibid.

18. Iacquelina de Hulleul, obiit 22. Decemb. 1504. iacet ibid.

19. Margarita Baigmart, obiit 5. Ianuar.

20. Dionyſia de Razé le Clerc.

Obijt 20. Octob. ann. 1531. jacet ante maius altare. Hæc eſt, quæ obedientiam dedit Mariæ d'*Annebault*, ſui Monaſterii alumnæ; ad commorandum in Prioratu S. Ludouici, Vernoni, ſibi collato; ex quo Abbatiſſa S. Amandi aſſumpta ann. 1521. Rothomagum adiit.

21. Margarita de Monblaru, obiit 29. Ianu. an. 1548. jacet ibid.

22. S. C. de Bricqueuilla. *23. Iudith, de Pons.*

Abbatiſſa dicitur, vide infra in S. Saluatoris Abbatia Ebroicenſi.

24. Tolanta de Mailloc.

Obiit 14. Octob. ann. 1625. jacet ante majus altare. [l]

25. Maria de Raueton.

Nobiliſſima exorta proſapia, virtuteque ac religione illuſtris: quæ nunc fœliciter huic religioſæ domui præeſt: cuius neptis, Maria de *Raueton* - de *Chauuigni*, Coadjutrix ad futuram ſucceſſionem data, innata bonitate, pietate, & zelo auitæ Regularis obſeruantiæ Benedictinæ, veſtigia piæ ſuperioris propiùs premit: qua decedente: inſtituta eſt Abbatiſſa Coadjutrix Maria Eliſabeth de *la Rochefoucauld*, ſoror Franciſci, Ducis de *la Rochefoucauld*.

h *Ex Necrologio MS. Abbat. Lexouienſ.*

i *Ex Compendioſa Relatione Scacariorũ pag. 662. apud D. Bigot, Rothomag.*

l *Ex Necrologio ſup.*

VLTERIOR

Digitized by Google

Circa Ann. 1036.

VLTERIOR PORTVS, GALLICE Tresport.

Fundatur ab illustri viro, Roberto, Auci Comite; In quo nonnulli Abbates, qui præfuerunt, referuntur.

CAPVT I.

I. CIRCA annum, quo extructa fuit præsens Abbatia, diu nobis haud est immorandum: cum, eodem fermè tempore, quo præcedens, consurrexerit: eodemque authore fundata sit (si quibusdam Neotericis fidem præbeamus,) vel saltem ditata. At deuitatis huiusmodi salebris: ad veritatis historicæ portum securius appulimus: dicimusque, non Guillelmum, [a] sed Robertum, Guillelmi & Lescelinæ, Aucensium Comitum filium, istius monasterij extitisse fundatorem; Teste *Gemeticensi*: de eadem Lescelina Comitissa, sic loquente. *Filius verò illius prædictus Comes Aucensis, monasterium S. Michaëlis Vlterioris-Portus ædificauit*, [b] cui adstipulantur alij scriptores. [c] Robertus quippe præfatus, vbi primogenitus, Comes euasit Aucensis (vti superius docuimus. [d]) Frater Hugonis, Lexouiensis Episcopi, cuius funeri piè interfuit ann. 1077. [e] vir suo æuo, celebris ac strennus, [f] de quo, hæc carta adhuc extat superstes fundationis.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

II. Anno ab Incarnatione Domini, 1036. Ego Robertus, Comes Aucensis; consilij *Maurilij*, Archiepiscopi Rothomagensis, & *Vuillelmi*, Normannorum Ducis; sed & aliorum, tam Episcoporum, quàm Optimatum Normaniæ, hominumque meorum, laude & præcipuè monitu vxoris meæ, *Beatricis*, Comitissæ, Abbatiam in honorem Dei, & S. Michaelis Archangeli, apud *Vlterioris-Portum*, constituo: & vnde monachi ibi viuant, qui pro mea, meorumque salute, Deum assiduè exorent, vxore *Beatrice*, & filijs meis *Radulpho*, videlicet, *Vuillermo*, atque *Roberto*, concedentibus, atque laudantibus, de meis possessionibus stabilio.

Do igitur eis, in *Vlterioris-portu*, Ecclesiam, vbi eadem Abbatia est constructa, cum tota decima, & cum omnibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus: Et viginti domos in eadem Villa, sex in campis ex ipsis, & duos homines Vauasores liberos, & censum lignorum eiusdem Villæ, & palustrem, terram & prata de iuxta, & omnem terram arabilem, quam in Dominio meo, in eadem Villa, idest, in *Vlteriori-Portu* habeo, & omnem consuetudinem hominum illorum, qui sunt S. Michaelis, quicquid omnino sit. Item, in *Vlteriori-Portu*, & in *Auco* oppido; decimam denariorum de Vice-comitatibus, & in vtraque Villa, quicquid Abbas & monachi, acquirere poterunt. Quòd si homines Abbatis, piscem, qui vocatur *Turium*, capiunt, totus erit S. Michaelis, crassus piscis si captus fuerit, ala vna, & medietas candæ, erit monachis.

III. Do etiam ego *Robertus* Comes eidem Ecclesiæ apud *Aucum*, mansionem cuiusdam hominis qui vocatur ...... cum viridario: & alias tres mansiones: decimamque Pasnagij Syluarum Auci, omniumque exaltatuum earundem Syluarum, vbicum-

a *Antiquitates MSS. Neustriæ pag. 4. Apud D. Bigot Rotomag. Antiquitates MSS. Norman. pag. 276. Guido Coquille in hist. Niuernensi, pag. 271 Robertus de Monte Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 25.*

b *Gemeticensis lib. 7. de gestis Normannor. cap. 22.*

c *Cornelis tom. 5. Eccles. Hierarchiæ Neustriæ, in ea Abbatia; Nauens lib. 3. Chronic. Apparition. S. Michael. cap. 18. Gallia Christiana, in Abbat. Rumesius in suis Picardicis MSS. vbi de Augo vrbe.*

d *Sup in Abbatia Lexouiensi §. 1.*

e *Ordericus lib. 5. Eccles. Histor. ad ann. 1077.*

f *Vide sup. in Dinas. Abbatia §. 3. & 4.*

Digitized by Google

que fiant; syluam quoque liberam, in opus monasterij, & ministerij monachorum. Do etiam terram *Maisnilli-Vallis*, cum portu, & quicquid in eodem loco habeo. Quercitumque Criolij, & *Maisnillum Seeth*, liberum, & quietum ab omni consuetudine, & quodcumque inde exit: *Maisnillum* quoque *Alardum*. Do; & villam quæ *Ramicheon-Maisnil* dicitur: & aliam, quæ *Grimouth-Maisnil* vocatur; & concedo medietatem de *Boiteal-Maisnil* apud *Fucardi-montem*. Et de Dominio meo. Do duos hortos, & mansiones quinque hospitum, & vnum molendinum, in *Fontibus* autem, excepto Theloneo & Parœchia: Do illud, quod in Dominio meo habeo, in terris, & pratis, & aluetis, & mareschis: & vnam domum liberam, & vnum molendinum: vbi tota molta de *Grimont-maisnil* debet venire, si Dominus Villæ, molendino caruerit. Do etiam decimam molendinique *Blangeci*, & *septem molarum*. Apud *septem molas*, do eiusdem villæ Ecclesiam, & quodcunque ad eam pertinet, terramque vnius carrucæ, & totam decimam de dominio meo. In *Crioleio*, molendinum vnum cum tota molitura & de *Floscis*, & de *Esstaelonde*, *Vinliothuil*, & duas mansiones liberas.

Ecclesiam quoque Do de *Anedinace*, & Fiscum *Rogerij* eiusdem Villæ, qui monachus effectus est: & totam terram *Gozondimare*, in *Verleio*, vnum molendinum do, IV. pro anima *Rogerij*, *filij Turoldi*; & terram, quam *Romeldis*, Auia ipsius *Rogerij* in *Verleio* habuerat, & quam ipse *Rogerius* Ecclesiæ *S. Michaelis*, me præsente, dedit, scilicet, medietatem Villæ, do ego *Robertus* Comes liberam. De *Boenilla* autem, & de *Penleio*, & de *Brunnilla*, do Ecclesias, & totam decimam, & terram quatuor bobus. Ecclesiam quoque de *Guillemercourt*, do, cum tertia garba: & Ecclesiam *S. Petri in valle*, cum tota decima, & Ecclesiam *S. Vvalerici de monte Aquoso*, cum terra, & cæteris ad eam pertinentibus: & Ecclesiam de *Burgo Turoldi*, cum tota decima, & triginta quinque acras terræ: *Basilicis*, terram ad vnam carrucam, & Ecclesiam cum tota decima, & quicquid ad eam pertinet, & mansiones hospitum duodecim. Do & *Roscelinum de Matun-mesnil*, cementarium, cum Fisco suo, & *S. Martinum de Sylua liberum*, & quietum, cum terris, & hospitibus, & quicquid ad eundem locum pertinet; vbi quondam D. *Geruinus* Abbas S. Richarij, eremiticam vitam duxit. Item, locum illum, qui dicitur *Flamenguenilla*, & terram vnius aratri: & partem meæ *Vvarance*, decimamque Thelonei *septem Molarum*, & *Grandiciæ*, omnium piscium coquinæ meæ: & de sale, & de omni carne, quæ mihi, vel hæredibus meis, de Anglia veniunt; Similiter decimam do, & aquam de *Cridio*, octo diebus ante festiuitatem *S. Michaelis*; & ipsa nocte festiuitatis eiusdem, aquam de eo, eidem Abbatiæ do: similiter ante festum Translationis *S. Benedicti*, aquam de *Criolio* concedo eidem Ecclesiæ quatuor diebus; & ipsa nocte festi, aquam de eo. In Anglia, *Do Bonitone*; & quicquid ad eam pertinet, in terris, in hospitibus, & cæteris rebus. Hæc omnia dono eidem Abbatiæ in eleemosynam, liberam & quietam: & per Chartam istam, testificor dona, quæ *Guillelmus* filius meus, me presente & consentiente, eidem Ecclesiæ in eleemosynam contulit, videlicet Ecclesiam de *Haymies*; cum tota decima, & terram trium hospitum ad eandem Ecclesiam pertinentem.

Testificor etiam omnia dona, quæ, me presente, volente, & rogante, Barones, V. milites, & nationes terræ meæ, eidem Ecclesiæ in eleemosynam liberam contulerunt & quietam; videlicet, triginta acras terræ apud *Vlterioris-portum*, de dono *Hugonis*, *Vice-comitis*, Patris *Gulberti de Vimeio*. De dono *Vvillermi* Cancheis, duas mansiones in Villa *Vlterioris-portus*; & totā terram *Montis-Goisberti*; & duo iugera prati, apud *Flamenguenillam*, & apud *Crialium*, alia duo iugera prati: & terram quam tenebat in *Auco* oppido: & viridarium vnum, & quicquid habebat in *septem molis*. De dono *Richardi Boistec*, & *Hilduini de Blangeio*, & *Gustini de Grimont-maisnil*, & *Henrici Iaillardi*, duas garbas decimæ in feodis suis apud Blangeium. De dono *Henrici Mostellencis*, in *Fontibus*, 20. iugera terræ, *& duas garbas decimæ*. De dono *Anscherij de Riu*, senis, decimam suam de *Riu*. De dono *Ymberti de Basinval*; & de dono *Hilduini Forestarij*, duas garbas decimæ de terris suis, apud *Basinval*. De dono *Valterij ad Barbam*, de *Daivilla*, duas garbas decimæ de fisco suo, apud *Moncheium*. De dono *Goffeitri de Bernonmaisnil*, & *Osmeldis*, vxoris eius, terram de *Sifridiuilla*. De dono *Rogerij*, filij *Turoldi*, apud *Guillelmercourt*, fiscum duorum hominum, videlicet *Goifridi*, filij *Romoldis*: & *Rogerij*, filij *Henrici*. De dono *Radulfi*, qui non videt, patris

Radulfi

Radulfi de Grantcourt: quandam decimam in *Grantcourt*. De dono *Vuillelmi Taillebo*, seruitium terræ *Sanfogolimis* in *Gillemercourt*. De dono *Alundi de Grantcourt*, patris *Roberti*, duas garbas decimæ de terra sua de *Grantcourt*. De dono *Radulfi*, filij *Alnevedi*, totam decimam terræ suæ apud *Penlieu*. De dono *Goifredi*, filij *Raisoldi de S. Martino Iaillardo*, decimam de terris hominum suorum, quam habebat in dominio suo, & apud *S. Martinum*, & apud *Letor* & apud *Merlimcampum*.

VI. De dono *Clareboudi*, patris *Richardi* de *Toxevilla*, duas garbas decimæ de *Tokevilla*. De dono *Rogerij de Salcheio*, fratris *Richardi de Freauilla*, Ecclesiam de *Salcheio*, cum tota decima, & quicquid ad eandem Ecclesiam pertinet, & vnam acram prati. De dono *Richardi*, filij *Roberti de Freauilla*, totam decimam. De dono *Richardi de Lonreio*, patris *Bartholomæi*, decimam de Bosco *Richardi*. De dono *Millonis de Assigneio*, duos hortos, & duas garbas decimæ de *Assigneio*: ita liberè vt eas, & nunc homines villæ, ad domum monachorũ adduxerunt, sicuti ad suam pridem facere ex debito solebãt. De dono *Roberti de Petraponte*, & *Godefridi*, fratris eius, decimam de *Caruervilla*, quam tenebant de *Oylardo*, Domino eiusdem Villæ; & hoc fecerunt de consensu eiusdem Domini. De dono *Oystellandi*, militis mei, qui filium meum *Vvillermum* nutriuit, Villam, quæ vocatur *Maisin-Loystellant*; & hoc concessi, precibus *Vvillelmi*, filij mei, vt in perpetuum esset eadem Villa ad eleemosynam pauperum libera & quieta. Et volo, vt quæcunque monachi Vlterioris portus, ex dono meo, siue successorũ meorum, tenuerint vel possederint, ita liberè & quietè teneant, quòd vel ab eis, vel ab hominibus eorum, hæredes mei, nulla seruitia, nulla auxilia, nullas tallias, siue collectas, nullas omnino exactiones exigant: & successoribus hoc annuentibus, & pro posse suo res huius Ecclesiæ augentibus, benedictionem: calumniantibus verò, & res huius Ecclesiæ retrahentibus, æternam maledictionem indico, & eos timendæ excommunicationis vinculo, ligo. Horum donorum, tam meorum, quàm aliorum benefactorum huius Ecclesiæ, quos prædixi, testes.

VII. Ego *Robertus*, Comes Auci. Et *Raduiphus*, & *Vvillelmus*, & *Robertus*, filij mei. Et *Hugo* Vice-comes. Et *Gaufridus* de Bailoil. Et *Galterus* ad *Barbam*, de Davitusvilla. & alij multi, quos longum est nominare.

Hocce donationis instrumentum confirmat Ioannes, itidem Comes Aucensis ad hunc modum. *Anno* Incarnationis 1149. Romanam Ecclesiam regente, Papa Eugenio; Rothomagensem Cathedram Episcopal. sedente Hugone Archiepiscopo: principante in Normania, Andegauorum Comite, Gaufrido: Ego *Ioannes*, Aucensium Comes: huic S. Archangeli Michaelis, Vlterioris-Portensi Ecclesiæ concedẽdo dedi, & cõfirmaui, & super altare propria manu mea, posui omnia dona illa, quæ Antecessores mei, Comes videlicet, *Robertus*, & *Guillelmus*, filius eius, *Henricus* pater meus, suique homines concesserunt, dederunt & confirmarunt: & quicquid die vno, quocumque pacto, Ecclesia tenuerat, viuentibus præfatis Comitibus; & volo, vt ea præcipuè, quæ monachi habere debebant, firmiter & plenariè habeant, & in perpetuum possideant: &c.

VIII Verùm paucis post annis, eodem Comite, siue ab eius militibus, cùm Ecclesiæ S. Michaelis Thesaurus immani sacrilegio fuisset direptus, pœnitentia Princeps ille ductus, quidquid ablatum eatenus compẽsare studuit, vt alia, quæ in sequenti carta continentur, piè contulerit. Hanc exscribere iuuabit (post Lucam d'Acherium, in notis ad Guiberti Abbatis opera pag. 633.) vt indè æui nostri exercituum Duces (Heu! quàm nefanda patrata sunt) nobile religionis Christianæ, quin & Iustitiæ exemplum sumere possint. *Notum sit* vniuersis Ecclesiæ Dei filiis, quòd ego Ioannes, Comes Auci, pro stipendio militum, & seruientium, quos tenui per guerram Regis, inuadiaui maximam partem, & optimam Thesauri Ecclesiæ S. Michaëlis de Vlteriori-Portu, duos videlicet Textus prætiosos, & duo Thuribula prætiosa, vnum calicem argenteum, & optimè deauratum; cappas caras viginti quatuor: casulam peratam & bonam: Præterea, tot & tantis grauaminibus præfatam Ecclesiam tam sæpè grauaui, quàm vices grauaminum numerare non possem: quare pro multis pauca, pro magnis parua, rependens, concedo, & in perpetuum do prædictæ Ecclesiæ, auenam & frumentum de *Verleio*, quæ pertinet ad Forestagium. Diligenter autem hæredes exoro, ne Ecclesias terræ suæ grauent, sed honorent & protegant. Et si quid eis pro salute animæ meæ, & parentum meorum dedi, vel pro ablatis reddidi, in pace stabiliter tenere faciant: recordantes, quòd ipsi mo-

rituri sunt: Sicut prædecessores nostri mortui sunt: Huius donationis testes sunt, hi. *Henricus* & *Robertus*, filij Comitis. Et N. Comitissa Auci. H. Abbas Fiscanni. *Stephanus*, Abbas de Fulcardi monte. *Thomas* de Brienchon. *Aluerdus* de sancto Martino. Magister *Richardus*. *Guillelmus* Billeuar, & alij plures.

Qui fuerint Abbates huic cœnobio præfecti referuntur.

CAPVT II.

EXLOSA menda illa, vitio librariorum, initio cartæ fundationis Superiùs allatæ præfixa; dùm annus positus est 1036. quo Comes Aucensis perperam dicitur, consilio Maurilij, Rothomagensis Archiepiscopi, præsens cœnobium extruxisse: loco, ann. 1056. & forte, 1063. cùm ille Pontifex nonnisi, ann. 1054. ceu, 1055. renuntiatus sit: migraueritque in cœlum ann. 1067. a Heros ille magnanimus æquè ac pius, Comes Aucensis Robertus, fundator extitit hujusce Abbatiæ, circa, ann. 1056. quæ Ordinis est Benedictini, in Diœcesi sita Rothomagensi, ad littus maris Oceani, in Comitatu Auci, vulgò, *Ev*. Veromanduis finitimo. Porrò, ann. 1101. Henricus, Aucensis Comes, ab itinere sacro reuersus, confirmauit quæ ab Auo, & Patre suo, huic Abbatiæ fuerant collata, juxta *Rumetium*, sup. vult quippe ann. 1036. fuisse hocce cœnobium extructum à Roberto 1. Aucensi Comite, & à Guillelmo, Roberti 1. filio auctum: sed mendosè, vt constat ex prædictis. Taxatur à Camera Apostolica pro Annatis soluendis ad 500. aureos florenos. b I.

a *Vide, in Neustria Christiana part. 1. sub Archiepiscop. Rothomag. 46.*

Qui autem præfuerint huic Asceterio Abbates: hi recensentur: vti potuerunt reperiri. II.

b *Claudius Roberti in Archiepiscop. Rothomag.*

1. *Ranierus, ceu Rainerius.*

Ex Necrologio Abbatiæ 14. Calend. Maij.

2. *Drogo, obiit 3. nonas Martij.* 3. *Herbertus.*

Monachus S. Trinitatis de Monte Rothomag. qui ab alijs primarius Abbas commemoratur, c & forsitan rectius.

c *Robertus de Monte, in Append. ad Sigebertum, & Tract. de Abbatiis, sup. Canalis, sup.*

Alueredus 2.

Apud eosdem numeratur: d sed tertius in obituario 11. Calend. April.

d *Ibid.*

Osbernus 3.

Notatur, Monachus eiusdem loci, vt prædecessor: e interfuit Concilio Prouinciali Rothomagensi, ann. 1118.

e *Iidem.*

Fulchronius 4. dicitur Monachus Cluniacensis. f

f *Ibid. & Obituarium.*

Guillelmus 6.

Legitur apud Necrologium: 11. Calend. Maij: at Becci catalogus habet, 6. Calend. Martij objisse: de quo hæc testatur Robertus à Monte. *Obijt Guillelmus Abbas S. Michaelis Vlterioris-Portus, Monachus Becci.* g III.

g *In Chronico, ad ann. 1181. Naueus lib. 3. Chronic. sup. cap. 27.*

Richardus 7. moritur Calendis Maij, al. Iunij, ex obituario.

Guillelmus 9. excessit è vita, 6. Calend. Martii, ibid.

Arturus 10. Abiit è viuis, Calendis Martii, ibid.

Hugo 12. diem clausit extremum 5. nonas Martii.

Henricus 13. reparator cœnobii.

Eundem opinor cum Henrico, monacho Becci, quondam Priore de *Euremon*; quem in Abbatem electum, à Theobaldo, Rothomagensi Archiepiscopo, ad eum

mittit

Digitized by Google

mittit liberum & absolutum R. Abbas Beccensis ann. 1222. mense Decembri. [h] Spiritum exhalauit, 6. Calend. Martij, [i] vel 4. idus Maij. [k]

Guillelmus: memoratur ad ann. 1250. 1252. [l] *& 1268.* [m]

Robertus 21.

Qui stipulante pro eo F. Henrico *Marc*, in Scacario Norman. ann. 1376. compo- suit pro alternatiuo patronatus d'Euurevillæ: & quod Ioannes *Naquerel*, eques, Do- minus, de Hermonvilla, priorem haberet præsentationem: Migrauit ad Domi- num, 14. Calend. April.

Ioannes 22. Ecclesiæ readificator, obiit, 3. idus Iulij. [n]

Richardus 24. de Longue-mort.

Ecclesiæ etiam reparationi animum dedit: nominatur ad ann. 1451. [o] spiritum Deo reddidit 6. nonas Maij, apud Obituarium.

Andreas de Marguien 25.

Reparator Sacelli B. Mariæ Virginis Deiparæ: electus est via Spiritus-sancti, per obitum præfati Richardi, & confirmatus ann. 1461. die 21. Maij, in fata autem concessit 5. Calend. April. [p]

Richardus 26. le Pesant, al. de Longue-mort.

Iurauit in verba Ecclesiæ Rothomagens. ann. 1488. die 9. April. post Pascha. Memoratur ad ann. 1497. 1503. & 1506. [q] hominem exuit 6. Calend. Octob. [r]

Michael 27. nominatur ad ann. 1502. rectiùs 1512. [s]

Carolus de Cleues, 28.

Primus Abbas Commendatarius, mortis debitum soluit, 16. Calend. Septemb. ann. 1521.

Franciscus de Cleues, 29. præfati frater.

Filius Engilberti Cliuensis, Comitis Niuernensis, Aucensis, &c. & Carlottæ Borboniensis, Episcopus Niuernensis ann. 1521. [t] Hanc autem ejurauit Abbatiam, in fauorem Cardinalis Borboniensis, ann. 1542. [u] rectiùs, 1524.

Ludouicus Borbonius 30.

Iurat in verba Ecclesiæ Rothomagensis, ann. 1538. die 5. Nouemb. ex Regesto, ejusd. Eccles.

Philippus 31. Cardinalis de Bolonia, ann. 1548.

Innocentius 32. Cardinalis S. Onufrij, ann. 1559.

N. Cardinalis de Monte, 33. ann. 1563. 1567. & 1568. notatur.

Franciscus de Pila, 34.

Fuit etiam Prior claustralis apud Abbatis-villam, ann. 1583. [x]

Alexander Sauagianus 35.

Ann. 1576. & 1591. rectius, ann. 1591. & 1597.

Iacobus de Souurè 36.

Eques commendator Militensis; qui dùm Regina mater cum Rege Aueum per- transiret, ann. 1647. die vltima Iulij, illos honorificè suscepit: Extat etiam Abbas Montis S. Michaelis in periculo maris: vti suo Annotauimus loco, ann. 1655.

h Ex regesto Ecclesi. Rothomag.
i Obituarium Abbat.
k Ex Catalogo Becci.
l Regestum Ecclesi. Rothomag.
m Ex Codic. MS. Primatus Eurouicij.
n Ex Necrologio.
o Ex Regesto Ecclesi. Rothomagens.
p Ex Obituario.
q Ex Regesto Eccles. Rothomag.
r Ex Obituario.
s In Regesto sup.
t Charronus cap. 145. Histor. Vniuersal Galliæ Costans, in Elogijs Mulier. illustr. pag. 167. in Carlotta Borbonio.
u Choppinus lib. 3. de Sacra politia, Titul. 14. §. 23.
x Ignatius Iosephus lib. 1. Histor. Ecclesiastic. Abbatisuillæ, cap. 47.

Circa ANN. 1055.

MONASTERIVM S. SALVATORIS, EBROICENSIS, S. Sauueur d'Eureux.

Richardus, Comes Ebroicensis, Fundator agnoscitur: Abbatissæ verò recensentur.

CAPVT I.

FONDITVR hoc Sanctimonialium domicilium, apud Ebroicam vrbem, tempore Guillelmi 2. Nothi, Ducis Normanniæ, estque Ordinis S. Benedicti: de quo hæc habet *Gemeticensis*, author fidelissimus. *Richardus verò Comes Ebroicensis, in eadem vrbe Monasterium S. Saluatoris, ad opus sanctimonialium fabricauit.* a Eadem refert Arboretanus Episcopus, his verbis. *Richardus Comes, eam ciuitatem gemino templo illustrauit & auxit: vno scilicet Seruatoris, in quo parthenona construxit, chorumque virginum magnifica dote illic aluit, & fouit: &c.* b His alij adstipulantur. c Hinc corrigendus *Quercetanus*, vocans hujusce loci Fundatorem, Robertum, d forsan deceptus, ex majuscula littera R. I.

Quis autem fuerit iste Richardus, paucis aperiendum est. Constat quippe Robertum Comitem Ebroicensem, & Archiepiscopum 44. Rothomagensem, tres ex Herleua conjuge, genuisse filios: primogenitumque Richardum patri successisse in ipso Ebroicensi Comitatu. e Quiquidem Richardus, tertio anno, à morte patris obijt: f (dicendum est: vigesimo tertio anno, vti ex sequentibus patebit.) Guillelmum relinquens filium, Ebroicensem Comitem, (qui Heluisam, Guillelmi, Niuernensis Comitis filiam accepit in vxorem, g) & Godehyldem, filiam, Virginem Deo sacratam in presenti Monasterio: Quod luculenter discimus ex charta suæ fundationis, vndè hæc, quæ sequuntur excerpsimus. II.

Robertus à Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs, cap. 26.
a *Gemeticensis lib. 7. de Gestis Norman. cap. 22.*
Cenalis: Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ.
b *Cenalis lib. 2. de Re Gallic. Perioche 4. Antiquitates MS. Norman. pag. 272.*
c *Chenu in Episcop. Ebroicens. le Ian, ibid. Gallia Christiana, ibid. & in Abbat. Marinus Prouuetere, in Chronica Norman. MS. lib. 3. cap. 21.*
d *Quercetanus lib. 7. Antiq. Vrbium Gall. cap. 3.*
e *Gemeticensis cap. 4. sup. & lib. 8. cap. 17. Ordericus lib. 5. Eccles. Histor. ad an. 1080. sub eo Archiepiscopo, & lib. 11. ad ann. 1108.*
f *Idem Ordericus lib. 5. sup.*
g *Idem lib. 11. ad ann. 1107. & 1108.*

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, & in nomine Sanctæ, & Beatissimæ, perpetuæque Virginis Mariæ, & omnium sanctorum. III.

Ego Richardus, Archipræsulis Roberti filius, gratia Dei, & electione Richardi senioris, Aui mei, Normanorum principis, Ebroicæ ciuitatis Comes electus ac constitutus, hanc vitam miserabilem, & caducam, quæ de die in diem peccatis exigentibus humanis, ad deteriora miserabiliter, labendo labitur, pro nihilo ducens, timore etiam gehennalis pœnæ perterritus, ac desiderio cœlestis patriæ exhilaratus, pro redemptione peccatorum meorum, ac parentum præcedentium, siue subsequentium; infra mœnia prescriptæ ciuitatis, in honorem S. Saluatoris, totius mundi Redemptoris, Conditoris, ac Gubernatoris, Ecclesiam ædificari feci; in qua Godehylde, filia mea, facta sanctimoniali, Hersende, existente prima Abbatissa, sanctimoniales sub regula beatissimi Benedicti monasticè viuentes, ad honorem Dei omnipotentis, & totius mundi Redemptoris, in eadem Ecclesia stabiliui, & hoc assensu & consilio parentum meorum, laudanda etiam admonitione vxoris meæ, Godehyldis, & maximè hortatu, & prouidentia Domini Guillelmi, tunc temporis, eiusdem ciuitatis existentis Episcopi, authoritate; cujus testimonio & deliberatione: &c. Cartam indè factam confirmauit Guillelmus, Dux Normannorum, signo propria manu facto, & vxor eius Mathildis, similiter; & Ego Richardus

chardus signo meo, & vxor mea Godehyldis, similiter; & Maurilius Archiepiscopus Rothomagensis, signo suo: & Guillelmus, Ebroicarum Episcopus, signo suo: & proceres Normanniæ, signis suis. [h] Absque Data confecta legitur hæc carta: verùm, cùm ille Robertus, Rothomagensis Archiepiscopus, obierit, ann. 1037. juxta omnium sententiam: [i] & Maurilius, ann. 1055. ad eam Rothomagensem Ecclesiam fuerit assumptus, [k] quo tempore etiam Guillelmus ipse Ebroicensis præsul florebat: [l] perspicuum erit: id euenisse circa ann. 1060. non verò ann. 1048. vt volunt Antiquitates MS. Norman. pag. 272.

IV. Porro, ipsa Abbatia, simul cum vniuersa Ebroicensi ciuitate, igne consumpta est, ann. 1119. ob discordias & simultates, inter Almaricum de Monte-forti; & Henricum Angliæ Regem, exortas, pro Comitatu Ebroicensi: [m] *Tunc* (inquit Ordericus) *combusta est Basilica S. Saluatoris, quam sanctimoniales incolebant*: &c. Ea autem postea reparata, ab Audoeno, eiusdem vrbis Episcopo, consecrata est: vti apparet ex charta eiusdem Monasterij. *Almauricus, inquit, Comes Ebroicensis, dedit Ecclesiæ S. Saluatoris Ebroicensis, quando dedicata est, & sanctificata, fuit Domino, Feram S. Leodegarij, in dote. Istud donum misit Philippus Archidiaconus, jussu Almaurici Comitis, super altare, S. Saluatoris, ipso die consecrationis eiusdem altaris, in præsentia Domini Audini, Ebroicens. Episcopi.* [n]

V. Iterum, eadem Abbatia passa est omninò excidium: circa ann. Domini 1195. sub Garino, Episcopo 30. Ebroicensi: quapropter moniales, relicto priore Monasterio, inualescentibns inter Francorum & Anglorum Reges, bellis, incendio penitus deuastato, ad nouum in suburbio ciuitatis Ebroicensis, eiusdem Garini, pij Antistitis concessione ædificatum, commigrarunt: vt ex carta super hoc confecta liquet: quæ eiusmodi est. „ *Vniuersis sanctæ* matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens „ scriptum peruenerit, G. Diuina miseratione Ebroicensis Ecclesiæ minister humi„lis, salutem in Domino: &c. Cùm Abbatia S. Saluatoris Ebroicensis funditùs „ euersa: terra de Feodo nostro, quæ est inter Vuitecline, & fossam Domini Ri„chent, ad nouæ Abbatiæ constructionem, omnibus idonea videatur: nos ad pre„ces & instantiam. A. tunc Abbatissæ & Conuentus Ebroicensis, eamdem terram „ cum vineis, & censibus, & omnibus ad feodum nostrum in terra illa, spectanti„bus, eisdem Abbatissæ & Conuentui in eleemosynam perpetuam, amore Dei, & „ charitatis intuitu, ad Abbatiæ nouæ constructionem, liberè, & pacificè & quie„tè, ab omni exactione immunem, in perpetuum, sub annuo reddito 40. soli„dorum, in synodo hyemali, nobis, & successoribus nostris, à domo prædicta „ numerandorum, possidendam, nostri assensu capituli concessimus. Quod ne vel „ obliuione fugiat, vel malignitate quassetur, sigilli nostri munimine roborani„mus. Quòd verò ille ipse *Garinus* fuerit, clariùs ex præfatione, cartulario eiusdem Monasterij S. Saluatoris apposita, innotescit: vbi sub finem, hæc leguntur. „ *In quo* dicto Monasterio dictæ sanctimoniales Redemptori generis humani, quam„diu licuit, seruierunt, sed guerris, combustionibusque mediantibus, locum pro„prium inuitè reliquentes, ad refugium Reuerendi patris, Garini, Dei gratia, E„piscopi Ebroicensis iuerunt: per reconciliationem cujus in Dominio suo, eis no„uum fieri voluit monasterium: vbi vsque in hodiernum diem, & in perpetuum, „ Dei concedente gratia, pro salute fidelium, die nocteque, dictæ sanctimoniales „ diuinitùs exhibent precesad Dominum. [o] Vide Cod. MS. magnum fol. 15. pag. 2. Lutetiæ, apud D. de Vyon d'*Herouual*. vbi fol. sequenti 16. pag. 1. habetur, quid juris Abbatissa habeat in sylua Ebroicensis.

Dignum autem duximus, etiam Abbatissas hujusce illustris Monasterij, pro vt potuimus, sic recensere.

1. *Hersendes.*

VI. Prima omnium Abbatissa: & fortassis ipsa est, quæ, vt fert opinio, Tumulata est in Ecclesia S. *Nicolai* Ebroicensis: quando cœmeterium, vel Ecclesia sacra, necdum ab illis haberetur.

2. *Agnes defuncta, 16. Calend. April.*

3. *Ioanna, moritur, 12. Calend. April.*

h *Le Lau, sup. sub. Guillelmo 13. Episcop. Ebroicens. in Appendice.*
i *Antiquitates MS. Norman. Chronicon MS. Rothomagens. Chronica, Cadomensis, &c. ad ann. 1037.*
k *Iidem, ad ann. 1055.*
l *Ordericus sup. lib. 3. ad ann. 1050. & 1059. ac 1066.*
m *Ordericus lib 12. ad ann. 1118. 1119. & 1127. pag. 884.*
n *Carta 37.*
Apud le Lau, supr. in Appendice, pag. 702. sub Audoeno 21. Episcopo Ebroici.
o *Apud le Lau, ibid. sub 29. Episcopo Ebroicens.*

4. *Nicolaa, migrauit ad Dominum 7. idus Maij.*

5. *Margarita, excessit è viuis 3. nonas Iunij.*

6. *Ioanna 2. Diem clausit extremum idibus Septemb.*

7. *Agnes la Ballaboude.*

Circa ann. 1195. obijt verò pridie nonas Septemb.

8. *Ioanna 3. spiritum reddidit, 3. Calend. Octob.* [p]

9. *E. nominatur Abbatissa.* VII.

Ann. 1238. pro compositione inter se, & monachos de Cruce S. Leufredi. [q]

10. *I. memoratur ad ann. 1243.* [r]

11. *Ælicia de Borely, legitur, ann. 1248. mense Iulio.* [s]

12. *N......*

Benedicta est à Philippo le Boulenger Sagiensi, Episcopo, Lutetiæ, ann. 1308. ad preces Mathæi, Episcopi Ebroicens. [t]

13. *Blancha la Gonaude, ann. 1393. obiit, 6. nonas Octob.*

14. *Ioanna 4. de Guerensieres; moritur 1485. 14. Calend. Iulij.*

15. *Prejecta de Melun.*

In fata concessit, ann. 1504. 28. Augusti. Notatur in Necrologio, ad 4. Calend. August. sed error vbique deprehenditur legi quippe debet, 29. August. ceu 4. Calend. Septemb. vel dicendum foret 29. Iulij, 4. Calend. August.

18. *Ioanna 5. d'Erneinvilla.*

Ann. 1531. abijt è viuis, 12. Calend. Nouemb.

17. *Magdalena d'Estouteuilla.*

Migrauit in cœlum, ann. 1566. Calend. 6. Octob. Heroina illustrissima, ac pientissima.

18. *Magdalena 2. de Monteney.*

Decessit è vita, ann. 1587. ad 5. Calend. April. [u]

19. *Iudith de Pons.*

Vt Episcopatus Ebroicensis curam suscepit Pastoralem Illustrissimus, Iacobus à Perrone, statim binas misit litteras, ad id monasterium: vnam ad ipsam Abbatissam: alteram, ad sanctimoniales virgines: quibus animi sui testabatur propensionem, & cordis sincerum affectum, in earum juuamen & spiritale solatium, ann. 1603. [x] Eidem Abbatissæ Nicolaus Yuelinus, Doctor, Ebroicensisque Ecclesiastes, dicauit ann. 1612. Speculum Religiosorum; Gallicum factum, cum notis nonnullis. Demùm meritis cumulata, perrexit ad Dominum: de qua hæc leguntur in Necrologio hujus loci. *Quinto Calend. Martij, obitus D. Iudith, de Pons, Abbatissæ hujus Monasterij: quæ domum penè dirutam reædificauit claustralem, omninò disciplinam restituit, redditusque maximè auxit.*

20. *Ludouica Du-Plessis.*

Prius Religiosa apud Montem-Martyrum, ad sub-vrbia Parisiens. prudenter moderatur præsens Monasterium, ann. 1640. 1641. & quod excurrit. Plures adhuc desiderantur; Abbatissæ, quarum fugit memoria. Cæteros omitto authores, qui de hujusmodi inclyta Abbatia scripserunt.

Prætereundum non est, quod de fundatoribus, & præcipuis Benefactoribus, (vti VIII par

p Ex Obituario Abbat. S. Saluator. Ebroicens.

q Ex Cartulario Abbat. de Cruce S. Leufredi, fol. 45.

r Ex Cartulario Conchensi, fol. 147.

s Ex Schedis Abbat. S. Saluator Ebroicens.

t Catalogus Eccles. Sagiens. in Philippo 48. Episcopo.

u Ex Schedis & Obituario eiusd. Abbat.

x Perronius in Legationibus suis, pag. 106. & 107.

Digitized by Google

parerat) enuntiatur in Necrologio ipsius Monasterij: his verbis 13. *Calend. Ianuar. Obitus D. Richardi, Comitis Ebroicensis, qui dictum Monasterium primò fundauit, & illud juxta ciuitatem Ebroicens. fieri fecit. iij. Idus Februar. Obitus pro bonæ memoriæ defuncto D.* Guillelmo, *tunc temporis Ebroicensi Episcopo; consilio & hortatu cujus, D.* Richardus, *Comes Ebroicensis. dictum Monasterium fecit & fundauit; filiusque eius confirmauit. Item 3. Calend. Ianuar.* Ioannes, *Rex Franciæ, qui ea confirmauit.*

IX. Ex Cartulario magno Abbatiæ Fontanellensis: sub littera F. 1. carta 46. extat *Littera* concordiæ inter nos & Abbatissam de Ebroicis, pro Decimis nemorum Regis, & noualium, apud S. Vvandregesillum. Item, *Litteræ* duæ, Abbatissæ Ebroicensis, pro Decimis de *Grauenchon*, sub Littera L. 1. carta 35. Porro in Scacario compositio fit (virtute Litterarum permissionis Reg. Caroli, sub Datum Parisiis, 27. Martij, ann. 1374.) inter Abbatissam præfatam, & Abbatem Fontanellens. pro decima totius venditionis lignorum, faciendæ in sylua *du Traict*, & de *Maulevrier*, ann. 1376. Hinc lis oborta inter habitatores de Calido-Becco: & Gaufridum, Abbatem Fontanellensem, ann. 1386. super hujusmodi compositione, in Scacario terminatur, sanctimonialis eo in loco extitit, Maria à Borbonio; filia Andreæ à Borbonio; Domino de *Rubempré*, & Annæ de *Roncheroles*, Dominæ Radipontis, ex Baronibus Pontis S. Petri, & Hugueuillæ, At Antoinetta Borbonia, prædictæ Mariæ soror, Monasticam duxit vitam apud Abbatiam de *Thesauro*, propè Gisortium. y

y San Marthani Tom. 2. Histor. Geneal. Domus Franc. lib. 25. cap. 13.

CORMELIA,

GALLICE, CORMEILLE.

Circa Ann. 1060.

Fundatores huius Abbatiæ recensentur, & Abbates disquiruntur.

CAPVT I.

I. Cormelus, seu Cormelia, Gallicè *Cormeille*, hæc Abbatia vocitatur; estque Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Lexouiensis, inter Pontem-Audomarum, & Lexouium sita: taxata ad 200. florenos aureos pro Annatis Cameræ Apostolicæ. a Fundatur circa ann. 1060. tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis; ab Illustrissimo Heroe, Guillelmo, filio Osberni de Crepon, Comite Herfordiæ. b *Præfatus Heros*, (ait Gemeticensis) *cœnobia Monachorum sanctæ Mariæ, Reginæ cœli, condidit. Vnum apud Lyram, vbi Adelizam conjugem suam sepeliuit: & alterum, apud Cormelias, vbi ipse quiescit, & Rodulphus filius eius, à pueritia monachus, Deo diu militauit: ipse quoque cum Vuillelmo Duce, Anglos maximè perdomuit, & Comitatum Herfordiæ, cum magna parte Regni, sensu & viribus obtinuit.* c Idem ab aliis confirmatur. d Ex quibus emendandæ sunt Antiquitates MSS. Normaniæ, pag. 141. referentes huiusmodi fundationem ad *Osbernum* patrem, ann. 1048.

II. Sanè, hic prœlio generali, interfuit, quod Guillelmus 2. præfatus Dux Normaniæ gessit contra Heraldum Tyrannum; quo conflictu, illum superans, insigni potitus est victoria, Regnumque Angliæ sibi acquisiuit ann. 1066. e Deindè, cùm Guentam, vrbem nobilissimam æquè ac potentissimam, munitionem Rex Guillelmus, aduersus rebelles Anglos extruxisset: „*Ibidem Guillelmum* reliquit Osberni „filium, præcipuum in exercitu suo: vt in vice sua interim toti Regno, Aquilo„nem versus, præesset. Hunc ex omnibus Normannis, paterno more sibi fidissi„mum, domi bellique perspexerat, simul fortitudine egregium & consilio siue „rei domesticæ, siue militaris: necnon Domino cœlesti multo affectu deuotum.

a Prouuerte lib. 11. Chronic. MS. Norman. cap. 21. Gallia Christiana, in Episcop. Lexouiens. Item in Abbatijs.
b Vide sup. in Lyra Abbatia.
c Gemeticensis lib. 7. cap. 12. & 15.
d Ordericus lib. 3. ad ann. 1040. & lib. 4. ad ann. 1070. 1071. Cœnalis. De re Gallica, lib. 2. Perioche 4. & lib. 5. Hierarchiæ Neustriæ in ea Abbatia.
e Guillelmus Pictauiens. de Gestis Guillelmi 2. Norman. Ducis, & Angliæ Regis, satis ante fin. Ordericus lib. 3. ad ann. 1066.

f Guillelmus Pictauienſ. ſup.
g Gemeticenſis, ſup.
h Ordericus lib. 4. ann. 1071.

,, Hunc Normanis chariſſimum, Anglis maximo terrore eſſe ſciebat. Hunc præ
,, cæteris familiaribus, à pueritia vtriuſque dilexerat, & exaltauerat in Norma-
nia. [f] Hinc prorex Normaniæ efficitur, ann. 1070. juxta Gemeticenſem : [g] ceu,
ann. 1071. vti *Orderico* placet; *Anno quinto* (inquit) *Regni ſui Guillelmus Rex, Guil-
lelmum, Osberni filium, miſit in Normaniam : vt cum Mathilde Regina, tueretur prouinciam.* [h]
Verùm, cupiens Balduino, ipſius Mathildis Reginæ nepoti, ſubuenire; cum Phi-
lippo I. Francorum Rege, Flandriam perrexit, vbi tandem occubuit : [i] Cujus cor-
pus poſtea allatum in Neuſtriam, in hoc Cormelienſi cœnobio honorificè huma-
tum eſt. *Vvillelmus Osberni filius* (ait Ordericus) *duo monaſteria in proprio fundo condidit:
vnum Lyræ, & aliud Cormelijs, vbi ipſe humatus quieſcit.* [l] Sed præſtat eundem Au-
thorem iterum audire, vbi alio in loco eadem repetens, amplioribus verbis, totum
confirmat, dicens. ,, *Guillelmi* verò Comitis corpus in Normaniam à ſuis delatum
,, eſt : & in cœnobio Cormelienſi, cum magno ſuorum luctu ſepultum eſt. Duo
,, quippe monachorum in ſuo patrimonio conſtruxerat, in honore ſanctæ Dei ge-
,, nitricis Mariæ : vnum quidem erat Lyræ, ſecus Riſellam fluuium, vbi Adeliza,
,, vxor eius, tumulata eſt : Aliud verò Cormelijs, vbi ipſe (vt diximus) conditus
,, eſt. Normanorum maximum ſtrenuitate Baronem, valdè omnes planxerunt: qui
,, largitates eius, & facetias, atque mirandas probitates nouerunt. Hereditas eius
,, à Rege, Guillelmo, filijs eius diſtributa eſt. Vvillelmus major natu, Bretolium,
,, & Paceium, & reliquam partem paterni juris in Normania obtinuit, & omni
,, vita ſua ferè triginta annis tenuit. Robertus autem junior frater, Comitatum
,, Herfordenſem, totumque fundum patris in Anglia obtinuit. [m] Vbique verò
idem *Ordericus* vocat hunc Guillelmum, Osberni filium, Ducis Normaniæ, Guil-
lelmi 2. præfati cognatum, & Dapiferum. [n] In fata conceſſit : ann. 1071. cujus
memoria habetur in Necrologio eiuſdem Abbatiæ, ſub 20. Februar. hiſce verbis.
Obijt Dominus Guillelmus Comes, & fundator iſtius cœnobij. [o]

i Gemeticenſ. & Ordericus ſup.

l Ordericus lib. 3. ann. 1040.

m Idem lib. 4. ann. 1071.
n Idem lib. 3. ad ann. 1066 & lib. 4. ad ann. 1070. Robertus de Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs cap. 21.
o Necrologium MS. Abbat. Cormelienſis.
p Ibid.

Cùm autem ex prædictis conſtet, Adelizam, vxorem ſuam ſepultam fuiſſe apud III.
Liram, Abbatiam, quam ipſe fundauerat eodem fermè tempore : dubium haud
paruum exindè oritur, quæ nam fuerit illa *Emma*, cujus mentio recenſetur ibi-
dem ad 10. Februarij. *Obijt Emma, Fundatrix.* [p] Sed breuiter dicendum, illam ex-
titiſſe præfati Guillelmi, & Adelizæ, filiam; quæ nupſit Rodulfo de *Vuajet*, ge-
nere Britoni, poſtea Comiti Noruuicenſi in Anglia, Domino de Guader, & Mon-
tisfortis in Britannia : qui aliquando expulſus & extorris de Regno Angliæ, cum
vxore ſua Emma Britanniam repetiit; indè poſt multos annos, tempore Vrbani
II. Papæ, Crucem Domini ſuſcepit : & cum Roberto 2. Normannorum Duce, con-
tra Turcas, in Hieruſalem profectus, in via Dei pœnitens, & peregrinus cum
vxore ſua, obiit. [q] Itaque ipſa Emma, dicitur quoque fundatrix Cormelienſis
cœnobii : tum, quia Patri fundatori, dextras etiam dedit : tum, quòd ipſamet for-
ſan multa de ſuo illic contulerit.

q Gemeticenſis lib. 7. cap. 25. Item, lib. 8. cap. 15. Ordericus lib. 4. ad ann. 1073.

Iam tempus inſtabat, quo Abbatia ædificanda erat, cujus rei gratia Rainerius IV.
Abbas S. Trinitatis in Monte, propè Rothomagum, illuc ablegauit Osbernum,
Monachum, quem primum hujus loci conſtituit Priorem, & ſtructuræ noui cœ-
nobij directorem : qui poſtea, licet inuitus, Abbas Vticenſis electus eſt, ann. 1063.
[r] Quis autem & qualis fuerit iſte Osbernus, latè deſcribit Ordericus hæc addens.
*Hunc Rainerius Abbas, Iſemberti ſucceſſor, jam in ordine probatum, ad conſtruendum cœno-
bium, Cormelias miſit; vbi tunc præclarus heros Vvillelmus Osberni filius, Dapifer Norman-
nor. Abbatiam Dei genitrici Mariæ condere cœpit,* &c. [ſ] Illo itaque recedente, & Vti-
cenſis Abbatiæ regimine ſuſcepto, ann. 1063. vt diximus, Gillebertus, primus
Cormelienſis Abbas præficitur.

r Vide ſup. in Abbatia S. Catharinæ.
ſ Lib. 3. ad ann. 1063.

1. *Abbas Gillebertus.*

Hic ad Deum migrauit, 25. Martij, abſque temporis notâ. [t] Vocatur etiam Ro-
bertus, monachus S. Trinitatis Rothomagenſ. qui in maris Naufragio perijt. [u]

t Necrologium Cormelienſe.
u Robertus de Monte, & Canalis, ſup.

2. *Guillelmus.*

Virtute religionis, & obſeruantiæ monaſticæ clarus; qui deceſſit è vita, circa V.
ann. 1109. vt patet ex eodem Orderico; *In illo tempore, inquit, migrauerunt plures ſan-
ctitate & ſapientia præcipui Doctores Eccleſiarum; Anſelmus ſcilicet, Archiepiſcopus Cantua-
riorum;*

viorum; & Guillelmus Archiepiscopus Rothomagensium, venerabilsque cœnobiorum Rectores; Hugo, Abbas Cluniacensis, Geruasius Redonensis, & Guillelmus Cormeliensis. [x] Dies vero transitus illius ad Dominum notatur ad 27. Iulii. [y] Singularem amicitiæ necessitudinem junxerat cum BB. viris Herluino, Abbate I. Beccensi, & Lanfranco, ex Priore Becci, Abbate postea Cadomensi, ac tandem Archiepiscopo Cantuariensi, ann. 1070. quibus demortuis, rem propalare incipit, quam sub silentio tenere promiserat, scribens ad Guillelmum, prius Abbatem, postea Archiepiscopum Rothomagensem, hisce verbis Epistolam. *Reuerendissimo patri Guillelmo, & cunctæ congregationi sanctæ Mariæ Beccensis, Frater Vuillelmus Abbas Cormeliensis vestræ pietatis à alumnus: Rem Domini, & Fratres charissimi, nulli (vt reor) mortalium, nisi soli mihi cognitam refero vobis de venerali patre Herluino, atque eius Priore Lanfranco, &c.* [z] Præterea idem Guillelmus Abbas, ann. 1094. interfuit benedictioni Guillelmi in Abbatem Beccensem, per Guillelmum Rothomagensem Archiepiscopum; cujus jussu & authoritate Rothomago Beccum veniens, cœnobiarcham nouum in sedem suam introduxit. [aa] Porro, jam antea ann. 1066. subsignarat cartæ donationis Guillelmi 2. nothi, Ducis Norman. quam fecit Abbatiæ Fiscanensi, cap. 8. sup. in ea Abbatia. Ad eum scripsit D. Lanfrancus præfatus Epistolam 48. ex Dacherio, in notis ad eam. Cœteros autem Abbates hujusce cœnobij breuius hîc recensere judicaui ex necrologio, cœnotaphiis, aliisque monimentis Cormeliens.

x Lib. 11. ad anni 1109.
y Necrologium Cormeliense.
z Extat apud Picardum; in notis ad lib. 2. Epistol. 41. D. Anselmi ex Chronico Becci, MS. & Gisleberto, cap. 2. vitæ B. Lanfranci.
aa Picardus, sup. lib. 3. Epistol. 2. ex Chronico Becci.

VI. *3. Richardus, mortuus, 9. Decemb.*

4. Benedictus, obiit, 10. Maij.

Attamen Arboretanus Episcopus, hæc omnia inuertit;[bb] nam ponitur ab eo primus Abbas Robertus, deinde Gautridus, ac postea Guillelmus, monachus Becci: tum denique Benedictus; sed iis à nobis præmissis omnino standum est.

bb Canalis sup. in Roberto de Monte.

5. Robertus de S. Pancratio.

Monachus montis S. Michaelis, fit Abbas ann. 1158. abiit è viuis 21. Februarij, ann. 1174. [cc] Nominatur inferius in Carta Alexandri III. Pap. ann. 1168. Itemque in Cartulario Faleliano ad ann. 1171.

cc Robertus de Monte, sup. Necrolog. Cormeliens.

6. Harduinus.

Beccensis Monachus, Prior S. *Theodemiri*, ceu *Hemerij*, successit Abbas, ann. 1174. Diem verò clausit extremum 18. Decemb. [dd]

dd Ibid.

7. Durandus, moritur, 21. April.

8. Stephanus obiit 22. Maij.

Hi autem duo erant quoque Monachi Beccenses: vti suo loco annotauimus. [ee]

ee sup. in Abbatia Becci, cap. 11.

9. N. ......   10. Guillelmus, defunctus 29. Nouemb.

11. N. ......   12. Simon.

Viuebat ad ann. 1260. ex Codice MS. Grestani: decessit è vita 20. Martij. [ff]

ff Ex Necrologio.

13. Richardus.

Florebat, ann. 1276. ex Carta Ioannis Abbatis Conchensis, sup. In fata autem concessit die 5. Nouemb. [gg]

gg Ibid.

14. Nicolaus, spiritum Deo reddidit 30. Nouemb.

15. Guillelmus 3.

VII. Debitum mortis exoluit 10. Septemb. [hh] Cuius contrarium gerit eius.

hh Ibid.

EPITAPHIUM.

Hic jacet Dominus Guillelmus de Chanstecur, 15. Abbas huius Cœnobij; qui obijt anno Domini 1371. Septembris 7.

Digitized by Google

16. *Robertus le Brument.*

Ex Cormelia oppido oriundus; cuius pater vocabatur Leodegarius le *Brumen*, mortuus 30. Octob. mater verò Isabella, defuncta 11. Februarij. Ipse verò Robertus Abbas migrauit ad Dominum, die 2. Septemb. anno 1405.

17. *Guillelmus 4.*

Astitit condemnationi puellæ Aurelianensis, anno 1436. ii diem verò clausit extremum 22. Augusti. ll cui aduersatur illius.

ii *Antiquitates MSS. Normanniæ pag. 425.*

ll *Necrologium Cormeliense.*

EPITAPHIUM.

Hic jacet venerabilis & piæ memoriæ Dominus Guillelmus, quondam Abbas istius cœnobij, Doctor in decretis, ex Cormelijs Oriundus; qui obijt anno Domini 1437. Iulij 27.

18. *Ioannes Tesson.*

Florebat ad ann. 1446. ex Carta Ioannis Abbatis de Pratellis, sup. vitam finiuit 17. Maij.

19. Guillelmus 5. obijt 26. Iulij. 20. Mathæus Toutain 3. Octob. obijt.

21. Ioannes 2. Bernard, moritur 1. Nouemb.

22. Robertus Vaudon; cuius obitus notatur 2. Iulij; & 7. Octob. mm

mm *Ex Obituario Lyræ.*

23. *Constantinus.*

Eius pater nuncupabatur Ioannes de *Segre*, miles, mater verò Thomina dicebatur. Ad eum scribit Simon, Abbas de *Bernayo*, sup. ann. 1461. Regi dedit declarationem bonorum suorum Temporalium ann. 1467. Ad eum item scripsit Ioannes, Abbas de *Conchis*, sup. ann. 1473. tandem defunctus legitur 23. Martij. nn

nn *Necrologijs Pratellensi & Gresteinensi.*

24. Nicolaus Kiuilei, obijt 9. Maij. oo

oo *Ex Cartulario Falesiæ.*

25. *Ogerius de Chambray.*

Primus Commendatarius, mortuus 7. April. qui nonnulla dedit cœnobio Falesiæ. pp

pp *Vide Grestanū sup. cap. 3. §. 7.*

26. Stephanus Blosset, Episcopus Lexouiensis, ann. 1503.

27. Ioannes le Veneur, Episcopus Lexouiensis, ann. 1505. qq

28. *Thomas de Clairmont.*

Dedit Pulpitum chori æneum ann. 1516. vti legitur in eo exaratum, moritur 3. Februar. Cuius parentes fuerunt, Renatus de *Clermont*, miles, defunctus 20. Decemb. mater verò Petronilla de *Stotauilla*, mortua 5. Ianuar. frater autem, D. Ludouicus de *Clermont*, de *Andegauia*.

29. Ioannes Vassey, ann. 1565. Episcopus Lexouiensis.

30. Nicolaus Quentin, ann. 1580. nominatus.

31. Franciscus Roussel, de Medauy, Lexouiens. Episcopus.

Mortuus ann. 1617.

Sociolia

Digitized by Google

Socialis fraternitas inter Abbatias, quid præferebat: Alexander III. Papa, & Henricus Rex Angliæ, Duxque Normaniæ: Cormeliensis Abbatiæ fundationem suis litteris confirmant.

CAPVT II.

I. SVperioribus sæculis nonnulli Abbates inferioris Neustriæ, quandam stabilierant inter se fraternalem consocietatem; qua, participatione gauderent Missarum, orationum, jeiuniorum, omniumque bonorum operum, quæ à monachis piè ac deuotè, Deo inseruiendo, iugiter exoluebantur: vt hac sancta inuentione charitas ac dilectio inter se mutuò arctius foueretur. Hunc morem vtique Religiosum ac laudabilem, ijdem Abbates, circa sæculum 15. renouare cupientes, mutuis Epistolis se inuicem ad id excitarunt: vti patenter liquet intueri, ex litteris Abbatum Pratellens. Bernens. Conchens. Cormeliens. Lyrens. Grestanens. &c. quod suis in locis sedulò annotare curaui: sic enim Christiana pietas, ac Religio Monastica, magis magisque accrescit.

II. Summus Pontifex Alexander III. voluit etiam hunc locum, suis honorare ac munire litteris Apostolicis: quibus confirmat fundationem, donationes, & alia bona huic Abbatiæ elargita: harum initium tale est.

Alexander, Episcopus, Seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Roberto Abbati Monasterij Cormeliensis, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis: salutem & Apostolicam benedictionem.

In perpetuum religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium: ne cujuslibet temeritatis incursus, eos, aut à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis adfringat. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus gratum impertimur assensum; & præfatum Monasterium, in quo, Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, ac nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam, in eodem Monasterio noscitur institutus; perpetuis ibidem temporibus, inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci; firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

III. Ecclesiam S. Petri; Ecclesiam S. Crucis; Ecclesiam S. Syluestri; cum omnibus pertinentiis suis: Burgum Cormeliensem, cum Theloneo, Furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus, quinque nundinis, & quinque feudis militum, & toto territorio juxta ipsum monasterium. Ecclesiam S. Mariæ de *Fersol*, cum Capella S. Christophori, & cum hominibus, decimis, & oblationibus. Dimidiam decimam Ecclesiæ S. Germani de *Folmuchamp*, cum decima molendini ipsius villæ. Medietatem decimarum Ecclesiarum S. *Albini*; Pescarium, cum vna acra terræ; & in molendino ipsius villæ, septem quartarios frumenti. Triginta acras terræ apud Capellam *Baynel*; vnum hominem apud *Buzeuillam*; Terram de *Voibrayo*, cum duobus molendinis apud Falesiam, Nogium siccum, cum Ecclesia, Bosco & molendino; Apud *Romelli*, vnam carrucatam terræ: Apud villam-bonam, duas partes piscariæ de Aurea fossa, in Sequana, cum tenimento, quod pertinet Monasterio Cormeliensi. Molendinum villæ, quæ dicitur, *Vitré*; Martineium, cum medietate

molendini de Archis: & medietate molendini de Martineio, cum appenditijs suis: *Osbermenil* cum Ecclesia: apud Gugleuillam, sexdecim solidos: Ecclesiam de Crepini cum omnibus decimis, & decem & octo acris terræ: Ecclesiam de *Griros*: vnum modium bladi in mollendinis de *Altarijs*. Quintantiam omnium rerum, quæ monasterio Cormeliensi, vndecumque venerint, apud Burgum de Ponte Aldemari, siue quas in vsus suos monachi eiusdem Monasterij emerint. Pratum, in *Corhulene*, & in *Cheuilli*: vineam de *Rolant*: vineam de *Clauso Hilduini*, cum medietate vnius domus, & medietate omnium fructuum, ad eamdem domum pertinentium, cum tribus modiis vini. Apud *Gaudli*, dimidium modium vini.

In Anglia, Manerium de *Noent*, cum omnibus pertinentijs suis, scilicet, quinque hidis terræ & Ecclesiam, cum omnibus decimis, oblationibus, Pratis, molendinis, & nemoribus: De *Larcles dune*, & de *Totesunide*, *Contonam*, *Lindam*, *Eclam*, & *Melesunicam*, cum molendinis & pratis. *Gisgesleiam*, cum omnibus sartis, quæ pertinent ad *Nuent Stanlinum*: & *Bolesdunam* cum Capella: Ecclesiam de *Tedintonni*, & Capellam de *Lanteleia*, Ecclesiam de *Dimoc*, cum omnibus pertinentijs suis & decimis: decimam de toto Dominio & vnam virgatam terræ, & in eadem villa: Ecclesiam de *Belrefort*, cum Capellis, decimis, & cæteris pertinentiis suis: Decimam de toto dominio, & in augmentis & Essartis; dimidiam hidam terræ: Ecclesiam de *Estana* cum Capellis, & omnibus pertinentijs suis, & vnam virgatam terræ, & totam decimam de dominio. In Tocnitona, totam decimam de dominio in omnibus rebus, & vnam virgatam terræ in *Angleuilla*, Ecclesiam de ...... in *Corona* totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: in *Caldebroc*, ora, & *Kalestan*, totam decimam de dominio: totam villam de *Eigestonam*, cum omnibus pertinentijs suis, scilicet, cum duabus hidis terræ: & Capellam ipsius villæ. In *Vvestesteigestan*, decimam de toto dominio, & vnam virgatam terræ: Ecclesiam de *Mordim*, cum omnibus pertinentijs suis, & totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: Ecclesiam de *Cigeslem*, cum Capellis & omnibus pertinentijs suis, & totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ. In *Pisina*, totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: Ecclesiam de *Succeleia*, cum Capellis, & omnibus pertinentijs suis, & totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: Ecclesiam de *Merleia*, cum Capellis, & omnibus pertinentijs suis, & tres virgatas terræ, & totam decimam de dominio. Apud *Vvigrectum* suum, in sallinis: Apud *Goleuuei*, totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: Apud *Sideham* decimam de dominio, & dimidiam Hidam terræ: Apud *Kameham*, totam decimam de dominio, & vnam virgatam terræ: Apud *Torristonam*, totam decimam de dominio, dimidiam Hidam terræ, & vnum pratum. Ecclesiam *Lediart*, cum omnibus pertinentijs suis, totam decimam de dominio, & vnum pratum: Ecclesiam de *Canoel*, cum omnibus pertinentijs suis. Totam Decimam de dominio, duas virgatas terræ: decimas reddituum villæ de *Munemita*, de *Troi*, & de *Cunicarnam* & de *Nonauilla*: medietatem decimæ de dominio, & de terra Richardi, filij Comitis Guilleberti, inter *Vscham*, & *Vvaia*, dimidiam decimam de dominio suo, in Bosco & Plano, in piscariis, & melle, in placitis, & pauagiis, & quartam partem Decimæ de *Strigulus*: & ad prædictum manerium de *Nuent*, vnum *Blessagham*: & *Carbonam* in nemus suum, ad *Blessagham* sustinendam: & Terram suam ad *Ollas*, & Boscum suum de *Edulfeshella*, ad essartandum, si non est in foresta Regis. Ecclesiam de *Strigulus*, cum omnibus pertinentijs: in villa de *Hereford*, duodecim libras ad Scacarium Regis: in *Susdhantona*, nouem libras, & quinque solidos; in eadem villa, monachos de Cormelijs, & homines eorum, & domum, quam ibi habetis, ab omnibus consuetudinibus libera: De decima *Subreleja*, & *Merleia*, septuaginta quinque solidos: Apud *Gocestram* & *Dimac*, quadraginta solidos. IV.

Porro, in Ecclesijs, quas tenetis, Præsbyteros eligatis, & Episcopis præsentetis: quibus, si idonei fuerint, Episcopi curam animarum committant: vt de plebis quidem cura eis respondeant, vobis autem, pro rebus temporalibus, debitam subjectionem exhibeant. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus: vt eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni, & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat: salua tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis anima- V.

lium

lium vestrorum, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis, ianuis clausis, & pulsatis tintinabulis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce, diuina celebrare. Obeunte verò te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia, seu violentia, præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, secundum Deum, & B. Benedicti regulam, prouiderint eligendum. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura: salua Apostolicæ sedis auctoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica justitia. Si qua igitur in futuro, Ecclesiastica, sæcularis-ve persona, hanc paginam nostræ assertionis, sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum, congrua satisfactione, correxerit: potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat: & à sacratissimo Corpore & Sanguine Dei, ac Domini, Redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ vltioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem, præmia æterne pacis inueniant. Amen.

Ego *Alexander*, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subsignaui. Ego *Vbaldus* Ostiensis Episcopus. Ego *Bernardus* Portuensis & sanctæ Rufinæ Episcopus. Ego *Hubaldus*, Præbyter Cardinalis Ecclesia S. Crucis in Hierusalem. Ego *Ioannes*, Præsbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli Ecclesiæ Pammachij. Ego *Albertus*, Præsbyter Card. Ecclesiæ S. Laurentij in Lucina. Ego *Boso*, Præsbyter, Card. S. Pudentis & pastoris. Ego *Petrus*, Præsbyter Card. Ecclesiæ S. Laurentij in Damaso. Ego *Ioannes*, Præsbyter Card. Ecclesiæ S. Marci. Ego *Theobaldus*, Præsbyter Card. S. Vitalis & Iustinæ Ecclesiæ vestinæ. Ego *Iacinthus*, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedin. Ego *Aymardus* Diaconus Card. S. Theodori. Ego *Cinthius*, Diaconus Card. S. Adriani. Ego *Hugo*, Diaconus Card. S. Eustachii, iuxta Templum Agrippæ. Ego *Vitellus*, Diaconus Card. SS. Sergij & Bacchi. Ego *Petrus*, Diaconus Card. S. Mariæ in Aquiro.

Datum Beneuenti, per manum gratiani S.R.E. subdiaconi, & Notarij, 5. Calend. Maij, indictione 11. Incarnationis Dominicæ 1168. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Anno 10. a

a Extat apud Archiuum Abbat. Cormel.

VI. Iuuat etiam hic recensere, quæ Henricus II. Rex Angliæ & Dux Normaniæ fecit in confirmationem, Bonorum temporalium eiusdem Abbatiæ: datis suis patentibus litteris, in hunc modum.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normaniæ, & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Iustitiarijs, Vice-comitibus, Senechallis, Præpositis, Balliuis, & omnibus ministris, & fidelibus suis, & omnibus præsentes litteras inspecturis, vel audituris, salutem.

Sciatis nos in protectionem & defensionem nostram, tanquam propriam eleemosynam nostram, pro salute animæ nostræ, & Antecessorum, & parentum & hæredum nostrorum, suscepisse monasterium B. Mariæ de *Cormelijs*, Lexouiensis Diœcesis, & Abbatem, & Conuentum ibidem summo Regi famulantes & successores suos, ac eorum propriam familiam; Et omnium bonorum, quæ de cætero fient in dicto monasterio, fieri participes cupientes, dictis Abbatiæ, monachis, & successoribus suis, concessimus, & præsentibus litteris confirmamus, quòd ipsi teneant & habeant, & in puram, & in perpetuam eleemosynam, possideant, benè, quietè, liberè, & in pace, absque aliqua molestatione, vel inquietatione ministrorum nostrorum, omnia & singula, quæ à fundatoribus dictæ Abbatiæ fuerunt concessa; & pro Iesu Christi nomine: videlicet.

VII. Patronatum Ecclesiarum B. Petri & Syluestri, ac S. Crucis de Cormelijs, cum omnibus pertinentijs suis: Bergum de Cormelijs, cum teloneo, furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus, & quinque nundinis, & quinque Feudis militum: & totum territorium, cum hominibus & Feodis, nullo excepto, quæ sunt in tribus

Parœchiis ſupradictis. Terram de *Guibraio* juxta Faleſiam, cum terris, hominibus, & Boſco, & duobus molendinis apud *Foleiam*, & molendinum de *Vitreio*, cum omnibus iuribus eiuſdem, & moltariis, cujus quinque ſunt Feudi. Nojeyon-ſiccum juxta foreſtam noſtram de Leonibus, cum patronatu Eccleſiæ, cum Boſco, cum molendino, & hominibus, & terris, & omnibus pertinentibus ad manerium ante dictum. Apud *Romilleium*, ſexaginta acras terræ, cum omnibus incrementis, quæ dicti Religioſi, vel ſucceſſores ſui poterunt facere in eadem villa. Apud Pontem S. Petri, & in foreſta de *Longoboel*, liberum paſnagium, ad ſexaginta porcos, & duos verros: & liberum paſturagium in omnibus anni temporibus ad eos: in Foreſta verò de *Leonibus*, liberum paſnagium ad omnes porcos, quos habuerint, & liberum paſturagium in omnibus anni temporibus: ſi verò apud *Rommelleium*, vel apud Pontem S. Petri, facient ædificia fieri, per viſum Foteſtarij, de conſuetudine & vſuagio, habebunt liberè lignomagium ad ædificia, quæ voluerint ſibi competentia facienda: & ligna ad faciendum ignem, ſine viſu, & ſine licentia foreſtarii. Apud *Villebone*, piſcariam de *Aurea foſſa* in Sequana cum toto tenemento dictæ Abbatiæ in eadem villa, pertinēti de Feodo *Britolij*. *Martineium* totū iuxta *Archas*, cū medietate molendini de *Arcis*, & de *Martineio*, cum medietate piſcariarū eorūdem: Et dicti monachi inuenient boſcum ad faciendas excluſas dictorum molendinorū, & nos groſſum debemus lignomagium inuenire totum; & ad faciendas domos eorumdem; & medietatem mercedis operariorum faciemus pagari, à Monachis medietatem: & omnia alia pertinentia ad dictum manerium, in terris, pratis, nemoribus, hominibus, & omnibus alijs. *Oſberni meſnil*, cum terris, hominibus & patronatu Eccleſiæ, & omnibus alijs. Apud *Areuilli*, Patronatum Eccleſiæ, cum omnibus alijs pertinentibus in eadem villa Abbatiæ ſupradictæ. Apud *Huguevillam*, vnum vauaſſorium cum tenemento ſuo. Apud *Coronam* & *Chevilleium*, Prata, quæ ibi habet dicta Abbatia, cum hominibus & redditibus ſuis. Patronatum Eccleſiæ de *Crepont*, cum pertinentijs ſuis; & decem & octo acris terræ, cum hominibus & redditibus ſuis, & centum ſolidis currentis monetæ annuatim reddendæ ad feſtum S. Remigij; ad luminare Eccleſiæ ſupradictæ. Dicti Abbatis patentes litteras deferent per manus illius, qui redditus *Britolij* recipiet: Et liberum Paſnagium, & paſturagium in Foreſta *Britolij*, ad ſexaginta porcos, & duos verros, ſicut in Longoboel; & Quitantiam per totum Feodum *Britolij*; & per totum Dominium noſtrum, tam per aquam, quàm per terram: Et libertatem de omnibus rebus ſuis, & de omnibus rebus familiæ ſuæ, de manu & paſtu ſuo, ad vſum ſuum, de Talagio, de Telonio, & Pontagio, de Paſnagio & Bocagio, & de omnibus conſuetudinibus ad nos, & ad Dominium *Britolij* pertinentibus.

Præterea volumus, & concedimus, & authoritate præſentium confirmamus, quòd VIII
dicti, Abbas, & monachi, & ſucceſſores ſui, teneant & habeant omnia loca & ſingula ſupradicta, liberè, & quietè & pacificè, in omnibus, retenta tantum cuſtodia quinque militum ad caſtrum *Britolij* muniendum: & quòd in ſupradictis, & ſingulis locis, habeant omnia jura, & libertates in hominibus, auenturijs, iuſtitijs, eſchartis, & in omnibus aliis, ſicut habet Comes Leceſtriæ, & Dominus *Britolij* (qui Fundator eſt dicti Monaſterij principalis) in caſtro ſuo *Britolij*, reſeruata tandum dicto Comiti dictorum quinq; militum cuſtodia prælibata; & iſtis tantum nobis retentis, incendiariorum juſtitia, & inuaſorum euntium & redeuntium ad noſtrā curiam, & retrobanni exilio ordinationis noſtræ, & Falſariorum monetæ noſtræ. Teſte Stephano de Curia, Seneſchallo Andegauii; Alberico de S. Martino, Gaufredo, filio Petri: Euſtachio, filio Petri Camerarii. Apud Rothomagum. [b]

Comes autem ille *Leceſtriæ*, Dominus *Britolij*, erat Robertus, filius Roberti de *Bellomonte*, Comitis Mellenti, ac Domini Britolii: qui ſibi deſponſauit, *Ittam*, ceu *Amiciam*, filiam *Emmæ*; filiæ Guillelmi de *Crepon*, & Adeliſæ, fundatorum huiuſce domus. [c] Ideò autem ille Comes *Leceſtriæ*, dicitur Fundator præfati cœnobii: [d] vel quia horum fundatorum hæredem ſibi deſponſauerat in vxorem: vel quia complura illic contulerat ad eiuſmodi Abbatiæ complementum & perfectionem: illicque in choro, ad cornu epiſtolæ, ſepulturam nactus eſt.

RODONIVM

b *Ex Archiuis Præfat. Abbat.*

c *Vide Superius §. 3.*

d *Antiquitates Normaniæ MS. pag. 2. & 141. Apud D. Ioan Bigot Rothomagi.*

Digitized by Google

RODONIVM, VVLGÒ RHONY.

Circà Ann. 1060.

Antiquitas huiusce Prioratus : Familia Malauiciniaca Illustrißima : & alij non pauci, in hunc locum, pietatis ergò, propensiores, ac donis & largitionibus, vti Benefactores præcipui habiti.

CAPVT I.

I. QVAMVIS *Meduntá* oppidum ad Sequanam situm, minimè pertineat ad Rothomagensem Archiepiscopatum, cùm Diœcesis sit Carnotensis; spectat tamen ad *Vvilcaßinensem* Regiunculam, intra limites Neustriæ comprehensam: parebatque olim Ducibus Normaniæ. [a] Deindè, constat, *Rodonium* Prioratum, vna leuca à *Meduntá* semotum, ad cœnobium Fontanellense, Diœcesis Rothomagensis, attinere; etsi Carnotensi locus subjaceat districtioni. Ea propter, quædam nunc dicenda proposui, de huiusce modi *Rodonio*, vulgò *Rhony*, Prioratu; cujus cum Fundatorum precisè nos lateant nomina; ad præcipuos Benefactores, nempè DD. *Mala-vicinos*, cognominatos: viros strenuissimos, & antiqua nobilitate illustrissimos, sermonem conuertimus.

II. Sciendum itaque hos DD. *Malauicinos* oppidanos extitisse *Mandantensis*, ceu *Medantensis*, vel *Meduntensis*, castri præfati: An verò à Comitibus *Vilcaßimi*, videlicet *Medantæ*, & *Caluimontis*, ortum duxerint: [b] adhuc minimè reperi. Radulfus itaque *Malauicinus*, nobis antiquior visus est: cuius meminit *Ordericus*: [c] Huius filius fuit, *Guiboldus*, miles; [d] filia verò, soror Guiboldi, *Odelina*, quam *Ansoldus*, manliæ Dominus duxit vxorem. [e] Hunc autem *Guiboldum* eundem esse arbitror, cum illo, qui postea *Guido Malauicinus*, strenuissimus miles, dicitur à præfato Authore: [f] ex quo alij *Malauicini*, recta generationis serie, producti agnoscuntur: qui præsenti loco, bona non modica, pia deuotione contulerunt: vti ex sequentibus MSS. Codicibus patebit.

[a] *Ordericus lib.* [illegible] *Histor. Ecclef. ad ann. 1064. Item lib. 4. ad ann. 1073. ac lib. 7. ad ann. 1087.*

[b] *Idem lib. 3. ad ann. 1067.*
[c] *Idem lib. 6. ann. 1070. pag. 604. & seq. 8. ann. 1087. pag. 654.*
[d] *Idem lib. 5. ad ann. 1077. pag. 590.*
[e] *Ibid. pag. 589.*
[f] *Idem lib. 12. ad ann. 1119. & 1124.*

III. *Littera Guidonis* Maluesin, *militis qui donauit nobis duo arpenta Bosci, in Foresta sua de* Chevrie, *ad vsum Monachorum commorantium, in domo nostra de Rodonio.*

VNiuersis præsentes litteras inspecturis; Guido, dictus *Maluesin*, miles, & Dominus de *Rodonio*, Salutem in Domino sempiternam. Noueritis me dedisse & concessisse, charitatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, Abbati & Conuentui S. Vvandregisilli, duo arpenta bosci mei, in foresta mea de *Chevrie*, ad vsum domus sanctæ Mariæ de *Rodonio*, & monachorum ibidem commorantium tenenda & habenda, & perpetuò possidenda, de cætero dictis religiosis; & eorum successoribus, liberè, pacificè, & quietè, in puram & perpetuam eleemosynam, absque reclamatione mei, vel hæredum meorum, ad vsus suos proprios, & absque venda de dicto bosco plenariè facienda. Et vt ista concessio ac donatio à me facta firmiter teneatur, Ego predictus Guido præsentem Cartam eisdem feci, & tradidi sigilli mei munimine confirmatam. Actum & datum apud S. Vvandregesilum anno Domini, 1207. die jouis, propè festum S. Ægidij. [g]

[g] *Magnum Cartularium Fontanell. littera O. 3. Carta 1. Codex paruus MS. de Rebus Prioratus Rodonij. Apud D. de Brebeuf contr. Carta 1. pag. 1.*

IV. *Littera Radulphi & Guidonis, dicti* Maluesin, *qui dederunt nobis Decimam Fenorum suorum in Prato* d'Espineuse.

Nouerint vniuersi præsens scriptum inspecturi, quòd ego *Radulphus Maleuicinus*, proficiscens in *Albigensem*, dono in perpetuam eleemosynam, de consensu *Margaritæ*, vxoris meæ, pro remedio animæ meæ, & vxoris meæ, & Antecessorum meorum, Ecclesiæ B. Mariæ de *Roneto*, in honorem B. *Mariæ*, & B. *Quirini*, decimam fœnorum meorum prati mei d'*Espinense*, in perpetuum, quicquid de me contingat. Quod vt firmum sit, sigillo meo confirmaui. Actum anno Incarnati verbi, 1219. mense Maio.

Nouerint vniuersi, ad quos præsens scriptum peruenerit: quòd ego *Guido Maleuicinus*, de assensu, & voluntate. A. matris meæ, dedi & concessi, pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, Deo, & Ecclesiæ B. Mariæ de *Rodonio*, in perpetuam eleemosynam, decimam fœnorum pratorum meorum d'*Espinense*. Quod vt firmum & stabile permaneat, sigillum matris meæ, apponi feci, quoniam sigillum non habebam. Actum anno Domini 1219. mense Iunio. [b] Memoratur Robertus Malus-vicinus, cap. 29. & 59. Historiæ Albigensium: quam Petrus Vallis-cernensis summis laudibus extollit, ab ann. 1209. & deinceps: sic & Petrus *Maleuicinus* in pugna Bouinensi, ann. 1214. Apud Guillelmum Brito. lib. 10. Philippid. pag. 221. & lib. 11. pag. 235.

[b] Ibid. Cartu.

V.

Littera Guidonis Maluesin, *militis, inter nos & Stephanum* Ponimule, *Præpositum Rodonij, super restitutione quarumdam possessionum & libertatum, pertinentium ad Ecclesiam de Rodonio, quas iniustè detinebat.*

Item Dominus Guido *Maleuicinus*, omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, Salutem, in Domino. Notum fieri volumus, omnibus, tam præsentibus, quàm futuris, quòd controuersia diu durata, inter *Reginaldum* Abbatem, & Conuentum S. Vvandregisilli & Stephanum *Ponimule*, Præpositum de *Rony*, super rebus quibusdā, ad Monachos S. Mariæ de *Rony*, pertinētibus scilicet, super Tracto decimæ de *Rony*, & super Rastelagio Prati S. Mariæ de *Rony*, quod apud *Garnes* est: & super cultura S. *Germani*: & cultura S. *Stephano* adjacente: & frusto terræ montis *Niuelon*, quod vocatur *le Gast Odeline*: & super foragio vini totius villæ de *Rony*, scilicet dimidiū sextarium vini de doublario: excepta consuetudine mensurarum vini, quæ est in terris monachorum, sicut & prædictum foragium, vel prætoris eorum: & super Sargenteria totius villæ de *Rony*, quæ est monachorum S. Vvandregisilli infra clausuram fossedum: Tali fine, coram nobis sopita, quieuit, scilicet, quòd prædicta cultura S. Germani, & cultura S. *Germano* adjacens: & prædictum foragium vini totius villæ de *Roony*, monachis S. Vvandregisilli, non pro jure, imò charitatiuè concesserunt prædicto Stephano *Ponimule*, tractum decimæ suæ de *Rony*, & Rastelagium prædicti Prati S. Mariæ de *Rony*: & prædictum frustum terræ montis *Niuelon*, quod vocatur le *Gast Odeline*: & Sergenteriam suam totius villæ de *Rony*, infra clausuram fossedum, quamdiu vixerit, ab ipsis tenendum; post decessum verò eiusdem Stephani *Ponimule*, omnia, quæ in hac carta supra nominauimus, Ecclesiæ S. Mariæ de *Rony*, reuertentur, & monachis S. Vvandregisili ibi habitantibus, sine vlla reclamatione hæredum, vel parentum prædicti Stephani *ponimule*, in pace remanebunt. Hæc autem conuentio recitata est, & confirmata fuit, prius in capitulo S. Vvandregisili: in quo prædictus Stephanus *ponimule*, in præsentia totius Capituli, & aliorum plurimorum, qui aderant, Sacramento fidei interposito, omnibus, quæ aduersum monachos S. Vvandregisili apud *Rodonium* clamabat, pro illa concessione, renuntiauit, scilicet, omnibus suprascriptis. Et postea recitata illa conuentio coram nobis apud *Rœnium*, sicut in prædicto capitulo S. Vvandregisili, omnibus supradictis renuntiauit: sic iterum in præsentia nostra, & fratrum meorum, *Vvillelmi & Roberti Maleuicinorum*, & vxoris meæ *Aalis*, & *Garini* tunc Prioris S. Stephani de *Rony*, & Vvillelmi, Presbyteri S. Leobini, & Vvillelmi Anglici, Angeberti *Couart*, Euordi de puteo, & aliorum plurimorum Parœchiæ de *Roony*, qui aderant: *Super caput S. Quirini, martyris*, omnibus supradictis renuntiauit; & matrem suam le *Bosc*, & fratrem suum Richardum, & vxorem suam *Aalis*, post eum renuntiare fecit. Et ne monachi S. Vvandregisili apud *Rœnium* habitantes super ijs suprascriptis, ab aliquo hæredum meorum, vel parentum prædicti Stephani *ponimule*, vel ab aliquo alio possint à modò perturbari; præsentem cartam sigilli nostri testimonio confirmauimus. Actum est hoc apud

apud *Rœnium* anno ab Incatnatione Domini 1201. i

i Ibid. Carta 3.

VI. *Donatio Agnetis, filiæ Eustachiæ, filiæ Comitis Manaſſe, de decima omnium, quæ habebat in Rodonio.*

Notum ſit Monachis S. Vvandregiſili, qui in hac Eccleſia Domino ſeruituri morabuntur, *Agnetem*, filiam *Euſtachiæ*, filiæ Comitis *Manaſſe*, per conceſſionem filiorum ſuorum, decimam omnium, quæ Rodonij habent, S. Mariæ, & S. Vvandregiſilo, ita conceſſiſſe; vt ipſi monachi de *Rodonio*, anniuerſales dies faciant per ſingulos annos, pro *Vvillelmo*, viro ſuo, & ſupradicta matre eius *Euſtachiæ*; pro viro, in octauis feſtiuitatis omnium ſanctorum: pro matre, in craſtino feſtiuitatis ſancti Mathæi. k Renouatur autem & confirmatur à Philippo Rege Francorum, anno Dominicæ Incarnationis 1319. l

VII. Item, Littera, inter nos & domum Eleemoſynariam de *Meduntâ*, & fratres eiuſdem domus, de ijs, quæ eis vendidimus: tenentur nempe ad ſolutionem ſexaginta ſolidorum Pariſienſium, annui & perpetui redditus debitorum in feſto S. Dionyſij, pro decima ſeptimana conſuetudinis de *Rodonio*, & per terram, & per aquam; quæ conſuetudo vulgariter nuncupatur *l'acquit de Mante*. Data anno Incarnati verbi 1207. in menſe Decembri. m Item littera Abbatiſſæ, & Conuentus B. Mariæ de S. *Cirico*, pro Patronatu Eccleſiæ de *Rodonio*, & pro quinque ſolidis redditus, Priori de Rodonio, debitis in feſto S. Remigij: & de ſolutione omnium decimarum dicti Prioratus, pro conceſſione loci, in quo Capella S. Antonij, & domus dicti Prioratus ſunt ædificatæ. n Litteræ Epiſcopi Carnotenſis, Prioris Magdalenæ, Rothomagenſis, & Officialis Rothomagenſis, contra Archidiaconum Piſciacenſem, pro iure Patronatus Eccleſiarum de *Chauſſours*, vulgò de *Calido Furno*, *de Redonio*, *de Rouleboiſe*, *de Vilete*: o Litteræ Archidiaconi Piſciacenſis, Prioris S. Martini, & Prioris S. Petri Pontiſarenſis, pro iure Patronatus Eccleſiarum prædictarum. p Omitto alias complures cartas ibidem aſſeruatas, in fauorem ipſius Prioratus de Rodonio. q Præfatus Prioratus de *Calido furno*, dependens ab Abbatia Fontanellenſi, memoratur in Scacario ann. 1408.

k Cartularium magnum Fontanell. Littera V. 3. Carta 3. Codex paruus MS. ſup.
l Cartularium magnum ſup. littera X. Y. Carta 11. Littera Z. Codex paruus ſup.
m Cartularium magnum ſup. Littera O. 3. Carta 4. Codex paruus ſup.
n Ibid. Carta 5.
o Cartularium magnum Ibid. Carta 18
p Ibid. Carta 19.
q Ibid. Carta 31. 35. & ſeq.

Inſignis fidelium pietas, ac deuotio circa ſacrum caput Sancti Quirini, Presbyteri & Martyris, in Eccleſia Prioratus de Rodonio honorificè aſſeruatum: ob ingentia miracula cœlitùs operata, & beneficia multiplicia populis exhibita.

CAPVT II.

I. EX quo autem caput ſancti Quirini martyris, B. Nicaſij, Primi Rothomagenſis Epiſcopi & Martyris, ſocij amantiſſimi, *Rodonium* allatum eſt; tanta illic miraculorum frequentia cœlitùs illuſtratum fuit, vt ad illud venerandum fideles ex quavis Prouincia piè certatim conuolarent: imò & quæ promittebant, iuramento religiosè preſtito ſuper ipſum D. *Quirini* caput, ſeruanda & explenda arctiùs obſtringebantur: vti nuper vidimus, de Præpoſito Rodonienſi. a Verùm, vt hæc omnia, lucidiora reddantur, dignum duxi hic apponenda, quæ priſcorum pia relatio ad nos vſque perduxit.

a Cap. præcedenti §. 8.

II. Conſtat præfatum S. Nicaſium, vnà cum ſociis, martyrium ſubiiſſe apud *Gagnyum* pagum, ad littus Sequanæ, in vilcaſſino territorio, circa ann. Chriſti 120. ſub Siſinnio præſide; qui præcepit amputari capita eorum; „*Cùmque* decollati fuiſ„ſent, juſſit eorum corpora auibus improbis, canibus, feriſque voranda derelin„qui, ſed omnipotens Deus juſſit ea ab Angelis intacta cuſtodiri. Recedentibus „ verò ſatellitibus, ac ſuccedente tempore nocturni ſilentij, erecti ſancti martyres, „ Angelis comitibus, apprehenſiſque propriorum corporum capitibus, properan„tes peruenerunt ad fluuium, cui vocabulum eſt *Itta*, Tranſmeatoque vado, ante

Digitized by Google

„ hanc horam omnibus incognito, & idcirco deinceps, ob sanctorum memoriam, „ *Vadum Nicasij* nuncupato; requieuerunt in insula eiusdem fluminis amœnissima. „ Quædam autem Matrona, nomine *Pientia*, sanctorum monitis ad fidem Christi „ conuersa, assumptis sanctissimis viris, claris actibus & nominibus, ex ipsorum „ Collegio Præsbyteris, suscepit corpora sanctorum, & sepeliuit ea honorifice in „ eodem loco: dans ipsum locum sui predij, cum sua omni facultate, ad sanctorum „ memoriam. In quo loco, tam ab ipsis, quàm à cæteris fidelibus deuotis ædificata „ est Ecclesia in honore SS. *Nicasij Episcopi*, *Quirini Presbyteri*, & *Scubiculi Diaconi*: „ in qua florent beneficia ipsorum, vsque in præsentem diem, ad laudem Domini „ nostri Iesu Christi. [b] Contendit quidam Neotericus Author, horum SS. Martyrum Reliquias, à Comitibus Mellentinis, exindè fuisse asportatas, & in Ecclesiam Prioratus tunc in honorem B. Mariæ Virg. & SS. Nicasij, ac sociorum ab illis extructam, translatas apud *Mellentum*: illicque caput S. Quirini, nunc vsque, vnà cum aliis, asseruari. [c] At, pace tanti viri dixerim, gratis id assertum esse: si de omnimoda eiusdem sacrati capitis integritate, intelligat: cùm certò certius appareat ex sequentibus, caput eiusdem S. Quirini martyris, saltem pro majori parte, apud Ecclesiam Prioratus *Rodonij* piè venerari, jam ab ann. 1200. vti nuper ostendimus. [d]

b *Acta passionis S. Nicasij, & Socior.*

c *Nicolaus Daxenno Tract. de vita, martyrio, & Reliquijs SS. Nicasij, Rothomag. Episcop. & Socior. part. 2. cap. 64. 74. & 75.*

d *Cap. praced. §. 5.*

III. Ad hujusce rei confirmationem, accedunt, & miracula *Rodonij* Diuinitùs operata, & Diplomata Pontificia id ipsum attestantia: quæ ex Autographo excerpta, talia cernuntur. [e]

e *Paruus Codex MS. Prioratus de Rodonio.*

Miracula S. Quirini Martyris.

Præfatio in miraculis S. Quirini martyris: cujus sacratissimum caput, in hoc Prioratu B. Mariæ de Rodonio quiescit.

Multa quidem miraculorum signa omnipotens Deus in hoc Prioratu B. Mariæ de Rodonio, ditioni Monasterij S. Vuandregisili, Fontinellensis, Ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Diœcesis, subjacente, per S. Quirini martyris merita, præteritis, ac nostris dignatus est patrare temporibus; quæ ob scriptorum inscitiam atque incuriam tecta sunt silentio. Quæ si scripta fuissent, ad salutem plurimùm prodesse poterant animarum. Quoniam cùm prædicantur in populis virtutum signa, magis magisque excitant ad amorem Dei corda torpentia; atque ad suffragia sanctorum ampliùs ac crebrius deposcenda reddunt accensa. De his verò, quæ nostris acta sunt temporibus, hæc pauca, largiente Diuina gratia, licet inerudito sermone; amore tamen prædicti S. Martyris, ac iussione Prioris istius loci, scribenda censuimus.

Quòd tempore siccitatis, aquarum abundantiam, per interuentum S. Quirini, populus de Rodonio impetrauit, sanitatemque animarum ac corporum, multi obtinuerunt.

Igitur, dùm terræ nascentia, mortifera siccitate languescerent, ac cœlum medicinalem pluuiam omnibus modis terræ denegaret; prætiosum caput S. Quirini hîc reclusum, sancta processio populi Rodoniensis, suis gessit in humeris. In semiplena processione, tantam aquarum abundantiam, pro interuentu S. Quirini, pluribus vicibus, impetrauit à Domino, vt celebri processione nondum in extremos fines acta, populus ipse præpediretur à regressu ad Ecclesiam, præ copiosa multitudine pluuiarum. Denique indubitanter retinemus, meritis ipsius S. Quirini, animæ langores atque corporum esse curatos: mulieresque à partus difficultate liberatas. [f]

f *Ibid.*

IV. *Quòd furentis incendij flamma castrum circumuicinum Prioratui de Rodonio, à fundamentis combussit, anno Dominicæ Incarnationis, 1420. vel eo circa: sed in oratorio dicti Prioratus, cum domo adiacente, in quo Reliquiæ S. Quirini, quondam à populo venerabantur, iterum ac iterum, vim sui furoris ignis amisit. Qui verò ignem apponere præsumpserat, cum caterua sua, non longè post comburitur.*

Id etiam serenis mentibus famulorũ S. Quirini deuotas eius Reliquias frequentantium non licet occultare: quòd inter Karolum VII. & Henricũ Anglorum Regem,

Digitized by Google

gem, exitiali clade guerrarum ingruente, Anglici inhabitatores, ac præceptores oppidi, quod *Medunta* dicitur, super fluuium Sequanæ situatum, formidantes Prioratum de *Rodonio*, occasione circumstantis castri, quod nouerant, tantum per leucam vel circiter à *Medunta* distare, vertendum, in præmunita suorum aduersariorum latibula: oratorium, & ædificia Prioratus de *Rodonio*, vnà cum circum vicino castro, in cujus loco dudum fuerat habitatio monachorum, cogitarunt vndique circumpositis siccorum lignorum ardentibus fasciculis, vno atque eodem atroci incendio, lachrymabiliter exterminare. Hinc lugubris fremuit tumultuosus clamor plebis de *Rodonio*, absente Priore: hoc modo, S. Quirini defensacula pulsans in cœlis. O Beate Quirine, salua domum tuam, salua, salua habitaculum tuum; defende benigne Protector, ne structuram oratorij gloriosissimæ Virginis, in quo caput sacratissimum nostræ licet tæpidæ venerationi committere dignatus es, incineret miserandus ignis. Et confestim, plurimis astantibus, habitaculis castri funditùs exustis, incendio; oratorio, domuique ipsi contiguæ, vbi jam combustibilia ligna incensa erant, quasi virtute naturali suspensus, nullum nocumentum intulit ignis. Qui verò ad hæc perpetranda principalis exstiterat, non longè post, in quadam domo, metu hostium suorum se abscondens, & protegens, vnà cum caterua sua, ab ipsis hostibus comburitur: dignam pro suo demerito recipiendo pœnam, dicente scriptura: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. [g] g Ibid.

V. *De voce cujusdam conquærentis, à quodam audita, post denudationem Repositorij Capitis S. Quirini.*

His autem diebus, Prior seu Administrator hujus Prioratus de *Rodonio*, nomine Stephanus, attendens fructus, redditus, & prouentus prædicti loci, occasione guerrarum, proch dolor! ibidem vigentium, quasi annihilari; pro vineis sæpedicti Prioratus excolendis, sacratissimum caput S. Quirini, argento, quo tegebatur, denudauit, cum serico, & lintheo, quibus infra capsulam argenteam inuoluebatur, in coffreto ligneo recondendo: pro cujus satisfactione fienda asserebat, partem vinorum, tempore vindemiarum ab ipso colligendorum, vendere, ad ipsum caput, modo & forma elegantioribus adornandum. Verùm, visa loci paupertate, quibusdam hujusmodi factum, quasi licitum, excusationeque dignum forsan videretur: nisi euidentissimis signis Deo displicere judicassent: è quibus pauca in medium referamus. Pluries præfato Priori Rothomagum jam profecto, vt argentum sic subtractum in pecuniam commutaret: signum non modici terroris in famulo suo hujusmodi denudationem ignorante didicimus apparuisse. Si quidem audiebat de nocte vocem cujusdam conquærentis: vnde valdè territus, cuidam consocio suo referens, tale ab eo audiuit responsum. Scito caput S. Quirini à magistro tuo fuisse argento detectum; ideò forsitan sanctus de amissione suæ vestis, per hujusmodi signum conqueritur. Prædictus verò famulus dùm hoc esse verum agnouit: non præsumpsit vlteriùs, ob venerationem sanctarum Reliquiarum, in præfata camera requiescere. Rursum ad cautelam posterorum; quæ deinceps euenerunt, hîc breuiter inserere curauimus. Eodem anno, nedum fuerunt vineæ ipsius Prioratus steriles, pro quarum cultura, jam fuerat sacratissimum caput S. Quirini denudatum, alijs circumuicinis vitibus vberes fructus afferentibus; verum etiam quamplurima aduersa & calamitates eidem Priori inundauerunt. Nec multò post, ob hoc, & quibusdam alijs ex causis sibi displicentibus non sine Diuina, vt opinamur, dispensatione, hunc locum deseruit. In quo facto posteros, & hujus Prioratus successores, seu Administratores euidenter edocuit; ne ad hanc sacratissimam Reliquiam detegendam, audeant de cætero, quacumque etiam necessitate vrgente, manus temerarias apponere, ne deterius eis aliquid contingat. Sed Deum præ oculis habentes; deuotè, religiosè, honorificéque studeant tam sanctam & pretiosam Reliquiam integrè conseruare. [h] h Ibid.

VI. *De Priore hujus à quodam prædone capto, sed B. Mariæ, & S. Quirini martyris, suffragio, repente erepto: qui hoc Reconditorium argenteum pro ipso sacratissimo capite recondendo fecit fabricari.*

Cæterum, ad hoc nos constringente breuiloquio, vt talia quamplurima S. Qui-

rini martyris admiranda opera prætermittamus : id vnum tamen dictu dignum, singularis deuotio nos compellit enarrare. Quòd Prior, seu Administrator huius Prioratus de *Rodonio*, nomine Thomas, Rothomagensis diœcesis, de S. Gertrude, propè Calidum-Beccum oriundus, monachus professus Abbatiæ S. Vvandregisilij, Ordinis S. Benedicti, 16. die Septembris, ann. Dominicæ Incarnationis, 1431. septa vinearum suarum manè perambulans, vt vindemiatores suos visitaret, infœlici infortunio commutatus est in prædam. Captiuatus etenim in prædam, ac nephandis juribus cujusdam raptoris (qui sese prædonum rapaci cateruæ, ad spoliandos homines, in foresta de *Cheurie* latitanti adjunxerat) subjugatus, cruribus concathenatis & pedibus, in quadam syluali latebra, tam firmè, tam compressè detinetur; vt ibi tormentorum duritia, seu tædio, aut inedia, tamdiu cruciaretur, donec quantum prædo exigebat, pro sua redemptione daret. Quadam verò die, dùm præfatus raptor vespertinis horis, pro cœna procuranda recessisset, ac paululùm discessisset; ipso Priore de sua liberatione cogitante, sed deficientibus ei vniuersis instrumentis, quibus seras vinculorum suorum reserare potuisset, aufugit ab eo omnis spes euadendi. Taliter itaque intra latera desperationis, & angustiarum multiformium suæ captiuitatis pressus & agonisans : anchoram spei suæ jecit in Dominum, opem gloriosæ Virginis Mariæ, & S. Martyris Quirini, lachrymosis suspirijs implorando. Et ecce concussis, sola manu, debili verbere cathenis, ceciderunt vincula de tibijs & pedibus eius. Indè gratias agens Deo, deuius & jejunus abscessit, duobus diebus & noctibus in syluis vagabundus, ferarum ferox formidans laceramen, omni cibo & potu carens, vsque ad cutem pluuia perfusus, congelatus, diuersis circumseptus laqueis aliorum deprædatorum. Et vt in paucis multa concludamus, incidit in scyllam, quærens vitare carybdim, pristinis multò periculosioribus captiuitatis suæ ceruici comminantibus periculis. Sed eumdem benignis intemeratissimæ Virginis Mariæ, & S. Quirini Martyris, protegentibus patrocinijs, insidiantium raptorum vndique per nemora, distensæ ac latitantes excubiæ, fine suo caruerunt. Laqueus eorum contritus est, ereptus est dictus Prior de laqueo venantium. Nam in medios hostes jactus visus, exinanitus fame, debilitatus frigore, finaliter conductu trium agricolarum à casu inuentorum, perueniens *Meduntam*, benedicendo Deum, liber euasit. Prædictus itaque frater *Thomas* feruido charitatis zelo ad Reliquias S. Quirini, semper conglutinatus, licet hoc desiderandum caput S. Quirini ferè duodecim annis nudum omni ornamento, semper in reconditorio argenteo formam capitis habente, honorificè collocari proposuisset; ardentiori tamen desiderio ad id agendum in suscepti præsidij exilem recompensam voto se adstrinxit. Hoc ergò benedictum caput S. Quirini martyris, cum aliarum Reliquiarum prætiosis petiunculis, videlicet ligni S. Crucis, Ossis S. Honoratæ Virginis, & cujusdam lapidis de Nazareth, suscepit honorificè conseruandum præsens capsa : quam Parisius Anno Dominicæ Incarnationis 1432. sæpè dictus frater *Thomas*, opere pio atque sibi sumptuoso fecit fabricari. Verum quia minus capax ipsius S. capitis videbatur, proposuit dictus Prior ipsam ampliare; sed retardante & impediente guerra, tamdiu partibus istis, proch dolor! vigente, rem propositam vsque ad ann. Domini 1444. distulit peragendam. In qua consummata sacratissimum caput ipsius prætiosi martyris Quirini, fecit honorificè recludi, ad Dei laudem & honorem, gloriosique martyris sui Quirini opitulante immensa diuitiarum plenitudine Dei : cui sit laus & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Præter

Digitized by Google

Pœnæ tum à Deo, & sanctis: tum à sede Apostolica, & Pontificibus, inflicta inuasoribus, seu quomodolibet Prioratum de Rodonio, & sacram sancti Quirini Reliquiam indignè pertractantibus.

CAPVT III.

I. QVÆ nunc promulganda suscepimus aduersus raptores, sacrilegos, necnon huic loco infestos: omnia fideliter excerpta sunt à nobis ex vetere illo, licet paruo Codice MS. pergameno: quo nunc vsque vsi sumus, in ijs describendis, sic enim subsequuntur. „ *Si quis* autem in has percelebres S *Quirini* Reliquias, sacrilegas manus inijcere præsumpserit, seu petiunculam quamuis minimam inde absciderit, aut abstulerit, vel extraxerit, seu alienauerit; & Prioratum de *Rodonio*, & Abbatiam S. Vvandregisili de *Fontinella*, cujus regimini prædictus Prioratus subijcitur, cùm ex ea semper eligantur Priores prædicti Prioratus, non horruerit ausu temerario violare; indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli, vnà cum illa maledictione terribili inferius subscripta, quam à Beato Martino Papa I. Beatus Vvandregisilus impetrauit, contra quoscumque perturbatores rerum & possessionum sui Monasterij, se noscat incursum. [a]

II. Verùm, ne quis ignorantiam loci prænominatæ Abbatiæ, & Prioratus de *Rodonio*, prætendat excusationem in peccatis quærens: situationes prædictorum locorum hîc decreuimus inserendas. Noscat igitur quilibet hoc scriptum inspecturus, „ quòd Abbatia S. Vvandregisili, distat 34. leucis à ciuitate Parisiensi: à Medonta „ Carnotensis Diœcesis, 21. leucis; à Prioratu de *Rodonio*, eiusdem Diœcesis, 20. „ leucis: à Vernone, leucis 17: ab vrbe *Rothomagensi* sex leucis, à fluuio *Sequanæ*, „ per 4. partem leucæ, & à *Calido-Becco*, per *Sequanam* versus mare descendendo, „ distat dimidia leuca. Prioratus autem de *Rodonio*, distat à *Medonta* per vnam leu„ cam, vel eo circa; & à *Vernone*, qui etiam est villa clausa, situata super fluuium „ *Sequanæ*, per 4. leucas distat sæpè dictus Prioratus. [b]

III. Quantum verò spectat ad Pontifices; hæc subdit idem Autographum: *Quoniam* Pontificalis sollicitudinis interest, Ecclesias cum earum suppositis & rebus, aduersus quoslibet molestatores protegere, & earum distractoribus resistere: hinc est, quòd Reuerendissimus in Christo pater & Dominus, D. *Radulphus*, Rothomagensis Archiepiscopus: ac Reuerendus, in Christo pater & Dominus, *D. Petrus*, Episcopus Carnotensis, certis ex causis rationabilibus, districtè inhibent, sub excommunicationis pœna, omnibus suis subditis, cujuscumque gradus, conditionis, dignitatis, vel præeminentiæ extiterint; ne quis ipsorum, caput S. Quirini martyris, quod ab antiquo, in oratorio, seu domo Religiosa B. Mariæ de *Rodonio*: Carnotensis Diœcesis, ditioni Monasterij S. Vvandregisili, Ordinis S. Benedicti, Rothomagensis Diœcesis: subjacente, veneratur: de eius capsa argentea, in figuram capitis humani composita, audeat, seu consentiat, denudare, impignerare, vel eius petiunculam amouere, aut de præfato oratorio alienare, vel contra voluntatem Administratoris, seu Prioris dicti oratorij detinere. Et ad majorem cautelam præfatus Reuerendissimus Pater, Dominus Archiepiscopus Rothomagensis prohibet Abbati & Conuentui dicti monasterij, sub eadem pœna, ne licentiam Administratori, seu Priori præfati Oratorij, dictum caput expoliari, impignerari, aut à dicto oratorio amoueri, concedere audeat, quacumque necessitate imminente, sine Archiepiscopi Rothomagensis, ac etiam Episcopi Carnotensis, licentia speciali: de litteris à præfatis in Christo patribus, super hoc confectis, mentionem expressam faciendo: quarum tenor de verbo ad vrbum subscribitur. [c]

IV. Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis; Petrus, Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ, Carnotensis Episcopus, salutem in Domino Iesu, qui mirabi-

a *Codex paruus MS. Prioratus de Rodonio.*

b *Ibid.*

c *Codex paruus, MS. sup.*

lia in sanctis suis operatur. Quoniam nemo lucernam accendit, vt eam in abscondito ponat; quin potiùs super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Hinc est, quòd Reliquias sanctorum, quos in hac terrena habitatione degentes, Deus majestatis, sapientia irradiauit, & charitate inflammauit: vt templum Dei existentes, Ecclesiam Christi verbo & exemplo illuminarent, & in Regno Dei cum Christo, quasi sol in perpetuas fulgerent æternitates. Nequaquam ministri sanctæ matris Ecclesiæ occultant, sed eorum virtutes, signa, & prodigia, fidelibus Christianis habent propalare: vt magis magisque excitentur ad Dei amorem, pariter & honorem, corda torpentia, atque ad suffragia sanctorum amplius ac crebrius deposcenda reddantur accensa. Itaque sanctum & pium esse perspeximus, vt caput S. *Quirini*, quod ab antiquo, debita cum reuerentia, in oratorio, seu domo religiosa, quod vulgariter nuncupatur, Prioratus B. Mariæ de *Rodonio*, nostræ Carnotensis Diœcesis, ditioni monasterij S. Vvandregisili de *Fontanella*, Ordinis S. Benedicti, Rothomag. Diœcesis, subjacens, digno cultu veneratur, argento, quo honorificè recondebatur, fuisse denudatum. Verùm nostræ Pontificali dignitati incũbit, Ecclesias nostras, & nostræ Diœcesis, cũ earũ sacrariis jocalibus, & Reliquijs defensare, & ne suis jocalibus & bonis defraudentur, præcauere; atque aduersus quoscumque sacrilegos, aut quoscumque eorumdem jocalium distractores, & in nostra Diœcesi deliquentes, quantocumque exemptionis gaudeant priuilegio; nostram Ecclesiasticam exercere censuram: & Diuina fauente gratia, provt intelleximus, ad laudem & honorem conditoris, & eius gloriosi martyris *Quirini*, reconditorium argenteum frater *Thomas de Queslot*, Administrator dicti oratorij, siue Prioratus, & domus religiosæ, fecit debitè fabricari, certis causis rationabilibus, ad hoc nos & animum nostrum mouentibus: districtè inhibemus, sub excommunicationis pœna, Administratoribus, & religiosis eiusdem Prioratus, & aliis nobis subditis: ne quis ipsorum pretiosum caput S. *Quirini* in posterum argento audeat spoliare, aut permittat, seu consentiat denudari, aut de oratorio præfato alienare præsumat, vel petiunculam quamvis minimam abstrahat. Deprecantes Reuerendissimum in Christo patrem, Dominum Archiepiscopum Rothomagensem: quatenus huiusmodi nostras litteras, nostram prohibitionem, & sententiarum comminationem, provt juridicè existunt, approbando eas, faciat per suam Diœcesim, specialiter in monasterio S. Vvandregisili prædicto, & alijs in locis, de quibus fuerit requisitus, publicari, & latas sententias per suam Diœcesim inuiolabiliter obseruari; inhibendo etiam dicto Abbati licentiam administratori, seu Priori concedere illud denudari, sine nostro, & ipsius speciali consensu & licentia, quacumque etiam imminente necessitate, & de præsentibus mentionem faciendo. Datum Carnoti, sub sigillo nostro, his præsentibus appenso, anno Domini 1446. die 24. mensis Maij. [d]

d ibid.

Radulphus, Dei, & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino Christo Iesu, qui mirabilia in sanctis suis operatur. Quoniam nemo lucernam accendit, vt eam in abscondito reponat, & de medio sustollatur, quin potiùs super candelabrum, vt continuò in suo decore luceat omnibus, qui in domo sunt. Hinc est, quod Reliquias sanctorum, quos in hac terrena habitatione degentes, Deus majestatis sapientia irradiauit, & charitate inflammauit: vt templum Dei sanctum existentes, Ecclesiam Christi verbo & exemplo illuminarent, & in Regno Dei cum Christo, quasi sol in perpetuas refulgerent æternitates: ministri sanctæ matris Ecclesiæ: ne dum de locis suis, ne alienentur, sed etiam, ne de earum capsis, aut Reconditoriis extrahantur, habent meritò prouidere. Cùm autem, sicut digno testimonio comperimus, caput S. *Quirini*, quod ab antiquo, miraculis corruscantibus, debita cum reuerentia, in oratorio seu domo religiosa, vulgariter nuncupata; Prioratus B. Mariæ de *Rodonio*, Carnotensis Diœcesis, à Monasterio S. Vvandregisilli de *Fontanella*, Ordinis S. Benedicti, nostræ Rothomagensis Diœcesis, dependens; digno cultu veneratur, argento, quo honorificè recondebatur, fuerit, non sine injuria denudatum. Et diuina fauente gratia, ad laudem & honorem conditoris, & eius gloriosi martyris *Quirini*, Reconditorium argenteum, in figuram capitis humani, frater Thomas *Desquetot*, Præsbyter Monachus expressè professus, ipsius Monasterii, & Administrator dicti oratorij, seu Prioratus, & domus religiosæ, fecit vt potuit fabricari: modo incumbit nostræ Pontificali dignitati, ne de

de cætero ipsum gloriosi martyris caput argenteo inclusum Reconditorio spolietur. Nos igitur certis causis rationabilibus ad hoc nos, & animum nostrum mouentibus, districtè inhibemus sub excommunicationis pœna omnibus nobis subditis, cuiuscumque gradus, conditionis, dignitatis vel præeminentiæ extiterint, ne quis ipsorum, prædictum prætiosum caput S. *Querini* in posterum, argento audeat spoliare, aut permittat, seu consentiat denudari, aut de præfato oratorio, alienare, vel impignorare, præsumat, seu contra voluntatem veri Administratoris dicti loci retinere, vel petiunculam quamuis minimam abstrahere, vel amouere. Et ad majorem cautelam, ex certa scientia, & matura deliberatione, adijciendo prohibemus Abbati & Conuentui dicti Monasterij, sub eadem pœna, ne licentiam Administratori, seu Priori præfati oratorij, dictum caput expoliari, seu capsulam impignorari concedat, quacumque necessitate imminente, sine nostro, & Reuerendi in Christo patris, Domini Episcopi Carnotensis, dicti loci de *Rodonio* Diœcesani, consensu, & licentia speciali, de præsentibus nostris litteris, de verbo ad verbum mentionem faciendo. Volumus insuper, & nostra Archiepiscopali auctoritate decernimus; quod transsumpto nostrarum præsentium litterarum, manu publica Ecclesiasticæ nostræ curiæ sigillo munito, tanquam litteris originalibus, in iudicio, & extra iudicium adhibeatur plena fides. In cuius rei testimonium, sigillum, cameræ nostræ præsentibus litteris duximus apponendum. Actum & Datum Rothomagi, anno Domini 1446. die 16. mensis Iulij. [e]

e Ibid. & Apud Cartularium magi. ll Fontanell. littera O, 3. Carta 36, 37. & 38.

DE PRATO,

Ann. circiter 1063.

VVLGÒ, NOSTRE DAME de Bonnes-Nouuelles.

Fundatur hic Prioratus primo à Regina Mathilde, vxore Guillelmi 2. Nothi, Ducis Normaniæ, Angliaque Regis.

CAPVT I.

I. EXTAT hoc cœnobium Ordinis S. Benedicti, iuxta Rothomagum, vltra Sequanam, in suburbio S. Seueri; dependetque ab Abbatia Beccensi, cuius est Prioratus. Fundari cœpit hæc domus ann. 1063. ab Illustrissima Heroina, Mathilde, filia Balduini, Flandrensis Comitis, vxore autem Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, & Angliæ Regis Conquisitoris; matre verò, Henrici I. etiam Angliæ Regis: [a] moritur ipsa Mathildis Regina, ann. 1083. Vvillelmus Rex, ann. 1087. & Henricus filius, ann. 1135. [b] cuiquidem Henrico tribuitur hoc ipsum opus à nonnullis: [c] eo quòd multùm contulisset ad huiusmodi cœnobij fundationem; vti ex sequentibus patebit. „ *Nihilominus etiam* (inquit „ Gemeticensis) in Normania apud Rothomagum, Ecclesiam S. Mariæ de *Prato*, „ à matre sua dudum incœptam pœnè consummauit: claustro, & officijs mona„chis congruentibus, & ambitu murorum, ipsum locum decorans, nonnulla „ prædia, tam in Normania, quàm in Anglia, ad opus ibidem Deo seruientium, „ cum ornamentis prætiosis contradidit: majora tamen, si aliquantum, vita co„mes foret, secundum suam promissionem largiturus. Et quia idem locus ad Ec„clesiam Beccensem pertinebat, vt potè patrimonium D. Herluini, primi Abba„tis, & fundatoris Beccensis monasterij, monachos Beccenses illic Deo seruitu„ros instituit: illius enim Ecclesiæ Abbates, & monachos, mirè semper coluit,

Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 109. a Dauannaeus cap. 3 Addition. ad vitam S. Nicasij Rotomagens. pag. 202. b Chronicon Cadomense ad ann. 1083. 1087. & 1135. c Parisius & Vuestmonasteriensis ad ann. 1135. Robertus à monte,

d Gemeticenſis lib. 8. cap. 32. Antiquitates ſup.

„ plurimum veneratus eſt, maximè autem D. Boſonem Abbatem. [d] Carta autem fundationis, ſubſequitur, confirmata per Henricum II. Angliæ Regem, præfatum, filium Mathildis, 2. ſiue Iunioris.

Henricus, Rex Angliæ, Dux Normaniæ & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vice-comitibus, Baronibus, Iuſtitiariis, & omnibus miniſtris, & fidelibus ſuis, Francis & Anglis, totius Angliæ & Normaniæ, Salutem. II.

Sciatis me conceſſiſſe, & confirmaſſe in perpetuam eleemoſynam pro ſalute mea, & hæredum meorum, & pro animabus patris mei, & matris meæ Mathildis Imperatricis, & omnium anteceſſorum meorum, Deo, & Eccleſiæ S. Mariæ de *Prato* Rothomagenſi, monachis Becci ibidem Deo ſeruientibus; ex dono Mathildis Reginæ, *Meſnillum* & *Becdane*, & molendinum de *Hareuilla*, quod vocatur molendinum Reginæ, cum omni libertate ſua: & Eccleſiam de *Aubouruilla*, & decimam: & ex dono Henrici, aui mei, pij amatoris, & Fundatoris eiuſdem loci, Maneriumin Normania, quod vocatur *Bures*, & omnia ad illud pertinentia, cum toto dominio, & cum omnibus Regiis libertatibus & conſuetudinibus & quitantijs, ad me pertinentibus: Et in Foreſtis meis, & de *Auui*, & de *Aliermont*, quicquid ad opus manerij fuerit ad ardendum & ad ædificandum; & plenatiũ & paſcuagiũ & paſnagiũ quietũ, ſibi & hominibus ſuis, in eiſdem Foreſtis: & de *Parco* Rothomagenſi, totam decimam fœni, & decimam de Foreſta de *Romare*: & prata ſua de valle *Fœnilli*; & famulum, qui cuſtodit ea: & in Foreſta de *Rouureyo*, quicquid eis opus fuerit, ad ardendum, & ad omne, quod ſibi neceſſarium fuerit faciendum, & ad ædificandum: & plenariam paſturam liberam & quietam omnibus animalibus ſuis per totam prædictam Foreſtam: & Paſnagium quietum per omnes Foreſtas meas de Normania, ſibi, & hominibus ſuis de manupaſcuis eorum, niſi negotiatores fuerint: Et Nundinas de *Ermentruvilla*, & libertates earum in omnibus locis, & in omnibus rebus: & vno quoque anno quadraginta modios vini de cellario meo Rothomagenſi, ſcilicet, de modiatione mea reddenda, ſine contradictione: & ſex modios de modiatione de *Vvaenis* reddenda apud *Guinegiam*: & manerium in Anglia, quod vocatur *Vveſtmontorie*, & omnia ad illud pertinentia, cum omnibus Regijs libertatibus, & conſuetudinibus & quitantiis ad me pertinentibus: & in Foreſta *Fiſcani*, de dono Mathildis Imperatricis, matris meæ, & meo, totum campum de *Villaruilla* à profundo vallis de *Vernouuilla*, vſque ad profundum vallis de *Preſica*, per diuiſionem terræ Nicolai de *Eſtoteuilla*, & diuiſionem terræ Roberti de *Tuueneio*, miniſtro de *Eſtrucat*; Et duas Capellas cum eleemoſynis ad eas pertinentibus: & de dono matris meæ, quatuor libras apud *Pontem-arcæ*, de piſcatoribus, quas annuatim reddere ſibi ſolebant, pro libertate piſcationis ſuæ. Et propter hoc concedo eis, & confirmo in perpetuam eleemoſynam libratas in manerio de *Vesbereia*, de eleemoſynis Guillelmi *Deſſlubati*: & ex dono Richardi Præsbyteri Eccleſiam de *Foletot*, cum terris & decimis ad eam Eccleſiam pertinentibus, ſicut idem Richardus vnquam melius & plenius tenuit.

Has tenuras, & omnes alias teneuras ſuas, quæcumque ſint, & de quibuſcumque III. habeant, ſiue in Normania, ſiue in Anglia, volo & firmiter præcipio, vt habeant & teneant benè, & in pace, & integrè & plenariè, & honorificè & liberè & quietè in omni poteſtate mea, ab omni teloneo & paſſagio, & modiatione, & omni alia conſuetudine: & de omni ſæculari ſeruitio & opere ſeruili & exactione, & fonagio hominum, de manu paſcuariorum, & de omnibus querelis & occaſionibus, & ſine aliqua contradictione: & ad mare, & ad terram, & in pratis, & in aquis, & in molendinis & in vijs, & in ſemitis: & in ciuitatibus & in villis, & in Caſtellis & in domibus, & in foreſtis & in nemoribus, & in paſturagijs & in eſſartis, & in viuarijs & in ſtagnis, & in omnibus locis, nunc & in perpetuum, ſicut aliqua Eccleſia in Regno meo, poteſt liberius tenere, ſicut teneo alia propria, cum murdro, & morte hominis, & plaga, & Nichano, & ſanguine, & duello, & latrone, & aqua, & rapo, cum omnibus alijs Regijs libertatibus & conſuetudinibus, ad me pertinentibus. Et propter hoc concedo & confirmo eis in perpetuam eleemoſynam tres manſuras terræ, & domos deſuper, quas Aufrida de *Ponte-Audomari* tenet

in Ro-

Digitized by Google

in Rothomago, quietas de omni censu, & consuetudine, & omni alia re, excepta sola modiatione mea de vino. Et vt hæc omnia, & alia omnia, quæ fideles Christi contulerunt eis, & in futuro contulerint, inconcussa, & incontradicta remaneant nunc & vsque in sempiternum, Regia hac authoritate confirmo, & sigilli mei impressione, & subscriptorum testimonio corroboro: Testibus, Rotrodo Archiepiscopo Rothomagensi, Richardo de *Homet.* Conestabulario; Roberto. Comite Mellenti: Vvarino, filio Giron, Comitis; Magistro Alueredi; Goscelino *Crispini*, & Guillelmo, filio eius; Hugone de *Gornaio*: Roberto de *Hericourt.* [e]

IV. Mortuò Præfato Rege Henrico I. cor eius in Ecclesia Metropolitana Rothomagensi reconditum est, reliquiæ verò interaneorum in prædicto Prioratu Pratensi humatæ sunt ante Altare: corpus autem in Angliam *Delatum* ad monasterium *Radingense* à se constructum. [f] *Intestina verò eius* (ait Ordericus) *Ermentrudis ad villam in vase delata sunt, & in Ecclesia S. Mariæ de Prato, quam mater eius inchoauerat, sed ipse perfecerat reposita sunt*: [g] quæ omnia luculenter enarrat Chronicon, Becci, in hunc modum. *Anno Domini* 1063. tempore *Herluini*, primi Pastoris, & fundatoris cœnobij Beccensis, *Vvillermus*, potentissimus, Dux Normaniæ, qui postea Angliam acquisiuit, cœpit ædificare Ecclesiam juxta *Ermentrudis villam*, propè Rothomagum, Sequana inter vtrumque fluente, super terram & hæreditatem ipsius Monasterij Beccens. in campis, inter *Cheuilleium* & *Ermendrudis-villam*: quæ ambæ Parœchiæ sunt de Patrimonio eiusdem Monasterij; quæ quidem Ecclesia vocata fuit, *Ecclesia B. Mariæ de Prato*; & ibi constituti fuerunt Monachi de monasterio Becci, ad Dei seruitium ibidem faciendum. Deinde, post annos fermè 62. obijt *Henricus* I. Anglorum Rex filius prædicti *Vvillermi*, videlicet, ann. 1135. apud S. Dionysium in sylua Leonum, delatumque fuit corpus eius *Rothomagum*, & in Ecclesia B. Mariæ apertũ; & cor, lingua, & visceraeius sepulta & tumulata fuerũt in Ecclesia B. Mariæ de *Prato* ante maius Altare, & corpus eius sale conditum, delatum fuit apud Cadomum, vsquequo ventus esset aptus ad deferendum illud in Angliam. Porro de ipsa Mathilde Imperatrice benefactrice Prati & Becci: Robertus à Monte, in Appendice ad Sigebertum, sub ann. 1134. & 1167. quo obijt.

V. Hujusmodi autem pagi *Hermentrudisvillæ* meminit Dudo in conflictu habito, ann. 980. propè Rothomagum, inter Richardum I. Ducem Norman. & Tetboldum Comitem; quem alij sequuti sunt. [h] „ *Tetboldus* verò Comes, (inquit) maliuolæ „ intentionis proposito, malignabatur feriter in tellure Normanorum, profectusque est, constipatus ferrata acie vsque ad casas Hermentrudis-villæ, in portu fluminis Sequanæ, altrinsecus contra Rothomagum positæ: Richardus verò marchio robustissimus alterius portus nauigium expetijt, totaque nocte, Sequanæ transmeans alueum, super Tetboldum diluculò irruens, bellum contra eum cum „ paucis inijt. [i] Dum verò iterum ann. 1090. Rothomagenses Bellum vrgeret, Robertus 2. Dux Norman. maluit vrbem exire: *Fugiens cum paucis per portam Orientalem, & mox à suburbanis vici, qui* Mala-Palus *dicitur, fideliter vt specialis heros susceptus est: Deindè cymba parata Sequanam intrauit: & relicto post terga conflictu, trepidus ad Ermentrudis villam nauigauit. Tunc ibidem à Guillelmo de Archis, Molismensi monacho susceptus est: Ibique in Basilica S. Mariæ de* Prato *finem commotæ seditionis præstolatus est.* [k] Quiquidem paulò post, scilicet, ann. 1092. hanc confecit cartam pro hujusmodi Prioratu de Prato.

VI. *Omnipotenti Deo* inspirante, qui dat omnibus benefacientibus benè velle & posse, pro bona voluntate: Ego Robertus, gratia Dei, princeps Normanorum, filius Vvillelmi, gloriosi Regis Anglorum, Anno, qui computatur, ab Incarnatione Domini 1092. indictione 15. mense Februario: concessi monasterio Beccensi, in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, constructo, Ecclesiam, quam pater meus, & mater mea, in honorem eiusdem gloriosæ Virginis, juxta Ermentrudis-villam, propè vrbem Rothomagi, Sequana intercurrente tunc cœperunt ædificare in terra, quæ dicebatur præfati esse cœnobij, ab ipsius Abbate, & Monachis, & multis alijs, qui rei hujus videbantur scire veritatem. Feci autem hanc prædictæ Ecclesiæ donationem cum omnibus, quæ in Normania ad eum pertinebant, ex dono parentum meorum, addita in meo dono, decima fœni, de parco meo, quod est propè Rothomagum, supra ripam Sequanæ, vt in ea, à monachis in perpetuum Deo famulatur, ad quod eam constat esse fundatam, pro salute animarum genitorum, &

e Ex Codice magno MS. fol. 7. 23. & 41. Luteciæ, apud D. Vvion d'Herouual.

f Robertus de Monte, sup. Malmesburiensis lib. 1. Histor. Anglic. ad ann. 1135. Neubrigensis, lib. 1. cap. 3. Picardus, ibid. in notis.

g Lib. 13. ad ann. 1135. Antiquitates MSS. Norman. pag. 495.

h Gemeticensis lib. 4. cap. 15. Vvalsingham.

i Dudo, lib. 3. de moribus & Actibus Normanor. sub Richardo I. Duce.

k Ordericus, lib. 8. sup. ad ann. 1090.

fratrum, & sororum successorumque meorum; ita tamen, vt si aliquando voluero eandem Ecclesiam, caput Abbatiæ per se constituere, mihi liceat, absque omni querela Beccensium monachorum, si eorum cœnobio dedero excambium, quod tantumdem illis valeat, quantum prædicta Ecclesia, cum omnibus, quæ tunc ad eam pertinebunt, valebit. Hoc autem ipsum, quod in mea retineo potestate, vt mihi liceat præfatam Ecclesiam, quam dedi monasterio Beccensi, constituere Abbatiam per se, per prædictum Excambium: similiter retineo in potestate fratris mei Guillelmi, gratia Dei Regis Anglorum; S. Vvillelmi, Rothomagens. Archiepiscopi, S. Roberti Comitis Norman. S. Eustachij Boloniens. S. Guillelmi Dunelmens. &c. Ex Codice, MS. D. le *Prevost*.

Priores hujusce Asceterij inuestigantur; & cætera ad illud spectantia complectuntur.

CAPVT II.

TOT ac tanta passa est hæc sacra domus damna, etiam vsque ad excidium, vt proindè hominum memoriam fugerint, ac penè oblitterata, quæ in ea præcesserint facta, nec omnes, vel recto ordine, Priores recensendi sunt à nobis, sed quorum notitia vtcumque est tandem exorta. I.

B. Letaldus, seu, Letardus.

Cùm esset Prior apud Pontœsiam, factus est Prior *Prati*; anno verò 1139. Abbas Becci renunciatus est. [a]

Hugo, ceu, Odo.

Hic Becci Abbas 11. eligitur (cùm esset Prior *Prati*,) ann. 1197. ex resignatione Vvalteri, prædecessoris sui, [b] cujus Tempore; *Anno 1167. Obijt Rothomagi, apud Pratum, nobilissima matrona, D. Mathildis Imperatrix (filia Henrici I. Anglorum Regis, vxor Henrici IV. Imperatoris, postmodum Comitissa Andegauensis, in secundis nuptijs, & mater Henrici II. Anglorum Regis) 4. idus Septemb. Eius corpus apud Beccum delatum est, & ante Altare B. Virginis in eadem æde sepultum. Hæc Beccensi, Pratensique Ecclesijs multa contulit: cujus pateræ argenteæ auro superductæ, variaque sculptura decoratæ in Becco extant.* [c] Ex quo, erroris ansam arripuerunt, scribentes hanc Heroinam Mathildem Pratensis cœnobij fuisse fundatricem, & Henricum II. eius filium, Angliæ Regem, maternis votis obsecundantem eiusdem loci extitisse fundatorem. [d] Cùm id intelligendum sit de Mathilde Seniore, & Henrico I. Angliæ Rege, vti superiùs dicebamus. [e] Et si vltrò admiserim Mathildem juniorem cum filio Henrico II. fuisse etiam fundatores secundarios, ac benefactores præcipuos. Non me latet legi apud Houedenum ipsam Mathildem juniorem, sepulturam in Ecclesia S. Mariæ de Prato nactam esse; [f] sed perperam, cum Chronicon Beccense contrarium attestetur (vti nuper conspeximus) cui magis, quàm extero, assentimur. Pari menda laborat Parisius monachus, obitum ipsius junioris Mathildis referens ad ann. MCLXXXVI. mortis namque debitum soluit ann. MCLXVII. forsan tamen vitio librariorum: qui posuerunt, ann. 1186. pro 1167. vel 1168. ex commutatione litterarum.

Porrò, Normania recuperata & Anglis ab ea propulsatis, per Philippum 2. cognomento *Augustum*, Galliarum Monarcham, anno 1204. istud cœnobium sua munificentia ditauit. II.

Philippus Dei gratia Francorum Rex.

Notum sit vniuersis præsentibus pariter & futuris, quòd nos charitatis intuitu, &

[a] *Vide sup. in Abbatia Becci, cap. 7.*

[b] *Ibid. cap. 8.*

[c] *Ex Chronico MS. Becci.*

[d] *Robertus à Monte, sup. Marianus*

Promoterre lib. 3. Chronic. MSS. Norman. cap. 78.

[e] *Corrozetus lib. 1. Thesauri Histor. Franc. Titul. 29.*

[f] *Part. 2. Histor. ann. 1167.*

& pro salute animæ nostræ, monachis Beccensibus de Ecclesia S. Mariæ de *Prato* Rothomag. concedimus in proprium, præssoragium vini integrè, quod ad nos pertinebat in villa de *Triel*, saluo pressoragio claustri nostri. Volumus etiam, & concedimus, quòd prædicti monachi vinum prædicti pressoragij, ad domum suam liberè, & quietè ducant, sine omni pedagio & consuetudine ad nos pertinente, excepta consuetudine Meduntæ. Actum Parisius, anno Domini 1204. [g]

[g] *Vetus codex MS. fol. 33. pag. 2. Lutetiæ apud D. Vvion d'Heruauel.*

III. *Rogerius.*

Ex Priore de Prato, fit Abbas Vticensis, anno 1217.

Vvillelmus de Boregiuilla.

Electus Prior Beccensis ann. 1265. ex Priore *Prati*, sub Ioanne 16. Abbate Becci.

Gaufridus Faè.

Prior *Prati* cùm esset, electus est Abbas Beccensis 20. anno 1327. ac postea Episcopus Ebroicensis factus, ann. 1334. insigniter eluxit. [h]

[h] *Ex Chronic. Becci.*

Robertus de Manneuilla: de quo illud extat Epitaphium.

Hic jacet Frater Robertus de Mainevilla, quondam Prior Monasterij B. Mariæ de Prato, juxta Rothomagum; cuius anima requiescat in pace, Amen. Et obijt 1380. *die Sabbathi* 24. *Aprilis.* [i]

[i] *Antiquitates MS Norman. pag. 1091 D. Bigot Rothomag.*

Robertus de Becco.

Vtpotè ex eo loco oriundus, ex Priore Prati, assumptus est in Abbatem 27. Beccensem, ann. 1417. vir magnanimus, & Monastica obseruantia clarus.

Gaufridus de Hispania, cognomento Benedictus.

Nepos præfati Roberti, Prior Prati, electus est Abbas 30. Beccensis ann. 1452. [k]

[k] *Ex Chronicl. Becci.*

IV. *Clemens de Bernayo, de eo sic habetur.*

Appunctamentum seu litis compositio Abbatis Beccensis pro Prioratu Dominæ nostræ de *Prato*, vulgò, de *Bonnes-nouuelles*, à *Bonis nuntijs*, juxta Rothomagum, illius Abbatiæ membro; & Abbatis Fiscani, pro Prioratu S. Geruasij propè Rothomagum; super quibusdam juribus & libertatibus, quas Parœchiani S. Geruasij dicebant se habere apud illum locum de *Prato*: quare ex consensu præfatorum Abbatum, processus ad nihilum redactus est, die 28. Aprilis ann. 1453. in Scacario. Sign. Ioannes de *la Haulte*, Abbas Fiscanensis; Gaufridus *de Hispania*, Abbas Beccensis; Clemens de *Bernayo*, Prior de Prato. [l]

[l] *Compendiosa Relacio omnium Scacariorum Norman. pag. 184. apud D. Bigot, Rothomagi.*

D. Tonus, Prior Prati.

Moritur ann. 1525. vti colligitur ex quibusdam versibus Gallicis, apud eius.

EPITAPHIVM,

Cy gist Ton, bien surnommé Gasseau,
Qui fut Recteur & Prieur de ce lieu,
Dix ans, ou plus, par le vouloir de Dieu:
Puis il gousta de Mort le dur morceau,
L'an vingt-cinq, auec mil & cinq cens,

Digitized by Google

Cinquiesme d'Aoust, Mort le meit sous la lame:
Pryez à Dieu, que de luy prenne l'Ame,
Et l'a colloque auec les Innocens. [m]

N. de Cornac.

Anno 1604. Ecclesia huiusce Prioratus (quæ ann. 1592. demolita fuerat tempore obsidionis Rothomagensis) cœpit reædificari cum aliquot alijs domicilijs, ad instantiam Domini de *Cornac*, istius loci Prioris. [n]

Nicolaus Dauanne.

Prior S. Nicasij de *Mellento*, & de *Prato*. Vir pius ac timens Deum; vnde anno V.
anno 1626. loca Regularia apud Pratum cœperunt restaurari, & in illis Religiosi Reformati congregationis S. Mauri reponi, operà ipsius D. Nicolai *Dauanne* Prioris commendatarij: [o] quibus tandem Prioratum resignauit, quem nunc vsque impensè excolunt ipsi Monachi Benedictini, nec minore deuotione venerantur Rothomagenses ciues, propter honorem sanctissimæ & immaculatæ Virginis Mariæ Deiparæ illic iugiter inuocatæ, frequenti populi concursu, ad cuius intercessionem, plurima Deus etiamnum confert beneficia: qua de re aliàs iterum sermo redibit. [p] Franciscus Poirè, mirè extollit Ecclesiam Prati Rothomagens. [q] Et nostrates Archiepiscopi Rothomagenses, illic celebrarunt tria Concilia Prouincialia: videlicet, Guillelmus de *Flauacuria*: Ægidius, & Petrus Rogerius: prout suis locis recitauimus.

Penè omiseram illud in commendationem eiusdem Prioratus: ex Chronico VI.
Becci. „ *Anno Domini* 1281. declarata fuit libertas Prioris de Prato, in pleno Scacario Paschæ, coram Magistris eiusdem Scacarij, apud Rothomagum de quodam „ equo, qui occiderat quandam mulierem in nundinis de *Ermentruilla*; & adiudicatus fuit dictus equus, Priori de Prato, per magistros in eodem Scacario præsidentes: & super hoc confecta fuit littera Bailliuiæ Rothomagensis.

Sæpiùs præsens cœnobium damna complura sustinuit: etiam solo ferè æquatũ. VII.
Anno 1243. *pridie idus Aprilis, inter primam & tertiam, ante missam matutinalem, combusta est Ecclesia Prati, cum omnibus officinis, excepto infirmatorio: ab igne de Ermentreuilla.* [r] „ Rursusque ann. 1351. calendis Iunij, cecidit fulgur de cœlo super pinnaculum Turris B. Mariæ de Prato, juxta Rothomagum, quod combussit totam Turrim cum campanis, & majori parte Ecclesiæ & claustri: ad quod mirabile „ & horribile factum vniuersitatis processio capituli religiosorum omnium, & maxima populi multitudo de ciuitate exierunt: qui (Deo concedente) ignem „ extinxerunt cum magna difficultate. [s] Denique ann. 1592. cum Rothomagensis ciuitas obsidio premeretur, hic locus omninò demolitus est: at pace superueniente, religione & ædificijs redintegratus est: vti nuper notauimus.

[m] *Antiquitates MSS. Norman. sup.*
[n] *Codex MS. D. le Preuost, Rothomag. Canonici.*
[o] *Ibid.*
[p] *Tom. 4. in Nembria sancto ad 15. August.*
[q] *In Triplici Corona Virg. Mariæ, Tract. 1. cap. 12. §. 4. numer. 51.*
[r] *Chronicon Becci.*

EXAQVIVM

EXAQVEVM, SEV, EXAQVIVM, Gallicè, de l'Essay.

Sub ann. 1064.

Eudo, vir nobilis fundat Abbatiam Exaquensem, cuius Fundationis carta confirmatur à Regibus Franciæ & Angliæ.

CAPVT I.

I. COENOBIVM est ordinis S. Benedicti, situm in Diœcesi Constantiensi, non longè à Mare Oceano, sanctissimæ Trinitati dicatū. a Fundatur autem tempore Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, sub ann, 1064. per Turstinum *Halduc*, cum vxore Emma, ac deinde per eius filium, Eudonem, virum nobilem, cognomento, *cum Capello*, teste Gemeticensi, hisce verbis: *At Ecclesiam S. Trinitatis Exaquæi Eudo cum Capello fecit.* b Qui dùm migrauit ad Dominum, sepulturam sibi deligendam curauit ibidem, sicque corpus eius imbi tumulatum est, & nomen ipsius intra Necrologium eiusmodi Abbatiæ relatum; cum hac Epygraphe. *Tertio nonas Februarij, obijt Eudo, fundator & constructor huius loci.* Verùm, Cartam hujusce fundationis inspiciamus: quæ sic incipit.

II. „ *Quoniam quæ* videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna; „ vt de visibilibus ad inuisibilia, de temporalibus ad æterna bona perueniant; Ri- „ chardus, qui vocatur Turstinus Haralduc, cum Amia, vxore sua, Eudo-que filius „ eorum, in honore summæ & indiuiduæ Trinitatis, & S. Mariæ Virginis Eccle- „ siam fieri constituerunt Gaufridi consilio Constantiensis Episcopi, Vuillelmi- „ que Normaniæ Principis permissione, in Constantiensi pago, in villa, quæ dici- „ tur S. Opportuna, in qua regulariter seruirent Deo Monachi, quæ alteri non sub- „ ijceretur Abbatiæ: deditque illi Ecclesiæ ad victum de rebus suis; filiusque eius „ Eudo aliquantulum auxit post mortem patris: quæ autem dederint, hæc sunt, „ &c. Ea autem continentur in carta confirmationis Caroli 4. Pulchri dicti, Galliarum Monarchæ: quæ subsequitur.

a Robertus de Monte. Tract. de Abbatib. & Abbatijs, cap. 29. Canalis lib. 2. de Re Gallica Pertinba 5. Quercetanus lib. 9. Antiquit. vrbium Franc. cap. 26 Gallia Christiana Roberti. In Episcop. Constantiens. & in Abbatijs.

b Gemeticensis lib. 7. de Gestis Norman. cap 22. Robertus de Monte, & Canalis sup. & Tom. 5. Hierarchia MS. Eccles Norman. in ea Abbatia. Antiquitates MS. Norman. pag. 110.

Carolus Dei gratia, Francorum & Nauarræ Rex.

III. *Notum facimus* vniuersis, tam præsentibus, quàm futuris: Quod Abbas & Conuentus Ecclesiæ de *Exaquio*, nobis fecerunt humiliter supplicari: vt quandam cartam ipsorum sigillo Regis Henrici, quondam Ducis Norman. vt prima facie apparebat, sigillatam, de qua timent, ne propter vetustatem sigilli & scripturæ, detrimentum aliquod posset pati, rescribi, & in scripturam nouam ad majorem certitudinem contentorum in ipsa, redigi mandaremus. Nos ipsorum religiosorum in hac parte supplicationi inclinati; vt liberiùs seruitio Diuino, cui sunt dediti, vacare valeant, prædictam Cartam, in hanc scripturam nouam redigi mandauimus, sub suo tenore sequenti. *Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ*, &c. Apud Cæsaris-Burgum. *Deinde ipse Carolus Rex addit in fine.* Per hanc autem innouationem scripturæ, non intendimus nec volumus, prætatis, vel Religiosis, in possessione, vel proprietate aliquod jus nouum acquiri, nobis, vel successoribus nostris, aut quibuslibet aliis, præiudicium quomodolibet generari. Quod vt firmum & stabile perpetuò perseueret, nostrum præsentibus litteris fecimus apponi sigillum. Datum

Iiii ij

apud S. Germanum in Laya, ann. Domini, 1326. mense Maio.

Quæ igitur contenta erant in præfatis Litteris Regijs, à me, ex voluntate, omissa, ne repetita, animum lectoris tæderent; nunc repono ex integro, per exhibitionem alterius confirmationis Henrici V. Angliæ Regis; dùm Normania per vim, & contra omne jus occupata, cuncta sibi impunè arrogabat, circa anu. 1422. IV.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Hæres & Regens Regni Franciæ, & Dominus Hyberniæ: omnibus ad quos præsentes Litteræ peruenerint salutem. *Inspeximus* Cartam celebris memoriæ Henrici, quondam Regis Angliæ, inclyti progenitoris nostri, factam in hæc verba.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitan. Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Senescalis, Vicecomitibus, & omnibus Bailliuis, & fidelibus suis, Salutem.

Sciatis me concessisse, & præsenti carta mea, confirmasse Deo, & Ecclesiæ sanctæ Trinitatis de *Exaquio*, & monachis ibidem Deo seruientibus, omnes rationabiles donationes subscriptas, sibi factas, & cartis Donatorum confirmatas.

Ex dono Turstini *Habduc*, & Eudonis, filij eius, & concessione & confirmatione Roberti de *Haya*, & *Mimel*, vxoris suæ, & Richardi ac Radulphi, filiorum eorum: in villa S. *Opportunæ*, in qua sita est præfata Ecclesia, totam partem, quam præfatus Turstinus, & Eudo, filius eius ibi habebant in Ecclesijs, & terris, & syluis, in aquis & molendinis, in Piscarijs & Salinis. Et in villa de *Fauilleijs*, totam partem, quæ fuit Adelais de *Baltes*, & syluam, quæ appellatur, *Cauilliacum*, cum omnibus terris & molendinis, cum aqua & cum molta de manerio de *Crientijs*, exceptis tantum suis; & omnia, quæ ad præfatam syluam pertinent, sicut ipsi eam habebant. Et quicquid habebant in *Oreuilla*, & in *Amarevilla*, & in omnibus Mainillis ad *Oreuillam* pertinentibus, cum Ecclesia, & omnibus alijs pertinentijs. Et Ecclesiam S. Mariæ de *Perbail*, cum omnibus pertinentijs. Et partem suam in Ecclesia S. Georgij de *Tammeinvilla*, cum eleemosynis, decimis, & omnibus exitibus eiusdem manerij. Et totam partem suam in Ecclesia S. Ioannis de *Turgisvilla*, cum pertinentijs. Et ad *Longam-famem*: Terram ad vnam carrucam, & rectam decimam omnium exituum. Et Ecclesiam de *Conneis*, cum eleemosynis, & rectis decimationibus omnium exituum eiusdem manerij: & terram ad vnam carrucam, & vnum vauassorem, cum hoc quod tenet in eadem villa, & in *Bosceivilla*, in Plano; & in *Apavilla*, & in *Osonuilla*, & in Mainillis ad Apauillam pertinentibus; quicquid ibi habebant in Ecclesia, in terris, in syluis, & in omnibus alijs pertinentijs. Et duas piscarias in viuia, quæ est juxta *Hulmum*; & partem suam Ecclesiæ S. Georgij, cum pertinentiis suis. Et Ecclesiam S. Susannæ, cum eleemosynis. Et Ecclesiam S. Ermelandi, juxta *Plessyum*. Et omnes alias sacras Ecclesias de *Bauceio*, & rectam decimationem intra parcum & extra illius forestæ de *Plesseyo*, de pasnagijs, de veiculo, & de vænatione, & de omnibus lucris, quæ ibi sunt, aut fient: de molendinis, piscarijs, exitibus, & nutrimentis: Et extra parcum, omnibus bestijs & porcis monachorum, & animalibus seruientium, eos custodientium, pastum & pasturam. Et si infra parcum mittuntur porci ad pastum, habeant monachi in eodem parco centum porcos à festiuitate S. Martini vsque ad Quadragesimam quietos: & si ibi non mittuntur porci de foris ad pasnagium, tamen habeant monachi 50. quietos, vsque ad prædictum terminum, cum eisdem consuetudinibus in nemore de *Solilea*. Et extra parcum, ligna ad Ecclesiam & domos suas, & omnia necessaria sua in eadem foresta: & homines animalia sua custodientes similiter. Et in eadem foresta partem quandam per loca & diuisias, quas non habent determinatas in cartis, cum omnibus terris & pertinentijs, sicut præfati donatores habuerunt. Et terram trium famulorum in *Valteis*, scilicet *Ravanoti*, & *Vvimundi* Porcarij, & *Sarraceni*, quam ipsi de eis tenuerunt. Et Rectam decimam partis suæ de manerio *Plesseyi*, de omnibus exitibus. Et Ecclesiam de *Crientijs*, cum omnibus pertinentiis suis, & vnum vauassorem cum terra sua: Et in eadem villa, terram ad duas carrucas, & tres salinas,

Digitized by Google

& piscariam in mari: & terram duarum vaccariarum, quam pastores tenent: & sex suburbanos cum alodiis suis: & de Teloneo eiusdem villæ sexaginta solidos. Et in Marisco de *Cressoneres*, sex acras terræ, & rectas decimas de omnibus exitibus maneriis de *Creientiis*. Et in nemore de *Fulleia*, rectam decimam de omnibus exitibus, cum omnibus consuetudinibus, quas habent in nemore *Plessei*. Et decimam molendini de *Solleia*, & de piscariis. Et Ecclesiam S. Georgij de *Rota*, cum pertinentijs suis. Et ad montem *Tatonis*, terram ad vnam carrucam, & decimam molendinorum, & piscariarum, & omnium exituum illius manerij. Et Ecclesiam de *Argenti*, cum pertinentijs, & rectis decimis eiusdem manerij exituum. Et terram ad duas carrucas: & partem suam de Ecclesia S. Philippi de *Valseio*, & ea quæ Hugo de *Valseio* ibidem tenuit de ipsis. Et partem, quam habebant in Ecclesia S. Mariæ in villa quæ appellatur *Murdaquerij*, cum pertinentijs suis: Et id quod Hugo de *Valseio*, ibidem de eis tenuit. Et partem, quam habebant in Ecclesia de *Coismares* (al. de *Coisnieres*) cum pertinentiis suis, & terram ad vnam carrucam, & de his omnibus rectam decimam omnium exituum.

VI. Item, ex dono Roberti de *Haya*, Ecclesiam S. Martini de *Eudonvilla*; & Terram Pipini liberam & quietam ab omni seruitio & auxilio. Et Ecclesiam S. Mariæ de *Ausgouilla*, cum decimis & eleemosynis, eidem Ecclesiæ pertinentibus. Et Ecclesiam S. Martini de *Britevilla*; & decimam molendinorum de *Monteacuto*, & decimam Molendini de *Bertouuilla*, & de *Eudonis-villa*, Ecclesiam S. Nicolai de *Soliata*: Et Ecclesiam S. Quirini de *Plesseyo*. Item, ex Dono præfati Roberti de *Haya*, in Anglia, Ecclesiam de *Brygiona*, cum pertinentijs suis: & Ecclesiam de *Brotebya*; & quicquid habebat in Ecclesia de *Rison*, & de *Bellinges*, & de *Subroc*, & de *Suauatona*, cum omnibus pertinentijs suis; excepto eo, quod monachi de *Atia* habent in ipsa & de *Belingenan* & de *Rison*, & de *Suauatona*, & de *Vvtona*, & de *Scortona*: & vnam Bouariam terræ apud *Brotebyi*; Apud *Boygernam*, duas hydas terræ, & dimidium cuta. Ecclesiam de *Boygerna*, & omnem decimam ipsius Parœchiæ: & totam decimam gablorum suorum de Natali, de eadem Parœchia: & Decimam sui nemoris, in passone & venditione: Et in eodem nemore dedit monachis in eadem Ecclesia morantibus, ignem & materiam, ad omnia officia sua & opera, & pastum porcis, & pasturam ad omnia animalia sua. Dedit etiam Ecclesiam S. Petri de *Hamiltoneta*, & terram & decimam, quæ ad eamdem Ecclesiam pertinet. Et Ecclesiam S. Leodegarij de *Honestan*, & Ecclesiam de *Vindehan*, & Ecclesiam S. Mariæ de *Vvaborgitona*, & Ecclesiam S. Mariæ de *Vernehan*, & Ecclesiam S. Catharinæ, quæ est sita super fluuium *Tamisiæ*, & Ecclesiam S. Georgij de *Hantona*, & Ecclesiam de Cadean & terras & decimas, quæ ad easdem Ecclesias pertinent. Dedit etiam illam mensuram frumenti, quæ vocatur *Cherchet*, de omnibus manerijs suis, cum Ecclesijs & Decimis.

VII. Ex Dono Richardi de *Haya*, decimam frumenti sui & auenæ de *Britevilla*. Ex dono Reginaldi de *Aurea valle*, Ecclesiam S. Helenæ, cum decimis omnibus eiusdem villæ, & terras & eleemosynas eiusdem Ecclesiæ pertinentes, videlicet, clausum, qui vocatur vinea, & totam partem *Laude*, quam dedit Robertus *Banonie*, juxta *Turenteuillam*, & totam decimam de omnibus redditibus totius syluæ suæ, & pasnagium porcorum monachorũ in eadem sylua quietũ, & ligna ad materiam & ad ædificia & necessaria monachorum, & pasturã de *Aureavalle* cõmunem omnibus animalibus monachorum, cum animalibus Domini, & in *Griagete*, & in *Gerevilla*, duas acras terræ, & in *Litearia*, vnam acram & decimam fœni *Aureavallis*, & dimidium Dominium Ecclesiæ de *Huguevilla*, & aliam medietatem, quam Rogerius, filius Episcopi, cum Roberto de *Haya* dedit. Et Vergerium de *Monasterijs* cum terra sua, id est, 121. acras: & terram Pagani, juxta clausum ad ipsum; clausum & terram *Hersendi* & Annoti, & clausum Heccelinæ cum domo sua. Ex dono Hugonis, filij eius dimidiam Ecclesiam S. Laudi de *Horevilla*, cum eleemosynis & decimis illius Ecclesiæ, & decima trium molendinorum, duorum de *Aureavalle*, & vnius in *Baltesio*; & terram de *Reueberel* liberam & quietam ab omni seruitio & auxilio.

VIII Ex dono Roberti *Banonis*: vnum vauassorem cum terra sua: ex dono Roberti filij eius, in *Ascheruilla*, terram reddentem vnum quartarium frumenti, & in *Valtesio* prædicti Reinaldi, vnam acram terræ juxta terram *Balinot*, & omnio quæ idem Reinaldus dedit, & omnia, quæ de calengijs suis relaxauit infra burgum Exaquei, &

in vicinia tota, & in alijs locis & villis eidem Rainaldo pertinentibus, libera & quieta, sicut carta eius diuidit & testatur. Ex dono Vvillelmi de *Aureavalle*, molendinum S. *Opportunæ*, cum omnibus consuetudinibus & molta, & omnibus rebus, quæ ad illud molendinum pertinebant; & partem Ecclesiæ S. *Opportunæ*. Ex dono Guillelmi *Abrincis*, quartam partem Ecclesiæ S. *Saluatoris*, cum Capellania suæ domus; & 26. acras terræ, & dimidiam decimam sui molendini, cum alijs minutis decimis; & hominibus eiusdem, eleemosynæ communem pasturam, & fœnum sicut suis. Ex dono Iordani de *Campo*, Arnulphi & Vvillelmi de *Rollos*, & Vvillelmi de *Ponte*, & Clarembaldi de *Quartot*, & Richardi de *Rollos*, quicquid habebant in Ecclesia S. Samsonis de *Ginefossa*, & in eadem villa. Ex dono Gaufridi *Oureau*: tres acras terræ liberas & quietas ab omni seruitio & auxilio; & vnum masnagium, & terram eidem pertinentem. Ex dono Vvillelmi & Richardi de *Piron*: & ex concessione & confirmatione hæredum eorumdem Radulphi de *Piron*, & fratrum ipsius, Gaufridi, Rogerij, & Stephani, Ecclesiam de *Piron*, & decimam totius villæ, in garbis & molendinis, & omnibus alijs, quæ exigunt decimalem, & 44. acras terræ, & brociam de juxta laundam, & vnam piscariam in mari, & decimam Anquillarum: & terram in qua monachi, ædificauerunt domos suas & hortos, & pratum de *Brot*, & pratum de *Mela*, & vnam acram terræ, juxta crucem; & acram, quam Robertus, filius *Osmundi*: & virgatam terræ, quam Giroldus de *Piron*; donauerunt monachis. Et præterea, concessionem & confirmationem, quam Radulphus filius & hæres Richardi de *Piron*, & fratres sui fecerunt, videlicet, vt in voluntate sit Abbatis de Exaquio, & sui Conuentus, prædictas Decimas, & cetera beneficia, ad Abbatiam deferre, & expendere, & quocumque custodem voluerit ad *Piron*, suarum rerum, seu monachum, seu alium habere; & talem quietantiā in molta, qualem carta diuidit. Ex dono Rogerij de *Albinneio*, & Guillelmi, patris eius, Ecclesiam de *Fogeriis*, cùm decimis & eleemosynis eidem pertinentibus: & partem Ecclesiæ de *Ginefossa*, quam Osmundus clericus tenuit, cum pertinentijs suis: & totam terram illam, quam idem Osmundus tenuit in *Hercavilla*, & in *Francavilla*, & 64. acras terræ *Huniville*: & quicquid filii Ranulfi *Espet*, tenuerunt de honore *Albinnei*, in *Aluo*, & in *Astella*, siue in Ecclesia, siue in terra: & decimam feriæ S. Christophori: & de foro *Albinneij*: & in *Marchesis*, vnum hortolanum cum terra sua: & quicquid Anicia, vxor prædicti rogerij dedit in monte *Famelloso*, & in Mesnillo *Odis*: & ex dono eiusdem, & Anschetilli de *Cleiis*, & Roberti filij eius, & Æliz, ipsius Roberti, Ecclesiam S. Patricij de *Cleiis*, & Ecclesiam, sanctæ Margaritæ de *Baudrevilla*: & Ecclesiam de *Porbail*, cum omnibus decimis, & eleemosynis eidem pertinentibus: de Honore *Albinneij*, & libertatem, & quietantiam ab omni seruitio, & redditu, sicut carta donatorum testatur, scilicet, in terra de *Montecatonis*, & in quadam terra, apud *Creentias*.

Ex Dono Vvillelmi de *Britevilla* dimidium molendinorum de *Matin*: Ex dono Thomæ, filij eius, Ecclesiam de *Aluo*, cum omnibus decimis, & eleemosynis eidem Ecclesiæ pertinentibus: & vnam acram terræ in *Aluo*: & alteram in *Bellero*: & partem quam habebat in piscaria de *Matum*. Ex dono Richardi de *Rollos*, totam decimam de terra sua de *Francavilla*, & quicquid habebat in Ecclesia de *Ginefossa*, Et quicquid Thomas de *Britevilla*, & Vvillelmus de *Aureavalle*, & Robertus de *Verleio*, cum Roberto, filio suo: & Gaufridus *Esturum* cum Adulfo filio suo, dederunt in Ecclesia de *Verly*, cum terris & eleemosynis eidem Ecclesiæ pertinentibus: & Ecclesiam de *Vvarningebec*, quam Richardus de *Haya*, & Mathildis vxor sua, dederunt, cum decimis & eleemosynius eidem Ecclesiæ pertinentibus. Ex dono Roberti de *Monasteriis*, & filiorum eius Vvillelmi & Heberti, Ecclesiam de *Sureuilla*, & Ecclesiam de *Glatinneio*, cum decimis & eleemosynis, eisdem Ecclesijs pertinentibus: & 12. acras terræ in *Glatinneio*: & quicquid Iordanus de *Barnevilla* ex dono patris sui, & matris suæ concessu, confirmauit. Scilicet, totum feudum, vnum vauassorem, in *Britevilla*, & quandam terram in *Gerseio*, tria quarteria frumenti reddentem, & confirmationem, quam Robertus Bertrannus fecit de eleemosyna de *Sotouast*, quam sicut pater suus de omnibus seruitiis & auxilijs liberam & quietam etiam concessit: sic ipse ab omni seruitio & auxilio, ad summum Dominum terræ pertinentia in perpetuo acquietare concessit & confirmauit. Et ex dono Radulfi de *Sato-Vvast*, Ecclesiam de *Sataunast*. Et ex dono Vvillelmi de *Ansnevilla*, Ecclesiam de IX.

Ansnevilla:

Ansnevilla: apud Sarnès; & quandam domum, juxta cœmeterium, & totum Mariscum, à cœmeterio vsque ad aquam *Sare*: & Ecclesiam de *Vvitsel*, & Ecclesiam de Peretot cum pertinentijs. Et ex dono Gaudefridi de *Bussone*: Ecclesiam S. Martini de *Gronvilla* in *Hersein*. Et ex dono Richardi, fratris Vvillelmi Auenel, tres acras terræ in *Herevilla*: *& aliam villam*. Et ex dono Rogeri *Soliot*, concedente Richardo de *Vvarenilla*, Ecclesiam de *Osmunvilla*. Et ex dono Vvillelmi de *Marcheis*, mansuram *Pantof* in *Orientiis*. Et ex dono Engolgerij de *Bolon*, dimidium miliarum anguillarum, apud Bohum. Et conuentionem quam fecerunt Vvillelmus de S. Philippo, & Robertus, frater eius & Oliua, vxor Vvillelmi, de Prioratu de *Boygerna*, cum omnibus pertinentijs suis sicut chirographum determinat, & testatur. Et ex dono Gilleberti de *Campans*, duas garbas, de terra, quam tenet in Belleyo de Feudo de *Liteare*. Et ex dono Symonis de *Verbeyo*, duas garbas de terra sua.

X. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfata Ecclesia, & monachi in eadem Ecclesia Deo seruientes, habeant & teneant omnes prænominatas donationes, benè, & in pace, & quietè, integrè, plenarie, cum omnibus libertatib. & liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, in Ecclesijs & Decimis, in Bosco & Plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viuarijs & stagnis & in piscarijs, in vijs & semitis, & in omnibus alijs locis, & rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, sicut cartæ donatorum testantur. Testibus *Ioanne*, *Ebroicens*. Episcopo, Henrico Bajocensi Episcopo, Hugone de ...... electo Cestriæ. Roberto de *Nouoburgo*, Decano Rothomag. Vvillelmo de *Hummeto*, Vvillelmo, filio Radulfi Senescall. Norman. Roberto, Archidiacono de *Nortinghan*. Aluredo de S. Martino, Seero de *Kento*, Hugone de *Cressy*. Thoma *Baldof*: & multis alijs; Apud Cæsaris Burgum.

XI. Inspeximus insuper quandam cartam Roberti de *Bricquevilla*, militis, factam in hæc verba. *Nouerint* vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd ego *Robertus de Bricquevilla*, miles, pro salute, & remedio animæ meæ, & Thomæ de *Bricquevilla*, quondam filij mei, militis, defuncti, dedi & concessi in puram & perpetuam eleemosynam liberam ab omnibus & quietam, Deo & Abbatiæ S. Trinitatis de Exaquio, & monachis ibidem Deo seruientibus: tria quarteria frumenti annui redditus, ad mensuram de *Belleio*, ad Anniuersarium dicti Thomæ in dicta Abbatia annuatim faciendum, percipienda singulis annis de cætero in Molendino meo de *Pissot*, ad festum B. Michaelis, in monte Gargano. Volo etiam & concedo, quòd dicti monachi in dicto molendino, pro dicto frumento, nisi eis ad dictum terminum integrè soluentur, justitiam suam plenariam, sine contradictione aliqua, valeant exercere. Et ego & hæredes mei, prædictam donationem & eleemosynam tenemur, dictis monachis contra omnes homines ac mulieres defendere & garantisare. Et si necesse esset, in nostra hæreditate propria & proxima, in loco sibi competenti & vtili excambiare, competenter ad valorem. Et vt istud firmum & stabile perseueret in perpetuum, præsentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Actum est hoc, anno Domini 1256. mense Iulio.

XII. Inspeximus etiam quandam aliam cartam, Richardi de *Mereio*, & Roberti de *Mereio* fratrum, factam, in hæc verba. *Vniuersis* hæc visuris, seu audituris, Richardus de *Mereio*, & Robertus de *Mereio*, fratres, Salutem in Domino. Notum facimus vobis, quòd nos concedimus & ratam, & gratam penitus habemus, & hac præsenti carta nostra confirmamus, illam concessionem, & confirmamus, quam Nicolaus de *Mereio*, quondam frater noster fecit Abbatiæ S. Trinitatis de Exaquio, & monachis ibidem Deo seruientibus, de decima Molendini de monte Cortel, siti in Parœchia S. Petri de *Selgeriis*, & de terra, quam Martinus le *Marchant*, tenuit de Nicolao de *Selgeriis*, in feodo & hæreditate, de qua reddebat annuatim eidem Nicolao quinque Bussellos frumenti, ad festum S. Michaelis, & duos panes, & duas gallinas ad natale Domini, & 20. oua ad Pascha, quam terram Gaufridus le *Marchant*, vendiderat dicto Nicolao de *Selgeriis*. Hæc autem prædicta concedimus & confirmamus prædictæ Abbatiæ & monachis, in puram & perpetuam eleemosynam, liberam ab omnibus & quietam: ita quòd nos & hæredes nostri eleemosynam, dictis Abbatiæ & monachis, contra omnes homines defendere & garantisare, & de omnibus acquietare, tenemur: & si necesse esset, in residuo feodi nostri excambiare competenter ad valorem, Et vt istud firmum & stabile perseueret in perpetuum,

preſentem cartam ſigillorum noſtrorum munimine dignum duximus confirmandam. Actum eſt hoc, anno Domini 1257. menſe Augusto.

Nos autem cartas prædictas, & omnia & ſingula in eis contenta, quo ad dona & conceſſiones præfatæ Abbatiæ, infra Regnum Franc. ac Ducatū noſtrum Normaniæ facta & conceſſa, rata habentes & grata; ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus, approbamus, & dilectis nobis in Chriſto, nunc Abbati, & Conuentui loci prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, tenore præſentium, concedimus & confirmamus, pro vt cartæ prædictæ, quantum ad conceſſiones & dona ciſmarina, rationabiliter teſtantur: & pro vt idem Abbas & Conuentus, & prædeceſſores ſui, donis & conceſſionibus illis infra Regnum Franc. & Ducatum noſtrum prædictum hactenus rationabiliter vſi ſunt & gauiſi. Nolumus tamen, nec intentionis noſtræ exiſtit, quòd per hanc confirmationem præfatis Abbati & Conuentui, aut ſucceſſoribus ſuis, aduerſus nos, ſeu quemcumque alium, in poſſeſſione, vel proprietate, jus nouum nullum acquiri valeat: nec quòd nobis, aut quibuſcumque noſtris ſubditis proindè præjudicium aliquod generetur. Nec etiam, quòd prædicti Abbas & Conuentus, ſeu ſucceſſores ſui, aliquod jus, vel clamorem ſuper aliquibus poſſeſſionibus, infra Regnum noſtrum Angliæ, colore præſentis confirmationis, habeant, vendicent, ſeu clament quomodolibet in futurum. In cuius rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo, in exercitu noſtro ante Melodunum, 26. die Septemb. Anno Regni noſtri 8. Ita ſignatum.

Per ipſum Regem, *Storgeon.* Ex Codice maximo MS. fol. 97. & ſeq. Lutetiæ apud D. de Vyon d'*Herouual*, & ex alio paruo Codice MS. ibid.

Cœnobiarchæ iſtius Abbatiæ referuntur.

CAPVT II.

QVantum verò ad Abbates huiuſce Aſceterij attinet, fateor me I.
omnes nec reperiiſſe, nec eorum notitiam, vel integram temporum epocham adipiſci quiuiſſe: hos ſolummodo recenſere valebit.

1. *Rogerius Monachus Beccenſis.* [a]

a *Robertus de Monte & Canalis, Tom. 5. ſup.*

Memoratur apud Ordericum ſub ann. 1064. dùm agit de morte Ernaldi de *Eſcalfoio*, Vuillelmi Geroiani filij, viri nobiliſſimi, quem Emma Turſtini, cognomento *Holduc*, filia deſponderat; ſed eo mortuo, ipſa mulier; *Ad Eudonem, fratrem ſuum, Normaniæ Ducis Dapiferum, qui in pago Conſtantino diuitiis & poteſtate, inter Normaniæ Proceres eminebat, ſeceſſit: & tam apud illum, quàm apud alios amicos ſuos, in viduitate, penè triginta annis, honeſtè vixit, caſtitate & manſuetudine, aliiſque bonis honeſtatibus laudabilis extitit, ac ad vltimum, propè finem ſuum, ſæculare ſchema relinquit, & à Domno Rogerio, Abbate Exaquij, ſacrum velamen cum deuotione accepit.* [b] Itaque Rogerius Abbas vitam adhuc agebat circa ann. 1095. moritur autem 29. Iunij: ſic quippe legitur ſcriptum in Necrologio præſentis Abbatiæ. *Tertio calendas Iulij, Rogerius Abbas huius loci Exaquij primus.* Porro, circa id tempus, ann. 1097. Richardus de *Exaquio*, Abbas 15. Eccleſiæ S. Albani, Anglorum protomartyris electus, rexit eam magnificè annos 22. [c]

b *Lib. 3. Hiſtor. Eccleſiaſtic.*

c *Paiſius in Hiſtor. Anglor. ann. 1097.*

d *Robertus & Canalis, ſup. & obituarium Exaquenſe.*

2. *Gaufridus, vel Godefridus Monachus Becci.* [d] II.

Obijt 3. nonas Iunij.

3. *Guarinus, ceu Guerinus.*

e *Ibid.*

f *Necrologium Caſariſburgi.*

g *Canalis & Necrolog. Exaquij.*

Monachus Beccenſis. [e] Mortuus refertur 4. idus Februar. [f]

4. *Robertus, Monachus Cadomenſis, defunctus nonis April.* [g]

5. *Radulfus.*

5. Radulfus. 6. Rogerius 2. monachi eiusdem loci.

Prior defunctus tertio idus April. [h] — h Ibid.

7. Robertus Guerinus, ann. 1167.

Antea Abbas Montis S. Michaëlis in periculo maris: iuxta *Cœndem* & *d'Acherium*: qui diem clausit extremum 4. nonas Februarij, ex Necrologio Exaquij.

III. *8. Thomas Forestarij: mortuus 8. calend. Februar.*

9. Hunfridus Santon. 6. calend. Martij. [i] — i Necrolog. Exaquij.

10. Hugo, viuebat, ann. 1206. [k] *11. Guillelmus 4. seu 3. calend. Martij defunctus. 12. Hunfridus 2. quarto idus April.* — k Ex Schedis Exaquij Abbat.

13. Ioannes de Courceyo, 9. calend. Iulij. 14. Petrus 6. idus Iulij.

15. Petrus 2. de Creentijs, 5. calend. Martij.

Animam Deo reddidit ann. 1311. fitque de eo adhuc memoria 5. calend. Iulij, & 4. calend. Nouemb. [l] atque 4. calend. Martij. [m] — l Necrologium Exaquij. m Obituarium Lucerne Abbat.

16. Ioannes 2. de Creentijs.

Excessit è vita 7. calend. Februar. ann. 1352. memoratur etiam 7. calend. Iunij, & 8. calend. Octob. [n] — n Necrologium Exaquij.

17. Petrus le Roy.

Ex cœnobiarcha S. Taurini, fit Abbas Exaquensis, tum S. Michaelis de Monte, anno Christi 1386. vide in superioribus Abbatijs.

18. Syluester; obijt 14. calẽd. Aug. 19. Gaufridus 2. calẽd. Septẽb. 13.

20. Nicolaus, calend. Decemb. 21 Gillebertus 5. calend. Ianuar. [o] — o Ibid.

22. Guillelmus 2. de Guybebert.

IV. Abijt è viuis, anno 1447. pridie calend. Maij, dedit magnum candelabrum chori æneum, vti legitur sculptum in eo. [p] — p Ibid. & Necrologia Cæsaris-burgi ac S. Saluatoris Vicecomitis.

23. Eustachius de vero.

Interest Seacario Norman. ann. 1474. mundo valedixit ann. 1478. pridie idus Iulij.

24. Ioannes 3. Ruffi 16 calẽd. Aug. 25. Guerinus 2. Laurè, an. 1516.

26. Nicolaus 2. Geresme.

In fata concessit ann. 1558. tertio idus Ianuar. cuius memoria etiam agitur 19. calend. Februar. [q] — q Ibid.

27. Arturus de Cossè, Episcopus Constantiensis.

Anno 1587. obijt 6. nonas Octob. in Necrologio.

V. *28. Leonorius de Matignon, Constantiensis Episcopus.*

Nunc Lexouiensis dignissimus Antistes 1662. Denique taxatur hæc ipsa Abbatia ad 600. florenos aureos pro Annatis cameræ Apostolicæ soluendis. [r] Porro in Anglia, *Boxgranense* cœnobium, in agro Suffexiensi, dependet ab Abbatia Exaquensi: sicut Monasterium *Lewenestrense*, in eodem agro, spectat ad Almaniscas in Normania sup. ex Monastico Anglico. Tom. 2. — r Claudius Robert in Episcop. Constantiens.

Digitized by Google

Ann. 1064.

CADOMVS GALLICE, CAEN.

Cadomum, nobile oppidum, in cujus Burgo ædificata est Abbatia S. Stephani Proto-martyris; fundata à Guillelmo 2. Notho, Duce Normaniæ, ac postea solemniter, ipso præsente Deo dicata.

CAPVT I.

I. MVLTA nunc sese offerrent dicenda de Antiquitate, nobilitate, pulchritudine, & jactantia vrbis Cadomensis: quæ omnia lubens prætermitto, cùm hæc apud Authores non paucos jam facile inueniantur, nec ad nostrum videantur pertinere institutum. Situatur *Cadomus*, vulgo, *Caen*, ad fluuium *Olenam*, versus mare Oceanum; Archidiaconatus titulo, in Ecclesia Cathedrali, Bajocensi (a qua quinque leucis distat) insignis; vbi & Academia, seu vniuersitas celebris, anno Christi, 1431. ceu 1433. erecta. [a] Hujusce vrbis disertis verbis meminit inclytus ille Guillelmus *Brito*, scribens ad Ludouicum VIII. Francorum Regem.

Villa potens, opulenta, situ spatiosa, decora,
Fluminibus, Pratis & agrorum fertilitate,
Merciferasque rates portu capiente Marino:
Seque tot Ecclesijs, domibus & ciuibus ornans,
Vt se Parisio, vix annuat esse minorem.
Quam cujus Dapifer Arturi condidit olim,
Vnde domus Caij pulchrè appellatur ab illo. [b]

II. Constat autem hanc Abbatiam fundatam fuisse Cadomi, in suburbio, à Guillelmo, 2. Notho, Duce Normanniæ, postea Angliæ Rege; pro vt testatur *Guillelmus* Pictauiensis Lexouiorum Archidiaconus. „ *Multis deindè* possessionibus, item „ argento, auro, diuersisque ornamentis, monasteriũ idem locupletauit, suo largo „ sumptu, à fundamento astructum, ingenti & magnitudine & decore, dignè beatissimo Prothomartyre Stephano, cujus Reliquijs magnificandum, honore de- „ dicandum erat: *& infra*: [c] Cadomensi Basilicæ, modo, specieque admirabili, „ suis impendijs, ad titulum Beatissimi Stephani Protho-martyris, à fundamento, „ vt ante est memoratum extructæ, tum diuersa donaria aduexit, materia artifi- „ cioque prætiosissima, quæ ad sæculi terminum honora permanere valeant: &c. [d] „ *Huic ad stipulatur vitalis Ordericus*: Apud Cadonum (*inquit*) duo cœnobia constru- „ xit; vnum monachorum, in honore S. Stephani Protomartyris: aliud sanctimo- „ nialium, in honore S. Trinitatis. [e] *Item alio in loco*. Cœnobia quoque plurima de- „ uotè construxit, & ab ipso, vel ab alijs condita, multùm emendauit; multimo- „ disque gazis tripudians, ditauit, & pratrocinio suo, contra omnes aduersarios „ defensauit. Hæc vtique palam attestantur, in duobus Monasterijs cœnobitæ Ca- „ domenses, in vno monachi, & in altero sanctimoniales. Hæc duo cœnobia in „ Ducatu, æterno Regi fauens, ædificauerat: in quorum vno, sibi, & in altero con- „ jugi suæ sepulturam elegerat. [f] Eadem prorsùs alij habent, post *Gemeticensem*. [g]

III. Cur autem Dux præfatus cœnobium hoc Cadomi extruxerit: paucis aperiendum venit. Discimus quippe, ex historica relatione, hunc Ducem, duxisse sibi in vxorem Mathildem, Balduini, Comitis Flandriæ filiam, neptem verò, ex sorore, Henrici I. Francorum Regis: Balduinus namque gener erat S. Roberti, Regis Franciæ,

a Froissartus volumin. 1. Histor. cap. 123 ad ann. 1346. & cap. 124. Thomasus Tom. 2. Cosmograph. Gall. lib. 15. cap. 10. Quercetanus lib. 7. Antiquit. Vrbium Gall. cap. 9. De Bras. In Antiquit. Cadomens. Gallia Christiana, in Abbat. Cadomens. Canalis. de Re Gallica lib. 2. perioche 4. Rocquez in speculo æternitatis, in vita S. mund. Picardus, in notis ad lib. 1. Epistol. S. Anselmi Epistola 8. 13. & 16.

b Brito, lib. 8. Philippidos, sub initi. Massonus, in fluminum Galliæ descriptione.

c De Gestis Guillelmi 2. Ducis Normannor. & Regis Anglor. ante med.

d Ibid. sub fin. & Choppinus lib. 1. de sacra politia Titul. 4. §. 12.

e Ordericus lib. 3. Histor. Ecclesi. ad ann. 1050. Robertus de Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatiis cap. 16.

f Ordericus lib. 4. sub initio, ad ann. 1067.

g Gemeticensis lib. 7. de Gestis Normann. cap. 22. & 44. Vide MS. de Rollone & Norman. Romancis versib. Vvestmonasteriensis de Gestis Anglor. ann. 1085. & 1086. Polydorus, lib. 9.

cit. Cùm ergo, ex eo matrimonio affinitatem contraxiſſet, ſeu potius, contra affinitatem egiſſet, Dux Guillelmus, à nonnullis maximè à B. Lanfranco, Beccenſi monacho, ſæpiùs eſt accuſatus, quòd leges Eccleſiaſticas ſic impunè fregiſſet, nec tale ſponſalitium fauſtè ſibi ceſſurum, ni à ſede Apoſtolica opportunè prouideretur: Annuit tandem pius Princeps, & facti *Pœnitens* ad ſummum Pontificem miſit. „ *Guillelmus Dux* (inquit Gemeticenſis) dùm à quibuſdam Religioſis ſæpius redargueretur, eo quòd cognatam ſuam ſibi in matrimonio copulaſſet; miſſis Legatis, „ Romanum Papam ſuper hac re conſuluit. At ille ſagaciter conſiderans, quòd ſi diuortium fieri juberet, fortè inter Flandrenſes & Normannos graue bellum exurgeret: maritum & conjugem à reatu abſoluit, eiſque pœnitentiam injunxit. „ Mandauit enim, vt ab eis duo cœnobia conderentur: in quibus, pro ipſis, ab „ vtroque ſexu, Deo ſedulò preces offerrentur. Quod illi gratanter opere compleuerunt. Nam apud Cadomum vna conſtructa eſt Abbatia in honore S. Trinitatis; Altera verò in honore S. Stephani Proto-martyris. [h] Tale autẽ matrimonium initum eſt ann. 1048. [i] ſeu, ann. 1063. juxta aliorum placitum: [k] quando ſcilicet, impedimentum, authoritate Apoſtolica, diſſolutum legimus: cujus rei gratia, anno ſequenti, nempe, 1064. opus ſibi impoſitum, ad effectum deduxit, circa ſtructuram hujuſce cœnobij; quod ab initio incoluerunt Monachi Benedictini.

IV. Itaque completo Monaſterij ædificio, Abbatialis Eccleſia, ſolemni ritu, Deo dicata eſt, in honorem B. Stephani protho-martyris, ann. 1077. per manuum Ioannis 47. Rothomagenſis Archiepiſcopi, præſentibus ipſo Duce Guillelmo, tunc Angliæ Rege, cum conſorte ſua Mathilde, duobus Metropolitis, & pluribus Epiſcopis, Abbatibus, alijſque illuſtribus viris: teſte *Orderico* in hunc modum ſcribente. „ *Tunc Baſilicæ* plures in Normania, cum ingenti tripudio, Dedicatæ ſunt: ad „ quas Rex & Regina, cum filijs ſuis Roberto, atque Guillelmo, & ingenti frequentia optimatum & populorum affuerunt. Matrices Eccleſiæ, Bajocenſis, & „ Ebroicenſis Epiſcopatus, & Beccenſis cœnobij; Dedicatæ ſunt, in honore „ ſanctæ Dei genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ. Eodem quoque Anno, Cœnobialis Baſilica, in honore S. Stephani Protho-martyris, apud Cadomum Dedicata eſt: cui à Rege, & proceribus eius, Locuples dos, atque multarum copia „ Gazarum data eſt. Harum Dedicationes Eccleſiarum, Ioannes Rothomagenſis „ Archiepiſcopus, & ſuffraganei eius Epiſcopi Normanniæ ſolemniter egerunt: „ cujus Reuerendi Metropolitæ Lanfrancus & Thomas, & multi Abbates, & mira populorum multitudo, affuerunt. [l] Horum Metropolitanorum Prior, *Lanfrancus*, Cantuarienſis erat Archiepiſcopus: vir doctrina & vitæ ſanctitate clariſſimus, qui ex Priore Conuentuali Beccenſis cœnobij, factus Abbas primus *Cadomenſis*, exindè Eccleſiæ Cantuarienſis Pontifex creatus extiterat: Alter verò *Thomas*, Eboracenſis Archipræſul euaſerat ex Canonico Baiocenſi.

V. Attamen, non omnes conueniunt circa tempus prædictæ dedicationis Cadomenſis: ſic enim habet Chronicon Goſerni. *Anno 1081. Dedicata eſt Eccleſia S. Stephani. Cadoni.* At Ordericus & Cœnalis, ann. 1077. iuxta enim ipſum *Ordericum*, Robertus, Abbas Vticenſis depoſitus, ſacris Dedicationibus Eccleſiarum Cadomenſis, Baiocenſis, atque Beccenſis, quæ eodem anno conſecratæ ſunt, interfuit. [m] Ex quibus clarè refellitur Innocentius *Cironius*, ſcribens præſens Monaſterium fuiſſe fundatum, ann. 1086. [n]

Malmesburienſis, lib. 3. Hundintonienſis lib. 7. Chronica Chronicar. 2. part. fol. 22. in eo Guillelmo 2. Duce. Quercetanus, ſup. Corrozetus, lib. 1. Theſaur. Hiſtor. Francor. Titul. 30. Pariſius, ad ann. 1086. Harpſfeldius, Hiſtor. Angl. ſæcul. 11. cap. 6. Cœnalis ſup. & Tom. 5. in ea Abbatia. Pipinus in Roſario Aureo myſtico, ſerm. 19. poſt med. Froiſſartus, ſup. De Bras. cap. 10. Antiquit. Cadomẽſ. pag. 37. 8. Thenetus Tom. 2. Coſmograph. lib. 15. cap. 20.

[h] Gemeticenſis, lib. 7. cap. 26. Giſlebertus, cap. 3. vitæ B. Lanfranci, Chronica Chronicarum. Polydorus & Thenetus. Cœnalis ſup. Antiquitates MSS. Norman. pag. 235.

[i] Ex Chronica Chronicar. ſup.

[k] Gemeticenſis lib. 7. cap. 21. Ordericus, lib. 5. ann. 1063. Gillius in Annal. Franc. ſub Philipp. 1. Reg. eod. anno.

[l] Ordericus lib. 5. ad ann. 1077. Cœnalis ſup. Molinæus, lib. 7. ſup. cap. 17. §. 8. ann. 1077.

[m] Ordericus ſup. pag. 583.

[n] Cironius, in notis ad Quintam Compilationem Epiſtolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 3. Titul. 20. cap. 5.

Guillelmus Nothus, Guillelmus Rufus, Henricus I. & II. Reges Angliæ, & Duces Normanniæ; Rothomagenses Archiepiscopi; Proceres, & Optimates totius Neustriacæ Prouinciæ: ingentia dona conferunt ipsi Abbatiæ Cadomensi.

CAPVT II.

TAM multa sunt, tamque Diuersa, huic insigni Abbatiæ fuere dono collata; vt proindè taxata sit pro Annatis Cameræ Apostolicæ soluendis ad 1000. florenos aureos. [a] Quapropter, vt eorum cognitio lectori facilior euadat: cartas fundationis, confirmationis, &c. hîc duximus apponendas: quæ subsequuntur. I.

[a] *Gallia Christiana In Episcopis Bajocensi.*

Carta Fundationis.

Quisquis Deo, seu pro Deo, aliquid præstat, non ipsum à se alienat: sed potiùs in futurum cum vitæ æternæ multiplicandum conseruat. Hoc agit pia creatoris largitas, & larga eius circa creata pietas, qui cùm bonorum nostrorum non egeat, (suus est enim orbis terræ, & plenitudo eius,) honorari tamen de nostra substantia, immolarique sibi sacrificium laudis, de nostra salute, desiderat: hortatur nos, vt ei seruiamus, tribuit, quod pro collatis beneficijs suis ei retribuamus: quod tamen misericors pater quasi alienum suscipit, quasi nostrum rependit; in hoc sæculo peccata remittens, in futuro centuplum accepturis, seipsum & Regnum cœleste promittens. Qua spe ductus, Ego *Guillelmus*, Anglorum Rex, Normanorum & Cœnomanorum Princeps, *Cœnobium* in honorem Dei, ac Beatissimi prothomartyris Stephani, intra Burgum, quem vulgari nomine vocant, *Cadomum*, pro salute animæ meæ, vxoris, filiorum ac parentum meorum, disposui construendum. Cui loco, ne Diuinæ Religionis cultura aliquando propter inopiam desit; hoc modo ipsi in posterum mea sollicitudo prospexit. II.

Trado igitur præfato cœnobio villas juris mei, *Censium*, *Rotz*, *Allemanniam Pontem-Diuæ*, *Catburgum*, cum colonis, & conditionarijs, seu liberis hominibus, cum molendinis, aquis, pratis, pascuis, syluis, seu omnibus redditibus, & consuetudinibus, ad eas pertinentibus, sicut in meo Domanio hactenus habui, & Antecessores mei. Et homines quidem duarum præmissarum villarum, videlicet *Censij*, & *Rotz*, qui francam terram non tenent, ad seruitium Ecclesiæ & monachorum, ita liberos & quietos concedo; vt numquam pro aliqua submonitione expeditionis, vel alterius cuiuslibet rei, ipsum seruitium intermittant; nisi ego ipse, per me vel per Breue meum, Abbatem submoneam, quatenus eos nominatim mihi mittat: & hoc intra fines Normanniæ tantum, & nominatum tantummodò pro necessitate belli ab extranea gente imminentis. Partem quoque *Burgi* trado, in qua præfatum Monasterium constructum est, à muro in directum, occidentem versus, sicut via protenditur, qua à veteri B. Stephani Monasterio ad vrbē *Bajocensem* itur: & ea quoque via, qua itur ad *Briti-villam S. Michaëlis*; cū terris, & omnibus cōsuetudinibus de eodem Burgo, ad me pertinentibus: excepto, quòd extranei mercatores, de omnibus, quæ secunda feria ibi ement, & venundabunt, tamdiu quamdiu Telonarius ad stationem suam sedebit, & mercatores in communi mercato erunt, Theloneum ministris, qui majori Burgo præerunt, apportabunt: de singulis plaustris, & Asinis, quæ venalia ligna ferent, lignum vnum. *Villarium*, cum omni territorio suo; & de eodem, hominum seruitia, vt seruientes mei, qui ibi manent, mihi seruiant: & propter seruitium monachorum, seruitium meum non remaneat. III.

In magno quoque Burgo, Domum *Turstini Legrini*; & *Domum*, molendini de *Dargestal*, cum ipso molendino: & molendinum, quod fuit *Rainardi*: hæc omnia quieta ab IV.

ta ab

ta ab omni consuetudine. De pratis Juris mei tria iugera *ad Vlmum* pratum *Brendae*: præter ea quæ ad supradictas villas pertinebant. Alueum veteris *Vlduni*, à villa venuntio, vsque in *Olnam* fluuium cum tribus molendinis in eodem factis. Terram *Vvillelmi Panoth*, quam de me tenet *Cadomi*, & *Cliuillæ*; in territorio *Britiuillæ*, Alodium quod *Rogerius Caluus* ibi tenet; in territorio Bracij, terram *Vvillelmi de Banda*: Alodium quoque quod *Lupus* tenet in *Beneto*, & Vvalmereto, cum parte Ecclesiæ ad eum pertinente: in territorio *Curlei*, terram *Vvillelmi Camerarij*: in territorio *Bolduenti*, vineam, cum domo vinitoris, *quas Robertus* dapifer de me habuit. *In Barbefloth*, duas mansuras terræ: in territorio de *Bosenal*, *Allodium Rodulphi*, filij *Anseredi*: in *Villerijs* & in *Mara*, terram, quam ibi tenet *Guillelmus Crassus*; terram quoque quam habuit *Hugo de Rozel*, in *Grainuilla*; syluam de *Malopertuso*, & de *Tortavalle*, & de *Follonia*, & de *Caisneto*, cum aquis & terris, seu omnibus ad eas pertinentibus, hac conditione seruata: vt monachi ipsius cœnobij ipsas syluas nullo tempore destruant, vel destrui iubeant, propter ipsam terram colendam siue inhabitandam: retentis in meo dominio, ceruis, capreolis, & Apris syluestribus, Decimam de *Fredernaco*; seruitium de terra, quam *Boselinus* de *Dina* tenet in *Villerijs*, & in *Guarinuilla*.

V. *Concedo* quoque fieri ad opus præfati Monasterij, mercatum, in villa, cui nomen *Balthoe*, est in territorio *Cadomi*, feriam trium dierum: ita vt, quotiens quilibet horum trium dierum, in secunda feria euenerit, totum mercatum magni Burgi sit S. Stephani. In ciuitate *Rothomagi*, concedo fieri cellarium vnum super Sequanam, quietum ab omni consuetudine; & habitantes in eo, quietos, tam in terra, quàm in aqua, per totam terram meam. Concedo quoque Domum, cum viridario, quam dedit eidem cœnobio, in eadem Ciuitate, *Bernardus*, filius *Ospacy*; & sex iugera prati, quæ idem dedit ad Balpamas: & domum, quam dedit *Guillelmus* Canonicus; filius *Suini*. In Territorio *Lireti*, hospitem vnum cum terra sua, & quatuor arpentos, & dimidium de vinea, & vnam acram terræ. Intra idem territorium in *Andara* fluuio, concedo fieri molendina duo; ita vt tantum spatium de aqua remaneat liberum, quatenus quoquo modo aqua se habeat, conuenienter possint, per illud spatium ascendere & descendere, tam naues quàm pisces. Concedo etiam totum Allodium, quod tenent *Osmundus Aculeus*, *Richardus*, & *Rogerius*, in territorio *Calui-Montis* super *Dinam*: Et etiam totum illud, quod tenent quicumque Allodiarij infra leugam *Pontis-Dinæ*.

VI. *In terra* Anglorum, in Comitatu *de Deueneschira*, Manerium, quod vocatur *Northan*: in Comitatu de Dorcestra, duo maneria, vnum quod vocatur *Franthona*, & aliud, quod vocatur *Brentone*: in Comitatu de *Sommerseta*, in territorio *Trutra*, decem hiddas terræ, & Ecclesiam, cum omni Decima eiusdem territorij: in Comitatu de *Vvilcheria*, Ecclesiam *de Coshan*, cum omni terra & Decima ad eam pertinente. Concedo quoque in Comitatu de *Nortfolch*, maneriū quod vocatur *Vvelles*, quod dedit prædicto cœnobio Vvillelmus *de Sreis*, cum Ecclesia de *Northona*, & terra, cum Decima eidem Ecclesiæ pertinente in Essexia. Item, concedo in Comitatu de *Essexia*, maneriolum, quod vocatur Pansella: Et in *Londonia*, quandam terram, quæ fuit *Lemeth*, sitam propè Ecclesiam S. Petri, quietam, de *Geelth*, & de *Scot*, & de omni alia consuetudine, quæ dedit *Vvalerannus*, filius *Rannulphi*, cum Decima totius terræ suæ, quam habet in Anglia, tam pro anima sua, quàm pro mea.

Sign. *Vvillelmi*, Regis. Sign. *Mathildis*, Reginæ. Sign. *Ioannis*, Archiepiscopi. Sign. *Roberti*, Comitis, filij Regis. Sign. *Vvillelmi*, Comitis, filij Regis. Sign. *Lanfranci*, Archiepiscopi. Sign. *Odonis*, Bajocensis Episcopi. Sign. *Gisleberti*, Ebroicensis Episcopi. Sign. *Michaelis*, Abrincensis Episcopi. Sign. *Hugonis*, Lexouiensis Episcopi. Sign. *Roberti*, Sagiensis Episcopi. Sign. *Gaufridi*, Constantiensis Episcopi. Sign. *Roberti*, Comitis de Moretonio. S. *Rogerij* de Bellomonte. S. *Roberti*, Comitis de Mellento. S. *Henrici* de Bellomonte. S. *Hugonis* de Gornaco. S. *Vvalterij* Giffardi. S. *Richardi*, Abrincensis Vice-comitis. S. *Hugonis* Comitis. S. *Guillelmi*, Comitis Ebroicensis. S. *Rogerij*, Comitis de Monte-Gomerico. S. *Guillelmi* de Bretolio. S. *Roberti*, Aucensis Comitis. Sign. *Roberti*, de Belesmo. S. *Hugonis* de Monteforti. S. *Hugonis* de Grente-mainilo. S. *Nigelli* de Constantino. S. *Vvillelmi*, Dunelmensis Episcopi. S. *Richardi* de Corcejo. S. *Vvillelmi* Crispini. S. *Ingilranni*,

filij Heberti. S. *Alani*, Comitis. S. V*uillelmi* de Varenna. S. *Henrici* de Ferrarijs.

Carta confirmationis Henrici II.

Henricus Rex Angliæ, & Dux Normaniæ, & Aquitaniæ, ac Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus; Comitibus, Baronibus, Iustitiarijs, VII.
Vice-comitibus, Ministris: & omnibus fidelibus suis, totius Angliæ, & Normaniæ, Salutem.

Sciatis me concessisse & confirmasse Deo, & S. Stephano de *Cadomo*, & Monachis ibidem Deo seruientibus, pro salute animæ meæ, patris ac matris, vxoris, filiorum, ac parentum meorum, & Antecessorum, quicquid Rex *Vuillelmus*, proauus meus; vel *Henricus*, Auus meus, Ecclesiæ prædictæ dederant, & concesserant, sicut Chartæ illorum testantur: & quicquid rationabiliter tenuerunt tempore *Henrici*, Aui mei, vel *Vuillelmi*, proaui mei; & quicquid Datione, & emptione, seu mutatione, vel quibuscumque rationabilibus modis acquisiuerunt, temporibus illorum, & meo. Quare volo, & firmiter præcipio, quòd illa omnia teneant benè, & in pace, liberè, quietè & honorificè, cum omnibus pertinentijs suis, in Bosco & Plano, in pratis & pascuis, in vineis & semitis, in aquis & molendinis, in piscarijs, & in omnibus rebus, cum omnibus libertatibus, dignitatibus, & consuetudinibus, cum quibus meliùs & liberiùs tenuerunt tempore Regis *Vuillelmi*, vel Regis *Henrici*, Auorum meorum, & meo, scilicet.

Ceux, *Rotz*, *Allemanniam*, cum membris suis, scilicet, *Stanellis*, *Icio*, *Subelfolia*, *Borguesbu*, *Bracio*, cum terra, quam ibi tenuit, *Vuillelmus* de *Landa*; & in *Goisbernilla*, VIII
Pontem-Dinæ, & *Catburgum*; partem quoque Burgi, in qua præfatum monasterium constructum est, à muro in directum, Occidentem versus, sicut via protenditur, qua à veteri S. *Stephani* monasterio, ad vrbem *Bajocensem* itur: & ea quoque via, qua itur ad *Britinillam S. Michaelis*, cum terris, & omnibus consuetudinibus de eodem Burgo ad me pertinentibus; excepto, quòd extranei mercatores, de omnibus, quæ secunda feria ibi ement, & venundabunt, tamdiu quamdiu Theloneatius ad stationem suam sedebit, & mercatores in communi mercato erunt, Theloneum ministris, qui majori Burgo præerunt, apportabunt de singulis plaustris & asinis, quæ venalia ligna ferent, lignum vnum. *Villarium* cum omni territorio suo; & de eodem, hominum seruitia, vt seruientes mei, qui ibi manent, mihi seruient; & propter seruitium monachorum, seruitiū meum non remaneat. In magno quoque Burgo, domum *Turstini Legrini*, quietam ab omni consuetudine, cum tribus jugeribus terræ: & medietatem molendini de *Darnestal*, cum ipso molendino: & molendinum, quod fuit *Raynardi*: hæc omnia quieta ab omni consuetudine: De pratis juris mei tria iugera, ad vlmum pratum de *Berendae*: præter ea, quæ ad supradictas villas, scilicet, *Rotz*, & *Ceux*, pertinent. Alueum *veteris oldoni*, à villa *Venuntio*, vsque in *Olnam* fluuium, cum tribus molendinis in eodem factis. Terram Vuillelmi *Pavoth*, quam tenuit *Cadomi*, & *Cliuillæ*. In Territorio *Cadomi*, feriam trium dierum: ita vt quotiens quilibet horum trium dierum in secunda feria euenerit, totum mercatum magni Burgi sit S. Stephani: & Ecclesiam S. *Nicolai* liberam & quietam. Ecclesiam S *Audoeni de Villeriis*, cum tota terra, quam dedit *Milo*, marescallus in maritagio cum filia sua defuncta.

In Territorio *Venuntij* & *Cadomi*, de *Valmereto*, totam terram, cum pratis *Osberni* Marescalli. Totam terram, quam tenuit *Girardus Marescallus Cadomi*, tam in Allodio, quàm in *Feodo*: medietatem quoque S. *Michaelis*, cum medietate decimæ ad eandem Ecclesiam pertinente, quam dedit cœnobio iam dicto *Radulphus* Præsbyter, vt monachus fieret, concedente *Hugone* de *Grentemesnilo*, de cujus feodo erat. IX.
Terram de *Grentonis-Haterel*, quietam ab omni consuetudine: Terram quoque, quæ fuit *Gonselini* Præsbyteri: & tria jugera terræ, quæ dedit *Odelinus* sutor, pro præbenda sua. Domum quoque, quam dedit *Ronnulphus* Molendinarius, post obitum suum, cum duobus jugeribus terræ, quæ à *Radulfo Infante* emerat: partem quoque terræ, quam habebat V*uillelmus*, filius *Harderedi*, circa fossatum, per quod naues ascendunt in hortum S. *Stephani*, quam emit ab eo *Gislebertus* Abbas: & scissuram eiusdem fossati, quam emit idem ab eodem. Aliam quoque partem terræ eiusdem, vltra fossatum, quam emerat antè V*uillelmus* Abbas ab eodem, ad alueum molendini.

Concedo

Concedo etiam, vt omnes naues, in quibus res S. *Stephani* erunt, vel famulorum Monasterii, siue ipsæ res emptæ sint ad Pontem *Cadomi*, siue vndecumque aduectæ, securè, & sine omni licentia ministrorum meorum, & sine omni disturbatione cuiuscumque occasionis ducantur in prædictum fossatum, & reducantur, iuxta commoditatem monachorum. Res verò Burgensium S. Stephani eodem modo ducantur & reducantur, nimirum, in nauibus, seu in batellis: Homini quoque, qui nauem S. Stephani ducit, concedo vnam nauem ire & redire, sicut nauem S. Stephani. Burgum autem, quod eidem sancto proauus meus dedit, concedo, vt ita sit liberum, solidum & quietum, sicut habeo meum: & omnes consuetudines, quas habeo in meo, habeat sanctus in suo; nec prohibeatur vnquam aliquis mercator, vndecumque veniat, cum omnibus mercibus, vel negotiationibus suis, venire in ipsum Burgum hospitari, aut redire indè securè, & sine omni disturbatione meorum ministrorum, reddito ministris S. Stephani Theloneo negotiationis suæ; similiter erunt securi homines de eodem Burgo, cùm transierint mare, quicquid portent, & vndecumque illud accipiant: quod portant.

X. Concedo etiam S. Stephano homines de *Rotz*, & de *Ceux*, liberos, solidos, & quietos, ab omni exercitu, & carrugio, & *Geelth*, & collecta; vt expediti sint ad paranda, & portanda cibaria, & omnia alia necessaria monachis inibi Deo seruientibus. Et vt omnis, qui aliquid ad proprium opus S. Stephani vendiderit, quietus sit à Theloneo ipsius rei quam vendiderit, & ad vendendum non attendat licentiam cujuslibet ministri mei. Eodem modo, sit quietus à Theloneo, qui aliquid emerit de propria re S. Stephani, vel famulorum Monasterij: & cui datum fuerit de propria re ipsius sancti, si oportuerit eum transire per *Cadomum*, transeat liberè, sine omni impedimento Thelonei. Similiter, sint quieti ab omni *Theloneo* & consuetudine, omnes, qui sunt de proprio vico S. *Stephani*, & Clerici de S. *Nicolao*. In Territorio *Britiuillæ*, concedo Allodium, quod *Rogerius Caluus* ibi tenuit. Allodium quoque, quod *Lupus* tenuit in *Bilieto* & in *Valmereto*, cum parte Ecclesiæ ad eam pertinente. Centum quoque jugera terræ, quæ tenuit *Hunfredus de* Solarijs, in *Graintiuilla*, in Allodio de proauo meo, quieta ab omni consuetudine. Allodium etiam *Rogerij* de *Borguesbu*, in quo sita fuit domus sua, cum toto Amaisimento suo: Et sex jugera Allodij, quæ tenuit *Vvillelmus*, frater eius, in eodem territorio, quieta ab omni consuetudine: Et terram, quam tenuit *Godelbaudus* de *Magneio* in *Braccio*. Totum etiam Allodium *Anfridi* de *Polceio*, & nepotum eius, quod est in *Algia*, tam ad sanctum Petrum ad *Iuam*, quàm in alijs locis, quietum ab omni granaria & Barnagio: Et tres domos *Odonis Sailusra*, quas tenuit *Bajocis* & *Cadomi*, quarum duæ sunt quietæ ab omni consuetudine illa, videlicet quæ est *Bajocis*, & illa, quæ est in Castello *Cadomi*.

XI. *Concedo* etiam decem jugera terræ, quæ tenuit de proauo meo, in Allodio *Anfridus Botz*, in *Cressetot*. Concedo quoque Allodium, quod tenuit de proauo meo Hamelinus de *Galmancè*: Et eamdem Ecclesiam & terram *Hugonis* de *Matreuilla*, quam dedit *Hugo* Cinei sancto Stephano. In Territorio *Curlei*, terram *Vvillelmi Camerarij*. In Territorio *Batuenti*, vineam cum domo vinitoris, quam *Hubertus Dapifer* habuit. In *Barbesloth*, duas mansuras terræ. In Territorio de *Bosual*, *Allodium* *Radulphi*, filij *Anseredi*. In *Villerijs*, & in *Mara*, terram, quam ibi tenuit *Guillelmus Crassus*. Concedo syluam de *Malo pertuso*, & de *Tortavalle*, & de *Follonia*, & de *Caisneto*, cum aquis & terris, seu omnibus ad eas pertinentibus, hac conditione seruata: vt monachi ipsius cœnobij ipsas syluas nullo tempore destruant, propter ipsam terram colendam, siue inhabitandam, retentis in meo Dominio ceruis, capreolis, & apris syluestribus. Decimam de *Fredernaco*; Seruitium de terra, quam *Boselinus* de *Diua* tenuit in *Villerijs* & *Garinuilla*. Ciuitate Rothomagensi, cellarium vnum, super *Sequanam*, quietum ab omni consuetudine: & habitantes in eo, quietos, tam in terra, quàm in aqua, per totam terrã meã. Domũ quoque cum viridario, quam dedit eidẽ cœnobio, in eadem ciuitate, *Bernardus*, filius *Ospaci*; & sex jugera prati, quæ idem dedit ad *Balpalmas*: & Domum, quam dedit *Vvillelmus*, Canonicus, filius *Suerij*. In Territorio *Lireti*, hospitem vnum, cum terra sua; & quatuor arpentos, & dimidium de vinea, & vnam acram terræ intra idem territorium. In *Andura* fluuio, molendina duo facta: ita vt tantum spatium de aqua remaneat quietum, liberum, quoquomodo aqua se habeat, conuenienter possint per istud spatium, ascendere &

descendere tàm naues quàm pisces. Commutationem confirmo, quam fecit, *Gislebertus* Abbas Cadomensis, cum V*villelmo* de *Tournebu*, de his, quæ habebat S. Stephanus in Territorio *Lireti*, pro eo, quod habebat idem Vvillelmus de *Tournebu*, in territorio de *Luc*, in Comitatu *Bajocensi*, supra mare. Totum etiam *Allodium*, quod tenuerat *Osmundus Aculeus*, *Richardus*, & *Rogerius*, in territorio *Calui-montis* super *Dinam*; Et etiam totum illud, quod tenuerunt quicumque allodiarij infra leugam Pontis *Dinæ*.

In terra Anglorum, in Comitatu de *Dorcestria*, concedo duo maneria; vnum, quod vocatur *Franthona*, & aliud, quod vocatur *Bientonnum*. In Comitatu de *Sommersetha*, in territorio *Cruche*, Hidas 10. terræ; & Ecclesiam cum omni Decima territorij. In Comitatu de *Vvilcheria* Ecclesiam de *Cosehan*, cum omni terra & decima ad eam pertinente, In Comitatu de *Norfolch*, manerium, quod vocatur *Velles*, quod dedit prædicto cœnobio Vvillelmus de *Stawijs*, cum Ecclesia de *Northona*, & terra, cum decima eidem Ecclesiæ pertinente. In *Essexia*, in Comitatu de *Essexia*, maneriolum, quod vocatur, *Panfella*; & in *Londonia*, quandam terram, quæ fuit *Laiwreth* sitam propè Ecclesiam S. Petri, quietam de *Geelth*, & *Scoth*, & de omni alia consuetudine: quæ dedit *Vvaleranus*, filius Ranulphi, cum decima totius terræ suæ, quam habuit in Anglia. In *Henretz*, terram, quam S. Stephanus habet ibi de Feudo *Marmion*. XII.

Confirmo, concedo, & corroboro, & reddo *Northan*, quod situm in *Deueneskfire*, *Mathildis* Regina dedit eidem cœnobio, ita solidum, liberum, ac quietum, sicut ipsa tenebat: cum omnibus appenditijs & consuetudinibus, quæ ad ipsum manerium pertinent. Concedo terram solidam & quietam, quam dedit *Robertus de Grentemesnilo*, & *Agnes*, vxor eius, S. Stephano, in manerio *Bernardi*, filij *Ospaci*, apud *Rothomagum*. Confirmo etiam, quod confirmat Auus meus, *Henricus*, Rex Anglorum, manerium scilicet, *de Britona*, situm in *Dorsetia*, S. Stephano solidum, & quietum, cum *Soco*, & *Saca*, & *Thol*, & *Them*, & cum omnibus alijs consuetudinibus ad idem manerium pertinentibus, pro redemptione animæ suæ, vxorisque suæ, necnon patris sui, & matris, omniumque parentum suorum salute. Hoc autē fecit partim pro corona, cæterisque ornamentis eidem coronæ adiacentibus, quæ pater eius dimisit prædicto sancto: partimque pro excambitione Ecclesiarum, terrarumque de *Cruche*, videlicet, & de *Chosehan*. Concedo etiam quod totum corredium, & omnes res monachorum de S. Stephano *Cadomi*, & seruientium suorum Domesticorum, quibus poterunt affidare suas res Dominicas, sint quietæ de Theloneo, & passagio, & omni consuetudine, vndecumque venerint, sicut præcepit Auus meus, Rex *Henricus*, & prohibeo, sicut ipse prohibuit, ne monachi, vel seruientes eorum mittere disturbentur: super 10. libras forisfacturæ. Præcipio etiam, quod præcepit Auus, Rex *Henricus*, quòd marescallus de *Venatio* nullam faciat prohibitionem Abbati *Cadomi*, nec pratario suo, de Dominicis pratis falcandis: nec pecunias suas propter hoc capiat; nec aliquam iniuriam, vel contumeliam, indè eis faciat: & omnes homines, qui venient ad feriam Abbatis de *S. Laurentio*, eundo, & indè redeundo, firmam pacem meam habeant: & Abbas habeat benè, & plenè omnes consuetudines suas, sicut Rex ei concessit per cartam suam; & super hoc nullus mercatores illuc venientes, vel indè redeuntes, in itinere disturbet, super 10. libras forisfacturæ. Et Cellarium, quod Rex V*villelmus* dedit S. Stephano, apud *Rothomagum* super *Sequanam*, sit liberum, & quietum ab omni consuetudine, per totam terram meam, & per aquas, sicut S. Stephanus, meliùs, liberiùs, & quietiùs eum habuit, tempore Regis *Vvillelmi*. Præcipio iterum, quòd tota terra S. Stephani, in *Bajocassino* & *Oximis*, sit quieta & libera de Granaria, & operationibus, & alijs omnibus consuetudinibus: & ne homines S. Stephani, vel pecunia, in via molendini de *Leesia*, capiantur: nec terra eius, vndequaque sit, sine recto clamore examinetur; nec Dominica pecunia S. Stephani examinetur pro aliquo debito, vel forisfacto, nisi pro suo proprio. XIII

Clamo etiam quietam totam terram S. Stephani de operatione parci mei de *Rothomago*, & de *Carreio* vini mei de *Argentijs*, sicut clamauit quietam Auus meus: & Terra, & herbaigium de *Bosco* de *Batuent*, sit in pace, & in quietudine, sicut meliùs fuit tempore proaui mei; & Abbas de *Cadomo*, ita benè habeat, & in pace teneat excambium suum, sicut excambiatum fuit aduersus V*villelmum*, filium *Arturi*; & ita XIV.

Digitized by Google

ita habeat piscationem suam de aqua de *Vaim*, sicut Rex V*villelmus* habebat illam, vel ille, qui tenebat manerium de ipso: & *Mater Ecclesia* Abbatis eadem de *Alemannia* non amittat, quicquam in itinere de Parœchianis suis, nec de Decimis, nec de oblationibus, nec de alijs rebus Ecclesiæ pertinentibus, propter Dedicationem Capellæ de *Stauellis*, quæ in Parœchia prædictæ Ecclesiæ dedicata est. Confirmo quoque donationem, quam fecit *Radulphus*, filius *Herberti*, S. Stephano, de terra, quam dedit in territorio de *Batuent*; & Donationem, quam fecit *Gaufridus de Bosuilla*, S. Stephano, scilicet, duas partes totius Decimæ de præfata villa, tam in blado, quàm in vino, & sicera; & in alijs quoque Decimam reddant, cum vna acra terræ in cultura sua, ad grangiam faciendam; & Donationem, quam V*villelmus Paganellus* fecit S. Stephano, scilicet, Decimam de *Fontaneto*, ita solidam, liberam, integram, & quietam, cum vna acra terræ, sicut antecessores sui melius vnquam habuerunt: & Donationem quam fecit *Vvillelmus de Aldreio*, S. Stephano, de Ecclesia *Locellis*, cum eleemosynis & beneficijs, eidem Ecclesiæ pertinentibus; & Donationem, quam fecit *Gaufridus de Magne-villa*, de terra de *Scouilla*, quam antea fecerant, *Godefridus de Tilleio*, & *Radulphus*, frater eius, cum terra de sancto *Germano*; & cum vno campo terræ in verrolis, de quo habebant vnum sextarium frumenti. Confirmo etiam, sicut confirmauit Auus meus, Rex *Henricus*, mercatum & terram de *Ceux*, sicuti *Robertus*, frater ipsius concessit, & propria manu affirmauit, apud *S. Petrum de Dina*: vt Ecclesia S. Stephani firmiter habeat, & in pace teneat. Iterum, confirmo donum, quod fecit V*villelmus*, proauus meus, scilicet, omni anno, in syluis, duos ceruos, & duos capreolos, ad festiuitatem de Inuentione corporis eiusdē sancti: & quod V*villelmus de Magneio* dedit in eleemosyna, S. Stephano, de Feodo *Roberti Comitis Glocestrensis*, concessu eiusdem, & V*villelmi*, filij sui, scilicet, duo molendina apud *Montemacutum*.

XV. *Concedo* donum, quod fecit *Gislebertus* Abbas in feudum *Hugoni du Rosel*, de terra, quam pater eius dedit S. Stephano, quando in eodem loco, monachus ipse effectus est, tali conditione: vt ipse *Hugo* indè faceret cum alio Feudo, quod de eodem sancto tenet, conueniens seruitium: & ob hoc, dedit idem *Hugo* S. Stephano, in eleemosynam, vnam virgatam terræ, & duas partes Decimæ, de tota terra sua de *Rosel*, & de *Groceio*. Conuenit etiam idem *Hugo*., quòd ipsam Decimam faceret ad domum reddi Decimatoris S. Stephani, & eam acquietaret de omni colomnia: & de his supradictis feodis, scilicet de *Grainuilla* & de *Groceio*, secundum horreum Ecclesiæ. Confirmo donū de *Marmion*, quod Vvillelmus Rex, proauus meus, in infirmitate, qua defunctus est, S. Stephano fecit: ita integrè, solidè, liberè, & quietè, sicut ipse ea die, qua defunctus est, idem manerium tenebat: retineo tamen in manu mea Theloneum: Alium Theloneum verò residens cum Guarta, quietum, & liberum, relinquo & concedo, prædictæ Ecclesiæ. Has autem supradictas villas, possessiones & terras, cum colonis & conditionarijs, seu liberis hominibus, cum molendinis, aquis, pratis, pascuis, syluis, seu omnibus redditibus & consuetudinibus ad eas pertinentibus, confirmo, & concedo, sicut in suo dominio habuerunt Antecessores mei.

XVI *Concedo* etiam & confirmo, quod *Odo* dispensante Deo, *Baiocensis* Ecclesiæ Antistes dedit, concedente capitulo suo, cœnobio S. Stephani, scilicet, de his solis Ecclesijs, domibus, terris, quæ præfatæ Ecclesiæ datæ sunt, ante Dedicationem, vel in Dedicatione: idem de eo, quod habebat ipsa die in ea domo, de *Toto Villario*; de tota terra, quam *Milo* dedit filiæ suæ B. in coniugium; V*enuntio*, de 12. iugeribus terræ, quam emit Abbas *Lanfrancus*; in eodem V*enuntio*, de pratis, quæ vendidit V*villelmus de Corcellis*, prædicto Abbati; de Feudo præfati Episcopi, de *Toto: Rotz*, præter Ecclesiam de *Toto:Ceux*, cum Ecclesia; de eo, quod tenuit *Grimaldus* in *Alemannia*; & in membris eius, scilicet, *Stauellis*, *Icio*, *Subersolia*, *Borguesbu*; de domo *Rogerii*: & dimidia acra terræ de *Hoga*: de eo, quod tenuit V*villelmus de Landa*, in *Braccio*, & *Toto*, *Cathurgo*: de Burgo *Dinæ*, cum antiqua Capella vsque ad Pontellū, qui diuidit *Baiocensem* Episcopatum, à *Luxouiensi*, & de syluis de *Malpertuis*, *Tortaualle*, *Fololnia*, *Caisneto*, cum aquis & terris, & Ecclesijs, quæ eisdem syluis pertinent: de duobus molendinis in majori burgo *Cadomi*: de vinea cum domo vinitoris in *Batuent*: de eo, quod tenuit *Richardus Goix* in *Rusi aniulla*: de eo, quod tenuit V*villelmus Camerarius* in *Curleio*; & de 12. iugeribus terræ, quam Serlo monachis vendidit in eodem *Curleio*;

De eo, quod tenuerunt *Robertus Bertrand*, & *Rannulphus* Vice-comites, in *Britinilla Orguillosa*; de 4. domibus in ciuitate *Baioca*, vna videlicet, quæ fuit *Odonis*, Capellani; & tribus *Theobaldi*, quondam clerici *Bernemeri*: de domo & terra *Archetilli Vcaregnois* in *Houetot*; de molendino vno super *Leisiam*, cum dimidia acra terræ, & insula modica, quæ molendino eidem proxima est. De tota terra *Rogerij Calui*, & *Britinilla* super *Leisiam*; & de dimidia acra, quam dedit *Rogerius*, filius *Hersent*; de tota terra *Louet*, quam vendidit *Lanfranco*: Et in *Billeto*, & *Valmereto*, cum parte Ecclesiæ, quæ ad ipsum pertinebat: de terra *Hugonis*, quæ est vnius carrucæ; & Ecclesia S. Mariæ in *Matrevilla*: de terra, quam dedit *Radulphus Herfredi*, in *Batuent*; Et terra vnius carrucæ, quam vendidit *Radulphus*, filius *Constantini*, in eodem: de 30. iugeribus terræ, quam dedit *Asselinus de Albonelvilla*: & de 5. iugeribus terræ, quam dedit *Serlo*, marescallus in eodem: & de 12. iugeribus terræ, quam dedit vxor *Roberti Balistarij*, in *Siccavilla*; de terra, quam tenebat *Hugo de Rosel*, in *Grainuilla*. De his, inquam, prædictis, de jure Ecclesiæ S. Mariæ *Baiocensis*.

Confirmo ista, quæ hic determinantur, videlicet, de omnibus, in præfatis Ecclesijs, domibus, terris, habitatoribus, omnium forisfacturarum, de criminalibus peccatis, vel non criminalibus prodeuntium pecuniam: & de ipsis omnibus habitatoribus, de non criminalibus peccatis, pœnitentium iniunctionem concedo: & sic concessit præfatus *Odo*: vt ex ipsis criminalibus peccatis quandocumque in præfatis Ecclesijs, domibus, terris, audiri contigerit, ab *Archidiacono Bajocensi*, Abbas, vel Prior prædicti cœnobij, nimirum ipse super quo crimen auditum fuerit, moneantur, & ibidem ab vtroque, disposito termino congruo, ac præfixo die, conueniant monachi & Archidiaconus, & in ipsa Parochia, in qua crimen auditum fuerit, prædictis præsentibus inquiratur; inquisito, discutiatur: & discusso, si indè iudicium portandum fuerit; vel cognitio peccati patuerit Ecclesiæ Bajocensi, vt decet, inquiratur, vel causa examinationis, vel causa consequendæ reconciliationis: de præfatis verò Ecclesijs synodoticum debitum; & circatam: & in *Pentecoste* processiones, & alias Ecclesiasticas consuetudines; & vt præscriptarum Ecclesiarum clerici sic legitimè statutis temporibus ad synodum veniant, ne sub aliqua occasione, ab eis pecunia requiratur. Confirmo etiam consuetudinem plaustrorum, quæ de *Besacia* ad *Cadomum* venalia ligna ferunt, postquam intra leugam prædicti Burgi intrauerint: censum, & omnem consuetudinem omnium domorum ad Baiocensis Ecclesiæ ius pertinentium, quæ in Burgo Monasterij sitæ sunt: Duas partes Decimarum de terris, quas prædictum cœnobium habet, in territorio *Cadomi*, & *Villarij*: *Villariensem* Ecclesiam, & Ecclesiam *S. Nicolai*. Quicumque verò de majori Burgo cùm sepulturæ ad jus Episcopi S. Mariæ *Bajocensis* pertinent, in cœmeterio præfati cœnobij sepeliri petierit, liberrimam, in nostra concessione, absque contradictione, habeat potestatem: Si autem mortuorum quis illuc transferre voluerit, qui viuens non requisierit, hoc concessit fieri, cum licentia tamen ministri sui: pro qua ista traditione, ne quis etiam successorum suorum quandoque valeat dissoluere, dedit Proauus meus *Vuillelmus*, Rex Anglorum, Normanniæ, & Cœnomaniæ, in Dedicatione S. Mariæ *Bajocensis*, perpetuo iure possidendam, syluam, quam *Deam* vocauit, pro salute quoque animæ suæ, vxoris, filiorum, ac parentum suorum. 17.

Confirmo etiam donationes & libertates, quas fecerunt S. Stephano, *Vuillelmus*, *Ganfridus* & *Hugo*, Rothomagenses Archiepiscopi: & *Ganfridus*, Constantiensis Episcopus; de Ecclesijs, quæ sunt in Parœchijs eorum, Ecclesiam scilicet, de *Longo-campo*, & Ecclesiam de *Clinilla*, cum Capella de *Aluimara*, quæ ei subiacet. Ecclesiam Balthæ, & de *Halteuilla*, & de *Meltis*. Confirmo & concedo commutationes, quas fecerunt *Gislebertus*, Abbas Cadomi, & *Gerento*, Abbas, *Dinionensis* cœnobij patronus, de terra, quam habebat S. *Benignus* in *Normania*, & *Curbeetal*, quam possidebat S. Stephanus in *Burgundia*. Et in *Amblia* concedo centum acras terræ; & in *Pierrepont*, 24. Et in *Brocio*, vnum Feudum, & vnum Allodium. Confirmo & concedo donationes, quas fecerũt Barones Normanni S. Stephano de Cadomo: illam scilicet, quam fecit *Rogerius de Monte Gomerico* de Burgo de *Trun*, cum sylua & *Algia*, & cũ terris, & omnibus ad ipsum Burgum pertinentibus, exceptis molendinis & Decimis, quam jam alijs Ecclesijs concesserat, & in memoriam huius donationis, viam, qua 18.

extra

extra Burgum itur, concessit. Et Donationem, quam fecit *Robertus*, Comes de *Moritonio* prædictæ Abbatiæ, scilicet, villam juris sui, quam *Husteuillam* vocant, cum colonis & conditionariis, ac liberis hominibus, seu omnibus redditibus, & consuetudinibus ad eam pertinentibus: Præsbyterum etiam cum tota terra sua: Ecclesiam quoque cum Decima: & Donationem, quam fecit *Richardus* filius *Turstini*, Vicecomitis *Abrincensis*, S. Stephano, scilicet, terram iuris sui, quam habebat in *Ruscauilla*, *de Feodo Turstini*, filii *Richardi*, concedente ipso *Turstino*: Et Donationem, quã fecit *Rannulphus*, Vicecomes *Bajocensis*, S. Stephano, scilicet, Ecclesiã de *Boinvilla*, cũ Allodio, & omni Decima ad eam pertinente; & totam terram, quã in *Britiuilla Orguillosa*, habebat, cũ parte Ecclesiæ ad eã pertinẽte, cũ colonis & liberis hominibus ad eam pertinentibus: Et Donationẽ, quam fecit *Robertus Bertran*, scilicet quicquid terræ habebat in *Orguillosa*, cum parte suæ Ecclesiæ, cum colonis & liberis hominibus ad eam pertinentibus. Concedo & Donationem, quam fecit *Eudo* Dapifer, S. Stephano, scilicet, totam partem, quæ ad eum pertinebat; de villa, cui nomen Baltha est, cum terris cultis & incultis, pratis, pascuis, decimis, molendinis, aquis, & omnibus sui iuris ad ipsam villam pertinentibus: Terram quoque de *Hotot*, cuius vnam medietatem ipse habebat in suo dominio, alteram tenebat *Vvillelmus* de Feodo suo: De sylua verò, quæ in suo remansit dominio, hanc monachis, & monachorum hominibus in præfatis terris degentibus consuetudinem concessit, pasturam videlicet & pastionem porcis, & reliquis animantibus eorum; ligna ad focos & domos faciendas, seu reficiendas, & ad omnem eorum necessarium vsum. Tamen si ligna viridaria exscindi oportuerit, monachi, seu homines petant licentiam à forestariis, quatenus ipsi eam, & vbi competenter excidi possint, ostendant, quòd si fortè ire renuerint, seu dolo, seu aliqua calliditate, monstrare despexerint, tunc liceat monachis, & eorum hominibus in syluam ire, & vbi voluerint, ad præfatos, vsus, ligna inscindere. Et Donationem, quam fecit *Robertus de Molbrayo*, Comes de *Northumberlant*, S. Stephano, scilicet, quod habebat in territorio de *Villers*; quæ sunt in *Algia*, iuxta *Beuzeual*, in eleemosyna, sine vllo seruitio. Et donationem, quam fecit *Ingerannus* cum *Agnete*, vxore sua, de Ecclesia, cum tota Decima de villa, quàm vocant *Alnetum*, ab omni Episcopali consuetudine quietam & liberam: & vna acra terræ, vbi possit Grangia fieri; dabit autem chrisma Ecclesia *Alneti* Ecclesiæ de *Banche*. Et Donationem, quam fecit *Radulphus*. filius *Anserè*, sancto Stephano, 73. acras Allodij sui in territorio de *Beuesēval*: & quartam partem in duobus molendinis, & octauam in tertio. Et Donationem, quam fecit *Radulphus*, filius *Herfredi*, S. Stephano, scilicet, medietatem terræ, quam iuxta *Batuentum* habebat, sicut diuidebat domus *Normani* & *Ceux*, quæ erat in biuio. Et Donationem, quam fecit *Serlo de Lingeureio* S. Stephano, scilicet, Ecclesiam de *Buschedello*, cum tribus acris terræ & dimidia, cum tota recta Decima de dominio suo, & vilanis suis, cum tertia quoque parte Decimæ de militibus suis jam dictæ villæ, & alijs Parœchianis, qui ad Ecclesiam conueniunt. Et Donationem quam fecit *Vvillelmus Goix*, S. Stephano, scilicet, terram, quã tenebat *Robertus* medicus de illo in *Staruilla*, *Colombeio*; Et Donationem, quam fecit *Vvillelmus de Sola*, S. Stephano, scilicet, totũ hoc, quod *Hugo de Diua* tenebat de eo, in territorio *Diuæ*, & *Caluimontis*: & libertatẽ, quam cõcessit *Vvillelmus* Comes, proauus, S. Stephano, & omni Cõuentui, scilicet, Const...... & passagiũ de *Alenconio*, in eleemosyna, in perpetuũ, quietè, & liberè.

19. *Concedo* & confirmo; subscriptas emptiones, & commutationes, quas *Lanfrancus*, *Vvillelmus*, *Gislebertus*, *Eudo*, *Petrus*, *Vvillelmus*, Abbates S. Stephani de *Cadomo*, fecerũt. Emit *Lanfrancus* ab *Hersenda* & filijs eius, duo iugera terræ, non longè ab *Olna* fluuio, sub hac cõditione: vt liceat omni tẽpore, ad reparandũ alueum *Vlduni*, terrã projici super terram, quam ipsi habent iuxta vtrũque fluuium. Emit ab *Arturo*, sedem molẽdini de Becco, cũ alueo suo, & ripis vtriusq; partis, quantũ ad jus suũ pertinebat. Emit Lanfr. à *Valerãno* sex iugera prati, nõ longè ab *Olna* fluuio. Emit Lãfranc. à *Milone* quicquid terræ alueus *Vlduni* habet, ab eo loco, quo exit de veteri alueo, quantum ad jus suum pertinebat, cum vtrisque ripis. Emit Lanfr. à *Radulpho Cocherel*, duo jugera terræ; & in eadem terra, concessit scilicet, domum liberam ab omnibus consuetudinibus, quæ ad *Thelonearios* pertinere solent. Commutauit Lanfranc. à *Radulpho Tailleboscque*, octo iugera terræ, quæ ipse habebat ante Monasterium, & tantumdem dedit in territorio *Villariensi*. Emit Lanfr. à *Godefrido Coquo*,

ſex iugera terræ, quæ ſita erant inter culturas Eccleſiæ. Emit Lanfr. à *Maugiſo*,
terram, quam habebat in territorio *Villarienſi*. Emit Lanfr. à *Rannulpho*, & fratre
eius, hortum, quem tenebat V*valterius*, & mater eius. Vendidit Lanfranco *Godefri-*
dus pratarius, duo iugera prati, non longè à prato *Ceuſij*. Emit Lanfr. à *Golda*, &
filio eius, aream domus, iuxta V*ldunum* fluuium, ſitam, cum pomario & horto ad
ipſam aream pertinentibus. Vendidit Lanfranco, *Godefridus* Præsbyter, aream do-
mus iuxta Vldunum fluuium, ſitam, cum pomario & horto, ad ipſam aream perti-
nentibus. Vendidit Lanfr. V*villelmus de Corcellis*, ſex iugera prati. Vendidit Lanfr.
Durandus terram, quam habebat iuxta maceriam cœmeterij: & terram, quam ha-
bebat infra maceriam horti. Vendidit Lanfr. *Albinus* aream domus ſuæ, cum om-
nibus ad eam pertinentibus. Vendidit Lanfr. *Goiffredus* partem horti ſui, à ripa
aluei, quæ eſt iuxta domum ſuam, verſus hortum Monaſterij. Emit Lanfr. terram
Raynardi, in territorio *Villarij*, ſitam. Vendiderunt Lanfr. filij *Milonis*, culturam
inter duos V*ldunos Venuntij* ſitam; & hoſpitem vnum in eodem territorio. Commu-
tauit Lanfr. *Sillo* Præsbytero duo iugera terræ, pro terra ſua; quæ duo iugera, poſt
mortem ſuam, idem G*uillelmus* S. Stephano habenda reliquit.

Emit V*villelmus* Abbas, à *Roberto Marmione*, concedentibus eiuſdem vxore, ac li- 20.
beris, molendinum, ſuper *Leiſiam* fluuium, cum medietate vnius jugeri terræ, vbi
domus molendinarij poſſet fieri; ea conditione, Ne liceat molendinarijs prædicti
Roberti, conſuetudinarios noſtro ſubtrahere, nec noſtros ipſius conditionarios au-
ferre: ſpontè ergo aduenientes, vbi voluerint molendi habebunt licentiam. Emit
Vvillelmus ab *Herluino*, partem inſulæ, quam habebat juxta idem molendinum;
Emit Vvillelmus à *Morello*, reliquam eiuſdem inſulæ partem. Emit Vvillelmus ab
Hunfredo mareſcallo duo jugera prati, juxta pratum quondam *Valeranni*. Emit Vvil-
lelmus à *Rogerio Arundel*, vnum jugerum prati & dimidium. Emit Vvillelmus ter-
ram *Radulphi Pilot*, in *Batuento*, juxta terram *Radulphi*, filij *Herfredi*. Emit V*villelmus*
à *Salone de Curleio*, 12. jugera terræ, in eodem *Curleio*. Emit V*villelmus* Cellarium
Rothomagi, ſuper Sequanam ſitum, ab *Oſmundo*, & nepote eius *Hugone*: Emit Vvil-
lelmus ab *Oſmundo aculeio*, *Richardo* & *Rogerio*, allodium, quod habebant in *Caluo-*
monte, ſuper *Dinam*; Huius terræ 50. Iugera poſtea dedit *Boſſelino* in Feodo, rece-
pta ab eo pecunia, quam pro ipſa terra dederat; ea conditione, vt poſt obitum
Anſeredi, Præsbyteri, auunculi ipſius *Boſſelini*, duæ partes decimæ eiuſdem terræ.
S. Stephano ſemper reddantur. Si verò maris ſæuitia oportuerit Burgum mutare,
ſuper præfatam terram licebit Abbati transferre. Vendidit *Rannulphus*, filius *An-*
ſelmi, Vvillelmo Abbati S. Stephani omnem terram ſui juris intra Eccleſiam, &
circa: & quicquid Eccleſia ab eo emerat, in omnibus locis, ſub ea conditione; vt
non liceat vel ipſi, vel alicui ſuo hæredi, in rebus prædictis, aliquam quandoque
clamorem facere. In hac venditione comprehenſa eſt omninò terra, quam
habuerat, præter domum propriam, & duo jugera prati, & vnum iugerum terræ,
cum tribus virgis. Hæc quidem omnia ita deffiniuit & firmauit, coram Altari ſan-
cti Stephani, & coram Abbate, & magna parte Conuentus, præſente vxore ſua,
& præſentibus liberis, & concedentibus, atque cum patre donantibus. Emit
Vvillelmus ab *Erneſto*, clerico de *Bilieto*, quicquid terræ habebat de feudo
quondam *Luponis* in eodem *Bilieto*. Emit Vvillelmus à *Mainardo*, filio *Duran-*
di, duo jugera terræ, vltra montem: & vnum iugerum prati, iuxta ea,
quæ fuerunt *Ranulphi*, filij *Anſcelini*. Emit Vvillelmus 4. virgas terræ, à
Vvillelmo, filio *Thebaldi*, intra duos Vldones ſitas, iuxta hortum noſtrum.
Emit Vvillelmus à *Giraldo*, filio *Brunæ*, in *Alemannia*, 30. jugera terræ,
cum quinque virgis prati; cæteram autem terram filiæ ſuæ reliquit, ea conditione,
vt ſi legaliter non vixerit, vel abſque hærede obierit, in Dominium S. Stephani
veniat. Vendidit *Lupus Lanfranco*, terram, quam *Bilieto*, & V*almereto* habebat, cum
parte Eccleſiæ, quæ ad eum pertinebat. Vendidit *Lanfranco*, *Gilla*, vxor V*villelmi*
patricij, & filij eius V*villelmus*, quinque jugera terræ, in territorio *Cadomi*. Vendidit
Lanfr. *Ranulphus*, filius *Aſcelini*, quatuor jugera terræ aridæ, vndè lapides extra-
huntur ad opus Monaſterij. Emit V*villelmus* à *Godefrido*, filio V*imundi de Icio*, vnum
jugerum terræ. Emit Vvillelmus à *Durando*, filio *Fulcherani* 4. Iugera terræ, & dimi-
dium. Accepit Vvillelmus à *Godefrido Malſano*, 4. jugera terræ, pro anima ſua. Re-
cuperauit Vvillelmus, duo jugera prati quondam *Odonis* de *Carpichet*; & alia duo
jugera

Jugera prati quondam *Odonis Gobiani*. Item, duo jugera, quæ tenuit *Gaufridus* Balistarius. Commutauit Vuillelmus, ab *Anfrida*, vxore *Roberti Douisnel*, vnum iugerum terræ, de tribus jugeribus, quæ erant infra viridarium S. Stephani, pro terra, quæ erat ante portam eiusdem *Anfridæ*; reliquorum verò duorum iugerum dedit vnum S. Stephano, vir eiusdem vxoris *Robertus*: & aliud dedit filius eius *Philippus*, pro animabus suis. Accepit Vuillelmus, super altare S. Stephani à *Gaufrido* marescallo, donationem terræ, in qua monachi alueum *Viduni* fecerant; & calumniam, quam aduersus monachos habuerat, omninò dimisit; & super eamdem terram ad reparandum alueum: Ire, & redire, & terram proijci omni tempore, concessit: propter quod rectitudinem de lignagio, quod *Ranulphus*, filius *Ascelini*, de eo tenere debuerat, iam dictus Abbas eidem concessit: ita vt *Gaufridus* de Abbate, & *Ranulphus* de *Gaufrido* teneret. Commutauit Vuillelmus, à *Radulpho*, filio *Durandi*, domum suam, quæ occupata fuerat ad officinas Monasterii, pro alia domo in *Crapoldaria*, cum tali consuetudine, qualem habuit in priore domo, & decem libras.

XXI Emit *Gislebertus*, Abbas, à *Vimare*, & filius eius, quinque virgas vineæ, 16. libris. Emit *Gislebertus*, à *Buterico* acram & dimidiam, 45. solid. minus. Emit Gisleb. à *Lancelina* & *Frederico*, filio eius, nouem virgas 30. libr. Emit Gisleb. à *Malgero*, tres virgas, 12. libr. Emit Gisleb. à *Mahuneto* & *Arturo*, 3. virgas, & tertiam partem, vnius virgæ, 13. libr. & 9. sol. Emit Gisleb. à *Ranulpho*, clerico, filio *Seredi*, 3. virgas, 12. libr. & 10. solid. Emit Gislebert. ab *Ansgoto*, genero *Planeti*, 3. virgas 15. libr. Emit Gisleb. à *Radulpho*, filio *Roberti*, 5. virgas, 45. libr. Emit à *Renardo d'Orreual*, 250. libr. totam partem, quam habebat in manerio *Balthæ*, liberam, solidam, cum vniuersis, quæ ad eam pertinent. *Godefridus* de *Vornes*, vendidit S. Stephano, sex acras in *Alemannia*. *Robertus* de *Bellefon*, concessit S. Stephano in eleemosynam, totam terram, quam *Hugo* de *Diua* tenebat de illo apud *Dinam*, & circa *Diuam*, vt eam sanctus habeat in perpetuum, solidam & quietam. *Rogerius* de *Mireyo* reddidit S. Stephano totam terram, quam *Hugo*, Auunculus eius, tenuerat in *Consio*, sicut eam *Hugo* habebat, in die qua mortuus fuit: pro qua redditione dedit ei Abbas, 13. marcas argenti & 5. solid. *Anfridus* de *Polceio*, vendidit S. Stephano, 20. Acras terræ ad perticam de 20. pedibus in *Algia*. Gislebertus Abbas emit ab *Hunfredo torto*, tres virgatas terræ in *Mool*, 9. libr. Sed & *Vuillelmus Baccon* dedit S. Stephano illam partem, quam habebat in Ecclesia de *Senans*, & 20. Acras terræ, sitas in circuitu Ecclesiæ S. *Laurentij*. *Osmundus Foulant*, homo eiusdem *Vuillelmi*, dedit 5. acras terræ. *Robertus* de Corbegust: dedit S. Stephano in eleemosynam, partem, quam habebat in Ecclesijs de *Setuans*, cum Decima; & vnam mansuram terræ, quæ vocatur *Vians*, liberam & quietam. *Ansichitillus* de *Vsseio* dedit S. Stephano, terram de *Locellis*, quam *Grento* de illo tenebat: ob hoc, scilicet, vt frater esset loci, & post mortem suam sepeliretur in cœmeterio S. Stephani: quo defuncto, & in cœmeterio supradicto sepulto, *Richardus*, filius eius concessit donationem, quam pater suus fecerat de prædicta terra, & posuit super altare. *Rodulphus* de *Meltiz*, concessit S. Stephano venditionem, quam fecerat pater suus de decima totius Parœchiæ, & Ecclesiarum ejusdem villæ. *Gislebertus*, filius fabri, vendidit S. Stephano, tres virgas vineæ sitas in *Mool*. *Hugo de Rourez* dedit S. Stephano totam terram & pratum, quæ sunt inter dominium S. Stephani de *Mool*, & riuum ibidem decurrentem excepto illo tantillo, vbi pressorium ipsius est; & terram *Vualterij*: hominis sui, & Dangerium & pressoragium, cum tribus vergatis vineæ, dedit eidem S. *Fulcheredus*: qui accepit vxorem, filiam *Vuillelmi*, filij *Arturi*, & deuenit homo ligius *Gisleberti* Abbatis, accepitque in Feudum ab eodem Abbate, domum ipsius *Vuillelmi*, filij *Arturi*. *Petrus*, filius *Godefridi* infantis de *Fonteneo*, vendidit S. Stephano pro 10. libr. Rothomagi duas partes decimæ de toto dominio *Vuillelmi paganelli*: duas quoque partes decimæ 4. vauassorum suorum, *Rogerij* scilicet *Flambart*, & *Vuillelmi*, vterini ipsius *Petri*; de mansura dotis matris eiusdem Petri; & mansuræ *Belonij*, & *Godefridi*, filij *Petri*; duas quoque acras terræ, in territorio *Fontaneti*, juxta granciam, S. Stephani; Conuenitque, quòd hanc venditionem concedere faceret omnes hæredes suos; & si qua calumnia moueretur, totum hoc acquietaret: & duas acras terræ acquietaret, S. Stephano, vsque dùm *Vuillelmus paganellus*, ipsam venditionem concederet, quod & fecit. Emit *Gislebertus* Abbas ab *Arnulpho*, *Falconaris*, tres acras terræ, sitas in territorio de *Sallinelles*, concedente *Vuillelmo*, filio

ipsius. Conuenit autem quod hoc ipsum concedere faceret dominum suum; & quod ipsam terram benè semper manu teneret ad opus S. Stephani, contra omnes homines. *Robertus* de *Poinctel* dedit in eleemosynam S. Stephano, concedente vxore sua, & filijs, totum quod habebat in Ecclesia de *Siccavilla*; & vnam domum, & vnam acram terræ in eadem villa. *Hugo de Diua*, & *Bosselinus*, frater eius, dederunt S. Stephano, in territorio de *Mool*, 4. acras vineæ, & dimidiam, solutas & quietas ab omnibus consuetudinibus, excepta tertia parte decimæ: Debet etiam idem *Hugo*, vel suus hæres, per singulos annos, reddere monachis, tempore vindemiæ, sex modios vini; pro his verò omnibus *Vvillelmum Regem* dedimus, & in excambio terram, quam habet à nobis, apud *Diuam*. *Galterius Boneuentanus* dedit S. Stephano quando ad monachatum receptus est, tres virgas vineæ, solutas ab omni consuetudine, præter decimam, & videantios. Emit *Gislebertus* Abbas, duas virgatas vineæ, iuxta eamdem vineam, à *Simone*, nepote eiusdem *Galterij*, similiter quietam, præter decimam, & 4. denarios. *Gislebertus*, cognominatus, *filius Episcopi*, dedit, S. Stephano, pressoragium & decimam, de toto vino, quod premitur, in torculari nostro, & omne Dangerium, & consuetudines, quas habebat in vineis S. Stephani, quæ erant in terra sua, excepta recta comparatione earumdem vinearum; & decima de toto vino, quod non premitur in torculari nostro. *Vvillelmus*, filius *Gazonis*, vendidit *Gisleberto* Abbati, decimam, & comparationem, & omnes consuetudines de tribus virgatis, quas antea habebamus. *Robertus* filius *Valterij* de *Argentij*, Deo & S. Stephano, de suo proprio patrimonio, sex acras terræ, vna virgata minus, & duas acras vineæ, vt ad ordinem monachi reciperetur, & receptus est. *Robertus* filius *Bernardi* incendit 4. domos S. Stephani, & vnum torcular, cum omnibus vinarijs, quorum magna copia erat, apud *Mool*, tempore vindemiarum, & sic cum prædicto damno fuit aliud magnum de vino, scilicet, necnon & de Cubatis, de bobus, & de alijs pluribus rebus: pro quibus damnis dedit ipse *Robertus*, 40. solidos census, & decimam de *Moüen*, iuxta *Ceux*, & omnes illas consuetudines, & vadimonia, & emptiones, absque eleemosynis, quas ipsi monachi tenebant ad *Mool*, de *Hugone* de *Rourez*, *Emma* vxore sua. *Rogerius* de *Rozel*, vendidit *Gisleberto* Abbati, concedente Normaniæ Comite, pro 15. libr. census, Allodium suum totum, quod habebat in *Rozel*, tali conditione, vt eum de sancto teneret per tale seruitium, quale antea ex eo Comiti reddebat, concedente *Roberto*, filio suo. *Richardus Godescal*, de *Alemania*, cum fratre suo, dedit S. Stephano, in eleemosinam 4. acras terræ, quam habebat in *Marisco*. *Turstinus de Condé*, dedit S. Stephano terram de *Cantepie*, pro anima sua: hanc donationem concesserunt filij eius, *Rannulphus*, & *Hugo*, & posuerunt super altare. *Gislebertus*, Abbas, concessit in Feudo, *Rannulpho*, filio *Elesasti*, totum, quicquid pater & mater ipsius *Rannulphi* habuerunt in *Venuntio*; ipse verò ob hoc deuenit homo ligius eiusdem Abbatis, & 30. libr. dedit & concessit. Idem etiam *Rannulphus* venditionem, quam mater ipsius fecerat de *Rustico*, & *Valceriis*; & donationem terræ suæ, in territorio *Cadomi*, quam eadem mater eius fecerat. Et concordiam confirmo, factam inter vtrasque Abbatias *Cadomi*, & Parœchianos *S. Nicolai*, & *S. Martini*, & *S. Stephani veteris*, & *S. Michaelis*; sicut scripta illorum testantur. Et concordiam factam inter Abbatem *Gislebertum*, & *Bendengel*, de terra de *Cliuilla*.

Emit, *Eudo*, Abbas à *Vvillelmo de Capella*, molendinum de *Erotio*, iuxta *Diuam*, 44. 22.
libr. quod molendinum recognitum fuit in præsentia Regis esse de Feodo Regis *Henrici*. Emit *Eudo* à *Durando Malopacto*, de *Batuent*, filijs suis concedentibus, 20. acras terræ in vno campo, qui vocatur. *Cultura Robertij*; & postea dedit idem in eleemosyna, S. Stephano, 4. acras terræ, ad caput præfatæ *Culturæ*. *Vvillelmus*, Comes *Ebroicensis*, & vxor eius, dederunt S. Stephano, in *Batuent*, 11. Acras terræ, pro salute animarum suarum, sitas ante portam domus nostræ: & concesserunt in nemore *Batuenti*, dominio obedientiæ nostræ, clausuram, ignem, pasturam; quæ tamen omnia, à tempore Regis *Vvillelmi*, ipsa obedientia habuerat: hanc donationem & concessionem per quendam Ramum præfato Abbati tradiderunt, & concesserunt æternaliter habendam. *Hebertus de Briuilla* dedit S. Stephano 5. acras terræ, & dimidiam, in villa de *Irenilla*; concedente *Roberto*, Domino suo. Et *Rannulphus*, & *Vvillelmus*, filius eius dederunt in *Batuent*, duas acras optimæ terræ. Emit *Eudo*, in eodem Batuento, à *Radulpho*, filio *Popelinæ*, & à *Rogerio*, filio eius, duas acras terræ, quæ

quæ vocatur *Vicus* monachi. Emit *Eudo*, à filijs *Gisleberti*, molarij, vnam mansuram terræ, quam habebant super *Olnam*, 60. solid. pro concessione eius venditionis, tres filij Rogerij, filij *Herfredi*, quia mansura illa inter terras illorum erat, *Hugo*, primogenitus vnum equum, reliqui duo, vnusquisque Fustannicum vnum. *Vuillelmus*, filius *Theobaldi*, sua sibi penitus deficiente substantia, dedit tali tenore S. *Stephano*, terram, quam habebat desuper S. *Nicolaum*, & dimidiam acram prati, & quicquid terræ in *Francavilla* habebat, vt quamdiu viueret, victum suum de Ecclesia haberet, & in fine vitæ suæ, monachus fieret, quod factum fuit. Emit *Eudo* à Radulpho, filio *Anschitillo* de *Icio*, 7. acras terræ; filij *Tegrini*, *Radulfus*, videlicet & *Vuillelmus*, & alii duo vendiderunt *Eudoni* Abbati, quicquid iure hereditario, ad *Trun* de Feodo S. Stephani habebant: domum scilicet, quam postea habuit *Gislebertus* de *Vuimonasterio*: & vnum Bordellum, & 5. acras terræ arabiles in vno campo. *Robertus*, filius *Mabilæ*, & frater eius vendiderunt *Eudoni* campum vnum, quem habebant: inter duos campos S. Stephani, in via, qua itur ad *Trun* de *Bascheria*, in sinistra parte viæ. *Vuillelmus*, pincerna de *Albineio*, dedit S. Stephano quicquid in *Stanellis*, iure hæreditario, ab ipso sancto tenebat: hanc autem donationem idem *Vuillelmus* jam antea, in castello *Cadomi*, in præsentia Regis, & Baronum eius, eidem sancto fecerat, quando Abbas & monachi, obedientiam de *Moritonio*, reddiderunt Domino *Vitali*, heremitæ, quam ab eo *Vitali* heremita habuerant, nulla tamen necessitate coacti, imò verò eius inopiæ, & paupertati compassi. Emit *Eudo* in *Starnilla*, 50. acras terræ, liberas, solutas, & quietas, ab omni seruitio & auxilio, à duobus fratribus *Adelupho*, videlicet, & *Alano*, 30. libr. Rothomagens. & 10. solid. de quibus *Adeluphus*, primogenitus habuit, 12. libras, & vnum equum, 20. solid. Filij ipsius, *Vuillelmus* videlicet, & *Osmundus*, habuerunt pro concessione, vnus 20. solidos, & alter vnam chlamydem: mater verò ipsorum, duo sextaria hordei: *Alanus* autem 15. libr. *Thomas*, filius eius, pro concessione, vnum equum, 20. solidor. mater ipsius decem solid. & duo sextaria frumenti, & vnum hordei. *Vuillelmus* autem *Bacon*, de cujus feudo, hæc ipsa terra erat, pro concessione, & vt ipsa terra S. Stephano, libera, soluta, & quieta remaneret, vt ab ipso, vel ab illis, qui eam vendiderant, siue à successoribus eorum, numquam deinceps in futuro tempore, seruitium aliquod, vel auxilium requiratur. Recepit idem *Vuillelmus* à præfato Abbate, 16. libr. 11. solid. in *Lorica*, quæ fuit Roberti de *Tresgots*, C. solid. in denarijs: *Rogerius*, filius eius habuit, pro eadem concessione, 40. solid. pro vno palefrido. *Robertus* de *Tresgotz*, habitum monachi in monasterio S. Stephani suscipiens, dedit apud S. *Crucem*, eidem sancto vnum vauassorium, 20. acrarum terrarum; & partem illam, quam habebat in eadem Ecclesia, cum recta decima totius terræ, quam habebat in eadem villa. *Robertus* de *Aquis*, dedit S. Stephano vnam culturam 9. acrarum, concedentibus filijs suis, pro excambitione decimæ, quam pater eius dederat prædicto sancto in *Buron*. *Gaufridus*, filius *Haduisæ*, & *Nigellus*, frater eius, dederunt S. Stephano, pro salute animarum suarum, duas acras terræ, sitas in territorio *Bajocensi*. Emit *Eudo* in *Locellis*, 3. acras optimæ terræ, ad faciendam granciam, 60. solid. à *Hugone* de *Fay*. Homines de *Siccavilla*, recepti in societate monasterij S. Stephani, dederunt eidem sancto duas partes decimarum suarum. Huius autem villæ Ecclesias, quas S. Stephanus antiquitùs in magna pace tenuerat, *Herbertus*, quidam clericus, ei modis quibuscumque poterat, auferre quærens, Abbatem & monachos indè diu fortiter vexauit; quorum vexationi *Henricus* Rex finem imponere decernens, vtrisque ante se, in castello *Cadomi*, diem constituit placitandi. Die igitur constituto, Abbas, & Monachi, cum omnibus, quæ eis necessaria erant, ipsi Regi, & iustitiæ suum placitum obtulerunt: *Herberto* autem ibi in audientia Regis, & totius iustitiæ, necnon & Baronum, deficiente de præfata Ecclesia, ipsius Regis, & iustitiæ judicio, S. Stephanus saisitus remansit: nemini deinceps amplius indè responsurus. *Rogerius*, filius *Petri de Fontaneto*, in præsentia totius iustitiæ reddidit S. Stephano terram illam, & omnes Decimas, quas ipse sanctus à *Godefrido*, auo illius, & à patre suo habuerat: easque idem sancto deinceps firmiter in perpetuum tenendas concessit.

23. Dedit *Robertus de Meltis*, S. Stephano Ecclesiam *S. Hilarij*, quæ est sita in villa *Meltiz*, tum 9. acras terræ, quod est allodium eius cum decimis, oblationibus, sepulturis, & omnibus, quæ ad eiusdem Ecclesiæ jus pertinent. Dedit etiam de allo-

dio suo in eadem villa, 60. acras terræ, quarum 30. sunt ex vnâ parte viæ, aliæ 30. ex altera. Dedit etiam monachis, & eorum hominibus, omnem pasturam, quam in præfata villa habebat, habere communem. Habet autem Ecclesia de *Melthix* medietatem Ecclesiasticæ sepulturæ de *Donvilla*, cùm in ipsius cœmeterio sepeliantur omnes Parochiani Ecclesiæ de *Donvilla*. Concessit etiam prædictus *Robertus*, vt liceret suis melioribus hominibus, vsque ad 10. acras, de suis terris, quas de eo tenebant, præfato cœnobio dare; minoribus verò, vnam tantummodo. Ista sunt membra, quæ ad præfatam Ecclesiam S. *Hilarij* pertinent, *Ramaltmaisnil*, *Russemmesnil*, *Malepalu*, *Varinmaisnil*, *Rotorium*, *Vidilinus*, *Hubertus*, filius *Serlonis* dedit S. Stephano capitalem domum suam, & aliam juxta illam, quæ erat duarum stationum in *Catherla*; ea conditione habita, quòd vxor sua *Gisla*, & hæredes eius haberent easdem domos à monachis pro 10. solid. per annum: & præter hoc dedit terram illam, quæ est inter prædictas domos & murum, vsque ad carrariam. Concedo concordiam Abbatis, & *Richardi*, filij *Boin*, factam apud *Londoniam*. Concedo concordiam factam inter monachos S. Stephani, & ministros Regis, de terra de *Brideport*, & de *Bridetona*. Concedo emptionem, quam fecit *Vvillelmus* Abbas, *Ioanni*, filio *Conani*, Canonico *Bajocensi*, scilicet, totam terram suam de *Censio*, quæ est de feudo S. Stephani; 23. libr. annual; & emptionem, quam fecit *Vvillelmus* Abbas, à *Radulpho*, fratre *vitalis*, scilicet, sex acras terræ, quam tenebat in Feodũ de prædicto sancto in *Censio*, pro quibus faciebat serraturas portarum *Censij*, pro C. solid. census. Hæc omnia præscripta prædictæ Ecclesiæ monachis ibidem Deo seruientibus, concedo & confirmo habenda in perpetuam eleemosynam, ita liberè & quietè, sicut chartæ Regis *Vvillelmi*, & Regis *Henrici*, Aui mei, eis confirmant, & testantur: & quæcumque hic præscripta sunt, quæ rationabiliter acquisiuerunt, & quæ eis rationabiliter data sunt. Testibus *Rotroco*, Ebroicensi Episcopo. *Philippo*, Bajocensi Episcopo. *Arnulpho*, Lexouiensi Episcopo. *Thoma*, Cancellario. *Gaufrido* Ridel, *Gaufrido*, Capellano. *Vvillelmo*, filio Martini. *Richardo* de Homet. *Manessier* Bizet. *Vvillelmo*, filio Ioannis. *Godardo* de Vaux. *Iordano* Tesson. Richardo de Haia. Apud Cadomum. *a*

a Ex Collect. MS. in Archiuis Abbatiæ Cadomensis.

Quædam alia notatu digna, circa eam Cadomensem Abbatiam.

CAPVT III.

Carta permutationis, & concessionis Guillelmi Ruffis Regis Angliæ & Ducis Normanniæ.

A Tous ceux, qui ces lettres verront, ou oyront: Raoul d'Estampes, Visconte de Caen, salut: sçauoir faisons, qu'auiourd'huy, sixiéme iour de Iuin, l'an de grace mil quatre centz vingt-quatre, auons veu, & diligemment regardé vn liure, ou Chartrier d'ancienne escripture, contenant mot à mot la forme, qui ensuit. *Anno* ab Incarnatione Domini millesimo octuagesimo octauo, Gloriosus, Anglorum Rex Vvillelmus, cùm vitæ terminum sibi adesse videret, vt mundo moriens, Domino viueret, inter cætera egregiæ caritatis beneficia, Cadomensi B. Stephani cœnobio, à se pro sua, & vxoris suæ, suorumque prædecessorum ac successorum salute, constructo: coronam, qua in celebrioribus festiuitatibus inter sacra missarum solemnia, coronabatur, cum sceptro, & virga; & pretiosi lapidis calice, aureisque candelabris, & cæteris ad coronam pertinentibus, Regalium insignium, dedit id, nimirum, salubri consilio disponens; vt vbi carnis sepulturam habiturus erat, ibidem tanta charitatis suæ munificentia prodesset, Glorioso patri, deindè gloriosus filius eius, *Vvillelmus*, in Regnum successit: & hic quidem prædicti cœnobij vtilitati prospiciens, habito Procerum, & religiosarum personarum Angliæ & Normaniæ consilio, concessit quoque *Gisleberti* Abbatis, & monachorum in prædicto cœnobio, Domino, & S. Stephano, seruientium,

Digitized by Google

tium; pro corona, & præfatis Regiæ dignitatis ornamentis, eidem cœnobio dedit manerium quoddam, nomine, *Cocrè*, situm in Comitatu *Sommersetæ*, cum omnibus eidem manerio pertinentibus, & cum *Soco*, & *Saca*, & *Thol*, *Thean*, & omnibus alijs consuetudinibus ita liberum & quietum, sicut ipse Rex, sua Dominica maneria habebat. Cùm hoc dono, concessit & confirmauit idem Rex *Vvillelmus* eidem cœnobio, & prædicto Abbati, & monachis, omnes terras, & redditus omnes, quos pater suus eis dederat, vel concesserat in Regno Angliæ, videlicet, maneria, nomine *Frontonam*, & *Bientonnam*, in *Dorcestra*: & manerium, nomine *Northan*, in *Deueneschira*; item, manerium, nomine, *Pancella*, in *Essexia*; & in *Nortfolch*, manerium, nomine, *Velles*: & Ecclesiam de *Voncha*, cum terris, quæ ad eam pertinent, quæ sita est in *Sommerseta*; & in *Vvilcheria*, Ecclesiam de *Coschan*, cum omnibus, quæ ad eam pertinent: & in *Londonia* vnam masuram: & omnes decimas terræ *Vvaleranni*, filij *Rannulphi*: hæc omnia ita libera & quieta, cum omnibus consuetudinibus, quæ ad eam pertinent, prædicto Monasterio concessit & confirmauit, sicut pater suus concesserat & confirmauerat. Hanc chartam firmauit Rex, manu sua crucem faciens, & sigillo suo muniri præcipiens: hanc etiam firmauit, præcepto eiusdem Regis, *Vvaltherus*, Vvintoniensis Episcopus. *Robertus*, Metholiæ Episcopus. *Ioannes*, Bathoniensis Episcopus. *Turgisus*, Abrincensis Episcopus. *Girardus*, Herfodiensis Episcopus. *Hugo*, Comes Cestriensis. *Robertus*, Comes de Melanto, filius Hamonis. *Eudo*, Dapifer. *Rogerius*, Bigot. *Vvillelmus*, Paisnel. *Vvillelmus*, Cancellarius. *Robertus*, filius Geroldi. *Robertus*, de Monteforti. *Rannulphus* Capellanus, &c. Nous auons en tesmoing de ce mis à ce present transport le grand sceel, aux causes de ladicte Viscomtè, en l'an & iour dessus deuants dictz. *Ex Codic. MS. sup.*

Iure optimo hîc duximus reponendum, fragmentum, contentum in præfato Codice MS. quod spectat ad venerationem, Sacrarum Reliquiarum protomartyris B. Stephani inibi piè asseruatarum: cuius exempla sequitur.

II. *Eo tempore*, quo genti Normanorum Comes *Vvillelmus* præerat, qui & Anglos postmodum suo subiugauit imperio, princeps idem sancta deuotione præuentus, Ecclesiam perpulchram & peramplam in honore B. Prothomartyris Stephani, in loco, qui *Cadomus* dicitur, construi fecit: qua ex parte decenter constructa, virum valdè scientia imbutum, nomine, *Lanfrancum* de Prioratu *Becci*, ad hoc opus perficiendum accepit, & eum Ecclesiæ, quam construebat, Abbatem præfecit. Sed cùm non multò post, Comes idem Angliam sibi armis subiugasset: Abbatem eumdem, totius Angliæ Archiepiscopum primatem constituit. In locum verò eius, alium nomine, *Vvillelmum*, eiusdem Ecclesiæ monachum, Abbatem constituit; in cuius tempore, cùm prædictam mirificè consummasset Ecclesiam, conuocatis in vnum Normanorum Episcopis & Principibus: Accito quoque de transmarinis partibus; Archiepiscopo *Lanfranco*, Ecclesiam ipsam, in honore gloriosissimi Prothomartyris Stephani, dedicari fecit: & quæcumque illi tunc dabat, vel antea dederat, sua, suorumque authoritate filiorum, & principum, in perpetuum habenda firmauit. Reliquias quoque prætiosissimi martyris Stephani: prætio non paruo acquisiuit: vnam videlicet particulam de brachio ipsius, quod in ciuitate *Vesuntio* habetur: & vnam Ampullulam de sanguine illo, qui de eodem brachio iuisse; & veraciter fluxisse narratur. Capillorum etiam partem, cum corio capitis, & lapide, quo ipse martyr percussus fuit. Rex idem gloriosus alio tempore comparauit: qui videlicet capilli, adhuc ita sunt pulchri & candidi, quasi modò de eius capite fuissent incisi, seruantur autem in quodam pulcherrimo vasculo, de chrystallo, inclusi. Est itaque totum pulchrum, Capilli albi, & pulchri; lapis etiam vnde percussus fuit albus; vas pulchrum & album: & aspicientibus rem adeò pulchram, magnam faciunt admirationem. Tanto igitur Thesauro comparato Beatissimi martyris, Cadomensis Ecclesia, proprijs Margaritis suis, scilicet, Stephani Reliquijs est adornata, cùm postmodùm, Abbatem, *Vvillelmum*, Cadomensem, Rex fieri decreuisset Archiepiscopum *Rothomagensem*, filium quidem *Gislebertum* nomine, in loco illius subrogauit. Sed non multo post tempore, idem Rex, huic vitæ finem fecit. Quamdiu tamen Rex rebus humanis interesse potuit, dilectæ sibi Ecclesiæ, indefessus procurator, permansit; & quos ibi congregauerat, 120. monachos, paterno affectu fouit & dilexit. Cùm verò diem mortis suæ sibi imminere sensisset,

præcepit Regni sui Principibus: vt corpus illius *Cadomū* deferrent, atque in Ecclesia dulcissimi Domini, sancti scilicet Stephani sepelirent. Principes autem illius, sicut præceperat, cùm defunctus fuisset, eum *Cadomum* attulerunt, atque in Ecclesia S. Stephani, quam ipse construxerat, coram oculis monachorum suorum, qui de illius eleemosyna viuunt, sepelierunt. Hoc autem ideò factum est: vt tantò dulciùs, pro anima illius, misericordiam Creatoris exorarent, quantò frequentiùs in præsentia sua, corporis illius sepulturam, qui ibi eos congregauerat, inspicerent.

Item Guillelmus Pictauiensis, in Gestis præfati Guillelmi 2. Nothi. *Multis* deindè III. possessionibus item argento, auro, diuersisque ornamentis, Monasterium idem locupletauit, suo largo sumptu, à fundamento adstructum, ingenti & magnitudine, & decore, dignè Beatissimo Prothomartyre, Stephano, cuius Reliquijs magnificandum, honore Dedicandum erat.

Exemptiones & Priuilegia à sede Apostolica collata huic Abbatiæ, & ab Archiepiscopo, Rothomagensi & Episcopo Bajocensi confirmata.

CAPVT IV.

NVnc videnda sunt Indulta à summis Pontificibus, quibus illam Abbatiam decorarunt, ac munierunt: primum est Alexandri 2. relatum intra Breue Apostolicum Honorij 3. in hunc modum.[a] I.

[a] *Ea de re vide Lucam Dacheriam. In notis & Obseruation. ad vitam B. Lanfranci pag. 27. & 28.*

Honorius, Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectio filijs Abbati, & Conuentui Cadomensi, Bajocensis Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Deuotioni vestræ volumus esse notum, quòd nos juxta vestrarum precum instantiam, priuilegium bonæ memoriæ Alexandri Papæ II. prædecessoris nostri, sicut in eius prospeximus contineri Regesto, de fratrum nostrorum consilio, de verbo ad verbum fecimus præsentibus annotari; cuius tenor priuilegij talis est. *Alexander* Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto in Christo filio Lanfranco, Abbati, suisque successoribus regulariter promouendis in perpetuum. *Quisquis Diuina* inspiratione compunctus, relictis sæculi huius actionibus, ad Deum conuerti festinat: ita cum charitate, ab Apostolica sede, cui licet indigni præsidemus, suscipiendus est, & blandis per omnia consolationibus refouendus: vt in ea, quam elegit, Deo adjuuante delectetur conuersatione persistere, & quod semel cœpit, vsque in finem irreprehensibiliter valeat exhibere. Vnde quia Charissime fili, *Lanfrance*, Abbas, in tantam, te excreuisse religionem cognoscimus: vt non solùm de propria salute studiosus existeres, verùm etiam communem vitam eligentibus Monasterium construeres, ac forma religionis prouideres; inclinati precibus tuis, Monasterium tuum, quod in honorem B. Prothomartyris *Stephani*, à glorioso V*uillelmo*, Principe Normannorum & victoriosissimo Rege Anglorum, Cadomi construitur, ac largitate possessionis dicatur, sub tutela, & defensione sanctæ sedis Apostolicæ recipimus; statuentes nullum Ecclesiastica, seu sæculari præditum dignitate, in rebus, vel dispositione eiusdem Monasterij, aliquam habere potestatem; seu omnè ius ipsius Monasterij ad sollicitudinis tuæ, tuorumque successorem, studium decernimus pertinere. Qui nimirum, si alicuius Episcopi molestia prægrauatus tu, vel successoris tui, fueritis, sanctamque Apostolicam sedem appellaueritis, nulli vlterius Episcoporum liceat contra vos litem prouocare, donec causa vestra ante Papam deferatur, eiusque iudicio diffiniatur: & hac præsentis priuilegij nostri pagina statuimus, vt *Bajocensis Episcopus*, pro qualibet Abbatis, vel monachorum culpa, præfatum Monasterium præsumat excommunicare, vel Diuinum in eo officium prohibere. Quòd si Abbas, vel congregatio, Ordini, & professionibus suis contraria gesserit, & Abbas, vel se, vel monachos suos regulariter emendare neglexerit,

Bajocensis

Bajocensis Episcopus secretò, atque amicabili colloquio, vt se, vel subiectos suos, corrigat, admoneat. Porro, si paternæ admonitioni obedire contumacia pertinaci, contempserit, non quidem eum *Bajocensis Episcopus* ad suæ Ecclesiæ synodum conuocet, sed rem ad *Rothomagensem Archiepiscopum*, seu ad totius prouinciæ vniuersale Concilium perferat, vt eorum consilio, authoritate, diffinitione, audiat, discat, accipiat, quid agi, siue statui de eo oporteat: sententia tamen de Capitalibus Apostolicæ sedi reseruata. At quem *Bajocensem Episcopum*, nihil aliud ipsius Monasterij pertinere decernimus, nisi Abbatis, & cæterorum, qui ibidem sunt, promouendi, ordinationes, sacri Chrismatis donum, & Ecclesiarum Dedicationes, laicorum, qui criminalia peccata incurrerint, consilia, & pœnitentiarum iniunctiones: si verò prænominatum *Bajocensem Episcopum* claruerit esse simoniacum, vel ab Apostolica sede excommunicatum, vel si ipse Episcopus alicuius malitiæ studio, eorum ordinationes vltra spatium vnius mensis distulerit: tunc liberam habeant potestatem adeundi Romanum Pontificem, vel quemcumque religiosum Episcopum elegerint. Si quis igitur temerario ausu huius nostræ sanctionis scriptum violare præsumpserit, authoritate Beatorum Apostolorum Petri & Pauli sciat se inuodatum vinculò excommunicationis, quo vsque dignos pœnitentiæ fructus sanctæ Apostolicæ sedi repræsentauerit.

Aliud Diploma eiusdem Papæ Honorij III.

II. *Honorius*, Episcopus, seruus seruorum Dei, &c. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito, aut robur, quod absit, sacræ Religionis infringat: ea propter dilectissimi, in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium S. Stephani Cadomensis, in quo Diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar fœlicis memoriæ Alexandri Papæ III. prædecessoris nostri, cuius priuilegij tenorem, in eius perspeximus contineri regesto; in ius & tutelam B. Petri, & nostram, suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communiuimus: statuentes, vt quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium, in præsentiarum iustè, ac canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regnum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus illibata permaneant. Ad hæc, prædicti Antecessoris nostri vestigijs inhærentes, statuimus, nullum Ecclesiastica seu sæculari præditum dignitate, in rebus, vel dispensatione Monasterij prælibati, aliquam habere, præter Romanum Pontificem, potestatem: sed omne ius ipsius Monasterij, ad sollicitudinis nostræ, successorumque nostrorum decernimus studium pertinere. Si autem alicuius Episcopi molestia prægrauati fueritis, sanctamque Apostolicam sedem appellaueritis, donec causa vestra ad Romanum deferatur Pontificem, & ab eo, vel de mandato ipsius terminetur, nulli vlterius Episcoporum liceat contra vos litem mouere. Prohibemus etiam ne *Bajocensis Episcopus*, pro qualibet Abbatis, vel Monachorum culpa, eos præsumat excommunicare, vel in Monasterio Diuinum officium prohibere. Obeunte verò te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi astutia qualibet subreptionis, seu malitia, præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars sanioris consilij, secundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam, prouiderint eligendum. Præterea, liberas & absolutas personas è sæculo fugientes, liceat vobis ad conuersionem vestram suscipere, & eas absque vllius contradictione in vestro collegio retinere. Chrisma verò, Oleum sanctum, Dedicationes Ecclesiarum, consecrationes altarium, Ordinationes monachorum, & clericorum vestrorum, qui ab sacros Ordines fuerint promouendi; laicorum etiam, qui criminalia peccata incurrerint, consilia, & pœnitentiarum iniunctiones, à *Bajocensi* suscipietis *Episcopo*, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & illa gratis, absque vlla prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quem malueritis Catholicum adire Antistitem, qui nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat: & maximè si Ordinationes monachorum & clericorum vestrorum, vltra vnius mensis spatium, secundum quod ab eodem Antecessore nostro statutum est, *Episcopus Bajocensis*

distulerit. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel Abbatiam retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis Apostolicæ authoritate; si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòne commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Diuino iudicio existat, de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu-Christi aliena fiat: atque in extremo examine districtæ subiaceat Vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu-Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Ego *Honorius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego *Guido*, Prænestinus Episcopus. Ego *Octauianus* SS. Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis. Ego *Stephanus*, Basilicæ 12. Apostolorum Præsbyter. Ego *Gregorius* Præsbyter.

Datum Laterani per manum Vvillelmi S. R. E. Vicecancellarij 3. idus Iunij indictione 9. Incarnationis Domini ann. 1221. Pontificatus verò Domini Honoris Papæ, in anno quinto.

Priuilegium Clementis VI. Papæ, quo S. Stephani Cadomensis Abbatibus Pontificalia permittit insignia. III.

Clemens, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris Ecclesiarum omnium & magistræ, licet immeriti regimini præsidentes, earum statum libenter honoris impendijs promouentes, & quæ dubietatis anfractu materiam litigiorum eis pro tempore possent inferre, declarando, quantum possibilè nobis redditur, summonemus. Dudum, siquidem dictorum filiorum *Roberti* Abbatis, & Conuentus Monasterij S. Stephani de *Cadomo*, Ordinis S. Benedicti *Bajocensis* Diœcesis, insinuatione, percepto, quod præfatum Monasterium inter alia partium illarum Monasteria, erat nobile, & insigne, & in eo magna pars capitis gloriosissimi proto-martyris, præfati S. Stephani necnon capitis B. Margaritæ, martyris: pro vt in illis partibus communis fidelium opinio asserebat, multæque aliorum sanctorum Reliquiæ honorabiliter seruabantur: propter quæ ad ipsum Monasterium sæpius vndique cum magna deuotione confluebat multitudo fidelium copiosa; eratque etiam in dicto Monasterio corpus recolendæ memoriæ, *Guillelmi*, Regis Angliæ, principalis eiusdem Monasterij fundatoris venerabiliter tumulatum, qui dudum existens Dux Normanniæ, cœpit Regnum Angliæ vi armorum: Dicti quoque Abbas & Conuentus in eodem Monasterio, ac tredecim Parœchialibus Ecclesijs, & locis earum, ac Capellis eis adiacentibus, legitimè haberent, & possiderent, ac habuissent & possedissent hactenus, tam ipsi, quàm eorum prædecessores, continuò, liberè, pacificè, & quietè, & à tanto tempore, cuius initij memoria non extabat, iurisdictionem spiritualem & Ecclesiasticam, ac correctionem in clericos, & personas Ecclesiasticas delinquentes ibidem, à qua quidem jurisdictione, & eorum officiali, non ad Episcopalem, sed Rothomagensem eorum Metropoliticam, seu ad Apostolicam sedem, consuetum erat, & fuerat, regulariter à dicto tempore hactenus appellari: necnon dictarum Ecclesiarum collatio, earumque curæ commissio, visitatio, & procuratio, ad Abbatem & Conuentum pertinebant. Eosdem nos volentes, tam personam *Roberti* ipsius multiplicium virtutum meritis, & sinceræ dilectionis, quam ad nos, & Romanam, gerebat, pro vt gerit, Ecclesiam affectu feruenti, exigentibus; quàm Monasterium, prædictos, consideratione præmissorum, specialibus priuilegijs, & honoris impendiis decorare; eorumdem *Roberti* Abbatis, & Conuentus in hac parte supplicationibus inclinati, eidem *Roberto* Abbati, & successoribus suis Abbatibus eiusdem Monasterij, qui essent pro tempore, vt idem *Robertus*, & illi. Mitris aureis, siue deauratis, lammas & gemmas habentibus, & aurificiatis, & planis; Annuloque & Sandalijs, & alijs pontificalibus insignijs, in Missarum, & horarum aliarum solemnijs, temporibus congruis, vbicumque, præterquam in

Conciliis

Concilijs Prouincialibus, & Synodis Episcopalibus; necnon in iisdem Concilijs & synodis hujusmodi, planis mitris vti perpetuò: necnon in monasterio, Ecclesijs, ac locis Ecclesiarum prædictis, in Missa, vesperis, & Matutinis, & mensa, benedictionem solemnem facere, & impendere etiam perpetuò liberè valerent: dummodo aliquis Antistes, vel Legatus sedis Apostolicæ præsens non existeret; quacumque constitutione in contrarium edita, nonobstante, Authoritate Apostolica, de speciali gratia, duximus indulgendum. Et ad indicium hujusmodi à sede prædicta obtenti priuilegij, volumus, quod dicti Abbas & Conuentus nobis, nostrisque successoribus, singulis biennijs, persoluerent vnam vnciam auri. Cùm autem, sicut eiusdem Roberti Abbatis, nobis exhibita petitio continebat, ab aliquibus renocetur in dubium, in hujusmodi clausula; *Dummodò aliquis Antistes, vel legatus sedis Apostolicæ præsens non existeret*: ad omnes præcedentes clausulas, referatur, nobis idem Abbas humiliter supplicauit, vt dubium huiusmodi declarare, ac etiamsi, & in quantum opus fuerit, quo ad alba Pontificalia, per Robertum Abbatem, & successores suos prædictos, in eisdem Conciliis, & Synodis deferenda concessionem hujusmodi ampliare, prouidere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos itaque ad omnem dubietatis scrupulum auferendum, tenore præsentium, declaramus, nostræ intentionis fuisse, & esse, vt Abbas, & successores ipsius prædicti, Mitris aureis, siue de auratis, Laminas est gemmas habentibus, ac aurifrisiatis, & planis, Annulisque & sandaliis, ac alijs Pontificalibus insignijs, horis ad hæc aptis, vbicumque, etiam in præsentia Diœcesani, vel cuiuslibet alterius Antistitis; præterquam in Prouincialibus Conciliis, & synodis Episcopalibus; & in eisdem Conciliis, & synodis, planis mitris vti possint; Et quod dicta clausula: *Dummodò aliquis Antistes. vel Legatus sedis Apostolicæ præsens non existeret*: ad immediatè præcedentem clausulam, videlicet, de benedictione solemni tantummodo; & nullatenus ad alias præcedentes clausulas referatur. Et nihilominus eisdem *Roberto* Abbati, & successoribus suis prædictis, quod in eisdem Prouincialibus Conciliis & Synodis, etiam huiusmodi albis Pontificalibus perpetuo vti possint, quacumque constitutione contraria nonobstante, concedimus, tenore præsentium auctoritate Apostolica, de gratia ampliori. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud villam nouam Auinionensem die decimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

IV. *Confirmatio ab Archiepiscopo Rothomagensi concessa, ann. 1170.*

Rotrodus, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, præsentibus & futuris salutem. Plurimùm confert Ecclesiis & Monasteriis, personis quoque tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus, ea, quæ illis à Catholicis viris conferuntur, ad memoriæ conseruationem, litteris annotari: ne delente ea, quæ facta sunt, obliuione, quod stabile fuit & ratum in quæstionem reuocetur: indè siquidem est, quod pijs petitionibus filiorum nostrorum, *Guillelmi*, Abbatis, & Conuentus S. Stephani de *Cadomo*, benignum præbentes assensum, in scriptum redigimus, & munimine sigilli nostri corroboramus, ea quæ nouimus in *Episcopatu Bajocensi* pertinere ad possessionem, & jus, & eleemosynam B. Stephani de *Cadomo*, tam in Ecclesiis, quàm in decimis, pratis, aquis, syluis, pascuis, molendinis, domibus, terris, & eorum habitatoribus. Quæ etiam ab illustriss. *Guilelmo*, Rege Anglorum, Principe Normanorum, & Cœnomanorum, eidem cœnobio confirmata sunt; & ab alijs nobilibus viris, & præcipuè à venerabilibus *Odone* & *Henrico*, Episcopis *Bajocensibus*. Hæc igitur sunt, quæ à præfato Cœnobio possessa cognoscimus, & in perpetuum possidenda, liberè, & quietè, & absolutè à synodico debito, & circata, cæterisque consuetudinibus, ad jus Episcopale pertinentibus, eidem cœnobio concedimus, & confirmamus: videlicet, Ecclesia S. *Nicolai* in Burgo cœnobij, & Ecclesia *Villarij*, & duæ partes omnium Decimarum, quæ sunt in feodo eiusdem cœnobij, per totum territorium *Cadomi*, & *Villarij*; & Ecclesia de *Bretevilla Orgoillosa*, cum Capella de *Petot*, cum decimis, & omnibus pertinentibus suis: & Ecclesia de *Alneto*, & tota decima Parœchiæ, cum pertinentibus suis; & duæ Ecclesiæ de *Allemania*,

& earumdem Parœchiarum omnes Decimæ, cum pertinentijs suis: & Ecclesia de *Icio*, cum Capella de *Bracio*, & tota Decima Parœchiæ, cum pertinentijs suis: Ecclesia etiam de *Caburgo*, & antiqua Capella de *Burgo Diue*, & Ecclesia S. Mariæ de *Buisson*, juxta *Matram-villam*. Præterea etiam eidem cœnobio confirmamus jura Episcopalia in Ecclesia de *Censio*, scilicet Synodum, & circatam, cæterasque consuetudines, quas in præfatis Ecclesijs idem cœnobium habet: &c.

Confirmatio Episcopi Bajocensis circa Priuilegia, possessiones, &c. eiusdem Abbatiæ S. Stephani.

Henricus Dei gratia Bajocensis Episcopus, omnibus Christianæ

Religionis cultoribus, ad quos præsens carta peruenerit, perpetuam in Domino salutem. Ne in obliuionem veniant quæ geruntur, vsus habet, & communis consideratio vtilitatis exposcit, vt scripturæ serie debeant annotari, indè siquidem est, quod in scriptum duximus redigenda, munimine sigilli nostri corroboranda; ea quæ nouimus in Diœcesi nostra pertinere ad possessionẽ, & ius, & eleemosynam cœnobij B. Stephani de *Cadomo*, tam in Ecclesijs, quam in Decimis, pratis, aquis, syluis, pascuis, molendinis, domibus, terris, & earum habitatoribus: quæ etiam ab Illustrissimo *Vuillelmo*, Rege Anglorum, principe Normannorum, & Cœnomanorum: confirmata sunt; & ab alijs nobilibus viris, & precipuè à venerabili *Odone*, prædecessore nostro *Bajocensi* Antistite. Hæc igitur sunt, quæ à præfato cœnobio possessa cognoscimus, & in perpetuum possidenda concedimus, & confirmamus: videlicet.

Ecclesia S. *Nicolai in Burgo* cœnobij; & Ecclesia *Villarij*, & duæ partes omnium Decionarum, quæ sunt de feodo eiusdem cœnobij, per totum territorium *Cadomi*, & *Villarij*, & Ecclesia de *Tortuvalle*, & tota decima Parœchiæ, cum pertinentijs suis: & Ecclesia de *Folonia*, & tota Decima Parœchiæ, cum pertinentijs suis; & Ecclesia de *Alneto*, cum tota Decima Parœchiæ, cum pertinentijs suis. Et Ecclesia de *Britevilla Orguillosa*, cum Capella de *Putot*, cum Decimis, & omnibus pertinentijs suis, & duæ Ecclesiæ de *Alemania*: & earumdem Parœchiarum omnes decimæ cum pertinentijs suis; & Ecclesia de *Icio*, cum Capella de *Brachio*, & tota Decima Parœchiæ, cum pertinentijs suis: Ecclesia etiam de *Cadburgo*, & antiqua Capella de *Burgo Diuæ*: & Ecclesia S. Mariæ du *Buisson*, juxta *Matremvillam*. Has ex quidem Ecclesias, à synodico debito & circata cæterisque consuetudinibus ad jus Episcopale pertinentibus, liberas & absolutas in perpetuum permanere cœnobio præfato concedimus, & confirmamus. VI.

Præterea etiam eidem cænobio confirmamus jura Episcopalia in Ecclesia de *Censio*, scilicet synodum & circatam, cæterasque consuetudines, quas in præfatis Ecclesijs, idem cœnobium habet. Hanc etiam dignitatem cum prædictis cœnobium præfatum nobis confirmantibus obtinent, chrysma sanctum, & oleum, quod à nobis acceperit, prædictarum Ecclesiarum Præsbyteris, in sancto Sabbatho Paschæ distribuat. Clerici autem præscriptarum Ecclesiarum sic liberè & quietè veniant ad synodum, ne sub aliqua occasione ab eis pecunia requiratur. Item prædicto cœnobio confirmamus processiones in sancta Pẽtecoste de *Censio* & processiones de *Allemania*, & processiones de *Icio*, cum earumdem villarum membris, & adiacentijs. Confirmamus etiam prædicto cœnobio duas partes Decimarum feodi sui in *Ruscavilla* & in *Curlein*, & *Amblia*, & in *Petraponte*, & in *Granuilla*, & in tota terra *Rogerij Calui* & *Bretevilla* super *Leisam*. VII.

Nihilominus etiam cœnobio præfato concedimus & confirmamus has libertates, de Pontificali jure, juxta statuta prædecessorum nostrorum, in vniuersis hominibus cœnobij, in *Burgo* monachorum, siue in *Villario*, vel alibi, in territorio *Cadomi*, & in *Venutio*, & in *Francavilla* habitantibus, videlicet, cùm alicui prædictorum hominum de peccatis criminalibus, & vel non criminalibus, siue de aliquibus forisfacturis conuicti, vel confessi fuerint, si pecunia indè exigenda fuerit, Abbati, vel monachis prædicti cœnobij persoluatur. De non criminalibus verò, pœnitentiam iniungere, in arbitrio monachorum consistat. Cùm autem quippiam de criminali aliquo culpabilis reputabilitur, non ipse ab Archidiacono Bajocensi VIII

in

in placitum trahetur; vel citabitur, sed ipse Archidiaconus Abbati, vel Priori eiusdem cœnobij denuntiabit, & ille cui ita crimen imponetur, ex parte Abbatis ammonitus, ad diem conuenienter statutum coram Abbate, vel aliquo ex parte Abbatis, & coram Archidiacono apparebit, in ipsa Parœchia, in qua manebit, & ipsis præsentibus veritas rei disquiratur: & si indè iudicium portandum prodierit, vel cognitio peccati patuerit, Bajocensis Ecclesia, vt decet, requiratur, vel causa examinationis, vel gratia consequendæ reconciliationis. Easdem etiam libertates de jure Episcopali confirmamus prædicto cœnobio in vniuersis hominibus de *Ros*, & in vniuersis hominibus de *Censio*, & in vniuersis hominibus de *Alemania*, & in membris eiusdem, scilicet *Stauellis*; Similiter & in vniuersis hominibus de *Icio*, & de *Bracio*, & de *Fulberfolia*, de *Burgesbu*, & de *Hogo*, & de toto *Caburgo*, & de *Burgo Diuæ*, vsque ad *Pontellum*, qui diuidit Bajocensem Episcopatum à Lexouiensi; & in omnibus illis, qui sunt de Parœchia de *Tortavalle*, & de *Folonia*; & in illis, quos habet prædictum cœnobium in *Honetot*; & in omnibus habitantibus in syluis monachorum, siue in pertinentiis earum; & in tota teneura de *Tortuvalle*; & etiam in hominibus, quos habet idem cœnobium in *Ruscavilla*, & in *Curleio*, & in *Siccavilla*, & in Granuilla, & in *Bauento*, & in tota terra Rogerij *Calui de Bretevilla*, super *Leisam*: & in tota terra *Lonet de Billeio*: & in *Vanmereto*, cum parte Ecclesiæ, quæ ad ipsum pertinebat. Et in villa de *Buisson*.

IX. *Easdem* etiam libertates de jure Pontificali, cœnobio præfato confirmamus in vniuersis hominibus de tota terra, quam tenuerunt *Ranulphus Vice-comes*, & *Robertus Bertrannus* in *Bretevilla Orguillosa*, cum pertinentijs suis. Prædictas etiam libertates de jure Pontificali prædicto cœnobio firmamus in subscriptis possessionibus, villis, pratis, aquis, molendinis, syluis, pascuis, terris, & quibuslibet hominibus; si forisfactura contigerit, videlicet, in tota terra, quam *Milo* dedit filiæ suæ *Beatrici* in coniugium, in *Venuntio* & in duodecim iugeribus terræ, quam emit Abbas *Lanfrancus*, in eodem *Venuntio*; & in pratis, quæ vendidit *Vvillelmus de Corcella*, præfato Abbati de feodo nostro; & in terra de toto *Ros*, præter Ecclesiam: & in terra de toto *Censio* cum Ecclesia: & in terra, quam tenuit *Grimaldus* in *Allemania*, & in membris eius, scilicet, *Stauellis*, *Icio*, *Fulberfolia*; *Burgebu*; & in domo *Rogerij*, & in dimidia acra terræ de *Hogo*; & in terra, quam tenuit *Vvillelmus de Landa* in *Bracio*: & in terra de toto *Caburgo*, & de *Burgo Diuæ*, vsque ad *Pontellum* suprascriptũ; & syluis de *Malo Pertuso*, *Tortavalle*, *Folonia*, *Caineto*, cum terris, & aquis, quæ eisdem syluis pertinent; Et in duobus molendinis, in majori *Burgo Cadomi*; & in vinea, cum domo vinitoris in *Bauento*; & in tota terra, quam dedit prædicto cœnobio *Filines Herfredi*, in *Bauento*; & in terra vnius carucæ, quam vendidit *Rodolphus*, filius *Constantini*, in eodem: & in viginti iugeribus terræ, quæ dedit *Ascetines de Abovenilla*; & in quinque iugeribus terræ, quam dedit *Serlo*, *Mariscallus*, in eodem: & in terra, quam tenuit, *Richardus Gai.... Ruscavilla*; & in terra, quam tenuit *Vvillelmus Camerarius* in *Curleio*; & in duodecim iugeribus terræ, quam *Serlo*, monachus, vendidit in eodem *Curleio*; & in tota terra, quam tenuerunt *Ranulphus* Vice-comes, & *Robertus Bertrannus* in *Breteuilla Orguillosa*, cum pertinentijs suis: & in domo, & in terra *Anschitili Vvaragnonis*, in *Honetot*: & in molendino vno super Leisam, cum dimidia acra terræ, & insula modica, quæ eidem molendino proxima est: & in tota terra *Rogerij Calui*, de *Bretevilla*, super *Leisam*; & in dimidia acra quam dedit *Rogerius*, filius *Bersad*; & in terra *Loüet*, quam vendidit *Lanfranco*, in *Bileto*, & *Vanmereto*, & in terra *Hugonis*, quæ est vnius carucæ in *Matrevilla*; & in duodecim iugeribus terræ, quam donauit vxor Roberti *Balistarij* in *Siccavilla*; & in terra, quam tenuit *Hugo de Rosello*, in *Granuilla* & in *Groetio*.

X. *Præterea* etiam prædicto cœnobio confirmamus consuetudinem plaustrorum, quæ de *Bisacia* ad *Cadomum*, venalia ligna ferunt: postquam intra leugam prædicti Burgi intrauerint. Censum etiam, omnem consuetudinem omnium domorum, ad *Bajocensis Ecclesiæ* ius pertinentium, quæ in *Burgo* Monasterij sunt: Quicumque etiam de majori *Burgo*, cuius sepultura ad ius Episcopi S. Mariæ Bajocensis pertinet, in cœmeterio prædicti cœnobij sepeliri petierit, liberrimã ex prædecessorũ nostrorũ concessione, & nostra, absque omni contradictione potestatem habeat: si autem aliquem mortuum quis illuc transferre voluerit, qui viuens non requisierit, hoc concedimus fieri cum licentia ministri nostri. Cum supradictis etiam confirmamus se-

pè dicto cœnobio, decem sextabladi, quatuor frumenti, & tria hordei, & tria auenæ; quæ habet idem cœnobium, in decima S. *Vvandregisilij* apud *Cenet* annuatim, ex donatione *Odelinæ*, nobilis Matronæ, & famulatricis *Vvillelmi*, Regis Anglorum. Confirmamus etiam eidem cœnobio decimam de feodo *Rogerij Calui*, in *Breteuillam*, super *Leisam*, cum parte Ecclesiæ ad ipsum pertinente.

Vt autem prædictæ libertates, & consuetudines in Ecclesijs, & in hominibus, cæterisque omnibus prædictis, illibatæ & inconcussæ, & indiminutæ omnino in perpetuum à prædecessoribus nostris, nobisque, & nostris successoribus seruarentur; *Vvillelmus* Anglorum Rex, & princeps Normannorum, & Cœnomanorum dedit Ecclesiæ S. Mariæ, Bajocensi, in Dedicatione ipsius, & Episcopo *Odoni*, & successoribus eius, syluam, quam *Elam* vocant, perpetuo jure possidendam. Nos itaque omnia supradicta prædicto cœnobio in hac chartæ nostræ confirmatione communimus, & auctoritate sigilli nostri eadem corroborantes confirmamus: prædecessores nostros, videlicet, bonæ memoriæ *Odonem*, cœterosque in hoc imitantes, qui simili prærogatiua prædictum cœnobium munierunt. Hæc autem facta sunt anno ab Incarnatione Domini 1172. *Vvillelmo* Abbate, memorando viro, honestæ vitæ, & consummati testimonij, cœnobio, B. Stephani de Cadomo, præsidente; his testibus. *Thoma*, Archidiacono Bajocensi. *Galtero*, Archidiacono Bajocensi. *Stephano*, Archidiacono Bajocensi. *Magistro* Hunfrido *Bono*. Magistro *Rannulpho*. Magistro *Acio*. *Henrico* de *Sar*, Canonicis. *Richardo*, Archidiacono Cadomi. *Ioanne* Præsbytero. *Roberto*, Sacrista Cadomi. XI.

Gesta D. Lanfranci, Monachi ac Prioris Becci, deinde primi Abbatis Cadomensis, postea Archiepiscopi Cantuariensis.

CAPVT V.

Guillelmus Pictauiens. De Gestis Guillelmi 2. Ducis Norman. & Regis Angl. Guillelmus Gemeticens. De Gestis Norman. lib. 7. cap. 22. 44. & 26. lib. 6. cap. 9. & lib. 8. cap. 2. Ordericus lib. 3. Histor. Eccles. ad ann. 1030 & lib. 4. 5. & 8. ad ann. 1069. 1070. & 1089. Chronicon Cadomense, ann. 1089. Chronicon Beccense, ann. 1042. 1063. 1070. & 1089. Chronicon Geserni, ann. 1099. Chronicon Sigeberti ann. 1080. Ingulphus Abbas in Historia sua. Edinerus lib. 1. vitæ S. Anselmi, cap. 6. 7. 8. S. Anselmus, lib. 1. Epistol. 12. 13. 16. 19. 24. 31. 41. 48. 57. 63 68. &c. Ioannes Picardus, ibid. in notis. Guillelmus Malmesburiens. lib. 3. de Gestis Anglor. Reg.

BEATVS Lanfrancus, Insuber, Ticini in Italia, honestis parentibus natus, & ab illis, præceptoribus, vt liberalibus artibus imbueretur, traditus; insigniter breui tempore ita profecit, vt vix cuiquam eius ætatis cederet. Maturiore deindè ætate, ardenti pietatis, & sacrarum litterarum studio flagrans: cœpit monasticæ vitæ desiderio incendi. Cúmque iam tandem cogitationes suas perficere, absoluereque deliberasset: despicere secum cœpit, vbi potissimùm, & apud quos, eam vitæ rationem capesceret. Post diutinam deindè deliberationem, & variorum locorum lustrationem, *Beccum* sibi in Normannia prudenter delegit: cœnobium quidem facultatibus, & rerum copia, tenue & exile, sed pijs viris, egregiamque in Deum pietatem spirantibus, refertum. Eò cùm venisset, incidit in ipsius cœnobij Abbatem, D. *Herluinum*, pauibus conficiendis, & in fornace coquendis intentum, manusque totas fimo oblitum. At ille nil moratus, in faciem procidens, osculatus est pedes eius; humilitatem animi, sermonisque dignitatem in Abbate plurimùm veneratus & amans, monachus illicò efficitur. Atque ita ea res, quæ alios indè deterreret; Lanfrancum ad illud cœnobium adiunxit & aggregauit. Erat is annus 1042. I.

Postquam annis 5. cucullam induit: cùm liberaliter esset educatus, nec tam accommodus esset colendis agris, vt multi ex socijs, cœpit quicquid hic deerat, aliunde ingenio, doctrinaque sua supplere; & dialecticem, aliasque disciplinas *Becci* profiteri: hinc ludum litterarium aliis licet grauatè aperuit, iamque eius nomen per ora doctorum celerrimè volitare cœpit: magnaque paulo post discipulorum multitudo, eo confluxit, fama doctrinæ Lanfranci (quæ jam erat peruagata) exciti: Quorum liberalitas mirificè cœnobij inopiam subleuauit. Rumor, quippe, vt hoc factum prodidit, longè latéque protulit, & fama viri praeclarissima, *Beccum*, & Abbatem *Herluinum*, breui per orbem terrarum extulit, Accurrunt Clerici, Ducum filij nominatissimi, scholarum latinitatis magistri, laici potentes, alta nobilitate viri, quorum multi, pro ipsius amore multas eidem Ecclesiæ terras, amplissimasque II.

que possessiones vltro contulerunt, veluti Gilbertus *Crispinus*, Abbas postea Vvestmonasteriensis. Vvillelmus, Abbas Cormeliensis. Henricus Ecclesiæ Cantuariens. Decanus. Heruostus, Roffensis Episcopus. B. Gundulfus, Episcopus Rosfensis. B. Iuo, Carnotensis Episcopus. Vvillelmus Abbas 2. Cadomensis postea Rothomagens. Archiepiscopus. B. Guitmundus Archiepiscopus Auersanus. Alexander II. Pap. & eius nepotes. Vide Notas *Dacherij*, ad vitam B. Lanfranc. cap. 7. Erat tunc *Beccum* magnum & famosum, tum virtutis, tumque litteraturæ gymnasium: quem omnes suspiciebant veluti virum antiquis scientia & religione comparandum: de quo seriò dici potest: *Tertius è cœlo cecidit Cato*: adeò cœlestis sapor pectus eius & palatum infecerat, adeò latinitas omnis in liberalium artium scientiam, per doctrinam eius se incitabat.

III. Sed quid exinde? Etenim cùm propriè tantum mortificationi operam impendere desideraret, deprehendit eum atque publicauit cogitationum inspector Deus, vt lucerna sese colligens, in vallem diffunderetur, licet excelsa. Cernens quippe Lanfrancus quorumdam inertiam, atque morum prauitatem, necnon Ordinis transgressionem, conjiciens etiam aliquos sibi inuidere, qui sibi metuebant, eum proficiendum fore: ignorabat quid ageret, quo se conferret, tædebat eum conuersationis inhonestæ, inhiabat ardenter ad solitariæ dulcedinem vitæ. Cùm ergo jam corpus & animum præpararet ad fugam nocturnæ elaptionis. D. Herluino Abbati, nihil de hac re suspicanti, visio cœlestis patefecit. Abbas attonitus in ijs, quæ noctu audierat, reliquum noctis, vigilijs & orationibus insomne peregit. Summo autem mane, mox vt hora loquendi se dedit, Lanfrancum asciuit, secum singulariter sedere fecit: tuncque ei blanda voce visionem aperuit, & quid sibi Diuinitus reuelatum sit, ex integro explicat. Quibus Lanfrancus obstupefactus, & Dei gratiam in Abbate vehementer admiratus, humique prostratus: per confessionem patri protinus, quicquid in voluntate habuerat, corde compunctus, exposuit: pœnitentiaque accepta, & absolutione impetrata, spopondit, se numquam ab ipso discessurum, eiusque præceptis, per omnia obtemperaturum. Sanctus Abbas ingentes omnipotenti Deo gratias referens, quàm citius potuit, Lanfrancum, Priorem constituit: & quicquid ditioni monasterij subjacebat intus, & exterius, ipsius curæ commisit. Quos ita vnanimes esse tribuit Diuina protectio: vt nulla inter eos vnquam fuerit orta dissensionis occasio.

IV. Sed, vt sæpè fit, vbi excellentium hominum virtus ad inuidiam potius, quàm ad imitationem aliquos rapit: ita & Lanfranco prorsus accidit. Detrectant igitur illi æmuli quidam apud Ducem Normanniæ, & valdè eum suis criminationibus apud illum inuidiosum fecerunt; vt ille mandaret, Lanfrancum à Becco, totaque Normannia submoueri. Quorum ille calumnias ita præsentia sua apud Ducem dissipauit, tantumque sibi apud eum ex corporis, sermonisque gratia, magnaque; quam Dux de eo conceperat, prudentiæ opinione, fauoris acquisiuit; vt non ita multò post, Cadomensem eum Abbatem constituerit. Sub ann. quippe 1063. Guillelmus Nothus, præfatus Normaniæ Dux, Cadomi, (vti superius obseruauimus) monasterium condidit in memoriam D. Stephani Protho-martyris; cui Lanfrancum renitentem, sed tandem suâ, Procerumque Normanorum importunitate expugnatum præposuit. „ *Lanfrancum* quemdam (scribit Guillelmus Pictauiensis, testis oculatus) de quo venit in litem, plus ne sit meritus reuerentiam atque gloriam sæcularium atque Diuinarum litterarum singulari peritia, an Ordinis monachici singulari obseruantia, intima familiaritate colebat: vt patrem venerans verens vt præceptorem, diligens vt germanum, aut prolem. Illi consulta animæ suæ, illi speculam quandam, vnde ordinibus Ecclesiasticis, per omnem Normanniam prospiceretur, commisit. Potuit namque viri talis vigilans cura, cùm maximam authoritatem sapientiæ pariter ac sanctitatis prærogatiua, comparauit: securitatem non paruam optimæ sollicitudini promittere. Ipsum pia quadam violentia, monasterij Cadomensis Abbatem statuit. non minus reluctantem subjectionis amore, quàm altioris gradus timore: quamuis ipse Dux eum quandoque sensisset sibi contrarium.

V. Nam (vt discimus ex Gemeticensi:) cùm sæpius ille Dux redargueretur à quibusdam Religiosis, super matrimonio suo, ob consanguinitatis impedimentum; Lanfrancus horum tanquam antesignanus notatur, à Biographo Lanfranci, in

& lib. 1. de Pontificib. Angl. Mathæus Parkerus in Antiquit. Eccles. Britann. Notationes, ad veteres Cantuariens. Archiepisc. op. Tabulæ MSS. in Bibliotheca san-Victorian. Parisiens. Huntidoniensis, lib. 7. Houedenus in Annalib. Mathæus Parisius, ann. 1070 & 1089. Vvestmonasteriens. in floribus Histor. Angl. ad ann. 1070. 1071. & 1089. Florentius Vvigornensis. in Chronic. eisd. Annis Neubricensis, lib. 1 rerum Anglicar. cap. 1. & 2. Knyghtonus lib. 11. Histor. Angl. Vvalsingham, in Ypodigmæ Neustriæ, ad ann. 1078. Baronius in Annalibus Tom. 11. ann. 1070. Martyrologium Bened. Elinum, 3. Iulij. Vuion, ibid. in notis Martyrologio, Lalicis, & Maurolyci, ead. die Saussayus, in supplemento ad Martyrolog. Gallicanum, hac die. Aliique permulti, in Neustria sancta ad 3. Iulij. Antiquitates MSS. Normaniæ, pag. 117 Accessiones Roberti de Monte ad Sigebertum ann. 1063.

Digitized by

hunc ferè modum Lanfrancus contradicebat nuptijs filiæ Comitis Flandriæ (quam ipse sibi Dux copulauerat matrimonio) quia proxima carnis consanguinitate jungebantur. Vnde authoritate Romani Papæ, Neustria fuerat ab officio Christianitatis suspensa & interdicta. Quapropter Lanfrancus, iterum Romanum Papam adijt; jam enim antea Romam petierat, causa cujusdam Clerici, nomine *Berengarij*, Diaconi Turonensis, qui de sacramento altaris aliter dogmatizabat, quàm tenet Ecclesia. Lanfrancus autem locutus cum Papa Nicolao II. ostendit; quia eius sententia illos tantum grauabat, qui eos nec conjunxerant, nec separare poterant. Nam Dux, puellam, quàm acceperat, nullo pacto dimittere volebat. Hoc audiens, & verum esse aduertens summus Pontifex, dispensatione habita, conjugium concessit, eo tamen modo: quatenus Dux & vxor eius, duo monasteria construerent; in quibus singulas congregationes virorum, aut mulierum coadunarent: qui ibi die noctuque, sub norma sanctæ religionis, Deo deseruirent, & pro salute eorum supplicarent. Paruit Dux Apostolicæ dispensationi, & ædificarunt duo monasteria in predio, quod Antiquitas *Cadomum* nuncupabat: Dux vnum monachorum in nomine S. Stephani Prothomartyris: & vxor eius alterum sanctimonialium in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

Studiosus fuit verbi gladio perimere sectas, si quæ fidem lacesserent Catholicam Berengarium præfatum, Turonensem Hæresiarcham, cujus dogma telis venenatis nocentius, de Hostia salutis mortem animabus propinabat, spiritualis eloquij mucrone confodit in Synodo Romana, ac vercellensi; sanctissimè exponens, veracissimè comprobans; panem & vinum, quæ mensæ Dominicæ superponuntur, post consecrationem esse veram carnem, & verum sanguinem Domini Redemptoris. Eui-ctus Berengarius ad obseruantiam sententiæ hujus semel Romæ, denuò jurauit Turonis; simul pronuncians excommunicatione feriendum, quemcumque aliter sentientem. Omnem namque hæresim anathematizauit; præcipuè de qua, cum vanæ laudis quæritaret nitorem, sorduerat infamatus. Verum seductissimus homo, atque peruicacissimus ad subuertendum, in salubri proposito, fideliter nô stetit, schismatis crimen iterati jurisjurandi violatione cumulans. Et quia timor pœnæ retinebat ne publicè prædicaret, quod publicè damnauerat, secretis disputationibus domi insusurrabat idem, atque per discipulos pecunia corruptos pariter ac fallacia, peregrè translegebat. Pœnituit blasphemum & sacrilegum amisisse libros peruersi dogmatis: Romæ suis manibus (ne ipse cremaretur) in ignem conjectos. Proindè scriptum condidit recens, vt approbatius fulciretur vetus error, & perdurabilior in annos futuros porrigeretur: ad quod destruendum Lanfrancus, veritatis defensor, Epistolam edidit, siue libellum dilucido stylo, venustoque, sacris authoritatibus ponderosum; rationum consequentijs indissolubiliter constantem. Opimus enim plenitudine charitatis ressuscitare satagebat, per fidei rectitudinem, in hæresi mortuos; cuilibet per baptismum fratri suo veræ intelligentiæ de Eucharistia adstructionem relinquere sufficientem, luculentam, nec tædiosam prolixitate. VI.

Sapientes religiosique Abbates, necnon Pontifices Metropolitani, & timuerunt sapientiam Lanfranci atque religiositatem, & authoritati atque correptioni habere gauisi sunt. Ipsum quantæ Ecclesiæ Abbatem, vel Pontificem, sibi incredibili desiderio petierunt? Christiani orbis caput Roma, sollicitauit eum Epistolis, precatu retinere conata est, & vi. Quippè cognouerant eum peritissimum honesta quælibet, & eorum contraria secernere: diligentissimum cuique suum tribuere perpendiculo rationabilitatis: promptissimum ardua duraque suscipere, perpetique causa veri boni: similiter cautissimum gubernare manum & linguam consideratione & Comitate. Cognouerant (vt breuiter & apertè loquar) hanc eius vitam: quæ meritò dicatur quædam directissima ac tutissima ad perennis vitæ portum via, ille verò nimis altum sibi duxit præesse fratribus, loco secundo: infimam extremitatem corde non deserens, Abbatiam Cadomensem, quam coactus acceperat, libens deseruisset: ad Anachoretas, vel procul remotos cœnobitas confugiens: nisi multæ obstitissent difficultates, quas nulla potuit ratione eluctari extra animæ grauem læsionem. Fuit autem consolatio sanctè dolenti pro illa prælatione laboriosum onus; nam ædificatio loci tum primùm consurgebat: scientiæ atque virtutum hujus tanti viri memoriale istic inserimus: quapropter eadem: productius non repetamus. VII.

Vix

VIII *Vix* effluxerat triennium; hoc est, annus 1067. lethifer D. Maurilio Rothomagensium Archipræsuli: quando in eius locum suffici Lanfrancum postulabant Normanni, sed eos constanter postulantes constanti fatigauit refutatione: humiliter magis cupiens subesse, quàm præesse. Annus tandem 1070. honorem Archiepiscopatus Cantuariensis, aliàs ab eo rejectum, injecit humeris, licet pro more firmiter detrectantis. [a] Ea verò de causa Guillelmus, Anglorum Rex, in Normanniam miserat Legatos; sed & Hermenfrodus, Sedunentium Pontifex, redux ex Anglia, (in quam nauigauerat cum duobus S. R. E. Cardinalibus, missis ab Alexandro Papa, vt Guillelmum Nothum Anglici Regni diademate redimerent, id enim parerat) Lanfranco denuntiauit in Concilio Episcoporum & Abbatum Normanniæ, petitionem Regis, simulque voluntatem suam, & reliquorum sedis Apostolicæ Legatorum, is verò petijt inducias. Perspectum namque & indubitatum tenebat, simul ire non posse, negotium Archipræsulis, & otium monachi. Præcatur Regina cum filio: iubet Abbas Herluinus licet innitus, cui tanquam Christo obedire solitus erat. Hortantur etiam ad hoc studiosi collecti majores. Nam hanc vrgentem vndique violentiam dictauerat mandatum Regis, scientis æstimationem dilectissimi patris, cùm ad altiora inuitaretur. Non abnuit ille præcipiti sententia (sic omne factum & dictum discretionis norma regebat) obedientiam, offendere cauet simul & tantos, qui rogant, fauent, hortantur. Mœstus ergo trans mare excusatum se vadit: sperans iucunditatem in reuersione. Cæterùm Diuinæ dispositioni, quo consilio resisti poterit? Rex cum gaudio, atque cum digna reuerentia recepit Christianæ religionis coadiutorem: deuicit reluctantem pulchrè pugnans humilitate & majestate. Fuit autem Lanfrancus in Cantuariensem vnctus Pontificem, à Gisone Vvellense, & Vvaltero Herefordensi, præsulibus; Anno 1070. Decollati S. Ioannis Baptistæ sacra luce.

[a] *Chronicon Becch. ann. 1070. Accessiones Roberti de monte. sup. eod. anno, & ann. 1089.*

IX. *Proximo* deindè anno, Romam proficiscitur: & quem venerabiliter suspiceret Alexander 2. Christi vicarius, honoris maximum iudicium fuit: cùm Romam ingredienti sequestrato illo Romani supercilij fastu, dignanter assurgeret, professus hanc se venerationem, non illius Archiepiscopatui, sed magisterio litterarum deferre. Quapropter se fecisse, quod esset honoris, illum debere facere, quod esset justitiæ: vt pro more omnium Archiepiscoporum S. Petri successoris vestigijs aduolueretur. Reddidit ille debitum, indè, pallium à D. Petri altari sumptum, ab Alexandro accepit, quod omnibus alijs Archiepiscopis communè est. Hoc verò Alexandri in Lanfrancum obseruantiæ singularis proprium & peculiare fuit; quod ad eiusdem vberiorem contestationem, alterum etiam pallium adiecerit, donoque Lanfrãco dederit, quo ipse, quotiessolẽnia & sacra Eucharistiæ mysteria perageret, vti solebat: vt alterum esset honoris, alterum amoris pallium. Ipso autem reuertente in Angliam, scripsit summus Pontifex ad Guillelmum Regem. *Ad virtutum incrementa percipienda, Fratris nostri Lanfranci, Cantuariensis Archiepiscopi monitis, gloriam vestram hortamur acquiescere: quem vt charissimum membrum, & vnum ex primis Romanæ Ecclesiæ filijs, lateri nostro assiduè non adiunctum esse dolemus: sed ex fructu, quem Ecclesiæ in Regno vestro tribuit, consolationem eius absentiæ sumimus.* In Pontificatu igitur gesta eius omnia præclara, virtutes eximiæ & charitas in Deum ac proximum exuberans.

X. *Tum* demùm, post multos variosque pro grege & Ecclesia Dei, exantlatos labores; in febrim lethalem, & in mortis genus, quod in votis maximè habuit, incidit: solebat enim Deum rogare, vt vel ex dissenteria, vel ex febri diem suum obiret: propterea, quòd hi morbi nec memorium, nec loquelam auferant. Migrauit itaque in cœlum; & in Basilica S. Trinitatis (quam ipse mirifico opere construxerat) ante crucifixum sepultus est. Porro scriptores nec conueniunt de mense obitus, nec de die, vel anno, quos lubens omitto, cùm in hoc omnes conueniant, Lanfrancum sedisse in Pontificatu annis vndeviginti: sicque mortis debitum exoluisse: ann. 1089. die tertia Iulij. Cùm autem præfata Cantuariensis Basilica ab ipso Lanfranco primùm inchoata, tandemque ad vmbilicum perducta, & à Guillelmo Corbeliensi, tertio post ipsum Archiepiscopo foret sacranda, pro more, vniuersi inhumatorum cineres elati fuere; tumque monachus aliquis præcidit casulæ Lanfranci particulam, quæ cunctos olfacientes, fragrãtissimo afflauit odore. Non solùm vitæ sanctitate sed & gloria miraculorum refulsit: cuius nomen intra Eccle-

Digitized by Google

fiæ sacra dyptica relatum est, & memoria recolitur 3. Iulij. Denique, nonnulli arbitrati sunt ipsum D. Lanfrancum, Abbatem extitisse Condomensem in vasconia; eo quòd, ex inscitia scriptorum, mendosè legebant *Cadomum*, ceu *Cadoinum*; & exindè *Condomum*: & non potius *Cadomum*: quos scitè refutat Petrus de *Marca*, post Ioannem *Picardum*.[b]

b *De Marca lib. 3. Histor. Bearnens. cap. 12. §. 3. Picardus in notis ad Epistol. S. Anselmi 13. & 18. lib. 1.*

De quatuor subsequentibus Abbatibus, quorum Prior, postea ad Rothomagensem Archiepiscopatum extitit sublimatus: Guillelmus II. nothus, Dux Normanniæ & Rex Angliæ: in ea Abbatiali Ecclesia tumulatur: necnon corpus filij eius Henrici I. itidem Ducis ac Regis quieuit per aliquod tempus.

CAPVT IV.

POST assumptionem D. Lanfranci in Archiepiscopum Cantuariensem, ann. 1070. Abbas electus est. I.

2. Guillelmus[a] *1070.*

Bona anima dictus. Et ipse monachus, Beccensis: de quo sic Gemeticensis scribit. *Post ipsum Vvillelmus monachus; Radbodi Sagiensis Episcopi filius, Cadomensis Ecclesiæ regimen tenuit: qui & ipse post Ioannem, Metropolitam Rothomagensem, Archiepiscopatum suscepit.*[b] „ *Ordericus* rem paulò clariorem reddens, „ ita prosequitur. *In Cadomensi* Ecclesia, Guillelmus Radbodi, Sagiensis Episco„ pi filius, Lanfranco successit: quem post nouem (vt reor) annos, indè Rex Guil„ lelmus (Rufus Anglus *Delenda sunt*) ad regendum Rothomagensem Metropolim „ prouexit. Hic consobrinus Guillelmi, præsulis Ebroicensium, filij Girardi Frei„ telli fuit, cuius potentia, tempore Richardorum in Neustria, maximè viguit. „ Canonicus & Archidiaconus Rothomagensis, Maurilio Pontifici paruit: ma„ gisque Dei amore feruens, cum Theoderico Vticensi Abbate, peregrè perrexit, „ & gloriosum Saluatoris sepulchrum, in Hierusalem reuerenter adijt. Indè reuer„ sus, pristinos præcauens labores amittere, mundi lenocinijs penitus subtraxit „ se, & in Beccensi Cœnobio, Diuinæ gratanter inhæsit militiæ. Dein, cùm Lan„ franco, ad instructionem Neophytorum, qui in Cadomense castrum, ad seruitu„ tem Christi confluebant, protractus est: quorum ipse paulò post pater & magi„ ster laudabilis factus est.[c] Sicque patet, quomodo dici possit nepos Rathbodi Episcopi Sagiensis, & monachus Cadomens. vt vult *Picardus* in notis ad lib. 2. Epistol. 33. S. Anselmi. Ex Abbate itaque Cadomensi electus est Archiepiscopus Rothomagensis, ann. 1079. ac consecratus ann. 1080.[d] cuius rei meminit adhuc idem Ordericus, in hunc modum. „ *Defuncto* Ioanne Metropolitano, Guillelmus „ Cadomensis Abbas, canonicè electus est; & de Monasterio suo, vbi regulariter, „ vt probatus monachus, Deo famulabatur, ad tutandam Rothomagensem Eccle„ siam, adductus est, in Ecclesia S. Dei genitricis Mariæ, à magno Gisleberto, „ Ebroicensi Episcopo, consecratus est, & 46. post B. Nicasium (quem S. Diony„ sius, Parisiensis Pontifex primum præsulem Rodomensibus præfecit) Rotho„ magensem Metropolim sortitus est.[e]

a *Canalis, Tom. 5. Hierarch. Neustria in ea Abbat. Gallia Christiana. Ibid. post Robertum de monte. cap. 11. sup.*

b *Gemeticensis lib. 7. sup cap. 16. & lib. 8. cap. 3.*

c *Ordericus lib. 4. sup. ad ann. 1070. & lib. 5. ad ann. 1080.*

d *Antiquitates MS. Normaniæ pag. 65. apud D. Bigot, Roth. Chronicon Goferdi MS. Chronicon Rothom. Chronicō Cadomēse. Vvestmonasteriensis sup. ann. 1079.*

e *Ordericus lib. 5. sup. ad ann. 1079.*

Factus Pontifex Guillelmus, mutauit quidem statum, sed non animum, & affe- II.
ctus propensionem in Religiosos, seu monachos: quibus præsto semper adfuit, eorumque mores & instituta Regularia iugiter dilexit, fouit, protexit ac tutatus est: quod S. Anselmus, tunc Abbas Beccensis, scribens ac summum Pontificem Vrbanum II. in fauorem sui cœnobij, singulariter annotauit. *Non enim (aiebat) ignotum esse puto excellentiæ vestræ: quia plures Episcopi, non tantùm gaudent Monasteria paterna pietate nutrire, & Episcopali cura erudire, quàm austera quadam dominatione, & propria voluntate*

luntate grauare. Quod tamen sub paterna sanctitate Reuerendi Archiepiscopi nostri, Guillelmi, fidelis dilectoris nostri, non timemus, &c. [f]

3. *Gislebertus ; seu Gillebertus, 1079.*

III. *Vuillelmo* Rothomagensi Archiepiscopo nuncupato, Cadomenses surrogarunt hunc Gislebertum, patria Constantiensem, natione Normanum. [g] *Deindè* (inquit Gemeticensis) *Gislebertus Constantiniensis, Callidus, Cadomi Rector factus est.* Cuius tempore, Guillelmus 2. nothus, Dux Normanniæ, & conquisitor Rex Angliæ, debitum mortis exoluit, Rothomagi: exindèque Cadomum deportatus, honorificè sepultus est in Ecclesia Abbatiali S. Stephani Prothomartyris, à se extructa. Migrauit autem ad Dominum, ann. 1087. indictione 10. quinto idus Septembris, feria 5. dùm sonus majoris signi campanæ audiretur in Metropolitana Ecclesia Rothomagensi, pro Prima decantanda. [h] Quibus rectè erroris arguuntur, scribentes, id euenisse ann. 1090. 1092. seu 1093. [i] Huiusmodi autẽ exequijs interfuit præfatus Abbas, cùm corpus Regis, Cadomũ allatũ est. *Tunc* (ait Ordericus) D. Gislebertus Abbas cum Conuentu monachorum veneranter obuiam feretro processit: „ quibus flens & orans multitudo clericorum & laicorum, adhæsit: sed mox sinistra fortuna omnibus pariter maximum terrorem propinauit. Nam enorme incendium de quadam domo protinùs erupit, & immensos flammarum globos „ eructauit; magnamque partem Cadomensis Burgi damnosè inuasit. Omnes igitur ad ignem comprimendum clerici cum laicis concurrerunt. Soli verò monachi cœptum officium compleuerunt: & somma Regis ad cœnobialem Basilicam „ Psallentes perduxerunt: Denique ad sepeliendum maximum Ducem, & patrem „ patriæ, congregati sunt omnes Episcopi, & Abbates Normanniæ: ex quibus ad „ notitiam posterorum, libet quosdam numerare, & præsenti breuiter in pagina „ denotare. Guillelmus, Rothomagensis Archiepiscopus; Odo, Bajocensis Episcopus: Gislebertus, Ebroicensis: Gislebertus Maminotus, Lexouiensis: Michaël, Abrincatensis: Gœsfredus, Constantiniensis: & Girardus, Sagiensis, „ Abbates quoque hi sunt: Anselmus, Beccensis: Guillelmus de Ros, Fiscannensis: Gerbertus, Fontinellensis: Guntardus, Gemeticensis: Mainerius, Vticensis: Fulco, Diuensis: Durandus, Troarnensis; Robertus, Sagiensis: Osbernus, „ Bernaicensis: Rogerius, de Monte S. Michaëlis, in periculo maris: Rothomagenses Archimandritæ, Nicolaus, de S. Audoeno: & Galterius, de monte S. „ Trinitatis: & alij plures, quos nominatim proferre perlongum est. Omnes hi ad „ exequias famosi Baronis conuenerunt: ipsumque in Præsbyterio, inter chorum „ & altare, sepelierunt. Expleta missa, cùm jam sarcophagum in terra locatum „ esset, sed corpus adhuc in feretro jaceret, magnus Gillebertus, Ebroicensis „ Episcopus, in pulpitum ascendit: & prolixam locutionem de magnificentia defuncti Principis eloquenter protelauit: quòd ipse fines Normannici juris strenuè „ dilatauerit; gentemque suam, plusquam omnes Antecessores sui, sublimauerit: „ iustitiam & pacem sub omni ditione sua tenuerit: & inermem populum ense fortiter munierit. [k] Visitauit hic Abbas Gaufridum Constantiensem moriẽtem ann. 1093. vide in Episcopo 43. Constantiens. cap. 46. §. 5. Memoratur hic Abbas Gislebertus, ad ann. 1089. vt testis in donatione, quam tunc fecit Ecclesiæ Bajocensi, Robertus, Dux Normanniæ, filius primogenitus præfati Regis Guillelmi defuncti. [l] vixit autem Gislebertus vsque ad ann. Christi 1101. quo spiritum exhalauit: vti colligimus ex chronico eiusdem Abbatiæ: vbi hæc leguntur: Anno 1101. *Obijt Gislebertus Abbas & monachus S. Stephani Cadomi.* Extat S. Anselmi, Epistola ad eum, & ad subditos sibi monachos: de molestissima febre, qua ipse D. Anselmus vexabatur. [m]

4. *Robertus, ann. 1101.*

IV. *Contentio* notatur super jurisdictione quadam inter Episcopum Bajocensem, & ipsum Robertum, Cadomensem Abbatem, quæ postea conciliatur. [n] Cùm autem Comitis generalibus Falesiæ in Normannia adesset, sub Henrico I. Angliæ Rege, illic fatali morte expirauit: teste Orderico. „ *Anno* ab Incarnatione Domini 1107. „ indictione 15. Henricus, Rex Anglorum, postquam bello Normanniam subje-

f S. Anselmus l. 1. Epistol. 33. Pic. in notis. Ibid.

g Gemeticensis lib. cap. 26. Cænalis ex Roberto de Monte sup. Gallia Christiana sup.

h Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 26. & 44. Ordericus lib. 7. an. 1087. lib. 8. initio. Chronicō Cadomense. Chronicon Gosfreni MS. Houedenus. Huntidoniensis. Vuestmonasteriensis. Malmesburiensis. Rorisius. Polydorus. Baronius ann. 1087. Tom. 11. Annal.

i Chronica Chronicor. Part. 2. fol. 23. Nicolaus Gillius & Belforestius lib. 3. cap. 28. Annal. Franc. Gallia Christiana in ea Abbatia.

k Ordericus lib. 7. sup.

l In libro nigro MS. Bajocens. Cathedrale. fol. 8.

m Lib. 3. Epistol. 44. & 47. Picardus. Ibid. in notis.

n Ex libro Rubeo MS. Eccles. Bajocens. fol. 124.

„ git, sæpe ad Curiam suam magistratus populi accersijt, eosque, quia jamdiu „ tumultibus & guerris assueti fuerant, prudenter mitigrauit: & omnes, „ vt rectè graderentur, precibus, minisque commonuit: mense Ianuario Falesiæ, „ confessio Procerum coram Rege fuit, ibique Rodbertus, Cadomensis Abbas, subita ægritudine percussus hominem exuit.[n] & Chronicon Cadomense. *Anno* 1107. *obierunt Robertus Abbas Cadomensis, & Vvillelmus, Abbas Fiscannensis.* Non quidem eodem die, prior namque obijt mense Ianuario; alter verò, mense Martio, pro vt constat ex eodem authore.

n *Ordericus lib. 11. ad ann. 1107. Robertus de Monte, Canalis, & Gallia Christiana, sup.*

5. Eudo, vel Odo 1108.

Eligitur in locum prædicti Roberti, ann. 1108. juxta calculum recentiorem. V.
Cujus vices (inquit Ordericus) *Eudo, eiusdem Monasterij monachus per plura, postmodum lustra suppleuit.*[o] Interfuit Concilio Prouinciali Rothomagensi, per Goisfredum 49. Neustriæ Metropolitanum celebrato, ann. 1118. nonis Octobris.[p] Tandem ad Dominum migrauit, ann. 1140.[q] non verò, ann. 1120. vti mendosè habetur apud Galliam Christianam sup. Eius tempore, diem clausit extremum Henricus I. Angliæ Rex, ac Normaniæ Dux, filius Guillelmi 2. Nothi, apud castrum Leonis, Parœchiæ S. Dionysij in sylua-Leonum, Kalendis Decembris, die Dominica, ann. 1135. post omnia Ecclesiæ sacramenta, ingenti cum pietate suscepta. Corpus verò suum Radingas in Anglia deferri præcepit, vbi cœnobium 200. Monachorum in honore S. Trinitatis condiderat. Igitur feria 2. de castro præfato Leonis, Rothomagum corpus Regis detulerunt: vbi in Metropolitana S. Dei genitricis Virginis Mariæ Basilica cum ingenti tripudio susceptum est, & aliquamdiu quieuit. „ *Indè* per „ pontem Aldemari, atque Bonam-villam, feretrum Regis, Cadomum perduxe„ runt: ibique diu, ferè quatuor hebdomadibus, prosperum flumen ad nauigan„ dum, præstolati sunt. Interea Cadauer Regis, in choro sancti Protho-martyris „ Stephani, seruatum est, donec post natale Domini, missis illuc monachis, impo„ situm mari, & transuectum est: atque à successore Regni, & Episcopis, ac Prin„ cipibus terræ, in Radingensi Basilica honorificè sepultum est.[r]

o *Ordericus. Robertus de Monte Canalis. Gallia Christiana, sup.*
p *Ordericus lib 12. sup. ad ann. 1118.*
q *Chronicon Cadomense ad ann. 1140.*
r *Ordericus, lib. 13. sup. ad ann. 1135. Parisius. Vuestmonasteriensis & alij, eod. anno Chronicon Beccense, sub ann. 1063.*

Posteriorum Abbatum nomina referuntur & gesta, Religiosi illustriores, qui tanquam ex feracißimo nobilißimoque cæspite, prodiere, virtute, eruditione, Religione, & magnanimitate plurimùm, spectatißimi.

CAPVT V.

SVPEREST, vt de cæteris hujusce insignis Abbatiæ Archimandritis, pauca, quæ ad eos spectant, proferamus. I.

6. Alanus, qui & Adamus, vocitatur. [a]

Prius cœnobiarcha extitit *Fontanellensis*; at postea Fontanella recedens ann. 1137.[b] successit præfato Odoni, defuncto, ann. 1140. Monasterium autem rexit vsque ad ann. 1151. quo ad superos euolauit,[c] circa ann. 1147. Memorantur Hugo Rothomagensis, Archiepiscopus: Rotrodus, Ebroicensis Episcopus, Robertus Fontanetensis, & Vincentius Conchensis, Abbates: in pacificatione Abbatis Cadomensis, & Canonicorum Bajocensium.[d] Itemque pro discordia sedanda inter monachos Fontanellenses & Cadomenses ferè eodem tempore.[e]

7. Petrus.

Ejusdem loci erat monachus:[f] qui huic mundo valedixit, ann. 1156.[g] Notatur

a *Canalis & Gallia Christiana, sup. post Robertum de Monte.*
b *Tabula MSS. Fontanellens. Gallia Christiana, in ea Abbatia Fontanellens.*
c *Gallia Christiana, sup. in Cadomo.*
d *Ex libro Nigro MS. Ecclesiæ Bajocens. fol. 15. & 16. cap. 89. Rothomag. Archiepiscoporum.*
f *Canalis sup. ex Roberto de Monte.*
g *Gallia Christiana, sup.*

Digitized by Google

tur vnà cum M. Abbate Cerasiensi, testis: pro rebus Bajocensis Ecclesiæ: sub Henrico II. Rege Angliæ, & Henrico, Bajocensi Episcopo. [h] item, pro Abbatia Hambeyæ. [i]

h Ex libro, nigro MS. sup. fol. 4.
i Ex Cartulario, Abbat. de Hambeya, fol. 21.

8. *Guillelmus 2.*

Nominantur, Gilbertus, Abbas S. Martini de Troarno; & Vvillelmus Abbas Cadomensis, ann. 1159. [k] & 1166. [l] Hujus autem tempore, scilicet, ann. 1165. Henricus II. Rex Angliæ, & Dux Normaniæ, domum leprosorum mirabilem, juxta Cadomum ædificauit. [m] Tandem ipse Guillelmus, viam vniuersæ ingressus est ann. 1179. [n]

k Ex Codice MSS. Nigro, sup. fol. 35. & 36.
l Ibid. fol 28.
m Chronicon Norman. ad ann. 1165.
n Chronicon Cadomense, & Gallia Christiana, sup.

9. *Petrus 2.*

De eo, hæc habet Robertus à Monte 1181. *Obijt Guillelmus, Abbas Cadomi; & successit ei Petrus, Sacrista, monachus eiusdem loci. Moritur ann.* 1193. [o] dicendum, ann. 1183. *cōpositionem inijt cum Abbate S. Audoeni Rothomag.* Ex paruo *Cartulario S. Audoeni Titul. Authentica capitulorum & nobilium clericorum, carta 2.*

o Gallia Christiana.

10. *L........*

Ponendus est, hîc Abbas ille L. Cadomensis, qui vnà cum Abbatibus Cerasiensi & Troarnensi, testimonium tulit Lucio III. Pap. pro Abbate S. Audoeni.

II. ## 11. *Robertus 2. defunctus, ann. 1196.* [p]

p Ibid.

Eodem anno (inquit Rogerus Houedenus) Rex Angliæ misit Philippum, Dunelmensem electum, & Abbatem de Cadomo in Angliam, ad inquisitionem faciendam de prisis justitiarum, & Vice-comitum, & ministrorum suorum. Cum autem prædictus Abbas de Cadomo, in Dominica passionis Domini, pranderet cum Huberto Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliæ summo justitiario, ægrotauit in mensa, & quinta die sequenti, obijt Londonijs. [q] Latius de eo scripsit Neubrigensis. [r]

q Malmesburiensis, sup. ad ann. 1196.
r Neubrigensis lib. 5. cap. 19.

12. *Samson, aliàs Symon.*

Cujus tempore, nempe ann. 1205. accidit magna Cataclismus in Prouincijs Cadomo adjacentibus: obijt verò ipse 7. idus Martij, ann. 1214. [s] Hic ann. 1210. judex Arbiter fuit inter Abbates S. Audoeni Rothomagens. & S. Petri super Diuam: ex paruo Cartulario S. Audoeni Titul. Autentica capitulorum & nobilium clericorum carta 11. & 29.

s Chronicon Cadomense, & Gallia Christiana.

13. *Odo 2.*

Memoratur ann. 1218. pro rebus Abbatiæ S. Michaelis de Monte, in periculo maris: [t] & ann. 1224. pro Cathedrali Abrincensi. [u] Rexit hanc domum valdè vtiliter; vitamque finiuit 3. Calend. April, ann. 1238. Seruientes laici huic monasterio, non tenentur ad Taliam, nisi mercaturam exerceant, ex Seacario, ann. 1234. [x]

t Ex Cartulario Abbatia Montis S. Michael.
u Ex Codice Albo MS. Eccles. Abrincens. fol. 84.
x Ex Codice in quartò D. Salet.

14. *Adamus, seu Alanus 2. moritur, ann. 1260.*

III. ## 15. *Nicolaus.*

Sub eius regimine obijt Richardus de *Condé*, Prior hujusce cœnobij, 15. Calend. Iulij, ann. 1263. Nicolaus verò paulò post secutus est, ann. 1265. tertio idus Iunii, [y] fit tamen de eo memoria 17. Calend. Februarii. [z]

y Ex Chronico Cadomensi & Gallia Christiana.
z In Obituario Lucernæ Abbat.

16. *Guillelmus 3.*

Defunctus, ann. 1288. Porro, *ann. 1269. 12. Calend. Augusti conuenerunt apud Cadomum Radulphus, Albanensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, & Ludouicus Rex Franciæ, cum tribus filijs suis, videlicet, Philippo, Petro, & Ioanne; qui & triduum ibi commorantes, quarto die recesserunt.* [aa]

aa Ex Chronico Cadomensi.

Digitized by Google

17. *Gaufridus.*

bb Ex libro Rubeo, MS. Ecclef. Bajocenf. fol. 100.

Nominatur, in negotio Ecclef. Cathedralis Bajocenfis, ad ann. 1392. bb legendum eft 1192. debitum mortis foluit ann. 1294. ceu 1300. nonas 7. Martij, Monachus Beccierat.

18. *Richardus, fpiritum Deo reddidit, ann. 1305.*

19. *Simon 2. de Trenieres.*

Hujus tale extat, Gallico fermone fic exaratum & confcriptum.

EPITAPHIVM.

Cy gift Religieux homme, & honnefte, Monfeigneur Simon de Trenieres, par la grace de Dieu, Abbé du Monaftere S. Eftienne de Caen, qui trépaffa l'an de grace, 1344. IV.

ee Ex Necrologio Abbat. Cormelienf.

20. *Thomas de Rupalloy, moritur, ann. 1345. Octobr. 29.* cc

21. *Guillelmus 4. de Tibouuille, obijt 1368. Septemb. 30.*

22. *Robertus 3. de Chambry.*

dd Ibid.

Obdormiuit in Domino; ann. 1393. Septemb. 7. dd Obtinuit jus infignia deferendi Pontificalia.

23. *Ioannes Senefchalli, le Senefchal, obijt menfe Februario 1401.*

24. *Nicolaus 2. Milon, defunctus, ann. 1410.*

25. *Guillelmus 5. Caué.*

Profeffor in Theologia, intereft Concilio Pifano, ann. 1409. abiit ad aftra, ann. 1428.

26. *Hugo de Iuuigny.*

Magifter Artium cùm effet, electus eft Abbas, animam cœlo reddidit, ann. 1439. dicendum eft, ann. 1449. cùm ann. 1448. interfuerit Scacario Normaniæ.

27. *Guillelmus 6. Touftain.*

ee Gaguinus lib. 10. in Carolo VII. Reg.

Ann. 1449. vel 1450. pro pace componenda cum Carolo VII. Rege Franc. qui Cadomum obfidebat, deputatus fuit à ciuibus, ee in pace quieuit ann. 1454. Hujus profapiæ, nimirum, ann. 1386. Richardus *Touftain*, erat Abbas Montis S. Michaelis.

28. *Carolus de Nouo-Caftro, Epifcopus 55. Bajocenfis.*

29. *Petrus 3. de Vieruille.*

Filius Philippi, Baronis de *Creulli*, monachus Becci, mortuus ann. 1485. nonas 4. Ianuar.

30. *Carolus de Martigny, ex refignatione præfati Petri.* V.

Epifcopus Elnenfis & Caftrenfis; Legatus à Carolo 8. & Ludouico 12. ad diuerfos miffus, primus Abbas Commendatarius, deceffit ann. 1512. Iulii 8. cùm interfuiffet Scacario ann. 1497.

31. *Petrus 4. de Martigny.*

Superioris nepos, Religiofus profeffus Cadomenfis & Ferrarienfis, ac Epifcopus Baiocenfis: emifit fpiritum, 13. Septemb. ann. 1531.

32. *Franci fcus de Tournon.*

Ann. 1572. Cardinalis & Archiepifcopus Lugdunenf.

33. *Iulianus*

Digitized by Google

33. *Iulianus de Medicis, ann. 1533.*

Cardinalis S.R.E. Archiepiscopus Aquensis, Episcopus Albiensis & Biterrensis.

34. *Alexander Farnesius.*

S. Laurentii in Damaso cardinalis Diaconus Archiepiscopus, Turonensis, & Auinionensis, ac Episcopus Caturcensis; nepos Pauli 3. legatus in Gallia, ann. 1538. & 1539. sub eo Caluinistæ Abbatiam expilarunt atque deuastarunt Possessionem adiit ann. 1543. præfuit vsque 1577.

35. *Georgius Pericart.*

Filius Ioannis, Procuratoris Generalis in Parlamento Normaniæ, per Resignationem decessoris; resignauit in gratiam sequentis, & adeptus est, ann. 1583. Episcopatum Abrincensem; defunctus 13. Iulij, ann. 1587.

36. *Carolus 2. d'O.*

Filius Ioannis Baronis d'O, Iniit possessionem ann. 1583. Dominus erat de la *Ferriere*, & Abbas S. Iuliani Turonensis: excessit è viuis, ann. 1627. Parisijs. Cuius pietas eluxit in eo quod vtramque Abbatiam dimiserit ante obitum.

37. *Antonius à Borbonio, ann. 1624.*

Filius naturalis Regis Henrici IV. Comes Moreti, Abbas Sauigniacensis, & S. Victoris Massiliensis, occisus in bello, ann. 1630. mense Septembri.

38. *Alphonsus-Ludouicus du Plessis de Richelieu.*

Religiosus professus Carthusianus, deindè Archiepiscopus Aquensis, mox Lugdunensis, postea S. R. E. Cardinalis, & magnus Franciæ Eleemosynarius: necnon Abbas S. Victoris Massiliens. Prior Charitatis supra Ligerim, &c. ann. 1647. adhuc viuebat, sub quo D. Ioannes de *Baille-hache*, multùm laborauit pro restauratione huiusce Abbatiæ: cuius erat Prior claustralis.

39. *Iulius Cardinalis Mazarini. 1655.*

40. *Carolus de Paris, d'Orleans, Comes S. Pauli.*

Filius Serenissimi Principis D. Henrici *d'Orleans*, Ducis Longæ-villæ, &c. in Normania Proregis: iuuenis sanè optimæ indolis, lectissimi ingenij; & spectatæ probitatis futuræ, necnon auitæ pietatis ac Religionis specimen insigne, ex glorioso cæspite Regiæ prosapiæ surculus consurgens, Liliorum nexu florentissimus.

VII. Non solùm viri clarissimi, huiusce cœnobij Abbates euasere sed & quàplurimi ex eius penetralibus monachi, vita, doctrina, & virtute, prodiere admodũ insignes. Nam ann. 1079. electus est in Archiepiscopum Rothomagensem; D. Guillelmus Abbas 2. Cadomensis. Anno 1114. Radulphus, antea Prior Cadomensis, & Abbas Sagiensis, tum Episcopus Roffensis ac tandem Archiepiscopus Cantuariensis, S. Anselmi successor. [ff] Ann. 1122. Guillelmus à *Corbolio*, etiam Cadomensis Prior, deindè, Radulphi locum accepit in Archiepisc. Cantuariensi. [gg] Gualchelmus, ex monacho Cadomẽsi, Episc. Vvintoniẽsis, obijt an. 1098. ad quẽ Epist. 30. S. Anselmi lib. 2. Picardus ibid. in notis. Paulus, monachus Cadomensis, nepos D. Lanfranci: vir integerrimus, creatus est Abbas S. Albani, ann. 1077. per quem totus ordo Monasticus, in Anglia refloruit; sed & possessionibus multis ac libertatibus Ecclesiam suam ampliauit. [hh] Helgotus de *Crepon*, ex Priore Cadomensi, Abbas S. Audoeni Rothomagensis, ann. 1094. [ii] Guillelmus de *Ros*, ex Priore Cadomensi, Abbas, Fiscannensis, circa ann. 1082. [kk] Rogerus, eius successor, ex Priore etiam Cadomensi Abbas Fiscannensis, ann. 1107. [ll] Herluinus, Prior Cadomensis, factus Abbas Glastoniæ, per Henricum Regem ann. 1100. [mm] Turstanus, ex monacho Cadomensi jam antea, ann. 1083. renuntiatus fuerat Abbas Gastoniæ. [nn] Rodulfus, ex monacho Cadomensi Prior Roffensis, Abbas S. Trinitatis de *Senlac*, seu, Bellensis cœnobij: (quod extructum fuerat à Guillelmo 2. notho, Duce Norman.

[ff] Gallia Christiana in Archiepiscop. Cantuar.
[gg] Ibid.
[hh] Vvestmonasteriensis in floribus Histor. Anglic. ad ann. 1071. 1077. &, 1089. lib. 2. Parisius in Histor. Angl. ad ann. 1077. Historia 23. S. Albani Abbatum in 14. S. Anselmus lib. 1. Epistola 72.
[ii] Vide in Abbatia S. Audoeni.
[kk] Dominus de Rocco, in schedis suis.
[ll] Ibid.
[mm] Ordericus lib. 10. ann. 1100. De Rocco, sup.
[nn] Ex Florentio Vvigorniensi. Parisius, ann. 1079. Hovedenus, Part. 1. Harpsfeldius cap. 10. secul. 11.

in loco, vbi bellum commiserat cum Haraldo, de quo victoriam reportauit; ann. 1066. & Regnum Angliæ acquisiuit) circa ann. 1100. [oo] Ranneruś monachus Cadomensis Abbas S. Petri Diuæ 1167. Anno 1214. Deposito Radulpho Arundelio, Abbate Vvestmonasteriensi, illi substitutus est Vuillelmus de *Humet*, Prior Frontoniæ, monachus Cadomensis. [pp] Godefredus, ex Priore Cadomensi, Abbas S. Stephani Fontaneti circa ann. 1200. [qq] Guillelmus de Tolosa, ex Priore Cadomensi, Abbas Sauiniacensis, & Cistericiens. ann. 1179. [rr]

oo *Ordericus lib. 4. an. 1067.*

pp *Parisius in Histor. Angl. ad ann. 1214.*

qq *Vide in Abbat. Fontaneti.*

rr *Ex D. de Rocca. sup.*

Vt autem his coronidem addamus, quid ascetæ Cadomenses Cruris osse reperto Guillelmi Conquestoris præstiterint, haud pigebit referre: Illi nimirum, vt gratos in suum pium ac nobilissimum fundatorem proderent sese, nouum extrui monumentum ex atro marmore, summis impensis curarunt. Cuius in latere vno, antiquam de Conquestore næniam, à scriptoribus multoties repetitam, quæ sic incipit: *Qui rexit rigidos Normanos*, &c. visere est: in altero autem, quod sequitur recens (cuius author è cœnobitis eiusdem Monasterij extitit.) VIII.

EPITAPHIVM,

Hoc Sepulchrum inuictissimi juxtà & Clementissimi Conquæstoris Guillelmi, dùm viueret, Anglorum Regis, Normannorum Cœnomanorumque Principis, huius insignis Abbatiæ pijssimi fundatoris, cùm anno 1562. vesano hæreticorum furore, direptum fuisset, pio tamdem eiusdem Abbatiæ Religiosorum gratitudinis sensu, in tam beneficum largitorem, instauratum fuit, anno Domini, 1642. Domno Ioanne de Bail-hache Asceterij Protopriore.

P. D. ¦ D. D.

Du Bosius, sup. pag. 30.

Denique, in Anglia, dependent ab Abbatia Cadomensi, *Framptonense* cœnobium, in agro Dorsetensi: & Prioratus de *Vvelles* in agro Norfolciensi: juxta Monasticum Anglicum, Tom. 2.

ANN. 1064.

CADOMVS II.

GALLICÈ, CAEN.

Mathildis, Serenissima Regina, Guillelmi 2. nothi, Ducis Normanniæ & Angliæ Regis amantissima coniux, fundatrix Abbatiæ S. Trinitatis Sanctimonialium Cadomens. vbi pio funere Tumulata est.

a *Sup. cap. 1. §. 2. & 3.*

b *Gemeticensis lib. 7. de Gestis Norman. cap. 22.*

c *Ordericus lib. 3. Histor. Eccles. ad ann. 1063. & lib. 7. ad ann. 1085.*

d *Parisius in Histor. Angl. & Vvestmonasteriensis lib. 2. Flor. Histor. ad ann. 1083. Huntindoniensis lib. 6. Histor. Polydorus lib. 9. Chronica Chronicorũ 2. Part. fol. 22. in eo Duce Guillelmo. Canalis de Re Gallica. lib. 2. Periocha 4. Corrozetus lib. 1. Thesauri Histor. Franc. Titul. 90. Picardus in notis ad lib. 1. Epistola 13. S. Anselmi.*

CAPVT I.

QVAMQVAM, superius obseruauerimus, a Guillelmum 2. nothũ, Ducem Normann. ex pœnitentia à sede Apostolica sibi injuncta, ratione dispensationis obtentæ super impedimẽto Matrimonij cum Mathilde, consanguinitatis affinitate sibi deuincta, initi: duo cœnobia Cadomi extruenda curaret: ann. 1063. hoc tamen non officit, quominùs ipsa Mathildis, vnum illorum, pro sua pietate, & obligatione; respectiuè ædificandum promouerit. Virorum primum, sub Titulo S. Stephani Prothomartyris ab ipso Duce Guillelmo, initium sumpsit: Alterum verò Monialium, in honorem Sanctissimæ Trinitatis, Mathildis à fundamentis erexit. *Ipse* (inquit Gemeticensis) *Monasterium S. Stephani, &* I.

uxor

Digitized by Google

Vxor eius Mathildus, Monasterium S. Trinitatis, ædificauerunt Cadomi. b Quod & *Ordericus* tandem admittit: c & alij confirmarunt. d Sita est autem Abbatia hæc in altero suburbio Cadomensi: ordinemque profitetur S. Benedicti. e

II. A præfata autem depensatione Apostolica, & incœptione huiusmodi Abbatiæ Sanctimonialium, superstes extitit, annis 20. piè etenim obdormiuit in Domino ann. 1083. Sepulturam nacta apud eamdem Abbatiam, ante majus altare, in medio chori, sub lapide nigro marmoreo tumulata: qua de re Mathæus *Parisius* ita proloquitur. *Anno Domini 1083. Mathildis Regina Balduini Comitis Flandrensis filia, & vxor VVillelmi Regis Anglorum, diem clausit supremum: & apud Cadomum, in Monasterio Sanctimonialium, quod ipsa construxerat, honorificè traditur Sepulturæ; matrona admodùm nobilis, & Religiosa, de cuius largiflua liberalitate, sancta lætatur Ecclesia*: sic & *Mathæus* VVestmonasteriensis. *Anno gratiæ 1083. idibus Aprilis, obijt Mathildis Regina, Senior, vxor Guillelmi Regis, filia Baldevuini, Comitis Flandriæ; & sepulta est Cadomi, in Monasterio S. Mariæ, quod à fundamentis construxerat, & nobiliter dotauerat*, Itemque Chronicon Cadomense. *Anno 1083. Obijt Mathildis, Anglorum nobilis Regina; ex cuius liberalitate largiflua, multa apud nos habentur beneficia.*

III. Ex quibus omnibus, corrigendus venit error apud Gemeticensem; vbi hæc repeririuntur. *Ibi Mathildis Regina*, 1081. *Dominicæ Incarnationis, anno, tertio nonas Nouembris, sepulta est.* f Non minore menda laborat *Ordericus*, illius Reginæ obitum reponens, sub ann. 1085. g Verùm, quàm sibi sit contrarius, accipe ex ijs, quæ ibidem subjungit, ipsissimis verbis. *Post obitum gloriosæ Mathildis Reginæ, VVillelmus Rex, penè, 4. annis, superuixit*: nempè ab ann. 1083. quo defuncta est ipsa Regina, vsque ad ann. 1087. 5. idus Septembr. quo, vnà cum alijs, asserit præfatum Regem mortuum esse. h Deindè, addit eamdem Reginam expirasse, indictione 7. quod in idem tempus minimè reincidit: sed ann. 1084. hinc valet ratio ex *Baronio* desumpta; juxta quem indictio 7. non accidit ann. 1083. sed 1084. i quo tempore, Chronicon MS. *Gofferni*, & Rothomagense MS. volunt ipsam Reginam obijsse.

IV. Præterea, nec quo ad mensem, vel diem transitus eiusdem Reginæ ad Deum, omnes conueniunt: qua de re *Ordericum* audiamus. „ *His temporibus*, indictione „ 7. Mathildis Regina Anglorum ægrotauit, diutiua infirmitate, anxia, reatus „ suos cognouit, & obnixè defleuit; omnibusque ritè peractis, quæ mos Christia„nus exigit, salutari Sacramento munita, tertio nonas Nouembris obijt. Deindè, „ corpus eius ad cœnobium S. Trinitatis, quod ipsa Sanctimonialibus apud Cado„mum construxerat, delatum est: & ab Episcopis, & Abbatibus multis, inter „ chorum & Altare, venerabiliter tumulatum est. Exequias eius celebrarunt mo„nachi & clerici cum pauperum agmine; quibus ipsa viuens frequenter profuit „ in Christi nomine. Memoriale eius super ipsam ex auro & gemmis mirificè con„structum est: & huiusmodi litteris aureis comiter exaratum est.

e *Gallia Christiana in Episcop. Bajocens. & in Abbat. Quercetanus lib. 7. Antiquitat. vrbium Franc. cap. 10.*

f *Gemeticensis lib. 8. cap 26.*
g *Ordericus lib. 7. ad ann. 1085.*

h *Idem lib. 7. ad ann. 1087. Chronicon Cadomense, eod. ann. Gemeticensis lib. 7. cap. 44. & alij sup. cap. 4. §. 3. Cadomens. Abbat. Robertus à Monte ad ann. 1083.*
i *Baronius Tom. 11. Annal. Ecclesi. ad ann. 1084. Gallia Christiana. In Tabula annor. Christi. Indictionũ & Paschatum.*

EPITAPHIVM.

Egregiè pulchri tegit hæc structura Sepulchri;
Moribus insignem, germen Regale, Mathildem.
Dux Flandrita pater huic extitit Hadala mater,
Francorum gentis Roberti filia Regis,
Et Soror Henrici, Regali sede potiti;
Regi magnifico VVillermo juncta marito.
Præsentem sedem, præsentem fecit & ædem;
Tam multis terris, quàm multis rebus honestis.
A se ditatam, se procurante Dicatam.
Hæc consolatrix inopum, pietatis amatrix,
Gazis dispersis pauper sibi, diues egenis:
Sic infinitæ petijt consortia vitæ,
In prima mensis, post primam, luce Decembris. l

l *Ordericus sup.*

Dicit itaque eam Reginam expirasse, tertio nonas Nouembris, hoc est, die tertia eiusdem mensis: cui adstipulari *Gemeticensis* videtur: [m] cùm tamen liquet ex vltimo præfati Epitaphij versu, spiritum exhalasse, die 1. Decembris: & iuxta *Vvestmonasteriensem*, constet, obijsse idibus Aprilis. At tamen, vt verum fatear, hæc omnia confusione plena lectoris animum potiùs obnubilant, quàm dilucidant, quapropter rejectis talibus rerum historicarum implicamentis: Dicimus, præfatam Reginam migrasse in cœlum, ann. 1083. [n] idibus Aprilis; [o] cuius corpus allatum Cadomum, 4. nonas Nouembris, feria 5. [p] die sequenti, scilicet tertio nonas eiusdem mensis: funus solemniter deportatum est; [q] ac tandem protractum officium vsque ad primum diem Decembris, quo, post Primã decantatam [r] totum cæremoniarum Agendarium pro defunctis, completum est, & terminatum: indictione sexta, non septima. V.

Laudatur autem pia Heroïna, à distributione facultatum, in alendos egenos & pauperes: constat quippe, pro illius matrimonij (de quo sup.) Dispensatione obtinenda à sede Apostolica, iniunctam fuisse præfatorum duorum Monasteriorum, apud Cadomum, constructionem: sed insuper additum; victum ac vestitum centum pauperum cœcorum, Rothomagens. Cadomens. Bajocens. & Cæsar. Burgens. annuatim, suppeditandũ, [s] quòd ipsa piè seruauit ac præstitit. Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellens. sub littera M. 3. Carta. 34. & 40. extat *Littera inter nos & Abbatissam ac moniales Cadomenses*. VI.

Vt autem nil intactum relinquamus, apponenda est hic fundatio huiusce illustrissimæ Abbatiæ, quam ex MSS. codicib. excerptam damus. VII.

[m] *Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 26.*

[n] *Parisius. Vvestmonasteriensis Chronicõ Cadomẽse. sup. Homedenus 1. Pars. Histor. Florentius Vvigorniẽs. Huntindoniensis lib. 7. Malmesburiensis. lib. 3. Reg. Anglor.*

[o] *Vvestmonasteriensis.*

[p] *Homedenus.*

[q] *Gemeticensis. Ordericus.*

[r] *Epitaphium sup.*

[s] *Chronica Chronicarum. sup. Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 235.*

Charta fundationis.

Diuina gratia, ac Domini nostri Iesu Christi disponente clementia; Ego Vvillelmus, Anglorum Rex, Normannorum & Cœnomanorum Princeps; sed & mathildis Regina, vxor mea, Balduini, gloriosi Flandrensium Ducis filia, ad gloriam beatitudinis, ad præmium beatæ retributionis, pio sapientique desiderio anhelantes: in territorio, quod ab antiquis *Cadomum* appellatur, Ecclesiam, in honorem S. Trinitatis, pro salute animarum nostrarum coædificauimus, ibique sanctas ac Religiosas fœminas, secundum institutionem S. Benedicti, sub Abbatissa Domino seruituras, in perpetuum constituimus. Quibus vt imposterum, vsus necessariarum rerum vsquequaque sufficiat, Regia munificentia opportuna prouisione prospeximus. Tradidimus itaque sanctæ Dei Ecclesiæ prænominatæ, villam, quæ vocatur, *Caluz*, cum omnibus pertinentibus sibi, excepta decima, quæ est Ecclesiæ S. Mariæ Bajocensis. Dedimus etiam *Oistrehan*, cum cunctis appenditijs suis: hoc excepto, quod *Robertus* ibidem tenet de Comite Moritonensi, *Vvillelmo*, qui dicitur, *Caritas*, & *Richardo*, nepote eius; sed & *Gilleberto Crispino* annuentibus, pro pecunia quam nos ei dedimus. Præterea, villam, quæ dicitur *Calfur*, cum suis appenditiis, quam Regis concessu, ego *Mathildis* Regina, emi à *Richardo* filio *Ranulfi*, annuente *Aitordo de Nonant*, de cuius fœodo erat: præbuimus etiam assensum donationi, qua *Radulfus Taxo*, *Villam barga* donauit, cum cunctis apprenditijs suis: cumque centum & decem acris terræ in Villa *Amblida*, & vno molendino in eadem *Amblida*, pro sorore sua monacha facta in Ecclesia supradicta. Ego *Mathildis* Regina redemi *Villam-barga* de calumnia à filia *Conanni*, & terram, & molendinum in *Amblida* redemi de calumnia, à *Vvaleranno*, filio *Ragnulfi*, de quorum hæreditate fuerat. Ab eodem etiam *Vvaleranno*, ex concessu Regis, emi ego *Mathildis* Regina, quinquaginta acras terræ in territorio *Cadomi*, & appositum est hoc ad Ecclesiam supradictam, *Radulfo Camerario* concedente, de cuius feodo erat. Super hæc donauimus & *Eschenel*, villam prædictæ Ecclesiæ, quam ego Regina *Mathildis*, Regis concessu, emi à filiis *Vvimundi Cufel*, *Vvillelmo* & *Roberto*; à quo eodem *Roberto*, ego Regina emi terram illam, quam habebat in *Hetrusivilla*; & Domini mei Regis concessu, apposita est Ecclesiæ. Item Annuente Domino meo Rege, emi à *Richardo* filio *Herluini*: illas terras, quas tenebat in *Taxilli*, & in monte *Boani*, eo tenore, quòd ipse *Richardus*, de Ecclesia, eas teneret in vita sua, & post obitum eius, in sua possessione propria possideret Ecclesia. Item, terram, quam tenuit *Radulphus*, filius *Alapi*, in *Vvillon*, comparaui ab eodem *Radulfo*, & à *Richardo*, filio *Rainfrandi*, Rusticum

sticum vnum in villa, quæ dicitur *Charon*; & duas garbas decimæ, quam habebat in eadem villa. Similiter & à *Ragnulfo* de *Barberijs*: duas garbas decimæ, quam habebat in *Charon*: & hæc ex concessu Regis Ecclesiæ, apposita sunt. Præter hæc à *Milone Mariscalco*, & *Alethselina* eius vxore, emi ego Mathildis Regina terram, quam habebant in *Valcellis*, & quod in Ecclesia, & in molendino vno eiusdem villæ habebant, excepto, quòd *Beatrici* filiæ suæ ad coniugium suum largiti sunt; quod Domino meo Rege concedente, Ecclesiæ subscriptum est.

VIII Super ea, quæ dicta sunt, ego *Vvillelmus* Rex, & vxor mea, *Mathildis* Regina, Ecclesiæ prænominatæ donauimus Burgum de *Hulmo*, cum redditibus suis, *Adeliza*, Amita mea annuentes, cuius hæreditas erat, sed & Comitissa. A. *de Abba-maria*, concedente; eo videlicet pacto, vt ipsa teneret in vita sua, post obitum verò suum ad victum sanctimonialium sancta possideret Ecclesia. In territorio autem *Cadomi*, dedimus terras illas, quas de me *Vvillelmo* Rege, tenebant *Godefridus Iuuenis*, *Rogerius Conestabulus* & *Vvillelmus patrich*; Et intra Burgum Cadomi, vnius molendini mei decimam; & Decimam furnorum ad me pertinentium: Decimam quoque de *Dina*, de piscibus & denarijs: similiter decimam de *Diuula*; & de *Batuent*, de sale, & denarijs; Eodem modo Decimam de *Vvachei* & de *Scocei*, de denariis, piscibus, & molendinis. Item in insula de *Gerzoi* vnum molendinnm; & terram duorum francorum hominum: atque medietatem Decimæ de quinque Parœchiis: & sextam garbam de vna parœchia & dimidia. Sed & terram, & decimas, quas *Rainoldus* Capellanus noster, in eadem insula de me tenebat, ipsius *Rainoldi* precatu: postquam monachus effectus est, Ecclesiæ prædictæ concessimus. In villa, quæ dicitur *Maintrud*, sexaginta acras terræ: & in villa *Billei*, terram, quam *Hernostus* clericus, ibidem tenuit; terramque *Radulfi Billei*, pro qua recepta fuit filia *Vvillelmi*, in Ecclesia *Radulfi Camerarij*, & *Vvillelmi*, filii *Theodorici*, eiusque vxoris concessu, de quorum hæreditate erat. Ad hæc, addidimus prætitulatæ Ecclesiæ viginti acripennos vineæ: de quibus tres sunt apud *Liriacum*, cum sex acris terræ: Apud *Albam-viam*, septem, quos ego Regina emi à *Vvillelmo de Aillio*, concessu *Rogerij*, filii eius, & *Richardi*, Comitis Ebroicensis, & *Anschitilli de Alinillio*, concessu, de quorum hæreditate erat; Apud *Argentias* septem: Apud *Vernum*, tres: de istis tribus agripennis *Godelef* dedit duos, & dimidium, cum vna domo, pro eo, quòd monacha facta est in Ecclesia prælibata, & soror eius alterum dimidium.

IX. Donauimus etiam medietatem villæ, quæ nominatur, *Carpi Kech*, quam ego Regina, Domini mei Regis concessu, comparaui ab *Eudone*, filio *Thurstini Haldup*, & à *Ragnulfo* Vice-comite *Adelaidis*, *K.* autem filia *Turstini Haldup* ad eandem S. Trinitatis Ecclesiam in qua monacha facta est, nostro concessu, & *Ragnulfo*, Vice-comite, & *Eudone*, eiusdem *Adelaidis* fratre, annuentibus, alteram medietatem villæ *Carpi Kech*, cum medietate Ecclesiæ, & Decimæ eiusdem villæ, donauit. Sed & duas partes villæ, quæ *Puthens* nuncupatur. Et inter *Filcherolas* & *Hersteruillam*, nouies 20. acras terræ: necnon & illam terram, quam *Oismelinus*, *Theodorici* filius, & *Herbertus Folenfant*, tenebant de ea, in *Goisbertiuilla*, & in *Damoldivilla*, & in *Culnertivilla*. In *Coisnerijs* dimidium molendinum, & terram vnius carucæ, in eodem loco. In Ruscavilla, terram vnius carrucæ. In *Ingulfivilla*, terram illam, quam de ipsa tenuit *Anschitillus*. In *Caluavilla*, terram vnius carrucæ. Dedit etiam hæc, eadem *Adelaidis*, *Fraxinivillam*, & *Maisnillem Vrcelei*, quas ego *Mathildis* Regina excambiui Ecclesiæ S. *Mariæ Bajocensi*, per *Odonem*, eiusdem Ecclesiæ Antistitem, concessu Domini mei Regis, pro Ecclesijs, cum Decimis S. *Stephani*, & S. *Martini*, Cadomi, sicut *Anschitillus*, filius *Vrsi*, eas tenuerat, & pro Ecclesia S. *Georgij de castro Cadomi*.

X. *Stigandus*, quoque dedit Ecclesias Falesiæ cum decimis; & Ecclesiam *Vvibreei*, cum Decima, & vnum molendinum in eodem loco, supranominatæ Ecclesiæ, pro filia sua, ibidem monacha facta, *Vvillelmo de Braiosa*, de cujus jure erat, annuente: cui, vt concederet, ego *Mathildis* Regina, ex concessu Regis, dedi de pecunia mea. Sed & *Aluredus de Moton*, concessit eidem Ecclesiæ, terram illam, quam soror eius *Ala*, habuerat in conjugio apud *Ranvillam*, pro filia sua, quæ monacha facta fuerat in eadem Ecclesia, excepto, quod ibidem, *S. Leodegarius de Pratellis* tenet; cujus terræ seruitium, ego Regina ad opus Ecclesiæ redemi de *Huberto de Ria*, cujus feodum erat. *Fredesendis* autem, *Ragnulfi* Vice-comitis amita, dedit eidem Ecclesiæ

lernivillam, annuente eodem *Ranulfo*, de cujus feodo erat: cui *Ragnulfo*, pro concessu suo, dedi ego Regina *Mathildis*, de pecunia mea. Dedit idem *Ragnulfus* Ecclesiæ supradictæ molendinum vnum, intra Burgum *Cadomi* situm, & in *Goisbertiuilla*, terram duorum francorum hominum, pro filia sua facta monacha, in Ecclesia. *Balduinus*, filius Comitis *Gisleberti*, & vxor eius *Emina*, dederunt eidem Ecclesiæ, pro salute animarum suarum, Ecclesias *de la Forest*, cum decimis, & ducentas acras terræ, in eodem loco, quibus pro concessione ipsorum, ego Regina *Mathildis* dedi de censu meo. *Murler de Guitot*, pro salute animæ suæ, dedit prædictæ Ecclesiæ *Osbernivillam* supra mare sitam; ita tamen vt in vita sua eam teneret, & post mortem suam mater Ecclesia in sua proprietate possideret; *Vuillelmo de Bretoil* concedente, cui ego Regina dedi de pecunia mea pro concessione ipsius: quia de eius feodo erat. *Alberada*, soror *Fulconis* eidem Ecclesiæ tribuit terram, quam pater suus dederat ei in villa, quæ dicitur, *Guillon*, annuente eodem *Fulcone*; quæ cùm esset illius loci soror, sepulta ibidem jacet in atrio. *Billetheldis*, filia *Rogerij*, quod pater suus donauerat ei in *Vernon* pro conjugio, & ipsa dedit prædictæ Ecclesiæ, nepote eius annuente, *Vuillelmo*, de cujus honore erat; cui pro concessu suo, ego Regina *Mathildis*, dedi de censu meo.

Rogerius de Molbray, dedit prædictæ Ecclesiæ, terram, quam ipse habebat: in *Grani-villa*, pro filia sua ibidem monacha facta, *Rogerius* quoque de *Monasterijs*, pro matre sua ibidem, Domino sacrata, dedit *Salam* cum cunctis appenditijs suis, & dimidiam syluam de *Monte Alboldi*, atque Monasterium de *Valz*, cum Decima: & terram vnius carrucæ in eadem villa; & in vno Molēdino, hoc quod habebat in proprio Dominio; & terram, quam *Richardus* tenet in villa, quæ dicitur, *Lu. Fulcho* autem de *Alno*, dedit eidem Ecclesiæ villam *Fulebech* cum Molendinis, cunctisque appenditijs, tam in planis, quàm in syluis, pro vxore sua, *Hadwissa*, in eodem cœnobio monacha facta: annuente filio eorum, *Fulcholino*. *Athselinoc*, filia *Aluredi Gigantis*, dedit Ecclesiæ prædictæ terram, quam habebat in *Grandi-campo*, & in *Goi*, concessu *Vuillelmi*, filij *Aluredi*, propter quem concessum, neptis sua, filia *Vuillelmi de Millei* ibidem facta est monacha. *Vuillelmus Bacco*, duas partes Decimæ de *Bleer*, & vnum rusticum in eadem villa, dedit pro sorore sua, in eodem loco monacha facta, *Goisfridus Lunez*, duas partes Decimæ de decem & octo villanis, & sex acras terræ, in *Cole-villa*, dedit pro filia sua, in Ecclesia facta monacha, *Bremarus*, 40. acras terræ in *Anglica-villa*, & 20. in *Charon*, & de dimidia Decima de *Charon*, duas garbas; & in *Vuillon*, Decimam, quam emit ipse à *Murier*, Sorore, *Richardi* principis, dedit pro filia sua in eodem cœnobio monacha facta. *Petrus*, quod habebat in *Monasterijs*, dedit pro filia sua, quæ ibi facta est monacha. *Odo*, clericus, 40. acras terræ in *Cambis*, dedit pro anima sua, *Vuillelmi Osberni* filij consensu, de cuius feodo erat. Ecclesiam *Burnolfivillæ* cum Decima, excepto quod *Rogerius*, filius Hunfredi ibidem tenet, dederunt homines de eadem villa, pro salute animarum suarum, Episcopo Bajocensi *Odone* præbente consensum. *Alberada*, vxor *Radulfi Taxonis*, concessit seruitum de terra, quam *Fulcherius Mala-herba* de ipsa tenebat in *Bleduilla*. XI.

Gisla filia *Thurstini*, terram, quam habebat in *Gray*, & in *Dumvilla* dedit eidem Ecclesiæ, pro anima sua, concessu *Thurstini*, nepotis sui, cujus feodum erat. Ego autem *Vuillelmus* Rex concessi seruitium illud, quod *Goisfredus*, filius *Salomonis*, & *Heltho Dapifer*, reddebant mihi de *Gray*, supradictæ Ecclesiæ. *Radulfus*, filius Alu. pro salute animæ suæ dedit terram, quam habebat in *Adeuilla*. *Alberada Hugonis & Rogerij* mater, dedit, annuentibus ipsis, hoc quod habebat in Ecclesia, & in decima de *Hainoluilla*; & vnam acram terræ in eadem villa, pro anima sua, *Hugo Pincerna* supradictæ Ecclesiæ dedit terram de *Fago*; ita vt ipse teneret in vita sua, & post obitum eius dicta possideret Ecclesia, *Radulfo de Thodenio* annuente, de honore cujus erat: cui ego *Mathildis* Regina pro concessu illo dedi de pecunia mea. *Gunnor*, *Vuillelmi de Brajosa* mater, S. Trinitatis monacha, dedit eidem cœnobio terram, quam habebat in *Batuent*; annuente *Hugone Pincerna*, & *Rogerio de Cuilly*: de quorum honore erat, cui *Rogerio* ego Regina *Mathildis* pecuniam dedi pro assensu suo. Donauit etiam eadem *Gunnor* terras, quas habebat in *Rovres*, & in *Cirreni*, & in *Craiftentevilla*, & in villa, quæ dicitur, *Quatuor putei*, Mauricio & *Alberada*, vxore eius consensum præbentibus, de quorum hæreditate fuerat. *Rodbertus*, filius Ansfredi XII.

Dapiferi,

Dapiferi, terram, quam habebat in *Condet*; & dimidia prata, quæ habebat, in *Vui-Kolmi*, dedit pro *Anicia*, vxore sua, in eadem Ecclesia monacha facta, filijs suis concedentibus. *Radulfus de Anerijs*, 36. acras terræ, quam tenebat in eadem villa, *Anerijs*, dedit eidem Ecclesiæ pro anima sua, quas à *Vuillelmo de Simillei* emerat, annuente huic donationi *Vuillelmo de Columbarijs*; de cujus feodo erat. Vrsellus dedit pro anima sua, terram, quam habebat in villa S. *Aniani*, *Rodbertus Camerarius*, dedit terram, quam *Hadebrandus* tenebat in *Louenio* pro anima sua, & pro amore sororis suæ, quæ erat monacha in Ecclesia. *Vuillelmus Camerarius*, dedit vnum molendinum juxta *Cherahoil*; & terram, quam ibidem de Regina *Mathilde* tenebat.

XIII Ad hæc Episcopus Bajocensis *Odo*, interueniente gratia & dilectione nostra, prædictæ S. *Trinitatis* Ecclesiam cum atrio; Abbatissam cum sanctimonialibus, omnem clerum in eodem loco seruientem, vniuersam familiam eiusdem Ecclesiæ cibo sustentatam, ab omni exactione pecuniæ Episcopalium redditum, liberam esse concedit. Sed & Ecclesiam B. *Ægidij*, cum atrio ipsius, quo modo supradictam liberam, & quietam: & clericos ibidem seruientes, eo modo, quo supra liberos esse permittit. Præterea, in ea parte Burgi (extra murum videlicet Cadomi siti, versus Ecclesiam S. *Trinitatis*, quam ego V*villelmus* Rex prædictæ Ecclesiæ dedi) illius partis Burgi parochiam, ad Ecclesiam S. *Ægidij* venire oblationem, decimam de pecoribus, cum sepultura, clericos ibi seruientes, quietè permittit habere. Sed & gablum, & consuetudinem culcitrarum, quod in eadem parte Burgi habebat; Ecclesiæ S. Trinitatis ascribit. Super ea, quicunque in his duabus Ecclesijs, & atrijs earum forisfacturam fecerit, emendationem pecuniæ, quæ ab Episcopali consuetudine, pro forisfactura exigi solet, eiusdem loci Abbatissæ, Episcopo eodem annuente, donabit. Quicunque autem hominum Cadomensium in vita sua, sepulturam sibi in atrio sanctæ Trinitatis elegerit, licenter habere sine requisitione sepulturæ, idem Episcopus, à suo sacerdote, concedit. Et quia Bajocensis Episcopus quietem libertatis, quæ dicta est, prædictis concessit Ecclesijs, dignæ recompensationis donum præbuimus Antistiti eidem, & Ecclesiæ Bajocensi. Si quis verò horum omnium, quæ prædictæ S. Trinitatis Ecclesiæ data, ostensa sunt; temeraria præsumptione aliquando (quod absit) violator effectus in sua impudenti obstinatione perstiterit: Nouerit ille se Anathema factum à Domino, sancta ac Beata fidelium omnium communione priuatum Diuino judicio, perpetualiter esse plectendum. Vt igitur vniuersa hæc secundum quod à nobis instituta esse noscuntur, inconcussa in perpetuum firmitate perdurent, aduersum Dei Ecclesiæ inimicos: Ego Vvillelmus Rex priuilegium Regiæ Majestatis apponens, Episcoporum ac magnatum meorum, quorum nomina subscripta habentur, irrefragabili attestatione probaui, meæque imaginis munimento, præsenti legitima sanctione firmaui. Anno ab Incarnatione Domini 1082. indictione 5. Apostolicæ sedis Cathedram possidente Papa Gregorio VII. Regni mei, 16. anno, in Francia regnante Philippo, Romanis in partibus Imperiali jure dominante Henrico.

Signum *Vuillelmi* Anglor. Regis. Sign. *Mathildis* Reginæ. Sign. *Lanfranci* Archiepiscopi. Sign. *Vuillelmi* Rothomag. Archiepiscopi. Sign. *Odonis*, Bajocens. Episcopi. Sig. *Michaelis* Abricens. Episc. Sign. *Gileberti* Lexouiës. Episc. Sign. *Gislleberti* Ebroicens. Episc. Sig. Comitis *Rodberti*, Regis filij. Sig. Comitis V*villelmi*, filij Regis. Sig. *Henrici*, Regis Vvillelmi filij. Sign. Comitis R*oberti* Moritonensis. Sign. *Balduini*, filij Comitis Giliberti. Sign. *Alani* Comitis. Sign. R*ogerij* Comitis de monte *Gomerico*. Sign. V*villelmi* de Vvarenna. Sign. *Gisleberti* Crispini. Sign. R*oberti* Bertranni. Sign. *Henrici* de Ferires. Sign. R*ogerij* de Bellomonte. Sign. *Hugonis* Comitis de Cestra. Sign. *Richardi*, filij Herluini. Sign. R*ogerij* pincernæ de Ibriaco. Sign. Comitis *Rotberti* de Bellomonte. Sign. V*villelmi*, Comitis Ebroicens. Sign. *Hugonis* pincernæ. Sign. *Fulconis* de Alnov. Sign. *Ranulfi* Vice-comitis. Sign. V*villelmi*, qui dicitur *Caritas*. Sign. de *Gornayo*. Sign. R*adulfo* de Todenio. Sign. V*villelmi* de *Bretoil*. Sign. *Girardi* de Gornayo. Sign. V*villelmi* camerarij, filij Radulfi. Sign. *Eudonis*, Vice-comitis. Richardi de........

Abbatissæ omnes, quæ huc vsque huic insigni Monasterio præfuerunt, recensentur.

CAPVT II.

SEriem Abbatissarum huius insignis Monasterij descripturus, fausto omine accidit, vt Antesignana, & prima omnium occurrerit, fundatricis nomen reportans. I.

1. *Mathildis, Abbatissa.*

Huius Illustrissimæ virginis meminit Gemeticensis; hæc de ea subdens. *In cœnobio S. Trinitatis Sanctimonialium, chorus Deo laudes quottidiè concinit: quibus Ancilla Dei, Mathildis, Abbatissa, ferè quadraginta* 8. *annis præfuit.* a De ea copiosius *Ordericus* agit, inferius à nobis citandus. Obijt ann. 1112. seu 1113. die 6. Iulij. Consuluit S. Anselmum, super dimissione spontanea Abbatiæ suæ: cui ipse in hunc modum respondet lib. 3. Epistol. 84.

a *Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 26. & lib. 8. cap. 34. Catalogus MSS. Abbatiss. Cadomens.*

Anselmus, seruus Ecclesiæ Cantuariensis, D. & Reuerendæ matri, Abbatissæ Cadomens. Mathildæ, semper Diuinæ gratiæ regi consilio.

Petit Sanctitas vestra per D. Robertum, fratrem Eustachij, nostrum consilium de Abbatia vestra, quam idcirco deserere, si vobis liceret, vt alij commendaretur, velletis: quoniam eam, propter infirmitatem & ætatis imbecillitatem, sicut oportet, regere non valetis. Quod quia fieri nō potest, nisi per Comitē, & Archiepiscopum Rothomagensem, & Episcopū vestrum, & consensum Sanctimonialiū, vobis cōmissarum. Vndè vobis nullum impendere possum auxilium: sed quoniam petitis, quale possum mando consilium. Tentate, si per eos, ad quos pertinet, desiderium vestrum, sicut vobis expedire videtur, potestis efficere: & si nequitis, sororibus, quæ membra vestra sunt, illis scilicet, in quibus maiorem prudentiam, & religionis feruorem cognoscitis, earum rerum, in quibus vires vestræ deficiunt, præcipiendo, rogando, exhortando, curam iniungite. Nam si etiam contigeret, vt tales personas, in quibus, secundum desiderium vestrum possitis confidere, non haberetis, quod in Ecclesia vestra esse non spero: vestra tamen reuerentia, si illas eligeret, quas ad hoc meliores, & aptiores cognosceret, excusabilis apud Deum, quoniam melius non posset, sicut credo, existeret. Dictis tanti præsulis stetit: vti liquet ex chronologia, qua illi superstes mansit.

2. *Cæcilia.*

Virgo Regia, filia primogenita, prædicti Regis Angliæ, Normanniæque Ducis, Guillelmi, 2. nothi: & pientissimæ Heroinæ, Mathildis Reginæ, fundatricis huiusce Monasterij: quæ ab infantia Deo consecrata est, scilicet, ann. 1075. juxta *Vvestmonasteriensem. Eodem quoque anno* (inquit) *idem Rex Guillelmus, die Paschæ, in Ecclesia de Fescamp, filiam suam Cæciliam, Deo consecrandam obtulit, cum deuota Solemnitate.* b Cui assentitur *Parisius*; qui postea addit. *Filiæ verò illi quinque erant; quarum Cæcilia, Cadomi Abbatissa fuit.* Quod alij, antè ipsum jam, obseruauerant. c *Ibi quoque* (ait Gemeticensis) *Cæcilia virgo, filia eius, Deo consecrata est: & in seruitio Dei diu commorata est.* d Et inferius. *Primogenita igitur earum, Cæcilia nomine virgo Deo Sacrata, in Monasterio S. Trinitatis Cadomensis oppidi, post Mathildem ipsius loci primam Abbatissam, illi cœnobio pluribus annis præfuit.* e Clarius verò his omnibus, ea de re scribit prænominatus Ordericus. „*Cadomense* (inquit) cœnobiū Sāctæ & indiuiduæ Trinitatī „ dicatum, Mathildis Abbatissa per annos 47. strenuè rexit: atque Cæciliam „ Regis filiam, aliasque plures, in Dei famulatu solerter educauit, & regulariter instruxit. II.

b *Vvestmonasteriens. lib. 2. ann. 1075.*

c *Malmesburiensis lib. 3. Reg. Angl. Continuator Historiæ Anglor. Bedæ lib. 3. cap. 21.*

d *Gemeticensis lib. 7. cap. 26.*

e *Idem lib. 8. cap. 34.*

Digitized by Google

„ instruxit. Qua defuncta, nobilis Cæcilia successit; & pluribus annis, tempore „ fratris sui, Henrici Regis, officium matris gessit. [f] Itemque alibi. Anno ab In- „ carnatione Domini 1075. indictione 13. Guillelmus Rex, Fiscanni, sanctum „ Pascha celebrauit: Cæciliamque filiam suam, per manum Ioannis Archiepisco- „ pi, Deo consecrandam obtulit. Quæ cum grandi diligentia in cœnobio Cado- „ mensi educata est, & multipliciter erudita; ibique Sanctæ & indiuiduæ Trinita- „ ti dicata, sub venerabili Mathilde, Abbatissa, virgo permansit, sanctæ Regulæ „ fidelitati subiugata. Defuncta verò matre prædicta, post annos 47. regiminis sui, „ hæc successit, & fere quatuordecim annis, Sanctimonialium regimen laudabi- „ liter gessit. Annoque Dominicæ Incarnationis, 1127. idus 3. Iulij: de hoc sæculo „ migrauit: sic quinquaginta duobus annis, habitu & ordine, studioque pio lau- „ dabiliter monacha, postquam à patre oblata est, Deo seruiuit; annoque 26. Re- „ gni Henrici fratris sui obijt. [g] Attamen, non ann. 1127. sed 1126. ad Deum mi- grasse testatur chronicon Cadomense: hisce verbis. *Anno 1126. Obijt Cæcilia Ab- batissa, VVillelmi Regis filia.* Omitto recentiores de eadem agentes. [i]

3. *Isabella.*

III. Moritur circa ann. 1128. Iulij, 11. [l] seu 1133. ex Catalogo, sup. Nomen huiusce virginis nobilissimæ reticetur apud *Ordericum*; vbi enarrato prædictæ Cæciliæ decessu, subdit, *Deindè filia VVillelmi Consulis, filij Stephani Blesensis, regimen eiusdem Ecclesiæ suscepit: sed immatura morte preuenta, paruo tempore tenuit.* [m]

4. *Beatrix de Hugue-villa. Obijt circa ann. 1141.* [n]

Memoratur ab *Orderico*; vbi de Ernaldi *Geroiani*, viri perillustri morte agit; cuius filia, secundo genita, Geua, virgo charissima; *In cœnobio S. Trinitatis* (quod Mathildis, Regina apud Cadomum construxit) *sub Beatrice Abbatissa, sacram seriem diu gerendo, & docendo, sibi & laudabiliter profecit.* [o] Huius tempore floruit *Adeliza*, virgo celebris, filia Richardi de *Colungis*, fratris Rogerij de *Guarenna*, Herois illustrissimi; quæ ab infantia Deo dicata, tandem, circa ann. Christi, 1124. *In cœnobio S. Trinitatis Cadomi, Sanctimonialis effecta est.* [p]

5. *Dionysia de Escal-folio, d'Eschauffou.*

IV. Obijt, circa ann. 1160. Iulij 26. [q]

6. *Ioanna de Coulonges.*

Deo spiritum reddidit 18. Maij. ann. 1181. [r] valdè suspicor eamdem esse cum *Adelisa de Colungis*, Cadomensi Sanctimoniali, cuius superius meminimus.

7. *Mathildis 2.*

Robertus à monte hæc de ea refert: *Priorissa de fonte S. Martini; mulier religiosa, & magni generis, vt potè Soror Abbatis Saniguel, qui fuit nepos Symonis*, Comitis *Ebroicensis, facta est Abbatissa S. Trinitatis Cadomi.* [s] Scilicet, ann. 1182. quo & ille Symon Comes, spiritum exhalauit; vti idem author, paulò superius notauerat. *Obijt* (inquit) *Symon, Comes Ebroicensis; & successit ei in Comitatu Ebroicensi in Normania, Almaricus, filius eius, & in Comitatu de Roca, & in terra Franciæ, Symon, alter filius eius.* Mathildis autem circa ann. 1198. vitam finiuit. 5. Decembris. [t] seu 9. eiusd. mensis. [u]

V. 8. *Isabella 2. de Iuetoto.*

Obijt 7. Iunij ad ann. 1202. [x] ex Diuastis *de Yuetot.*

9. *Adela de Tibouuilla.*

Moritur 28. Decemb. circa ann. 1215. [y] ex Toparchis de la *Riuiere.*

10. *Iuliana à S. Celerino.*

Pppp

[f] *Ordericus lib. 5. ad ann. 1085.*

[g] *Idem lib. 5. ann. 1075. Catalogus sup.*

[i] *Polydorus lib. 9. de gestis Anglor. in fin. Chronicon Chronicor. 2. Part. fol. 22. sup. Gillius in Annal. lib. Franc. sub Philippo 1. Reg. Thomasius. Tom. 2. Cosmograph. lib. 15. cap. 10. Harpsfeldius, sæcul. 11. Histor. Ecclesi. Anglic. cap. 6. Vvion lib. 4. ligni vitæ. cap. 29.*

[l] *Dominus de Rocca, in Ordericus sup. lib. 7.*

[m] *D. de Rocca.*

[o] *Ordericus lib. 3. ad ann. 1063.*

[p] *Idem lib. 8. satis longè ab initio.*

[q] *D. de Rocca, & Catalogus sup.*

[r] *Ibidem.*

[s] *In Appendice ad Sigebertum, ann. 1182.*

[t] *De Rocca.*

[u] *Catalogus sup.*

[x] *Idem & D. de Rocca.*

[y] *Ibid.*

Digitized by Google

Abbatissæ omnes, quæ huc vsque huic insigni Monasterio præfuerunt, recensentur.

CAPVT II.

SEriem Abbatissarum huius insignis Monasterij descripturus, fausto omine accidit, vt Antesignana, & prima omnium occurrerit, fundatricis nomen reportans. I.

1. *Mathildis, Abbatissa.*

Huius Illustrissimæ virginis meminit Gemeticensis; hæc de ea subdens. *In cœnobio S. Trinitatis Sanctimonialium, chorus Deo laudes quotidiè concinit: quibus Ancilla Dei, Mathildis, Abbatissa, ferè quadraginta* 8. *annis præfuit.* a De ea copiosius *Ordericus* agit, inferius à nobis citandus. Obijt ann. 1112. seu 1113. die 6. Iulij. Consuluit S. Anselmum, super dimissione spontanea Abbatiæ suæ: cui ipse in hunc modum respondet lib. 3. Epistol. 84.

a *Gemeticensis sup. lib. 7. cap. 26. & lib. 8. cap. 34. Catalogus MSS. Abbatiss. Cadomens.*

Anselmus, seruus Ecclesiæ Cantuariensis, D. & Reuerendæ matri, Abbatissæ Cadomens. Mathildæ, semper Diuina gratiæ regi consilio.

Petit Sanctitas vestra per D. Robertum, fratrem Eustachij, nostrum consilium de Abbatia vestra, quam idcirco deserere, si vobis liceret, vt alij commendaretur, velletis: quoniam eam, propter infirmitatem & ætatis imbecillitatem, sicut oportet, regere non valetis. Quod quia fieri nō potest, nisi per Comitē, & Archiepiscopum Rothomagensem, & Episcopū vestrum, & consensum Sanctimonialiū, vobis cōmissarum. Vndè vobis nullum impendere possum auxilium: sed quoniam petitis, quale possum mando consilium. Tentate, si per eos, ad quos pertinet, desiderium vestrum, sicut vobis expedire videtur, potestis efficere: & si nequitis, sororibus, quæ membra vestra sunt, illis scilicet, in quibus maiorem prudentiam, & religionis feruorem cognoscitis, earum rerum, in quibus vires vestræ deficiunt, præcipiendo, rogando, exhortando, curam iniungite. Nam si etiam contigeret, vt tales personas, in quibus, secundum desiderium vestrum possitis confidere, non haberetis, quod in Ecclesia vestra esse non spero: vestra tamen reuerentia, si illas eligeret, quas ad hoc meliores, & aptiores cognosceret, excusabilis apud Deum, quoniam melius non posset, sicut credo, existeret. Dictis tanti præsulis stetit: vti liquet ex chronologia, qua illi superstes mansit.

2. *Cæcilia.*

Virgo Regia, filia primogenita, prædicti Regis Angliæ, Normanniæque Ducis, Guillelmi, 2. nothi: & pientissimæ Heroinæ, Mathildis Reginæ, fundatricis huiusce Monasterij: quæ ab infantia Deo consecrata est, scilicet, ann. 1075. juxta *Vvestmonasteriensem. Eodem quoque anno* (inquit) *idem Rex Guillelmus, die Pasche, in Ecclesia de Fescamp, filiam suam Cæciliam, Deo consecrandam obtulit, cum deuota Solemnitate.* b Cui assentitur *Parisius*; qui postea addit. *Filiæ verò illi quinque erant; quarum Cæcilia, Cadomi Abbatissa fuit.* Quod alij, antè ipsum jam, obseruauerant. c *Ibi quoque* (ait Gemeticensis) *Cæcilia virgo, filia eius, Deo consecrata est: & in seruitio Dei diu commorata est.* d Et inferius. *Primogenita igitur earum, Cæcilia nomine virgo Deo Sacrata, in Monasterio S. Trinitatis Cadomensis oppidi, post Mathildem ipsius loci primam Abbatissam, illi cœnobio pluribus annis præfuit.* e Clarius verò his omnibus, ea de re scribit prænominatus Ordericus. „*Cadomense* (inquit) cœnobiū Sāctæ & indiuiduæ Trinitati „ dicatum, Mathildis Abbatissa per annos 47. strenuè rexit: atque Cæciliam „ Regis filiam, aliasque plures, in Dei famulatu solerter educauit, & regulariter instruxit. II.

b *Vvestmonasteriēs. lib. 2. ann. 1075.*

c *Malmesburiensis lib. 3. Reg. Angl. Continuator Historiæ Anglor. Bedæ lib. 3. cap. 21.*

d *Gemeticensis lib. 7. cap. 26.*

e *Idem lib. 8. cap. 34.*

Digitized by Google

„ instruxit. Qua defuncta, nobilis Cæcilia successit; & pluribus annis, tempore „ fratris sui, Henrici Regis, officium matris gessit.[f] Itemque alibi. Anno ab In„ carnatione Domini 1075. indictione 13. Guillelmus Rex, Fiscanni, sanctum „ Pascha celebrauit: Cæciliamque filiam suam, per manum Ioannis Archiepisco„ pi, Deo consecrandam obtulit. Quæ cum grandi diligentia in cœnobio Cado„ mensi educata est, & multipliciter erudita; ibique Sanctæ & indiuiduæ Trinita„ ti dicata, sub venerabili Mathilde, Abbatissa, virgo permansit, sanctæ Regulæ „ fidelitati subiugata. Defuncta verò matre prædicta, post annos 47. regiminis sui, „ hæc successit, & fere quatuordecim annis, Sanctimonialium regimen laudabi„ liter gessit. Annoque Dominicæ Incarnationis, 1127. idus 3. Iulij: de hoc sæculo „ migrauit: sic quinquaginta duobus annis, habitu & ordine, studioque pio lau„ dabiliter monacha, postquam à patre oblata est, Deo seruiuit; annoque 26. Re„ gni Henrici fratris sui obijt.[g] Attamen, non ann. 1127. sed 1126. ad Deum migrasse testatur chronicon Cadomense: hisce verbis. *Anno 1126. Obijt Cæcilia Abbatissa, Vuillelmi Regis filia.* Omitto recentiores de eadem agentes.[i]

f Ordericus lib. 4. ad ann. 1075.

g Idem lib. 5. anno 1075. Catalogus sup.

i Polydorus lib. 9. de gestis Anglor. in fin. Christian. Chronicar. 2. Part. fol. 22. sup. Gillius in Annal. lib. Franc. sub Philippo 1. Reg. Theuetus. Tom. 2. Cosmograph. lib. 15. cap. 10. Harpsfeldius, sæcul. 11. Histor. Ecclef. Anglic. cap. 6. Vuion lib. 4. ligni vitæ. cap. 29.

3. *Isabella.*

III. Moritur circa ann. 1128. Iulij, 12.[l] seu 1133. ex Catalogo, sup. Nomen huiusce virginis nobilissimæ reticetur apud *Ordericum*; vbi enarrato prædictæ Cæciliæ decessu, subdit. *Deindè filia Vuillelmi Consulis, filij Stephani Blesensis, regimen eiusdem Ecclesiæ suscepit: sed immatura morte præuenta, paruo tempore tenuit.*[m]

l Dominus de Rocca; m Ordericus sup. lib. 7.

4. Beatrix de Hugue-villa. Obijt circa ann. 1141.[n]

n D. de Rocca.

Memoratur ab *Orderico*; vbi de Ernaldi *Geroiani*, viri perillustri morte agit; cuius filia, secundo genita, Geua, virgo charissima; *In cœnobio S. Trinitatis* (quod Mathildis, Regina apud Cadomum construxit) *sub Beatrice Abbatissa, sacram seriem diu gerendo, & docendo, sibi & laudabiliter profecit.*[o] Huius tempore floruit *Adeliza*, virgo celebris, filia Richardi de *Colungis*, fratris Rogerij de *Guarenna*, Herois illustrissimi; quæ ab infantia Deo dicata, tandem, circa ann. Christi, 1124. *In cœnobio S. Trinitatis Cadomi, Sanctimonialis effecta est.*[p]

o Ordericus lib. 3. ad ann. 1063.

p Idem lib. 6. satis longè ab initio.

5. *Dionysia de Escal-folio, d'Eschauffou.*

IV. Obijt, circa ann. 1160. Iulij 26.[q]

q D. de Rocca, & Catalogus sup.

6. *Ioanna de Coulonges.*

Deo spiritum reddidit 18. Maij. ann. 1181.[r] valdè suspicor eamdem esse cum *Adelisa de Colungis*, Cadomensi Sanctimoniali, cuius superius meminimus.

r Ibidem.

7. *Mathildis 2.*

Robertus à monte hæc de ea refert: *Priorissa de fonte S. Martini, mulier religiosa, & magni generis; vt potè Soror Abbatis Sauignei, qui fuit nepos Symonis, Comitis Ebroicensis, facta est Abbatissa S. Trinitatis Cadomi.*[s] Scilicet, ann. 1182. quo & ille Symon Comes, spiritum exhalauit; vti idem author, paulò superius notauerat. *Obijt* (inquit) *Symon, Comes Ebroicensis; & successit ei in Comitatu Ebroicensi in Normanià, Almaricus, filius eius, & in Comitatu de Roca, & in terra Franciæ, Symon, alter filius eius.* Mathildis autem circa ann. 1198. vitam finiuit. 5. Decembris.[t] seu 9. eiusd. mensis.[u]

s In Appendice ad Sigebertum, ann. 1182.

t De Rocca.

V. 8. *Isabella 2. de Iuetoto.*

u Catalogus sup.

Obijt 7. Iunij ad ann. 1202.[x] ex Dinastis *de Tuetot*.

x Idem & D. de Rocca.

9. *Adela de Tibouuilla.*

Moritur 18. Decemb. circa ann. 1215.[y] ex Toparchis de la *Riuiere*.

y Ibid.

10. *Iuliana à S. Celerino.*

Digitized by

aa Ibid. bb Ex obituario Abbat. Montis Dei & Pratellens. cc Ex Cartulario Abbat. Crucis. fol. 45. dd De Rocca. sup. ee Catalogus sup. ff Ex Obituario Pratellens.

14. Decembr. ann. 1256. excessit è viuis. [aa] seu 13. Decemb. [bb] Memoratur postea ad ann. 1267. pro compositione inter se, & monachos Leufredianos. [cc]

11. *Beatrix 2. de Cambernon.*

Debitum mortis exoluit, ann. 1280. die 18. Decemb. [dd] seu ann. 1289. [ee] mense Septembri. [ff]

12. *Amicia de Gornaco.*

gg D. de Rocca.

Moritur 6. Martij, ann. 1293. [gg] die 1. Martij.

13. *Mathildis. 3.*

Henrici III. Regis filia, migrauit in cœlum 25. April. circa ann. 1298. pro cuius Epitaphio sic legitur. *Mathildis, filia Regis, cognomento fortis.*

14. *Adela 2. ab Anglia.*

hh Catalogus sup.

Eduardi III. Regis filia, 10. Decemb. circa ann. 1305. [hh]

ii Idem & de Rocca.

15. *Nicola de Colongis. al. de Taluas.* [ii] *11. Maij, ann. 1336.*

16. *Mathildis. 4.*

ll Idem.

De *Rupalley* de Queruilla, 3. seu 5. Iulij ann. 1340. [ll] VI.

17. *Georgia du Molley, 13. Augusti, ann. 1376.*

mm Ex obituario Syllheco.

18. *Maria de l'Orme, ann. 1401. die 5. April. seu die tertia.* [mm]

19. *Maria 2. de Varignieres.*

Ex Dominis de Blainuille 7. April. ann. 1407.

20. *Margarita de Varignieres.*

Successit sorori suæ 1. Nouemb. ann. 1417.

21. *Agnes de Thieuilla.*

15. Iulij, ann. 1422. Guillelmi de *Thieuilla* equitis Domini de *Guiebert.*

22. *Nicola 2. de Rupalley.*

nn Catalogus & de Rocca sup.

Ioannis Domini de *Rupalleio*, filia, 11. April. ann. 1426. [nn]

23. *Maria 3. de Suruins, 21. Iuin, ann. 1434. moritur.*

oo D. de Rocca & Catalogus. pp Ex obituario Abbat. de Exaquio.

24. *Margarita 2. de Thieuilla, de Guiebert, neptis Agnetis.*

Abijt in cœlum ann. 1441. die 20. [oo] seu 19. Februarij. [pp]

25. *Blanca de Auberuilla.*

Filia erat Ioannis D. d'*Auberuilla*, soror Guillelmi, Baronis de *Verbosc*, & de *Chantelou*, ex cuius stirpe prognatus Baillinus Cadomensis: mundo autem valedixit Blanca, 19. August. ann. 1470.

26. *Catharina le Vicomte, obijt 25. Maij, ann. 1492.* VII.

27. *Renata à Borbonio.*

Abbatissa etiam extitit Santonensis, quæ ann. 1493. enumerationem omnium bonorum Abbatiæ suæ dedit cameræ Computorum Regior; quæ postea ann. 1505. transijt ad Abbatiam Fontis Ebrardi, ann. 1534. mortua.

28. *Isabella 3. à Borbonio.*

Ex majore Priorissa Fontis-Ebrardi, ann. 1505. per translationem sororis Renatæ, ad

ad Abbatiam Santonensem: Reformationem introduxit, crates ferreas apposuit, & cætera Monasticæ obseruantiæ stabiliuit: benedicitur autem à Ludouico Borboni. Abricensi Episcopo, eius fratre naturali: tum 11. Iulij ad Dominum migrauit ann. 1531.

29. *Catharina 2. ab Albreto.*

Filia Ioannis, Regis Nauarræ, monialis Fontis-Ebrardi, ann. 1532. diem vero clausit extremum mense Nouembri.

30. *Margarita 3. Valesia.*

Electio Regularis finem in ea accepit; ex Priorissa nominatur Abbatissa; secessit autem apud Almaniscas, ann. 1539. quò in fata concessit circa ann. 1543.

31. *Ludouica de Mailly.*

VIII Ferrici Baronis de *Conty*, Ludouicæ à Monte-morentiaco, sororis Annæ, Comestabilis Franciæ, filia: ex Abbatissa Lilij, transijt ad Cadomensem: quæ inibi Refectorium extruxit ac dormitorium, necnon loca Regularia reparauit, humilitate & obedientia insignis: spiritum Deo reddidit 9. August. ann. 1554. cum præfuisset annos quindecim, qq cuius Epitaphium Ronsardus Poëtarum celeberrimus, versibus Gallicis complexus est pag. 1116. suorum operum.

qq *Dominus de Rocca sup. Roulliardus in Meledunensi Historia pag. 419.*

32. *Anna à Monte-morentio.*

Præfati Comestabilis Franciæ filia: quæ debitum mortis exoluit 19. Iulij, ann. 1588.

33. *Magdalena, à Montemorentio.*

Soror Annæ præfatæ: monialis Fontis Ebrardi, & Abbatissa de *Gersye*, postea Cadomensis; infirmariam ædificauit, Ecclesiamque vasis argenteis & pretiosis ditauit ornamentis: abijt è viuis 10. Decembr. ann. 1598. rr

rr *Quercetanus infra lib. 5. cap. 3. 431. & in probat. pag. 293. D. de Rocca. sup.*

34. *Laurentia de Budos.*

Filia Iacobi, Vicecomitis *des Portes*, cui Ioannes-Eudes, Præsbyter Oratorij Iesus, dicauit librum, hoc titulo, lingua vernacula prænotatum, ann. 1637. *La vie, & le Royaume de Iesus dans les Ames Chrestiennes.* Obijt 23. Iunij, ann. 1650. ff

ff *Quercetanus lib. 4. cap. 2. Histor. genealog. Domus Montmorenciac. pag. 193. De Rocca. sup.*

35. *Maria-Leonora de Rohan.*

Herculis, Ducis de *Mont-bason*, Comitis de *Rochefort*, filia, ex moniali professa Benedictina apud Montem-argium; inauguratur Abbatissa 11. Decemb. ann. 1650. à Nicolao, Athenarum Archiepiscopo, nuntio Apostolico, Lutetiæ, in æde Bernadinarum suburbij S. Germani de Pratis.

ANN. 1084.

LONGA-VILLA GALLICE, LONGVEVILLE.

Antiquitas hujusce Monasterij, Fondatores, ac præcipui benefactores illius viri illustres recensentur & cætera alia ad ipsum spectantia.

PRIORATVS est claustralis, Ordinis S. Benedicti, Cluniacensis, situs apud *Longam-villam* oppidum, Ducatus titulo decoratum, ad Serenissimum Principem, Henricum *d'Orleans*, pertinens, ex illustrissimo Regij Francorum Sanguinis cæspite fœlicem surculum, nobis fausto omine exortum, ann. 1595. qui propterea de istius nomine, vltra quamplura alia Toparchiæ ac Dinastiæ insignia, quibus amplissimè potitur, honorificentissimè intitulatur. a Extat autem præfatum oppidum ad *Sciam, Scie*, amnem, in medio Caletensis, ceu, Calcegiæ, vulgò, *Pays de Caux*, Regiunculæ Neustriacæ nostræ Prouinciæ, in Gallia Belgica, intra Rothomagensis Archiepiscopatus Dioecesim: 7. Leucis ab ipsa Metropolitana vrbe, Septemtrionem versus, distans; cujus meminerunt scriptores. I.

a *Vide in Dedicatoria Epistola præsentis operis.*

Hujusce itaque Monasterij exordium consurgit jam ab ann. 1012. vti discimus ex excerpto, MS. apud Gemmeticum: quando hic Prioratus (vti videtur) de *Longa-villa*, Abbatiæ Gemeticensi, sub *Roberto* cœnobiarcha, fuit attributus, cujus exemplar subsequitur. *Quidam vir* præpotens, pater familias nomine *Alfasius*, possedit Allodum, in villa, quæ vocatur, *Tortoniacus*, & immissa est voluntas cordi eius à Domino, vt ipsum Alodum sibi pertinentem traderet Deo, & S. Petro, in venerabili Gemeticensi cœnobio. Concessit ergo, vt diximus, ipsam suam possessionem Deo, & S. Petro, videlicet, tertiam partem ipsius villæ, & totam Ecclesiam, & totum flumen in ipso loco decurrens: hoc igitur donum dedit S. Petro, pro redemptione animæ suæ: deindè, post hæc multi in eodem loco *Torniaco* viri terram possidentes, voluntate spontanea dederunt, de ipsa terra possessionis suæ, tantùm, quantùm eis bonum visum est, S. Petro, qui colitur in venerabili Gemeticensi loco. Igitur post multa curricula annorum, extitit nobilissimus Comes V*villelmus* Rothomagensi ciuitate, qui vxorem habuit, nomine, *Leyardam*, cui dedit dotem in villa quæ vocatur *Longa-villa*, ipsa verò *Leyarda* habuit quandam filiam, cuius est nomen *Emma*, cuius possessio tertiæ partis ipsius terræ in eadem fuit villa. Ipsa ergò suam partem ipsius villæ dedit Deo, in loco, qui nuncupatur, *Burgulio*, vbi coluntur merita almi Petri. Igitur post hæc, temporibus *Roberti*, humillimi Abbatis Gemmeticensis, sacri cœnobij, & venerabilis Abbatis *Berniburg*.... Cœnobij, eorum voluntate spontanea libentique animo, ipsam terram ipsius villæ, quæ vocatur, *Longa-villa*, concesserunt S. Petro, in Gemeticensi cœnobio. Ex hac ergo re existunt testes, *Richardus* Comes inclytus, cuius imperio atque voluntati, Principis magni; iterumque alij testes succedunt, scilicet filius eius, *Richardus* & nobilissima mater *Richardi* Comitis *Gunior*, quæ tribuit, pro redemptione animæ suæ triginta libras nummorum. Et vxor Comitis Richardi *Iudith*. Hi sunt alij testes idonei, *Robertus*, Archiepiscopus Rothomagensis, & *Vuillelmus*, & *Malgerus*, fratres *Richardi* Comitis; *Vvillelmus*, Pictauorum Comes, & vxor *Brisca*; *Gislebertus* Episcopus; *Radulphus*, Iuco Comes, & vxor eius, & mater eius *Heldiardis*; & *Gofredus*, frater eius; nomine monachorum, *Robertus* Abbas, Albertus monachus, Gerardus, Bernardus, Odo, Gislebertus, monachus, *Bernardus* Abbas, *Tedelinus* Abbas, Garnerus Monachus, Robertus Helgothus, Lambertus, Osmundus Sacerdos, II.

dos, Kainus Sacerdos, Vualterus Sacerdos, &c. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini M. 12. indictione 10. epacta 25. concurrentes ii. Bissextus & jam eodem fuit anno, Regnante Roberto, Francorum Rege gloriosissimo.

III. Sanè differentiam arbitror esse apponendam, inter donationem illam Gemeticensi Abbati factam, de nonnullis terris & possessionibus apud *Longamvillam*, ann. 1012. & Prioratum postea inibi consurgentem. Galterius quippe *Giffardus*, eius nominis primus, vel potiùs secundus, fundator fuit istius Prioratus *Longevillæ*; cui Guillelmus, *Nothus*, Dux Norman. & Rex Angliæ, dedit Comitatum de *Buchingham*, circa, ann. 1070. b Nec abs re, cùm ipsi Guillelmo Duci ad conquisitionem Regni Anglici, properanti ann. 1066. iste Giffardus præstò adfuit ei in auxilium, quo cum strenuè contra Anglos decertauit. Vixit autem vsque ad ann. 1102. quo in Anglia migrauit ad Dominum: cujus corpus ex supræma eius voluntate, *Longavillam* allatum est, & inibi sepultum apud sacellum, seu ædiculam claustralem eiusdem Prioratus: horum ferè omnium meminit idem Ordericus in hunc modum. „ *Eodem tempore, præcipui* Proceres Normaniæ, Gualterius *Giffardus*, Guil-„ lelmus *Britoliensis*, & Radulfus de *Conchis*, defuncti sunt, eisque juuenes succes-„ serunt. Gualterius quippe *Giffardus*, Comes *Bucchingham*, in Anglia mortuus est, „ & indè in Normanniam, vt ipse jusserat, translatus est: super quem hujusmodi „ in maceria picturis decorata, scriptum est.

b *Ordericus lib. 4. Histor. Ecclesi. ad ann. 1070. pag. 512.*

EPITAPHIVM,

Stemma Gifardorum Galterius ingenuorum;
Quæ meruit viuens busta, sepultus habet.
Templi fundator præsentis & ædificator;
Hoc velut in proprio conditus est tumulo,
Qui se magnificum, patriæque probauit amicum:
Dux virtute potens, & pietate nitens.
Religiosorum sed præcipuè monachorum
Cultor, multimodè profuit Ecclesiæ.

Strenuum itaque Baronem Cluniacenses monachi honorificè venerati sunt, & assiduis precibus animam eius Domino Deo commendauerunt: Memores beneficiorum, quæ apud *Longamvillam*, in eius eleemosyna vbertim adepti sunt. Agnes vero vxor eius Anselmi de Ribothmonte, soror fuit, Galteriumque *puerum, post 15. annos desponsationis suæ, marito peperit, &c.* c

IV. De familia antiqua & illustri *Giffardorum*, in Neustria exorta; deque eius nobili posteritate, complures scribunt ex Historia Norman. *Quercetanus* pag. 1082. Histor. Norman. *Louuetus*, in notis Antiquit. Nobilitatis Beluacens. verb. *Giffard*, Monasticon *Anglicum* Tom. 3. ad calcem, in indice, virorum Cognominum. *Giffardi* igitur, dinastæ erant *Longæ-villæ*: ac postea Comites de BouKinKan in Anglia. Hinc Guillelmus de *Longa-villa* testis adest vnà cum alijs Neustriæ optimatibus, in quadam donatione facta Vticensi Abbatiæ sub ann. 1080. d Vualterius autem *Giffardus*, Comes de Longauilla, & BuchinKan, fundator hujusce Prioratus de *Longauilla*, non ann. MXXXIV. sed MLXXXIV. tunc BuKinquam Comes cum esset, pro sustentatione 12. monachorum inibi degentiũ, 700. libras annui redditus, varijs in locis assignatas dedit: quod & notatur in dinumeratione Prioratuum, *Prioratus S. Fidis de Longa-villa, Rothomagensis Diœcesis, in quo debent esse, 26. monachi: sunt ibidem 4. Officiarij, scilicet, Celerarius, Sacrista, Eleemosynarius, & infirmarius.* e Vualterius tandem migrauit ad Dominum 1102. die 15. Iulij: vti legitur exaratum in eius præfato, illic apposito.

c *Ordericus lib. 11. sup. ad ann. 1102. pag. 809.*

d *Idem lib. 5. ad ann. 1080. pag. 575.*

e *Marrier in Bibliotheca Cluniacens. pag. 1718.*

EPITAPHIO.

Mille verò à Christo centumque duobus & annis,
Abijt è vita quindecimo Iulij.

Digitized by Google

Eidem Ecclesiæ quamplurima alij viri illustres posteà piè bona contulerunt: atque inibi tumulati sunt; Richardus, Hugo, & Gerardus *Talbot*: item D. de *Ingrauuilla*: Richardus *Maillard*, D. de *Lamberuilla*: Ermengardis, Domina de *Menislo Hoquet*: Ioannes *Louuel*, Dominus de *Mesnillo*: Isabella de Augo, Vicecomitissa Longæ-villæ: vxor D. Godefridi Marcelli de *Longolio*, sepulta in Capella claustri, ann. 1339. ex *Blanchart*. pag. 459. in Elogiis Præsid. Parlament. Parisiens. Drogo, Canonicus Metropolitanæ Rothomagensis Ecclesiæ, sepultus juxta Balustra chori, super cujus Tumba hæc inscribuntur. *Hic jacet Drogo de* Trubleuille, *Canonicus Rothomagensis, qui multùm dilexit domum istam*: *Requiescat in pace*. Nec abs re, quandoquidem illic in perpetuum erogauerit; plusquam duo millia librarum annui redditus. V.

Alij quoque in obituario hujusce Ecclesiæ recensentur Benefactores; nimirum, Ioanna, Regina Franciæ & Nauarræ, Comitissa Campaniæ: D. de *Breteuille*, Dominus de *Bouteilles*: Domini de *Crigtot*, & de *Cani*: Herbranus, D. de *Sangueville*: DD. de *Neufville*, Mathildis eius vxor, cum fratribus: Item Vangelinus du *Bec*, Guillelmus de *Cantelen*: Rogerius du *Gouvel*: Ioannes de *Caleiot*: du *Castelier*: de *Gondeville*, *d'Anguin*; Richardus de *Ricardville*: Hugo & Rogerius de *Masqueret*: Vauquelinus de *Cliponville*: Guillelmus Marescallus, Comes Longæ-villæ & Ermengardis Comitissa Longæ-villæ: Galterius de *Anneville*: D. Agnes, Comitissa Longævillæ: &c. VI.

Itaque Prioratus hic dignitate ac llntro admodùm locuplex euasit: ab eo quippe 42. beneficia Ecclesiastica dependent, à nominatione, D. Prioris: in his, quatuor officiarij claustrales eiusdem loci, sub titulo, Celerarij, Eleemosynarii, Sacristæ, & Cantoris: quibus census, redditus, ac Dominicalia iura sunt attributa. Prioratus item Dominæ nostræ de *Bellomonte* le *Perreux*, propè Gisortium; Capella du *Polet*, *de Dupré*: &c. Quantum autem spectat ad nomina Priorum de Longa-villa: omninò me latent: Hi solummodo mihi varia, MSS. legenti occurrerunt. VII.

Rogerius.

Prior, sub Fraterno, Abbate 8. S. Audoeni Rothomag. circa ann. 1145. ex Cartulario paruo eiusd. Abbatiæ, Titul. Authentica Regum & Comitum.

Philippus.

Prior, fit Abbas, 15. Fiscanensis, ann. 1329. vide sup. in ea Abbatia.

Bernardus de Genebreda.

Prior, nominatus à Benedicto 12. prosecutor in Curia Romana, pro executione Bullæ, in Prouincia Rothomagensi & Turonensi, super Reformatione monastici Ordinis Benedictini, (qua de re, sup. in Abbatia S. Audoeni, cap. 17. §. 4. & 10.) Pontificatus sui anno 2. Christi verò, ann. 1336.

Petrus.

Hic est, qui simul cum aliis iniquis iudicibus, sententiam tulit impiam ann. 1431. aduersus puellam illam verè Mauortiam, virginem strenuam: vulgò nuncupatam, Ioannam d'Arciam, *la Pucelle d'Orleans*: quam ex commissione sedis Apostolicæ nostrates summè postea defensarunt, illius innocentiæ vindices effecti. [f] iste igitur Prior, Petrus, sepulturam habet in Capitulo; cui insunt sequentia carmina pro

[f] *Vide in Episcop. 69. Constantiens. cap. 75. part. 2. Neustria Christiana, lib. 6.*

EPITAPHIO.

Qui videt hunc lapidem cognoscat quod tegit idem
Petrum, qui pridem Conuentum rexit ibidem
Annis bis senis, tumidis Leo, largus egenis,
Omnibus indigenis, charus fuit & alienis.
Ei sit in cœlo summa gloria. Amen.

Petrus

Digitized by Google

Petrus Megißier: in Scacario, Norman. ann. 1448.

Ioannes de Gaucourt, Episc. Ambianẽsis, an. 1474. in Scacario.

Sequitur Cardinalis de *Lenoncourt*, qui, vt ferunt, plumbum è tecto Ecclesiæ ac claustri distraxit, vt pauperibus subueniret: inde *DD.* de *Belieure*, familia notissima æquè ac illustrissima, exorti, hunc Prioratum nunc vsque à Rege obtinuerunt.

VIII Porro sacris Reliquiis hic locus etiam decoratur; illic etenim asseruantur, duo ossa ex tibiis SS. Innocentium: quædam alia S. Stephani Prothomartyris. Brachium S. Blasii, Episcopi, & martyris, cum nonnulla portione corporis eiusdem: De Reliquijs S. Clementis Papæ & martyris, &c. præter exuuias. S. *Fidis*, virginis & martyris, inibi à multis retro seculis summa cum deuotione veneratus. Constat quippe illud mirabile, de Turoldo, Bajocensi Episcopo, postea Becci Monacho, sub Guillelmo Abbate, (qui præfuit ab anno 1094. vsque ad ann. 1124.) cuius tempore ipse Pontifex, Monachatum professus in grauem morbum incidit, vsque ad mortem: quo casu, Abbas permotus, quemdam Becci Monachum, nomine, Nicolaum *Giffardum*, fundatoris Prioratus huiusce cognatum, Longauillam misit, ad ipsam S. Fidem, virginem & martyrem, pro eius sanitate recuperanda: quod à Deo, precibus prædictæ Christi Athletæ, mox salubriter est impetratum: & à nobis quandoque, Deo auxiliante, prolixior sermo redibit. g Ex schedis istius domus, benefici Domini Caroli *du Val*, Prioris claustralis, eiusdem loci, pij & benè affectæ mentis in omnes, præfata gratanter accepi, ann. 1661. & 1662.

g Part. 2. Neustriæ Christi lib. 1. in Episcop. 29. Bajocens. Item in Neustr. Sancta, ad Octob. 6.

Guillelmus de *Longolio*, die vltima, ann. 1101. dedit Ecclesiæ Prioratus de Longauilla, Decimam molendinorum de *Longolio*: mediam partem Patronatus Ecclesiæ eiusdem loci; necnon decimam Domanij ac feodorum eiusdem Longolij, prout habuerat Adam pater eius, ex consensu Berthæ de *Villarijs*, vxoris suæ; pro liberatione animarum suarum, & antecessorum suorum de *Longolio* & de *Villarijs*, de *Villiers du Hommet*: quæ postea S. Ludouicus IX. Rex Franc. ad instantiam alterius Guillelmi de *Longolio*, confirmauit, ann. 1269. ex Francisco *Blanchart*, pag. 457. & 458. sup. Item, apud Cartularium Fontanellens. Abbatiæ Littera B, 3. carta 51. Extat littera Prioris & Conuentus de Longavilla, pro concordia decimarum S. Medardi, de quibus reddunt 22. libras redditus.

Digitized by Google

Circa Ann. 1085.

I B R E A.
GALLICÈ, YVRI, la Chaussée.

Qui fuerint castri Ebrensis Domini, & Dinastæ; Rogerius de Ibreio, fundator huiusce Monasterij: Damnum non paruum ob bellicos tumultus perpessum: Abbates nonnulli recensentur.

CAPVT VNICVM.

HÆC Abbatia, juxta castrum Ibreicense, ceu Iureicense sita, Diœcesis est Ebroicensis, Ordinis S. Benedicti; fundata à Rogerio de *Ibreio*, viro Illustrissimo, tempore Guillelmi 2. nothi, Ducis Normaniæ, ac Angliæ Regis conquisitoris. a Vti mox dicetur, postquam de Ibrea arce, pauca ediderimus.

II. *Hæc nimirum* (ait Ordericus) *est turris famosa, ingens, & munitissima, quam Albereda, vxor Radulphi Bajocensis Comitis, construxit: & Hugo Bajocensis Episcopus, frater Ioannis, Rothomagensis Archiepiscopi, contra Duces Normanorum, multo tempore tenuit.* Ipsa verò *Albereda*, pro eadem arce, à viro suo postea iugulata est; eo quòd ipsum ab ea munitione arcere conata sit. b Porrò, ille Hugo fuit, 25. Bajocensis Antistes; quomodò autem, contra Ducem Normanniæ Robertum 1. circa ann. 1030. illud munierit castrum, suo loco, egimus. c Mortua itaque Albereda, Radulphus aliam desponsauit, mulierem, nomine *Erembergam*; ex qua duos genuit filios, scilicet, *Hugonem*, & *Ioannem*, præsules præfatos. Verùm, quia Rodulphus ipse haud erat Dominus huiusce municipij Ibrensis, Dux Richardus, 1. frater eius vterinus, illud dono dedit illi: qua de re Rodulphus vocatus est in posterum Ibreij Comes. d

III. Postea, Hugo, supradictus Bajocensis Episcopus, vti Radulphi primogenitus, ad se pertinere, post obitum patris, ratus, hanc arcem occupare, tenereque tentauit, aduersus Robertum Ducem; sed minimè præualuit, vnde ipsa protinùs à Duce spoliatus est; mansitque castrum in potestate Ducum Normanniæ, vsque ad Robertum 2. circa ann. 1087. quo redditum est (sollicitatione, Roberti, Mellenti Comitis, qui turrim illam custodiens, Vice-comitis officio, in prædicto Ibreio oppido fungebatur) Guillelmo de *Bretolio*, cuius pater, Guillelmus, Comes Herefordi, filius erat Osberni de *Crepon*, &. filia Radulphi, præfati Comitis Ibreicensis. e Hinc, ann. 2. à morte Guillelmi 2. nothi, Ducis Normanniæ, ac Regis Angliæ, circa ann. 1090. Ascelinus, cognomento *Goellus*, Guillelmo Bretoliensi, Domino suo, illam Ibreij arcem fraude surripuit, & Roberto 2. Duci Normanniæ prodidit, pro cuius redemptione arcis, qua carere noluit Guillelmus, 1500. libras Duci erogauit. Recepta verò turri, præsidiatum Ibreij, pro vindicta, Goello abstulit; f qui paulò post eumdem Dominum suum, Guillelmum ipsum Bretoliensem, delosè bello victum, comprehendit, & in arctissimo grauiter coercuit carcere: donec pro redemptione sua, inter alia, Ibream arcem ab eo extorserit, ann. 1094. g

IV. At ex tot odijs, tantisque bellicis simultatibus, prænominata Abbatia Ibrensis graue damnum tunc perpessa est. Nam „ *Sequenti anno* (inquit Ordericus) Guil„ lelmus inquietudine stimulante, guerram iterauit, & munitionem in cœnobio „ monachorum, quod Rogerius de Ibreio, in honore S. Mariæ construxerat, militibus

a Robertus de Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatijs. cap. 33. Ordericus lib. 8. Histor. Eccles. ad ann. 1094. Gallia Christiana in Episcopis & in Abbat. Molinæus lib. 8. Histor. Norman. cap. 5. §. 2. Canalis. Tom. 5. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ in ea Abbat. Antiquitates MSS. Norman. pag. 260.
b Ordericus lib. 8. sup. Gemeticensis lib. 8. de Gestis Norman. cap. 15.
c Vide sup. in Neustria Christiana. Part. 2. vbi de Episcopis Bajocens.
d Gemeticensis lib. 7. cap. 38.
e Idem Ibid. & lib. 8. cap. 15. Ordericus lib. 8. ad ann. 1087.
f Ordericus lib 5. in fin. & lib. 8. ad ann. 1090. & 1094.
g Gemeticensis lib. 8 cap. 15. & Ordericus sup.

„ litibus suis constituit. Porrò Goellus, qui arcem tenebat, copiam militum con„duxit ad cœnobium, quod tunc spelunca latronum, proch dolor! effectum fue„rat, appropinquauit, & æstiuis ardoribus circa Pentecosten torrentibus, acri„ter impugnauit, ignem injecit: & edacibus flammis, Basilicam, & ædes mona„chorum, cum suppellectili sua, consumpsit; &c. h Attamen ipse Guillelmus Bretoliensis, posteà, Philippi I. Regis Franciæ, & Roberti 2. Ducis Normanniæ auxilio: eam Ibream recuperauit arcem; quæ post mortem suam iterum reddita est illi Goello de Breherij-valle. i

V. Quantum verò ad cœnobiarchas huiusce Asceterij attinet, quorumdam nomina tenemus & personas; cætera cùm sint obliuioni, incuria hominum, tradita.

1. Petrus, Abbas primarius Monachus Columbensis.

2. Durandus, monachus Becci.

3. Osbernus, monachus Fiscanni.

4. Herbertus, monachus Columbensis.

5. Nortmannus, monachus Becci. l

Attamen hi duo Abbates ex Becco assumpti, vocantur Radulphus & Guillelmus: Prior decessit 6. idus Februar. Alter verò 7. Calend. Februar. m

6. Hubertus 2.

Monachus S. Petri Carnoti: n hic est, vt arbitror, qui nominatur ad ann. 1200. o

7. Ioannes. Obijt, 12. Calend. April. p

Memoratur ad ann. 1451. die Dominica 19. Decemb. in Translatione Reliquiarum SS. Marculphi, Abbatis, & Sociorū, per Petrum Episcopum Carnotensem, apud Meduntam. q Ad hanc Abbatiam pertinet Prioratus S. Leobini de *Haya*, Diœcesis Carnotensis, in Archidiaconatu Pisciacensi: r & Cura eiusdem loci. s Addit autem Episcopus Arboretanus, nullius prædictorum Abbatum se potuisse reperire ibi sepulturam: t fit mentio de Guidone de *Hellenwiller*, Abbate de Iuriaco, monacho S. Ebrulfi, ex prosapia Fundatorum à *Feritate* oriundo, apud Necrologium Vticense: item Gabriel, Abbas de Ibreio, nominatur sup. cap. 22. Abbatiæ S. Audoeni, circa ann. 1260. Guillelmus *Brillet*, Abbas Dominæ nostræ de Ibreyo, notatur ann. 1474. in Scacario. u

h *Ordericus lib. 8 ad ann. 1094. Molinæus sup.*

i *Cometicensis, & Oruær. cus sup. Robertus de Monte*

l *Canalis, Tom. 5. sup.*

m *Vide sup. in Abbatia Beccensi, cap. 11.*

n *Canalis, sup. ex Roberto de Monte.*

o *Ex Cartulario S. Crucis D. Lenstadt fol. 65.*

p *Ex Necrologio Abbatiæ Lucernæ.*

q *Simon Faroul, cap. 22. vita S. Marculfi, Abbatis.*

r *Magnum Pulliacum Franc. Beneficior. pag. 133.*

s *Ibid. pag. 139. & 140.*

t *Tom. 5. sup. ex Roberto.*

u *Ex compendiosa relatione Scacarioe, pag. 661. apud D. Bigot Rothomag.*

Digitized by Google

Circa ann. 1090.

MONTISBVRGVS:

GALLICÈ,

Mont-Bourg.

Tempus Fundationis eius ad amußim exquiritur; Balduinus de Reuers, vir strenuus & inclytus, fundator illius agnoscitur; Guillelmus Rufus, & Henricus I. Reges Angliæ, præcipui illius Abbatiæ benefactores.

CAPVT I.

EXTAT hæc Abbatia in Diœcesi Constantiensi, à *Vallonijs*, per vnam leucam dissita; Ordinis S. Benedicti; fundata à Balduino de *Reuers*, viro illustri; [a] auxilio fretus Guillelmi III. Rufi, Regis Angliæ, Ducisque Normaniæ, circa ann. Christi 1090. Pro cuius rei intelligentia, sciendum in primis, Richardum de *Reuers*, floruisse tempore Guillelmi 2. Ducis Normaniæ, ac Regis Angliæ: qui nonnullos genuit liberos, videlicet, Balduinum, Guillelmum, & Richardum. Porrò, hic Balduinus de *Reuers*, vir extitit actibus bellicis strenuissimus æquè ac potentissimus, Grauissimum gessit bellum cum Stephano Anglo Rege, apud *Oxoniam* vrbem; indèque per alia loca ad *Hantonam* (alijs *Hunterdonam*) circumiacentia; sed cùm, aduerso marte pugnatum esset pro Balduino, coactus est solum vertere, & in Neustriam aufugere, ann. 1136. [b] Eundem Regem ibidem impugnaturus si posset, ann. 1138. [c] Hic igitur, occasione accepta, cœnobium Montis-burgense iam singulari pietate fundauerat: de cuius Ecclesiæ structura; hæc pauca *Gemeticensis*, commemorat: *Balduinus etiam de Reuers, aliam apud Montis-burgum fecit.* [d] I.

[a] *Gallia Christiana, in Episc. Constantiens. & in Abbat. Marinus Prouuerra lib. 3. Chronic. Norman. MS. cap. 78.*

[b] *Parisius in Histor. Angl. ad ann. 1136. Auctor Anonymus de Gestis Stephani Anglor. Reg. ... 1. ante med. Robertus de Monte, ann. 1136.* [c] *Iidem & Ordericus lib. 13. Histor. Eccles. ad ann. 1138.* [d] *Gemeticensis, lib. 7. de Gestis Normann. cap. 22.*

At difficultas in eius cognomine videtur exoriri. Nam à *Gemeticensi*, & *Anonymo* Auctore, Balduinus de *Reuers*, nuncupatur, vt vidimus, qui ab *Orderico*, Balduinus de *Raduarijs*, vocatur; sed eadem esse vnius familiæ facilè dixerim cognomina, sicque vnum pro altero sumi potuisse. Certè Author ille *Anonymus* paulò antea fatetur, Balduinum hunc de *Reuers*, fratrem habuisse Richardum nomine, quem puto illum esse, cuius idem Ordericus antea meminit hisce verbis. *Tunc optimates Angliæ, Richardus de Raduarijs, & Rogerius cognomento Bigotus, mortui sunt, & in Monasterijs monachorum sepulti sunt, quæ in proprijs possessionibus ipsi condiderunt: Rogerius enim apud Tetfordum, in Anglia: Richardus verò tumulatus est, apud Montis-burgum in Normannia.* [e] Dicitur autem hic Richardus illud condidisse cœnobium, eo quòd fratri suo Balduino maximè auxiliatus sit, in cõstructione eiusmodi Abbatiæ: [f] quapropter mendosè legitur apud *Galliam Christianam*, Balduinus de *Renes*, loco, de *Reuers*. Attamen Robertus de monte videtur à præfatis paululum dissentire dùm ait, ad ann. 1155. *Mortuus est Balduinus de Rediuers: & successit Richardus filius eius. Item ad ann. 1162. Richardus de Reuers Dominus insulæ vectæ, in Anglia moritur, relinquens ex filia Reinardi, Comitis Cornubiæ, paruulum filium, nomine Balduinum.* II.

[e] *Ordericus lib. 11. ad ann. 1107. Item lib. 8. ann. 1090. lib. 10. ann. 1100. & 1101.*
[f] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 2. Apud D. Bigot, Senator, Rothomag.*

Præterea, præsens Monasterium, multis attributis predijs & possessionibus ac exemptionibus, locupletatum est à Guillelmo III. Rufo, Rege Angliæ, Duceque Normanniæ; cuius quidem chartam duximus hic apponendam; quæ subsequitur. III.

Vuillelmus, Rex Angliæ, & Dux Normanniæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vice-comitibus, omnibus iustitijs nostris, per Angliam & Normanniam

Normanniam constitutis, salutem in Domino, sciatis; quòd ego mortalis vitæ conditionem considerans, & omnia, quæ in ea sint, præter id, quod propter Deum fit, transitoria, & mutabilitati subjecta esse non ambigens; atque de salute animæ meæ, non cum corpore morituræ, sed in æternum victuræ, sollicitus, & quæ mihi post dissolutionem corporis, futura sint, penitùs ignorans, secundum sententiam, qua dicitur: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad Dominum. Dedi & concessi, pro salute animæ meæ, & omnium Antecessorum, & successorum meorum, & pro statu & incolumitate Regni, & Ducatus mei; do etiam, & concedo, & principali auctoritate mea confirmo, Abbatiæ Sanctæ Mariæ *Montis-burgi*, & monachis, in ea de cætero, Deo seruientibus, locum, in quo sita est Abbatia; & villam *Montis-burgi*, cum mercato, & nundinis, & molendinis, & omnibus, pertinentijs. Volo etiam, & districtè præcipio, ne iustitiæ meæ manum mittant pro iustitia facienda in villa *Montis-burgo*, diebus mercati, siue nundinarum: sed plenariam habeant iustitiam Abbas, & monachi, de omnibus, quæ in villa *Montis-burgi* diebus illis euenerint: & de omnibus rebus, de quibus affidare poterunt homines sui, qui sunt propriè res ipsorum, liberi & quieti sint prædicti Abbas & monachi *Montis-burgi* per omnem terram meam, à Telonéo, & passagio, & pontagio, & omni consuetudine, vbicumque fuerint, in terra, & in mari, & portubus, ementes, & vendentes, vel locantes. Do etiam, & concedo prænominatæ Abbatiæ, Abbati, & monachis, in foresta mea *Montis-burgi*, ligna clausura & foco, & ædificijs, & omnibus aisiamentis necessaria. Hæc omnia concedo, & confirmo mea manu.

Signum *Anselmi*, Archiepiscopi. Sign. *Radulphi*, Episcopi Cicestriæ. Sign. *Rogerij*, Episcopi Sarisberiensis. Sign. *Rannlphi*, Episcopi Dunelmensis. Sign. *Herberti* Episcopi Noruuicensis. Sign. *Vvillelmi*, Episcopi Oxoniensis. Sign. *Vvillelmi* Episcopi Vvintoniensis. Sign. *Ioannis*, Episcopi Batoniensis. S. *Samsonis*, Episcopi Vvigorniensis. Sign. *Vrbani*, Episcopi Landaciensis. Sign. *Hugonis*, Abbatis S. Augustini. Sign. *Herlerrai*, Abbatis Glastoniensis. Sign. *Petri*, Abbatis Glocestriæ. Sign. *Germundi*, Abbatis de Vince-cumba. Sign. *Richardi* de Reduers. S. *Symonis*, Comitis. Sign. *Eustachij*, Comitis. Sign. *Balduini*, filij Richardi de Reduers. Sign. *Vvillelmi*, fratris eius Balduini. Sign. *Roberti*, Capellani. Sign. *Vvillelmi* Estuc. Sign. *Hunfredi* de Bohun. Sign. *Alfredi* de Lincolnia, &c.[g]

IV. Quamuis autem carta hæc, exhibita sit, absque anni, vel temporis Determinatione: hoc tamen parum, aut nil obstat; cùm certò sit præfatum Regem, Guillelmum *Rufum*, diem mortis obijsse ann. 1100.[h] Propterea, Rex ipse creditus est fundasse huiusmodi Abbatiam,[i] cùm tãtum extiterit illius benefactor præcipuus: sed & Henricus I. Rex Angliæ, frater ac successor ipsius Guillelmi in Regno, eodem ann. 1100. non minore pietate eamdem prosequutus est: juxta Arboretanum Episcopum. *Inchoauit* (inquit) *huiuscemodi cœnobium Henricus, Anglorum Rex; & Radulphi Renieri custodiæ, fideique commisit; qui cura illius recepta, locum illum ampliauit & auxit.*[l] Siquidem Radulphus appellatur etiam fundator eiusdem domus, apud Antiquitates, MS. Normaniæ, pag. 213. Quod iterum alibi hisce verbis confirmat. *Hanc Abbatiam dedit Henricus Rex Anglorum, Richardo de Reduers, vt eam custodiret, & augmentaret sicut propriam; quod & idem facere curauit.*[m] Reperitur quoque Richardus de *Vernone*, Eques, Dominus & Baro *des Biards*, & de *Nohun*, eiusdem Abbatiæ augmentator.[n] Hic est, vt reor, qui ann. 1152. circa finem Iulij, seruauit castrum Vernonis ad Sequanam, contra exercitus Ludouici VI. Regis Francorum.[o] Taxatur denique istud Monasterium à Camera Apostolica, pro annatis soluendis, ad 600. florenos aureos.[p] Huius Abbatiæ Dedicationi interfuere, Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus; Richardus, Constantiensis: Rothaldus Ebroicensis, Episcopi: & præfatus Rex Angliæ, Henricus I.[q] qui obijt, ann. 1135. juxta omnium sententiam: quare ille *Rothaldus*, seu *Rotrodus*, Ebroicensis Episcopus, minimè potuit huic Dedicationi interesse, quippe qui ad eam sedem haud assumptus fuerit, nisi ann. 1139. & *Audinus* tunc Ebroicis præesset Antistes, ab ann. 1104. & quod excurrit; sed & Henricus II. Rex Angliæ, multa eidem Abbatiæ confirmauit, concessit & ampliauit.[r] Apud magnum Cartularium Abbat. Fontanell. extat Littera monachorum Fontanellens. pro Capella S. Michaëlis de *Vernone*, quam concesserunt Abbati Montis-burgi, pro 20. solidis redditus.[s]

g *Extat apud Andream Quercetanum lib. 13. Histor. Angl. & Galliam Christianam sup.*
h *Gemeticensis lib. 7. cap. 9. Ordericus lib. 10. Chronicon Cadomense. Parisius ann. 1100. Vvestmonasteriensis. Ibidem.*
i *Quercetanus lib. 7 Antiquitates Norm. cap. 5. Molinæus lib. 11. Histor. Generalis Normann. cap. 10. 5. 12. ad ann. 1090.*
l *Canalis lib. 2. de Re Gallica. Periocha 5. Belforestius in Cosmograph.*
m *Canalis Tom. 5. Hierarch. Ecclef. Neustriæ in ea Abbat. Ex Roberto de Monte, Tract. de Abbatibus & Abbatiis cap. 32.*
n *Antiquitates Normann. MSS. pag. 2. Apud D. Bigot Rothomagi.*
o *Chronica latina Norman. ad ann. 1152.*
p *Gallia Christiana. in Episcopis Constantiens.*
q *Idem in ea Abbatia.*
r *Molinæus sup.*
s *Littera 6, 1. cartul 8.*

Cœnobiarchæ hujusce Monasterij ritè commemorantur, licet non omnes habeantur.

CAPVT II.

IN tanta rerum varietate, haud nobis opus est dicendi celeritate, sed dexteritate & facilitate; ad ea exprimenda, quæ quoquo modo iuuare possunt, multúmque conferre historicæ veritati, hujusque celeberrimi Monasterij Archimandritarum nomenclaturæ. I.

1. *Rogerius.*

Abbas primarius, ann. 1093. vide Episcopos 43. Constantiens. cap. 46. §. 5. Mentio de eo habetur apud Arboricensem præsulem: in hunc modum. *Montaneburgum* cœnobium (Gallicè Montebourg) familiæ Benedictinæ, à Rogerio, S. *Crucis* monacho, extructũ, qui & ipse primus cœnobiarcha præfuit, cujus nomen eò euasit illustrius, quod Vvimundus præsul Auersanus; De veritate Sacro-sanctæ Eucharistiæ, editum à se volumen, illius nomini dicauit. a *Rem paulò clariorem alibi sic reddit.* Monasterium Montisburgi ædificatum est, à Rogerio, monacho, S. Crucis, in Dominio Ducis Normaniæ; cujus primus Abbas effectus est, idem Rogerius, vir Religiosus, & socius Vvimundi, qui postea fuit Episcopus Auersanus. Huic Rogerio prædictus Vvimundus scripsit librum de Corpore Domini. b Illud cœnobium S. Crucis D. Leufridi, Ordinis S. Benedicti, extat in Diœcesi Ebroicensi. c

a Cœnalis, lib. 2. de Re Gallica perioche 5. Franciscus Rosthenus in Antiq. Francic. & Gallia Christiana in ea Abbatia, Cœnalis.
b Idem Tom. 5. Hierarchia Ecclesf. Neustriæ, in ea Abbat. Post Robertum, sup.
c Vide supra ad ann. 690.

2. *Vrsus.*

Sub Prior Gemeticensis, qui & ordine, & ædificijs, eundem locum nobilitauit.

3. *Petrus, ann. 1132.*

Floret, signatus in carta fundationis Abbatiæ Quarrecensis vectæ, Tom. 2. Monastici Anglic. pag. 761. II.

4. *Galtherius, eiusdem loci Monachus.* d

Memoratur super compositione facta inter ipsum, & Abbatem S. Saluatoris Vice-comitis, ann. 1147. in præsentia Algari, Constantiensis Episcopi. e Itemque, ann. 1153. vnà cum Richardo, Constantiensi Episcopo, pro Ecclesia S. Mariæ de *Bruiz*, f & ad ann. 1152. g

5. *Raymundus, seu potiùs, Richardus, obijt, ann. 1182.*

Vocatur *Raymundus*, ann. 1163. h sed rectiùs, Richardus dicitur, juxta Robertum à Monte. *Obijt* (inquit) *Richardus Abbas Montisburgi: & successit Robertus Prior & Monachus eiusdem loci.* i

d Robertus de Mōte. Cœnalis Tom. 5. Gallia Christiana, sup.
e Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vice-comit. fol. 20.
f Ibid. fol. 30.
g Gallia Christiana, sup.
h Ibid.
i In Appendice ad Chronicon Sigeberti ann. 1182.

6. *Robertus, mortuus, ann. 1184.*

7. *Guillelmus.*

Ita habetur apud eundem Authorem. *Obijt Robertus electus Montisburgi; & successit ei Vvillelmus, monachus eiusdem loci.* k perperam igitur series eorum inuertitur, dùm Roberto Guillelmus præponitur. l Notatur arbiter pacis ann. 1205. inter Odonem, Abbatem Cæsarisburgi, & Abbatẽ S. Saluatoris Vice-comitis, m obiit, ann. 1211. ex Antiquitatib. MSS. sup. pag. 280.

8. *Ioannes,* n *expirauit 10. Calend. August.* o III.

k Ibid. ann. 1184. Antiquitates MS. Norman. pag. 213.
l In Gallia Christiana, sup.
m Ex Cartulario Abbat. S. Saluator, Vice-comit. fol. 44.
n Gallia Christiana.
o Ex Obituario Beaqu.

Digitized by Google

9. Rogerus, seu Rogerius 2. ad ann. 1222.

Memoratur, p spiritum exhalat 6. calend. Nouemb. ex obituario Cæsarisburg.

p Gallia Christiana.

10. Balduinus à Longelio ad ann. 1242 & 1248.

Franciscus *Blanchart* in Elogiis Præsident. Parisiens. pag. 457.

11. Thomas, ad ann. 1265. q defunctus 4. nonas Februar. r

12. Petrus, 2. ad ann. 1274. s

Rursus series ita vacillat in *Gallia Christiana*: Dum hi proximè succedunt: *Rogerius Petrus, & Richardus*: quare ampliori notitia vsi, sic Tesseram dabimus.

q Gallia Christiana sup.
r Ex Obituarijs Abbat. Exaquij, Cæsarisburgi, & S. Saluatoris Vicecomitis.
s Gallia Christiana.

13. Richardus 2.

Memoratur ad ann. 1288. t & ann. 1294. u Diem clausit extremum, 6. nonas Octob. x

14. Balduinus, 2.

Notatur ad ann. 1295. y debitum mortis exoluit 3. nonas z seu, pridie nonas Maij. aa

IV. *15. Petrus 3.*

Robertus, Constantiensis Episcopus, ann. 1311. dissidium tollit super conuentione cum Abbate S. Saluatoris Vice-comitis, & Petro, Abbate Montisburgi, pro *Tordeuilla*, bb Viam vniuersæ carnis ingressus est 10. Calend. Iulii. cc

16. Vualterius.

Ann. 1315. legitur in Antiquitatib. Norman. MSS. pag. 280.

17. Richardus 3. ann. 1318. citatur.

t In Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vice-comit. fol. 29.
u Ibid. fol. 14.
x Ex Obituarijs Abbat. Exaquij, & S. Saluator. Vicecomit.
y In Cartulario Abbat. S. Saluator. sup. fol. 16.
z Ex Obituario Abbat. Cæsarisburgi.
aa Ex Obituario Exaquij.
bb In Cartulario Abbat. S. Saluator. sup. fol. 24.
cc Ex Obituario Abbat. S. Saluator. sup.

18. Petrus 4. ann. 1360. dd moritur 3. idus Ianuar. ee

19. Michael, ann. 1386. ff obijt, 17. Calend. Maij. gg

Stephanus. 20.

Ann. 1406. hh defunctus 3. nonas Martij. ii

21. Richardus 4.

22. Guillemus 2. Guerin.

Ann. 1461. ll moritur pridie Calend. Ianuar. mm

dd Gallia Christiana.
ee Ex Obituario Exaquij.
ff Gallia Christiana.
gg Ex Obituario S. Saluator.
hh Gallia Christiana.
ii In Obituario Exaquij.
ll Gallia Christiana.
mm Ex Cartularijs, Cæsarisburgi, & S. Saluatoris, sup.

23. Guillelmus 3. de Tinteuille, ann. 1466.

24. Claudius de Roye, ann. 1483.

V. *25. Girardus de Montmiral, ann. 1488.*

26. Carolus Bouchier, ann. 1490. nn

nn Gallia Christiana.

27. Guido de Montmiral.

Hic omissus erat, quem restituimus, ex R. P. Petro à Monte-Martyrum; qui ann. 1521. proelo cudendos dedit. *Sermones de Sanctis*, D. Iordanis de *Quedelinburg*, Lectoris Magdeburgensis, ordinis fratrum Eremitarum, S. Augustini, quos dicauit Abbati hujusce cœnobij, vti constat ex ipsius libri liminari Epistola: *Reuerendo in Christo P. Patri ac Domino D. Guidoni de Montmiral, sacri Monasterij de* Montebourg.

Digitized by Google

Diœcesis Constantiensis, Abbati Dignissimo, necnon & Sancti Maglorij apud Parisios Admi*nistratori perpetuo; frater Petrus de* Mont-martre, Cluniacensis monachorum minimus, ac Theologiæ Doctor indignus.

oo Ibid.

28. Nicolaus Magistri de S. Aniano, al. Audoeno, ann. 1526. [oo]

pp Ex Obituario Cæsarisburgi.

Prior S. Ioannis de *Houdan*, Parœchus de *Beina* 1556. animam Deo reddidit II. Calend. Iunij. [pp]

29. Carolus 2. à Borbonio, S. R. E. Cardinalis 1563. VI.

30. Bonus Brouaus, de Broë ann. 1580.

Senator Parisiensis, præses primæ inquisitionum classis, in suprema Curia Parisiensi: obijt Calendis Martij, ann. 1588. sepultus apud Augustinienses Parisienses. [qq]

qq Gallia Christiana, sup. Brulius, lib. 2. Antiquitat. Parisiens. pag. 560.

31. Iacobus de Serres.

Episcopus 1597. erat Podiensis, post eius auunculum etiam Auiciensem Episcopum; huic successit Abbatiæ; [rr] defunctus ann. 1621. Calend. 4. Februar. [ss]

rr Gallia Christiana. ss Ex Obituarijs Abbat. S. Saluatoris, sup. & Cæsarisburgi. tt Gallia Christiana, sup.

32. Iustus de Serres. [tt]

Episcopus item Podiensis, mortuus ann. 1642.

33. Melchior de Polignac, nobilissimus ex Vicecomitib. de Polignac.

Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ, hæc notantur. *Littera Abbatis de Blanca-Landa, & Prioris Montisburgi, pro iure Patronatus Ecclesiæ S. Laudi de* Foucaruilla, [uu] *Item, Littera concordiæ inter nos & Abbates Montisburgi, pro quodam manerio apud Foucaruillam.* [xx] Prioratus Lodrosensis; in agro Dorsetensi. Item Aplederncombensis, in insula vectis, apud Angliam, spectant ad præsentem Abbatiam Montisburgi. Teste Monastico Anglico, Tom. 2.

uu Ibid. Littera R. 1. Carta 3. xx Ibid. Carta 6.

Circa Ann. 1112.

SAVINIACVM, SEV SAVIGNEIVM, Gallicè, Sauigny.

Radulphus, Dynasta Fulgeriarum, fundator Abbatiæ Sauiniacensis, à qua congregatio particularis exoritur, sub B. Vitale, Archimandrita; cui succedunt BB. Gaufridus & Guillelmus.

a Ex schedis MSS. Abbat. Sauiniacens. Chronicon Goferni, ad ann. 1112. Gallia Christiana, in Abbat. Menardus lib. 1. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 1. Maij. in B. Vitali Abbate. Angelus Manriquez Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad ann. 1112. cap. 2. §. 7. Canalis. Tom. 1. & 5. Eccles. Hierarchiæ Neustriæ in ea Abbat.

CAPVT I.

CONDITVR cœnobium Sauiniacense ann. 1112. Sexto Calend. Octob. in Diœcesi Abricensi, in confinio Normaniæ, Britanniæ Armoricæ, & Cœnomaniæ: fundatore Radulpho *Fulgeriarum*, suas facultates B. *Vitali*, primo Abbati, conferente. [a] B. Vitalem prima Sauiniacensis cœnobij, ann. 1105. fundamenta iecisse referunt schedæ illius locij dum illic prius cellulam pro se, vti eremita fabricauit: sed postea, ann. 1112. Monasterium erectum fuisse constat: ex pluribus: quod etiam satis liquet, ex coæuo authore, Gaufrido I.

Gosso

Gosso cap. 31. vitæ B. Bernardi Tironens. „ *Porro*, inquit quidam nobilis Radulphus, Fulgeriensis videlicet, cuius hæc, quam incolebant, sylua, erat, timens eam, per agriculturam illorum extirpari, ferre non potuit: eo quod Fulgerijs, castro suo vicina consistebat, & eam quàm maximè diligens, vt feras suis venatibus retineret, etiam vallo circumdederat. Quapropter aliam syluam eis dedit, Sauiniensem videlicet, multò meliorem, solo terræ fertilem, fluminibus iucundam, sed à castro suo sex milliarijs longiùs altera remotam, in qua congruam sibi habitationem fecerunt, & construxerunt: & ibi labore manuum, victum requirentes, paucis in priore loco fratribus relictis, per annos aliquot habitauerunt. Dominus autem Vitalis, de quo in primo huius operis libro mentionem fecimus, in eadem sylua, cellam sibi ædificauerat, distantem ab istis, duobus ferè stadijs, in qua, postea cœnobium construxit, &c.

II. An verò is Radulphus de *Fulgerijs*, cuius meminit chronica latina Normaniæ ad ann. 1155. post Robertum de monte, ad ann. 1156. 1162. & 1173. me omninò latet. Scribit Arboretanus Episcopus, hunc Radulphum fundatorem filium extitisse Comitis Moretoniensis migrauit in cœlum 16. Calend. Octobr. juxta Necrologium huiusce Abbatiæ: his verbis. 16. *Septemb. Radulfus de Fulgerijs, Fundator huius Ecclesiæ.* Item 7. *Iunij, Guillelmus de Fulgerijs huius loci Fundator.*

III. Stephanus autem de *Fulgerijs*, Rhedonensis Episcopus, qui obijt ann. 1178. scripsit vitam. B. Vitalis Abbatis I. huiusce cœnobij. [b] De B. *Vitali*, autem, primo Sauiniacensi Archimandrita; nil amplius dicendam arbitror; quàm quod in ore duorũ, vel trium testium, jam effatum fuerit. Primum, ex Guillelmo *Neubricensi* penè authore eius æui, proferamus testimonium. „ *In transmarinis* (inquit) partibus, sicut à majoribus accepimus, tres memorabiles viri, vno tempore fuere; scilicet, Robertus, cognominatus de Arbusculo, Bernardus, & Vitalis. Hi non ignobiliter eruditi, & spiritu feruentes, circuibant per castella, & vicos, seminantesque, secundum Isayam, super omnes aquas, de conuersione multorum fructus vberes colligebant, pio inter se placito: quòd Robertus quidem fœminarum, communi labore, ad meliora conuersarum sollicitudinem gereret; Bernardus verò, & Vitalis, propensiùs maribus prouiderent. Robertus itaque famosissimum illud cœnobium fœminarũ de Fonte-Ebraldi construxit, & regularibus disciplinis informauit. Bernardus vero apud Tyrocineum: & Vitalis apud Sauigniacum, monachis regulariter institutis: suos quisque ab alijs, per quasdam præceptorum proprietates, distinxit. [c] Alterum nobis suppeditat testimonium Ordericus vitalis, in hunc modum proloquens. „ *Venerandus vitalis* (ait) qui quondam fuerat Roberti, Comitis Moritolij Capellanus, & apud Moritolium S. Ebrulfi Canonicus: sæcularium curarum, ac diuitiarum depositis oneribus, leue iugum Christi, per Apostolorum vestigia ferre decreuit, & in desertis locis aliquamdiu cum religiosis quibusdam habitauit. Ibi mollioris vitæ pristinas consuetudines edomuit: & rigidioris obseruantiæ cultus edidicit. Denique Sauincium vicum, vbi antiquorum ingentes ædificiorum ruinæ apparent, considerauit, sedemque sibi, suisque ad habitandum elegit: & in contiguo saltu, Monasterium in honore sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, condere cœpit. Ritus Cluniacensium, vel aliorum, qui monachilibus obseruantijs jam dudum mancipati fuerant, imitatus non est: sed modernas institutiones Neophytorum, pro vt sibi placuit, amplexatus est. Hic eruditione litterarum erat apprimè imbutus; fortitudine ac facundia præditus, & ad proferendum quicquid volebat animosus: non parcens, in populari sermone, infimis, nec potentibus, quasi tuba exaltabat vocem suam, juxta Isayæ vaticinium, annuntians populo Christiano scelera eorum, & domui Iacob, peccata eorum. Reges igitur Ducesque reuerebantur illum, plures turbæ manicabant, vt audirent verba eius: quæ postmodum auditis ab illo latenter actis facinoribus, lugubres & confusæ redibant à facie ipsius. Omnis ordo intrinsecus pungebatur eius veridicis allegationibus: omnis plebs contremiscebat coram illo, ad correptiones eius, & vterque sexus rubore infectus, verecundabatur ad improperia illius. Nuda quippe vitia manifestè premebat; & occultorum conscios probrosis redargutionibus stimulabat: sic nimirum superbos athletas, & indomitos vulgi cœtus plerumque comprimebat; atque locupletes heras, sericis vestibus, & canusinis pellibus delicatè indutas, trepidare cogebat, dum verbi Dei gladio in scelera sæuiret, & spurcitijs pollutas cõscientias valdè feriret: grandiso-

b *Gallia Christiana in Episcopis Rhedonens. ex Argentræo lib. 3. Histor. Britan. cap. 119.*

c *Neubrigensis lib. 1 de Rebus Anglor. cap. 15. Canalis sup.*

noq; Diuinæ animaduersionis tonitruo terreret: solers itaq; semini-verbius multis profuit, multos secum aggregauit, in cœnobio, quod construxerat; per annos septem militauit & vsque ad bonum finem bonæ vitæ permansit: in oratorio, post aliquantam ægritudinem in qua fideliter confessus fuerat, & sacræ communionis viaticum deuotè perceperat: ad matutinas de sancta Virgine Maria, lectori poscenti benedictionem dedit: & à cunctis, qui aderant, dicto. Amen: mox spiritum exhalauit. d Quibus constat per omnia, quæ ex monumentis antiquis Sauiniacensibus Hugo *Menardus* nuper concinnauit. e

Completis itaque septem sui cœnobiarchatus annis juxta Ordericum sup. fœliciter obdormiuit in Domino, die 7. Iāuarij, ann. 1119. ceu 1120, pro diuersa anni supputatione: hunc inter SS. Ordinis Benedictini, annumerat *Menardus*: sub die 1. Maij: quando sacrum eius corpus, eleuatum est de terra. f Alij in album SS. Ordinis Cistertiensis referunt: sub 7. die Ianuarij, quo cœlum inuectus, transijt ad gloriam. *Sauiniaci in Gallia, B. Vitalis Abbas, qui virtutibus & miraculis celebris, è vita discessit.* g Cùm tamen, nec S. Benedicti institutum vnquam professus sit: vt ex *Orderico* satis liquet: nec adhuc Sauigniacum Cistertio collum subdidisset; vt & ipsi Cistertienses ingenuè fatentur: quidam etiam aiunt S. Vitalem obijsse 16. Septemb. h ann. 1122. i Quod fortè probabilius est, si enim eius successor annis sexdecim rexit, & ann. 1138. migrauit in cœlum, *Gaufridum*, ann. 1122. quo B. *Vitalis* desijt, incœpisse certum est. IV.

d *Ordericus lib. 8. Histor. Ecclesiastic. ad ann. 1094. Robertus de Monte. Tractat. de Abbatibus & Abbatijs. cap. 4.*
e *Menardus sup.*
f *Idem sup.*
g *Menologium Cistertiens. Chrysostomus Henriquez. Ibid. in notis ex alijs.*
h *Ex Necrologio, & schedis Sauiniaci.*
i *Ex ipsis Schedis Ioannes Baptista Souchet, in notis ad vitam B. Bernardi Tironens. cap. 11. & 12.*

2. B. Gaufridus, seu, Goisfredus.

Memoratur apud Ordericum, dùm B. Vitalis prædecessoris obitus describitur: *Quo defuncto* (inquit) *Bajocensis Goisfredus, ac Cerasiacensis monachus, successit; qui & ipse immoderatis adinuentionibus studuit, durumque iugum super ceruices discipulorum aggregauit.* l Ne mireris, mi lector! passione quippe stimulatus, proprioque commodo impulsus *Ordericus* sic impunè loquitur: immoderatas adinuentiones, durumque iugum vocans, studium & feruorem eorū religiosorum, qui spontaneè ac libentissimè morū reformationem, ac puriorem Monasticam obseruantiam ad amussim assumpserant, sub fœlici moderamine horum Sanctissimorum Abbatum, Vitalis & Gaufridi: quos vocat modernos præceptores, nouas traditiones, modernasque institutiones neophytorum, amplectentes: eo quòd ad Cistersiensium normam se componerent, eosque ex animo propius imitarentur: Ordericus autem, Vticensis monachus, Benedictinus esset congregationis Cluniacensis: verùm, alterum nunc monachum, eiusdem ordinis ac instituti professum, litteris & virtute imbutum, nempe Hugonem *Menardum* audiamus, de eodem B. Gaufrido Abbate sic verba promentem. V.

„ *B. Gaufridus*, Bajocis natus nobilibus parentibus: cùm adhuc esset in aluo ma-
„ tris, Templum S. Mariæ Magdalenæ Bajocis conflagrauit: & quædam pixis, in
„ qua particulæ aliquot de Reliquijs S. Mariæ Magdalenæ, S. Georgij, & quorum-
„ dam martyrum, conditæ erant, ex ipso Templo, in sinum matris, B. Gaufridi,
„ non sine stupendo miraculo, delapsa est. Quod indicium fuit futuræ in puero
„ sanctitatis. Primò monachum induit apud Cerisiacum, Abbatiam S. Benedicti,
„ in territorio Bajocensi: deindè illectus fama B. Vitalis, relicto priori Monaste-
„ rio, se ad Sauiniacense contulit: prædictas Reliquias secum afferens, quarum
„ attactu, multa miracula faciebat. Hæc scripta sunt in eius actis, quæ asseruantur
„ Sauiniaci, multis fuit post mortem miraculis clarus; quæ etiam propè sunt quo-
„ tidiana, maximè erga febricitantes. Ædificauit nouemdecim Monasteria: inter
„ quæ Bellum-Beccum. *Beau-Bec*, & Valles-cernai, *Vaulx-cernay*, quod est in ter-
„ ritorio Parisiensi: statuitque, vt quotannis fieret capitulum generale, die San-
„ ctissimæ Trinitatis. Fuit autem secundus Abbas Sauiniacensis. m His adstipulatur Episcopus Arboretanus, eruditione præstans. „ *Fuit præterea* (inquit) San-
„ ctitatis opinione præclarus, D. Gaufredus, Bajocassinæ originis, apud Cera-
„ seium monachus, Abbas dein Sauigniacus, in Arboretano tractu; cuius monumē-
„ tum extat, arx mœnibus ciuitatis adhærens, quæ illi fuit domus natalitia: Ar-
„ cem appellant D. Gaufredi. n Deindè agens de obdormitione prædicti, B. Vitalis subiungit. *Huic successit Bajocensis Gaufridus, Cerasiensis monachus, vir admodum litteratus & in religione feruens; hic multa Monasteria ædificauit, & consuetudines prioribus*

l *Ordericus sup. Canalis.*
m *Menardus sup. ex veteribus monimentis Abbat. Sauiniacens. Manriquez Tom. 2. sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 3.*
n *Canalis lib. 2. de Re Gallica. Perioche 4.*

bus arctiores Sauiniensibus imposuit. ° & rexit annis sexdecim.

VI. Tempore huiusce B. Gaufridi, ann. 1124. Dedicata est Sauiniacensis Ecclesia vbi ipse tandem Sanctissimè excessit è vita 8. Iulij: & die sequenti Tumulatus, ita enim referunt, ac continent antiqua istius Abbatiæ, MSS. monimenta. *Anno 1139. obijt D. Gaufridus, Abbas, 8. idus Iulij.* [p] Item Obituarium. *9. Iulij, Gaufridus, 2. Abbas Sauigniaci.* [q] Illius tamen celebritas colitur die 1. Maij; quo sacræ eius Reliquiæ, eleuatæ de terra, publicè fidelibus exhibitæ sunt venerandæ.[r]

VII. Anno 1130. exorto pessimo schismate in Ecclesia Dei, propter Anacleti pseudo Papæ superbiam: cui extirpando nimium insudauit S. Bernardus, Claræuallensis Abbas: & cuius partes impensè amplexatus est noster Gaufridus Sauiniacensis Archimādrita: quod ipse D. Bernardus, apertè testatur, dùm Religiones, seu Religionum ordines, Innocentio II. addictos, refert, vti vero, ac legitimo summo Pontifici, *Sauiniacenses* commemorat. „ *Non autem debeo* (inquit) prætermittere „ sanctos, qui mundo mortui, Deo melius viuunt: quorum vita abscondita est cum „ Christo in gloria: vbi certè studiosè inquirunt, & non dubiè inueniunt beneplacitum Dei, qui solliciti sunt, quomodo ei placeant. Itaque Camaldulenses, „ Valumbrosani, Carthusienses, Cluniacenses, mei quoque Cistertienses, Castemblenses, Cadumenses, Tyronenses, & *Sauiniacenses*; vniuersitas denique, & „ & vnanimitas fratrum, tam monachorum, quàm clericorum regularis vitæ, „ probatæque conuersationis Innocentio firmiter adhærent. [s] Vides quomodo non solùm Gallia, cum Rege Christianissimo Ludouico; sed & Henricus, Dux Normanniæ, Rexque Anglorum, cum maximo Episcoporum ac Procerum comitatu, benignè inuiserit, exceperitque Innocentium II. Papam apud Carnotum: [t] Exindè autem ab eo deductus Rothomagum, illic non modo suis, sed Optimatum, & etiam Iudæorum muneribus dignatus est, & ab omnibus Papa acclamatus. [u] Vt cunctis liquidò pateat totam Neustriam tunc semperque, summo Pontifici, sedique Apostolicæ Romanæ adhæsisse: dùm Rothomagus, Regia vrbs, in superiori Neustria, & *Sauiniacenses* ac *Cadumenses*, sed rectius *Cadomenses*, in inferiori Normania, veluti aliorum capita, sic religiosè & constanter vnitati Ecclesiæ Catholicæ, cum capite eius, student.

VIII Post igitur Innocentium receptum, refert Angelus *Manriquez*: [x] Religiosis Abbatiæ *de Benedictione Dei* (quæ filia erat Claræuallæ, in Diœcesi Lugdunensi nuper exorta, ad ann. 1138.) *Sauiniacensium* expositis infestationi monachorum; eumdem S. Bernardum zelantem pro filijs suis, Falconis, Lugdunensis Archiepiscopi, patrocinio muniendos commisisse, per Epistolam ad eum directam. [y] Sed valdè hallucinatur, cùm illa Epistola haud spectet ad nostrates Sauiniacenses: sed ad cœnobij Sauiniacensis ordinis Benedictini, Diœcesis Lugdunensis, incolas pertineat: cuius alij fusius meminere. [z]

3. B. Guillelmus.

IX. Hic etiam vitæ sanctitate admirandisque virtutibus florens, migrauit in cœlum die 20. Octobris, circa ann. Christi 1143. de quo hæc commemorat Menologium Cistertiense. *In Gallia B. Guillelmus, Abbas Sauiniacensis, cuius conuersionem, & futuram in Ordine perfectionem mirabili visione sanctus Aymo præuidit: qui assumpto religionis habitu, & Sauiniacensium monachorum creatus Antistes, egregia sanctitatis signa reliquit.* [aa] Vitam eius compendio redactam referunt tres graues Authores, Chrysostomus *Henriquez*, Philippus *Seguinus*, & Angelus *Manriquez*; quorum vltimus scitè ibidem subintulit. *Verùm, quod sanctum virum vterque Auctor Cistertiensibus tribuit: ideò fortasse verificari posit, quod Sauiniacum ad imitationem Cistertij, fundatum sit, atque institutum disciplinis regularibus, quod supra à nobis obseruatum memini.* [bb] Cuiquidem alij videntur annuere. [cc] Ergo verè ac propriè non potuit Sauiniacum ad Cistertium pertinere ab ann. 1112. quo cœpit domus hæc illustris, vsque ad B. Serlonem, qui eam Cistertio tradidit ann. 1148. Interim tres sanctos Abbates, nobis protulit Sauiniacum, quorum corpora sacra, post annos plures, simulcum BB. Aymonis & Petri, monachorum Reliquijs honorificè de terra eleuata sunt, die 1. Maij: quo festiuitas eorum celebratur. [dd] Verùm, hunc minimè enumerat Abbatem Guillelmum, Robertus de Monte, sup. nisi sit error in nomine, sic enim ait: de Gaufrido

Rrrr

o *Idem Tom. 3. sup. post Robertum de Monte sup.*

p *Ex Schedis Abbat. Sauiniacens. Gallia Christiana in Episcopo Ioanne Sagiens.*

q *Ex Necrologio eiusdem Abbatiæ.*

r *Martyrologium Benedictin. 1. Maij. Saussayus. In Martyrolog. Gallicano eadem die.*

s *D. Bernardus Abbas Epistol. 126. Picardus in notis. Ibid. Manriquez sup. Tom. 1. ad ann. 1118. cap. 3. §. 1.*

t *Vita S. Bernard. lib. 2. cap. 1.*

u *Malmesburiensis, lib. 1. Hist. Nouel. Rogerus Houedenus. In Annalibus Par. sius. Vuestmonasteriens. & alij de Reb. Angl. ad ann. 1130. & 1131.*

x *Manriquez Tom. 1. sup. ad ann. 1118. cap. 3. §. 3. Item ad ann. 1138. cap. 13. §. 4.*

y *D. Bernardus Epistola 173.*

z *Seuertius in Archiepiscopis Lugdunens. sub 68. §. 2. & sub 69. §. 6. Gallia Christiana in Abbat.*

aa *Menologium Cistertiens. 20. Octob. Henriquez. Ibid. in Notis post alios. Seguinus in compendio Sanctor. Ordin. Cistertiens. cap 69. Manriquez Tom. 2. sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 3. & 4.*

bb *Manriquez ibid. §. 5.*

cc *Menardus & Canalis Tom. 5. sup. & Tom. 1.*

dd *Martyrologium Benedictin. 1. Maij. Menardus. ibid. lib. 1. Obseruation. & Manriquez sup. ac Saussayus.*

agens. *Cui post Buannum Anglicum, qui paruo tempore eidem Monasterio præfuit, successit venerabilis Serlo.*

B. Serlo, Abbas 4. Sauiniaci, sub eo, BB. Aymo & Petrus, Monachi Sauiniacenses, sanctitate floruerunt: idem B. Serlo, se, suaque Monasteria, & cunctam Congregationem Sauiniacensem, subdit Ordini Cistertiensi, in quo tandem Sanctißimè moritur.

CAPVT II.

SVccessit venerabilis Serlo, de *Valle Badonis*, juxta Bajocas, oriundus, qui prædicti B. Gaufredi fuerat in sæculo discipulus, mona- I.
chatumque prius cum eo susceperat in cœnobio *Cerasiensi*, sed relicto eo Monasterio, Sauigneium, pro majori religione expetierat: vbi tandem cœnobiarcha efficitur. a Itaque ab his Abbatibus præfatis D. Serlo quartus fuit, non minori doctrina & sanctitate; qui quam acceperat ad Cistertij normam, Domum, ordinemque: non vltra similem, quòd longè inferius est, sed omninò eamdem esse disposuit. Quo autem tempore huiusce cœnobij regimen assumpserit, præcisè non assignatur: memoratur tamen ad ann. 1143. b ex quo propior coniectura suboritur, florebat autem tunc Sauiniacum monachis, qui patrum merita, aut præibant, aut sequebantur, inter quos duo præcipuè, BB. Aymo & Petrus, maximè emicuerunt.

Et quidem, Aymonem, à multis annis conuersatum in cœnobio Sauiniacensi, argumento est, quod de B. Guillelmo 3. Abbate ipsius, per eum tracto à sæculo, ex visione mirabili sibi cœlitùs indita, tradunt. c Porrò, nec pauciores sub Cistertio peregisse, non minus clarè probat ipsius ad Deum transitus, qui incidit in annum 1174. vti inferius annotabimus: vt planum fiat astrictum B. Virum Cistertij legibus, per annos plus minus, sex supra viginti, reliqua vitæ eius insignia aliàs dabimus loco opportuniori. d Qui demum vitæ sanctitate conspicuus, & meritis plenus: decessit è vita, die 30. April. ann. 1174. ex Roberto de Monte. *Obijt etiam anno superiore, Hamo, de Lanidecopio, monachus Sauiniensis: qui propter* Religionem, *& bona opera in pauperes, charus erat Deo & hominibus.* e Agitur de eo memoria in Menologio Cistertiensi, hac eadem die: vbi tale de eo Elogium habetur. *Sauiniaci in Gallia B. Aymo monachus, qui ab eo tempore, quo Cistertiensium se subiecit institutis, insolitæ sanctitatis specimen dedit, & cœlestis vitæ studio incensus, Angelis vicinior, quàm hominibus, purissime inter confratres suos conuersatus est: magna sanctitatis opinione, ibidem diem clausit extremum.* f Eius tamen solemnitas, die 1. Maij agitur, quando sacrum ipsius corpus à terra eleuatum, in decentiorem locum fuit repositum. g

De B. Petro, dubium adhuc nobis est, quo anno, monachum induerit apud II.
Sauigniacum; certum est autem ante B. Aymonem obijsse: nec minus certum claruisse simul cum ipso: quippe qui eius semper & confessiones exciperet, & occurreret dubijs, si quæ ingruerent. De vita & morte B. Petri multa referunt antiqui: quæ nos aliquando in lucem proferemus. h Interim verò, quæ testatum alij nobis reliquerunt, inspiciamus. „ *Fuit* (inquit Menardus) B. Petrus, patria Abrincensis „ Sauiniacensis monachus. Adeò conscientiæ purati studebat; vt minimā labeculā „ ferre non posset, quin statim ad sacramentum pœnitentiæ recurreret. Mortuus „ apparuit. B. Haymoni, confessori suo, immensa luce, circumfusus; dicens, se tali „ gratia à Deo locupletatum, ob conscientiæ puritatem. i Hæc paulò exactius excerpta tradit Philippus *Seguinus*, in hunc modum. „ *Petrus*, Sauiniaci monachus, „ vir religione & sanctitate conspicuus: multis virtutibus refulgens, fœliciter ad „ beatam gloriam ascendit. Is cùm in terrena Sauiniaci solitudine, vitam cœnobiticam, ne dicam Angelicam, ageret apud Deum Opt. Max. cuius fuerit meriti, „ Dominus ipse seruo suo Haymoni ostendere voluit: de eo siquidem fertur, quòd cùm

a *Canalis Tom. 5. sup. ex Roberto de Monte. sup.*

b *Ex Cartulario Abbat. Gofermi. fol. 17.*

c *Vide ad 20. Octob. in vita B. Guillelmi Abbatis Sauiniacensis.*

d *Vide ibid. ad 30. April.*

e *Appendix ad Chronicon Sigeberti, ann. 1175. Manriquez Tom. 1. sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 6. Canalis.*

f *Menologium Cistertiense ad 30. April. Henriquez ibid. in notis. Saussayus sup. ead. die.*

g *Martyrologium Benedictinū 1. Maij. Menardus. Ibid. lib. 2. Obseruation. & Saussayus.*

h *Vide ad 24. Decemb. Neustria sancta.*

i *Menardus sup.*

„ cùm quadam die S. Haymo ad præfati Petri electi Dei sepulchrum, orationi in-
„ sisteret, repentè in ecstasim raptus; vidit in superioribus huius aëris partibus
„ innumeram sanctorum multitudinem insigni gloria & honore nimio præfulgen-
„ tem; ipsumque Petrum in cœtu eorum ingenti tripudio exultantem. Cùmque
„ vir Dei in eorum contemplatione aciem mentis diligenter figeret, omnis illa
„ Beatorum cœlestis multitudo benignissimè facies suas ad eum conuertit, eique
„ reuerendè admodùm inclinauit. Hac reuelatione S. Haymo cognouit præfatum
„ Petrum in Diuorum consortium receptum fuisse, claruit ann. 1172. [l] Coronidem faciet menologium Cistertiense, his verbis. *In Gallia B. Petrus, Monachus, qui in eremo Sauiniacensi, sub instituto Cistertiensium vitam verè Angelicam duxit: & post mortem inter choros Angelorum S. Aymoni gloriosus & exultans apparuit.* [m]

IV. Sanctissimè itaque quieuit in Domino 24. Decemb. ann. 1172. crebruisse ad sepulchrum ipsius miracula, argumento est; quòd ossa viri sancti cum alijs SS. Reliquijs, eleuata de terra, decenti pompa, & Diœcesani, ac aliorum Episcoporum interuentione, collocata in sepulchro venerabili, reuerentiæ patent cultuique, qui eis exhibetur ab omni populo: addita anniuersaria processione ex oppidis confinibus, quæ ad locum hunc conueniunt: quæcumque postulant, vt piè credunt, & sperant, per intercessionem sanctorum impetratura: quodquidem accidit ann. 1230. juxta chronicon, Norman. *Eodem anno translata sunt corpora sanctorũ vitalis & Guillelmi, & aliorum apud Sauigneium.* [n] Vnde prodijt solemnitas huiusce eleuationis, & trãslationis ad 1. Maij, teste Martyrologio Benedictino. *In territorio Abrincensi, Elevatio Sanctorum Sauiniacensium, nempè, Vitalis, Gaufridi, Guillelmi, Abbatum: Petri & Hamonis, monachorum.* [o] Quæ verba notis illustrans *Menardus*, hæc addit. *Hac enim die horum BB. Abbatum & monachorum Sauiniacensis cœnobij, corpora honorificè eleuata sunt: & reposita in quodam loco eiusdem cœnobij ab Episcopis, Cœnomanensi, Abrincensi, & Redonensi; in cuius memoriam fit quotannis in eodem Monasterio solemnis processio Calendis Maij.* [p]

V. Duo maximè illustrarunt ann. 1148. Cistertium præsentia Eugenij III. summi Pontificis, qui Abbatibus congregatis illic in capitulo generali totius ordinis, adfuit: Non tam auctoritate Apostolica præsidens, quàm fraterna charitate residens inter eos, quasi vnus ex eis. [q] Cæterum illud adhuc singularius in hoc capitulo, cui non simile inuenias, & vix speres: integram, numerosamque Congregationem (Ordinem potiùs dixeris) monasterijs constantem supra triginta, per Galliam, Angliam, Normanniamque sparsam: illustrem viris, nec obscuram Ecclesiis, & possessionibus, relicto habitu griseo, institutisque abdicatis, quæ per plures iam annos obseruassent, in jura & leges Cistertii transiisse, sub Claræuallis Abbatum visitatione. Hæc illa fuit congregatio Sauiniacensis, quam supra memorauimus; cui, qui præerat Serlo, vir, planè sanctus, idem & mutationis auctor fuit, tuncque per manum S. Bernardi, Ordini Cistertiensi, se, suosque omnes alumnos sociauit, & Claræuallensi cœnobio submisit ac contulit. [r]

VI. Præterea, ann. 1153. B. Serlo, spontè præfectura Sauiniacensi se abdicauit, & Clarãuallem veniens, quod S. Bernardo adhuc viuente, non impetrauerat, post mortem saltem eius est exequutus; scilicet, vitam priuatam agere in Clarauall: quam sanctissimè duxit vsque ad ann. 1157. die 10. Septembris, quo fœliciter ad Astra conuolauit: juxta eiusdem Ordinis Menologium. *In Clara-valle, Depositio B. Serlonis, Abbatis Sauiniacensis, qui vt charismata meliora æmularetur, se, Monasterium suum, & alia triginta Sauiniacensis instituti cœnobia sanctissimi Patris Bernardi Magisterio tradidit; & in Claravalle pijssimè conuersatus, cum magna sanctitatis opinione, ad cœlos fœliciter emigrauit.* [s] Cui assentitur Episcopus Arboretanus. *Hic* (inquit) *quia, pro velle suo, non obtemperabant ei monasteria sibi subdita, authoritate Eugenij, Romani Pontif. Subdidit se, & omnia monasteria sua, Cistercienſi Ordini. Et exinde, post paucos annos, vt Deo liberius posset vacare, relicta cura monasteriorum, in monasterio Claravallio, deo & sibi vacans, delituit.* [t] Omnia adhuc luculentius perstringit, licet breuiter, & succinctè, pro more suo, liber sepulchrorum Claræuallis, vbi eius Epitaphium, in hunc modum legitur.
„ *In magno* Claustro, sub secundo arcu lapideo, medium locum cum Domino Ro-
„ berto de Brugis, obtinet, Dominus Serlo, vir Deo dignus; qui Sauigniacum,
„ cum triginta Abbatiis, in generali capitulo Cistertiensi, præsente Beatissi-
„ mo Papa nostro, Eugenio III. per manum S. Bernardi, Ordini nostro socia-

l Seguinus lib. 3. viror. Illustr. Ordin. Cistertiens. cap. 28. & 68. Canalis.

m Menologium Cistertiense ad 24. Decemb.

n Chronico Normanlatino, ad ann. 1230.

o Martyrologium Benedictinũ 1. Maij.

p Menardus sup. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiensis ad ann. 1172. cap. 5. §. 2.

q Manriquez sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 1. ex Godefrido lib. 4. vit. S. Bernardi. cap. 4.

r Manriquez. Ibid. §. 2. post Robertum de Monte sup. Clemens Reinerus in Apostolatu Benedictin. in Anglia.

s Menologium Cistertiense ad 10. Septemb. Necrologium Sauiniaci. 9. Septemb. Robertus à Monte. sup.

t Canalis. Tom. 5. sup. ex Roberto de Monte sup.

„ uit, & Claræuallensi cœnobio submisit, & contulit. Cum verò nomen & officium, post aliquot annos deposuisset Abbatis, eodem anno, quo S. Bernardus ab hac vita migrauit, & D. Robertus ei successisset, D. Serlo prædictus, eidem indiuiduum Comitem, & in omnibus officiosissimum sese exhibuit, & in operè sanctæ prædicationis, ad ædificationem fratrum, toto tempore, quo præfuit, ad eius imperium iugiter laborauit. Id enim officium eidem imponebat, quem ad hoc ipsum promptissimum fecerat exercitatio diuturna & benignitas gratiosa. Mortuo autem D. Roberto, & D. Fastrado, in Abbatem Claræ-vallensem promoto; idem Serlo venerabilis 4. idus Septembris, ab hac vita decedens, secutus est D. Robertum, patrem suum. Plures de eo egerunt Authores. x

Sub eius tempore, circa ann. 1154. memoratur à Roberto de monte, Vvermundus, ceu Vvimundus, monachus Sauiniacensis, primus factus est Episcopus Moinæ insulæ, (quæ est inter Angliam & Hyberniam) subiectæ Archiepiscopo Eboracensi: cui successit Ioannes, monachus Sagiensis. y Conanus verò Dux Britanniæ quamplura prædia, terras, & possessiones contulit Abbatiæ Sauiniacensi, ann. 1155. sed & confirmauit, & amortisauit quæ olim Barones Fulgeriarum eidem cœnobio pia liberalitate dederant. z VII.

x Henriquez in notis ad Menologiũ Cisterciens. Item in Fasciculo SS. Cisterciens. Manriquez sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 1. n. 6. item ad ann. 1153. cap. 15. paragr. 6. n. 8. 9. Item ann. 1157. cap. 2. §. 1. Item in Appendice ad Tom. 1. Annal. Cisterciens. in serie Abbat. Claræuallẽs. sub 2. & 3.

y Vide sup. in Abbatia Sagiens. cap. 2. pag. 582. & Parisius ad ann. 1151. Chronica Norman. Vvestmonasteriens. eodem anno.

z Apud Argentreũ lib. 3. Histor. Britanniæ cap. 118.

Quæ fuerint Monasteria Sauiniacensis Congregationis: cujus Abbas, post vnionem cum Cistertio initam, primarium obtinuit locum in filiabus Claræ-vallis: remansitque idem Sauiniaci Abbas, totius eiusdem suæ Congregationis, sub lege tamen Cistertiensi, Superior & caput, ex constitutione Apostolica. Responsio ad errata Rayneri.

CAPVT III.

I. NON vsquequaque factum satis iri quibusdam fortassis placeret, de illa B. Serlonis, monasteriorum Cistertiensi Ordini deinceps facta, redditaque voluntaria subjectione: Nisi, quæ sint hæc cœnobia, vbi, & quando fundata fuerint, ostenderimus: quod lubens, ex genesi Ecclesiarum Claræuallensium, opere prætium duxi, si huc transferrem.

Ioannes Picardus in Notis ad Epistolam, 126. in fine notarũ, ad Epistolas S. Bernardi Abbatis. Manriquez Tom 2. Annal. Cistertiens. ad ann. 1148. cap. 7. §. 10. & 11. Item cap. 15.

Sauiniacum cæterarum omnium mater, ann. 1112. *coeptum Cistertio adjunctum, ann.* 1148. *& Claræuallis, filiæ* 3. *Cistertij vnitum.*

	Annus Christi.	Prouinciæ.	Abbatiæ.	Diœceses.	*Taxatio cameræ Apostol.*
1.	1128. 1. Nouemb.	Normannia.	De Bello-Becco.	Rothomagẽs.	
2.	eod. tempore.	Francia.	de Vallibus Cernaij.	Parisiens.	33. Florenor. aureor.
3.		Andegauia.	Calocheum.	Andegauens.	
4.	1130. 7. Iulij.	Anglia.	Furnesium.	Cestrensis.	
5.	eod. ann. 25. Iulij.	Normania.	Fulcardi mons.	Rothomagẽs.	L. Floren.
6.	eod. ann. 1. Martij.	Normania.	Goffernum.	Sagiensis.	120. Floren.
7.	eod. ann. 25. Octob.	Anglia.	De Netha.	Landacens.	
8.	1131. 15. Iulij.	Andegauia.	De Buxeria.	Andegauens.	93. Floren.
9.	eod. anno.	Normania.	Alnetum.	Bajocensis.	376. Floren.
10.	1132. 27. April.	Anglia.	De Carretia.	Vvintoniens.	
11.	eod. ann. 10. Nouemb.	Turonia.	De Fontanis Albis.	Turonens.	33. Floren.
12.	1133. 11. Nouemb.	Anglia.	Cumbermara.	Conuentrens.	
13.	1135. 26. Martij.	Picardia.	Longo villare.	Morinens.	34. Floren.
14.	eod. ann. 25. Iulij.	Anglia.	Stratorda.	Londoniens.	
15.	eod. ann. 8. Aug.	Anglia.	Bildeuasia.	Licheferdens.	
16.	eod. tempore.	Anglia.	Bunefestria.	Oxoniensis.	
17.	1137. Aug. 5.	Anglia.	Gosesalhen.	Noruicens.	
18.	1138. Ianuar. 1.	Anglia.	Bella landa.	Eboracens.	
19.	eod. ann. 27. Iulii.	Britannia Armorica.	Vetus villa.	Dolensis.	60. Floren.
20.	1140. Nouemb. 16.	Normania.	Barbereium.	Baiocensis.	
21.	1151. Nouemb. 16.	Cœnomania.	Campania.	Cœnomanẽs.	
		Belli	Becci filia.		
22.	1137. Decemb. 1.	Normania.	Brioftel, al. de Lancio	Beluacens.	
		Vallium	cernaij filia.		
			Brollium.		
23.	eod. ann. 27. Martij.	Normania.	Benedicti.	Ebroicens.	
		Brollii	filia.		
24.	1140. Decemb. 10.	Normania.	De Trappa.	Sagiensis.	
		Furnesij	filia.		
25.	10. Ianuar.	Anglia.	Caldra.	Cestrensis.	
26.	1135. Aug. 7.	Hoillandia.	De Suvinshede, al. Locus Dei.	Lincolniens.	
27	1134. Ianuar. 10.	Anglia.	De Mamma,		
28.	1146.	Hybernia.	Lielrhede, al. de	Beatitudine.	
		Alneti	filia.		
29.	1136. Nouemb. 15.	Normania.	Vallis S. Mariæ.		
		Carretiæ.	filia.		
30.	1140. Septemb. 10.	Anglia.	Stanleia.	Eboracensis.	

Digitized by Google

Illud etiam animaduersione dignum est, (inquit Manriquez) delatum grauitati tantæ congregationis, vt Sauiniacum caput, omnium prima, reliquæ cæteris Claræuallis filiabus mixtæ, sed omnes velut in Cistertio natæ computarentur: id numquam hactenus cum aliis vsurpatum, ex quo semel cœpit, indultum pluribus: cunctis ferè, qui latioribus regulis dimissis, ad normam Cisterciensis rigoris reformabantur. a Itaque licet Abbatia Trium fontium, in tractu Catalaunensi, in obseruantia Cistertiensi, à S. Bernardo, vt primogenita, sit edita ann. 1118. b tamen, ex quo Sauiniacum, Cistertiense sumpsit institutum, ann. 1148. licet tempore posterius, antenatis in eo Ordine prælatum est: & jure primarius inter filias Claræuallis ei tribuitur locus. c

a Manriquez, sup. ad ann. 1148. cap. 7. §. 11.
b Idem Tom. 1. ad ann. 1118. cap. 3.
c Picardus, sup. & Manriquez, sup. cap. 3. §. 3.

Alterum quoque notandum venit, ipsi Sauiniaco peculiare, & valdè singulare: quòd quamuis se totum, & ex integro Cistertiensi ordini se subdidisset, remaneretque in posterum sub filiatione Claræuallis: ea tamen lege, vt Abbas Sauiniacensis semper omnibus suis Monasterijs, juxta solitum, Superior mediatus, vel immediatus præesset. Ita enim confirmatum legimus authoritate Apostolica ipsius Eugenij III. Papæ: qui hujusce rei præsens aderat: cujus Diploma sequitur. III.

Eugenius, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs, Conuentui Sauiniacensi, & Abbatibus Monasteriorum ad idem cœnobium pertinentium, eorumque fratribus; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Pax Ecclesiæ, fratrum concordia, Religionis Vigor, status monasteriorum, vnitatis vinculo conseruetur. Hujus rationis intuitu, dilecti filij nostri, Sauigniacensis, & Belbecensis, Abbates, ad Cistertiense capitulum venientes, tam se, quàm vniuersitatem vestram per charissimum filium nostrum, Bernardum, Claræuallis Abbatem, in vnitatem Cistertiensis congregationis & ordinis suscipi, nobis præsentibus, humiliter postularunt. Eorum itaque Religiosam deuotionem in Domino commendantes, paternæ charitatis debito sumus congauisi: scientes, scriptum esse, Frater adiuuans fratrem, ambo consolabuntur. Quocirca, secundum eorum gratum Deo, & laudabile desiderium, tam eos, quàm vos, sancto illi Collegio sociantes, Apostolica authoritate statuimus: vt hæc amabilis & iucunda societas, futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præfato igitur filio nostro Sauigniacensi Abbati, tantò vos propensius filialem obedientiam, secundum eiusdem Ordinis instituta, exhibere præcipimus: quantò attentius pro vestra salute cognoscitur laborare. Si quis autem contra huius nostræ confirmationis paginam sciens venire tentauerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud S. Sequanum, 13. Calend. Octob. 1148. d

d Ioannes Pelletier, in Apologetico, pro Abbatia Claræualensi, ann. 1630. Secul. 1. distinction. 4. ann. 1148. & distinct. 2. ann. 1107.

Item alia Bulla.

Eugenius, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio Serloni, Abbati Sauigniacensi, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm omnibus Ecclesiasticis personis debitores, ex iniuncto nobis à Deo Apostolatus officio existamus: illis tamen propensioris charitatis studio nobis conuenit imminere, quos in veræ Religionis habitu, omnipotenti Domino militare cognoscimus. Ad hoc enim Pastoralis officii nobis est cura commissa; vt beneplacentem Deo Religionem, laboremus statuere, & stabilitam exacta diligentia conseruare. Proindè, dilecte in Domino fili, Religionem in Monasterijs, quæ de tuo monasterio, cui præsides, sunt egressa; & in his, quæ de egressis ab eodem monasterio, prodierunt; tam de ipsis personis, quàm de rebus monasteriorum, iuxta Cistertiensium fratrum Constitutionem, disponendi, & ordinandi habeas facultatem. Quia verò plures maligno spiritu inducti, ab obedientia suorum prælatorum resiliunt, & vt suæ liberius deseruiant voluntati, aliena solatia, quærunt: prohibemus, vt nulli, post factam in eisdem locis professionem, liceat se à tua, vel successorum tuorum, subiectione subtrahere; aut alii huiusmodi professos, seu aliquid de prædictis Monasteriis, retinere. Quod si quis eorumdem monasteriorum se à tua subiectione subtraxerit, & tertio monitus, redire contempserit: eum excommunicandi habeas facultatem. Datum Tusculani, 12. Calend. Nouemb. ann. Domini 1148. e IV.

e Ibid.

Bulla 3.

Bulla 3. prædictarum confirmatiua Gregorij VIII. Papæ.

V. *Gregorius*, Episcopus, Seruus seruorum Dei; venerabilibus fratribus, Archiepiscopis & Episcopis, in quorum Parœchijs Saugniacensia Monasteria, vel Ecclesiæ, habentur; salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm Monasterium Sauigniacense ab antiquo alterius ordinis fuerit; nolumus ipsum suo jure, quod in Monasterijs, vel in Ecclesijs habet, obtentu monachorum Cistercij ordinis, qui ibi sunt instituti, fraudari: sed eidem Monasterio, eorum intuitu, volumus, sicut debemus in suis iustitijs specialiter & diligenter adesse: &c. Datum Ferrariæ nonis Decemb. indictione 6. ann. 1187. g Sauiniacensis Abbæ itidem habetur specialis mentio, cap. 6. Distinct. 5. constitutionum Cistertiens. & priuilegium; quo potest tertium equum adducere in Claram-vallem.h

VI. Vnum autem superest respondendum cuidam Neoterico, dùm multipliciter astruere nititur, *Sauigniacum* eiusdem esse Ordinis cum *Tyronio*, cœnobio, ordinis Benedictini, Diœcesʃ. Carnotensis:i quem incautus sequitur & ipse *Manriquez*. l Sed nimis illic mendosè erratur. Assumit Raynerus, in suæ assertionis fundamentum: se ita in libro quodam, de vetusta littera, reperijsse: cui occurrentes dicimus, & nos Sauiniacum perrexisse, omnia exactè perlustrasse: reliqua Autographa, MSS. venerandæ antiquitatis monimẽta pluries legisse: atque codices optimæ & veteris notæ reuoluisse, nec vnum verbum ea de re inuenisse: nisi de *habitu griseo*; quem illi Sauigniacenses monachi ab initio gestabant: imò apertè docetur contrarium, ab ipsis authoribus: qui de Sauiniacensibus scripsere: videlicet, S. Vitalem, primarium eorum cœnobiarchã, suis Alumnis haud porrexisse S. Benedicti Regulam seruandam. *Ritus quippe Cluniacensium*, (ait Ordericus) *vel aliorum, qui monachilibus obseruantijs tam gudum mancipati fuerant, imitatus non est: sed modernas institutiones neophytorum*: &c. m Nec etiam modum viuendi, B. Bernardi Tyronensis Antesignani assumpsit: teste *Neubrigensis: sed varijs*, diuersisque statutis ab inuicem sunt separati. *Bernardus verò apud Tyrocinium: & Vitalis apud Sauigniacum; monachis regulariter institutis, suos quisque ab alijs, per quasdam præceptorum proprietates, distinxit.* n Non est ergo verùm, Sauiniacum S. Benedicti Regulam propriè fuisse professum, nisi reductiuè, & per respectum, veluti Cistertiũ: longè autem minus verosimile, Sauiniacensem congregationem, (ne dixerim ordinem) de ordine Tyronensi vnquam extitisse, vel quandoque illius legibus subiacuisse; seu vnum corpus simul effecisse, vt perperam autumat *Reynerus*; nam qui capitulo Cistertiensi adfuit cum *Serlone*, Sauiniacensi Abbate, ann. 1148. erat Abbas *Belli Beccensis*, (teste summo Pontifice, Eugenio 3. tunc præsente: in Bulla prima, nuper à nobis allata.) tanquam Sauiniaci prima filia, vndè ergò tantus *Reyneri* lapsus? Sanè, ex nomine: dùm loco *Tyronelli*, legit *Tyronem*: *Tyronellum* quippe, Abbatia est in Diœcesi Cœnomanensi, neptis Sauiniaci: filia S. Andrææ Goferni, quam vnam de filiabus Sauiniaci (quæ Cistertium cum matre susceperunt) superius commemorauimus: o sicque lineam Claræuallis auxit: sed ab initio sui, semper Sauiniaci legibus, vel Cistertij statutis, paruit: non Tyronensi, vel alteri.

g *Ibid.*

h *Picardus sup. in notis ad epistolã 126. S. Bernardi.*

i *Clemens Reynerus, sup.*

l *Manriquez sup. Tom. 2. ad ann. 1148. cap. 15. §. 4.*

m *Ordericus lib.* [illegible] *Eccles. histor. ad ann. 1094.*

n *Neubrigensis lib. 1. de Rebus Anglic. cap. 15.*

o *Manriquez sup. ad ann. 1149. cap. 9. §. 1. & 3. Chronicon Abbat. Goferni ann. 1151.*

Syllabus cæterorum Sauiniacensis cœnobij Abbatum: vnà cum indice quorumdam MSS. codicum Bibliothecæ eiusdem loci.

CAPVT IV.

I. QVIS B. *Serloni* successerit in regimine Sauiniacensis Ecclesiæ nobis (ait *Manriquez*) ignotum: certum tamen inter sanctissimos viros, quos tunc habuit, facilè idoneum ministrum substituendum.a *Henriquez*, qua promptitudine ingenij pollet ad credendum.b (sequutus *Montalbam*. c) Albericum successisse B. *Serloni* docet:d de quo S. *Bernardus*, ad *Fulconem*, Electum Lugdunensem Archiepiscopum, Epistol. 173. Verùm, si B. *Serlo*, præfecturam abdicauit, vt jam superiùs ostendimus, post ipsius S. *Bernardi* decessum, ann. 1153.

a *Manriquez 2. Tom. Annal. Cistertiens. ad ann. 1153. cap. 15. §. 7.*

b *Henriquez lib. 3. Fascicul. Cistert. Distinct. 27. cap. 16. Item, In notis ad Menolog. Cistertiens. 11. Iulij.*

c *Montalbus, Tom. 1 Chronic. Cistertiens. lib. 1. cap. 38.*

d *Manriquez §. 1. sup.*

Digitized b

latione Diuina, (vt creditur) ann. 1242. curauit enim cum honore & reuerentia reportare corpora SS. *Sauigneij*, scilicet, *Vitalis*, *Hamonis Petri*, *Guillelmi*, & *Gaufridi*, de Basilica S. *Catharinæ*, vbi multo tempore iacuerant, ad majorem Ecclesiam, in qua primùm fuerant tumulata: quod opere compleuit, ann. 1243. die prima Maij. Quo tempore *Claræ-vallensis* Abbas electus, Sauiniacum deseruit, ac tandem post varios exantlatos labores, secessit in *Vrsi-campi* cœnobium; vbi Sanctitate clarus migrauit ad Dominum 12. Calend. April. [p] Præterea sub eius regimine iudicatum est ann. 1232. in Scacario Norman. quòd Abbas Sauiniacens. habeat quittantiam pasnagij porcorũ suorum ad proprios vsus Domus suæ, in Foresta de Bierio, Bririo & alibi per chartam suam: ita quòd non potest emere, causa reuendendi. [q]

V. 16. *Stephanus. 2.*

A Castroduno cognominatus; primùm, ex Decano Rothomagensi fit Abbas *Belli-Becci*: postea *Sauiniacensis*, ann. 1243.

17. *Guillelmus 4. de Corteio.* [r]

Notatur ad ann. 1260. [s] Cuius tempore moritur, ann. 1256. tertio Calend. Februarij, *D. Hugo*, Abbas *Tyronelli*, vir pius ac mitissimus; monachus & Prior antea Sauiniacensis. [t]

18. *Ioannes de Balou.*

Nominatur ad ann. 1263. & 1264. [u] obijt 8. idus Augusti ann. 1274. [x]

VI. 19. *Rogerius de Hybernia, obijt 7. Iulij.*

20. *Garinus de Valle-cernaij.*

21. *Ioannes 3. de Terra-villa.*

22. *Petrus de Cardis, ann. 1286. memoratur.* [y]

23. *Robertus, moritur 2. April.* [z]

24. *Nicolaus, defunctus, 1. Maij.* [aa] 25. *Thomas.*

Fuit Religiosus professus cœnobii Fulcardimontis: ex quo Sauiniacum euocatus est, ann. 1305. [bb]

26. *Radulphus 2. de Ioejo, al Icio.*

Eo ordine successit: ac mortuus legitur 6. Calend. Martij, ann. 1314. [cc]

27. *Richardus 2. obijt 28. Iulii.* 28. *Sanson, 24. Iulii.* [dd]

29. *Michael de Castroduno.* 30. *Ioannes 4. Verrier.*

Nescio vnde diuersitas illa irrepserit: vt dicatur defunctus die 15. Septemb. in Necrologio Sauiniaci: cùm tamen in eius Epitaphio aliud enuntietur. Sepulturam quippe nactus in Capella S. Catharinæ, quæ est post Dormitorium illic hæc leguntur.

Hic jacet D. Ioannes Vitrarius, Abbas 30. huius loci; qui
Obijt anno Domini 1409. 12. Septembris.

VII. 31. *Alanus, mortuus 10. Maij.* [ee]

32. *Petrus 2. Obijt 28. Iulij.* [ff]

Ludouicus à Borbonio. [gg]

p *Codex Sauiniacens. MS. in proœmio libri, De miraculis SS. Sauiniacens. ann. 1242. & 1243. Cartularium Abbat. Villariens. sup. an. 1229. fol. 13. Henriquez in notis ad Menologium Cisterciens. 18. Septemb. Manriquez. Tom. 1. sup. in serie Abbat. Claræuallens. & alij. Vide Neustriã Sanctam ad 18. Septemb.*

q *Ex Codice MS. in quarto Rothomagi, apud D. Saiet.*

r *De Rocca: sup.*

s *In Cartulario Abbatiæ Goferni fol. 17.*

t *Chronico Goferni ann. 1256.*

u *Cartularium Abbat. Hambyæ. fol. 44.*

x *Obituarium Abbatiæ Goferni.*

y *Ex Schedis Abbatiæ de Alneto.*

z *Necrologium Sauiniaci.*

aa *Ibid.*

bb *De Rocca sup.*

cc *Obituarium Goferni.*

dd *Necrologium Sauiniaci.*

ee *Ibid.*

ff *Ibid. & Obituarium Abbat. Goferni.*

gg *De Rocca sup.*

Digitized by Google

Iam ad Pontificatum Abrincensem ascenderat, ann. 1484. quando renuntiatus est Sauiniaci Abbas ann. 1504. tumque migrauit ad Dominum ann. 1510.[hh]

hh *Vide Neustriam Christianam. Part. 2. in Abrincens. 50. Episcopo.*

Bernardinus de Cuppis.

Italus erat natione: qui præfuit vsque ad ann. 1561.

Cæsar de Borancos, ann. 1562.

Carolus d'Angennes, Ramboüillet.

Episcopus Cœnomanensis, & Cardinalis: obijt ann. 1587. 23. die Martij.[ii]

ii *Cornuifierus in Epis. op. 68. Cœnomanens.*

Claudius, d'Angennes.

Caroli frater, illi successit Episcopus Cœnomanensis, & Abbas.[ll]

ll *Ibid. in 69. Episcopo.*

Claudius du Bellay.

Ex antiqua, & nobili familia de *Bellaya*; Renati, Domini *de Bellay* Principis *d'Inetot* ex Maria Bellaya, tertius natu filius, Prior de *Cunaut* in Andibus, & Abbas *Sauiniaci*; cœnobium suum auxit plurimùm, & instaurauit; compluraque bona, pro illius reficienda majori æde, à nouatoribus penè excisa legauit: mortuus, illic in minore Ecclesia sepulturam accepit, cum hujusmodi Epitaphio.

DEO. OPT. MAX.

En Claudius *Bellayus*, viator, *Bellaiæ* familiæ alterum sydus, non exoriens, sed occiduum, deciduumque terris, & alio iam micans orbe. Fuit huius Seuigniacæ Domus Archimandrita; iuuenis quidem, sed vernus senex, & præuertens annos sapientia, Religione pius, moribus probus, & incredibili animi fortitudine, ad virtutem se terens; quod habuit à majoribus, à se verè quòd genere sublimis, tamen vltra gradum animo humilis; Eremi confratribus monachis affabilis, suis amabilis, exteris desiderabilis, & in pauperes liberalis, maximè, quos pauit & fouit, quibusque fauit incredibiliter. His ornatus dotibus, Regij consistorij ...... Assessor fuit. Sed ô miseriam, vix illuxit, cùm luxit mortuum *Francia*, interque Francos, *Andia* tam illustris, nidus amœnus familiæ; sed quid te pluribus, viator? Quod nunc es, fuit; & hic nuperus tu, quod erat, fac, sis: nam quod nunc est, eris: mors quippe mortalium illudit nemini. Vale & mortuo benè precare. Obijt, die 20. Decembris, anno salutis. 1609.[mm]

mm *Quercetanus lib. 7. Antiquit. vrbium Franc. cap. 21. Franciscus Rutenus, Ibid. Claudius Roberti in Archiepiscop. Parisiens. 104. Necrologium Sauiniacum 21. Decemb.*

Antonius 2. à Borbonio.

Filius naturalis, Henrici IV. Regis Franc. & Nauarr. Comes *Moreti*, miserè occisus in prœlio, ann. 1630.

Carolus Henricus 2.

Eques Melitensis, filius Marchionis veteris-villæ, qui obijt, ann. 1652. Huic, à Leone *Allatio*, dicatum est poema Græcolatinum, super natali Ludouici XIV. Reg. Franc.[nn]

nn *Hilarion Costeus, in Elogijs Franc. Delphinor. sub 9. pag. 117.*

Franciscus.

Frater præfati *Caroli-Henrici*; cui successit ex resignatione ipsius, accedente Regio consensu.

Præterea, dùm hanc perlustrarem insignem Abbatiam: reperi in eius Bibliotheca VIII
inter nonnullos veteres Codices MSS. carie & puluere penè consumptos, ista etiamnum extare conscripta. *Epistola* Isaac Abbatis Bellæ Stellæ, *ad Ioannem, Episcopum Pictauiensem.* De Tractatu missæ. In Additionibus ad volumen D. Bernadi Abbatis. *Achardus Episcopus Abrincensis, super. Ductus est Iesus in Desertum.* In Additionibus ad S. Augustinum. *D. Serlos Abbas Sauiniaci. Super. Orationem Dominicam*: item vita *D. Vitalis*, primi Abbatis Sauiniaci: item vita *D. Hamonis*, monachi Sauiniacensis. Ioannes Constantiensis, dicat Compotum Ecclesiasticum B. *Gaufrido*, Abbati Sauiniaci. Incipit. *Gratias & Laudes.* Demùm *Karretiensis* Abbatia in insula vectæ, filia est Sauigniaci, ann. 1132. itemque Monasterium de *Belintona* in Comitatu Lincolniensi, spectat ad Sauigniacum.[oo] Cætera vide ibid.[pp]

oo *Tom. 1. Monastici Anglic.*
pp *Tom. 3. Ibid.*

S. GEOR-

S. GEORGIVS VVLGO, S. GEORGES.

ANN. 1114.

Comites Tancardi-villæ, Fundatores istius Abbatiæ, cui Normaniæ Duces, ijdemque Angliæ Reges, ingentia bona, fauores, ac priuilegia contulerunt: series Abbatum vsque in præsens deducta.

I. SITVM habet hæc Abbatia in *Boscheruillæ* pago, ad littus Sequanæ, Diœcesis Rothomagensis in Decanatu Burgotheroldi, duabus leucis distans ab ipsa vrbe Metropoli. Huius fundator primarius agnoscitur Radulphus, Tancardi-villæ Toparcha, præfectus hæreditarius cubiculo Guillelmi 2. Nothi, Normaniæ Ducis, Angliæque Regis; quam ædem extruxit in honorem Dei, B. Mariæ semper Virginis immaculatæ Deiparæ, & S. Georgij Martyris: cui præfatus Rex, cum Mathilde, Regina vxore, dedit terram *Bertrandi-porcarij*, in pago de *Hesnouilla*, mediamque partem Tillioli pagi, in omnibus, in Ecclesia, in Terris, in Boscis, & patronatu. Item domos liberas quatuor apud Rothomagum, &c.

II. Dictus autem fundator Radulfus, vxor eius, ac filij eorum Rabelus, Guillelmus, &c. hæc largiti sunt; primò Ecclesiam, quam à fundamentis erexerunt, atque omninò perfecerunt, necnon & cunctas domus officinas. Deindè Ecclesiam de *Abbetot*, dono dedit: illicque primo inhabitarunt quidam Canonici. [a] Hinc Guillelmo; præfato Rege de mortuo ann. 1087. apud S. Geruasium (Prioratum Ordinis S. Benedicti, ex dependentia Fiscanensi) juxta Rothomagum, funus eius, antequam Cadomum portaretur, illuc deductum est, teste Orderico. *Religiosi tandem viri, clerici & monachi, collectis viribus & intimis sensibus processionem ordinauerunt; honestè induti, cum crucibus & thuribulis, ad S. Georgium processerunt, & animam Regis, secundum morem sanctæ Christianitatis, Deo commendauerunt. Tunc Guillelmus Archiepiscopus jussit, vt corpus eius Cadomum deferretur, &c.* [b]

III. Porro Guillelmus, Radulfi fundatoris filius quinto genitus, præfectus cubiculo Henrici I. Regis Angliæ, (Guillelmi II. supradicti Regis filij) translatis aliò Canonicis, ann. 1114. posuit monachos Benedictinos, quos ex Vticensi cœnobio ad se adducendos curauit: eisque confirmauit quæcumque jam ab optimo patre huic loco collata essent. Eadem similiter idem Rex Henricus I. comprobauit, auxitque, data Franchisia, liberaque accipiendi licentia, in sylua de *Rommara*, omne lignum ad opus constructionis istius Abbatiæ necessarium: item, lignum ad comburendum, & vsum in herbis, pascuis, pasnagijs, in cunctis suis domanijs, syluis, burgis, & nundinis, portubus, vijs, &c. [c] Rabellus autem Camerarius, filius Radulphi fundatoris, memoratur ad ann. 1137. obiitque ann. 1139. cui successit filius eius Guillelmus. [d] Reperitur postea alius Radulfus, Camerarius de Tancaruilla, cum Goscelino *Crespin*, eius nepote, testis pro rebus Prioratus *Belli-loci*, circa ann. 1220. pag. 83. Cartularii ipsius. Item Robertus de Tancaruilla ann. 1297. & 1301. cujus filia & hæres Ioanna, desponsata est Ioanni Vice-comiti Melodunensi. Hinc, Ioannes, Rex Franciæ, Vice-comitatum Tancaruillæ, erexit in Comitatum ann. 1361. die 4. Februar. in fauorem Ioannis, Vice-comitis Melodunens. Franciæ & Normaniæ Cambellani. Postea verò Margarita Melodunensis filia & hæres Guillelmi à Tancaruilla, in coniugens data est Iacobo ab Haricuria, domino Mongomerici: ex quo connubio prodijt Maria ab Haricuria, quam Ioannes, Comes Dunensis sibi copulauit, ex qua progenuit Franciscum, Longavillam Comitem, &c. Vide Sebastianum Roulliardum in Melodunensi; San-marthanos, in Historia Ge-

[a] Antiquitates MS. Norman. pag. 295.

[b] Lib. 7. Histor. Eccles. ad ann. 1087.

[c] Antiquitates sup.

[d] Robertus de Mōtē in Chronico.

nealogic. Domus Franc. Denique præfati fundatores tumulati conspiciuntur in hujusmodi æde Abbatiali : cui sequentes præfuere cœnobiarchæ.

Primus Abbas Ludouicus, ann. 1114. IV.

Monachus extitit vticensis sub Rogerio de *Sappo*, Abbate, à quo ablegatus est, vt præsens regeret cœnobium, juxta Ordericum, testem oculatum, qui hunc prospexit primarium istius Asceterij Archimandritam. *Porro Ludouicus (inquit) judicio majorum, expulsis Canonicis de Bascheriuilla, primus monasticum Ordinem, cum decem monachis crepit, in S. Georgij martyris Basilica.* [e] Migrauit in cœlum ann. 1157.

[e] Lib. 8. sup. ad ann. 1091. pag. 698.

2. *Victor.*

De eo sic loquitur Robertus à *Monte*, ad ann. 1157. *Mortuo Ludouico, primo Abbate S. Georgij Bocherij-villæ, successit ei Victor, Monachus S. Victoris.* scilicet, in *Caleto*. Præsens adest, ann. 1185. in quadam donatione Ecclesiæ Prioratus de *Sigyo*, cum Samsone, Abbate S. Audoeni Rothomagensis, Guillelmo Abbate Mortui-maris, & Priore S. Laudi Rothomagensis. [f] Eodem etiam anno præsens extat pro rebus Abbatiæ de Valacia. [g] Item legitur subscriptus cartæ permutationis Andeliacæ cum Rege Anglo, in fauorem Rothomagensis Ecclesiæ ann. 1197. [h] nominatur, ad ann. 1218. [i] tum in Cartulario, Abbatiæ Vticens. fol. 66. item in Cartulario confirmationum Abbatiæ Lyrens. carta 3. 4. 5. & 6. sicque valdè senex decessit è vita.

[f] Ex Paruo Cartulario S. Audoeni, Rothom. Titulo, Authentica millish, Carta 19.
[g] In ea Abbatia, cap. 3. §. 3.
[h] vide in 57. Galtero Archiepiscop. Rothomag. cap. 107. §. 7.
[i] In Valacia Abbatia, cap. 3. §. 6.

3. *Richardus.* 4. *Gaufridus, jacet in capitulo.* V.

5. *Ioannes.* 6. *Richardus secundus.* 7. *Robertus.*

8. *Petrus, obiit 4. nonas Maij, ann. 1305.*

9. *Ioannes 2.*

Anno 1311. testis adest in rebus Fiscannensis Abbatis. [l]

[l] Sup. pag. 249. §. 9.

10. *Ioannes tertius.*

11. *Radulfus, mortuus 15. Calend. Iunii, ann. 1369.*

12. *Richardus tertius, de Campis.*

Moritur 7. idus Octob. ann. 1393.

13. *Guillelmus Estienne.*

Doctor Decreti : Scacario Norman. interfuit ann. 1403. pro jure piscatorio aduersus D. Guidonem de *Malet*, Dominum de *Grainuilla*. Spiritum exhalauit 2. idus Augusti, cujus corpus jacet propè altare matutinale, ad læuam.

14. *Ioannes 4. abbatis, Abbé.*

De Rothomago : quondam Prior montis Leprosorum; juramentum præstat Ecclesiæ Rothomag. 29. Martij, ann. 1418. cætera vide apud Monasticum Anglicum Tom. 3.

15. *Philippus.* VI.

Notatur ad ann. 1451. 1463. & 1465. [m] spontè se abdicauit : tumulatusque est ante imaginem S. Georgij.

[m] Ex Regesto Archiepiscopal. Rothomagensis.

16. *Theodoricus.*

Per electionem canonicam assumptus : jurat in verba Ecclesiæ Rothomag. 17. Iunij ann. 1476. in fata autem concessit 8. Augusti ann. 1494. sepulturam nactus ad cornu dextrum Altaris.

17. Antonius

17. *Antonius Bohier.*

Memoratur ad ann. 1499. & 1501. fuit etiam Abbas S. Audoeni Rothomagens. & Fiscanensis, ac Bituricensis Archiepiscopus.

18. *Antonius 2. le Roux.*

Florebat ann. 1508. qui & Vicarij Generalis Officio fungebatur in cœnobio S. Audoeni Rothomagensis vrbis ann. 1516. pro Innocentio *Cibo*, Cardinale Abbate, migrat autem è vita 22. Decemb. ann. 1535. sepultùs in choro, à dextris, sub tumulo marmoreo.

19. *Iacobus Hamelin, Episcopus Tutelensis, ann. 1536.*

VII

20. *Ioannes de Gaigny.*

Parisinus, Regis Ecclesiastes, & primus Eleemosynarius, Cancellarius Parisiensis, ann. 1540. 1543. & 1546. obijt 23. Nouemb. ann. 1549. in Nauarræ Collegio sepultus. n

21. *Ioannes 6. de Guyancourt, ann. 1550.*

De eo, hæc refert Claudius *Hemeraeus.* o *Per hos annos*, in aula claruere viri pietate doctrinaque, conspicui, Ioannes *Hennuerius*, & Ioannes *Guyencurtius*, ambo Sanquintinienses, ambo institutum sectati S. Dominici, in sacra quoque Theologiæ Facultate Parisiensi ambo doctores; & Henrico II. Regi Galliarum à Christianis Confessionibus; alteri, quod mireris, in officio altero succedente; nam istam fortè vix, & voti professionisque parilitatem, & natalis soli commutationem in quouis alio hominum binario reperias. Antiquior *Hennuerio Guyencurtius*, Henrici Regis beneficio factus Abbas commendatarius S. Georgij in Rothomagensi; non recessit tamen ab ea disciplina, quam voto promiserat: nec aulæ lenocinijs, atque opulentia, remisit, laxauitque juratæ Regulæ seueritatem. Habent Sanquintiniani Prædicatores, ab illius liberalitate Cathedras & formas chori, & Ambonem Ecclesiæ suæ, eleganti arte exalatas. Hujus suasu, Rex Henricus II. cameram justitiæ instituit pro puniendis hæreticis, ann. 1548. obijt ann. 1553. die 24. Iunij, Parisiis in Conuentu sui Ordinis. Iuxta Antonium *Mallet*, Tom. 2. Viror. Sanctor. & Illustr. Ordin. Prædicat. Conuentus Parisiensis, cap. 35.

n *Hemeraeus de Academia Parisiensi, pag. 143.*

o *Idem in Augusta Veromanduor. Illustrata, ad ann. 1545. pag. 147.*

22. *Hippolytus, Cardinalis Ferrariensis, ann. 1566.*

23. *Aloysius, Cardinalis Estensis, 1580.*

24. *Ioannes Petrus Ptolomoli, Eleemosynarius præfati, ann. 1590.*

25. *Carolus de Balsac.*

Sacræ Capellæ Parisiensis Thesaurarius: necnon Nouiodunensis Episcopus, Comes par Franciæ, ex maiore Archidiacono Rothomagensi, ann. 1592. 1596. 1597. & 1620. p

p *Chenu & Claudius Roberti in Nouiodunens. Episcopis.*

26. *Ludouicus Franciscus, Episcopus Santonensis.*

Deputatus pro Comitiis Cleri Gallicani, ann. 1660. & 1661. Pontœsiæ & Parisijs peractis.

VIII Hinc patet maximam exoriri differentiam inter hanc Abbatiam & Prioratum S. Georgij apud Medantam, ad Sequanam, cujus meminit Ordericus ad ann. 1077. quemque tunc incolebant Fiscanenses monachi (à quibus dependet) cum *Danide* Priore. q Apud magnum Cartularium Abbatiæ Fontanell. sub Littera R. 1. Carta 8. hæc leguntur. *Littera Abbatum S. Georgij & Gemeticensis, contra Rogerium de Guartenilla & V. Fourcanilla, Præsbyteros, pro quibusdam decimis.*

q *Lib. 4. sup. pag. 591. ann. 1100.*

Digitized by Google

ANN. 1119.

AVCVM, VVLGO, EV.

Guillelmus 1. Comes Aucensis, primarius fundator huius Abbatiæ; Henricus 4. Comes Aucensis, instaurator: sub quo, Canonici fiunt Regulares, Congregationis Arovvasiæ, postea S. Victoris Parisiensis: quæ omnia exindè confirmantur, tum ab Archiepiscopis Rothomagens. tum à sede Apostolica.

CAPVT I.

I. PATRONAM hæc Abbatia agnoscit sanctissimam Virginem Mariam, Deiparam, à sua erectione; sita apud *Aucum*, oppidum nobilissimum, Diœcesis Rothomagensis, in confinio Normaniæ & Picardiæ: non longè à mari Magno Oceano. a Cujus primarius Fundator legitur Guillelmus I. Comes Auci, filius Nothus, Richardi 1. cognomento *Intrepidi*, Ducis Normaniæ: à quo & Comitatum Aucensem dono accepit, pro sua legitima: cujus vxor extitit D. *Lescelina*, ex qua tres genuit liberos: quorum nomina referuntur, *Robertus*, Comes 2. Aucensis; *Guillelmus* Busacius, Comes Suessionensis: & *Hugo*, Episcopus Lexouiensis. b Guillelmus igitur, Comes Auci primus fundator hujus loci agnoscitur, ann. 1002. c qui postea morte præuentus, ante vxorem suam, dies suos fœliciter in Domino consummauit: 4. nonas Ianuar. Ita enim habet vetus eiusdem Domus Necrologium. *Eodem die, obijt Guillelmus, primus Comes Augi, fundator hujus Ecclesiæ: cujus commemoratio solemniter agitur in Translatione corporis eius*, 14. *Calend.* April. d Heroina autem illa pia *Lescelina*, migrauit in cœlum, ann. 1057. ceu 1058. juxta varium annot. calculum 7. Calendas Februarias, apud *Diuam*, in Abbatia à se extructa, sepulturam nacta.

II. Hunc locum prius incoluerunt sæculares Canonici temporibus priorum Aucensium Comitum: scilicet, Guillelmi 1. Roberti: Guillelmi 2. & Henrici: qui hujusmodi Canonicos, huc vsque illic Domino inseruientes, commutauit, ann. 1119. in Regulares, adhibita, qua opus erat, authoritate. e Cuius chartæ copiam Damus, excerptam ex Autographo.

a *Gallia Christiana, in Abbat.*

b *Vide sup. in Diuensi Abbatia, cap. 1. in Lexouiens. Vlteriori-portu, & Fulcardi monte.*

c *Ex Schedis Abbat. Aucens.*

d *Obituarium Augense.*

e *Nicolaus Rumegius MS. in sua Picardia, vbi de Augo, vrbe. Extat. in fol. Apud Bibliothecam D. Seguierij. Franciæ Cancellarij Coquille. in Histor. Niuernens. pag. 271.*

In Nomine Sanctæ Trinitatis.

Ego Henricus, Comes Augi, quorumdam Augensium sæcularium Canonicorum, claustro & communi habitatione, simul viuere, secundum Regulam B. Augustini, desiderantium, petitioni assensum præbens, in præsentia D. *Gaufridi*, Rothomagensis Archiepiscopi, concessi: vt redditus præbendarum suarum, ipsi & successores sui communiter viuentes, in perpetuum habeant. Concessi etiam, vt post decessum, vel mutationem cæterorum canonicorum sæcularium Ecclesiæ B. Mariæ de Augo, cum omnibus præbendis, & omnibus alijs pertinentijs, in possessionem perpetuam Canonicorum Regularium, liberè penitùs & quietè transeat; quia Antecessores mei ea liberè & quietè Ecclesiæ contulerunt. Quod si quis Canonicorum sæcularium, de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, sine meo, vel Antecessorum meorum, & totius capituli assensu, ab Ecclesia, aliquid aliquo modo alienauerit, vel elongauerit, post decessum eius, quod fecerat, in irritum teneretur. Et quicquid Barones mei, vauassores; vel Burgenses, de agris suis, domibus, vel

vel redditibus, vel alijs rebus, supradictæ Ecclesiæ dederunt, vel dabunt, saluo meo iure, & hominum meorum, concessi: liceat Canonicis regularibus, me, & meis successoribus non requisitis, suorum Abbatum liberam electionem, secundum Dominum, Canonicè facere, & quos, & quot voluerint, Fratres recipere. Dimisi autem, in manum & tuitionem, D. *Goisfridi*, Archiepiscopi, & successorum eius, Ecclesiam B. Mariæ de *Augo*, & quæ ad illam pertinent, & Canonicos Regulares, & omnes possessiones eorum, quas habent, vel habituri erunt; præsentibus in Capitulo Rothomagensi, Audino, Ebroicensi Episcopo; Ranulpho, Dunelmensi Episcopo: Vuillelmo, Abbate S. Audoeni; Rogerio, Secretario; Richardo & Framundo, Archidiaconis: & quibusdam alijs Canonicis S. Mariæ, Vuillelmo de *Rommara*, Anselmo de *Freauuilla*, Gocelino de *Criolio*, & multis aliis Ecclesiæ S. Mariæ Augi. Ego verò *Goisfridus*, Rothomagensis Archiepiscopus, prædictæ petitioni Augensium canonicorum, assensum præbens, & præscripta concedens, Ecclesiam B. Mariæ de *Augo*, cum omnibus suis pertinentijs, vt supra scriptum est, in nostra protectione dimissam, Canonicis Regularibus donaui, clericis eorum, & Ecclesijs, consuetas libertates concedens; Henrico, Comite præsente, & laudante, cum prænominatis personis, & multis alijs; hoc in perpetuum, Dei, & nostræ Metropolitanæ sedis authoritate, confirmaui: decernens, ne vlli Abbatum liceat bonos vsus Ecclesiæ, secundum Religionem institutos infringere: & nequeant huic nostræ confirmationi contraire, vel aliquod impedimentum inferre præsumat, sub anathemate prohibui. Placuit autem mihi, & Comiti Henrico, apicibus subscriptis, significare præsentibus & futuris, quæ sint illa, quæ Augensis Ecclesia, in diebus istis possidebat: scilicet. Totam Parœchiam Augi, cum omnibus Ecclesijs, & omnibus Decimis totius villæ, tam de animalibus, quàm de frugibus, &c. f

f *Extat Rothomagij apud D. de la Place. Aucēsem Abbatem.*

III. Ponè sequitur Littera præfati *Goisfredi*, Rothomagensis Archiepiscopi, ad effectum præcedentium; qua approbat prædictam Reformationem in Ecclesia ipsa Aucensi.

In Nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Goisfridus, Rothomagensis Archiepiscopus, Petitioni Roberti, Decani, sociorumque eius, Canonicorum, claustro & communi habitatione simul viuere desiderantium, ipsius sub manu Comitis Augi sæculariter viuentium, assensum præbens, concedo: vt redditus præbendarum ipsorum, qui ipsas diuisim, juxta numerum personarum, possidebant, à modò, quia communiter viuunt, communes in perpetuum habeantur. Quòd si quis reliquorum canonicorum, ad eorum conuersationem transire voluerit; redditus eius, supradicto modo, fiat communis. Post mortem vero cæterorum, vel vitæ mutationem; redditus eorum, ad istorum victum & communitatem transeant. Omnes autem redditus præbendarum, & ea, quæ ad thesaurum Ecclesiæ pertinent; ipsis Regularibus, & eorum Ecclesiæ, ita liberè & quietè, ab omni consuetudine, concedo, sicut Ecclesia Augensis, liberiùs & quietiùs visa est possedisse. Liceat etiam eis, more aliorum claustralium, quot Fratres voluerint in suo loco, ad id seruitium coniungere. Et suorum Abbatum liberam electionem facere: nec vlli Abbatum liceat bonos vsus Ecclesiæ, qui secundum veram Religionem, in eadem instituti sunt vllo modo, infringere. Quòd si quis Canonicorum sæcularium, de rebus Ecclesiæ pertinentibus, sine meo jussu, & Comitum Augi, & consensu totius capituli, quoquomodo à præbendæ dominio alienauerit, primò, quòd præbendæ ad communitatem Regularium peruenerint: omnis eorum donatio, vel venditio in irritum reuocetur. Ipse vero Decanus Robertus, S. Mariæ Augi, & socii sui, præbendas, quas à laica manu acceperant, in manu mea reddiderunt, & se victuros canonicè promiserunt: ea, quæ prius propria possederant, ipsis vt communiter viuerent, habere permisi: & eidem Roberto, & successoribus suis, dignitatem & potestatem Ecclesiæ concessi. Hanc præscriptam institutionem Regularium canonicorum Augensis Ecclesiæ, Dei, & nostræ Metropolitanæ sedis, authoritate, confirmo; & sacram Religionem, & canonicum Ordinem, in Ecclesia Augensi, inuiolabiliter præcipio permanere: & ne quis huic rei, vel contradicere, vel aliquod impedimentum aliquando inferre præsumat: sub anathemate prohibeo. Anno Domini 1119, Ludouico regnante in Gal-

lia; Henrico, Rege Anglorum, principante in Normania: in Capitulo S. Mariæ Rothomag. præsentibus, Audino, Ebroicensi Episcopo: Ranulfo, Dunelmensi Episcopo; Vv. Abbate S. Audoeni, Rogero, Secretario, Richardo, Archidiacono: Osmundo, Archidiacono: & multis canonicis alijs S. Mariæ. [g]

Ipse verò Henricus, Augensis Comes, omnibus prædictis testibus, & præsentibus IV.
superiùs, in sua charta citatis, iterum hanc hujusmodi fundationem iisdem verbis, à se conceptam, & expressam, approbauit, laudauit, ratamque habuit: necnon omnia eiusdem Ecclesiæ bona; tum ab Antecessoribus suis, tum à se, & ab aliis data confirmauit. [h] Cuius filius, *Ioannes*, & ipse Aucensis Comes, piè postea comprobauit, vti constat ex contextu ipsius Epistolæ sequentis.

g *Ibid.*

h *Ibid.*

G. Dei gratia, Abbati S. Victoris Parisiensis.

Ioannes, Comes Augensis, salutem & dilectionem.

His Litteris discretioni paternitatis vestræ, insinuare curaui, quàm grauiter & asperè, & quasi infestanter; Barones mei in me insurgentes, totusque clerus meus, multæ quoque Religiosissimæ personæ, me affligentes incessanter vituperant: pro eo, quòd de Ecclesia Augi, sic contra rationem inconsultè disposuerim; & quòd vestros canonicos, contra institutum patris mei, & meum, in ea receperim. Obiiciunt enim mihi, id quod verum est. Sed quia Pater meus, ex quo canonicos Regulares, apud Augum, zelo Dei, instituit: statim assensu *Gauffridi*, Archiepiscopi Rothomagensis, & postea rogatu & ammonitu atque exhortatione *Hugonis* Archiepiscopi Rothomagens. donaui, & ego concessi, Ecclesiam prædictam, in manu Abbatis *Arouuasiæ*, ad tenendum & conseruandum Ordinem in perpetuum, secundum Regulam B. Augustini: & ita quòd Abbas Auci, semel in anno reuisitaret capitulum Ecclesiæ S. Nicolai de *Arouuasia*, vt si quid minùs esset, reintegraretur. Quapropter mando, mandans quoque, vestræ diligentissimè paternitati supplico, eamque super omnia rogo, & obsecro: vt pax in Ecclesia Augi habeatur. Rogero Abbati, & sociis eius, quos ad nos transmisistis, per obedientiam præcipiatis, & præcipiendo injungatis: vt secundum morem & consuetudinem *Arovvasiæ*, Ordinem Religionis in Ecclesia Augi teneant, aut omninò recedant. Nolo enim ampliùs ferre sententiam excommunicationis: quæ proindè super me, singulis Dominicis diebus datur. Graue etenim mihi videtur, quòd tamdiu eam sustinui. Quòd si hoc non feceritis, veraciter dico, quia nunquam ampliùs eos dilexero, sed destruam in quibus potero. Vale. [i] Quæquidem duximus, ad certiorem, ampliotemque Historiæ, reique gestæ, notitiam, per partes explanare.

i *Codex MS. Bibliothecæ S. Victor. Paris. Quercetanus Tom. 4. Histor. Frãc. scriptor. pag. 763. Epistola 2.*

Igitur, certum est *Henricum*, præfati *Ioannis*, Aucensis Comitis patrem, Dei zelo V.
ductum, Canonicos Regulares, apud Aucum instituisse, assensu *Gaufridi*, Rothomagensis Archiepiscopi, qui obijt, ann. 1128. postea verò, hortatu *Hugonis* itemque Rothomagensis Archipræsulis, eiusdem *Gaufridi* successoris, idem cœnobium Aucense subiecisse Abbati *Arouvasiæ*, Diœcesis Attrebatensis, pro manutensione Monasticæ obseruantiæ, secundum Regulam S. Augustini. Sanè, si statim à commutatione Canonicorum sæcularium, in Regulares, ipsos Henricus Aucensis Comes, Cœnobiarchæ Arouvasianæ subdidit; id non potuit citiùs tamen explere, quam ann. 1121. quo *Geruasius*, primus Abbas, *Arouvasiæ* præfuit, post præpositos aliquot eiusdem loci prædecessores. [l] Paulò autem post, scilicet, ann. 1128. ex ipso Aucensi Asceterio, adducti sunt Canonici Regulares: vt Abbatiæ S. Barbaræ, in Algia, Diœcesis Lexouiensis, initium darent. [m] Deindè, hæc ipsa Aucensis Abbatia: regimini atque directioni S. Victoris Parisiens. subacta est, tempore, *Gilduini*, primi Abbatis, (ad quem spectat præfata Ioannis Comitis Aucensis Epistola:) dummodò statuta & mores *Arouvasiæ* retineret, ad amussimque seruaret, quod haud renuit, sed incunctanter præstitit ipsi *Henrico* Comiti Aucensi, qui ann. 1140. excessit è vita, sepultus apud Fulcardimontanam Abbatiam, à se etiam extructam. [n] Cuius meminit Obituarium Aucense ad 12. Iulij, hisce verbis. 4. *idus Iulij. Eodem die, Anniuersarium solemne, & commemoratio. Ante Missam, piæ memoriæ D. Henrici, Comitis Augi: iste Canonicos Regulares huius Ecclesiæ primas instituit, & ipsam Ecclesiam cum suis pertinentijs, suo priuilegio confirmauit.*

l *Gallia Christiana in Abbat.*

m *Vide infra in Abbatia S. Barbaræ cap. 1. §. 5. & 6.*

n *Vide infra in Abbatia Fulcardimont.*

Ioannes

VI. Ioannes itaque præfatus, mortuo patre, Comitatum obtinuit Aucensem. Auitamque pietatem impensè excoluit, maximè erga hos Regulares Canonicos, quibus semper fauit: obijt autem, ann. 1170. relicto Henrico filio, suæ possessionis hærede. Hic Canonicos eosdem singulari prosequutus dilectione, illis largitus est partem nemoris Comitatus sui Aucensis, quam piè huic cœnobio, dono dedit; nuncupaturque etiam num. *Abbatis Sylua.* o Ad Bellum sacrum, in orientem, profectus, in obsidione ptolemaidis occubuit, ann. 1217. cui tandem successit in Comitatu Aucensi, Alix, filia ipsius primogenita; quæ & ipsa migrauit in cœlum, ann. 1227. 11. Septembris: vti legitur in Necrologio Aucensi. 3. *Idus Septembris. Anniuersarium solemne, & Commemoratio ante missam, piæ memoriæ, Ælidis, Comitissæ Augi, quæ nos, & Ecclesiam istam, præ cæteris diligens, in alia; munerum & ornamentorum benefica, quibus eam decorauit, Digittis S. Leodegarij, & Bartholomæi, ipsam decorauit.* Porro Radulphus, vir eius, & ipse Comes Augi, nominatur, infra: p & in carta Philippi, Augusti, Regis, Franc. qui huic Abbatiæ multa contulit. q

o Ruteniius sup.

p Cap. 1. Fulcardimontis.

q Cap. sequent. §. 10

VII. Aucensis igitur Abbatia agnoscit, non solùm fundatores & instauratores, sed & munificos Benefactores, ipsos Comites Aucenses: inter quos venit connumerandus Philippus ab *Artesia*: de quo agitur die 17. Iunij, in Obituario Aucensi. 15. *Calend. Iulij Eodem die Anniuersarium solemne, & commemoratio ante missam, piæ memoriæ D. Philippi, Comitis de Augo, & Come stabularij Franciæ, qui migrauit inter sarracenos ann.* (1397.) *Cuius corpus translatum fuit in hanc Ecclesiam: pro eius Anima, Maria de Berry, vxor sua dedit nobis centum libras annui redditus, pro celebratione vnius missæ quotidianæ.* r His meritò adiungitur, tanquam pius Benefactor præcipuus, vir illustris, Gaufridus de *Balliolo*; ididem memoratus, 21. Maij 12. *Calend. Iunij. Eodem die, Anniuersarium solemne, & commendatio ante Missam, Gaufridi de* Balliolo: *qui dedit Ecclesiam de Hemermesnil, Nouæ-villæ, & Bosco Gaufredi, cum omnibus pertinentijs earum.* Item 11. Calend. Iunij Anniuersarium sollemnè Illustriss. Dominæ, Ioannæ d'Artois, Comitissæ Drocens: quæ dedit nobis 80. libras, Turonéses annui redditus.

r Sammarthani Tom. 3. Histor. Genealog. Domus Franc. pag. 951.

VIII Porrò, tempore, Henrici, eius nominis, secundi, Aucensis Comitis: (cuius paulò superius meminimus,) cùm hæc ipsa Abbatia, bonis amplissimis vbilibet, ex pietate fidelium, ditaretur, confirmationem expostularunt Canonici Regulares: à Metropolitano Rothomagensi: qui pijs eorum votis vltrò annuens: sequens Rescriptum mox concessit, ann. 1177.

Rotrodus, Dei gratia, Rothomagensis Achiepiscopus, dilectis filijs, Osberto, Abbati S. Mariæ de Augo, eiusque Fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, Regularem vitam professis, in perpetuum.

Sicut iniusta petentibus, nullus est tribuendus assensus; ita justa desiderantium, non est differenda petitio. Ea propter dilecti in Domino filij, petitionibus vestris Clementer annuimus: & quascumque possessiones, siue, quæcumque bona vester locus iustè & Canonicè possidet, sub B. Mariæ, & nostra protectione, suscipimus, & præsentis priuilegij pagina communiuimus. In quibus, hæc duximus proprijs exprimenda vocabulis. Apud Augum, Ecclesiam B. Mariæ Virginis, cum Ecclesijs, Decimis, & rebus omnibus ad illam pertinentibus: scilicet: Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ; Ecclesiam S. Petri; Ecclesiam S. Iacobi: &c. Ne quis autem huic nostræ Confirmationi temerè contraire, vel rebus vestris damnum inferre præsumat, sub Anathemate prohibemus: & huic paginæ adquiescentes, ampliori gratia & benedictione donandos censemus. Datum anno ab Incarnatione Domini 1177. Testibus ijs, Roberto, Rothomagensi Decano; Amico, Archidiacono; Magistro Erberto, Renoldo, Decano, de Nouo-castello. Sigillatæ cera viridi, in laqueis rubeis. f Hæc quoque omnia à sede Apostolica, fuere comprobata, & confirmata, sub Alexandro III. Papa: cuius gratitudinis ergò, memoria de eo agitur in præfato Aucensi Necrologio. 3. *Calend. Septemb. commendatio pro Alexandro III. Papa, qui bona omnia confirmauit.*

f Sup. Apud H. de la Plant.

Qui, & quot, extiterint Abbates Aucenses à tempore, quo Canonici, Regulares euaserunt vsque nunc, exactißimè conquisiti, proponuntur.

CAPVT II.

QVIS igitur horum Canonicorum Regularium primò huic præfuerit, haud omninò compertum est. Arbitror tamen primarium Abbatem extitisse, illum *Robertum*, Decanum eiusdem Ecclesiæ, qui ann. 1119. vnà cum socijs Canonicis sæcularibus, vitam professi sunt Regularem, assensu Goisfridi, Rothomagensis Archiepiscopi: cui ex tunc, illius loci curam ac prælaturam denuò contulit: hisce verbis. *Et eidem Roberto, & successoribus suis, dignitatem & potestatem Ecclesiæ concessi.* [a] Decanatu scilicet commutato in Abbatem. Hinc forsitam erratum in Littera majuscula R. dùm ab alijs legitur. *Rodolfus, seu Radulphus* (de quo agitur in Necrologio Aucensi, 3. nonas Ianuar.) & non potius *Robertus*. I.

a Vide cap. præced. cus. §. 3.

1. Abbas. R. ann. 1119. 2. Goscelinus, ann. 1130.

Obtinuit ab Innocentio II. Bullam, quà facti Abbates Regulares, ann. 1139. 22. April. confirmantur eorum priuilegia. Hunc suspicor esse Goscelinum de *Criolio*, Canonicum S. Mariæ, qui chartæ Domini Goisfredi, Rothomagensis Archiepiscopi, ann. 1119. pro institutione Regularis vitæ, inter Canonicos Augenses, subscripsit: necnon & fundationi: huiusce domus Regularis, per Heuricum 4. Comitem Augi. [b] Obijt pridie nonas Septemb. [c]

b Cap. præcedent. §. 2.
c Necrologium Aucens. Abbat.
d Ibid.

3. Nicolaus, præfuit ann. 1144. obijt 19. Calend. Februar. [d]

4. Robertus.

Bullam ab Eugenio III. vti Goscelinus, impetrauit 1148.

5. Rogerus.

Discimus ex Littera Ioannis 5. Augensis Comitis, Gilduinum, primum Abbatem S. Victoris Parisiensis: hûc Rogerum fuisse exindè Ablegatum: vt inter ipsos Augenses Canonicos Regulares, Abbatis munere fungeretur. [e] memoratur item Rogerus, ann. 1153. & 1162.

e Cap. præcedent. §. 4.

6. B. Osbertus. Memoratur ann. 1175. & 1191.

Rotrodus, Rothomagensis Archiepiscopus, ad eum scripsit, ann. 1177. pro confirmatione bonorum Abbat. [f] Huius tempore S. Laurentius, Dublinensis in Hybernia Archiepiscopus. Aucum venit: illicque ægrotanti, & ad mortem in lecto decumbenti, Osbertus Abbas, sacramenta piè ministrauit, eiusq; funus curauit, ann. 1181. die 14. Nouemb. [g] *In Normania* (inquit Antonius Spinellus) celebrantur subindè Deiparæ Templa; Rothomagense, præclarissimum: Constantiense, structura insigne: Bajocense, miraculis celeberrimum: in Augensi castro, apud Normaniam, Ecclesia eminet Deiparæ dicata; in qua Canonici, instituti S. Victoris Parisiensis degebant, ad quos diuertit S. Laurentius, Archiepiscopus Dublinensis in Hybernia: ibique sanctè obijt, circa annum Domini 1171. in eoque Templo, eius corpus reconditum jacet. [h] Illius meminit Cartularium Conchense: [i] & Arnulphus, Lexouiensis Episcopus, epistola 51. ad Alexandrum III. Pap. in causa Richardi 3. Episcopi 28. Abrincensis. [l] Itemque Necrologium Aucense, in hunc modum 10. *Calend. Nouemb. Anniuersarium, D. Osberti, huius Ecclesiæ Abbatis.* Porrò, tanti pij viri Elogium retulimus ad 17. Februarij, quo in cœlum migrasse arbitramur. [m] II.

f Ibid. §. 8.
g Apud Surium 14. Nouemb. in vit. S. Laurentij Archiepiscopi Dublin.
h Spinellus in Appendice, de Laudibus Deipar. Virgin. Tract. 3. Part. 2. numer. 67.
i fol. 101.
l Vide Neustriam Christianam. Part. 2 lib. 1. in Abrincens. Episc.
m In Neustria sancta 17. Februar.

7. Matheus, 1186. eleuat è tumulo corpus præfati S. Laurentij.

Cœnobiarchiam rexit, tempore Henrici, eius nominis 2. Ioannes, Aucensis Comitis III.

Comitis filij: de quo cap. præcedenti egimus §. 6. Memoria illius agitur 3. die Decemb. vti habetur in Obituario Aucensi. *3. Nonas Decembris, Anniuersarium Mathei, huius Ecclesiæ Abbatis.*

8. *Hugo.*

Nominatur, ann. 1190. subscripsit excambio Andeliaci, ann. 1197. inter Regem Angliæ, & Rothomagensem Archiepiscopum. n Memoratur etiam, in Archiuo capituli Rothomagensis in donatione Ecclesiæ S. Nicolai Rothomagens. facta eidem capitulo. Itemque die 9. Septemb. in præfato Aucensi Necrologio *5. idus Septembris, obitus Hugonis Abbatis.*

n *Vide Neustriam Christianam cap. 107 §. 7.*

9. *Ægidius, ann. 1213. florebat.* 10. *Guido.*

IV. Interest capitulo Prouinciali sui Ordinis, ann. 1224. subsignatusque conspicitur statutis illic compositis pro bono regimine Regularis disciplinæ: inter quæ illud, adhuc superest.

Frater Ioannes, humilis Abbas S. Genouefæ Parisiensis: Abbas S. Euurtij, Aurelianensis: S. Mariæ Augensis; S. Mariæ Heriualensis; S. Mariæ Liuriacensis: S. Mariæ Iuliacensis: S. Mariæ Auricultensis: S. Mariæ de Cagia, Meldensis: S. Ioannis de Iardo: & S. Mariæ de Cantiprato: Abbates: omnibus præsentes Litteras inspecturis, salutem. *Notum* fieri volumus, quòd si contingat, sicut plerumque fieri solet; vt Canonicus de aliqua Abbatia nostri Ordinis, absque Abbatis sui licentia, vel præcepto, qualibet de causa, egrediatur: vel etiam pro peccato suo (sicut venerabilis pater noster Augustinus dicit in Regula nostra) de societate proijciatur, ne contagione pestifera plurimos perdat: postmodum talis Frater si misericorditer sit receptus, non potest de jure stallum, neque aliquid aliud postulare; præsertim, cum in matre nostra Ecclesia, videlicet S. Victoris Parisiensis (de qua omnes ordinem & habitum sumpsimus) ita sit approbata consuetudo: quòd Canonicus; sicut dictum est, egressus vna sola nocte, extra Monasterium dormiat, in transgressionis suæ memoriale perpetuum, stellum pristinum de cætero nunquam obtineat. Actum in Capitulo Prouinciali anno gratiæ 1224. mense majo, in Dominica, qua cantatur: *Cantate Domino*: &c. o Hinc idem Guido Abbas, S. Laurentium, Dublimensem Archiepiscopum, in SS. numerum adscribi curauit, ann. 1225. 11. Decemb. cuius corpus, anno sequenti, Theobaldus, Rothomagensis Archiepiscopus, transtulit in octauis Inuentionis S. Crucis: p Tandem, cùm domum istam Augensem Guido Abbas optimè pluribus annis gubernasset ac bonis temporalibus augmentasset, moritur, 16. Calend. Iulij. q

Abbatia de Sthi Genouiefue. S. Euuert. Eu. Herivals. Liury. Iuily. Eaucourt. Chage. Le Iard. Cantiprel.

o *Extat apud Saussayum lib. 10. Annal. Eccles. Aurelianens. §. 14.*
p *Ex Regesto Eccles. Rothomagens.*
q *Necrologium Aucense.*

V. ## 11. *Guillelmus, ann. 1230.* 12. *Guido 2. ann. 1260.* 13. *Thomas.*

Nominatur ad ann. 1270. cuius obitus recensetur ad 10. Nouemb. in Necrologio Augensi. *4. idus Nouembris, Anniuersarium D. Thomæ Abbatis huius Ecclesiæ.*

14. *Ioannes, ann. 1301. defunctus 18. Cal. Maij.* 15. *Petrus.*

Anno 1312. iuramentum præstat Ecclesiæ Rothomagensi, & Ægidio Archiepiscopo, in crastino synodi æstiualis. r cuius memoria sic legitur in obituario Augensi. *4. nonas Februarij, Anniuersarium Petri Abbatis.*

r *Ibid.*
s *Ex Regesto Eccles. Rothomagens.*

16. *Guillelmus 2.*

17. *Martinus, de quo hæc habet idem Necrologium.*

Pridie Calend. Nouemb. Anniuersarium fratris Martini, huius Ecclesiæ Abbatis.

18. *Robertus 2.*

Adhuc florebat ann. 1400. vitam verò finiuit, die 1. Iunij, ex eodem Obituario. *Calendis Iunij, Anniuersarium fratris Roberti, Abbatis huius Ecclesiæ.*

VI. ## 19. *Thomas 2.*

Eligitur, ann. 1410. mense Nouembri: fidei hominium præstat Regi Carolo

Digitized by Google

VI. pro temporali suæ Abbatiæ, 1419. Maij 8. Fit de eo commemoratio 13. Martij, apud ipsum Aucense Necrologium. 8. *idus Martij, anniversarium Thomæ Abbatis.*

20. *Ioannes 2. Grenon.*

Iuramentum præstat Ecclesiæ Rothomagensi, ann. 1420. memoratur etiam ad ann. 1431. ac tandem dies eius obitus recensetur, 5. Calend. Februar.

21. *Ioannes 3. de Baucheu, ann. 1448.*

22. *Richardus, ann. 1451.*

23. *Ioannes 4. le Conte.*

Migrauit ad Dominum ann. 1455. die 5. Nouembris: juxta Necrologium Aucense. *Nonis Nouembris, anniversarium fratris Ioannis Comitis, hujus Ecclesiæ Abbatis.*

24. *Ioannes 5. Vallier.*

Post præfati Ioannis *Comitis* obitum, licentia eligendi conceditur, die 8. Nouembris, eiusdem ann. 1455. tuncque ipse Ioannes *Vallier*, prior Monasterij, via spirtus sancti eligitur, & confirmatur authoritate Archiepiscopi, die Sabbathi, 13. Decemb. sequentis: instaurauit Ecclesiam Abbatialem, & sedilia chori confecit, 1464.

25. *Ioannes 6. Garlache, seu Glache.*

Hic, per obitum prædecessoris electus, confirmatur, die 25. Maij, ann. 1474. nominatur ad ann. 1487. in regesto Archiepiscopali Rothomagens. VII.

26. *Honoratus Villon.*

Per cujus promotionem ad Abbatialem dignitatem, Ecclesia de *Crielio* confertur, ann. 1503. vltima Iunij, cùm paulò antea jurasset in verba Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomag. eod. ann. die 15. eiusdem mensis: In fata autem concessit, die 5. Septembris: ex prædicto obituario. *Nonis Septembris, obijt Dominus Honoratus Villon, hujus Ecclesiæ Abbas: qui ad reparationem Ecclesiæ multùm laborauit, ac multis redditibus ampliauit, ann.* 1511.

27. *Ioannes 7. de Montpelé.*

Eodem ann. 1511. die 30. Septembris, post eius electionem confectam, juramentum præstat Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagens. vltimus Regularis canonicus Abbas, qui viam vniuersæ carnis ingressus est, ann. 1532. die 13. Nouembris: sic enim in Necrologio legitur. *Idibus Nouembris, anniversarium piæ memoriæ Domini Ioannis de Montpellé, Abbatis, ann.* 1532.

28. *Ioannes 8. de Langheac.*

Episcopus Lemouicensis; possessioem hujusce Abbatiæ adeptus est, ann. 1532. die vltima Martij, qua per nouennium potitus, vitæ lumina clausit, 27. Iulij: de quo fit memoria in supradicto obituario, in hunc modum. *VI. Calendas Augusti obijt Dominus Ioannes de Langheac, Episcopus Lemouicensis, Abbas hujus domus: qui ad reparationem Ecclesiæ, multum laborauit, atque multis redditibus ampliauit: anno Domini* 1541. *Zelator nostræ Religionis.* VIII

29. *Franciscus à Turnone, Cardinalis.*

Archiepiscopus Auxitanus: notaturque Abbas, ad ann. 1542. & 1543.

30. *Franciscus 2. de Lestrange.*

Memoratur ad ann. 1548. & 1555. prodijt ex eodem gentilitio stemmate Guillelmus 4. Arhiepiscopus Rothomagensis 71. qui obijt, ann. 1388. [t]

t *Vide Neustriam Christianam.*

31. Pontius

Digitized by Google

31. *Pontius de Verzenobre.*

Mentio de eo habetur, ad ann. 1559. 1565. & 1570. Occisus fuit ab hæreticis, ipsa die, quam vocant, vulgariter, la *Michelade*, Nemausi in Septimania, ann. 1571.

IX. ### 32. *Petrus 2. Delbene.*

Florentinus: notatur ad ann. 1574. Hic, quia gratus non erat Henrico, Duci Guysio, permutationis gratia, Abbatiam cessit Eustachio *Pignart*, circa ann. 1577. & 1578. nominatur tamen in Regesto Ecclesiæ Rothomag. ann. 1584. prisco dignitatis nomine sibi remanente.

33. *Eustachius Pignart.*

Patria Lingonensis, Dominus de *Vincelles*; ann. 1578. qui tres Capellas dotauit in Ecclesia Lingonensi: moritur ann. 1595.

34. *Gasto le Grieu, vel, de Grieu.*

Præfati Eustachij nepos, possessionem adeptus est, ann. 1597. die 13. Decemb. Abdicato autem clericatu, militiæ nomen dare decreuit: quare resignauit.

35. *Nicolaus 2. De la Place, Sancto-Stephanus.*

Superioris cognatus, Reginæ matris, Mariæ *Medicea* Eleemosynarius; possessionem consequutus est, ann. 1601. die 11. Nouemb. vir sanè, genere ac pietate illustris: ad cujus instantiam, Regularis Reformatio illic incœpit, ann. 1621. ac tandem stabilitata est, ann. 1631. & 1632. die 21. April. obiit 10. Septemb. 1649. sepultus in Ecclesia S. Mariæ. [u] Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ, continetur: *Littera concordiæ inter nos, & Canonicos de Augo, pro Ecclesia, & decimis de* Nouauilla. [x]

[u] *Hæc omnia ex Schedis Abbatiæ Aucensis, & Necrologio eiusd. Tum ex Scrinio D. De la Place Sup. & D. le Preuost, Canonici Ecclesi. Rothomag. 16. Rogerius à Lotharius guisia, eques Meliotens. 1649. obijt, 1653.*

[x] *Sub Littera R, in Carta 15.*

X. ### *Carta canonicorum B. Mariæ de Augo, manentium in Capella B. Nicolai de Prato, juxta Augum.*

Philippus Dei gratia, Francorum Rex, &c. Nouerint vniuersi, quod nos pietatis intuitu, & ob remedium animæ nostræ, necnon & omnium prædecessorum nostrorum, Ecclesiæ B. Mariæ de Augo, dedimus & concessimus in proprium Capellam B. Nicolai de Prato, juxta Augum, in qua Comes Radulfus Augi, proposuerat ponere mulieres leprosas, quas nec vnquam ibi posuit, nec nos eas volumus ibi esse. Dedimus etiam dictæ Ecclesiæ cum eadem Capella centum viginti libras Turonens. annui redditus, quas percipient à nobis, in Vice-comitatu Augi, ad hos terminos videlicet, ad natalem S. Ioannis Baptistæ, triginta libras, ad festum S. Michaelis, triginta libras: ad Natiuitatem Domini, triginta libras: & ad pascha, triginta libras. Dedimus etiam Canonicis B. Mariæ de Augo, totum nemus de Parco, integrè, quod habebamus juxta dictam Capellam, ad vsum eorumdem canonicorum; ita quod nemus illud vendere non poterunt, quamdiu vendas faciemus in Comitatu Augi. Et ipsi Canonici quittauerunt, propter hoc, nobis, & hæredibus nostris in proprium vsuarium, quod habebant in Foresta Augi; Et dedimus eisdem culturam, in qua nundinæ celebrantur, ante portam domus ipsorum canonicorum, salua nobis justitia in eadem cultura, & nemore prædicto: & saluis nobis nundinis, quas in eadem habemus cultura: & ipsi canonici non poterunt facere in eadem cultura, nec in nemore prædicto, villam, nec ponere hospites: canonici autem Ecclesiæ B. Mariæ de Augo, debent constituere in Capella prædicta, B. Nicolai, de Parco, sex Canonicos Presbyteros de Ordine suo, qui continuè & perpetuo ibidem Deo seruiant, diuina pro nobis, & nostris prædecessoribus, celebrantes. Vt autem prædicta donatio nostra, perpetuo stabilitatis robur obtineat, præsentem cartam sigilli nostri authoritate, & Regij nominis caractere inferius annotato confirmamus. Actum apud Pontem-Archæ, anno Domini, 1218. mense Martio. [y]

[y] *Ex Vetusto Codic. MS fol. 160. pag. 1 Lutetiæ, apud D. de Vyon d'Herouuall.*

Digitized by Google

ANN. 1121.

ARDENA,
GALLICE ARDAINE,
& Ardeine.

Aiulfus de Foro, ciuis Cadomensis, vir magnificus, Fundator Monasterij de Ardena; cuius Ecclesiam dedicat Bajocensis Antistes, & dona oblata approbat, quæ postea Metropolitanus confirmat.

CAPVT I.

EXTAT hæc Abbatia in Diœcesi Bajocensi: per semi leucam I.
à Cadomo dissita: Ordinem profitetur Præmonstratensem: taxaturque ad 100. Florenos aureos, pro Annatis, cameræ Apostolicæ soluendis: qua de sic scribit Arboretanus Antistes. *Est præterea in agri Bajocensis penè meditullio cœnobium Norobertinæ familiæ, nempè Præmonstratensis, Ardennam vocant. Diuus siquidem Norobertus sanctitatis opinione clarissimus, varias toto illo orbe agrorum culturas ad construenda cœnobia vndecumque receperat* (circarias vocant.) *Hæc igitur Circaria Ardennæ vna est ex eis, quæ ad Noroberti familiam peruenit.* a

a *Canalis lib. 2. de Re Gallica. Periocha 4. Gallia Christiana, in Bajocens. Episcop. & in Abbatijs. De Bras. In Antiquit. Cadomens. pag. 38. cap. 10.*

Fundatur itaque ann. 1121. cuius exordium sic refertur. „ *Erant tunc temporis, Cado-*
„ *mi*, vir nobilis D. Aiulphus à *Foro*, nuncupatus, & *Asselina*, coniux, ambo pie- II.
„ tatis & charitatis officijs dediti, maximè hospitalitati pauperum & Ecclesiastico-
„ rum. Apparuit autem eis in somnis B. Virgo Maria (sicut olim *Ioanni* patricio
„ Romano, & coniugi) monens, vt Capellam in suo honore, in loco *Ardenæ*,
„ ædificarent. Jam Asselina per tres noctes eandem habuit visionem; & toties S.
„ Virginem sibi audire visa est, hæc verba proferentem: *In honore meo apud* Ardenam,
„ *ædificabis mihi Capellam.* Factum est autem, Diuina prouidentia, vt qui-
„ dam *Norberti* familiæ alumnus, nomine Gilbertus, Monasterij S. *Iodoci à nemore*,
„ nunc, *Domni Martini*, Canonicus, eodem tempore *Cadomum* appuleret, quem
„ Aiulphus & Asselina benignè & cum gaudio exceperunt; sibi certò persuadentes
„ hunc suum hospitem Religiosum, à Deo missum, ad ædificandam & regendam
„ Capellam, quam S. Virgo jubebat ædificari. Igitur iuxta eius admonitionem, in
„ loco *Ardenæ*, ab vrbe *Cadomensi*, duobus circiter milliaribus dissito, *Ardena*, vul-
„ gò appellatus, *Gilbertum* deduxerunt: concessis ipsis septem acris terræ: qui con-
„ tinuò ibidem Capellam in honorem B. *Mariæ* Virg. construxit: quæ paulò post,
„ in majorem Ecclesiam ædificata, ann. 1138. consecrata est à *Richardo*, Bajocensi
„ Episcopo. b Vti constat ex ipsius Diplomate: quod subijcimus. c Richardus, *Dei gratia* Bajocensis Episcopus, Roberti Comitis Glocestriæ, filij Regis Angliæ, filius, fidelibus tam præsentibus, quàm futuris, salutem. Notum sit vobis, quatinus in territorio, quod ab antiquis, Ardena, appellatur, Ecclesiam in honorem S. Mariæ dedicauimus, quam Aiulphus *de Foro*, concedentibus filijs suis, Vuillelmo *de Baron*; Oelardo de *Hermenvilla*; Guarino; & Vualtero monacho, constituit: ibique Dei, & eorum concessu, Regulares Canonicos Deo consecratos, pro redemptione animarum, in Dei seruitio perseuerantes, perpetuò constituimus; anno ab Incarnatione Domini 1138. Tunc iuxta veterem Prouinciæ Neustriæ laudabilem in Dedicatione Ecclesiarum consuetudinem.

b *Ex Codice MSS. Abbatiæ Ardenæ.*
c *Ex Cartulario Abbat. de Ardena.*

Eodem tempore, Conuentio facta est inter Canonicos de Ardena, & Sacerdo- III.
tem

tem de S. Germano de *Alba Herba*, huiusmodi. ,, *Concessit* autem Præsbyter
,, Canonicis de Ardena, Curiam suam habere solam, & quietam de Decimis &
,, redditibus, & omnibus consuetudinibus prædictæ Ecclesiæ S. Germani perti-
,, nẽtibus. Decimas etiam & omnes consuetudines totius cāpi, qui extenditur vsque
,, viam, quæ est juxta terrā Vuillelmi *Crassi*, & suorum Antecessorum: & ex altera
,, parte vsque ad capita terrarum Cadomens. excepta vna Acra, quæ est juxta mu-
,, rum Curiæ. Concessit etiam prædictus Præsbyter Canonicis, Decimas & con-
,, suetudines illius Acræ, vbi fouea est, iuxta domum Vuillelmi *Coronati*. Deci-
,, mas & consuetudines vnius Acræ, quæ est inter viam Bajocensem, & viam Fran-
,, cæ villæ. Hoc autem futurum esse ratum & firmum adsidiauerunt Canonici, &
,, Mathæus Præsbyter S. Germani, vt autem hæc conuentio rata & firma teneretur,
,, concessa est Præsbytero S. Germani, tota decima hæredum Aiulphi de *Foro* in
,, *Franca-villa*, & in Ardena: teste Vuillelmo Crasso, antequam hæc conuentio
,, firmata est: & Stephano, Præsbytero de Maton. Anschetilo de Aniseio Præsby-
,, tero. Helya Præsbytero de Hamars. Stephano, Canonico. Hugone de Montibus.
,, Vuillelmo, filio Polinæ. Magistro Marello. Ranulpho, Præsbytero de Columbel-
,, lis. Haimone, filio Comitis Glocestriæ. Syluestro, filio Pagani de Buron, & filijs Aiulphi, Vuillelmo de Baron, & Celardo de Hermenuilla, & Guarino & Vualtero monacho; qui prædicti Aiulphi filij concesserunt hæc prædicta omnia Canonicis & Præsbytero de S. Germano; præter hæc etiam dederunt Ecclesiæ S. Mariæ de Ardena, vnum campum, juxta viam Bajocensem: & alium campum ex altera parte viæ. Plures etiam alia dederunt, quæ sequuntur.

IV. Dedit autem Robertus, Regis filius, Glocestriæ consul pro anima patris sui in eleemosynam perpetuò, vnam de præbendis præfecturæ Cadomensis. Mihi quidem reddidit Celardus de *Hermen-villa* totam suam Decimam de suo proprio Dominio in *Hermen-villa*; & ego, pro Dei amore, dedi Ecclesiæ, & Canonicis S. Mariæ de *Ardena*. Teste Mathæo Archidiacono, & Magistro Vnfrido, & Richerio Canonico; testibusque prædictis Aiulphi filijs, qui cum sua matre, concesserant, ea videlicet conditione: vt si quis temerario ausu, venerandæ matri Ecclesiæ concessa, beneficia subripere, tentauerit, persistendo; orthodoxorū communitate careat, irā omnipotentis Dei Anathema factus, perpetuam incurrat. Dedit autē Vuillelmus *de Barō*, Ecclesiæ & Canonicis tria sextaria frumenti, & totidem hordei, per singulos annos: Teste Ioanne, cognato Prioris Gisleberti, & Rogerio fratre eius. Concessit quoque Vuillelmus *Crassus*, pro anima sui patris, Ecclesiæ prædictæ, & Canonicis, vnam Acram terræ, quæ est juxta puteum *Ardenæ*: Teste Gautrido Cornefel, & Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio, fratre suo, & Vualtero Anglico, & Vuillelmo *Coronato*. Dedit & Odardus de *Bitot*, Ecclesiæ & Canonicis, dimidium campum, qui est inter *Bitot* & *Ardenam*, pro fratre suo, qui Canonicus fuit in eadem Ecclesia: Teste Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio fratre suo, & Rogerio de *Bitot*: & Vuillelmo *Coronato*, Heruæo filio Gisleberti. Dederuntque filij *Hamelini*, Ecclesiæ & Canonicis, vnam Acram terræ, quæ est iuxta campum Odardi; Teste Roberto de *Agnellis*, & vxore, & Henrico, filio eorum, qui pro Dei amore, & concesserunt hos duos campos Canonicis benè, & in pace: Teste Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio fratre eiusdem, & Rogerio *de Bitot*, & Vuillelmo *Coronato*, & Odardo de *Bitot*. Dedit autem Ecclesiæ & Canonicis, Vuillelmus *de Baron*, pro anima patris sui, & matris, & fratris, & pro sui ipsius anima, vnam Acram in *Varenda-Longa*: teste Ioanne, cognato Gisleberti Prioris; & Rogerio fratre suo, & Torgesio, filio Vuillelmi, & Vuillelmo *Coronato*, & Vuillelmo filio *Heuelinæ*. Paganus de *Buron* dedit Ecclesiæ S. Mariæ *Ardenæ*, tres virgatas terræ in *Varenda-Longa* (qui & sepultus est in eadem Ecclesia) Teste Syluestro, filio suo, qui hoc concessit, & Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio fratre suo, & Vuillelmo *Coronato*, & Vuillelmo filio Heuelinæ. Dedit autem & Syluester, filius prædicti pagani Ecclesiæ S. Mariæ vnum campum, qui est inter terras de *Bitot*, de Feodo Aiulphus de *Foro*: teste Godefrido de *Baron* & Vuillelmo, filio Hemelinæ, & Torgisio filio eius, & Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio fratre eius. Deditque Robertus, *Dosuellus*, Ecclesiæ & Canonicis tres virgatas, super Ecclesiam S. Germani: teste Ioanne, cognato Gisleberti Prioris, & Rogerio fratre eius, & Vuillelmo de *Baron*, & Roberto *Bagot*. Dedit etiam Gaufridus de

oppido, Ecclesiæ & Canonicis, duas Acras inter *Cadomum* & *Ardenam*, teste Ioanne, & Rogerio, cognato prioris. Dedit & Henricus, filius *Herberti*, duos campos super S. *Germanum*; teste Rogerio nepote eius, & Vvaltero, filio Aiulphi, & Adam de *Franca-villa*. Dederunt etiam filij Aiulphi, vnam domum in *Foro Cadomi*, juxta *furnum* Richardi de Croleio: teste Ioanne, cognato prioris, & Rogerio fratre eius. d

Hæc omnia approbata sunt ab Episcopo Bajocensi præfato; tumque confirmata à Metropolitano totius Prouinciæ, in hunc modum. *Hugo Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, tam Prælatis S. Ecclesiæ, quàm subditis, salutem, gratiam, & benedictionem. Notum sit vobis, quòd hanc cartulam nobis præsentatam, & Sigillo Episcopi Bajocensis confirmatam, & nos Apostolica authoritate confirmauimus, &c.* juxta præscriptam Episcopi sententiam, eamdem cartam in Capitulo Bajocensi coram omnibus recitatam, confirmat etiam totus Bajocensis coetus, verbo, & sui impressione Sigilli. Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ: Hæc leguntur. *Littera concordiæ inter nos & Abbatem de Ardenna, pro his, quæ à nobis petebat apud Liberiacum.* e

e *Sub Littera Q. 2. Carta 28.*

Summus Pontifex. Aliarumque Ecclesiarum præsules, confirmant & approbant bona, quæ huc vsque ipsi cœnobio largita fuerant: Eadem agunt Dynastæ, Anglorum Reges. Galliarumque Monarchæ: qui omnes pia munificentia locum istum amplissimè ditarunt, decorarunt, atque varijs modis illustrarunt.

CAPVT II.

I. NON diu mansit hæc pia Christianæ perfectionis plantatio, absque sedis Apostolicæ benedictione: quam, Christi Vicarius, benignè, hoc suo diplomate, largitus est. *Lucius Episcopus*, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs Gisleberto, Priori Ecclesiæ S. Mariæ de Ardena, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum: Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorum Domino commissa est: vt religiosas diligamus personas, & beneplacentes Deo, religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conseruatus. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus: & præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, Domino propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis.

II. Ecclesiam S. Germani de Alba Herba. Totam Decimam de proprio Dominio Oelardi in Hermenuilla. Vnam Acram terræ de Feodo Vvillelmi Crassi, ante puteum Ardenæ. Vnum Campum terræ à Bitot de Feodo Odardi. Vnam acram terræ à Bitot. Duas acras terræ, & tres virgatas, in varenda longa. Vnum campum terræ ad *Bornui*, de feodo Aiulphi. Duas acras terræ inter Cadomum & Ardenam, de feodo Gaufridi de Castello. Duos campos terræ super S. Germano de feodo Henrici, filij Herberti. Nouem acras terræ in Ardena. Quinque virgultas terræ, inter S. Germanum & domum infirmorum. Quinque virgultas ex altera parte viæ. Totam Decimam de Dominio Adam de Francavilla. Vnam præbendam Bajocis, de decem denarijs, de eleemosyna Regis. Aliam Cadomi, de septem Denarijs. Vnam domum Cadomi, liberam & quietam de omnibus consuetudinibus in foro. Aliam domum

domum in Burgo, Abbatissæ, Cadomi. Duas domos in Burgo Abbatis, Cadomi, in nouo rure. Tres acras terræ à la *Perella*, & quicquid habebat Hasculphus in *Lucerna*, de propria dominio (excepta parte nemoris de *Curba Fossa*) & duos arpennos vinearum, apud Sulignеium. Totam decimam de Gripum, tam in molendinis, quàm in aquis, & in omnibus redditibus villæ. Vnam piscariam apud Boleium. Totam terram Gisleberti, filij Adam, de proprio Dominio in Lucerna. Vnam acram terræ in carum, de feodo Radulphi, filii Ranulphi. Duos modios segetis, quorum vnum dedit Vuillelmus, filius Rogerii; alium Richardus Chalus.

III. Sancimus etiam vt ordo Canonicus, secundum B. Augustini Regulam, & institutionem Præmonstratensium fratrum, perpetuis ibi temporibus, inuiolabiliter conseruetur. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura: salua Diœcesani Episcopi Canonica iustitia, & Apostolicæ sedis authoritate. Si quaigitur in futurum Ecclesiastica, sæcularis-ve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit; secundo, tertiove admonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat: reamque se Diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo Corpore & Sanguine Dei, & Redemptoris Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat: Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Christi; quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

† Ego *Lucius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego *Conradus*, Sabinensis Episcopus. Ego *Albericus*, Hostiensis Episcopus. Ego *Ismarus*, Tusculanus Episcopus. Ego *Gregorius*, Præsbyter Cardinalis, Tituli Calixti. Ego *Thomas*, Præsbyter Cardinalis, Tituli vestinæ. Ego *Gillibertus*, Præsbyter Cardinalis, Tituli S. Marci. Ego *Guido*, Præsbyter Cardinalis, Titul. SS. Laurentii & Damasi. Ego *Gregorius*, Cardinalis Diaconus, SS. Sergij & Bacchi. Ego *Guido*, Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani. Ego *Gerardus*, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica. Ego *Gregorius*, Diaconus Cardinalis S. Angeli. Datum Laterani, per manum Baronis, Capellani, scriptoris 3. idus Maii, indictione 7. Incarnationis Dominicæ ann. 1144. Pontificatus vero Domini Lucii II. Papæ. ann. 1. sub plumbo. a

a Ex Cartulario Abbat. Ardenn.

Exindè alii Baiocenses Pontifices, vel complura bona eidem contulerunt: vel collata confirmarunt: vti Richardus, Philippus, Henricus & Robertus; qui confirmauit eisdem Canonicis Regularibus Ecclesias de *Blado*, de *Brolio*, & de *Columbo*: Itemque Decimas Ecclesiæ sancti contesti, ann. 1207. Sic & Petrus Bajocensis Antistes, Ecclesiam de *Blado* confirmat, ann. 1301. Idem egerunt Sagienses Episcopi: Syluester quippe cum capitulo, ann. 1207. & 1213. confirmat perpetuum Vicarium Ecclesiæ S. Mariæ de *Maisnillo* juxta *Brajosam* (*Brionse*) ad præsentationem Abbatis & Conuentus de Ardena. Itemque confirmat eisdem Ecclesiam Parochialem SS. Geruasij & Prothasij de *Cuya*, ann. 1330. dicendum est, ann. 1203. ceu, 1213. ex litteris inuersis. Sic & Guillelmus eiusdem sedis Antistes, ann. 1330. pacificat circa Ecclesiam de *Mesnillo*, Nicolaum, Abbatem Ardenæ, & Curatum de *Loulego*. b

b Ibid.

Non solùm Ecclesiastici, sed & laici cujuscumque status, dignitatis, ac gradus, præ ingenti deuotione, quam ad ipsum locum gerebant, certatim de suis facultatibus piâ liberalitate, ipsis Religiosis subministrabant: imò & sepulturam inibi deligebant; quorum monumenta affabrè composita nunc vsque prostant: & memoria habetur in proprio hujusce domus Necrologio: vbi inter alia, hæc de ipsis fundatoribus leguntur. 8. *Iunij. Commemoratio Domini Ainlphi de foro, Fundatoris hujus Ecclesiæ; & D. Asselinæ, eius vxoris, & Olardi, Vvalterij & Garini filiorum eorumdem.* c *Item 17. Calend. Ianuar. commemoratio D. Valteri de Ardena: Canonici, & eiusdem loci fundatoris.* d Sed ea de re haud parũ juuabit audire hoc vetus excerptum. „*Post Biennium* autem ab istâ fundatione, *Ainlphus* in extremis vitæ positus, octo alias acras terræ in eodem loco, Ecclesiæ *Ardenensi* concessit: post aliquot menses, mortua est *Asselina*; & eorum corpora, in eodem Tumulo condita sunt, in eadem Eccle-

c Ex obituario Ardenæ.
d Ex Obituario Sylviæ.

Vuuu

sia, ante Altare S. *Blasij*, & indè à *Roberto* Abbate 2. translata sunt ante Altare S. *Leodegarij* vbi diu jacuerunt; ac illinc demùm, dùm alia major perficeretur Ecclesia, in nouum capitulum sunt asportata, vbi nunc jacent, sub marmore, versus meridiem. Filij *Ainlphi*, Vvillelmus de *Baron*, *Oelardus* de *Hermanvilla*, *Guarinus* & *Vvalterus*, monasterium *Ardenæ*, multorum bonorum & reddit
uum largitione, auxerunt; Et præ aliis *Guarinus*, qui assumpto habitu Religionis se, suaque dedit: om-
,, nes scilicet possessiones, quas habuerat pro portione sua, in Parœchia S. Germa-
,, ni de *Blanca herba*, apud Burum, & apud *Cambas*: tum etiam plures alii, alia dona
,, & possessiones concesserunt, in eleemosynam; quæ omnia *Gilbertus Prior*, ab eo-
,, dem *Richardo* Episcopo Baiocensi, anno prædicto 1138. confirmanda curauit:
,, Tum multos sui instituti socios recepit, per quos Ordo Præmonstratensis cœpit
,, in *Normania* propagari, ac in primis monasterium de *Lucerna*, circa ann. 1143.
,, Eodem tempore, *Philippus*, Episcopus Bajocens. *Richardi* successor, *Gilbertum*,
,, Priorem, secum *Romam* duxit; vbi à *Lucio* Papa, confirmationem obtinuit om-
,, nium bonorum sui monasterij. Defuncto autem *Gilberto* Priore, *Vvalterus*, filius
,, *Ainlphi* fundatoris, pro zelo & affectu maximo, quo monasterium *Ardenæ* prose-
,, quebatur, *præmonstratum* se contulit, ibique summis præcibus & lachrymis, à ca-
,, pitulo generali petijt, ac tandem obtinuit, idem monasterium in Abbatiam pro-
,, moueri. Decreto igitur capituli generalis Canonicis *Ardenensibus* exhibito; fra-
,, ter *Guarinus*, Abbas primus *Ardenæ* electus est. e Horum posteritas haud minus propensa extitit in ipsum locum: nam Paulus de *Baron*, & Guillelmus, filius eius confirmarunt omnia data Ardenæ, apud Rothomagum, ann. 1191. coram Henrico, Bajocensi Episcopo, & Vvillelmo, Abbate *de Mortuo-mari*. Exindèque sequutus est præfatorum etiam confirmatio per eumdem Henricum, Bajocensem præsulem, eod. anno, apud Rothomagum: testibus Bernardo, Abbate de *Valle*, Gilberto Priore de Ardena; &c. *Henricus Dei gratia*, Bajocensis Episcopus, omnibus, ad quos præsens carta peruenerit, salutem. Quæ Religiosis locis à fidelibus piè conferuntur, Episcopali debent authoritate communiri: indè est, quòd Religionem Canonicorum de Ardena attendentes, bona sua, & possessiones, à fidelibus sibi collatas, sub protectione Dei, & sanctæ Ecclesiæ recipimus: & authoritate, qua præeminemus, eis confirmamus. Hæc autem duximus propriis nominibus exprimenda. Ex dono Philippi, Baiocens. Episcopi, Ecclesiam S. *Germani de Blanca Herba*: Ex dono Richardi, Baiocens. Episcopi, totam Decimam de dominio Oelardi in *Hermen-villa*, quam ipse Oelardus posuit in manu præfati Episcopi. Ex dono Henrici, filii Herberti, ex authoritate Henrici Baiocens. Episcopi, duas garbas Decimæ de tota terra sua in *Venoiez*: & in Parœchia sua S. *Germani*, &c. f

e Ex Codice MS. Ardenæ.

f Ex Cartulario Ardenæ.

Præterea, Richardus, & Ioannes, fratres, Anglorum Reges, Normanniæque VI.
Duces, Huic Abbatiæ Baroniam de Thesnarijs (*de Thesnieres*) cum omnibus juribus & pertinentijs, vnà cum Domibus, & molendinis de *Gesmara*, apud Cadomum, & sylua de *Liury*: vbi extat S. Sulpitij Sacellum, frequentià populi Christiani celeberrimum: ad idem Monasterium pertinens. Porrò, in huiusmodi donatione Regis Anglorum Richardi, ann. 1. Regni sui, die 27. Martij, de prædicta Baronia: testis adest Vvalterus, Rothomagensis Archiepiscopus. g Nostri etiam Christianissimi Galliarum monarchæ locum hunc impensè excoluerunt. Ita vt Carolus VII. suum inibi elegerit domicilium, dùm Cadomum obsideret; (quod & cœpit, fusis fugatisque exindè aduersarijs Anglis, ann. 1450. Iulij 6. h) In cuius rei memoriam: insignia huiusce Abbatiæ Bipartita esse voluit: in 1. Cœruleo lilijs aureis incerto numero: in 2. Beata Virgine, cuius successores piè sanxerunt, vt in posterum Religiosi Ardenenses omnibus priuilegijs Cadomensis vniuersitatis fruerentur; gratisque ad omnes suos gradus in ea reciperentur.

g Ibid.

h Alanus le Chartier, in sua Historia, Monstreletus volumine 3. ad ann. 1450.

Cænobiarchæ

Cœnobiarchæ omnes huius inclytæ Domus inuestigantur, eorumque actus & opera referuntur.

CAPVT III.

I. CONstat apud omnes, primarium huiusce inclytæ domus Archimandritam fuisse Gislebertum, virum Monasticæ obseruantiæ laude egregium: qui post multos exantlatos labores, fœliciter in Domino obdormiuit: cuius ita meminit *Necrologium* 1. Iunij *Commemoratio* B. Patris Gisleberti, primi superioris huius Ecclesiæ, eamque fundauit, ann. 1121. & multos annos in magna pietate rexit & auxit. [a] Sanè admodum senex, vitam protraxit, ad vsque ann. 1191. quo testis adest (vti superiori capite vidimus) in confirmatione Bonorũ ac redditUum huiusce cœnobij, per Henricum, Bajocensem Episcopum: modò idem sit cum illo: Diuersum quippe fuisse nos multa conuincunt. Gislebertus itaque nomine ac titulo Prioris solùm vsus est: post cuius obitum, hi Regulares Canonici Præmonstratenses elegerunt sibi in Abbatem, Guarinum, Aiulphi, fundatoris filium.

1. *Guarinus.*

Abbas primus: Ecclesiam, à Gisleberto Priore incœptam, opere compleuit: vbi & ipse moriens, ann. 1180. conditus jacet in sepulchro prædicti patris sui Aiulphi: de quo commemoratio agitur 9. Martij, & 8. Iunij.[b]

2. *Robertus.*

Exindè renuntiatus est Abbas Præmonstrati, ann. 1206. mense maio ceu Iunio.[c] Testis adest, pro rebus Abbatiæ S. Saluatoris Vice-comitis.[d] Moritur 5. Februar.[e] Extat carta 27. de solutione pensionum, authoritate Apostolica, per iudices delegatos, Abbates de Alneto, de Ardena, & de Fontaneto, Bajocensis Diœcesis, ex Bulla Innocentii III. Pap. sub Datum Anagniæ 2. nonas Februar. Pontif. ann. 6.[f]

II. ### 3. *Nicolaus, electus ann. 1207.*

Qui posteà, vna cum 25. Religiosis sibi subditis oppressus fuit & occisus, ex ruina & collisione Templi, circa ann. 1230. cuius obitus notatur 23. Februarij.[g] De eo mentio habetur ann. 1210. 1211.[h] & 1213.[i]

4. *Ranulphus, qui & Radulphus.*

Defunctus, ann. 1260. die 6. Octob. cùm rexisset, ann. 30.[l] alijs etiam diebus memoratur.[m]

5. *Guillelmus, in fata concessit ann. 1282. 16. Calend. Iulii.*[n]

6. *Thomas.*

Diem clausit extremum, ann. 1297. 3. Calend. Nouemb. dicitur, Religiosus professus de Monte Dei, in obituario Abbat. Montis Dei, pridie idus Iulij.

7. *Ioannes le Blond.*

Obijt ann. 1324. 29. Augusti.[o] Qui templi cœpit restaurationem.

8. *Nicolaus 2. Aubery.*

Anno 1360. moritur: fecit fieri paruum Carthularium.[p] Notatur dies eius obitus 11. Calend. Martij 3. nonas Martij, & 8. idus Martij.[q]

a Obituarium Ardena.
b Ibid. & in Cartulario.
c Ex eod. Cartulario, Ioãnes le Paige lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. pag. 914.
d Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vicecomitis fol. 7.
e Ex Obituario Ardena.
f Ex paruo Cartulario Abbat. S. Audoeni Rothomag. Titul. Authentica capitulorum & nobilium clericor.
g Ex Cartulario & Obituario Ardena, ac Necrologio Bellæ stellæ.
h Ex Cartulario Syllíaco.
i Ex Cartulario Falesiæ.
l Ex Cartulario & Obituario Ardena.
m Ex Necrologio Sylliaco 2. nonas Ianuar. Montis Dei 9. Ianuar. Lucernæ 5. idus Ianuar. Falesiæ 11. Calend. Februar.
n Ex Cartulario Ardena, Necrologio Lucernæ & Montis Dei, ac Sylliaci.
o Ex eod. Cartulario & Obituario Sylliaco.
p Ibid. & Bellæ stellæ ac Montis Dei.
q In Cartulario supr. Ex Necrologio Lucernæ Falesiæ & Montis Dei.

9. *Guillelmus 2. Grauerent.*

Anno 1385. 8. idus Iulij. [r] ceu 23. Octob. decessit.

10. *Geruasius, ann. 1395. 10. Calend. Martii.* [s] *alii aliis diebus.* [t]

11. *Matheus Iordanus.*

Natus de Crisseyo, de Crissy 1399. 3. Calend. Octob. [u]

12. *Henricus, 1412. 7. idus Septemb.* [x] *alii verò non item.* [y]

13. *Petrus 1425.* [z] *ceu 1427.*

14. *Robertus 2. Coutier.*

Scacario ann. 1453. interfuit, pag. 404. claustrum extruendum curauit; & domum dormitorio adiacentem ædificauit: ac magnum Cartularium compillauit, multaque alia bona suo Monasterio procurauit: quod diu rexit, nempe ab ann. 1425. vsque ad ann. 1463. quo è vita excessit 7. Maij, sepultus in Ecclesia Abbatiali eiusdem loci ad gradus Præsbyterij maioris altaris. [aa] Memoratur ad ann. 1425. & 1447. ex schedis Lucernæ, & 8. idus Maij in Necrologio Montis Dei, vbi nuncupatur Robertus *le Charretier*, seu verius, ac breuius, *le Chartrier*, à Cartulario ab ipso confecto. Cuius Epitaphium tale legitur. Hic jacet Domnus Robertus, piæ memoriæ, quondam huius Monasterij Abbas, qui eidem, vtilissimè ac honorificentissimè 37. annis præfuit, maxima bona procurando. III.

15. *Ioannes 2. de Ponte.*

Sollicitatus ab Abbatibus Præmonstrati & Lucernæ, vt eo munere se abdicaret, ob corporis animique frequentes infirmitates: datus fuit; quidam Ioannes *Turgis*, Canonicus Regularis Montis Dei, vt eam domum regeret: quod indignè ferens, hunc Ioannem *Turgis* statim expulit, Abbatiamque suam retinuit, possedit, ac gubernauit, vsque ad ann. 1478. quo migrauit à sæculo. [bb] Agitur de eo 9. Calend. Martij: [cc] & 8. Calend. Martij. [dd] ac nonis Martij. [ee] IV.

16. *Richardus de Laual.*

De Monte-Martino Oriundus, etiam Abbatiæ Lucernæ præfuit: qui animam Deo reddidit, ann. 1496. Martij 20.

17. *Richardus 2. de Laual, al. le Beliéure.*

Antea Prior de Coullomp: Præfati nepos: cui & successit, in eisdem Abbatiis Ardenæ & Lucernæ: spiritumque exhalauit ann. 1507. [ff] 21. Septemb. [gg]

18. *Petrus 2. de Laual.* V.

Per resignationem præfati patruelis sui. Rector Ecclesiæ parœchialis S. Mariæ de Rupella Abrincens. Diœces. qui à Iulio II. Papa hanc obtinuit Abbatiam in Commendam; primusque extitit Abbas Commendatarius, per annos nouem: quibus expletis resignauit subsequenti, ann. 1515. [hh]

19. *Petrus 3. du Viuier.*

Presbyter Abbas 2. Commendatarius, vsque ad ann. 1523. quo ad instantiam Religiosorum huiusce cœnobij, Abbatiam in pristinum Regularem statum restituit: obijtque 23. Iunij. [ii]

20. *Thomas 2. Chauuey.*

Canonicus Abbas Regularis, rexit ann. 17. ex indèque successori resignauit; ac moritur Bajocis, 8. Decemb. [ll] ann. 1540.

21. *Margarinus de la Bigne.*

Officialis Bajocensis Doctor Sorbonicus, scriptis, & rebus præclarè functis clarissimus,

r *Cartularium sup. Obituarium Falesiæ.*

s *Idem Cartularium & Obituarium Ardenæ, ac Bellæ stellæ.*

t *Necrologium Montis Dei, & Lucernæ 7. Calend. Martij. Sylliaci 5. Calend. Martij Falesiæ 7. idus Martij.*

u *Cartularium sup. & Obituarium Sylliacum.*

x *Idem Cartularium & Obituarium Ardenæ.*

y *Necrologium Lucernæ 10. Calend. Septemb. Montis Dei 11. Calend. Septemb. Falesiæ 4. Calend. Octob.*

z *Cartularium sup.*

aa *Ibid. & Obituarium Ardenæ.*

bb *Ex Cartulario Ardenæ.*

cc *Ex obituario Lucernæ.*

dd *Ex Obituario Montis Dei.*

ee *Ex Necrologio Falesiæ.*

ff *Ex Tabulis Abbat. Ardenæ & Lucernæ. Item ex Obituario Ardenæ.*

gg *Ibidem ex Tabulis Ardenæ & Lucernæ.*

hh *Ex Tabulis Ardenæ.*

ii *Ibid. & Obituario Ardenæ.*

ll *Ibid.*

Digitized by Google

nissimus: præfuit Abbas Commendatarius vsque ad ann. 1558. quo vitam finiuit, 7. Decemb. mm — mm ibid.

VI. *22. Baptista de Villemur, al, de Villemor.*

Commendatarius, nominatus ab Henrico II. Rege Galliar. & à Pio IV. Papa acceptus, per Bullam ann. 1560. quamquidem Abbatiam per ann. 39. in summa temporum varietate, rexit: at Bellorum turbine, & hæreticorum furore Religiosi solum vertere coacti, Abbatiam deseruere: quæ hæreticorum expilationi patens, ruinam ferè passa est & excidium, vsque ad ann. 1595. quo sub felicioribus auspicijs Regis & Henrici IV. Duo Canonici Regulares soli relicti ex omnibus alijs, operam dederunt, ex consensu Abbatis præfati, vt R. P. Ioannes à *Cruce*, Canonicus Regularis cœnobij Bellæ stellæ, Prior illis daretur: qui zelo Regularijs obseruantiæ accensus, probitate vitæ, & virtutum exemplis, protinùs dispersos congregauit, Cœtum piorum Religiosorum adunauit, cuncta ædificia Regularia restaurauit, disciplinamque Monasticam ex integro, restituit: ita vt ann. 1630. alia eiusdem ordinis asceteria, *Bellæ Stellæ*, *Sylleij*, *Montis* Dei, & *S. Ioannis Falesiæ*, ad huiusmodi exemplar, pià æmulatione reformata, simulque juncta, & vnita; congregationi, seu communitati Antiqui Rigoris nomen dederint: quæ nunc vsque, magna cum proximorum vtilitate ac ædificatione, prosperè viget, & accrescit. Interim Baptista Abbas resignat fratri suo: obijtque ann. 1599. die 16. Decemb. nn — nn ibid.

23. Petrus 4. de Vvillemor.

VII. In Parlamento Parisiensi Consiliarius, ex resignatione Baptistæ, fratris sui, fit Abbas Commendatarius, per Bullam Clementis VIII. ann. 1600. valdè molestus fuit hisce Canonicis Religiosis, & maximè contrariu reformationi eorum regulari, nouitiorum receptionē impediens, &c. sed tandem pro bono pacis cessit sequenti, ann. 1613. quoquidem à Rege & summo Pontifice admisso.

24. Guillelmus 3. de Gollode, Gallodeus.

Ann. 1614. qui predecessoris sui mentem secutus nimis contrarius fuit communi vtilitati licet ex industria habitum & ordinem postea professisset, hac vsus est dignitate vsque ad ann. 1637. quo prius resignauit Ludouico *Gosselin*. Deindè, Georgio *Sallet*, Prothonotario Apostolico filio primogenito clarissimi viri Georgij *Sallet*, Regij Procuratoris Generalis in Curia Parlamenti Rothomagensis, qui quidem, Arresto Senatusconsulti interioris, jus talis Resignationis sibi factæ conseruauit, ac possedit: quo vsque efflauit animam, ann. 1643.

25. Georgius Sallet.

Vir nobilissimus, Prothonotarius Apostolicus; qui ob eius nimiam pietatem, morum integritatem, prudentiam, & doctrinam singularem nonobstante dicti Ludouici Gosselini reclamatione, à Rege nominatus, à summo Pont. Vrban. confirmatus, & à sanctiori Regis Consilio ann. 1638. declaratus Abbas Commendatarius; quasi Angelus pacis venit, exceptusque est: & Monasterio pacem attulit & prosperitatem vberrimosque suæ Prælaturæ fructus pollicebatur, nisi consummatus in breui explesset tempora multa: obijt quippe die 8. Septemb. ann. ætatis 30. Christi autem 1641. Eius corpus Rothomag. Ardennam delatum in Ecclesia Abbatiali sepultum est, in tumulo concauo quem ante duos annos in sacello S. Norberti construendum curauerat, pro communi sepultura familiæ suæ: fundatis inibi duobus seruitijs celebrandis, per D. Alexandrū Sallet, ipsius Abbatis fratrem, datis centum libris annui redditus, pro huiusmodi re explenda assignatis.

26. Antonius de Morenuillier, Presbyter sæcularis.

Sequuntur Prioratus ab ea depēdentes. Prioratus Ecclesiæ Parœchialis de *Menilio* juxta Brajosam, *du Mesnil, prés Brionze*, Diœcesi. Sagiens. Prioratus Ecclesiæ Parœchialis de *Secreto Fonte*, *Segres*, Diœcesi. Bajocens. Prioratus seu Ecclesia Parœchialis *de Brolio*, vulgò *le Breüil*, Diœcesi. Ebroicens. Capella seu Prioratus simplex

de *Hermitagio*, intra limites Parœchiæ *des Besaces*, Diœcesf. Bajoc. Capella seu Prioratus simplex *de Leone* supra mare, Diœcesf. Bajocenf. Prioratus seu Ecclesia Parœchialis *de Blado, de Blé*, Diœcesf. Bajocenf. Capella, seu Capella simplex S. Nicolai, supra Ornam, olim intra limites Parœchiæ de *Ts Bardel* fundata, jam intra limites S. Autberti translata, Diœcesf. Sagienf. Prioratus seu Ecclesia Parœchialis de *Blanca herba, de la Blanche-herbe*, Diœcesf. Bajocenf. Prioratus seu Ecclesia Parœchialis S. Contesti propè Cadomum, Diœcesf. Bajocenf. Prioratus, seu Ecclesia Parœchial. *de Coulomb.* Diœcesf. Bajocenf. Prioratus seu Ecclesia Parœchialis *de Cuyo, de Cuye*, Diœcesf. Sagienf. Capella seu Prioratus simplex *de Lesbires*, intra limites Parœchiæ *de Herouuille*, Diœcesf. Bajocenf. Capella seu Oratorium S. *Sulpitij* intra limites Parœchiæ *de Liury*, Diœcesf. Bajocenf. Capella seu Oratoriū S. Catharinæ, Baroniæ de *Thesnieres*, intra Parœchiam de *Noyers*, Diœcesf. Bajocenf. Petrus *Camus*, Episcopus Bellicensis, Abbas Commendatarius Monasterij de *Alneto*, (de quo inferius) dicat librum, hoc titulo notatum, lingua vulgari: *l'Homme Apostolique en la vie de S. Norbert, Archeuesque de Magdebourg*: vir *Apostolicus in vita S. Northerti, Archiepiscopi Magdeburgensis*: dicat Religiosis Præmonstratenf. huiusce Abbatiæ, quos impensè laudat, ann. 1640.

ANN. 1121. & 1122.

MARCHASIVM RODVLPHI, GALLICE, Marche-Roux.

ABBATIA Marchasiana, Præmonstratensis Ordinis est, in Diœcesi Rothomagensi, Leucis 4. à Gisortio dissita. a De qua sic loquitur Aubertus Myræus. *Monasterium Marchadianum, quod vulgò Marchadium, seu Marchasius Radulphi dicitur, apud Normannos, In Diœcesi Rothomagensi, ann. 1122. Fundatur; religiosis aliquot ex Nemorensi S. Iudoci monasterio, à Milone Abbate, velut in Coloniam, eò missis.* b Igitur monachis è Dom Martino, sancto Iodoco in nemore sacro *Ambianensis* Diœcesis, cœnobio, adductis, Vltricus Abbas primus declaratur, qui mox Abbatiæ ædificandæ locum designauit in territorio de *Iouy en Telles*; sub nomine S. Nicolai in Telleis, vsque ad ann. 1158. quo in aliud solum translata est, nunc vsque à se occupatum: fauore & munificentia, Ausculphi du *Fay*, Equitis, Domini de *Senoos*, viri illustris: qui tum ob loci largitionem, tumque ob alia bona & prædia huic Abbatiæ piè à se data, Fundator meritò agnoscitur, & refertur, ijs versibus, post obitum, ad eius tumulum exaratis. (*Obijt verò 8. Octobris. Vti habet Necrologium Syltiacum, 8. idus Octobris, commemoratio Ausculfi de Senoz, fundatoris de Marchasio Radulphi.*) I.

a *Myræus, in Chronico Præmonstratenf. Ordin. ad ann. 1121. Gallia Christiana, in Archiepiscop. Rothomag. & in Abbatijs, ubi de ea. Louuetus lib. 2. Antiquit. Belnacēs. cap. 2. §. 24.*
b *Myræus, sup. ad ann. 1122.*

Vndecies centum si vis conjungere binos,
Vndecies annos post partum Virginis almæ:
Inuenies tempus, quo me prius Vltricus Abbas
Condidit, Ausculphus, ei me præbuit ante.

Illius præcipui benefactores recensentur, DD. de Monte-Caprario; vulgò, *Mon-cheureul*, huic Abbatiæ viciniores; qui propter complura, amplaque bona præstita, etiam Fundatores eiusmodi Cœnobij reperiuntur nuncupati in chartis & aliis monimentis istius loci. c In Declaratione, quam fecit, Ioannes de Gisortio, Feodorum quæ tenebat à Domino Rege Franc. recensentur ea, quæ Canonici de Marchesio Radulphi tenent de Domino de *Moncheureul*, &c. quæ mouebant ab ipso Ioanne; circa ann. 1200. sub Philippo Augusto, ex Quercetano lib. 11. Historiæ Genealog. Domus Monmorentiac. cap. 1. pag. 681. In probationib. pag. 416. II.

c *Louuetus, sup.*

Quantum

III. Quantum vero spectat ad Abbates huiusce cœnobii : syluester Abbas, de Cruce S. Leufredi, Diœcesis Ebroicensis, conuentionem egit cum Guerrico Abbate, & Canonicis de Marchæsio Radulphi : circa ann. 1169. seu, 1179.[d] Item, Guillelmus Abbas S. Nicolai de Marchasio Radulphi, cum conuentu, dat R. Abbati de Valacia, omnique Conuentui, quandam vineam, ann. 1189.[e] De hac Abbatia arbitror intelligi, quæ in Antiquitatib. MSS. Norman. referuntur pag. 5. Apud D. *Bigot*, Senatorem Rothomagens. Præterea D. Ioannes le *Paige*, eiusd. Ordinis Doctor Theologus, deputatus est à D. Abbate Generali Præmonstratens. ad visitandam hanc Abbatiam, ann. 1614.[f] Porro, obituarium istius Abbatiæ commemorat Religiosos Abbates 39. tresque Commendatarios. Tamdem ad ipsum Abbatiam pertinent, in Decanatu Calui-montis, Diœces. Rothomagens. Cura Bellimontis, *les Nonnains* : Cura de *Freneaux*, & Cura de Fresnes : in Archidiaconatu Pontœsiæ, eiusd. Diœces. Cura Dominæ nostræ Pontœsiæ & cura S. Martii, ibid.[g] Illius loci meminit Vuillelmus Brito, lib. 5. *Philippidos*, pag. 132. apud Quercetanum, Tom. 5.

IV. Denique *Albacuria Aubecourt*, filia est Marchasij-Radulphi ; pro vt constat ex præsenti descripto MS. Alba curia, Præmonstratensis Ordin. Diœces. Carnotens. dottatur à Guascone de Pisciaco milite, ann. 1180. vocatis Religiosis ex cœnobio de Marchasio Radulphi: vnde postea electi Abbates Albæ curiæ à Religiosis, confirmabantur ab Abbate de Marchasio Radulphi vsque quo abijt in commendum. Nam primus Abbas albæ curiæ præpositus est ab Arnulpho, Abbate tunc Marchasij Radulphi, vti constat ex cartulario ipsius Abbatiæ Albæ curiæ : His verbis. *Ego Arnulphus* Dei gratia, Abbas de Marchasio Radulphi, notum fieri volo tam præsentibus, quàm futuris, quòd venerabilis Gaimbertus, Ecclesiæ Columbensis Abbas, assensu totius sui capituli, Capellam de Haubecourt, quam quidam miles, Albericus nomine in fundo ædificauerat, & monachis Columbensibus donauerat, cum decima decem agripennorum, quinque videlicet ex parte Stephani de Crisperijs, ipso concedente, & quinque ex sua, precibus Domini Gasconis de Pisciaco, Abbatiæ de *Marcherous* concessit ; saluo tamen Ecclesiæ de Orgiualle jure Parœchiali, extra mansiones, quas ibi faciunt Canonici nostri, & hortos, & virgulta ; fratres quoque nostros & sorores, & reliquam familiam nostram, excepto Præsbytero Parœchialli, & armenta nostra, & pecora, ab omni jure Parœchiali & decimatione vbicumque maneamus, libera tenemus. Erunt autem hi decem agripenni inter illam Capellam & villam Originallis, citra Riuulum à parte montis, in quo sita est eadem villa. De cæteris siquidem terris cultis, aut incultis, aut nemoribus, dono, seu emptione, in illa Parœchia, & decimatione, nunc & in perpetuum, decimas monachis ex integro reddemus, nec alicujus Romani priuilegij, nec alicujus Ecclesiasticæ personæ, nec sæcularis munimine fulciti, quod in suis Abbatiis, seu de premonstrè, quæ aliarum Abbatiarum Ordinis mater est & origo, si habeamus, siue in futuro habituri sumus, ab hac Cōuentione resiliemus. Et hàc conuentionem firmiter in perpetuum teneamus, sigilli nostri munimine roboramus, & ipsum Dominum Gasconem de Pisciaco plegium de hoc contradimus: & si fortè illicè Abbatem præficiemus, ab illo litteras huius conuentionis dare faciemus, infra, 40. dies, quibus testes sunt Abbas Columbensis, Abbas de Ressons, Haimo huius Loci Prior; Robertus de Montpiçon, Prior Columbensis, Philippus Prior S. Germani de Laya, Robertus de Ibreio, Robertus Prior S. Cosmæ; Petrus Præsbyter Origiuallis, Dominus Gasco de Pisciaco, & filii eius, Gasco & Robertus, qui hoc concesserunt, Gaufridus de Caneueriis, & duo filii eius, Simon & Mathæus, Anselmus de Origiualle, Gasco de Toreto, & Robertus frater eius.

[d] *In Chartulario, Abbat. S. Crucis, S. Leufredi, fol. 62.*
[e] *Ex Cartulario Abbat. Valaciæ.*
[f] *Le Paige, lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. pag. 938.*
[g] *Louuetus, sup. pag. 13. & 26.*

Digitized by Google

Circa ann. 1125.

SANHELERIVS GALLICÈ S. ELIER.

Guillelmus Hamonis, vir illustris Fundator hujusce Abbatiæ: quæ postea vnita est cum cœnobio Cæsarisburgi.

CAPVT I.

GERSEIVM, Gersoium, seu Grisogium, vulgò Gersé. Insula est, I.
ad mare Oceanum, Diœcesis Abrincensis, vel (vt alii volunt) Constantiensis: in quam Sanctus Prætextatus, Archiepiscopus Rothomagensis, postea martyr, relegatus est, ann. 582. Itemque Malgerius, eiusdem sedis Archipræsul. ann. 1055. a Illustrior autem haberi cœpit, ex quo S. Helerius, illic à Vvandalis, martyrii palmam accepit. b Nam in honorem huiusce inclyti Athletæ Christi: constructa est insignis Abbatia, à D. Guillelmo *Hamonis*, viro nobili, & antiqui stemmatis apud Neustrios Heroe; in qua Canonicos Regulares Ordini S. Augustini posuit: ac tandem ipse excessit è vita, 21. Nouembris: cuius sic meminit obituarium Cæsaris-Burgi, 11. *Calend. Decemb. Guillelmus Hamonis, qui fundauit Abbatiam S. Helerij in Gersoio.* c

a *Vide in Archiepiscopo Rothomag. 17. cap. 30. §. 14. pag. 77. & 173.*
b *Saussayus, in Martyrolog. Gallican. 16. Iulij.*
c *Necrologium Abbatiæ Cæsarisburgi.*

Pluribus annis floruit & monasticæ vitæ obseruantia, & Regularis disciplinæ II.
exercitio: sicque factum est, vt dùm postea à Mathilde Imperatrice, Reginaque Angliæ cœnobium ædificandum foret apud Cæsaris Burgum: Diœcesis. Constantiens. ad mare Oceanum, canonici Regulares exindè accepti sint, sub Roberto eorum Abbate, vt hanc inhabitarent domum: quæ eam ob causam, ab ipsa S. Helerii Abbatia, subordinationem sumeret: cuiusquidem Abbatis memoria habetur in Necrologio præfato, 27. Ianuar. his verbis, 6. *Calend. Februar. Robertus Abbas S. Helerij, qui dictum locum à fundamentis ædificare cœpit.* d

d *Ibid.*

Postea verò, illa S. Helerii Abbatia, vnita est cum hoc Cæsaris-burgi Monasterio, III.
ann. 1185. ad instantiam D. Vvaltheri, Rothomagensis Metropolitani, totiusque Neustriæ Primatis, sub Henrico II. Angliæ Rege, ac Normaniæ Duces, teste Roberto, qui ea de re in hunc modum loquitur. „*Dominus Vvaltherus*, Rothomagens. „ Archiepiscopus, impetrauit à Domino Henrico, Rege Anglorum, vt Abbatia „ S. Elesii, quæ est in insula Grisolii, (al. Gerseii) quam Guillelmus filius Hamo„ni, fecerat in eadem insula, consilio, & auxilio Domini Regis, iungeretur Ab„batiæ de voto, quæ est iuxta Cæsaris Burgum; quam Imperatrix, mater Henrici „ Regis ædificauerat. Erat autem tripliciter ditior, tam in Normania, quàm in An„glia: quàm Abbatia de voto. Erat autem vtraque de Ordine canonicorum Re„gularium. Facta est itaque Abbatia de voto, mater & caput; habens & perenniter „ possidens Abbatiam de insula, & omnia sibi pertinentia: &c. e

e *Robertus à Monte, Sigebertus in Chronic. ad ann. 1184. Choppinus in Monastico. lib. 2. Titul. 2. §. 14.*

Ab eo igitur tempore Abbates Cæsaris Burgi: denominati sunt, *Abbates S. Helerij* IV.
& Cæsaris Burgi: sed paulatim, decrescente ipsa insulana Abbatia: ac tandem, relicto *S. Helerij* titulo, nuncupati sunt tantummodo, *Abbates Cæsarisburgi*. f Præfatum autem S. Helerii cœnobium, nunc Prioratus est: cuius memoria restat, apud D. Michaelem, in monte Tumba: iuxta Arboretanum præsulem. g *Qui & testatur, Gerzeium*, Gallicè, Gersay, *Templo Minoritanæ familiæ, non multis antea annis addictum, & consecratum; nuperrimè autem à sacrilegis & schismaticis quibusdam prædonibus, per summam impietatem dirutum, atque euersum.* h Quod confirmat illustrissimus princeps Gauzaga, Mantuanus Episcopus; dudum minister generalis totius Ordinis Fratrum Minorum. i

f *Vide infra, in Abbatia Cæsarisburgi.*
g *Cænalis lib. 2. De Re Gallica Perioche 5.*
h *Ibid.*
i *Gonzaga 3. part. Origin. Seraphic. Religion. in Conuentu Grandisvillæ, qui est, 7. Prouinc. Franc. Parisiens.*

RESSONIVM

RESSONIVM, GALLICE RESSONS.

Ann. 1125.

Fundatores, Benefactores, ac nonnulli Abbates, necnon illic Tumulati viri Illustres referuntur.

I. INITIVM sumpsit hæc Abbatia ex Prioratu Sanctimonialium ordinis Præmonstratens. quem construxerat vir illustris, Ausculphus *du Fay*, Dominus *de Senoox*, eodem tempore, quo fundauerat Marchiacensem Abbatiam; cui subdita fuit vsque ad finem sæculi 11. quando hic Prioratus commutatus est Abbatiam Religiosorum virorum eiusdem ordinis: filiaque extitit cœnobij S. Ioannis Ambianensis, ob monachos exindè acceptos. Est autem sita in planitie non mediocri, Diœces. Rothomagens. cui & DD. de Monte Caprario, *de Mon-Chevrelil* tam multa contulerunt, vt & propterea fundatores illius quoque, iure recenseantur. a

II. Ad eam pertinent, in Decanatu Caluimontis Diœces. Rothomagens. Cura de *Hibonuiller*; & Cura de *Ressons*: b in Decanatu Mellentino, eiusd. Diœces. Cura *Boscomont.* c Extat littera Guillelmi de *Mellento*, sub datum, ann. 1193. vbi continetur donatio facta per Drogonem de Mellento, Auum suum, Guillelmum de *Mellento*, Canonicum Beluacensem, & Petrum, fratrem eius, patrueles suos, de eorumdem Capellâ ac domo apud *Boisemont*; modò ei deseruiant duo Religiosi Canonici eiusdem Abbatiæ: cuiusrei gratia, multa etiam eis alia bona contulit sigillatim explicata, tam in præsenti charta, quàm in altera Regis Philippi confirmatiua, ann. 15. Regni sui: & Galterij, Archiepiscopi Rothomagens. Pontœsiæ data ann. 1201. qua testatum habetur, ea dilargita esse per præfatum Drogonem ex consensu Adæ, vxoris suæ, & filiorum, Richardi, Guillelmi, & Petri: & quòd Hugo de *Mellento* alia etiam dona ibid. fecerat. d

III. Porro, de Abbatibus huiusce domus, hi tantum nobis obuenerunt.

Petrus, qui notatur ann. 1150.

Subsignatur autem cuidam cartæ, pro Ecclesia S. Petri Beluacensis, ann. 1162. e obijt 4. idus Ianuar. f

Odo mortuus 7. idus Septemb. g

Circa ann. 1187. Abbates de Sylleio, de Falesia, & de Ressonio, deputati sunt à Capitulo generali Præmonstratensi, vt Abbatem primarium in cœnobio *Insulæ Dei*, instituerent, secundum statuta eiusdem Ordinis, h item, Abbas de *Ressons*, memoratur ad ann. 1213. carta 8. Abbatiæ Mortui-maris, titul. pro vineis de Noysiaco.

Claudius à Montemorentio, ann. 1565. i

Franciscus du Broc, Abbas Commendatarius.

Sacratur Episcopus Antisidorensis, Lutetiæ, in Ecclesia collegij Bernadinorum 4. Maij ann. 1640. à Lenoro *d'Estampes*, Carnotensi Episcopo, assistentibus, Dominico Seguiero, Meldensi, & Leonorio de *Matignon*, Constantiensi, Episcopis.

IV. Feruntur etiam inibi Sepultæ, sequentes Heroinæ illustres; Iacquelina de *Chastillon*, filia Ioannis de *Chastillon*, majoris domus Franciæ, vxor Petri *d'Aumont*, dicti, *Hutin*, primarij Regis Cambellani, necnon Auriflammæ custodis; mortua 17. Nouemb. ann. 1390. Humata sub Tumba eleuata. Item, Ioanna de Neella, vxor

a *Louvetus lib. 1. Antiquitat. Beluacens. cap. 1. §. 25. Gallia Christiana, in Archiepisc. op. Rothomag. & in Abbatijs.*

b *Louvetus sup. § 26.*

c *Idem §. 29.*

d *Dadinus cap. 8 Addition. ad vitam S. Nicasij Rothomagens. pag. 209.*

e *Louvetus, lib. 1. sup. cap. 11. pag. 451.*

f *Ex Obituario Sylliaco.*

g *Ibid.*

h *Insulæ; vbi & eo Abbatia.*

i *Quercetanus lib. Histor. Genealogic. cap. 3. pag. 296. & in probationib. pag. 033. & 031.*

secunda eiusdem Petri, defuncta 3. August. ann. 1408. & ipse Petrus postea mortuus 13. Martii, ann. 1413. ibid. sepulti. [l] Demùm hanc Abbatiam visitauit, tanquam Commissarius deputatus ab Abbate generali, Ioannes le Paige, Doctor Theologus eiusdem Ordinis: ex lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. pag. 998.

l Idem lib. 8. Genealogic. Histor. Castilion. Dewns cap. 1. pag. 427. Louuetus in Antiquatis nobilitatis Beluacens. pag. 53. verb. Aumont.

ANN. 1127.

BELLVM-BECCVM,

GALLICÈ, BEAV-BEC.

I. Fvndatur ann. 1127. [a] seu 1128. [b] Calendis Nouemb. in Regione Caletensi: vnumque fuit ex nouemdecim Monasterijs, quæ B. Gaufridus, Abbas 2. Sauiniacensis, diuersis in locis extruxit: [c] Itaque dicitur prima filia Sauiniaci cœnobii: sicque mansit sub instituto Sauiniacensi, ann. 21. post quos, suscepit, vnà cum matre, Cistertii leges, ann. Christi 1148. [d] cuius Abbas, vnà cum B. Serlone Sauiniacẽsi Abbate, Cistertium ad capitulum generale veniens, tunc Obedientiam præstitit. Normaniam occupat, in Diœcesi Rothomagensi nouicastri decanatu: cuius mentio habetur in iure cap. *Gratum.* De officio & potestate iudicis delegati. Item in cap. *Cùm causam* 62. de appellationibus. Et in libris Cameræ Apostolicæ notatur 400. florenor. præfixa taxat, pro Annatis soluendis. [e]

a Gallia Christiana, in ea Abbat.
b Menriquez Tom. 1 Annal. Cistertiens. ad ann. 1128. cap. 6. §. 1. & 2.
c Menardus lib. 2. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 1. Maij. in vit. B. Gaufridi.
d Menriquez Tom. 2 sup. ad ann. 1148. cap. 15. §. 1.
e Idem ac Gallia Christiana sup. & in Archiepiscopis Rothomag.

II. Refertur singulare exemplum hac in Abbatia euentum, quod, quia Conuentus commendat Sanctitatem, atque efficaciam fidei & precum, hic censui inscribendum. Conuersus quidam de Fratribus *Belli-becci*, quod est cœnobium Cisterciensis ordinis in *Normania*, cum iam morti proximus esset, monebant eum fratres, vt sacram communionem acciperet; quod ipse vehementer abhorrens, pertinaci animo recusauit. Laborantes itaque fratres per vnius ferè diei spatium, vt hoc ei persuadere possent: cùm suam industriam nihil in hac arte præualere cognoscerent, communi consilio decreuere spiritalem in Conuentu facere orationem. Congregati itaque in Ecclesia cuncti, multiplicatis Litaniis, & psalmis, in fletu & planctu Deum exorabant, vt periclitantem animam illam de profundo malorum eriperet, non eam in tali damnatione aliquatenus mori permitteret. Expleta autem oratione, clamare cœpit infirmus, & dicere. Eia, Fratres, succurrite, quæso, succurrite citius, & afferte Dominicum Sacramentum: ne fortè iterum partes aduersæ me inueniant imparatum. Hìc namque aderat modò ingens Demonum turba, à quibus vndique pressus, ita coarctabar, vt nullum suggerentibus possem dare responsum de salute mea. Ecce interim Fratres nostri, tam monachi, quam conuersi, in vnam aciem conglobati, cum magno impetu super Demones irruerunt; & singuli singulos inuadentes in manu potenti, & brachio excelso, omnes penitùs expulerunt, & me per Dei misericordiam, liberarunt. Hæc audientes fratres gaudio magno gauisi sunt; & abeuntes in instanti, sacrosanctum Domini corpus ei exhibuerunt. Ipse verò compunctus ac pœnitens, cum ingenti reuerentia, communicauit, & protinùs in bona confessione spiritum dimisit. [f]

III. Præterea, horum tantum Abbatum memoria nobis occurrit.

Osmo, ann. 1143. [g] *Richardus, ann. 1218.* [h]

Iurgium inter Abbatem Belli-Becci, & Nicolaum de *Monteigno* sopitur ann. 1207: ex Codic. MS. fol. 91. Lutetiæ apud D. Vvion d'Erouval, mentio de eodem Abbate habetur, ann. 1211. & 1218. ac 1227. [i]

Galtherus ann. 1261.

Interest Repositioni SS. Reliquiarum, apud Beluacum. [l]

Guillelmus de Saana, ann. 1269.

In Cartulario paruo Abbatiæ S. Audoeni Rothomagens. Titulo; Authentica Episcopor.

f Idem. Menriquez §. 8. ex Additis ad Magnum Exordiũ. §. 54.
g Ex Cartulario MS. Gofernensi fol. 17.
h Ex Cartulario Valasiæ,
i Vide in Archiepiscop. Rothomag. cap. 112. §. 9. Item cap. 113. §. 9.
l Vide infra in Abbat. 15. Mortuimaris.

Episcopor. carta, 39. ann. 1269. Dominica post Epiphaniam, memorantur Guillelmus de *Saana*, Thesaurarius Rothomagensis Ecclesiæ, Abbas Belli-Becci, & Ioannes, dictus *Faber*, olim Prior S. Audoeni.

Ioannes, ann. 1438. moritur.

Anno 1408. præsente Rege Franc. in Palatio Parisiensi, perorauit aduersus Benedictum Papam, pro vniuersitate Parisiensi, M. Vrsinus *Taluanda*, Neustrius, Doctor Theologus. [n] Et eodem anno coram Prælatis Franciæ, pro re eadem declamauit Abbas de *Caudebec*, (dicendum est de *Beaubec*) ordin. Cisterciens. Doctor Theologus, pro vniuersitate Parisiensi. [o]

m *Antiquitat. MS Norman. pag. 207.*

n *Monstrelet cap. 43. volumin. 1.*

o *Ibid. cap. 48.*

Ægidius, ann. 1443. Episcopus Constantiensis.

Petrus, interest Scacario Norman. ann. 1448.

Ioannes de Ramilly, in Scacario Norman. ann. 1484.

Guillelmus Bloquel. Ioannes Mauret, obijt 1527. Decemb. 21.

Claudius de la Guiche.

Prothonotarius Apostolicus, ann. 1530. frater Francisci, Abbatis Lucernæ. [p]

p *Petrus à S. Iuliano lib. 2. Antiquit. Matisconens. pag. 327*

Guillelmus de Monchel.

Oriundus ex loco de Monguillard, ann. 1534.

Laurentius Cardinalis Strozzi.

Cardinalis de Imola. Cardinalis du Prat.

Guillelmus Martel, moritur 1593.

N. de Clere, defunctus, ann. 1597.

Franciscus de Bouuier, ann. 1637. obijt.

Iacobus Bouuier.

Eius nepos, migrauit ad Dominum 12. Iulii 1641. Ex quibus omnibus clarè constat domum hanc minimè fuisse fundatam, ann. 1309. sed ditatam & augmentatam ingentibus bonis per D. Guillelmum à *Fiscanno*, Strenuum equitem, Belli-Becci Toparcham, qui dono dedit huic Abbatiæ, ipsam suam Baroniam Belli-Becci, similiter, Hugo de *Gornayo*, vir illustris dedit eidem cœnobio, ann. 1387. terram *de la Rostiere*, cum alta iustitia. [q] Quid iuris autem habeat hæc Abbatia in sylua Leonum, vide Codicem MS. sup. fol. 158. Lutetiæ. Abbatia de *Briostel* seu, de *Lanneyo*, Beluacens. Diœces. fundata ann. 1137. filia est *Belli-Becci*.

q *Antiquitat. MS. Norman. sup.*

Google

ANN. 1128.

S. BARBARA, GALLICÈ S. BARBE EN AVGE.

De primaria Fundatione hujusce Prioratus, ob Reliquias S. Barbaræ Virginis & martyris ibidem allatas; & mirabilia ad ejusdem instantiam illic Diuinitùs edita: quibus permoti Fundatores, insignem extruxerunt Basilicam: quem Canonicis Regularibus, sub B. Guillelmo primo Priore inhabitandum tradunt.

CAPVT I.

I. TOT ac Tanta de hujusmodi singulari totius pietatis atque sanctitatis delubro, nobis referuntur: vt proindè res inibi gestas, non promiscuè, sed ordinatè discutiendas & proponendas duxerimus. Igitur locus hic valdè amœnus est, pratis & riuis, atque collibus à natura excultus: situm habens, vbi *Algia*, Regiuncula pinguissima, ferax incipit solum, in Diœcesi Lexouiensi, per vnam leucam à Petropoli Diuensi: illic consurgit celeberrimus Prioratus Claustralis Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Deo, Optimo Maximo in honorem S. Barbaræ, Virginis & Martyris, consecratus: a de quo nobis præsens sermo; modò, quæ priora antecesserunt tempora ediderimus: ex veteri Codice MS. rem ab ouo expendamus.

a Morlent Prosinerre, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 21. Canalis lib. 2. de Re Gallica Periocha 4. Innocentius Cironius, in notis ad Quintam Compilationem Epistolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 1. Titul. 5. de Electione cap. 5. Constitutis.

II. „ *Ante annum* ab Incarnatione Domini sexagesimum supra millesimum, eo ipso
„ in loco, in quo nunc Ecclesia Beatissimæ Virginis & Martyris Barbaræ sita est,
„ erat Ecclesia Parœchialis vici de *Scajolo*, vel saltem Sacellum, nomini B. Martini,
„ Turonens. Episcopi consecratum. Porro hujus pagi Dominus, siue Baro, erat
„ tunc temporis, Odo *Stigandus*, è nobilissima prosapia Oriundus; quippe, qui cu-
„ jusdam Romanorum Imperatorum consanguineus; insuper à Francorum An-
„ glorumque Regibus ducebat originem, & Græcis Imperatoribus Isaacio Com-
„ neno, & Constantino Ducillo, Camerarius, diu in Palatio Constantinopoli
„ seruiuit: linguæ etiam Græcæ, aliarumque plurium apprimè gnarus; hominibus,
„ equis, ac auibus ægris, prodesse poterat. Huic duo filij erant, quorum majori
„ natu, Mauritius; secundo, Robertus: & filia vna, cui nomen Agnes erat. Igi-
„ tur Robertus, peregrinatus in Græciam, à quodam viro principe, Reliquias S.
„ Virginis & Martyris Barbaræ, obtinuit: quas secum in Normanniam asportans,
„ fratrem suum Mauritium inuenit grauissima detentum ægritudine. Adfuit his
„ locis, spiritu simul & corpore B. Barbara, & Mauritio apparens, jussit eum sta-
„ tim sanitati redditum, patrem suum conuenire, vt officium in suæ passionis me-
„ moriam facturus, Ecclesiam adiret, quoniam ea ipsa dies esset, qua de corporis
„ ergastulo, in æternam Beatæ vitæ libertatem euolarat. Surgit illicò Mauritius, &
„ tum de recepta sanitate, tum, & multò magis de visione, lætus, patri suo Odoni
„ rem ex ordine, vti viderat, & audierat, exponit; qui filium adeò repentè sanum
„ videns, nihil de re dubitauit, sed mandato obtemperans; illicò Reliquias per
„ manum Roberti, filij sui, qui eas de Græcia, vt diximus, super aurum & Topa-
„ zium, sibi pretiosas, atulerat, in supradictam Ecclesiam B. Martini de *Escajolo*
„ inferri jussit, & officium B. Barbaræ, summo, quem Angustiæ temporis pati
„ poterant, honore, celebrari curauit. Posteaque præbendas, & sex canonicos sæ-
„ culares instituit, qui Diuinum officium quottidiè in ea Ecclesia peragerent: quæ
„ deindè

„ deindè, ob miraculorum frequentiam, quæ in honorem B. Barbaræ, Deus, Optimus Maximus operabatur, nomen eius accepit: Atque hæc de prima fundatione, sub Guillelmo Notho, Normannorum Duce, quam ipse, sigilli sui munimine confirmauit: &c. [b]

III. Exindè, ob ingentia mirabilia, quæ in dies Omnipotens operari dignabatur, ad inuocationem ipsius S. Barbaræ, locus hîc cœpit à fidelibus amplius frequentari: & de collocandis illic Religiosis viris, vt piorum deuotioni fieret satis, sermo haberi: quem ita prosequitur idem Codex vetus MS. „ *Odone Stigando*, primo fundatore Ecclesiæ S. Barbaræ, Christianissimè defuncto, 17. Nouemb. & in claustro monasterij SS. Petri Apostoli, & Audoeni Episcopi, per Nicolaum, eiusdem loci Abbatem, Rothomagi honorificentissimè tumulato; sedente Romæ Alexandro II. summo Pontifice; Philippo, Rege Francorum; & Maurilio, Rothomagensi Archiepiscopo, qui & illius exequijs interfuit: Mauritius, filius eius, natu major, ad quem Baronia de *Scajoleo*, in partem hereditatis deuenerat, beneficij à Sancta Barbaræ, vt initio vidimus, accepti non ingratus, castellum patris sui, quod in ea situm erat (vt indicant extantia nunc etiam eius vestigia, & dicebatur vulgò, *Mansio Odonis*, vndè postea toti pago nomen; *Mexidon* enim dicitur, quasi *Maison d'Odon*) euertit, & ex eo Augustam hanc Basilicam, loco Prioris Sacelli, in honorem S. Barbaræ construxit. Qui tandem absque liberis, vnà cum fratre suo Roberto decedens, & sororem suam Agnetem omnium patris sui bonorum hæredem reliquit. Nupsit autem Agnes *Rabello*, Camerario, *Guillelmi* Camerarij, Baronis de *Tancarvilla* filio, ad quem proindè patronatus *Mexidonis* deuolutus est.

IV. „ Porrò, vir quidam, aliquantò antea, ex diuturno calculi morbo, meritis B. Barbaræ, sanatus fuerat; calculum enim ouo magnitudine parem simul cum vrina, sine læsione emiserat. Hic impetrato à Canonicis (inter ea quæ nuper adhuc in cœmeterio extabant) se suaque Ecclesiæ seruitio deuouit; & S. Barbaram omnium bonorum suorum hæredem scripsit. Post multos verò dies, eo vita functo, *Rabellus* Camerarius, quorumdam sugestione, bona illius, prætenso jure Dominij, inuasit: nec ea vnquam Canonicorum precibus relaxare voluit. Facta est igitur super eum manus Domini, quæ tanta subitò raptorem ægritudine perculit; vt breui, desperantibus medicis, ad mortis fauces propinquaret. Agnes, vxor eius, admodùm pia fœmina, deficiente omni humano auxilio, ad Diuinum se conuertit, & nudis pedibus ad Ecclesiam S. Barbaræ veniens, coram sacris Reliquijs, salutem viro suo deprecatura, in orationem se prostrauit: sed indignationem pro misericordia, ex ipsarum Reliquiarum miraculoso fremitu, deprehendit. Vndè tristitia majori dejecta, virum suum adit, & auditum fragorem cœlestis indignationis argumentum ipsi denuntiat: qui culpam agnoscens, & pœnitens, quicquid ablatum fuerat, illicò reddi præcepit, vouitque se, si B. Barbaræ precibus, vitam & sanitatem reciperet, Regulares Canonicos in eius Ecclesia sæcularibus subrogaturum; plures prioribus aggregaturum: eiusdem Ecclesiæ fundum & terminos dilataturum. Quo facto, de infirmitate conualuit: vtrumque quod vouerat, non solum reddidit, sed vberius quàm decreuerat adimpleuit.

V. „ Adductis igitur ex Augensi cœnobio, rei seruandæ & disponendæ causa, fratribus, quærebat vndequaque virum idoneum, quem huic negotio præficeret; cùm ecce cujusdam Regis Thesaurarij benè sibi noti à curia in desertum & solitudinem, recessus, ad eius aures peruenit. Ille autem vocabatur *Guillelmus de Ebroicis*: qui, vt in eius vita, postea dicemus, mundum deserens, in eremo, *Castro Britolio* adjacente, habitum Religionis assumpserat. Hunc *Rabellus* consilijs suis aptissimum, ratus; à Rege, & Episcopis, vnà cum litteris, quibus hoc ei onus demandabatur, impetrauit. Coactus igitur est Guillelmus de nido suæ conuersionis exire, domusque Regularis ordinandæ curam, adhuc in ordine recens, suscipere, qui Abbatis nomen, pompæ contemptor, qua malè in sæculo vsus fuerat, prorsus refugiens, Prioris nomine & officio contentus est. Duxit autem secum duos fratres, viros strenuos, qui de ciuitate Rothomagensi, apud desertum, relictis opibus, Religionis causa, se contulerant, Emalam, scilicet, & *Robertum*,

[b] *Ex Antiq. Cod. MS. Prioratus S. Barbaræ in Algia; cui Titulus vera narratio fundationis Ecclesiæ & monasterij seu Prioratus Conuentualis S. Barbaræ in Algia, Lexouiens. Diœces.*

„ & iste est Hebertus, qui post mortem Guillelmi Prioris, sub patre *Daniele*, à late-
„ re dextro Ecclesiæ, aulas hospitum, officinasve fratrum, per sexdecim annos in-
„ stanter ædificauit: ac per eas, aquam fluminis, magno sumptu, ac sudore, addu-
„ xit. Hi tres in nomine sanctissimæ Trinitatis, Ecclesiam S. Barbaræ, comitante
„ obedientia, vnanimiter adierunt: seque in ea omnibus diebus vitæ sub S. Augu-
„ stini Regula militaturos, voto pari, Domino obtulerunt, anno à reparata salu-
„ te, 1128. gaudente fundi Domino, & fauente *Ioanne*, Episcopo Lexouiensi.
„ Quia porrò in Ecclesia, quæ nunc S. Barbaræ dicitur, in honorem, D. Martini
„ ab antiquo fundata & dedicata fuerat, illatis verò in eam Reliquijs (vt diximus)
„ S. Barbaræ Virginis & Martyris, eam ipsa nomini suo, ob miraculorum frequen-
„ tiam, vindicarat; idcircò Prior Guillelmus, in sigillo capituli eiusdem Ecclesiæ,
„ vtriusque imaginem insculpi fecit; versiculo breuitate laudabili circumscripto.
„ In re Martini Barbara nomen habet. Alium quoque similis formæ in proprio si-
„ gillo insculptum habebat. Si rectè viuis fac mihi quod tibi vis......

„ Factum est autem Diuina, vt credimus, ordinatione, vt Regina virginum, Vir- VI.
„ go Maria, quæ vbique dominatur, aduenienti famulæ suæ tanquam Barbaræ, in
„ domesticis suis, quasi mater honorificata, occurreret; mittens ei de clero suo vi-
„ ros illustres, qui in eius Ecclesia, & regulariter Deo inseruirent, & ipsam Eccle-
„ siam bonis temporalibus & spiritualibus propagarent, vndè, non immeritò,
„ Ecclesia S. Barbaræ vterina filia Rothomagensis Ecclesiæ dicitur: quia de choro,
„ tanquam de vtero eius, exisse illud examen dulcifluі operis, feruens artifex com-
„ probatur. Fratres verò Augensis cœnobij aduenientibus sanctæ hereditatis pos-
„ sessoribus; ad domum suam, formata deinceps inter vtrosque familiaritate, re-
„ gressi sunt. Prior autem Guillelmus, cùm vitã parcam nimis & austeram duceret,
„ cum ijs, quos secum adduxerat, inuenire non poterat tantæ parcitatis consortes.
„ Quapropter altiore vsus consilio, rigorem propositi temperauit: & cœperunt
„ ad eum fratres, maximè Rothomagensis ciuitatis confluere; inter quos, pater
„ eius, & duo ex fratribus, quorum memoria in benedictione est, aliæque venera-
„ biles personæ, de præfata vrbe fuerunt. [e]

[e] *Idem Codex MS. Parte 2. De secunda Fundatione S. Barbaræ, & Institutione Canonicorum Regular. Ordin. S. Augustin. Ibid. degentium. Item Antiquitates MSS. Norman. pag. 377.*

Camerarius Fundator, Rex Angliæ, alijque viri Illustres, possessionibus latifundijs, & exemptionibus: summus verò Pontifex (ad quem semel & iterum perrexerat, vir Dei, Guillelmus, Prior) priuilegijs, immunitatibus & gratijs Apostolicis, hunc Prioratum locupletant, condecorant, & muniunt aduersus, æmulorum insultus.

CAPVT II.

FVndatæ huic Domui, subsistentia atque firmitate opus erat; I.
quapropter, & bonis temporalibus, & donis spiritualibus augenda atque communienda fuit. Qua de re sic edisserit præfatus Codex MS. „ *Videns autem* Camerarius ramusculum nouellæ plan-
„ tationis, bonæ spei flores producere: Prioribus donis adjecit
„ *Mesnil-Girard*, in Normania, *Bexfort*, & *Colesteordiam* in Anglia.
„ Quæ dona, cùm Prior Guillelmus à Regia majestate in perpetuã
„ eleemosynam confirmari postulauisset, Rex, *Bexfort*, quod Regia corona patri
„ *Rabelli* dederat, confirmare in eleemosynam penitus renuebat. Sed Prior, quia
„ Regi, eiusque Consiliarijs familiaris, & quasi de Curia, erat, instans opportu-
„ nè, importunè, tandẽ opitulante Deo, quod petijt, impetrauit. Obtinuit quoque
„ vectigalium Regalium, & etiam Pontagij immunitatem. Pontagium verò vocãt,
„ quinque argenteos, quos ministri Regis, pro singulis equis, per pontem in na-
„ uim ascendentibus & transfretantibus, exigebant. Porrò, Ioannes, Lexouiensis
Episcopus

Digitized by Google

„ Episcopus audit; quod Rabellus Camerarius, Ecclesiæ B. Barbaræ, *Manerium Giroldi*, contulisset, Cartam protulit; quæ iam dictum Manerium, à Roberto, „ (post fratrem suum Richardum 2.) Duce Normannorum Ecclesiæ Lexouiensi „ datum fuisse testabatur. Facta est ergò ea de re contentio longa inter Ioannem „ Episcopum, & Guillelmum Priorem; sed tandem Prior obtinuit. Orta est quo- „ que alia disceptatio, super quadam terra, quam Camerarius Ecclesiæ S. Barba- „ ræ dare volebat: sed eam, quia litigiosa erat, prior suscipere renuebat. Quidam „ enim miles, nomine *Adam de Maquetio*, terram ipsam calumniabatur, seque eam „ dicebat debere de Camerario in feodo & hæreditate, tenere. Cùm ergò Came- „ rarius totam illam dare vellet, & prior, propter calumniam talem donationem „ differret, tandem, fauente Camerario, hunc finem illa contentio sortita est: „ mediam partem habuere Canonici, reliquam verò supra memoratus Adam, de „ ipsis in feodo, ea conditione tenuit, vt bis in anno, ad necessaria eorum „ infra Normanniam, itinera, bis pro eorum beneplacito, equum commodaret. „ Post hæc, videns Prior in Ecclesia S. Stephani de *Mesnillo Mangerij* (*du Mesnil Manger*) præbendas quasdam esse pauperes quidam, illas, & paucas, sed reuera „ Canonicis in posterum plurimùm profuturas: fauente *Arnulpho*, Lexouiensi „ Episcopo, & illius Ecclesiæ Aduocato, eas Ecclesiæ S. Barbaræ prouidus futu- „ rorum adiecit. a

a Codex MS. sup.

II. Curauit insuper vir Dei Guillelmus, suum Prioratum authoritate Apostolica roborari, & congregationem suam nouellam benedictione vicarij Christi confortari. „ *His ita se habentibus* (ait idem MS. Codex) Prior Guillelmus ad summum „ Pontificem iter agressus, Domum suam in ordine Canonicorum Regularium, „ eique dona Regis & Camerarij, Apostolicæ dignitatis priuilegio, fecit confir- „ mari. Roma autem regressus, in ordinanda domo, maximèque Ecclesiæ officio, „ multam & longam operam nauauit. Cuiusquidem officij ordinatio pluribus adeò „ placuit; vt ea Archiepiscopi, Episcopi, alijque complures prælati, in Ecclesijs „ suis, celebriter vterentur. Abbreuiationes etiam Euangeliorum scripsit, quæ „ Dominicis diebus, in Capitulo legi consueuerant. Hymnis quoque, & quibus- „ dam Sequentijs, delectabiles cantus apposuit; quippe qui cantor egregius erat. „ Sed conuersa est in luctum cythara eius, quando de morte Henrici I. Regis An- ann. 1135. „ glorum, lamentabile, filijs pacis accidit infortunium; quod obitu Camerarij, „ Domui fuit non multò post tempore duplicatum. Paruula siquidem adhuc erat, „ & sicut Prior scripsit Domino Papæ, primos gressus Religionis attentans, par- „ uula erat; sed tamen vbera iam habebat.

III. „ Nam per idem tempus, cùm Constantiensis *Algarus*, vir religiosus ac timens „ Deum, Canonicos Regulares in Ecclesia S. Laudi *Constantini* collocare decre- „ uisset; illuc, Duce Guillelmo, priore, bonorum coadiutore, primum Conuen- „ tum adoptionis filios ibidem Domino paritura, eosque sanæ doctrinæ lacte nu- „ tritura, direxit. Reuoluto itidem anno, ea scilicet Dominica, in qua canitur of- „ ficium, *Lætare Hierusalem*, *& Conuentum facite*, &c. Conuentum è suis fratribus „ idem Prior Guillelmus induxit in Ecclesiam eiusdem S. Laudi, apud *Rothomagum*, præsente Hugone eiusdem vrbis Archiepiscopo, & Algaro Episcopo „ Constantiensi, quem prior, quia vtraque Ecclesia de iure eius erat, ad tam bona „ opera compellebat; & illuc quidem secum duxit G. alterum fratrem suum, „ qui apud S. Barbaram, habitum religionis susceperat, vt in illa videlicet Eccle- „ sia, regulariter viueret, cuius præbenda sæculariter fuerat potitus.

IV. „ Interea Regno Anglorum in se diuiso, secuta est Ecclesiarum Dei non parua „ desolatio: quicumque enim viribus, præualebat, aggerem erigebat, castrum fir- „ mabat, Ecclesiarum & Monasteriorum possessiones atrociter inuadebat. Atque „ hinc factum est, vt quidam Guillelmus *de Bello-campo*, Canonicis de *Bexfort*, cru- „ deliter extirparet: quo audito, prior in Angliam properè transvectus, fratres „ eiectos magna instantia restituit. Cùm videret autem Episcopos, tamquam canes „ mutos, lupis allatrare non audentes, Romanum Pontificem iterum adire coactus „ est: à quo viterbij inuento, litteras importuno tempore, opportunas postula- „ bat. Sed re de crastino in crastinum dilata, tandem dies S. Barbaræ Martirij ad- „ uenit; quem opportunum vrgendo Pontifici Prior arbitratus est. Itaque ad „ eum, iam sacris altaribus astantem, accedens, rogauit; vt petitionis B. Barbaræ,

,, eo die, quod festum ei erat, & quo memoriam passionis eius facturus erat, me-
,, minisset. Qui blando vultu arridens; rem eo die confectam iri, pollicitus est.
,, Imminente autem solemnitate B. Nicolai, Cardinalis Hiacinthus, tunc tem-
,, poris nominatissimus, priorem rogauit, vt illo festo, præcentoris officio fun-
,, geretur; quodquidem officium, dispositis in choro cantoribus, & *Rotholdo*, tunc
,, Ebroicensi Episcopo, postmodum Archiepiscopo Rothomagensi, ex opposita
,, parte chorum regente, magno cum omnium fauore, & plausu, vt erat vsus &
,, cantus Ecclesiastici peritissimus, dulcifiua vocis modulatione, consummauit.
,, Hic *Rotholdus* Priorem, euntem vsque ad Curiam Eugenij Papæ, sumptibus suis
,, satis liberaliter sustentauit: redeuntem verò Abrincensis Episcopus; *Richardus*,
,, cognominatus *de Solemnio*, non minus honorificè procurauit. Hi duo Antistites
,, cùm Romam pariter proficiscerentur, à prædonibus quibusdam capti, & in ca-
,, strum sunt deducti; quo viso, Prior cruce acu pallio affixa, statim pertransiit,
,, & Episcopum, in cuius Diœcesi castrum illud erat, conueniens, cum eo egit,
,, vt secum mitteret, qui sacrilegis anathematis sententiam minarentur, nisi capti-
,, uos liberos dimitterent. Instabat Prior, vt in talibus nouerat esse instandum:
,, nec mora: socios, & patronos suos, sua instantia liberauit; non solùm in sua,
,, sed in aliena quoque terra, probatæ virtutis virum se esse demonstrans, probata
,, enim virtus corripit insipientes.
,, Igitur Apostolica fretus auctoritate remeauit in Angliam, vbi Pontificibus, V.
,, & prædonibus terribilis factus est; quia Apostolicæ sententiæ opprobrium per-
,, timescebant, venit autem ad Vvigorniensem Episcopum, qui damna sua apud
,, eum conquerenti, respondebat se modò ius illi redditurum; & iterum, atque
,, iterum venienti, idem responsum dabat, præsul de iniustis iustitiam facere diffe-
,, rebat: Prior instanter ac frequenter, sed inaniter, serius segnitiem stimulabat.
,, Vnde factum est, vt fortes quærerent animam Prioris, sed quia fœliciter conser-
,, uauit Ecclesiam sibi à Deo commissam, Deus conseruauit illi misericordiam
,, suam; eripiens eum de manu fortiorum eius, de periculis in mari, periculis flu-
,, minum, periculisque latronum. In itineribus sæpè vno pedite contentus, sarci-
,, nula sellæ astricta: cùm ab insidiantibus, quis, vel vndè esset interrogaretur?
,, Se Præsbyterum S. Martini, *de Scalolea* esse respondebat: quemdam viculum ei-
,, dem Ecclesiæ proximum esse intelligens: quem ipse, & eius successor, eo quòd
,, ab illa parte, Regulariter viuentium domicilia aptius construi poterant, num-
,, motum, terrarumque commutatione, in suum Dominium redegerunt, Guillel-
,, mus verò *de Pleenille*, sic dicti territorij Dominus, partem eiusdem viculi, quæ
,, emenda remanserat, emit, emptamque Ecclesiæ S. Barbaræ, laudabili deuotione,
,, donauit.
,, Porrò, Prior Guillelmus, modo apud *Bexfort*, modò apud *Celestiordiam*, vtriuſ- VI.
,, que possessionis defensor indefessus, vtrobique, pro tempore, morabatur; Lincol-
,, uiensi quoque Episcopo, vt gladium Ecclesiasticæ vindictæ, in hostes Ecclesiæ vi-
,, braret, authoritate Apostolica vehementer instabat: sed gladius phinees nimis
,, obtusus erat illis diebus. Pacatis igitur, vt poterat, rebus, iterum ad suam Eccle-
,, siam remeabat, sicque frequenter iens & rediens, plurima, terra, marique peri-
,, cula passus est. Sæpè etiam procellis iactatus: ea tamen vice, homines fluctibus
,, ferociores inuênit. Nauis enim qua vehebatur, iniqua vi ventorum, *Pontino* pago
,, apulsa, irruentibus statim prædonibus est circumfusa: quo in periculo vir multa
,, expertus, calceis nimimos infarcire præcepit, sicque inter plantas, & soleas recō-
,, diti, manus rapaces euaserunt. Ipse tamen in illius tempestatis articulo, graui æ-
,, gritudine correptus, pristinis viribus admodùm destitutus est. Quæ cùm audisset,
,, *Hebertus*, frater illius illuc quantocius conuolauit; cumque indè sublatum,
,, paulatim vsque ad cœnobium *Gemeticense* perduxit, vbi super eum morbus ingra-
,, uescens vehementiùs incubuit; vnde monachi, vt postea innotuit, iam corpus
,, eius honorificè sepultum retinere parabant: sed nondum dies Mathatiæ appro-
,, pinquauerat.
,, Interea, hostibus eius in Anglia consilium fuit; vt fratribus apud *Bexfort* VII.
,, commorantibus, relicto tantùm vnde viuerent cætera asportarent. Quo audito,
,, Prior plures Canonicos transmisit in Angliam: quorum acies quamuis minima
,, tamen

„ tamen ordinata inimicis suis terribilis erat. Et quia non decebat, vt tot fratres „ ad Ecclesiam extra septa positam, singulis diebus procederent: oratorium in honorem S. Barbaræ Virginis & Martyris (in quod ipse nonnullam partem eius Reliquiarum intulit, vt ipsa possessionem suam suo deinceps prælidio, vt fecit, tueretur) intra aream ædificari iussit; quod & apud Celesteordiam similiter factum est; Vbi, sicut apud Bexfort, fratres Diuina officia celebrabant. Porrò, quia apud *Bexfort*, victualium copia maior erat, ibi etiam scriptores habebantur, quorum opera, sicut & multa alijs vsibus necessaria, eo quòd illius temporis moneta extra Angliam, penè reprobabilis erat, ad S. Barbaræ Ecclesiam, in Normanniam, mittebantur. Erat autem inter fratres, tum de benè ordinanda conuersatione, cùm de tuenda possessione, tam sancta quottidiè æmulatio, vt etiam apud hostes benè audirent. b — b *Idid. sup.*

Idem Seruus Christi, Guillelmus Prior, pro spiritu intelligentiæ, varijs adhibetur negotijs; strenuè occurrit laïcis, clericis, & Prælatis in suos insultantibus alumnos: maximè postquam, tertio Romam adiens, summum consuluisset Pontificem; multa acquirit Monasterio: tum demum post complures exantlatos labores sancto fine quieuit.

CAPVT III.

I. SAnè, velut quidam mercenarius à manè vsque ad vesperam, ex denario diurno, compromisso, à magno patre familias strenuè & indefessè laborauit in excolenda ista vinea Domini. Ab initio quippe nascentis huiusce congregationis vsque ad obitum suum, non destitit vir Dei, Guillelmus Prior, sedulò operam nauare, pro illius incremento, & propagatione: Quot enim aduersa passus est? quas sustinuit contradictiones? seu quæ vitæ ac miseriæ incommoda non pertulit: & forti ac æquo animo, pro suo ordine, non sustulit? Nonnulla superius vidimus, cætera perstringamus ex eod. vetusto Codice MS.

II. „ *Prior verò* pro varijs rerum euentibus, hodiè in Anglia, cras in Normania erat: nam & ipsa Normannia pluribus Dominis seruiebat: ipse autem, cùm esset vir consilij, & in causis difficilioribus, viuus & efficax, plerumque ab Angliæ Primate, Theobaldo, Cantuariensi Archiepiscopo, plerumque ab Imperatrice *Mathilde*, consilij causa, vocabatur: quæquidem Mathildis ei, eiusque domui, singulis diebus, sex argenteos in perpetuam eleemosynam contulit, apud Claudiocestriam colligendos: quem redditum post mortem Prioris, Henricus II. Angliæ Rex Imperatricis filius, in suum dominium reuocauit: Prior tamen pensionem illius multis diebus obtinuit, ac super hoc cartam Imperatricis moriens, dereliquit. a

III. Cùm autem *Ludouicus*, Francorum Rex, Hierosolymitanam expeditionem ex Eugenij III. Romani Pontificis consilio, cum suis commilitonibus susciperet, electi sunt ab eodem Pastore, insignes duo Episcopi, Lingonensis, videlicet, & Lexouiensis: qui, vice eius, in regimine populi Christiani, cum præfato Rege in Hierusalem profecturi, fungerentur; electorum vnicuique indultum est, in Prouincijs suis viros eligere, dignos vocari in partem regiminis. Vnde, Lexouiensis Episcopus, *Arnulphus*, in sua, Guillelmum Priorem, vitæ & vitæ suæ custodem pariter & consortem elegit. Quapropter Conuentus Ecclesiæ S. Barbaræ, gratiam super hoc habere cupiens, capitulum, non authoritate Apostolica, sed benignitate paterna introiuit: fratres orans; vt æquo animo ferrent, quòd eum facere negotij instantis necessitas compellebat. Authoritati Apostolicæ obniti fas non fuit: Recedente verò Episcopo, patrem filij vnanimiter implorabant, ne titubanti adhuc — a *Idem vetus Codex MS. i. sup.*

Domui columnam subtraheret; eóque magis instabant, quo majorem in eo eundi, quàm remanendi voluntatem aduertebant. Tamen, quia non potest mater non misereri filij sui vteri, concussa sunt viscera eius; eisque se Domino Papæ, qui tunc *Antissiodori* morabatur, statum domus suæ fideliter expositurum, & quòd ille sibi injungeret, facturum promisit. Quo impleto, cum gratia & pace Domini Papæ, & Domini Lexouiensis Episcopi, ad solitam sollicitudinem regressus est: subrogato Ecclesiæ Lexouiensi, D. Ebroicensi *Rotholdo*, qui quamdiu custos Episcopatus fuit Ecclesiæ S. Barbaræ mirum in modum fauit.

Interea, Fratres in Anglia, multas aduersantium injurias perpessi, Prioris aduentum pendula semper expectatione suspensi desiderabant: Guillelmus etenim de *Bello-campo*, filius iniquitatis nocere apponens, non tam quotidiè, quàm continuè, eos infestabat; iterum enim eos in patria manere prohibitos, de *Bexfort* ejecerat. Episcopus Vvigorniensis, in cujus Diœcesi jacebat fratribus ablata possessio, quamuis à Legato, & Archiepiscopo jussus, vt jus redderet, sententiam in malefactores pronuntiare noluerat: sed tergiuersando, quotidiè eludebat. Quapropter crescente luporum audacia, & pastorum ignauia, crescente quoque de die in diem diuisione, desolatione, pacisque Regni Anglorum desperatione: tertium ad summum Pontificem iter arripuit. Qui in medio itinere obuium habens *Arnulphum*, Lexouiensem Episcopum; quales ab eo Romam eunte popo sceraț litteras, seu diplomata, accepit. Parte igitur nummorum, quos secum ferebat, domum remissa; bonus pastor suis subuenturus ouibus, recta via, in Angliam properauit. Oues luporum dentibus jam patentes, desiderato pastoris aduentu, sunt lætatæ: lupi verò inopinato illius occursu, conturbati. Tandem ergò Pontifices, inobedientiæ peccatum metuentes, Diuinæ maledictionis sententiam in malefactores, auctoritate & mandato Apostolico, pronuntiare coacti sunt: quibus sic anathematis vinculo inodatis, Prior in Normanniam redire proposuit. Cúmque jam viæ se dedisset, misit post eum Guillelmus de *Bello campo*, specialis fratrum persecutor: vt secũ, priusquã nauim conscenderet, loqui dignaretur. Qui ad eum reuersus, Tyrannum de sua iniquitate corripuit, & de corrigendis, quæ impiè gesserat, admonuit: tandemque amicis de pace hinc indè tractantibus: inter eos hujusmodi conuentio intercessit. Prior per homines suos sacramenti religione, summam damnorum, quæ Tyrannus ille intulerat, probari fecit: ea verò computata est ad trecentas marcas argenti, de quibus singulis annis reddi debebant saltem marcæ quindecim: Guillelmus autem de *Bello campo* super textum S. Euangelij, vnà cum Galtero & Petro, suis fratribus, se deinceps super *Newarsam Bexfort*, nil moturum, jurauit, donec præfatam summam integrè restituisset. Nam priùs ad se pertinebat, hæreditario jure; quippe quod fundatum ab eius matre, nomine, *Rojoia*, contingere sibi dicebat. Misit quoque in Normanniam quemdam clericum suum; qui vice eius, à Conuentu S. Barbaræ, quem toties offenderat, cum omni humilitate veniam postularet. Prior verò per litteras, insinuauit, vt prostratio, & clamor in majore Missa, per singulos dies, à Ministris Altaris, à toto Conuentu, ante perceptionem sacramenti, fieri solitas, eodem præsente fieret, sicque cessaret: volens scilicet, relatu Clerici, Dominum suum ab inuasione solita penitùs deterrere. Atque hæc ideò retulimus; vt agnoscant cæteri, quanta priores, pro nouellæ Domus defensione, pertulerint, viuatque fortitudo ea parentum in moribus filiorum. b

b Ibid.

V. Horum igitur impugnatione sic sopita, ab alijs tamen hostibus requies non fuit: quibusdam adhuc Stephani Regis, cæteris Henrici Imperatricis filij partes tenentibus, sed reuera, prædis & rapinis gaudentibus: Fratres multis noctibus messes per aceruos, intra murorum ambitum congregatas, velut in acie positi, ante & post matutinas, distributione Vicaria, seruare cogebantur. Ipse etiam Prior Guillelmus, cui de congregandis & conseruandis, cura & sollicitudo principaliter incumbebat: primas vigiliarum partes, adhibitis canibus, latratu & magnitudine terribilibus tenebat.

VI. Ex his omnibus, patet quanta virtute, & animi magnitudine præditus fuerit primus Prior noster Guillelmus, & quàm potens fuerit in opere & sermone; talem quippe gratiam, inter cæteras, quas postea referemus, Diuina munificentia contulerit, vt ipsi potentes, operis & sermonis eius potentiam pertimescerent. *Philippum*, Bajocensem Episcopum, virum cordatum, suisque aduersarijs sola vultus

fus feritate terribilem, hic adegit: Vt locum S. Albini, quem à nobis auferre, modis omnibus nitebatur, non solùm liberum, & quietum dimitteret, verùm etiam Priorem euntem ad Remense Conciliũ, cui præerat Eugenius III. suis sumptibus, honorificè duceret, atque reduceret. *Ioannis* Episcopi Lexouiensis, qui ei inuidere, ac aduersari videbatur, sæpè cornu contriuit. Capellam B. Mariæ de *Boterells-villa*, quam Presbyter illi seruiens, Parœchialis Ecclesiæ nomine, in Rotulo Episcopali, viribus Episcopi, contra Priorem niti volens, scribi fecerat: ipse Prior, diu reluctante, sed non præualente Episcopo, de Rotulo Episcopatus deleri fecit. Possessionem nostram de *Agego*, quæ fuerat patris, & fratrum suorum, à fratre suo Richardo, super Altare Ecclesiæ S. Barbaræ offerri, & in perpetuam eleemosynam confirmari, curauit: nihil cum ijs habens commune; quorum cura est de rebus Ecclesiæ, parentes ditare. Capellam quoque S. Michaelis de *Salquantia*, quinque tantum solidos Andegauenses annua pensione reddentem, longo sudore in suam jurisdictionem redegit. Ecclesiam S. Mariæ de *Texta*, ab aduersarijs, qui etiam in Canonicos vsque ad verbera exarserant, post multos labores, eorum signifero, ergastulo Regis injecto, liberauit. Et quoniam de hac Ecclesia, quæ juris B. Benedicti est, sermo incidit; aperire lubet, quomodò S. Benedicti locus, Dominio S. Barbaræ accesserit.

VII. Erat in domo B. Barbaræ, canonicus quidam, patria Rothomagensis, nomine Robertus de *Rollonis-mara*, qui duobus digitis contractis, & aliquantulum arefactis, quædam nascentis lepræ indicia præferebat. Prior autem quæsito & inuento loco futuræ, vt credebatur, ægritudini, opportuno; eum ibi, missa de monasterio alimonia, collocauit. Qui Deo opitulante, in honorem B. Benedicti oratorium ibi construens, & regulariter cum aliquot fratribus eius ministerio deputatis viuens; quasi pater patriæ haberi cœpit. A die autem, qua Domo S. Barbaræ exiuit, lepræ signum in eo penitus non excreuit. Missas sæpè celebrabat; potens laboris erat: in festis nouem lectionum, psalterium, priusquam comederet, decantabat. Tantam apud patronum suum, Richardum de *Tornayo*, gratiam inuenerat: vt agellos ei duos, vndè suo labore fructus annuatim perciperet, dederit. Notum enim fecit Imperatrici *Mathildi*, quæ eum ipsa inuisere, & ei (Priore interueniente) eiusque loci habitatoribus, nonnullam partem vicini nemoris impartiri dignata est. Plerumque Prior transfretans in Angliam, domus suæ curam eidem, vno interim, vel duobus ex fratribus, apud S. *Benedictum*, officij Diuini causa, commorantibus fiducialiter committebat. Non fuit post eum, qui tanta de prædicto loco ad Conuentum bona transmitteret: quanta ipse de proprio labore transmittebat; aliquando videlicet, & per annum, supra decem librarum æstimationem; quod pretium tunc temporis, multas tum merces, tum labores compensabat. Priori superstes fuit, sed ibi sepultus: vbi in magna deuotione Domino diu est fideliter obsequutus. Post inceptum verò S. Benedicti locum, Ecclesiæ S. Barbaræ, à *Guillelmo*, Pontiui Comite, *Salta cocheria*, data fuit: vbi à quodam fratre, sanctæ Dei genitricis Mariæ oratorium extructum est: & à B. *Girardo*, Sagiensi Episcopo, qui Ecclesiam S. Benedicti dedicauerat, similiter est consecratum. Prior quoque Guillelmus Ecclesiam S. Mariæ de *Omilla*, à Guillelmo, patrono, in redemptionem molendini S. Barbaræ, quem ille, & fortitudo eius combusserant; primùm quidem renitente, sed postea fauente, Arnulpho, Lexouiensi Episcopo, multiplici persuasione, consecutus est. c

c Ibid.

VIII His, atque alijs, pro commisso sibi grege, proque tuenda & instituenda domo; tam præclarè gestis; tandem bonus Pastor, & seruus super pauca fidelis, vocatus est in gaudium Domini sui; postquam inter Anglorum Regem Stephanum, & Henricum Normanorum Ducem: de pace conuenisset. Et quoniam de his, quæ pro temporalibus exterius gessit, tam multa diximus, inuitat nos tam venerabilis patris memoria, vt aliquid de spiritali, & interiore eius vita, dicamus. Venerabilium enim patrum venerabiles mores, litterarum monimentis consignatos, posteris commendare, piorum est filiorum; vt possint vitam & virtutes eorum imitari, quorum egregiè facta tantis vident laudibus celebrari: forma quippe Religionis, quæ futuris nostris patribus imprimenda fuit, in primi patris nostri Guillelmi moribus expressa præcessit. Agnoscant ergò filij Ecclesiæ S. Barbaræ, quo in temporalibus gubernatore, domus eorum adulta sit; & quo in spiritalibus sit instituta

d Ibid.
e Vide in Neustria sancta ad 13. Ianuar.

fundatore. Verùm, quia illius viri Dei *Guillelmi*, Prioris, vitam, aliàs dabimus integram, e ex eod. Codice MS. ab illa nunc supersedeo: Migrauit autem in cœlum, die 13. Ianuatij; anno Domini 1153. cuius exequias piè celebrauit, Arnulphus, Lexouiensis Episcopus.

De Daniele Priore 2. S. Barbaræ: quis, & qualis fuerit: quomodo huic cœnobio, licet inuitus, præficitur; & renitens, authoritate Arnulphi, Lexouiensis Episcopi, ad obediendum cogitur: vir humillimus, pius, Sagax, & sui instituti zelantissimus: Reges ac proceres; Episcopi & summi Pontifices, suis donis, prædiis, Priuilegijs & gratijs hunc locum ampliarunt, corroborarunt, & illustrarunt.

CAPVT IV.

PArum nobis visum esset de huiusmodi amplissimi Prioratus fundatione differere, nisi & Archimandriarum seriem, scripto proponeremus explanatam, quæ subsequitur. I.

1. *B. Guillelmus de Ebroicis.*

a Vide sup. in Eneo pag. 490.
b Ex Codic. MS. & Catalogo Priorum S. Barbaræ.
c Ex libro MS. Nigro Bajocens. Ecclesi. fol. 17. & 18.

Primarius Prior. memoratur ann. 1144. a Sancto fine quieuit in Domino, idibus, Ianuarij ann. 1153. b Memoratur circa ann. 1147. c

2. *Daniel, moritur 21. Martij.*

Ex Anglia oriundus, iuuenculus in Normaniam transfretauit, vbi scholas frequentans, magistri nomen, & honestæ iuuentutis testimonium consecutus est: quo II.
in statu se viro Dei, Guillelmo, Priori præfato, notum faciens, & ab eo verbum ædificationis suscipiens, non post multos dies, eius se disciplinæ, sumpto Religionis habitu, mancipauit; quem post bona spe de illo concepta, professum, ad Presbyteratum prouexit, curatis etiam quibusdam infirmitatibus corporis, quas prius in scholis ex penuria contraxerat. Et licet, viri litterati, & Religiosi tunc temporis in domo huiusce Prioratus haberentur, ipsum tamen sibi in subprioratus officium cooptauit. Cui ille, quantum videbatur, valdè humiliter obsequens, creditumque sibi officium fideliter exequens: tam in absentia, quam præsentia patris, paternæ sollicitudinis participem se præstabat. Quare vir Dei, Prior, de illo amplius confidens, fratribus, qui hostilitatis tempore, in Anglia morabantur, illum præfecit: vnde ad Prioratum assumptus, tempore suo, fructum fecit, honoris & honestatis, humilitate conuersationis, patrem in filios repræsentans; ipse nouarum ædium, partim ex materia, quā prædecessor eius parauerat partim ex ea, quam ipse congregauerat, fundamenti jecit, & ædificare cœpit; *Hebertus* verò superædificauit, iste autem *Hebertus*, multa bona opera, sub vtroque Priore operatus est: vnde & domus meliorata est, & posteritas honorata. d

d Ex Schedis Prioratus S. Barbaræ.

e Parisius & Vvestmonasteriensis de Rebus Anglic. ad ann. 1154.

Porro ann. 1154. mortuo Stephano, Anglorum Rege, Henricus II. imperatricis filius, ad quem legitima Regni successio spectabat, in Natali Domini, cum gra- III.
tia omnium, diadema apud Vvestmonasterium, suscepit. e *Qui cum* Regios redditus, qui diu dispersi fuerant, suum in Dominium reuocari instantissimè præcepisset: inuentum est manerium de *Bexfort* 32. libras annuatim Regi persoluere. Cùm enim Superior Henricus, Rex item Anglorum, prædictum manerium dedisset Camerario suo, Guillelmo, cuius filius Rabellus, tanquam propriam hæreditatem, illud in perpetuam eleemosynam donauerat: deletum de Regis Rotulo, præ negligentia, non fuerat. Vndè factum est vt ministri Regis, à fratribus, apud *Bexfort*, constitutis, prædictæ pensionis summam exigerent. Crescebat improbitas exactorum

exactorum, nec iam supererat nisi, aut 32. librarum solutio; aut fratrum de sua possessione; ejectio sustinuerant pacem; & ecce turbatio: ad cuius nuntium Prior expauit, Conuentus ingemuit, fugit consilium, nullo aduersus Regiam majestatem ferente præsidium: introiuit tamen in conspectu Dei gemitus compeditorum: & vbi humanum defuit auxilium, efficax S. Barbaræ præsidium interuenit. Quadam etenim nocte, minaci vultu & afflatu, Regem in somnis adeò exterruit, vt aduenienti priori Danieli; indicans aliquid eorum quæ viderat, benignè responderet; prædictamque possessionem in perpetuam eleemosynam sigilli Regij munimine confirmaret. Quo successu Prior animatus, redditum illum, quem Imperatrix Priori Guillelmo contulerat, & Rex abstulerat, per quosdam Regis familiares, reuocare tentauit, sed non valuit. Mortuus quippe erat Guillelmus, cui aduenienti Rex ipse, cum tantum Dux erat, expansis in amplexum brachijs, occurrebat. Imperatrix tanquam patri, & consiliario fauebat: cui etiam vnam de Regularibus officinis, siue claustrum, siue dormitorium, se promiserat ædificaturam. Nam ipse causam eius, futuri Regis, eius filij, quantum potuit, semper fouit; ac de imminentibus sibi periculis, sæpe per litteras, inter condensa barbæ cuiusdam fratris implicitas, & occultatas, eam admonuit. Hic prior, qui tunc obijt, quando tempus ampliandæ domus aduenerat: quanti successorem suum æstimaret, in vita sua satis admonuit; iturus enim in Hierusalem, eum de Anglia accersit, domus suæ curam illi commissurus: nisi ipse ab illo itinere fuisset dimissus. Sed quem in vita sua sibi subrogare non potuit: officij & conuersationis suæ futurum hæredem moriens commendauit. [f] f Ex Schedis Prioratus S. Barbaræ.

IV. Quomodo autem illud euenerit, gratum erit inspicere ex relatu authentico: vbi agitur de fœlici B. Guillelmi, primi prioris; ad Deum transitu, in hunc modum. *Sepulto* itaque P. Guillelmo, Fratres in Ecclesiam, deindè in capitulum conueniunt: vbi de facienda & accelerãda electione, conuenit eos Episcopus, quod & factum est. Priùs enim quàm de capitulo exirent, electus est *Daniel*, in Priorem, quem fratribus, apud *Bexfort* commorantibus, Prior Guillelmus præfecerat, quemque laudatum moriens, sibi successorem nominarat. Nominantis verò sanctitatem & auctoritatem præsul commendans, animam illius, suo iudicio, nulli totius Episcopatus secundam fuisse affirmauit. Familiaribus quoque suis dicebat; Tales in auro, vel argento repositos esse, quorum merita P. Guillelmi meritum æquaret. Porrò missus est vnus de primoribus fratribus S. Barbaræ, in Angliam, cum litteris Episcopi, & Capituli; vt electum ad hoc onus cum honore deduceret. Qui & onus & honorem refugiens; seipsum, multa prætendens, excusauit litteris. Patris & prædecessoris sui Guillelmi humilitatem secutus, qui se à Prioratu amoto, alium sibi subrogari tentauerat; sed quia à Deo in Pastorem vocatus fuerat, etiam ab hominibus compulsus est, id esse quod erat. Excusanti autem se rescripsit Episcopus, omnium Ecclesiarum introitum ei interdicens, nisi officium, ad quod vocabatur, obedienter susciperet. [g] g Ibidem.

Ad Danielem, Priorem S. Barbaræ.

V. *Ad gerendam* sollicitudinem Domus tuæ, non pro tua te frater, virtute vocauimus, sed pro Diuinæ fiducia bonitatis; quæ ijs, qui ad regimen animarum purè vocantur, & humiliter obedire consentiunt, vberiorem largiri gratiam consueuit. Sicut autem te non debebas, non vocatus ingerere, ita vocatus non debes recusare: quia non minus delictum tumor inobedientiæ, quàm zelus ambitionis importat. Quod si non ex tumore sed ex humilitate potius, sicut putas, & timore desistis; pusillanimitatem hæc mihi sapit humilitas, qui tanto magis deuitanda est, quantò propius periculo desperationis accedit. Sed & si qua vnquam ratione, ab hac vocatione fueras absoluendus, non debuisti apud fratres tuos, nec apud nostram authoritatem, litteris excusari, nec propriæ voluntati cui te renuntiasse cognoscis, morem gerere; sed personam tuam, quæ magis nostra, quàm tua est, pedibus nostris humilis & deuotus offerre, fratrumque tuorum trahi desiderijs; & mandatis Pontificalibus inclinari. Porrò mora tua, rerum temporalium, & quod grauius est, periculum continet animarum; quia incustoditas oues luporum incursibus esse constat expositas, detrimentumque omne ab eo requirendum est, qui debitam custodiam detrectat aliquibus occasionibus adhibere. Veni igitur, quoniam cum ipso

onere gratia tibi Diuina concrescet; & nos personam tuam, & domum ipsam solita, vel majore etiam charitate fouebimus. Et si qua forte intrinsecus difficultas emerserit; ego in manu forti ante faciem tuam protinus omnia complanabo. Veni, inquam, & infra octauam diem, post acceptionem præsentium litterarum, iter aggredere; nullasque in veniendo causas dilationis admittas, nisi quas necessitas inuincibilis, vel enormis dāni euitatio suggesserit admittendas. Quod si non feceris exindè te, tanquam inobedientem, Episcopali auctoritate, ab omnium Ecclesiarum introitu summouemus. h

h *Epistol. 16. Arnulphi, Lexouiens. Episcop. Extat Tom. 12. Part. 2. Bibliothec. Patrum.*

VI. Qua ille comminatione perterritus, migrauit in Normanniam: fratribusque illum Pontifici præsentantibus, de manu ipsius regendæ domus curam suscepit. Paucis verò diebus post Prioris *Guillelmi* obitum euolutis, accidit, vt quidam religiosus, per ætatem, & infirmitatem lecto affixus, quadam nocte, seruum suum frequenter vocaret, & ab eo lateris conuersionem voce gemebunda postularet. Quo in vocando perseuerante, & vocato dissimulante, ecce adfuit prior *Guillelmus*, vocatum asperius obiurgans: Quare inquit, Dominum tuum tota nocte vociferare sinis? Qua voce, statim ille exterritus surrexit; deinceps ad vocem Domini sui factus vigilantior; & surgendo posteriora egredientis postea se vidisse testatus est. Quippe Pastor bonus, qui tantam dùm viueret, ouium suarum sollicitudinem habuerat: mortuus earum curam gerebat. i

i *Ex Schedis Prioratus S. Barbaræ.*

VII. Porro Daniel, pro bona opinione gratiam Regis, Pontificum, & procerum habere cœpit. vnde factum est, vt, fortuna quoque temporis arridente, largitione plurimorum, multa domui beneficia prouenirent.

Rex ipse Ecclesiam de Perceyo, *Percy*, quæ jureiurando vicinorum nobilium Dominio eius adiurata est, primùm quidem reluctante, sed postea fauente *Frogerio* Sagiensi Episcopo, donauit.

Idem Episcopus, Ecclesiam quoque de *Ernes* dedit: eius donationi assistentibus Guillelmo *de Sola*, & Rogero de *Cambray*, qui de jure patronatus inter se acriter in Curia contendebant. Frogerij verò successor *Lysiardus*, tempore *Galterij* Prioris, præfatam Ecclesiam Religiosis S. Barbaræ auferre multis modis tentauit, sed tandem Rogatus à Rege, illam ipsis in pace possidendam dimisit.

Ecclesiam de *Centilly*, ad petitionem *Lucæ*, Sacerdotis, & Richardi, fratris ipsius, Patronorum; Roberto *de Sequiuilla*, id juris, quod in ea habebat benignè concedente.

Ecclesiam de *Ocanijs*, *Ocaignes*: Gaufrido patrono, ea lege consentiente, vt ex eadem Ecclesia, fratribus *de Deserto*, Sexaginta solidos cœnomanenses annuatim per manus Prioris S. Barbaræ, omni contentione sopita, persoluerentur.

Et Ecclesiam S. Petri de Brolio, *le Breüil*, petente Rogero, filio Comitis Claudiocestrensis, tunc Vvigornensi Episcopo; eisdem Religiosis idem Frogerius, Sagiensis Episcopus concessit. Quiquidem Rogerus, apud S. Barbaram diu commoratus, & inter conuersatus, suo sumptu, & instantia, illam Ecclesiam elaborauit. Vndè ipso quoque postulante, statutum est: vt in die Anniuersaria eius obitus, ex præfatæ Ecclesiæ redditu, conuentus procuraretur.

VIII. Præsul quoque Lexouiensis *Arnulphus*, Ecclesiam B. Mariæ de *Plassicio*, ad petitionem D. Roberti de *Monte-forti*, *de Pont-fol*, ad petitionem D. Hugonis de *Vignetot*; & de *Monte Fouquerano*, ad petitionem Henrici *Louet*: & immunitatem eorum, quæ ad vsum Domus Religiosorum ipsorum, siue manerij *du Mesnil-Girard*, in foro Lexouiensi venduntur, & emuntur.

Pontifex Ebroicensis, *Ægidius*, Ecclesiam B. Martini, de *Osmundi-villa*; ad petitionem Roberti Abbatis, filij Richardi de *Tornayo*, qui locum S. Benedicti dedit.

Bajocensis Antistes quoque Ecclesiam B. Martini de *Graye*, ad petitionem Herlonis, eiusdem patroni: & Ecclesiam B. Andrææ de *Cotun*, concedentibus Rogero *Malefiliastro*, & Guidone de *Bouilier*: dedit.

Denique, Constantiensis Episcopus, Richardus, Ecclesiam B. Mariæ de Sauignæo, *de Sauigny*, ad petitionem Gaufridi de *Bruelcort*.

Oliuerius *Samson*, locum *de Estres*.

Et Guillelmus Cytharista *Rabelli* Camerarij, quamdam terram apud Celesteordiā quā ipse Camerarius ei dederat in stipendium: Religiosis S. Barbaræ concesserunt. Hæc in diebus Danielis Prioris; miseratione Diuina, possessionibus adiuncta sunt.

ſunt. Quiquidem & ſi in diebus pacis fuerit : tamen pro domus ſuæ vtilitate, multos paſſus eſt labores, ac etiam, ea de re Romam profectus eſt. l idem Canonici jus
IX. habent jn Foreſta Britolij ex Regia liberalitate. m Nec ſolum Reges & Epiſcopi ac proceres Eccleſiam S. Barbaræ, & Religioſos huiuſce inſignis Prioratus donis ac bonis maximis ditauerunt, & nobilitarunt: ſed etiam ſummi Pontifices, Priuilegijs, indultis exemptionibus, alijſque fauoribus & gratiis ampliſſimis cohoneſtarunt, atque communierunt : vti ſatis ſuperque conſtat. Nam Innocentius II. ſuo diplomate, confirmat omnia bona & priuilegia huiuſce Prioratus, ann. 3. Pontificatus.

Adrianus IV. item ann. 2. ſui Pontificatus : Chriſti verò 1156.
Lucius II. ann. 2. Pontificat. Chriſti autem 1184.
Alexander III. Priuilegium dat : de non ſoluendis Decimis Noualium.
Gregorius item 8. ann. 3. ſui Pontificatus.
Vrbanus III. concedit priuilegiũ ; de deportibus percipiẽdis, ann. 2. Pontificat.
Bonifacius VIII. ann. 3. Pontificatus ſui, Chriſti autem 1298. confirmauit ſupradicta, & immunitatem omnium exactionum largitur. n

l Ibid.
m Codex vetus MS. fol. 173. Luteciæ, apud D. de Vyon, D. d'Herouual.
n Ex Cartulario S. Barbaræ.

Cæterorum Priorum huiuſce Monaſterij Elenchus appoſitè proſequitur : & quoddam memorabile, ſingulari S. Barbaræ beneficio, in cuiuſdam Prioris Electione refertur.

CAPVT V.

I. TEſſeræ Priorum huiuſmodi cœnobij iam à nobis inceptæ, continua delineatio protenditur : & vſque in præſens, non abſque labore, & exquiſitiſſima ratione deducitur.

3. *Gaufridus, defunctus 16. Nouemb.*

4. *Galterus, 18. April.* a

Memoratur, in negotio, cum Epiſcopo Sagienſi *Lyſiardo*, qui cœpit Pontificatum, ann. 1185. b & cum Abbate Troarnenſi, circa ann. 1195. pro Abbatia Conchenſi.

5. *Guillelmus 2. Eremita. 29. Ianuar.*

Notatur, ann. 1209. c & 1210. d

6. *Henricus. 28. Auguſt.* e

Hic reponendus videtur ille, ad quem Reſcriptum dedit Honorius III. Pap. pro terminanda lite, inter Abbates S. Laurini, & S. Leufredi de Cruce : ac Monachos Fiſcanenſes; ſuper Electione Abbatis Fiſcanenſ. in hunc modum. *P. Belcen, Priori S. Barbaræ, Lexouienſ. Diœceſ. & Magiſtro V. de Capella Cancellario Rothomagenſi. Conſtitutis*, &c. f

7. *Rogerius. 19. Februar.* g

Nonnulla concordat ann. 1222. pro Abbatia Lyrenſi. h Itemque ann. 1226. i & ann. 1235. l vbi tamen denotatur littera maiuſcula, A. loco R.

8. *Philippus.*

II. In cuius electione illud memorabile refertur, accidiſſe : ex vetuſto Codice MS. eiuſdem Prioratus excerptum : in hunc modum.

Benignitatis ac dilectionis largitatem, quam de nouo Canonicis ſuis oſtendere dignata eſt, glorioſa Virgo Barbara, ſub ſilentio præterire non poſſumus, ſicuti nec debemus : lapidi namque, ſimilis eſſe videtur, ſiue homini mortuo, imò verè mortuus, vel ſaltem inſenſibilis meritò dici poteſt, qui opulenti beneficij abun-

a Ex Catalogo priorũ S. Barbaræ MS.
b Vide ſuperiori capite §. 7.
c Ex Cartulario Abbatiæ crucis S. Leufredi fol. 83.
d Ex Cartulario Sylliaco.
e Ex Catalogo ſupr.
f Apud Cironium ſup.
g Ex Catalogo ſupr.
h Cartulario perung Lyræ. fol. 104.
i Ex Cartulario Sylliaco.
l Ex Cartulario Fiſcanenſ. fol. 104.

Digitized by Google

dantiam sustinens, se tangi non sentit penitùs, vel ignorat. Ne igitur omnino insensibiles esse, seu torpore ac negligentia circumdari videamur; non possumus, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Vt igitur, qui non viderunt, saltem ab illis, qui viderunt, audiant; & ne miraculum nostris temporibus declaratum, nobis, inter quos accidit, venerandum, omnibus audientibus admirandum, omnibus electionem celebrantibus recolendum, processu temporis, obliuioni tradatur: illud veraci stylo, quia præsentes fuimus, fideliter duximus exprimendum. Igitur anno Incarnationis Domini 1247. in festo SS. Martyrum Fabiani & Sebastiani, conuocati sunt omnes Canonici S. Barbaræ, qui fuerant & poterant conuocari, ad eligendum sibi Pastorem & Priorem, Ecclesia sua tunc vacante, ex resignatione Religiosi viri, Rogeri, eiusdem loci antea Prioris. Ea die, manifestauit se coram discipulis suis, virgo venerabilis, & Deo amabilis, atque omnibus eius notitiam habentibus, colloudanda, & prædicanda Barbara; quæ se non Barbaram Conuentui suo exhibere voluit, sed præsentem. Erant autem in capitulo memorati loci, ad præfatam electionem sexaginta sex Canonici Congregati: inter quos erat, quidam jurisperitus, sicut tales vocantur in tali facultate, qui aliquando juris imperiti veriùs dici possunt: Quandoquidẽ jure sibi cognito abutuntur. Grauius enim peccat, qui scienter, quàm qui deuiat ignoranter. Seruus namque qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secũdum voluntatem eius, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Ille ergò quem jurisperitum diximus, sed vt veriùs loquamur, qui jura audierat, sed juris Dei imperitus fuisse satis apertè cognoscitur, sicut expertus factus datur intelligi: ad Prioratum aspirabat Ecclesiæ memoratæ. Quod ideò dicimus, nouit Dominus, non vt famæ ipsius aliquid ridiculum generetur, sed vt magnitudo miraculi, quod illa die inter nos accidit, euidentiùs agnoscatur: & ne videamur falsa texere, illi, qui secretam ipsius intentionem cognouerant, hoc nobis, & alijs retulerunt: imò & ignorantibus, dùm vixerint, referre parati sunt, quàm malignè præfatam electionem, nisi de eo facta esset, proposuerat perturbare. Ex assertione siquidem sociorum nostrorum cognouimus, ex quorum collegio sumus, & fuimus, qui per triginta annos & amplius, sub protectione Beatissimæ Virginis Barbaræ viximus; quòd ille idem, de quo tetigimus, quos in eodem Collegio magis familiares habebat, & quibus secretiùs intentionem suam aperiebat, ad hoc callidè suadebat; vt numquam processui electionis, nisi per scrutinium, consentirent. Quòd idcirco faciebat, vt intelleximus, quia nisi in Priorem eligeretur, quærebat occasionem, vt appellaretur: quia habebat quemdam familiarem in Curia Domini Papæ notarium, cujus fauore confidebat, quòd posset suum propositum obtinere. Sed ille, qui cuncta creauit ex nihilo, qui omnia nouit, antequam fiant, qui & illuminat abscondita tenebrarum, & manifestat consilia cordium: quia verè non est sapientia, non est prudentia, non consilium contra Dominum: idem ipse disponens, omnia, quasi in momento, & in ictu oculi, redegit ad nihilum, quicquid multo tempore, fuerat longa machinatione desudatum. Vt ergò de multis plura relinquamus; cùm ad electionem vellemus procedere, iniunctum est illi de quo facta est mentio, vt nobis simplicioribus, modos electionis exereret, secundum quod in Canone exprimuntur. Qui surgens, & quasi in medio capituli veniens, fecit iuniores & remotiores propiùs accedere; vt ea, quæ diceret, possent apertiùs audire, intelligere, & notare. Sed hoc, vt credimus, Diuina Sapientia ordinauit; vt nullus posset diffiteri, imò, vt quotquot eramus, quæ ad honorem gloriosæ Virginis *Barbaræ*, facturus erat Dominus, compelleremur sine dubitatione aut causatione aliqua, intueri. Illo igitur in medio, vel quasi in medio stante, nobis omibus circa ipsum sedentibus; cœpit ipse multa proponere, quæ ad electionẽ nullatenus pertinebant. Vndè moti sunt quãplurimi de Capitulo. Quare majores de eodẽ Capitulo inhibuerũt ei, ne in talibus nos ampliùs detineret; sed de formis electionis, tantũmodò loqueretur. Mira res! & à sæculis, vt credimus, in audita. Nam, qui priùs apertè, planè & compositè, de alijs negotijs loquebatur, & adhuc loqui paratus erat; ita vsum linguæ eadem hora, penitùs amisit, quòd nec postea vnicum verbum potuit personare. Sans ergò, vt elinquis effectus, ad procedendum vlterius, quamtum poterat conabatur; sed voluntate, seu permissione Dei, apoplexia percussus, cœpit aliquantulum titubare. Quod cernentes aliqui, qui fortè de hoc, quod acciderat,

fat, id jam notabant, illis, qui propiùs assistebant, dixerunt, vt eum velociùs sustentarent: quem benignè vt moris est fratrum, sustentantes, quamuis aliquantulum in brachijs residentem, & vt re videbatur, credentem quàm citiùs conualescere videntes, & quod paulatim tam subito debilitaretur, super vestimenta sua, imo super genua sua, pro vt mitiùs poterant, cubarunt. Adhuc autem intellectu in ipso remanente, non tantum, quantum credebatur, ipsi inter nos sic jacenti, vt diximus, nec loquenti, allatæ sunt Decretales; vt saltem illam Decretalem nobis ostenderet, in qua formæ electionis plenius exprimuntur, vt coram omnibus, ante electionem, ab aliquo legeretur. Qui manu vertens nescio quot folia, nec illam inueniens, quippe, cui in electione illa ablata erat omnino procedendi facultas; oculis & vultu demissus, tanquam confusus, & impotens, omnia dereliquit.

Tunc confusis omnibus circumstantibus, & nouo signo, admirantibus, perterritis, & turbatis: sacrista loci illius ad Diuinum auxilium primo, sicut dignum & necesse erat, recurrens, suscitato spiritu, sicut suscitauit Deus in agone Susannæ, spiritum Danielis, jussit caput Aduocatæ nostræ Beatissimæ Barbaræ, in capitulum afferri: vt tam illi humano leuamine destituto, quàm nobis, propter tale infortunium, stupefactis, & de electione nostra sollicitis & incertis, suam gratiam impertiret. Rem dignam relatu audiat, qui non vidit: ille vero, qui ad afferendum, sanctum caput Missus est, palliali cappa indutus, sicut consuetum est, quandocumque sacratissimum illud pignus alicui ostenditur; intrans capitulum, vndique flebat largiter, misericorditer, & vbertim, tanquam proprij patris funus duceret, siue matris, in tantum, quod emollita corda assistentium, & ad fletum incitata, omnes, vel ferè omnes, lachrymas effunderent copiosas. Ille ergo, qui percussus erat, à planta pedis vsque ad verticem, venerandum caput Dominæ suæ, & nostræ, ad se allatum inspiciens, reuerentiam, quam potuit, eidem exhibuit: jam ferè destitutus ab omnibus corporis sensibus, præter satis tenuem aspectum oculorum, & intentionem mentis, quam in veneratione sanctarum Reliquiarum, nobis præsentibus & videntibus affectuosè, & multùm laudabiliter, demonstrauit. Concedat Dominus, quòd anima eius bonam & perpetuam inueniat requiem, quia de residuo parùm, aut nihil scimus: nisi quòd in sequenti nocte illius diei, spiritum exhalauit. Quia ergò sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur: quamuis multi multa dicant, non est nostrum talia judicare, maximè, quia tempus pœnitendi habuit, si etiam in his, vel alijs deliquisset: & cùm dicat Dominus per prophetam, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat; potius præsumendum est de Dei misericordia, & pro eo erga misericordem Dominum sollicitiùs, missis, debitisque precibus à fratribus insistendum. Præmissa de isto igitur materia; quid præsentia & aduentus sanctissimi capitis Dominæ, & aduocatæ nostræ, Deo dicatæ Barbaræ, nobis contulerit, breuiter referamus. Omnibus enim ibi præsentibus, sicut jam diximus, corde intimo emollitis, leguntur tres formæ Electionis: quibus auditis, major pars Conuentus, vt recolimus, formam compromissionis, propter consuetudinem ab antiquo, in eodem capitulo semper in eodem capitulo semper in electione Prioris sui conseruatam, præ cæteris eligebat. Sed quibusdam dicentibus, quòd sancto spiritui sanius erat, & primitùs adhærendum: Tandem in forma, quæ fit per inspirationem Diuinam, omnes pariter consenserunt: & sicut fas est credere, spiritus sanctus, cui adhæsimus, per intercessionem præfatæ virginis, sic nos ad eligendum vnanimiter informauit. Nobis igitur omnibus isti formæ, & communiter adhærentibus: *Veni Creator*: primitùs decantato; ille venerabilis, qui prioratum resignauerat, primus surgens, rogatus à toto Conuentu, vt primò diceret: D. Philippum, tunc Priorem de Guerardivilla, eligendum nominauit. Cæteris ergo, quasi vno corde, vnico ore, conclamantibus & eadem dicentibus, nullo penitùs contradicente: ille ita canonicè electus, cum laudibus debitis, in Ecclesia, ante majus altare, ad reddendas Deo gratias, est præsentatus, & in crastino à Domino Lexouiensi Episcopo confirmatus. Si quas autem commendationes de ipso cognouimus, ad tempus reticere censuimus; ne in ipso aliquas elationis scintillas generent, & ne nobis adulationis gratia, talia dixisse, ab aliquibus maliloquis ascribatur. Sed quia numquam similia vidimus, & nostris temporibus, necdum adhuc audiuimus aliàs accidisse: valdè ad præsumendum inuitamur, quòd, nisi à bono recesserit, Deum, & B. Barba-

ram, habeat in suis necessitatibus adiutores. Memoratur præfatus Philippus Prior, pro Abbatia Sanctæ Crucis. [m] Obijt 19. Februarij.

[m] *Ex Cartulario Abbat. Cruci S. Leufredi, fol. 85.*

9. *Nicolaus. Migrauit ad Dominum 12. Iulij.*

10. *Radulphus 2. Nouembris.* [n] *Notatur ann. 1276.* [o]

[n] *Ex Catalog. sup.*
[o] *Ex Cartulario, Abbat S. Andreæ Gofermi.*

11. *Dionysius, 26. Iunij debitum mortis exoluit.*

12. *Robertus Burgensis 27. Februar.*

13. *Guillelmus 3. de Alneto, 25. Septemb. circa ann. 1332.*

14. *Guillelmus 4. Lucij, 4. Septemb. ann. 1335.*

15. *Guillelmus 5. de valle seminata, valsemè, 9. Ianuar. 1352.*

16. *Guillelmus 6. Lamberti, 28. Augusti.*

17. *Guillelmus 7. de Valle Vvarini 22. Iunij 1385.*

18. *Ludouicus le Vigereux, vigorosi 3. Decemb. 1408.*

19. *Ægidius Fabri, 28. Februar. ann. 1417.*

20. *Robertus 2. de Cauchea, 19. Decemb. 1418.*

21. *Iacobus Ratel, 12. Decemb. ann. 1442.*

22. *Richardus Maloysel, 21. Iunij, ann. 1454.*

23. *Philippus 2. de Cour-marel, 22. Octob. 1484.*

Hic capitulum extruxit dicti Prioratus S. Barbaræ.

24. *Ioannes Inger.*

Interest Scacario Normann. 1474. 13. Maij, ann. 1494. Acquisiuit, emitque ipse Baroniam de *Mesidone*, juxta cœnobium suum, qui & illam adjunxit: vti constat ex eius: quod subsequitur.

EPITAPHIO.

Mole sub hac lapidis somnum capit ille Ioannes,
Ingier, expectans iudicis ora sui.
Æmulus hic pacis, sono factoque senescens,
Mutuo soluit humo, spiritus orat opem.
Sollicitus, qui dùm vitales carperet auras.
Nomine, re pariter, vixit in orbe Prior.
Nummis empta suis vicina Baronia quondam
De Mesidone, solet hos habitare lares.
Ænea quem rursus structura, canantque Cathedræ
Hospita testudo, magnaque gesta domi.

25. *Georgius d'Arcques: cœlum petiit, 25. Iulii, ann. 1496.* [p]

[p] *Ex vet. Catalog. sup.*
[q] *Vide in Gestam Abbatia, sup. cap. 3. in fine*

26. *Stephanus Blosset.*

Lexouiensis Episcopus, & Abbas Corneliæ, 31. Augusti 1505. [q]

27. *Ioannes 2. Cousin, 1. Augusti, circa ann. 1515.*

28. Gabriel

28. Gabriel le Boulenger, 13. Maii, ann. 1560.
Cùm antea resignasset Nicolao, cui superuixit.

29. Nicolaus 2. Fouquet, 21. Iunii, ann. 1554.
Quo tempore, clarus habetur Ioannes Episcopus Castorensis, Canonicus S. Barbaræ, ann. 1556. Lexouij, in processione publica. [e]

30. I. de la Menardiere, etiam Abbas de Barbereio.

31. Robertus 3. de la Menardiere.
Præfati nepos, & etiam Abbas S. Columbæ, qui resignauit patribus Iesuitis Collegij Cadomensis. [f] viuitque adhuc ann. 1647. cantor S. Capellæ Parisiens.

Parisijs extat Collegium S. Barbaræ; in quo, ex fundatione, ann. 1556. tres primarij Bursarij magistri in Artibus esse debent, ac Presbyteri: selecti ex 4. Diœcesibus, Ebroicensi, Rothomagensi, Parisiensi, & Heduensi. [t]

e *Vide in Episcopis Lexouiens. 47. cap. 8.*

f *Ex Catalog. sup.*

t *Brulius lib. 2. Antiquit. Parisi. pag. 743.*

ALBA-MALLA, AVMALLE.

ANN. 1130.

Qui fuerint huius insignis Abbatiæ fundatores, & à quo exordium susceperit; cum Priore Fundatione.

CAPVT I.

I. EA Abbatia est Ordinis S. Benedicti, vulgo, *Aumalle*, ab oppido, juxta quod sita est, sic denominata, in Diœcesi Rothomagensi, Beluacum versus. Olim siquidem hujusmodi oppidum titulo gaudebat Comitatus; postea erectum fuit in Ducatum Pariatumque Franciæ, per Christianissimum Regem, Franciscum I. ann. 1547. [a] Confirmatum per Henricum II. Regem, eius filium: qui mox eo inuestiuit Franciscum à Lotharingia, Ducis *Guisæi* filium cujusquidem erectionis Litteræ patentes Regiæ in Parlamento publicatæ sunt, die 5. Ianuarij, ann. 1548. [b]

II. Quantùm verò ad tempus, fundationis hujusce domus Religiosæ, spectat, minimè nos latet; cum *Ordericus*, scribat, lib. 3. Histor. Eccles. ad ann. 1130. sub Guillelmo 2. Normannor. Duce, Angliæ Rege, optimates Neustriæ; suorum exemplo principum, tantum feruorem erga monasticum institutum imitari affectasse; vt pro salute animarum suarum, sese excitarint, ad diuersa construenda cœnobia: imo, quisque potentum, in decisione dignum judicabat, si clericos, aut monachos, in sua possessione, ad Dei militiam, rebus necessarijs non sustentaret. In quorum numerum, Comites Albæ-mallæ, meritò veniunt computandi: quos Priores fundatores optimos fuisse præsentis Asceterij, agnoscimus in honorem S. Martini de *Alceio*, seu, de Alchiaco, vulgò, *Acci*: in Archidiaconatu Aucensi; vti clarè constat ex subsequenti carta fundationis.

a *Corrozetus lib. 2. Thesauri Histor. Franc. Titul. 31. Quercetanus lib. 7. Antiquitat. Vrbiũ Gall. cap. 6. Cormerius lib. 2. Rerum gestar. Henrici II. Reg. Franc. cap. 24.*
b *Dionysius Sauuage, in Henrico II. Reg. Franc. Theuetus Tom. 2. Cosmograph. lib. 15. cap. 18. Picardus in notis ad Neubrigens. de Reb. Angl. lib. 2. cap. 2. Corrozetus sup.*

III. *In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.*

Hoc notum sit, tam præsentibus, quàm futuris; quia ego *Stephanus*, Albæ-Marlensis Comes, Monachis S. *Luciani Beluacensis*, quibus mater mea *Addiza*, donauit & concessit Ecclesiam S. Martini de *Alceio*, constructam & ædificatam ab Antecessoribus meis, extra castellum, *Albe-marle*, sicut mater mea concessit, sic dono, & concedo Ecclesiam *S. Martini*, & omnes redditus ipsi Ecclesiæ adjacentes, pro

remissione peccatorum: & *Vuillelmi*, Regis Angliæ, Auunculi mei, atque omnium Antecessorum meorum. Quibus etiam monachis, præter hæc supradicta, addo, & concedo, omnes Ecclesias & decimas meas *Angliæ*, quas teneo ab *Henrico* Rege Anglorum, ita quietas & liberas, & sine retentu alio, sicut de ipso Rege teneo? Necnon & ipsi sacerdotes, ita liberrimè habeant, & teneant à me, vt neque Dapifer, neque Vicecomes, nec aliquis ministrorum meorum, super eos manus imponant: si verò Sacerdotes forisfecerint aliquid in illo iustificent.

Has Ecclesias & Decimas, videlicet, in *Holdernesa*, Ecclesiam & decimam de *Pagla*; quam in dominio habeo; similiter, & de *Prestona*, & de *Bschechilinga*; & de *Vuifornevvic*, *de Vagla*, *de Frohinghebam*, & de castro de *Aldepurgo*, & de *Mapletona*, de *Tonestal*, de *Esingtona*, de *Berestall*, de *Chinlesi*, *de Cainghebam*, de *Vuifornesel*: in *Lindescia*, Ecclesiam & Decimam de *Carlentona*, & Decimam de *Vuistebi*; & de *Barrouier*, medietatem Ecclesiæ & decimæ: aliam vero medietatem, quam *Vuillelmus* Capellanus tenet de me in vita sua; & vnam de Ecclesia de *Vuifornisel*, post obitum eius, ipsis monachis concedo.

Quin etiam omnes Decimas Dominicatus mei, videlicet, horreorum meorum, id est, totius annonæ meæ, & vaccarum mearum, omniumque Ouium, & Baconum, & caseorum, atque pullorum, equarum mearum. Hæc omnia supradicta ad vtilitatem monachorum in Ecclesia S. Martini de *Alecio*, morantium & seruientium, vt liberè disponant, & ordinent, confero: etiam hospitem vnum ad flumen *Heldone*, dono. Quin etiam transitum de *Humbro*, ad opus monachorum, & omnium illis seruientium, & ad omnia necessaria eorum, ita liberè, sicut à Rege teneo.

Omnes etiam Ecclesias de fundo meo in *Normania*, cum decimis & omnibus pertinentijs suis: Ecclesiam videlicet, de *Vilers*: Ecclesiam de *Haudricurt*, Ecclesiam *S. Vualerici*: Ecclesiam de *Belfraisno*, Ecclesiam S. *Saturnini*, Ecclesiam de *Ailecurt*, Ecclesiam de *Flomines*, Ecclesiam de *Hillais*, Ecclesiam de *Vilers*, vltra nemus, cum duabus partibus Decimæ: nundinas quoque in festiuitate *S. Martini*, & quicquid vtilitatis de eis, & consuetudine, prouenerit. Addo etiam decimam molendinorum & furnorum; & Telonei, & Trauersi de *Alba-marla*: & decimam omnium quæ nauis mea de Anglia attulerit, quæ mandi possunt; & decimam omnium piscium, qui comeduntur in curia mea, siue in *Alba-marla*, siue vbicumque in hac patria. Decimam quoque in *Blossevilla*, piscium, porcorum, Baconum, & lanæ de ouibus meis: syluam etiam de *Musieres*, ad omnes vsus necessarios, iure perpetuo. Si quis autem hanc donationem meam infringere, ac minuere voluerit: Diuino iudicio illum puniendum commendo. Actum est apud *Albam-marlam*, regnante Henrico Rege Anglorum, & Duce Normannorum, & ipso concedente: vxore mea, hac causa, & filio meo, concedentibus, ann. 1115. ab Incarnatione Domini; His videlicet testibus. Vualtero de Sinardi ponte: Gaufrido, filio Fulconis; Vuillelmo Bisa, Berengario de Alneto, Radulfo de Porta, Gerardo de Caineio: Giroldo de Hornet: Alano de Hambi, Vuillelmo de Albani: Richardo fratre eius: clericis verò, Roberto, Decano: *Alberto*, *Canonico*, *Vuarnero*, *clerico*. [c]

His ita pie institutis, Anglicani præsules ex voto annuerunt; & suis scriptis ea omnia consignarunt: maximè verò Lincolniensis Antistes: in hunc modum.

Robertus, Dei gratia, Lincolniensis Episcopus, vniuersis sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem. IV.

Ex suscepti officij administratione, nobis incumbit religiosorum virorum vtilitatibus in futurum prouidere, & beneficia, quibus sustentari debent, sicut à fidelibus rationabiliter concessa, & cartis confirmata sunt, Pontificis authoritate solidare. Hinc est, quòd dilectorum filiorum nostrorum monachorum de *Alba-marla*, iustis petitionibus benignum prebentes assensum, Ecclesias, & quascumque alias possessiones in nostra Diœcesi, à nobilibus viris, *Stephano*, Comite Albæ-marlæ, & *Vuillelmo*, eius filio, Ecclesiæ S. Martini de Alba-marla, & monachis in ea Deo seruientibus rationabiliter concessa, & confirmata, scilicet, paterno affectu eis concedimus, & præsentis scripti pagina roboramus, &c. [d]

Eisdem obsecutus est Eboracensis Archipræsul, pro Prioratu *Birstallensi*, erigendo in V.

[c] *Extat apud Monasticum Anglic. Tom. 1. pag. 587. & 588. Antiquitates MSS. Normaniæ, apud D. Bigot, Senatorem Rothomagens. pag. 4. Louuetus, in Antiquis notis nobilitatis Beluacens. pag. 51. & 52. verbo Aumalle. Rumetius in suis Picardicis, MSS. vbi de Alba-malla.*

[d] *Ibid. pag. 588.*

do in agro Eboracensi, in fauorem eorumdem monachorum Albæ-mallæ: cuius carta sic exaratur. *Omnibus Christi fidelibus* ad quos præsens scriptum peruenerit, Vvalterus, Dei gratia, Eboracensis Archiepiscopus, Angliæ primas, salutem in Domino. Quoniam qui majoribus iuuantur meritis, majoribus debent honoribus insigniri, & facultatibus dilatari: considerantes in dilectis filijs, Abbate, & conuentu *Albæ-marlæ*, morum honnestatem, religionis feruorem, & hospitalitatis gratiam, ac per omnia conuersationem laudabilem. Attendentes etiam, quòd non habuerunt huc vsque in Prouincia nostra locum suæ habitationi congruum: ad instantiam venerabilis patris, G. Tituli S. Martini, Presbyteri Cardinalis, Apostolicæ sedis Legati, Capellam de *Birstall*, cum suis pertinentijs, &c. concedimus. e — e *Ibid.*

VI. Cùm autem postea, ijdem Monachi Albæ-Marlæ, siue longissimi itineris viam pertæsi, siue Bellorum nonnunquam incommodo affecti; hæc omnia ad ipsos, in Anglia spectantia commutarunt, dereliquerunt, & in alios transtulerunt: sicque de facto, Abbas & Conuentus S. Martini de Alba-malla, in Normannia (vti habet instrumentum publicum) concesserunt Abbati & Conuentui de *Birstall*, in Anglia, omnia maneria, Dominia, Terras, & possessiones: aduocationes & patronatus Ecclesiarum Cappellarum, &c. necnon certas annuas pensiones, &c. quamquidem transactionē Rex Francor. Carolus VI. hisce suis litteris approbauit, ac confirmauit.

Charles par la grace de Dieu, Roy de France, à perpetuelle memoire.

Entendans: que nos bien amez, les Religieux, Abbé, & Conuent de S. Martin d'Aub-malle, afin d'assembler leurs rentes, & reuenuz, prez de leur Eglise à leur aisement, & pour le profit & vtilité d'icelle Eglise, auoient, & ont baillé, cedé, transporté, & à tousiours delaissé, sans y riens retenir, à nostre cher, & amé cousin, le Duc de *Lancastre*, pour luy, & à son profit, vne Maison, ou Prioré, nommé de Bristetal, au Royaume d'Angleterre, auecques toutes ses appartenances, pour le prix & somme de dix mil liures tournois, que lesditz Religieux en doiuent auoir pour vne fois, laquelle somme, ou partie d'icelle, ceux Religieux doiuent, & sont tenuz employer, & conuertir à acheter rentes ailleurs, c'est à sçauoir, en nostre Royaume, au profit d'eux, & de leurdicte Eglise, pour la recompense du bail, cession, transport, & delaissement dessusdict, & pour y soustenir, & gouuerner les Religieux, & personnes cōuenables, à faire le Diuin seruice, qui parauant se faisoit, & deuoit faire audit Prioré de *Bristetall*, en cas que à ce nous vouldrions consentir, & l'auoir agreable.

Sauoir faisons, que nous sur ce humblement requis, & pour contemplation d'aucuns de nostre Sang, & lignage; desirant aussi l'augmentation de la S. Eglise, & du Diuin seruice: & pour certaines causes à ce nous mouuans; lesditz Bail, cession, Transport, delaissement, faitz par la maniere, & pour les causes dessusdictes, ayans aggreables iceux, de nostre grace especial, plaine puissance, & authorité Royal, par la teneur de ces presentes; en tant que en nous est, ratifions & approuuons, & nous plaist, & voulons; que lesditz Religieux, ou leurs successeurs, ou ladicte Eglise de S. Martin d'Aub-malle, puissent acheter & aquerir en nostre Royaume, dez deniers, qu'ilz ont euz, ou auront du Transport, dessus declaré, toutesfois qu'il leur plaira, soit à vne fois, ou plusieurs: là ou bon leur semblera; ou Fiefs nobles, arriere-fiefs, Vauassories, Censiues, Villenages, Alleux, ou autres choses tenues de nous, ou d'autres, iusques en acquerront.

Nous voulons, & leur octroyons dez maintenant pour lors, que eulz, & leurs successeurs, Religieux de ladicte Eglise, puissent tenir & posseder, tien quāt, & possedēt paisiblemēt & perpetuellemēt cōme chose admortie à Dieu, & à S. Eglise appliquée, & dediée, soiēt ce qu'ilz soient; ne puissent estre contrainctz par quelconque voye, ou maniere, que ce soit, à les mettre hors de leur main, ne à nous, ou à nos successeurs Roys de France, pour ce faire, pour ores, ne pour le temps auenir, aucune finance, laquelle finance, à quelque somme, quelque puisse, ou peust monter nous de nostre plus ample grace, pour consideration de ce que dessus est dict, & à fin que nous soyons, & demourons participants ez sainctes oraisons & prieres d'iceux Religieux, leur auons absolutement quittée, remise, & donnée: quittons,

remettons, & donnons; par ces mesmes lettres. Si donnons & mandons à nous amez & feaulx gens, Comptes, & Tresoriers à Paris, aux Commissoires deputez, ou à deputer sur le fait des Finances, des nouueaux acquestez; & à tous nous autres Iustices, & Officiers present & auenir, ou à leurs Lieutenantz, & à chascun d'eux, si comme à luy appartient; que de nostre presente grace, & octroy, facent, souffrent, & laissent lesditz Religieux, & leurs successeurs, joyr & vser plainement & paisiblement, cessant tout empeschement, ou contraire; lesquel se mis y estoit faites oster sans aucun delay: nonobstant quelconques ordonnances, mandemens, ou defence au contraire. Et pour ce que se soit ferme chose, & estable à toujours, nous auons fait mettre nostre seel à ces presentes: sauf en autre chose nostre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Paris le premier iour du moys Octobre, l'an de grace mil trois cent, quatre vingts & quinze, & de nostre Regne, le seiziéme.

Registrata in Camera computorum Parisijs, & ibidem expedita, de consensu, Thesauriariorum Franciæ siue Financiæ, causa contenta in Registro cartarum huius temporis, fol. 70. script. ibidem 20. die Nouemb. iiii. xv. par le Roy, Monseigneur le Duc de Bourgoigne, vous l'Euesque de Bayeux, & autres presens. f

f Ibid. pag. 580.

De Tempore, quo hæc Abbatia, fuerit extructa, authoritate Rothomagensis Archiepiscopi: & munificentia Comitum Albæ-marlæ.

CAPVT II.

I. VT lux amplior nobis accrescat, in huiusce rei Historicæ indagatione recurrendum arbitror, ad Comitum *Albæ-marlæ* Illustrissimam prosapiam: in qua tunc nobis occurrit illa spectatissima. *Adeliza* filia Roberti, Ducis Normanniæ, soror vterina Guillelmi *Nothi*, Angliæ Regis, Comitissa *Albæ-marlæ*: quæ matrimonio copulata est *Odoni* Campaniensi, (nepoti *Theobaldi* campaniæ Comitis) cui idem præfatus Rex, dedit Comitatum *Hildernesse* in Anglia, circa ann. 1070. ex quibus ortus est, *Stephanus*, Comes *Albæ-mallæ*: qui rebus bellicis valdè strenuus emicuit, ann. 1089. 1090. 1095. 1104. 1118. 1119. & 1127. desponsauitque sibi in vxorem *Haduisam*, Comitissam: ex qua genuit nonnullos liberos. a

II. His ita deductis, patet, quàm pia & liberalis fuerit in Deum, & seruos eius illa prædicta Heroina *Adeliza*, Albæ-marlæ Comitissa; quæ iam ab ann. 1086. multùm contulerit ac dederit pro fundatione Monasterij Sanctimonialium Cadomensis vrbis sub Titulo Sanctiss. Trinitatis: vti constat ex carta Regia illic allata. Non minore pietate claruit in Monachos Benedictinos, quos è cœnobio, S. Luciani, ciuitatis Beluacensis, euocauit, in fauorem sui oppidi *Albæ-marlæ*, quibus dono largita est Ecclesiam Parochialem S. Martini de *Alceio*, vulgò nominatam, circa ann. 1090. & 1100. ita tamen vt inibi semper monachi Deo inseruirent: quamquidem donationem mirum in modum auxit pius & optimus eius filius, *Stephanus*, Albæ-mallæ Comes amplissimus; vti conspeximus in carta ipsius, superiùs conscripta ann. 1115. b

a *Gemeticens. lib. 8. Histor. Norman. cap. 3. & 37. Ordericus lib. 4. Histor. Eccles. ad ann. 1070. pag. 522. lib. 8. ad ann. 1089. pag. 681. lib. 9. ad ann. 1095. pag. 722. lib. 11. ad ann. 1104. pag. 814. Lib. 12. ad ann. 1118. pag. 843. ann. 1119. pag. 864. ann. 1027. pag. 884.*
b *Cap. præcedenti.*

III. Adhuc tamen Prioratus dicebatur; nondum Abbatia illic extructa, vsque ad ann. 1130. quo *Vuillelmus, Comes Albæ-marlæ, Stephani*, patris eius amantissimi jussa complens, huiusmodi pium opus executioni mandauit; quod Metropolitanus, Rothomagensis Archiepiscopus, suo Diplomate, in hunc modum confirmauit.

Hugo, Dei gratia, Rothomagensis Ecclesiæ seruus indignus, vniuersis Ecclesiæ Catholicæ filijs, tam præsentibus, quàm futuris; commodum gratiæ profectum intrare in perpetuum.

Sciatis, quia principis Albæ-marlæ *Vuillelmi* largitione, & Regis Anglorum, ac Ducis

Ducis Normannorum *Henrici* grata concessione; statuimus Ecclesiam S. Martini Acciensis, Abbatiam vtique fieri monachorum; ad hoc sanè, vt Domino humiliter seruiant, & professionem obedientiæ, & Rothomagensi Archiepiscopo persoluant. Nec filijs Belial, qui humilitatem prætendunt, & superbiæ seruiunt, omninò consentiant: qui benedici refugiunt, quia obedientiæ debitum profiteri nolunt. Hanc itaque Abbatiam ita disponimus, vt ab Ecclesia S. Luciani Beluacensis, Abbatem primum accipiant; postmodum verò si intra Ecclesiam suam idoneum inuenerint, in Abbatem sibi eligant; aut si verò non inuenerint, ab Ecclesia S. Luciani, Abbatem sibi Canonicè requirant. Quòd si Abbas S. Luciani dare noluerit, tunc accepta ab eo licentia, alias requirant Ecclesias; vt à qua voluerint Ecclesia, Abbatem idoneũ licenter eligere possint. Quia verò Abbatia Acciensis, per Abbatẽ, & Monachos S. Luciani Beluacensis, exordiũ sumpsit; in tanti remuneratione beneficij, statuit præfatus princeps Albæ-marlæ, duas decẽsu Albæ-marlæ, marcas argẽti, per singulos annos persoluẽdas Ecclesiæ, S. Luciani, tam pro se, quã prædecessoribus suis; & monachi S. Martini accipient eas, & reddent Ecclesiæ S. Luciani. Quòd si prædictæ Marcæ in crastino festi S. Remigij, pro vt statutum est, solutæ non fuerint, decano Archiepiscopi Rothomagensis, Albæmarlæ prouisori iniungimus, vt eas infra quindecim dies, reddi faciat: & si infra quindecim dies illis redditæ non fuerint, Diuinum in Parœchia S. Martini, & castello Albæ-marlæ fieri interdicat officium, donec Ecclesia S. Luciani Beluacensis præfatum debitum accipiat. Qui autem huius instituti transgressor fuerit, hoc est, si monachi S. Martini Acciensis, prædictas marcas, sicut scriptum est, Ecclesiæ S. Luciani non reddiderint, sicut transgressores, sciant se Diuino iudicio puniendos reseruari: Decanus verò Parœchiæ illius, si iustitiam, quæ supra scripta est, minimè fecerit, sciat se ab officio deponendum, donec pro satisfactione duas marcas argenti Archiepiscopo Rothomagensi soluerit. Actum hoc anno Incarnati verbi 1130. Innocentio Papa Romano, regnante Rege Francor. Ludouico, & principante in Normannia, Rege Anglorum Henrico.

Ego Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus.

Richardus, Archidiaconus. *Osmundus*, Archidiaconus. *Vvaleranus*, Archidiaconus. *Robertus*, Archidiaconus. *Fulbertus*, Archidiaconus. *Nicolaus*, Decanus. *Vvarnerus*, Capellanus. [c]

IV. Porro, de huiusce loci Abbatibus, parua nobis exoritur notitia: scimus tamen primo tempore hanc rexisse domum, quendam Abbatem nomine Natalem.
1. Natalis, florebat ann. 1144. memoratur sup. pag. 490. in Becco.

2. Fulco, ad ann. 1152.

Iuuenalis de Vrsinis. Decanus Parisiensis, ann. 1544. 1546.[d]

Nicolaus le Roux, ann. 1550. [e]

Hic erat etiam Prior Montis-Leprosorum, iuxta Rothomagum.[f]

Guillelmus de Broch.

Vir spectabilis, Auditor Rotæ Romanæ, Vicelegatus Auenionensis; Archiepiscopus Seleuciæ, [g] cui successit.

Emundus du Broc.

Dominus du *Nozet*, eius nepos, Decanus Auditorum Rotæ Romanæ; moritur Romæ, ann. 1660. Extant apud Cartularium magnum Fontanellensis Abbatiæ, subsequentia, Littera Abbatis & Conuentus de *Alba-malla*, qui tradidit nobis vnam Domum, & Decimas de *Noua-villa*, super *Alnam*, pro centum solidis annui redditus. [h] Item, Littera Confœderationis inter Ecclesiam S. Martini de Alba-malla, & Ecclesiam S. Vvandregesili. [i]

c *Apud Louuetum sup. Item lib. 2. Antiquitat. Beluacens. cap. 3. §. 18. & seq.*

d *Quercetanus lib. 6 Histor. Genealog. domus Bethuniens. cap. 14 pag. 410. Item in probationum pag. 300.*

e *Ex Cartular. Abbatiæ vallis Richerij.*

f *Antiquitatis MSS Norman. pag. 145. sup.*

g *Robertus in Gallia Christiana; in Abbatia eo.*

h *Littera C, 3. Cartã 10.*

i *Littera S, 3. Cartã 6.*

De Antiqua familia, seu Illustri prosapia, Comitum Alba-malla spicilegium.

CAPVT III.

Condignum me fecisse arbitror, si post fundationis huiusce Abbatiæ negotium expeditum: Fundatorum eius genus præclarum, atque Neustriacæ gentis auito stemmate illustrissimum, paucis tamen verbis, reserarem. Superiùs diximus, [a] *Stephanum*, Albæ-mallæ Comitem, ex *Haduisa*, eius vxore, nonnullos genuisse liberos; nimirum, *Vvisium*, seu *Vvillermum*, filium, Consulem, Comitemque Albæ-mallæ (militia clarum, anno 1138. & 1139.) & duas filias: quarum primam *Vvaldenus*, Comes Hundetoniæ, accepit in vxorem: postea verò iuncta est Vvillelmo de *Rolmare*, mortua ann. Christi, 1151. juxta Gemeticensem, lib. 8. cap. 3. & 37. sup. *Ordericum*, sup. Robertum à *Monte* ann. 1151. & Chronicam Normaniæ latinam, ad ann. 1139. & 1151. I.

[a] Cap. 1. §. 1.

Porro Guillelmus de *Magna-villa*, *de Maine-ville*; altera eiusdem Guillelmi ducta filia, factus est & ipse Albæ-mallæ Comes, ann. 1179. ex chronico dicti Roberti à *Monte*. Nec absque ratione; cùm eo anno vitæ finem fecerit vxoris pater, *Houedeno teste. Obijt* (inquit) *Guillelmus Comes Albæ-marliæ, & sepultus est in Abbatia sua de Torneto.* [b] Qui rursus ad ann. 1195. meminit alterius Guillelmi, eo tempore demortui in hunc modum. *Obijt Vvillelmus de Fors, Comes Albemarliæ; cui successit in Comitatu illo, Balduinus de Betun, dono Richardi, Regis Angliæ: & duxit vxorem, Comitissam Albæ-marliæ.* Qua de re, vide *Quercetanum* lib. 2. Histor. Genealogic. Domus Bethuniensis, cap. 8. & *Louuetum*, in notis Antiq. Nobilitatis Beluacens. pag. 134. Titul. *Bethune*. II.

[b] Part. 2. Annal. ad an. 1179.

Ex quibus liquet præfatum Guillelmum vltimum, simul cum præcedentibus obijsse, absque liberis masculinis; propter quod Balduinus ille de *Bethunia*, disponsata sibi ann. 1190. (juxta *Louuetum*) filia Guillelmi hærede vnica, Comes Albæ-mallæ euasit, maximè, postquam Guillelmus in fata concessit ann. 1195. exindèque nouerimus, (si fas est *Louueto* fidem præbere) anno 1220. ipsum *Balduinum*, Comitis Albæ-mallæ, titulum præse tulisse. Sed illic error manifestus detegitur; vel ex ipsius anni 1220. transpositione, pro anno forsan 1202. vel ex pretenso iure, quo *Balduinus* Comitatum Albæ-mallæ ad se pertinere opinabatur: tum ex donatione sibi facta de eo, à Rege Anglo; tumque ratione vxoris suæ: quæ sibi idem jus ac donum vltrò contulerat: quo tamen, authoritate *Philippi* II. Augusti, Regis Francor. excidit: eo quod alteri hunc Comitatum Albæ-mallæ dederit ann. 1204. vnde sequitur Rescriptum eiusdem Regis, pro donatione huiusce Comitatus. III.

Philippus Dei gratia, Francor. Rex *Notum* sit omnibus, &c. Quod nos dilecto & filio nostro *Raynaldo*, Comiti Boloniæ, & hæredibus suis dedimus & concedimus, in proprium castrum *Albe-marlæ*, cum feodo, & Domanijs, & omnibus pertinentijs, citra Forestam de *Banis*, excepto *Arguel*, & feodo, & pertinentijs eiusdem *Arguel*. Damus etiam & concedimus in proprium dicto Comiti Boloniæ, & hæredibus suis, Villam S. Richerij, cum omnibus pertinentijs, quæ est inter Augum & Furcamont, quæ fuit Rogerij de Mortuo-mari. IV.

Damus insuper eidem Comiti, & hæredibus suis in proprium, castrum de *Danfront* in *Passeiz*, cum feodo, Domanijs, & omnibus pertinentijs & Forestam de *Vendosme*, idem autem Comes nobis & hæredibus nostris, quitat in proprium castrum de *Mortuo-mari*, cum omnibus pertinentijs eius: & totam terram Anglicorum & Normanor. quam tenebat & iustitiabat per castellum & in castellaniam *Mortui-maris*. Hæc autem omnia, quæ prædiximus Comiti Boloniæ, & hæredibus suis ita damus, & concedimus, quòd ipse & hæredes sui, à nobis & heredibus nostris ea tenebunt in Feodum & homagium ligium, faciendo tale seruitium, quale feoda illa debent. Ipse autem Comes de omnibus supradictis fecit nobis homagium ligium

Digitized by Google

ligium contra omnes homines. Quod vt robur obtineat, &c. *Actum Parisius, anno Domini* 1204. Ex Codic. MS. fol. 84. pag. 2. Lutetiæ apud *D. Vyon d'Herouual*, videetiã Saumarthanos. Tom. 1. Histor. Genealogic. Domus Franc. lib. 12. cap. 9. numer. 21. pag. 495. quæ donatio facta est, postquam Normania venit in potestatem suam.

V. Itaque ille *Reginaldus*, Comes Dammartini erat & Boloniæ: cui Philippus Augustus, Rex Franc. dono dedit *Albæ-mallæ* Comitatum, pro Comitatu *Mortui-maris*; cuius vxor. *Ida*, ceu *Edela*, nuncupabatur, Comitissa Boloniæ ac Mauritaniæ, *Mortaing*; quorum omnium meminere, *San-Marthani*, sup. & *Bryus* lib. 2. Historiæ Comitum Perticens. & Alenconiens. cap. 19. an vero præfati Comites, liberos reliquerint post se hæredes: nonnihil difficultatis continet. Illud autem solummodò refero; *Simonemus* prædicti *Reginaldi*, Comitis *Dammatini*, *Boloniæ*, &c. sibi desponsasse in vxorem *Mariam*, sororem *Guillelmi*, Pontinensis & Perticens. Comitis, ex qua prolem suscepit: nominatimque producitur quædam, *Ioanna*, quæ primùm nupsit *Ferdinando* III. Regi Castellæ & Legioni: postea matrimonio iuncta est, illustri viro, *Ioanni de Neela*, Dinastæ de *Faleuy*, in Picardia: qui propterea, Comes Pontiuensis, *Albæ mallæ*, &c. iure vxorio dictus est: quod multis probatur instrumentis publicis, vsque ad ann. 1260. 1272. & 1275. apud præfatos scriptores: Reperitur exindè *Isabella*, Comitissa *Albæ-mallæ*, sub ann. 1291. [c] Itemque, *Ioannes*, Comes Albæ-mallæ, & Ioannes de *Rouuray*, ablegati, pro defensione locorum maritimorum contra Anglos, ann. 1294. apud *Quercetanum*, in Historia genealogic. Mommorentian. lib. 3. cap. 182. & in probationibus, pag. 130. & 131. indè Ioannes 3. & 4. Haricuriani, Comites *Albæ-mallæ*.

c Tom. 2. Monastic. Anglic. pag. 940. Bryus sup. pag. 125.

GOFFERNVM, ANN. 1130.

GALLICÈ GOFFERS EN FOREST.

I. EST Ordinis Cistertiensis, filia sexta Sauiniaci, sed mater Alnetensis per vnam leucam à Falesia, dissita, in Diœcesi Sagiensi: cuius Ecclesia dicata est S. Andreæ Apostolo; vulgò propterea nuncupata: *S. André en Gouffers*. Fundata ann. 1130. Calendis Martij, per virum illustrem, Pontiuij Comitem, Guillelmum. [a] Nuncupabatur Guillelmus Taluas; Comes, Sagiensis, Belesmensis, Pertici, & ex vxore sua, Pontiui Comes, ex qua Ioannem genuit: vti constat ex Tabulis genealogicis ad calcem Historior. Norman. per Quercetanum pag. 1093. ex Gemeticensi & Orderico: quorum meminerunt Sanmarthani, Tom. 2. Genealogic. Histor. Domus Franc. lib. 38. cap. 4. pag. 695.

Eius obitus vbique memoratur 1. in *Necrologio* huiusce Abbatiæ: sub his verbis. 3. Calend. Iulij Vuillelmus, Comes Pontiuij, Fundator huius cœnobij. Anno 1172. Item in Appendice eiusdem. Anno 1171. Obijt Guillelmus, Comes Pontiuij, fundator 3. Calend. Iulij, postremo, in Chronico Antiquo MS. istius loci. Anno 1171. tertio Calend. Iulij obijt Guillelmus, Comes Pontiuij: cui successit Ioannes, filius eius.

II. Quinam verò fuerint huiusce Asceterij Archimandritæ, inspiciendi sunt.

a Chronicon MS. vetus Abbat. S. Andreæ Gofferni ad ann. 1130. Additiones ad obituarium eiusd. Abbat. in fin. Gallia Christiana, in Episc. Sagiens. & in Abbat. Manriquez, Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad ann. 1130. cap. 7. §. 1. & 2. Item Tom. 2. ann. 1148. cap. 15. §. 5. Marinus Prouuere lib. 3. Chronic. Normann. MS. cap. 78. Bryus infra cap. 10. pag. 131. & cap. vltim. pag. 134.

1. *Radulphus.*

Primarius Cœnobiarcha effectus est: cui præfatus fundator Guillelmus multa contulit: carta incipit. *Charitas* & Religio, &c. Actum 1143. in Dedicatione S. Mariæ, sanctique Andreæ, 13. Calend. Octob. Ioanne, Episcopo, Sagiensem regente Ecclesiam. Testibus, Arnulfo, Lexouiensi; Algaro, Constantiensi, Episcopis: Hamone, Amone, Abbate S. Petri super Diuam; Serlone, Abbate Sauiniacensi; Osmone, Abbate de Belbech, &c. [b] Testis adest in carta fundationis Ab-

b Ex Cartulario Abbat. Gofferni, fol. 17.

batiæ de *Perseuia* ann. 1145. ipse Radulphus. [c] ijdem quoque adhuc memorantur ann. 1185. supradicti Ioannes, Sagiensis Episcopus, & Radulphus, Abbas: sed jam è viuis sublati fuerant: vti ex sequentibus liquidò constat. Anno 1143. obijt Ioannes, Sagiensis Episcopus ait Chronicon MS. de Radulpho autem Abbate, discrepant inter se Codices MSS. vt videtur, sed conueniunt, spectata propius rerum Historicarum veritate. Ita enim habetur in eodem Necrologio 17. Calend. Nouemb. Radulfus, Abbas primus Goferni, ann. 1174. & sepelitur apud Baubec. Item in Additionib. ad ipsum. Anno 1174. obijt Radulphus, primus Abbas 17. Calend. Nouemb. sic & in Chronico MS. sup. Ann. 1173. 17. Calend. Nouemb. obijt piæ memoriæ D. Radulfus, qui fuit primus Abbas S. Andrææ. Certum est igitur eum defunctum esse ad ann. 1174. 17. Calend. Nouemb. apud *Belbec* cœnobium: cùm prius à Goferno jam antea recessisset; quod idem Chronicon satis superque declarat, in hunc modum. Ann. 1162. Recessit piæ memoriæ D. Radulfus, primus Abbas S. Andrææ, Calendis Februarij: cui successit D. Rogerius 2. Abbas. d

c Bryus lib. 2. Histor. Comitat. Perticens. & Alenconiens. cap. 17. pag. 118.

d Obituarium MS. Additiones ad ipsũ Chronicon MS. sup. Marianus sup.

2. *Rogerius ann. 1162.* III.

Successit: qui obijt ann. 1171. Calendis August. [e]

e Ibid.

3. *Symon, ann. 1171.*

Testis adest simul cum Guillelmo, Abbate de Valacia, ann. 1177. pro compositione super decima de *Bosuilla*, inter Abbates Vallis Richerij, & Cadomensis [f] moritur ann. 1178. [g]

f Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.
g Chronicon MS. sup. Marianus.
h Ibid. ann. 1178.

4. *Guillelmus.* [h]

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ: &c. Archiepiscopo Rothomagensi, & omnibus Christi fidelibus: sciatis me dedisse & concessisse Deo, & S. Mariæ de Gofferno, & omnibus fratribus eiusdem, ibidem Deo seruientibus, *in perpetuam eleemosynam*, in prædicta foresta de Goffer, Herbeagagium, & pasnagium ad propria animalia sua, & boscum mortuum ad ardendum, & viride, ad domos & ædificia facienda &c. ex codic. MS. magno fol. 22. pag. 2. Lutetiæ apud D. de Vyon, D. de *Herouual*. IV.

5. *Robertus.*

Societatem inijt cum Vticensib. monachis memoratur ann. 1203. pro rebus Abbatiæ vallis Richerij, [i] item ad ann. 1207. pro cœnobijs S. Martini Sagiens. [l] Lyrensis: [m] & Longensis [n] Denique animam Deo reddidit; 10. Calend. Octob. [o] ann. 1221. [p] ex quo error (vitio scriptoris) deprehenditur, in Cartulario Sylliaco, dùm ad ann. 1211. citatur N. Abbas S. Andrææ Gofferni: nisi dicendum foret; per illam litteram haud intelligi nomen proprium expressum: sed apponendum esse, vti aliàs assolet.

i Ex Cartulario Abbat. Vallis-Richerij.
l Ex Cartulario Rubeo MS. Abbat. Sagiens. fol. 34. & 35.
m Ex Cartulario confirmat. Abbat. Lyra. Carta 12.
n Ex Cartulario Abbat. de Longis.
o Obituarium Gofferni.
p Chronicon MS. sup.

Quod perspicuè cernitur ex eiusdem carta in hunc modum. *Illustrissimo Domino Philippo, Dei gratia* Francorum Regi, & omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens carta peruenerit, Frater Robertus, dictus Abbas, & humilis Conuentus S. Andrææ de Goufer salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod Dominus, Dei gratia, nobilis Rex Franc. nobis concessit, & per cartam suam confirmauit totam terram nostram de Mesnontem, sicut carta Roberti, filij Comitis Leicestriæ testatur scilicet, omnem terram, quam Radulphus de S. Hilario, & Guillelmus frater eius, & Thomas nepos eorum, tenuerant de eo, & petronilla vxor sua, in bosco & plano, inter cheminum Argentonij & forestam de Gofert: & inter terras de Sosreuilla & Bosanum de Pele. Ita quòd in illa parte, quam nobis reddidit, nec boscum nutriremus, nec villam faciemus, præterea dedit nobis Diuinæ pietatis intuitu, sex libras Turonens. annui redditus, videlicet sexaginta solidos Turonens. in singulis Scacarijs percipiendos in redditibus suis de Bellou, hoc autem facto, nos quittauimus ei quicquid reclamabamus in pasnagio & venta parci de Bellou: & vt hoc sit firmum & stabile, in perpetuum, præsenti carta, & nostri sigilli testimonio confirmauimus. Actum Dominicæ Incarnationis ann. 1215. Ex Codice MS. magno fol. 32. pag. 2. Lutetiæ, apud D. de Vyon D. de *Herouual*.

6. *Garnierus: hic post dictum Robertum sequitur.*[q]

7. *Beatus Renaudus.*

IV. Cuius gesta referuntur, licet compendiosè, à chronico MS. eiusdem loci his verbis. „1241. *Hoc anno*, cœpit reædificari à fundamentis Ecclesia huius cœnobij. „1247. hoc anno, intrauit primò Conuentus in Ecclesiam hanc, die scilicet, S. „Ioannis Baptistæ, præsente D. Gaufrido, Sagiensi Episcopo, & alijs multis: „quæ Ecclesia incœpta & perfecta fuit tempore D. Renaudi, Abbatis: cui successit D. Ioannes Abbas de *Tyronnel*: item obijt Renaudus, vir sanctitate mirificus, „Abbas S. Andrææ de Gouffers, 4. scilicet Calend. Septemb.[r] Sepultus est in capitulo: super cuius Tumulum hæc verba cernuntur exarata. *Hic iacet Renaudus 4. Abbas*, vnde miror vndè hoc euenerit, cùm 7. Abbas sit numerandus: nisi errore deceptus legerim, IIII. pro VII. quando illuc præsens aderam ann. 1641.

8. *Ioannes, ex Abbate Tyronelli, ann. 1247.*

Huius tempore, cùm ex integro reparata fuisset Abbatialis Ecclesia: ann: 1252. Dedicata est à D. Gaufrido, Sagiensi Episcopo, præsente D. Ioanne, Vice-comite Castri-Erardi, & multis alijs Religiosis, & nobilibus viris.[s] Videlicet 4. Calend. Maij.[t] mentio de eod. Abbate habetur ann. 1250. pro quadam re, in *Petra ficta*.[u] Migrauit in cœlum, præfactus Gaufridus, Sagiensis Episcopus 5. Calend. Februar.[x] seu 4. Calend. Februar. ann. 1253. Tumulatus in Ecclesia huiusce Abbatiæ, ante magnum altare:[y] nec immeritò, cùm illud cœnobium semper dilexerit, & res eius Pastorali sollicitudine ad amussim promouerit:[z] ex quibus emendandus Mentiquez: scribens hunc Præsulem, præfatam Ecclesiam Abbatialem, dedicasse ann. 1152. & post quinquennium ibidem sepulturam nactum esse.[aa] Quod ad Abbatem Ioannem spectat; cognominabatur, Ioannes *Badlin*.[bb] Sed rectius, de *Balon*: postea Abbas Sauiniaci post ann. 1260. ac demum Cistertij: ann. 1265. quo tandem quieuit in pace ann. 1284. iuxta Necrologium Gofferni his verbis. 8. *Idus Octobris, Ioannes de Balon, qui primo fuit Abbas Tyronelli, postea Goferni, Sauinei, & Cistertij, ann. 1284.*[cc]

V.

9. *Matthæus d'Eraines.*[dd]

Anno 1261. ex translatione præfati Ioannis ad Cistertium, totius ordinis generale caput, regendum: nam cùm Rogerius, Becci Abbas, ann. 1260. pro quadam re, in *Petra ficta*, conuenisset cum Abbate Goferni testis ad fuit Guillelmus Abbas Sauinei.[ee]

10. *Petrus Dondaines.*[ff]

R. Prior cœnobij S. Barbaræ, in Algia, dat nonnulla huic Monasterio, ann. 1276. mense Iulio. Item, Thomas, Sagiensis Episcopus, ann. 1269. 1273. & 1274. confirmat omnia bona eiusdem domus,[gg] & mundo valedicto, ann. 1278. apud hanc Abbatiam sepeliri voluit. Ita habet Necrologium Goferni. 17. *Calend. Iulij Thomas de Alnoto, Episcopus Sagiensis. Item anno 1278. 17. Calend. Iulij, obijt bonæ memoriæ D. Thomas de Alnov, quondam Episcopus Sagiensis; qui habet sepulturam in maiori Ecclesia huius cœnobij, videlicet ante maius altare, ad introitum chori. Item ann. 1278. obijt Thomas de Aunoto, Episcopus Sagiensis, 17. Calend. Iulij: qui multa dedit, & multum dilexit nos.*[hh] Præterea, idem Petrus Abbas, anno 1279. die Lunæ post Pentecosten, conuenit cum Abbate S. Vuandregesili pro Decima SS. Germani & Martini de Argentono. Idemque, Gaufridus Abbas Fontanelli, eod. ann. pro eadem re, die veneris, in vigilia S. Ioannis Baptistæ.[ii] Porrò Anno 1284. *die Sabbathi ante festum S. Marci Euangelistæ apud* Allodium, *in præsentia R. P. Ioannis, Dei gratia Sagiensis Episcopi, fecit homagium Radulphus de Caluo-monte, miles, Domino Petro Abbati S. Andrææ de Gouffers.*[kk]

VI.

11. *Radulphus 2. de Ioüe, du bois.*

Post recessum prædicti Petri, à Gofferno, ad Sauiniacum: quo in fata conces-

q *Apud Marinum, sup.*

r *Chronicon MS. & Marinus sup.*

s *Chronicõ MS. sup. Menriquez ad ann. 1148. sup. Marinus sup.*

t *Ex Obituario Goferni.*

u *Ex Cartulario Gofferni.*

x *Ex Obituario sup.*

y *Chronicõ MS. sup.*

z *Ex Cartulario Goferni, ann. 1245. 1246. 1248.*

aa *Menriquez sup.*

bb *Marinus sup.*

cc *Obituarium Goferni. Marinus sup. Gallia Christiana in Abbat. Cisterciens. Menriquez ibid. sup. in Appendic. ad Tom. 1.*

dd *Marinus sup.*

ee *Ex Cartulario Gofferni.*

ff *Marinus sup.*

gg *Ex Cartulario Gofferni.*

hh *Obituarium Appendix ad ipsum & Chronicon MS. Goferni. Menriquez sup. 1148.*

ii *Ex Cartulario Gofferni.*

kk *Chronicon MS Goferni.*

Digitized by Google

fit : ex Necrologio Goferni 5. Calend. Augusti, Petrus, Abbas Goferni, Posteà Sauiniaci. *Hujus Radulphi tempore, moritur. 7. idus Octob. Mathildis Vice-comitissa Castri Herauldi, amatrix legitima, atque fundatrix nobilissima hujusce domus, 1291.* [ll] Id est à fundatoribus inclytis istius Abbatiæ ducens originem. Tandem & ipse Radulphus diem supremum egit, ann. 1315. [mm] sed meliùs ann. 1314. Sauiniaci, vbi fuerat in Abbatem electus, juxta Necrologium Goferni. *6. Calend. Martij, Radulphus de Ioein, Abbas Goferni, postea Abbas Sauiniacensis, obijt, ann.* 1314.

[ll] Ex Obituario MS. Goferni.

[mm] Marinus, sup.

12. Ioannes 2. Gantée. *13. Ioannes 3. de Brindes.*

Rexit per 30. annos: [nn] sed mendosè, constat quippe aliter cognominari: & paucioribus annis cœnobiarchiā hanc tenuisse: ex Necrologio Gofferni. *Nonis Nouembris, Ioannes Brundos, Abbas Goferni, ann.* 1324. Item, ex eius Epitaphio, his verbis admodùm paucis exarato. *Ioannes Brundos, Abbas hujusce monasterij* 1303. legendum est, 1323. ceu, 1324.

[nn] Idem.

14. Nicolaus le Bel.

VII. Memoratur, ad ann. 1327. [oo] Ad Dominum perrexit, 7. Februar. juxta obituarium præfatum. *7. idus Februar. Nicolaus, dictus le Bel, Abbas, Goferni: sed copiosiùs additamentum ad illud. Anno 1332. 7. idus Februar. Nicolaus le Bel, Abbas, re & nomine pulcher, multùm amabilis, in compassione subditorum misericors & benignus, plurimas aduersitates, tempore sui regiminis, habuit in corpore & anima; quas viriliter, ac nobiliter, & patientissimè sustinuit: tandem in bona ætate quieuit in pace, sepultus in capitulo, videlicet, in sinistra parte.*

[oo] Ex Cartulario Goferni.

15. Oliuerius Miée.

Fit de eo mentio in quibusdam versibus Rithmicis Gallicè sic conscriptis, ad ann. 1338. die 20. Nouemb. [pp]

[pp] Ex Codice MS. Goferni.

Tu qui leiras cet escrit remembre,
Que le vintiesme de Nouembre,
L'an mil trois cens & trente ûit:
Cheiren grand neis jour & nüit,
Et apres gela ci for'ment,
Que homs ne poet fere forment:
En l'an, & au mays su pauée,
La Sale à l'Abbé Miée.

Anno 1349. deputatus fuit vnà cum Abbatibus de *Aleto*, & de *Barberejo*, ad nouam electionem, per mortem Gabrielis, Abbatis Vallis Richerij, quæ tandem peracta est, ann. 1351. [qq] Præterea illic asseruatur chronica magna, in pergameno, MS. incipiens à natali Christi, ad ann. 1350. quo præfatus Oliuarius Abbas clarebat. Viam autem vniuersæ carnis ingressus est 19. Februarij, ann. 1366. ita enim habetur in obituario, sup. 11. Calend. Martij, Oliuerius Miée, Abbas Goferni. Super cujus Tumulum scriptum legitur. Oliuerus Miée, Abbas, Baccalaureus in sacra Theologia, ann. 1366. 11. Calend. Martij, obijt.

[qq] Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.

16. Guido Niuelle, cujus Epitaphium tale est.

VIII *Hic jacet Magister Guido Niuelle, quondam Abbas hujus Monasterij, Doctor in sacra Theologia egregius, ac excellentissimus & deuotissimus Prædicator: qui obijt anno Domini,* 1387. 12. *Calendas Maij.* Attamen in obituario: aliter sic notatur *12. Calend. Iunij, Guido, dictus, Niuelle, Abbas Goferni.*

17. Ioannes 4. Gosselin. moritur, 19. Maij, ex eod. Necrologio.

18. Ioannes 5. Groignet.

Illius meminit idem Necrologium in hunc modum. *6. Calendas Martij, Ioannes Groignet, Baccalaureus in sacra Theologia, ann. 1436. Abbas Goferni.*

19. Michael,

19. *Michael.*

Defunctus 11. Calend. Octob. rr Cùm Rex Carolus VII. ann. 1450. Cadomo Falesiam pergeret, vt eam obsideret, apud Abbatiam hanc S. Andreæ diuersatus est. ſſ

rr *Obituarium Goferni.*
ſſ *Nicolaus Gillius in Annal. Franc. sub Carolo VII. Reg.*

20. *Dionysius Victon.*

Ex præfato obituario: his verbis 3. *nonas Februarij, Dionysius Victon, Baccalaureus in sacra pagina, Abbas Goferni, die Purificationis B. Mariæ Virg. media nocte, ann.* 1465. *obijt.*

21. *Gaufridus, seu, Godofredus.*

Super Tabula Altaris Capellæ S. Ioannis Baptistæ, hæc verba leguntur: Oretis pro Gaufrido Abbate, qui hanc Tabulam fecit fieri, ann. 1470. cùm hac Epigraphe, *Virtus iter gloriæ.* Migrauit autem in cœlum, 12. Calend. Martij: tt ann. 1472. vti cernitur tumulo eius insculptum. Godefredus Abbas, obijt, 1472.

tt *Ibid.*

22. *Gaufridus 2. Fromont.*

Martyrem dixerim sanè; si piè inspiciantur, quæ in eius laudem referuntur apud Necrologium: sup. 4. *Calendas Augusti, Gaufridus* Fromont de Serans, *Abbas Gofferni, ann.* 1483. *qui occisus fuit pro defensione huius Ecclesiæ.*

23. *Mathias.*

Hic ann. 1495. promisit quædam Mauritio Abbati Sylliaco. uu

uu *Ex Cartulario Abbat. Sylliyens.*

24. *Ioannes 6. Postel.*

X. Vitream fenestram Sacristiæ hujusce cœnobij dono dedit: vti conspicitur his verbis inibi conscriptis. Ioannes Postel, Abbas, ann. 1498. mense Martio, obijt in Abbatia de Brolio, 16. Calend. Augusti, ann. 1400. legendum est, 1500. xx

xx *Ex Obituario Goferni.*

25. *Fralinus de Coulbœuf.*

Mundum deseruit, die 9. Octobris: yy Sepultus in choro Ecclesiæ, super cujus Tumbam hæc habentur. *Quàm præclari patris Fralini de Coulbeuf, iam pridem hujus cœnobij Abbatis, necnon Theorica litterarum sophia fulgidi, decumbit, vita functi, 7. idus Octob. anno sesqui millesimo vigesimo quarto.*

yy *Ibid.*

26. *Ioannes 7. Fortin.*

Animam exhalauit 9. April. Ibidem Tumulatus: cum hac inscriptione. Anno à Christo passo 537. supra 1000. quinto idus April. D. Ioannes Fortin, vir summa pietate præditus, necnon hujus cœnobij Abbas, diem fatalem clausit: cujus corpus sarcophagum istud tegit, anima verò, vt in sinum Abrahæ introeat, Deum precamini omnes.

27. *Thomas, Folbarbe.*

Decessit è vita, 8. Calend. August. ann. 1561. vltimus Abbas extitit Regularis: & Abbatiam resignauit.

zz *Ibid.*

28. *Ioannes 8. Blanchet: obijt, 17. Calend. Februar.* zz

29. *Franciscus Roussel, Episcopus Lexouiensis, obijt 1617.*

30. *Franciscus Frater Comitis de Grandsey.*

XI. Episcopus Sagiensis Abbas 1654. Ad hujus cœnobij Abbatem, Conuentumque scriptam existimat Menriquez celebrem illam decretalem Alexandri III. quæ habetur in cap. Si de terra. De priuilegijs; qua vix alia frequentior in Tribunalibus. A Taxatur ad 120. florenos aureos pro annatis Cameræ Apostolicæ. B Tum denique, anno Domini 1606. 7. mens. Nouemb. Dominus D. Ioannes de Veteri-ponte, Dei, & S. Sedis Apostolicæ gratia, Meldensis Episcopus, tunc in hac Diœcesi Sa-

A *Menriquez sup.*
B *Gallia Christiana, sup.*

Digitized by Google

gienfi degens, fede Epifcopali vacante de confenfu capituli Sagienf. Altaria hujus Ecclefiæ; ab hæreticis hujus temporis, profanata, dedicauit, atque confecrauit: omnibus Chrifti fidelibus, Anniuerfario dedicationis die, hanc Ecclefiam vifitantibus, 40. dies, de vera indulgentia, in forma Ecclefiæ conceffit. [c] Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ, illud habetur: Littera Abbatis & Conuentus S. Andrææ de Gouffer, Sagienfis Diœcef. qui dimiferunt nobis octauam partem Decimarum de Argentonio pro 20. fextarijs hordei, annui redditus. [D]

c Ex Necrologio, sup.
D Sub Littera Q. 1. Cart. 29.]

PLESSEYVM

GRYMOLDI, GALLICÈ, Pleffis Grimould.

Fundatores hujufce Prioratus Clauftralis commemorantur: & qui Priores illius extiterint inueftigantur.

CAPVT VNICVM.

SITVM habet hic Prioratus in Diœcefi Bajocenfi, diftans ab Alneto Abbatia, per vnam leucam; quem incolunt Canonici Regulares S. Auguftini; cujus Ecclefia fancto Stephano Protho-martyri dicata eft. Conftat autem Fundatorem primarium extitiffe Guillelmum 2. Nothum, Normanniæ Ducem, & Angliæ Regem Conquifitorem: per donationem, quam ipfe fecit de Pleffiaco Grimoldi, Odoni, fratri fuo, Bajocenfi Epifcopo: in cuius Cathedralis Ecclefiæ thefauro nunc vfque afferuatur. [a] Dedit quippe Guillelmus Rex, Ecclefiæ Baiocenfi, & eidem fratri fuo, Odoni Epifcopo, ann. 1074. ipfum Pleffeyum Grimoldi, & multa appenditia; quibus ille *Grimoldus*, pro reatu fuæ infidelitatis, & crimine infidiarum fuarum fpoliatus eft ab eo. Carta incipit. *Quoniam de præfentibus.* Teftes verò funt, Ioannes, Archiepifcopus Rothomagenfis; Hugo, Lexouienfis; & Gilbertus, Ebroicenfis, Epifcopi: Abbates autem, Nicolaus S. Audoeni; Gilbertus Fontanellæ; Durandus Troarni, & Vitalis de Bernayo. [b] Porrò, factum euidentius prodit fcrinium eiufdem Ecclefiæ Cathedralis Bajocenfis: in quo hæc leguntur. *Quòd Rex* Guillelmus dedit Odoni fratri fuo, Bajocenfi Epifcopo, Feodum Grimoudi de Pleffeyo, in incrementum Ecclefiæ Bajocenfis, totum integrum, poft mortem Grimoudi, qui in carcere Regis, apud Rothomagum mortuus eft, & fepultus in cœmeterio S. Geruafij, extra villam, habens adhuc tibias in compedibus ferreis, in fignum proditionis; de qua erat ab ipfo Rege accufatus. Epifcopus verò de eodem Feodo, fecit feptem prebendas; & retinuit in Dominium fuum, Manerium de Pleffeyo, cum forefta de Montpinçon: &c. [c] Moritur autem Guillellmus Rex, Nothus, ann. 1087. I.

a Ex Codice, MS. Rubeo, Ecclef. Bajocenf. fol. 126. De Bras, cap. 20. Antiquit. Cadomenf. pag. 38. Antiquitates MSS. Normann. pag 577. Apud D. Bigot.
b Ex Codice MS. Nigro, eiufd. Ecclef. fol. 1. Carta 3.
c Pereuis Codex MS. Papyraceus, fex folior. in 8. Apud Scrinium Cartular. & Litterar. Ecclef. Bajocenf.
d Ex Præfatis Cartis.

Secundus fundator huiufce domus planè euafit ipfe Odo, Pontifex Baiocaffinus; quippe, quam donationis fibi factæ à fratre Rege, piè participem voluit effe: imò & ex affe eamdem confurgere fecit ab ouo. [d] Obiit Odo Epifcopus ann. 1097. Fundator etiam dicitur Henricus I. Rex Angliæ: iuxta Necrologium huiufce loci: iis verbis: 1. Decembris, ann. 1135. obiit Henricus I. Rex Angliæ, qui Samfone, Capellano Patris, & Richardo 1. Baiocenfi Epifcopo, Fundator extitit. Henricus verò 2. nobis Ecclefiam de vrurandia, cum omnibus libertatibus, & poffeffionibus eius: necnon & centum libras, per fingulos annos, multaque alia bona largitus eft, obiit 6. Iulii. [e] *Quod verò fpectat* ad Henricum II. Regem, iam fuperius enuntiauegat, in hunc modum. 6. Iulij: obiit ann. 1190. Henricus II. Rex Angliæ, & Dux Norman-

e Ex Obituario Pleffeij Grimoldi.

Normanniæ: qui dedit nobis Ecclesiam de Yurandia, aliaque plura. [f]

Alij quoque nominantur fundatores in eodem Necrologio, cujus verba hic Aponenda duximus: ne forte pereant, vel à memoria excidant: 3. *Aprilis*, obierunt Episcopi duo: & obitus Fundatoris. Notandum duos Episcopos infra notatos, benè cum Samsone, fundatore nostro, fuisse inscriptos: nam fuerunt omnes Fundatores, cum Henrico I. Rege, de quo ad 1. diem Decembris. Duo illi Episcopi Bajocenses fuerunt, vterque Richardus 1. & 2. Auunculus & nepos: primus, hac die obijt, ann. 1133. duobus annis postquam subscripsit fundationi nostræ cum Samsone, atque Henrico Rege: secundus Richardus dedit eidem Samsoni campum Osberti, vbi nunc hæc nostra Ecclesia sita est, obijtque ann. 1142. Samson verò fundator, & primus prior noster obijt circa, ann. 1150. [g]

III. Quid ad hæc? Dixerim sanè, modò hæc notatio Necrologica vero cohæreat, hos præfatos rectè fundatores nuncupatos esse: quia etsi Guillelmus Rex Odoni fratri; & Odo, Huic Prioratui donationem fecisset: confirmatione tamen subsequentum opus erat, ad effectum huiusmodi consequendum. Nam cùm Guillelmus Rex donationem fecisset Ecclesiæ Bajocensi, & Odoni fratri, Episcopo; seu ipsi Odoni Episcopo Bajocensi, in incrementum suæ Ecclesiæ Cathedralis: haud poterat illud donum Regium in aliud commutare, seu in alios vsus dispergere, vel alijs erogare: nisi de licentia, & consensu, tum Regiæ majestatis, tumque Ecclesiæ Bajocensis, quapropter facile crediderim, fundationem talem ipsius Odonis effectum minimè fuisse assecutam: quousque Rex Henricus I. & illi Episcopi prænominati huic fundationi Odonis, vltrò subscripserint: astante Samsone, Priore.

IV. 1. *Samson, primarius Prior.*

Circa ann. 1130. quando consignata & confirmata fuit hujusmodi fundatio à Rege Henrico I. Angliæ, Duceque Normanniæ: Richardo 1. Episcopo Bajocensi. Migrauit autem ad Dominum, circa ann. 1150. die tertia April. vti nuper visum est. [h]

2. *Nicolaus de Coquin.*

Memoratur circa illud tempus: [i] itemque ann. 1162. [l] 1169. [m] & 1177. [n] Eius tempore, Henricus, Bajocensis Episcopus, dat vadum Luteum Ecclesiæ, & Canonicis Regularibus præsentis Prioratus; quod postea Robertus, Bajocassinus Pontifex, confirmauit. [o]

V. 3. *Stephanus.* [p] 4. *Radulphus, ann. 1190.* 5. *Guillelmus, 1210.*

6. *Petrus de la Baare, 1234.* 7. *Henricus, 1250.*

8. *Guillelmus 2. Causson, 1266.* 9. *Richardus le Moyne, 1290.*

10. *Guillelmus 3. Pinçon, 1314.*

11. *Guillelmus 4. de Canteil, 1340.*

12. *Ioannes Maufrac, 1370.* 13. *Matheus de Chaumoncel, 1398.* [q]

Guillelmus 5. de l'Orme, 1412.

Ioannes 2. Marmint, ceu Marinint, 1435.

Petrus de Missy. 1457. [r]

Quantum spectat ad seriem & tempus horum trium posteriorum spectat; aduer-

VI. satur omninò Necrologium ipsius Prioratus: in quo hæc eadem legimus, 15. Ianuarij, obiit Petrus de Missy, Prior, ann. 1400. circiter. 2. Ianuarii, obiit Guillelmus de Vlmo, 7. Prior operosus, ann. 1435. 12. April, obijt Ioannes Marmint, de sancto Ioanne Albo, Prior, ann. 1457. 22. Maii. Bertinus Marinint, Prior, ann. 1480. sepultus in Capella à cornu Epistolæ. [f] Nec ergò iste Bertinus obierat, ann. 1471, sed congruo ordine sic procedere debent.

f Ibid.

g Ibid.

h Ex Necrologio, cod. sup.

i Ex Codice, MS. Nigro, Ecclef. Bajocenf. fol. 17. & 18.

l Ibid. fol. 34.

m Ibid. fol. 19.

n Ibid. fol. 26.

o Ex Codice MSS. Rubeo Ecclef. Bajocenf. fol. 61.

p Ex Cartulario Abbatia Hambeyæ, fol. 21.

q Dominus de Rozca, in Catalogo horum Prior.

r Idem.

f Ex Necrologio Plessei Grimoldi.

14. Petrus 2. de Missy. ann. 1400. circiter.

15. Guillelmus 5. de vlmo. 1435.

t Ibid. *16. Ioannes Marmint. 1457. 17. Bertinus Marinint. 1480.* t

18. Gabriel le Veneur. 1480.

Interest Scacario Normann. ann. 1484.

19. Nicolaus à sancto Germano. 1525.

u Dominus de Ros-co sup. *20. Guillelmus 6. à sancto Germano. 1. Commendatarius. 1552.* u

De his Duobus vltimis sic habet Necrologium præfatum.

15. *Februarij Nicolaus à sancto Germano, vltimus Prior ann.* 1552.

23. *Ianuarij Guillelmus à sancto Germano Prior ann.* 1582. x

x Necrologium sup.

21. Franciscus de S. Gelais. 1582. 22. Ludouicus le Cochu. 1592.

23. Ioannes 3. le Bel. 1605.

24. Franciscus à Monte-morentio. 1612.

25. Ludouicus 2. à Monte-morentio. 1618.

26. Stephanus le Berger. 1624. 27. Georgius du Fay.

y Dominus de Rosco sup. Consiliarius Regis in Parlamento Rothomagens. adhuc superstes 1644. y sub quo, cùm ann. 1637. die 26. Septembris, Illustrissimus Antistes Bajocensis, Iacobus *d'Angennes*, concessisset, tanquam proprius Pastor, ac superior legitimus, omnibus Religiosis professis huiusce Prioratus, vti Breuiario, Missali, Graduali, Antiphonario, psalterio, cæterisque libris ad vsum Romanum pertinentibus: hos eosdem libros idem, vir nobilis D. Georgius *Fayus*, Prior Commendatarius, abundè & liberaliter suppeditauit.

Ann. 1130.

FVLCARDVS MONS: GALLICÈ, Foulcarmont.

Tempus Fundationis huiusce Abbatiæ exquiritur Comites Aucenses, illius fundatores ex asse agnoscuntur; quò sibi & posteritati, Mausoleum compararunt.

CAPVT I.

1. COnstat hanc Abbatiam de Fulcardi-monte, ordinis Cistertiensis (quem cum matre sua Sauiniacensi ann. 1148. assumpsit, sub Linea Claræuallensis) fundatam esse anno Christi 1130. octauo Calend. Augusti. a Intactum autem minimè est pertranseundum, quod *Manriquez*, subdit. *Fulcardi-mons* (inquit) *Rothomagensis, id est, in eadem Prouincia, diœcesique, cum matre Sauigniaco.* b Ea quippe Abbatia, in Prouincia extat Rothomagensi atque Diœcesi; sed Sauigniacum in Episcopatu Abrincensi, illam libri Annatarum Cameræ Apostolicæ, B. Ioanni Apostolo & Euangelistæ adtitulant, quinquaginta florenorum præfixa taxa. *S. Ioannis Euangelistæ de Fulcardi monte, Floren. L.* c

a *Gallia Christiana in Abbatijs: & in Archiepiscopis Rothomag. Manriquez Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad ann. 1130. cap. 7. §. 1. & 2.*
b *Idem Tom. 2. ad ann. 1148. cap. 15. §. 5.*
c *Idem.*

Fundatores

II. Fundatores Agnoſcit; Aucenſes Comites, Gallicè, *d'Eu*: quorum Genealogia paucis his delineatur verbis.

Richardus 1. Dux Normanniæ, ex quadam concubina genuit Guillelmum.[d]

I. Guillelmus 1. Comes Oximenſis, poſtea Aucenſis, habuit in vxorem *Leſcelinam*, *Turchetilli* filiam; ex qua prodiere. [e]

II. Robertus, Comes Aucenſis: [f] vxor Beatrix ex quo ortus eſt cum fratribus Rodulpho & Roberto Vuillelmus cognomento. [g] *Buſacius*, Comes Sueſſionenſis. || Et Hugo, Epiſcopus Lexouienſis.

III. Guilielmus 2. Comes Aucenſis: cuius vxor nomine *Heliſendes* fuit ſoror Hugonis, Ceſtriæ Comitis in Anglia: ex qua progeniti ſunt.[h]

IV. Henricus, Comes Aucenſis: qui deſponſauit filiam Guillelmi Domini de *Soleio*, filij primogeniti Stephani, Comitis Bleſenſis: & *Adelæ*, filiæ Guillelmi, 2. Nothi, Normaniæ Ducis, & Angliæ Conquiſitoris Regis, obijt autem ipſe Henricus, Aucenſis Comes, ann. 1139.[l] cùm jam illi nati fuiſſent. [m] || & Guillelmus de Grandicorte Eques.[i]

V. Ioannes, Comes Aucenſis: 1149. [n] || Duo alij N. N. [o] || & vna filia N. [p]

III. Ex quibus, facile conijcio, præfatum Henricum, Aucenſem Comitem, huiuſce Abbatiæ fuiſſe Fundatorem, ann. 1130. (non autem 1116. vt mendoſè ſcribit *Rumetius* [q]) vel ann. 1119. ex *Coquillæo*: [r] quiquidem poſtea ipſi addictus Monaſterio, ex conſenſu Innocentij II. ſummi Pontificis, ac juſtæ vxoris ſuæ ſcilicet Margaritæ vitam in eo agens Religioſam, defungitur vita: ann. 1139. ceu 1140. juxta varium ſupputationis calculum, illicque inter delectos ſodales Fulcardi montanos ſepultus, jacet ſub capitulari loco: vxor autem eius Margarita à ſæcularibus ſecluſa, recumbit ibidem, ante altare primarium.

Reliquerunt autem poſt ſe ſuperſtites, Ioannem, Stephanum: Beatricem, & Mathildem: Stephanus, eques ſtrenuus, magiſter Templi, euaſit: Ioannes verò, tanquam primogenitus, Comitatu Aucenſi potitus eſt: qui exceſſit è vita ann. 1170. ceu 1171. [ſ] cùm ex voto ſolitariam Fulcardi monte vitam traduceret jam ab obitu ſuæ coniugis Alidæ, Ælidiſve, (quam apud Anglos Vuillelmus de Albineio Arundelius Comes generarat) duobus filijs relictis Henrico & Roberto. [t] Sepultus eſt autem ipſe Ioannes, Auci Comes, in eodem Monaſterio cum habitu eiuſdem ordinis, quem coluerat, & appoſitus ad patrem ſuum, viſitur etiamnum ibidem lapis eorum tumulo ſuperpoſitus, vtriuſque effigiem referens, ſub Monachili habitu: cum hiſce verſibus & tempore conſuetis.

Eſt Pater Henricus, primus gregis huius amicus.
Eius erat natus, Ioannes jure vocatus,
Filius Henrici fuit hic, ſed poſtea frater,
Hos Monachos genuit Domino domus hac pia mater,
Qui legis abſque mora, pro tantis fratribus ora.

Henricus Ioannis ante dicti filius, natu maior, fit, paterna morte, Comes Aucenſis, qui ad Sacrum bellum, in orientem profectus, in obſidione Ptolemaidis occiditur, ann. 1217. alij verò aiunt, hunc Henricum ſibi deſponſata vxore, mathilde, à *Longa-villa*: genuiſſe Radulphum & guidonem; qui cùm juuenes obijſſent, & Fulcardimonti ſepulti fuiſſent, Alix Primogenita Henrici filia, Comitiſſa Aucenſis facta, matrimonium inijt, cum Radulpho *Iſſoldani*, ex Comitibus Marchiæ, ann. 1200. qui poſtea in expeditionem belli ſacri pergens, occubuit iuxta Aconem, ann. 1217. cuius exangue corpus, in Galliam relatum, apud Fulcardimontem cura eiuſdem Aliſæ, piæ coniugis, tumulatum eſt; quem & ipſa ſecuta eſt ann. 1227. Huic Philippus Rex redideral Comitatum Aucenſ. ann. 1209. ex codice MS. magno fol. 34. Lutetiæ, apud D. de Vyon de *Herouual*, Radulphus horum filius, Comitatuſque hæres Aucenſis, Ioannam, Hugonis, ſeu Odonis, Du-

d *Dudo lib. 3. in Duce Richardo 1. Molinæus lib. 3. Norman. Hiſtor. cap. 8. §. 11. ad ann. 990.*
e *Gemeticenſis lib. 4. cap. 18. lib 5. cap. 3. & lib. 7. cap. 20. Ordericus lib. 4. an. 1071. pag. 544.*
f *Guillelmus Pictauienſ. de Geſtis Guillelmi 2. Nothi, Ducis Norman. Ordericus lib 3. an. 1066. pag. 493. lib. 5. ad ann. 1077. lib. 4. ann. 1070. pag. 523. & lib. 7. ad ann. 1087. pag. 657. lib. 8. ann. 1089. pag. 681. lib. 9. ann. 1095. pag. 722. Malmesburienſ. lib. 3.*
g *Gemeticenſis lib. 7. cap. 20. Molinæus ſup. lib. 7. cap. 5. §. 1. ad ann. 1049 & 1050.*
h *Vide in Epiſcop. Lexouienſ.*
i *Ordericus lib. 8. ann. 1093.*
l *Ordericus lib. 12. ann. 1114.*
m *Chronica Normã. Latina, ad ann. 1139. Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum eod. ann.*
n *Gemeticenſis lib. 8. cap. 34. Ordericus lib. 11. ann. 1104.*
o *Chronica Norman. ſup. Robertus à Monte, ann. 1139.*
p *Gemeticenſis ſup.*
q *Nicolaus Rumetius MS. in ſua Picardica: vbi de Augo vrbe, extat. in Bibliothec. D. Seguieri Cancellar. Franc.*
r *Coquille in Hiſtor. Niuernenſi pag. 271*
ſ *Robertus à Monte. in Appendice Sigeberti ad ann. 1170.*
t *Vide ſup. in fine cartæ fundationis, vlterioris potius.*

cis Burgundiæ filiam, accepit in vxorem ann. 1222. quæ paulò post obijt, sepulta in ea Abbatia à quibus hæc illustrata Abbatia, ann. 1224. atque plurimis in posterum aucta possessionibus, excepit ipsos atque nepotes sepulchro. [u] Ex quibus mendum apparet irrepsisse in Antiquitat. MSS. Normaniæ pag. 141. dùm istius fundatio Asceterij reponitur ad ann. 645. per Dagobertum Regem Franc. ad instantiam S. Audoeni, Rothomagens. Archiepiscopi.

u Belforestius lib. 5. Annal. Franc. cap. 87. & lib 4. cap. 35. Robertus de Monte, ann. 1173. Quercetanus lib. 2. Histor. Genealog. Domus Drocens. cap. 2. ad ann. 1137. pag. 66. & in probationibus pag. 263. Coquille. Rumetius & Manriquez supr.

His omnibus, non paruam lucem afferet sequens.

In frumentum fundationis Abbatiæ Fulcardimontis.

In nomine S. Trinitatis, Ego Ioannes Comes Augensis presenti cartula sigillo meo communita tam presentibus quam futuris notificare necessarium judicaui quod Abbatiam juxta Fulcardimontem à Patre meo Henrico & à meipso constitutam sicut venerari debeo ita & multiplicari desidero. Res ergo suas & maximè quas habet de feodo meo in tutela, in protectione & deffensione mea suscipio. Sciant itaque omnes homines terræ meæ quod si quis eorum prædictam Ecclesiam temerè infestauerit & iniustè fatigauerit, seu res suas diripere, detrahere & minuere præsumpserit, non mihi minorem injuriam irrogabit, quam si de jure hereditatis meæ mihi quicquam conaretur auferre. Duplici enim ex causa ad tuendam & manutenendam prætaxatam Ecclesiam compellor, hinc quia scilicet Pater meus in ea monachus effectus est & conditus jacet, hinc quia in suo & de suo proprio instituta est, Concedo igitur & scripto atque sigillo meo confirmo donationes tam in terris quam in rebus alijs quas ab hominibus meis accepit siue iusta emptione siue pia quorumdam oblatione siue liberali Baronum meorum largitione, in quibus hæc propriis duxi exprimenda vocabulis. Ex dono Roberti de Fanicuria vnam carrucatam terræ liberam ab omni decima & ab omni consuetudine alia, in Landa Campanesiæ villæ, & totam decimam eiusdem Landæ, testibus his Valtero de S. Martino, Gosselino de Criolio, Henrico de Cuueruilla, Osberno de Pilo Ceruino, Hugone de Petricuria & aliis. Ex dono Rogeri de Sausseio vnam acram terræ deforis Osbermesnis liberam & ab omni consuetudine quietam, testibus his Rogero de Maineriis, Roberto de Fanecour, Valtero de Osbermainil, Ex dono Valteri, Purelli pratum adjacens Prato quod Henricus Pater meus dedit ad Abbatiam construendam & duas acras terræ nemorosæ; testibus his Valtero de S. Martino, Rogero de Grandi curia & cæteris Baronibus Comitis. Item ex dono Valteri Purelli & Rogerij filij eius terram in qua est virgultum testibus his Valtero de Dauidvilla & cæteris Baronibus Comitis. Item ex dono Valteri Purelli, Rogerii, Hugonis & Pagani filiorum eius totam terram suam quæ est inter terram Monachorum & culturam Gilberti Calletot liberam & quietam ab omni consuetudine & redditu in perpetuum possidendam, & Culturam suam quæ est iuxta vallem Engelberti ab omni redditu & consuetudine in perpetuum possidendam quandiu prædictus Valterus vixerit, post mortem vero eius, Ecclesiæ in perpetuum ad campartam, remanendam, testibus his Thoma de S. Leodegario & aliis. Ex dono Roberti de Restoldivalle & Ælardi filii sui sexaginta acras terræ cum tota decima ab omni redditu & consuetudine liberas in Landa Campanesiæ villæ in perpetuum possidendas, testibus his Roberto de Fanicuria, Engerranno de Scotignies, Gaufrido de Villeriis, Roberto de Maisniels & aliis. Ex dono Villermi filii Nicolai de Verleio & Richeldis vxoris eius terram suam culturis monachorum ex vtraque parte adiacentem, & partem prati sui in quo est hortus prædictorum monachorum testibus his Gaufredo Sacerdote de Nouauilla & aliis. Ex dono Gilberti filii Soliscæ & Ricardi filii eius terram suam adiacentem culturæ monachorum & duas acras & dimidiam terræ alterius absque omni redditu & consuetudine liberè possidendas testibus his Villermo de Cresnys, Hugone de Ramburellis & alijs. Ex dono Bernardi Molendinarij & fratrum eius tres acras terræ nemorosæ ab omni redditu & consuetudine liberas. Ex dono Raynaldi de Septem molis vnam acram & dimidiam terræ libere & quietè in perpetuum possidendam, testibus his Bernardo de S. Remigio, Guidone de Gouimarra & aliis. Ex dono Roberti Sacerdotis S. Ioannis tres acras terræ quæ hereditario jure tenuit de feodo prædicti Raynaldi liberas & quietas in perpetuum possidendas testibus his Bernardo de S. Remigio & aliis. Ex dono Osberni

de Pilo

de Pilo ceruino vnam acram terræ liberè in perpetuum possidendam. Testibus his Roberto de Fanicuria, Eustachio Harenc, Valtero Purello Roberto de Mainiela & multis alijs.

Abbates huiusce insignis Monasterij, ab exordio illius fundationis vsque in præsens recensentur.

CAPVT II.

I. NVnc aggredimur ea, quæ spectant ad ipsius cœnobij instituta, & Monasticæ disciplinæ obseruantiam, quæ ab initio diu, multumque ibidem viguit, cura ac zelo eiusdem loci cœnobiarcharum; quorum series hic attexitur.

1. *Vualterus primarius Abbas.*

Nominatur ad ann. 1144. vitamque protraxit vsque ad ann. 1147.

2. *Adamus. Memoratur, ann. 1148. & 1154.*

3. *Stephanus. 1170. 4. Hugo 1175. & 1183. moritur ann. 1196.*

5. *Robertus.*

II. Citatur ann. 1196. 1205. & 1206.[a] cuius tempore, inuenio memoratam eamdem Domum, in litteris Innocentij Papæ III. Abbati ipsius, simul & Frigidimontis delegata in sacram Præmonstratensem ordinem, atque in eius Abbatem, jurisdictione: Pontificatus ipsius ann. 7. vti scribit Angelus *Manriquez*: [b] cui tamen aduersatur Ioannes, *le Paige*; Gregorio IX. summo Pontifici illud attribuens; pro Reformatione totius ordinis ipsius Præmonstratens. ann. 1233. incipit *Grauis est admodum*: sub datum Laterani 11. Calend. April. Pontificat ann. 7. item, alio Diplomate. *Sicut in nostra proposuisti præsentia*: Sub Datum ibid. 7. Calend. Februar. [c] Huic eidem Roberto, Abbati Fulcardi-montis cessionem, Osbertus, fecit Abbatiæ suæ Abbas loci Dei, in Pontiuo, Diœces. Ambianens. (filia quippe est Fulcardi-montis) eamque admisit ann. 1203. ipse Robertus; sed indiscretè & minus sapienter: quapropter cassum irritumque, quod actum erat, decreuit capitulum generale Cistertiense, & in pristinam dignitatem restituit Abbatialem, præfatum *Loci Dei* Archimandritam: ea tamen lege: vt Restitutus Cistertium veniat, super his, quæ sibi obiecta fuerint responsurus Domino Cistertij: Abbati autem de Fulcardi-monte, qui eius cessionem recepit indebitè, parcitur in præsenti.[d]

6. *Ioannes, Notatur ann. 1218. 1221. & 1224.*

7. *Robertus 2. d'Enuremont.*

III. Anno 1238. & 1243.[e] Huic facultas demandatur, ann. 1247. in litteris Gregorij Papæ IX. Pontificatus sui ann. 10. vt præsideret electioni Abbatis S. Vedasti, super qua nimium inter monachos illius contendebatur: quæ postea in litteris Vrbani IV. suis in locis recensenda promittuntur ab Angelo *Manriquez*[f] ann. 1249. præsentatio ad Ecclesiam de *Vuaternilla* in Archidiaconatu Augi, illi adiudicatur, ex consensu Archiepiscopi Rothomagens. & Regis Francor.[g]

8. *Guillelmus, memoratur ann. 1257.*[h] *9. Philippus.*

Hic ex Canonico, & officiali Cœnomanensi, primùm monachus facundia & eruditione præstans mox Abbas Fulcardi-montis; inde in Abbatem 21. Claræuallis, electus est ann. 1262.[i] obijt 1272.

a *Ex Cartulario Abbat. Fulcardi-montis.*

b *Manriquez Tom. 4 sup.*

c *Le Paige, lib. 5. Bibliothec. Præmonstrat. pag. 659. & 660. Priuilegio 57. & 58.*

d *In Apologetico, pro Cistertiens. Abbate, ann. 1655. vbi de capitulis generalib. Ordin. Cistertiens. secul. 2. distinct. 1. ad ann. 1205. pag. 172. Ignatius Ioseph, lib. 1. Histor. Ecclesiæ Abbatis-villa. cap. 86.*

e *Cartularium Abbat. Fulcardi-montis.*

f *Manriquez sup.*

g *Vide in Neustria Christiana, sub Archiepisc. 58. §. 2.*

h *Cartularium sup.*

i *Manriquez Tom. 1 sup. in serie Abbat. Claræuallis ex Gallia Christiana, in Abbat.*

Digitized by Google

10. Gaufridus, nominatur ad ann. 1293. 1294. & 1300. IV.
11. Mathaeus ann. 1302. 12. Richardus. ann. 1322.
13. Radulphus Blechard.

Anno. 1328. 1340. & 1341. tuncque sub eo, triginta Monachi leguntur cœnobium incoluisse.

14. Hugo ad ann. 1349. 15. Godefredus ann. 1376.

l Cartularium sup. fol. 106.

16. Leornardus. ann. 1390. [l] *17. Guillelmus 2. ann. 1413.*
18. Carolus, vsque ad ann. 1452. V.
19. Thomas dictus Boutevillain.

m Ex eod. Cartulario

n Ex Scacarijs Norman.

Anno 1452. 1453. & 1459. [m] Abbas Fulcardimontis Scacario Normanniæ ann. 1453. à presenti excusatur, ob infirmitatem sed alijs Scacariis interest, ann. 1454. & 1457. [n] postea ad Sauigniacum assumptus.

20. Ioannes 2.

o Ex præfato Cartular.

Ad ann. 1468. Memoratur, [o] absens clamatur Abbas Fulcardimentis in Scacariis, ann. 1463. 1464. 1469. 1474.

21. Guillelmus 3. du Mouchel.

Presens agnoscitur in Scacario ann. 1484. & 1497. qui etiam adhuc nominatur in Cartulario ad ann. 1500. & 1507. attamen conspicitur in eodem Scacario ann. 1497. alter Abbas Fulcardi-montis, dictus *Robertus Vallée*: forsan coadiutor datus, seu cui Abbatia resignata esset: ob Prioris valetudinarium statum.

22. Ioannes 3. des Courtils, ann. 1516.

23. Ioannes 4. de Dampetra. 24. Ioannes 5. le Duc. 1526.
25. Hubertus Isseranus.

o Ex Cartulario sup.

Benedictinus, successit: qui ann. 1539. die 23. Maij permutationem fecit cum Ludouico de *Charny*: qui dedit illi Episcopatum Glandeuensem. [o]

26. Ludouicus de Charny. VI.

Ann. 1539. & 1546. Abbas primus sæcularis.

27. Eustachius à Bellayo, ann. 1550.
28. Andraas Dormy, ann. 1564.

29. Matheus 2. de Manny.

Ann. 1565. ex resignatione prædecessoris: Eleemosynarius Reginæ Franc.

30. Petrus à Rua, seu Bernaprejus.

p Ex eod. Cartular.

Ann. 1576. [p] Illius meminit Nicolaus *Rumetius*, sup. cujus tempore scribebat sua *Picardica*.

31. Antonius à Rua, ann. 1592. Petri nepos.

32. Franciscus de Mailly.

Ex sorore nepos Antonij, ann. 1603. & 1624. obiitque circa festum Natiuitatis Christi: cui successit.

33. Ioannes 6. le Pelletier.

Ann. 1625. die 12. Ianuar. religiosus professus Monasterij de Barbello eiusdem Ordinis: Doctor Theologus Parisiens. qui genere & virtute illustris, necnon pro innata sibi, in omnes beneuolentia, affabilitate, & animi gratitudine, meritò apud cordatos, optimosque viros, bene audit: nunc vsque viuit ann. 1645. jam ab ann. 1633. Col.

Digitized by Google

1633. Collegij S. Bernardi Parisiens. prouisor; & D. D. Petri *Niuelli*, Cistertiensis Abbatis, & Generalis eiusdem Ordinis, per insulam Franc. & Normanniam Vicarius generalis: q sed proh dolor: moritur, in præfata sua Abbatia, paulò post eod. ann. 1645. mense Iulio.

VII. Ad hanc Abbatiam spectat cura S. Theodorici de *Calceya*, Diœces. Ambianens. in Decanatu de Pisceyo. r Præfatus Abbas Ioannes ædificia cœnobij penè diruta restaurauit: Ecclesiam & dormitorium reparauit: huius successor fuit.

q *Pelletier, in sua Apologetica pro Abbat. Cistertiensi. sup. in Summario Capitulor. General. cap. 2 pag. 123.*
r *Pullia. num magn. Beneficior. Franc. part. 2. pag. 146.*

34. *Iulianus Paris.*

Britannus Armoricus, monasterij B. Mariæ de *Precibus*; Ordin. Cistertiens. strictioris obseruantiæ Religiosus professus, Doctor Theologus Parisiensis, Subprior & Regens in Theologia Lutetiæ in Collegio Bernardinorum; Is mortuo Ioanne Præfato, à Religiosis eiusdem Abbatiæ vnanimiter in Abbatem fuit expetitus; adidque, per superiores Regi nostro Christianissimo Ludouico XIV. præsẽtatus. Quibus vltrò annuens Rex, breue suæ nominationis dedit die 15. Octob. ann. 1645. Dein ab Innocentio X. Papa confirmatus ann. 2. sui Pontificatus 4. idus Nouemb. possessionem inijt die 16. Ianuarij ann. 1646. ac tandem ab illustriss. D. Sebastiano de Rosmadec, Venetensi Episcopo, in ipso monasterio de precibus, benedictus, mense Martio, Dominica die Passionis: vir sanè feracis ingenij, & eximiæ Religionis ac doctrinæ, necnon in omnes vrbanitatis ac beneuolentiæ haud vulgaris.

VINACIVM, GALLICÈ, VIGNAS, ET VINAZ.

Circa Anni 1130.

Tempus illius Fundationis exquiritur, & à quibus fundata sit & dotata, ac gubernata hæc Abbatia.

CAPVT I.

LOCVS hic duabus leucis distat à Falesia, Diœcesis Sagiensis; olim spectans ad Comites Belismenses. Constat quippe Henricum I. Angliæ Regem, ac Normaniæ Ducem, ann. 1118. bonis omnibus, Sagio, Alenconio, &c. spoliasse, Robertum Bellismensem: quæ tamen, anno sequenti, rogatu Fulconis, Comitis Andegauensis, omnia illi restituit. *Tunc* (ait Ordericus) Rex, Guillelmum Talauacium, Roberti Belesmensis filium, precatu Comitis, in amicitia recepit, & totam in Normania patris sui terram reddidit: Alencionem, & Almaniscas, atque Vinacium, aliaque castra, ei concessit. a

At paulò post, circa ann. 1130. *Vinacium* cessit in partem Dei, forsitan ex Donatione illorum Comitum Bellismensium, qui pietate ducti, præsens cœnobium sanctimonialium, Ordin. S. Benedicti, condiderunt, cui & *Vinacium* liberaliter largiti sunt. Etenim præfatus Rex Henricus I. confirmat, ann. 1135. nonnulla pro Abbatia S. Mariæ de *Vinaz*. b

Item, memoratur, Margarita, Priorissa de *Vinacio*, pro quadam compositione, ann. 1268. c

Carolotta de Falesia, quæ fieri fecit magnum Columbarium curiæ inferioris dicti loci: ann. 1578. vti exaratum legitur super portam eius.

N. De Bernay. *N. De Medauy.* Nunc superstes, ann. 1647. quæ circa ann. 1626. hunc Prioratum curauit erigendum in Abbatiam, cum Ecclesia à fundamentis omninò noua.

a *Ordericus lib. 12. Histor. Eccles. ad ann. 1118. pag. 845. & ad ann. 1119. pag. 851.*
b *Ex Cartulario S. Andreæ de Gofferni fol. 18.*
c *Ibid.*

Digitized by Google

Ann. 1130.

FALESIA.
GALLICÈ FALAISE.

Qua causa Abbatia hæc incœpta fuit : & à quibus Fundatoribus extructa : eam primo incolunt Canonici Regulares S. Augustini ; postea, Præmonstratensis Ordinis : Abbates primarij describuntur.

CAPVT I.

FALESIA, oppidum est nobilissimum, à Cadomo, distans 7. leucis; à Sagia verò vrbe, (cuius Diœcesis est) leucis 10. De quo hæc decantat Vvillelmus Brito lib. 8. Philippidos sub initio. Loquens de eius obsidione per Philippum Augustum Regem Franc.

Vicus erat scabra circundatus vndique rupe,
Ipsius asperitate loci, Falesa vocatus,
Normanna in medio Regionis, cuius in alta
Turres rupe sedent, & mœnia, sic vt ad illam
Iactus nemo putet aliquos contingere posse.
Hanc Rex innumeris circumdedit vndique signis.

Iuxta illud, extra muros, hæc præsens conspicitur Abbatia, Prius Canonicorum Regularium Augustiniani instituti, nunc autem, Præmonstratensis Ordinis: a De cuius initio; vetus narratio MS. hæc subdit scitu dignissima. *Vt à veteribus* in posteros sit relatum, qua causa domus ista, fuit incœpta, & à quo fundatore fundata, & à quibus prærordinata, scripto commendari & confirmari volumus. Quadam die, ingruente hyemis sæuitia, duo pauperes aduenerunt Falesiam, qui quærentes per totam villam Falesiam, hospitium, inuenire non potuerunt. Exeuntes autem extra villam, venerunt in vicum, qui *Boceium*, nuncupatur; vbi nemo eos suo voluit recipere hospitio. Videntes autem grangiam cujusdam Burgensis, videlicet, Gaufredi, filij *Rou*, eam fregerunt, & gratia hospitij, se intromiserunt : postea ignem accenderunt, & de sua farinula panem subcinericium concoxerunt, sed vnus eorum minimè potuit comedere. Eadem verò nocte idem defunctus est, siue præ nimio frigore, vel, vt melius reor, Domini prouidentia, qui quandoque patitur, vt indè vnus corruat, vndè multi in posterum subleuentur. Mane autem facto, Domino Gaufrido nuntiatum est, quòd quidam pauper, eadem nocte, in sua grangia, obijsset : quo audito, multùm doluit. Vt verò gnarus & prouidus, morte pauperis perterritus, & Dei amore compunctus : quid esset facturus intra se cogitabat. Videns autem, quòd in vita sua multis bonis affluisset, & quòd parum pro salute animæ suæ fecisset : bonarum gentium vsus consilio, in eodem agro, in quo antea grangia, fuerat, pro salute animæ suæ, & antecessorum suorum, Hospitale construxit, & Ecclesiam vnã, juxta Hospitale : quæ dedicata fuit à Ioanne Sagiensi Episcopo, anno gratiæ 1127. in honorem S. Michaelis Archangeli. Huic verò hospitali dictus Gaufridus, seipsum dedit ad seruiendum pauperes Christi : & magister Rogerus de *Vitrei*, ab adolescentia sua vir deuotus; & Gaufridus de *Petra ficta*. b Præfatus autem Gaufridus, Burgensis Falesianus, postea sacris ordinibus initiatus,

I.

a *Marinus Prouenerre lib. 3. Chronica MS. Norman. cap. 78. Gallia Christiana in Episcopis Sagiens. & in Abbat.*

b *Extat in Cartulario Abbat. S. Ioannis Falesia.*

initiatus, Presbyter vocatur à *Marino*: c cuiusque pia memoria agitur 23. Maii, & 25. Octob. quo obiit, ann. 1134. d Nuncupabatur *Gaufredus*, *Gaufridus*, seu *Gonfridus*, vti constat ex Bulla confirmationis prædictæ suæ fundationis, per Innocentium II. Papam. Dùm Rothomagum venisset, ann. 1130. cuius diploma tale est.

c *Marinus sup.*
d *Necrologium Abbat. Falesiæ. 23. Maij, & 25. Octob.*

Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Gonfrido, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio, Religiosis desideriis debemus assensum præbere, vt fidelis deuotio celeriùs sortiatur effectum. Quocirca, dilecte in Domino, fili Gonfride, tuis postulationibus clementer annuimus; & hospitalem domum de Falesia, consensu charissimi filij nostri, Henrici, gloriosi Anglorum Regis, à te constructam, & scripti sui pagina roboratam, sub B. Petri protectione suscipimus, & Apostolicæ sedis robore communimus. Statuimus igitur, vt quæcumque bona, quæcumque possessiones, concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum: oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, eidem loco collata sunt, vel deinceps præstante Domino, conferentur, nullus auferre, vel minuere audeat, sed omnia integra conseruentur, pauperum vsibus, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt, omnimodis profutura. Si quis itaque locum ipsum temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel minuere, fortè tentauerit; indignationem BB. Apostolorum, Petri & Pauli, & nostram, incurrat: conseruantes autem; peccatorum remissionem, & eorumdem Apostolorum gratiam consequantur. Datum Rothomagi 7. idus Maij.

II. Postea, hunc locum, conuentu extructo, incoluerunt Canonici Regulares S. Augustini, indè, præmonstratensis: qua de re præstat audire vetus MS. jam superius allatum. *Processu verò temporis*, alijs clericis sibi adiunctis, videntes locum, in quo erant angustum, construxerunt aliam Ecclesiam in honorem B. Ioannis Baptistæ: & Dormitorium: & alias officinas, ordinatas juxtà possibilitatem; prædictum Rogerum de *Vitrei*, sibi præficientes Priorem. Hæc quoque Ecclesia Dedicata fuit à Ioanne, Sagiensi Episcopo, in honorem S. Ioannis Baptistæ, anno gratiæ 1134. vbi aliquandiu religiosè, secundum Regulam, Beati Augustini, in nigro habitu conuersantes, sed saniori vsi consilio, & suam volentes meliorare conuersationem, habitum album suscipientes, ordinem professi sunt præmonstratensem, paternitati S. Iodoci de *Pontiuo* se subijcientes. Illis verò adhuc in nigro habitu conuersantibus, ad petitionem bonæ memoriæ Hugonis, Rothomagensis Archiepiscopi, & R. Domini de *Planes*, Ecclesia S. Laudi, quæ sita est in *Burgo Achardi*, per Rogerum Priorem, & Canonicos S. Ioannis de Falesia, in Religione fuit ædificata, & vnius societatis, eiusdemque capituli, cum Ecclesiæ Falesiæ effecta, anno gratiæ 1143. sicut continetur in litteris Eugenij Papæ, & Hugonis Rothomagensis Archiepiscopi. Postmodùm verò, electo Ordine Præmonstratensi, sicut prælibatum est, Canonici huius domus, anno gratiæ, 1160. Robertum de *Vitreio*, sibi præfecerunt in Abbatem; qui fuit primus Abbas hujus domus. e Sicque benignè veniunt intelligendi, scribentes hanc Abbatiam esse Ordinis S. Augustini: f quæ modò est Præmonstratensis instituti; adhuc tamen militans sub Regula ipsius S. Augustini; cuius Archimandritæ hi sequuntur.

e *sup.*
f *Belforestus in Cosmograph. Franc. vbi de Norman. Quercetanus lib. 7. Antiquit. Vrbium Gall. cap. 12. ibid.*
g *Vetus Manuscriptum Falesiæ, sup.*

III. *1. Robertus de Mireio.* g

Erroris itaque arguitur *Marinus*, scribẽs hũc tertio loco rexisse: cùm illi duo præcedentes, nimirum, Rogerus de *Vitreio*, & Gaufridus de *Petra ficta*: Non Abbates, sed tantummodo Priores extiterint illorum Canonicorum Regularium S. Augustini: quorum tempore, primaria illa Ecclesia dedicata est, ann. 1134. in honorem S. Ioannis Baptistæ: vti nuper vidimus: & confirmat Chronicon Goferni. *Ann. 1134. instituta est Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, in Falesia.* h *Item, ad ann. 1141. Hoc anno venerunt primùm Canonici Regulares de Falesia, ad S. Laudum Burgi-Achardi*: i quæ vltima verba etiam præfatæ veteri narrationi MS. de hujusce loci initio maximè consonant: eodem enim refert ad ann. 1143. de ipsius Burgi Achardi acceptione. Cùm

h *Marinus, sup.*
i *Chronicon MS. Abbat. Gofferni, ad. ann. 1134. & 1141.*

igitur hi Canonici Regulares, meliore vsi consilio, summè exoptasent, ordinem profiteri Præmonstratensem, ann. 1158. Religiosis ex Nemorensi S. Iodoci cœnobio, Diœcef. Ambianens. sub titulo *Domni-Martini*, vulgariter nuncupato, venientibus, votis suis plenè potiti sunt ann. 1159. ac tandem ipsum Robertum de Mireio, (Aliàs, le *Mayre*: cognominatum:) sibi præfecerunt in Abbatem primarium, ann. 1160. [l] Biennio post, Henricus II. Angliæ Rex, Normanniæque Dux, multa largitus est huic cœnobio; cuius litteræ extant sub Datum apud Falesiam, ann. 1162. præsentibus, Philippo Bajocensi, Litasso Lexouiensi, Girardo Sagiensi, Richardo Ebroicensi, & Richardo Constantiensi, Episcopis: Thoma Cancellario. [m] Alia subsequitur carta, in hunc modum *Henricus* Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Archiepiscopo Rothomagensi, & omnibus Christi fidelibus, in Christo salutem. Quòd ego dedi in eleemosynam perpetuam Deo, & Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ de Hospitali Falesiæ, & clericis in eo, Deo, secundum Regulam B. Augustini seruientibus, ad vsum eorum, & pauperum Christi; quos in illo hospitali susceperint, tantum nemoris Gouferni apud Argentonium, quantum ad ignem proprium, & ad domorum ædificationem eis suffecerint; & omnes eorum possessiones & res præsentes, & futuras, quietas & solutas atelaneo; passagio & pasnagio, &c. ex Codice MS. magno, fol. 22. pag. 2. Lutetiæ, apud D. de Vyon, D. de *Herouual*. Anno autem 1170. Rotrodus, Rothomagensis Archiepiscopus, diffidium composuit inter Gilbertum, Abbatem Troarnensem, & ipsum Robertum, Abbatem Falesiæ, & anno 1171. Robertus Abbas Cormeliæ quædam commutat cum Abbate Falesiano. [n]

[l] Vetus MS Falesiæ 1160. Marinus, sup. 1158. extractum MS. Abbatiæ Domni-Martini, 1159. Aubertus Myræus, in Chronic. Ordin. Præmonstratens. ad ann. 1121. & 1160.

[m] Ex Cartulario Abbat. Falesiæ.

[n] Ibid.

2. *Robertus 2. Taon.*

Sed postea destitutus: ab Abbate de *Silleyo*, ex commissione capituli generalis IV.
Præmonstratensis, delectus fuit Abbas primarius insulæ Dei, ann. 1187. [o]

[o] Vide infra, in Abbatia insulæ Dei, §. 11.

3. *Fulcherus de Longueth.*

Qui obijt ann. 1177. sic enim habetur apud supradictum vetus MS. Falesianum. [p] *Successit in Abbatem Robertus* Taon, *& post illum Fulcherus de* Longueth, *Hi tres rexerunt Ecclesiam annis* 17. *&c.* nempe ab ann. 1160. vsque ad ann. 1177. His tamen omnino aduersatus *Marinus*, (vir alioqui eruditus) ita inuerso ordine, eos recenset.

[p] Vetus MS. Falesiæ, sup.

[q] Marinus, sup.

Robertus le Pie. Robert d'Ollecudon. Robertus Hument, &c. [q]

At, vt verum fatear, adhuc me latet, vnde id acceperit; quamtumuis accuratè, & ex industria sim scrutatus, Archiuum, Scrinium, Cartularium, Schedasque omnes, & cætera venerandæ Antiquitatis hujusce domus, ann. 1641. monimenta: cura & labore, ac beneuolentia singularis, R. P. Prioris, aliorumque Religiosorum. Scio memoriam agi trium quorumdam Abbatum S. Ioannis Falesiæ: distinctis, ac varijs diebus: nempe, 4. nonas Septemb. item 5. nonas Octobris: [r] & 3. nonas Octobris: [s] qui omnes nomine *Roberti*, nuncupabantur: sed absque cognomine: quare de illis tribus à se adductis, id minimè potest enuntiari: imo potius intelligendum arbitror: de duobus nostris Abbatibus primarijs: scilicet quòd ad Dominum migrauerint, vnus 2. die Septemb. & alter 3. vel 5. Octob. quod sæpius accidit ex varia obituariorum enuntiatione ac scriptione.

[r] In Necrologio Abbat. de Monte Dei.

[s] In Obituario Abbat. de Lucerna.

Digitized by Google

Alij Abbates recensentur; Summorum Pontificum, Sagiensium Episcoporum, & Ducum Normaniæ ac Regum Angliæ piè largita dona & priuilegia referuntur.

CAPVT II.

I. MInimè difficile reputabitur, quod ampliori luce, ad inuestigandum, collustratur. Seriem Abbatum Falesianorum iam enarrandam suscepimus: nunc prosequamur incœptum.

4. Vualterus Abbas.

Anno igitur gratiæ 1177. D. Valterus, nepos sæpè dicti Rogeri, primi Prioris, suscepit curam huius Ecclesiæ. a Alexander III. Papa, ad eum scribens; multa, illi largitur: Monasterium sub B. Petri protectione suscipit, omnia eius bona confirmat; & priuilegia dat. Diploma incipit. *Religiosam vitam eligentibus.* b Rogerus Sagiensis Episcopus, nonnulla etiam contulit, ac cætera confirmauit huic Abbatiæ: similiter & Lisiardus, eiusdem sedis Antistes, ac successor: quæ postea Vualterus, Rothomagensis Archiepiscopus confirmat: carta incipit. *Ex approbata descendit consuetudine.* Sub Datum apud Rothomagum, ann. 1203. Egregiam operam dedit, pro extructione nouæ Abbatialis Ecclesiæ, iuxta vetus illud MS. *Tempore istius Valtheri, de consilio Henrici II. Regis, incœpta fuit altera Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, in eodem fundo, in quo prima: in quam, nondum ad plenum perfectam, quia altera minabatur ruinam, introiuit Conuentus, anno gratiæ* 1203. 8. *Calend. April.* c Tandem post multos pro Monastica obseruantia exanthlatos labores, fœliciter migrauit ad Dominum, ann. 1269. 8. idus Octob. d

a Vetus MS. Falesiæ.

b Ex Archiuo Falesiæ.

c Vetus MS. Falesiæ.

d Ibid. Item, Necrologia Abbat. Lucernæ & & Sylliaci.

5. Ioannes de Guybrayo, ann. 1209. 6. Aubertus ann. 1209. e

Obijt 5. idus Decemb. f 1213.

e Vetus MS. Falesiæ

f Necrologium Sylliaci.

7. Nicolaus.

II. Ex Abbate de Ardena, factus est Falesianus cœnobiarcha; ann. 1213. g Syluester, Episcopus Sagiensis, confirmat omnia, jam à prædecessoribus suis, huic Abbatiæ condonata: cuius exemplar sequitur. *Vniuersis sanctæ* matris Ecclesiæ filijs, ad quorumcumque notitiam, præsentis paginæ tenor peruenerit: Syluester, non suis meritis, sed Dei misericordia præcedente, Sagiensis Ecclesiæ qualiscumque minister, salutem, quem repromisit Deus diligentibus se. Illud attendentes Apostolicum; qui viderit fratrem suum nil habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo? ne Apostoli increpationem indurata facie negligere videamur, si fratrum nostrorum, præcipuè religiosarum personarum, (quæ derelicto pallio fugerunt ab Ægyptia: quibus tanto ampliori compassione condescendere nos oportet, quantò specialius eas Diuinis obsequijs nouimus indulgere) paupertati, compassionis viscera negaremus: vniuersitatem vestram, præsentium testimonio, certificare dignum duximus, nos intuitu charitatis, & vt fœlicis recordationis Frogeri, & Lysiardi, prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, eos tam honore, quàm moribus, imitaremur, Canonicis S. Ioannis de Falesia S. Martini de Baillei. S. Petri de Bu, & S. Mariæ de Belmei. Ecclesias, quarum ad ipsos, de jure. Patronatus noscitur pertinere, saluo tamen in omnibus, jure Episcopali, concessisse in vsus proprios, cum omnibus pertinentijs suis, conuertendas. Et vt ratum, & firmum permaneat in futuro: præsenti carta, & sigilli nostri testimonio, dignum duximus roborandum. Idem rursus confirmat multo plura ann. 1216. h Memoratur eodem anno, cum Gaufrido Sylleiensi Abbate, i

g Vetus MS. Falesiæ

h Ex Archiuo Falesiæ.

i Ex Cartulario Sylliaci.

by Google

& ann. 1217. quo Hugo, Constantiensis Episcopus composuit dissidium inter ipsum Abbatem Falesiæ, Abbatissam Cadomensem, & Parœchum Ecclesiæ de Guybrayo. [l] Notatur 3. Calend. Decemb. [m] & 7. Calend. August. [n]

l *Archiuum Falesia.*
m *Necrologia Abbat. Lucernæ, & Sylleij.*
n *Obituarium Falesiæ.*

8. *Vualterus 2.* III.

R. Abbas Troarni; itemque successor eius S. Abbas Troarni, confirmant nonnulla ann. 1221. huic Vualtero, Abbati Falesiano: quod & idem postea præstitit. O. etiam Abbas Troarni. Anno autem 1233. & 1224. Geruasius, Sagiensis præsul: & anno 1231. mense Februario, Hugo eiusdem sedis Episcopus, quædam largiuntur, ac confirmant prædecessorum facta circa istud cœnobium. Præterea Ioannes, Angliæ Rex, Duxque Normaniæ, Henrici 2. prædecessoris vestigia sequutus, multa contulit huic Abbatiæ; quæ attestatur Mauritius, Rothomagensis Archiepiscopus, vnà cum Guillelmo Lexouiensi, Richardo Ebroicensi, Vvillelmo Abrincensi, & Hugone Constantiensi, Episcopis, ann. 1231. Itemque præfatus Hugo, Constantiensis Antistes, confirmat ann. 1234. pacificationem à se jam antea initam ann. 1217. de qua sup. [o] Nominatur idem Vualterus Abbas, pro rebus vticensibus. [p] Debitum mortis exoluit 13. Nouemb. [q]

o *Ex Archiuo Falesiano.*
p *Ex Cartulario Vticensi fol. 145.*
q *Obituarium Falesiæ.*

9. *Dionysius.*

Anno 1233. obijt 3. nonas Ianuarij ex cartulario & Necrologio Sylliaco.

10. *Adamus.* 11. *Rogerius.*

Diem clausit extremum 29. Martij, hoc est 4. calendas April. [r] non verò 5. calend. April. [s] aut 3. calend. Martij. [t]

r *Necrologia. Falesiæ, Sylleij, & Montis Dei.*
s *Obituarium Bellæ stellæ.*
t *Necrologium Montis Dei.*

12. *Thomas.* IV.

Variè assignatur dies obitus eius: nimirum 8. idus Februarij. [u] & 7. idus Octobris. [x]

u *Obituarium Sylliacum.*
x *Obituarium Montis Dei.*

13. *Vvalterus 3. seu Gualterus.*

Illi direxit Bullam suam Innocentius IV. quæ incipit. *Sacro-sancta Romana Ecclesia*: &c. sub datum Romæ anno 1251. quaquidem Falesianum Monasterium sub B. Petri protectione suscipit: & omnia bona eius confirmat: & inter alia. *Ecclesiam S. Petri de Bu, cum omnibus pertinentijs suis, sicut eam, de donatione venerabilis fratris nostri Lisiardi, Sagiensis Episcopi, interueniente assensu Patronorum, rationabiliter possidetis, & in Authentico ipsius Episcopi plenius continetur.* [y]

y *Ex Archiuo Falesiæ.*

14. *Robertus 3. de Boceio.* V.

Hic excambium facit cum Gaufrido, Sagiensi Episcopo pro quibusdam terris, & Decimis, ann. 1252. mense Decembri & Ianuario. [z] Migrauit in cœlum 3. Septemb. [aa] seu 23. Octob. [bb]

z *Ibid.*
aa *Necrologium Sylliacum.*
bb *Obituarium Falesiæ.*

15. *Stephanus Oyn, ann. 1266.*

Eius memoria agitur, calendis Martij & 13. calend. Ianuarij, [cc] & 8. idus Iunij; [dd] quo emisit spiritum.

16. *Michael de sancto Audomaro: moritur die 8. Nouemb.* [ee]

17. *Radulphus le Luctier.*

Notatur 2. nonas Ianuarij. [ff] & pridie calend. Ianuarij ex Canonico Lucernæ. [gg]

18. *Ioannes 2. d'Odeman.*

Ex prouisore Domus an. 1310. postea fit Abbas. [hh] animam exhalauit 3. calend. Augusti. [ii]

cc *Obituarium Montis Dei.*
dd *Necrologium Sylliacum.*
ee *Obituarium Bellæ stellæ.*
ff *Necrologium Sylliacum.*
gg *Obituarium Falesiæ.*
hh *Ex schedis Falesiæ.*
ii *Necrolog. Sylliacum.*

19. Petrus

19. Petrus Maillart, defunctus, 16. Calend. Septemb. [ll]

20. Radulfus 2. le Foussour.

Anno 1360. nonnihil difficultatis habuit contra officialem Sagiensem. [mm] memoratur 16. Calendas Septemb. [nn] & 2. nonas Septemb. [oo]

ll Obituarium montis Dei.
mm Ex Archiuo Falesiæ.
nn Ex Obituario Montis Dei.
oo Ex Necrologio Sylliaco.

Cæteri Abbates recentiores dinumerantur: Pontificalibus insignijs à sede Apostolica adornantur: Prioratus & beneficia ab eis dependentia conspiciuntur.

CAPVT III.

I. SVPEREST vt residuum rei jam inceptæ prosequamur, & hujusce Monasterij Archimandritas cæteros in medium producamus.

21. Guillelmus Lambert.

Fit de eo mẽtio ad ann. 1380. circiter 1390. 1403. 1411. & 1416. Vitrum Capellæ B. Mariæ Virginis inibi fieri fecit, vti conscriptum legitur. [a] Interest Scacario Alenconij, ann. 1392. die Martij, 25. Februar. [b]

a Ex Schedis Falesiæ.
b Bryus lib. 5. Histor. Alenconiens. cap 7. pag. 292.

22. Robertus 4. Grenge.

Hic, vnà cum Petro, Abbate insulæ Dei, deputatus à capitulo generali sui Ordinis, præest ann. 1425. die 8. Maij, electioni futuri Abbatis Sylleiensis, [c] in fata tandem concessit, ann. 1451. vltimo Iulij, sepulturam nactus in choro Ecclesiæ. [d]

c Ex Cartulario Sylliaco.
d Ex Schedis Falesiæ.

23. Richardus de Landis.

Memoria eius celebratur 9. Calend. Februar. & 18. Calend. Maij. [e] Item, Calendis Ianuar. [f] & 8. Calend. Martij, [g] ac 6. Calend. April. [h]

e Ex Obituario Falesiæ.
f Ex Obituario Bellæ stellæ, & Silliaj.
g Ex Necrologio Sylliaco.
h Ex Obituario Lucernæ.

II. *24. Philippus de l'Espinasse, vtroque parente nobilis.*

Ex Asceta Vticensi, Abbas renuntiatus est, ann. 1470. per resignationem præfati Richardi, & concessionem Pauli II. Papæ, ob suorum exigentiam meritorum. Ex monacho itaque Benedictino, factus Canonicus Regularis Præmonstratensis Ordinis, ei injunxit summus Pontifex, vt statim atque possessionem pacificam esset assecutus, eum gestaret habitum, qui in eo Falesiæ monasterio deportatur, & illius sese Regularibus conformaret institutis. Itaque Benedictionis munus accepit à D. Roberto, Sagiensi Episcopo, in Abbatia S. Martini Sagiensis: ac postea à Sixto IV. Papa Franciscano, Pontificalia obtinuit insignia: cujus Diploma Apostolicum sequitur.

Sixtus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs, Philiberto, Abbati, & Conuentui Monasterij S. Ioannis propè Falesiam, Præmonstratensis Ordinis, Sagiensis Diœcesis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

III. Exposcit vestræ deuotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, vt tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quàm monasterium vestrum, dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati; vt tu Philiberte, Abbas, qui, vt asseris, de nobili etiam militari genere, ex

Cccce

Digitized by Google

vtroque parente procreatus existis; & successores tui, Abbates dicti monasterij, qui pro tempore fuerint, Mitra, Annulo, & alijs Pontificalibus insignijs vti; necnon, quòd in dicto monasterio, & Prioratibus eidem monasterio subjectis, ac Parœchialibus, & alijs Ecclesijs, & locis, ad vos communiter, vel diuisim, pertinentibus, quamuis vobis pleno jure non subsint, benedictionem solemnem, post Missarum, vesperarum, & Matutinarum solemnia, dummodò in benedictione hujusmodi, aliquis Antistes, vel sedis Apostolicæ Legatus, præsens non fuerit, elargiri: ac Ecclesias, & cœmeteria monasterij, Prioratuum, Ecclesiarum, & locorum hujusmodi, quæ per effusionem sanguinis, vel seminis, violari contingerit, quotiens opus fuerit, reconciliare, aqua, prius per aliquem Antistitem, vt moris est, benedicta: ac, constitutioni, quæ id præcipit per Episcopum tantum fieri, nullum in posterum præiudicium generando: Pallas quoque, Calices, paramenta, & alia Ecclesiastica ornamenta Monasterij, ac Prioratuum Ecclesiarum & locorum hujusmodi, quæ benedici consueuerunt, benedicere liberè & licitè possitis; fœlicis recordationis Alexandri Papæ IV. Prædecessoris nostri; quæ incipit; *Abbates*: & alijs quibuscumque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis, nequaquam obstantibus tibi, & eisdem successoribus, authoritate Apostolica, de speciali gratia, tenore præsentium, indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere: &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1475. nonis Decemb. Pontificatus nostri anno 5. Moritur autem ipse Philibertus Abbas, ann. 1479. [i] 29. die April. [l] non vero, 30. Martij. [m]

i *Ex Archiuo Falesiæ.*
l *Ibid. & ex Necrologio Sylliacos*
m *Ex Obituario Falesiæ.*

25. Ioannes 3. Iouquin. IV.

Erat tunc Prior S. Martini de *Baco*, quando per viam compromissi, mortuo prædicto Philiberto Abbate, & præsente Mauritio de *Magny*, Abbate Sylleii, ann. 1479. electus est in Abbatem Falesiæ, confirmatur ab Huberto Præmonstratensi, eod. ann. 8. Maij, & à Michaele S. Iudoci Abbate, eodem tempore, ac benedictionis gratiam accepit à D. Roberto coadiutore, & Vicario generali, Ægidij de *Laud*, Sagiensis Episcopi, eod ann. 11. Maij, præsentibus, ipso Mauritio, Abbate Sylleiensi; & Petro, Abbate Sagiensi. [n] Nominatur ad ann. 1482. quo scripsit ad Abbatem Sylleiensem [o] interest Scacario Norman. ann. 1484. mortuus 8. idus Februar. [p]

n *Ex Archiuo Falesiæ.*
o *In Cartulario Sylliaco.*
p *Ex Necrologio Sylliaco.*

26. Thomas 2. de Male-Biche.

Memoratur, ann. 1506. Exhedras chori fieri procurauit; excessit è vita ann. 1516. [q] sexto nonas Martij. [r]

q *Ex Schedis Falesiæ.*
r *Ex Obituario Falesiæ, & Sylleij.*

27. Robertus 5. Morel, Canonicus hujusce domus. V.

In fronte domus Abbatialis istud Dicterium majusculis habetur à se exaratum litteris: *Respice finem.* Alijs verò in locis; *Memento mori*, cùm adjuncto mortis simulachro: morbo sublatus est pestifero ann. 1521. die 27. Augusti. [s]

s *Ex Schedis Falesiæ, & Necrologio Sylliaco.*

28. Ioannes 4. de Glatigny.

Prior Claustralis, & S. Stephani de Iuilleyo, ann. 1521. per viam compromissi 28. Aug. renuntiatus est: obijt verò, ann. 1540. 17. April. illic in Cornu Euangelij seputus cum hac Epygraphe,

Hic meliora petens, studuit benè ducere vitam
Qui benè supramum posset obire diem
Quod mortale fuit, Tumulo requiescit, & aura
Spiritus ætherea, perfruiturque Deo.

Eius tempore Ogerius, Abbas de Cormelijs nonnulla huic cœnobio dedit: [t] Porrò de eo hæc leguntur: in Necrologio, 17. *April. Ioannes de* Glatigny, *hujus domus Canonicus, ac vltimus Falesiæ Abbas Regularis, qui obijt, ann.* 1540. [u]

t *Ex Schedis Falesiæ.*
u *Ex Obituario Falesiæ.*

VI. *29. Ludouicus Dorsonuillier.*

Prothonotarius Apostolicus 1541. Abbas primus Commendatarius, per vnum annum, moritur ann. 1455. 15. Octob.

30. Ambrosius Dorsonuillier, Prothonotarius Apostolicus.

Anno 1541. nominatus à Rege; moritur, ann. 1555. die 15. Octob. Vacatio ferè per annum.

31. Ludouicus 2. de Mongommery.

Postea hæreseon insimulatus, ab ann. 1562. tandem occiditur in Capella B. Mariæ, ann. 1574. mense Augusto, & sepelitur in choro ad gradus Presbyterij.

32. Claudius de Veteri-ponte.

Ex Abbate B. Mariæ de S. Seuero, ann. 1575. tertio Calend Iunij, efficitur, cum ea conditione Gregorij XIII. Papæ, vt intra octodecim menses, ad Sacerdotij gradum promoueretur, alioquin, illis elapsis. Commenda ipsa re, & monasterium vacare censeretur. Superius, pag. 76. in Abbatibus S. *Seueri* mendum irrepsit, dùm incuria librarior. tribuitur, sub Francisco *Fouquet*, Abbate vltimo S. *Seueri*, quod ipsi Claudio 9. Abbati S. *Seueri* proprium erat: atque sub eo reponendum.

33. Ioannes 5. de Veteri-ponte.

Ex Cantore Sagiensi per cessionem & resignationem Superioris, ann. 1580. postea Episcopus Meldensis ann. 1603. Ecclesiam, quæ polluta erat, homicidio & sepultura Ludouici de Montgommery hæreseos labe infecti, iterum consecrauit hujusce Abbatiæ, cum quinque altaribus, ann. 1606. deindè mundo valedixit, ann. 1623. pietatis & charitatis operibus deditus, juriumque & libertatum satis diligens defensor; hæreticos auditorium suum juxta cœnobium extruere tentantes aliò se transferre coegit.

34. Andraas Fremiot.

Burgundio, Bituricensis Archiepiscopus; qui tum cessit Sequenti ann. circiter, 1624.

35. Renatus Marescot.

Ex resignatione Andriæ; sedis Apostolicæ Camerarius, & Reginæ elemosynarius, [x] Canonicus Parisiens. decessit, ann. 1649.

VII. *36. Paulus de Machault, ab ann. 1650.*

Præterea, hanc visitauit Abbatiam (vt corrector generalis deputatus) R. P. Ioannes le *Paige*, ejusdem Ordinis Doctor Regens Theologus, Vicarius ac Syndicus Abbatis Præmonstratensis, ann. 1615. [y] Taxatur hoc cœnobium, in Camera Apostolica ad 700. Florenos aureos pro Annatarum solutione. [z] Porrò, Dominus de *Connoigny*, dedit Abbatiæ huic (vbi & tumulatus jacet) in eleemosynam, syluam *Partonam*, propè Falesiam, vulgò, le *Bois parton*. [aa] Prioratus autem Parœchiales, ab hac Abbatia dependentes: subsequuntur.

S. Petrus de *Bucho*. Sagiensis Diœcesis. S. Martinus de *Bucho*. Sagiensis Diœcesis. De *Camellis*. Sagiensis Diœcesis. De *Bello monte*. Sagiens. Diœces. S. Martinus de *Bailloto*. Sagiens. Diœces. De *Bousseio*. Sagiens. Diœces. De *Auenis*. Sagiensis Diœcesis. De *Lousseio*. Sagiensis Diœcesis.

Capella S. Stephani, in Parœchia de Iuillejo, Cænomanensis Diœces. [bb]

Hujusmodi Falesianum oppidum celebre reddidit, Rex Francor. Philippus Augustus, cujus ciues multis priuilegijs & fauoribus cumulauit: vti videre est, in carta eiusdem Monarchæ, apud Quercetanum in Historia Norman. pag. 1066. & Lutetiæ apud D. *Vion*, D. de *Herouuel*, in peruetusto codice MS. fol. 56. pag. 2. & laudat Petrus *Camus*, Bellicensis Episcopus, in Epistola ad librum, cui Titulus est, *Homo Apostolicus*, ann. 1640.

[x] *Ex Archiuo Falesiæ.*

[y] *Le Paige lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. pag. 1006.*

[z] *Gallia Christiana, Episcopis Sagiens.*

[aa] *Antiquitates MS. Normanniæ; pag. 10. apud D. Bigot, Rothomagi.*

[bb] *Ex Schedis Falesiæ.*

ANN. 1131.

ALNETVM

Fundatores qui fuerint exprimuntur : genusque eorum illustre, ac dignitas & Antiquitas latè deducitur.

CAPVT I.

PROSTAT hæc Abbatia de *Alneto*, *d'Aulnay*, in Diœcesi Bajocensi, à Cadomo, per leucas sex dissita; estque ordinis Cisterciensis, filia S. Andreæ *Goferni*: Taxata in libris Cameræ Apostolicæ ad 400. florenos aureos, pro Annatis soluendis.[a] Fundatur autem, ann. 1131.[b] ab illustribus viris, & inter Neustriæ optimates, præclarissimi stemmatis heroibus : nimirum, *Iordano de Saio*, cum *Lucia*, eius vxore : & *Richardo de Humez*, *de Humeto*, cum *Agnete*, illius consorte, ac filijs: vti clarè constat ex carta fundationis istius Abbatiæ, quam excerpsimus ex originali copia in pergameno MS. cuius tenor subsequitur. I.

A tous ceux, qui ces presentes lettres verront, *Louys Richard*, Escuyer, sieur de *Bracqueuille*, garde du Seel des obligations de la Vicomté de Caen, salut : sçauoir faisons, que ce iourd'huy sixieme de Februier, mil cinq cens quarante six; que par *Payen Filleul*; Notaire Royal, ez mettes & Siege de *Villers*, & *Evrecy*, nous a esté tesmoigné, & relaté, auoir veu & leu, mot aprez mot, vne Chartre en parchemin, saine, & entiere, en forme & escriture, de laquelle la teneur ensuit. II.

Richardus du Humet, Comestabilis Regis Angliæ, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, salutem. Quoniam generatio præterit, & generatio aduenit, & in breui, gestorum memoria aboletur, nisi scripturæ beneficio conseruetur : Quæ Abbatiæ *Alneti*, Antecessorum nostrorum largitione, & nostra donatione, collata sunt, litteris mandare, testibus firmare, sigillo munire, commodum existimauimus: ne cuiusquam temeraria audacia, famulorum Dei possessiones calumnijs concutiat, ipsorum quietem perturbet.

Habent itaque monachi de *Alneto*, ex dono *Iordani de Saio*, & *Luciæ*, vxoris eius locum in quo primùm constructa est Abbatia ; sicut descendit terra de monte in *Oudonem*; & partem forestæ, sicut via descendit versus domum Osberti Carpentarij. Ex dono eorũdem, Terram de *Repeatij* concessu *Radulphi de Buron*, & hæredum suorũ, à quo *Lucia*, vxor *Iordani* emerat. Item, ex dono eorumdẽ, quoddã nemus *Anchetilli*, concedente *Radulpho de Buron*, & hæredibus suis. Ex dono eorumdẽ Decimam totius Dominij, & Decimam molẽdini de *Deserto*: item, ex dono eorumdem Ecclesias de *Ceniller*, cum omnibus Decimis: & Terram *Eleemosynariam* ad easdem Ecclesias pertinentem : item, dimidiam terram, quam habebant in *Ancrijs*: & Decimam Molendinorum : & *Theilbonei*; & virgultorum, & pecorum de *Alneto* & *Romillerio* : & Decimam Anguillarum : & duas acras terræ, in quibus constructa est *Grangia* monachorum : & duas Guerbas totius Decimæ *Romilij*; & duas Guerbas decimæ de *Bachcio*. Item, Ecclesiam de *Rerouilla*, & quicquid habebant in Ecclesia de Rouilla, & in Decima : & Decimam molendini sui, in eadem villa: item, in *Cormolanis*, Decimam totius Dominij sui; & totam terram & nemus : item Ecclesiam *Ballereonir*, cum tota Decima, & Decimam molendini. Ex donatione eorumdem in Anglia, Ecclesiam de *Corentona*, cum terra, eleemosyna, & omnibus pertinentijs suis : Et in *Bernestlia*, Decimam Dominii sui : & Capellam de *Giora*, cum Decimis Dominii sui : ex dono autem *Luciæ*, pratum vnum in *Becquerio*. III.

Ex mea verò propria donatione, & *Agnetis*, vxoris meæ, & filiorum meorum, IV.

Vuillelmi,

[a] *Claudius Robertus, apud Galliam Christian. in Episcopis Bajocensi: & Abbatijs de Bras, cap. 10. Antiquit. Cadomens. fol. 30. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. ad ann. 1148. cap. 15. §. 6.*

[b] *Claudius, sup. Manriquez Tom. 1. sup. ad anno Christi 1131. cap. 5. §. 1. & 2.*

Digitized by Google

Vvillelmi, Enguerrani, & Iordani, sedem & positionem Abbatiæ Nouæ super Odonem: & viginti acras terræ filiorum Almredi, pro quibus donauimus eis escambium, iuxta nouum Viuarium, quod feci construi super Odonem. Item Ecclesiam de Marigneio, cum Burgo S. Petri, & cum omnibus appenditiis suis: & in molendino eiusdem villæ, quatuor quarteria frumenti: item in eodem molendino, ex proprio dono Vvillelmi filij mei; & Agnetis, vxoris meæ, quinque quarteria frumenti: item, in eadem villa, viginti solidos Cœnomanenses, in Teloneo. Item, Ecclesiam de Rumilleio, in integrum, cum omnibus appenditijs suis, ex Donatione nostra: item, Ecclesiam de Essebi, cum omnibus appenditijs suis. Item, Ecclesiam de Limbergia, cum omnibus appenditijs. Item, totam terram de Masura arsa, quam tenebat Radulphus Deurens, de Radulpho de Roschamp: hanc autem Donationem concessit Ranulphus de Roscham, & mecum super Altare posuit: & propterea ipsi Ranulpho quandam terram reddidi, eiusdemque seruitium ad quietem. Item, totam terram & omne teneme͂tum ex integro, quod tenebat Ranulphus Cachart de me apud Vianam. Item, totam terram, quam tenebat Andræas de Alneto, apud Ranvillam. Habent etiam ex dono Richardi de Ros, duas acras terræ in Hermanvilla, concessa Tibici de Heronilla. Item, ex dono Roberti Maline-porte, duas acras terræ apud Airel. Item, totam terram Vvillelmi de Collevilla, de Ferraria, de valle, cum nemore ad eandem terram pertinente: item, ex Dono Eudonis de Brece, duas acras terræ apud Vianam: item, ex dono Anchetilli de Viana, vnam acram terræ, apud eandem villam, concedente & donante Vvillelmo, filio eiusdem Anchetilli.

Donationes autem suprascriptas, ego Richardus de Humeto, & vxor mea Agnes, & filij mei, Vvillelmus, Enguerranus, & Iordanus, Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ, & fratribus in supradicta Abbatia Deo famulantibus, liberas, & quietas, & ab omni seruitio, & ab omni actione absolutas concedimus, & confirmamus: nullum donum, vel seruitium in rebus monachorum, vel hominum in terra eorum manentium, nobis, vel posteris nostris reseruantes: hac solummodò contenti remuneratione, vt orationum, missarum, & huiusmodi obsequiorum spiritalium fratres, & consortes, & participes esse mereamur. Vt autem omnia præscripta, rata, & inconcussa permaneant; testes subscribi, & mei sigilli impressione adnecti præcepi: testibus his; Ioanne, Capellano; Radulpho de Maisnil, Iordano de Maisnil, Eudone de Brece, Richardo de Hommilla, Vvillelmo de Rupalay, Roberto de Haya, Roberto du Maisnil, Roberto de Marignan.

Collation faicte par ledit Notaire à l'original escrit en parchemin d'ancienne escripture, & Scelé de Cire, à lacque de soye, en quoy estoit emprainte, & signé, vn homme tenant vne espée en sa main dextre, en l'autre, vn Bouclier, ou croissant, monté sur vn cheual: auquel original, ni a apparence de vice, ne rasure: en presence de noble homme Antoine des Essars, Seigneur & Baron d'Aulnay; par lesquel fut leu ledit original produict, baillé, & apporté cedit iour, audit lieu d'Evrecy, par venerable personne, Dom Gaspar de Cery, grand Vicaire de l'Abbaye d'Aulnay, es mains dudit Notaire, en obeyssant au Compulsoire, obtenu par ledit Sieur Baron, en la Chancellerie du Roy, nostre Syre, le huictiéme Decembre, dernier passé. Ledit Original rendu audit de Cery, presentement; à ce presentz Maistre Michel Boys-ramé, Prestre, Vicaire de S. Georges, d'Aulnay, Iean Huan, d'Aulnay, faict l'an, & iour, que dessus.

FILLEVL. [c]

Siste gradum, mi lector, & deuia, velim, aduertas, ne incautus in lacunas errorum offendas, confundit quippe in vnum, Manriquez quæ omninò disparata sunt, Duæ nempe sunt Abbatiæ eiusdem ordinis Cistertiensis, Alneti nomine, insignitæ; Prior, in Diœcesi extat Bajocensi, de qua nunc loquimur; posterior, in Diœcesi Belvacensi, filia Belli-Becci, ann. 1137. fundata, juxta Claudium Robertum, apud Galliam Christianam, sup. quem citat in hunc modum. Robertus Claudius Beluacensem Notat; cui consonant Ecclesiarum Cistertiensium notitiæ nuper excussæ: vbi & fundator loci, Aichardus, ex Franciæ Comestabili, eiusdem domus monachus, atque ibidem sepultus, pluresque alij benefactores Commemorantur. [d] Cui breuiter ita respondemus. Primò, illum Authorem, Claudium Robertum (non verò Robertum Claudium) distinctè loqui de illis duabus Abbatiis, Alneti, situ, & tempore omninò diuersis. Deindè, prædictum Comestabilem, constat, nec Regis Fran-

V. (margin)

c Extat Rothomagi apud D.

d Manriquez Tom. 2. sup.

ciæ fuisse officiarium. e Sed Regis Angliæ, Ducisque Normanniæ. f Nec vocari *Aichardum*, sed *Richardum* : Teste Roberto à monte, in supplemento Sigeberti, ad ann. 1163. 1165. & 1181. illius sinchrono : cuius etiam meminit Chronica Normaniæ, ad ann. 1163. apud *Quercetanum*, & alios. g

Porrò, quo ad priorem huiusce Abbatiæ Fundatorem, Iordanum de *Sayo*, virum inclytum ac strenuum, reperitur subscripsisse cartæ Regis Angliæ Henrici I. VI.
ann. 1113. quinto nonas Martij, qua confirmatur fundatio Abbatiæ Sauiniaci, Cistertiens. Ordinis, de qua superius egimus. Item, in alia carta Regia adest subsignatus pro confirmatione fundationis in fauorẽ Canonicor. Regular. *S. Landi*, Constantiens. Diœcesis, Ferunt hunc Iordanum de *Sajo*, ex eius vxore, *Lucia*, tres suscepisse liberos, *Enguerranum*, (qui iuuenis obijt) *Gilbertum*, Abbatiæ huiusce de *Alneto*, singularem benefactorem (quippe, qui dono illi largitus sit terram suam ac feodum de *Vendes* : per cartam suam, ann. 1152. datam in suo castro de *Marigny* : ac paulò post piè mortuus est, matrimonio haud ligatus) & filiam, nomine *Agnetem*, totius illius Domus hæredem vnicam. Attamen memorantur testes, alij eiusdem stemmatis proceres, nimirum, sub *Ioanne*, Rege Angliæ, in quadam carta pro confirmatione facta Monasterio Stamfordensi, Vvillelmus de *Sae*, & Henricus, frater eius : h item, Gaufridus de *Say*, ann. 1215. & Robertus de *Say*, ann. 1241. i

Quantum verò spectat ad Richardum de *Hommeto* secundarium huiusce Abbatiæ VII.
de *Alneto* Fundatorem : circa ann. 1155. desponsauit autem in vxorem, præfatam Agnetem de *Sajo* : ex qua complures genuit filios : tum inibi postea monachatum professus, in fata concessit, ann. 1181. juxta Robertum de monte, hisce verbis. *Richardus* de Humez, Comestabularius Regis ; cùm religiosè vixisset vno anno & dimidio, in Abbatia de Alneto, quam ipse ædificauit, obijt : relinquens filios suos hæredes suæ terræ, scilicet, Vvillelmum, *Emerannum*, *Iordanum*. Sed, quali dilectione prosequuti sint *Richardum* & *Vvillelmum*, de *Hummeto* ; patrem scilicet & filium, quantaque illis contulerint, ac confirmauerint, tum in Anglia, tum in Normania ipsi Angliæ Reges ac Normaniæ Duces : habetur in per vetusto codice MS. in pergameno, Cartularum Regiarum (quorum cartæ illic referuntur) sub datum apud Cadomum : Testibus, R. Archiepiscopo Rothomagensi, H. Episcopo Bajocensi A. Episcopo Lexouiensi E. Episcopo Sagiensi : &c. l

Richardo patri, mortuo, successit *Vvillelmus*, filius maior natu : quem Henricus VIII.
II. & Richardus I. Angliæ Reges confirmarunt in cunctis bonis ab his acceptis, maximè in Comestabularij dignitate : vti liquidò patet ex eorum cartis ; illius meminit Monasticum Anglicum, pag. 514. Tum, curauit, pro sua pietate, vt Ecclesia Abbatialis de *Alneto* dedicaretur : ab Episcopo Bajocensi, qui valetudine præpeditus, & multis grauatus annis, id munus Antistiti Constantiensi vltrò detulit : cuius rei Autographum hic duximus apponendum.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presens carta peruenerit Vvillelmus, Dei gratia, Constantiensis Episcopus, æternam in Domino salutem.

Ad vniuersorum volumus peruenire notitiam, quòd cùm à dilectis filijs nostris, Ioanne, Abbate, & monachis de Alneto ; & à Domino Vvillelmo du Hommet, Comestabulario Domini Regis, ipsius loci Domino & aduocato, inuitati, Ecclesiam B. Mariæ de Alneto, anno ab Incarnatione Domini, 1190. solemniter dedicaremus ; dictus Vvillelmus, obtulit Deo, & B. Mariæ, in puram & perpetuam eleemosynam, omninò liberam, totam terram suam de *Longrovia*, cum pertinentiis suis, in dotem ipsius Ecclesiæ, quæ dedicabatur ; & factam donationem cartâ sigillo suo roboratâ, juxta Sacrorum canonum constitutionem, confirmauit. Nos verò eius deuotione congaudentes, & Religiosorum virorum quieti & paci, paterna sollicitudine, prouidentes : dictam donationem, quæ in præsentia nostra, tam solemniter facta est, præsenti paginæ inserere, & sigilli nostri munimine, dignum duximus, confirmare : vt secundum tenorem & firmitatem cartæ dicti Vvillelmi, quam indè habent monachi, perpetuò perseueret : Et ne quis illam perturbare,

e *Vide Sammarthanos. Tom. 2. Histor. Genealogic. Domus Franc. De Officiarijs Franc. cap. 2.*
f *Ex Cartis Hẽrici I. & 2. Reg. Angl.*
g *Parisius in lib. 23 Abbat. S. Albani ad ann. 1163. Louuetus in Antiquit. notis Beluacẽs. nobilitat.*
h *Apud Monasticum Anglicum. pag. 488. & 489.*
i *Parisius in Histor. Angl. pag. 182. & 183.*
l *Extat Parisijs apud D. Vvion d'Herouual, fol. 171.*

bare, aut violenter diripere audeat ; sub anathematis censura prohibemus. Huic autem Dedicationi & Donationi interfuerunt, D. Henricus, Bajocensis Episcopus, Petrus Cadomensis, Robertus Cerasiensis, Durandus Troarnensis, Vuillelmus Sauignìensis, Robertus S. Andrææ Gotternensis, Robertus de Richerij valle, Martinus de Longis, Vuillelmus S. Laudi, Constantiensis, Abbates: Stephanus Decanus, Henricus Præcentor; Iordanus, Robertus, Radulphus, Archidiaconi Bajocenses, cum sigillo præfati Episcopi in cera viridi coloris. m illa autem terra de *Longronia*, dono tunc data, distat tribus leucis à Cadomo.

m Ex Archiuo Abbatiæ de Alneto.

IX. Nunc sequitur copia cartæ ejusdem D. Guillelmi de *Alneto*, Comestabularij, filij fundatoris huiusce Abbatiæ, qua confirmat prædictam donationem in Dedicatione tunc à se factam.

Vniuersis Christi fidelibus, præsentibus & futuris, ad quos præsens carta peruenerit, Vuillelmus de Humeto, Domini Regis Comestabularius, salutem.

Nouerit vniuersitas vestra, me assensu & volũtate filiorũ meorũ, scilicet, *Richardi de Humeto*, & *Vuillelmi*, & *Henrici*, & *Iordani*, & *Thomæ*, & *Enguerranni*, dedisse & cõcessisse & præsenti carta cõfirmasse, sigilli mei appositione munita, Deo, & B. Mariæ de Alneto, & monachis ibidẽ Deo Seruiẽtibus, pro salute animæ meæ, patris & matris meæ, & Luciæ, vxoris meæ, & omniũ Antecessorum & successorum meorum; totam terram meam de *Longronia*, integrè & plenariè in terris, in aquis, in hominibus, & in Dominijs, in Redditibus, & in Regardis, in auxilijs, & in seruitijs, in costumis, & in pasturis, in placitis, & in Donis, in Eschartis, & in Roleniis, in Exitibus, & in aduenturis, & in omnibus alijs rebus, & pertinentijs, quæ ad manum Domini possunt, & solent, & debent deuenire. Hanc autem donationem feci prædictæ Abbatiæ, anno Domini 1190. die, qua prædictæ Ecclesia Abbatiæ dedicata fuit, in dotem ipsius Ecclesiæ, in puram & perpetuam eleemosynam, liberam omninò & quietam, & ab omni sæculari exactione penitùs absolutam: nihil in ea penitùs mihi, vel hæredibus meis retinens in futurum. Hac solummodò contentus remuneratione, vt orationum, missarum, & huiusmodi obsequiorum spiritualium, quæ in præfata Abbatia fieri dignoscuntur, frater, & consors, & particeps esse merear. Si quis igitur aliquo tẽpore, aliquid in prædicta terra, vel pro ipsa, vel de ipsa, exegerit, vel reclamauerit, ego, & hæredes mei, per omnia, & in omnibus, de nostro proprio adquietabimus, & eleemosynam nostram liberam perpetuò manere faciemus, aut æquiualenter in loco competenti, escambiabimus. Huius donationis testes sunt, D. Henricus, Bajocensis D. Vuillelmus, Constantiensis, Episcopi, qui ipsum officium Dedicationis solemniter celebrarunt; Petrus Cadomensis, Robertus Cerisiensis, Durandus Troarnensis, Vuillelmus S. Laudi Constantiensis, Abbates: Stephanus Decanus, Henricus præcentor, Iordanus, Robertus, Radulfus, Archidiaconi Bajocenses; Philippus de Cileio, Iordanus de Humeto, Radulfus Thesson, Hugo de Coluncis, Robertus de Haya, Ioannes de Soliqueio, *Vuillelmus de Simileio*. Sigillata sigillo ceræ rubeæ, cui imago Vuillelmi fundatoris impressa cernitur. n

n Ibid.

X. In qua quidẽ carta memoratur D. *Lucia*, vxor ipsius Domini Vuillelmi 2. Comestabularij Reg. Angl. de qua fit mentio apud Monastic. Anglicũ, pag. 487. & 489. in carta Ioannis, Regis Angliæ: qua confirmat donationes factas Stamfordensi monasterio in Anglia, per ipsum D. Vuillelmum, & *Luciam*, eius vxorem: quibus subscribunt Richardus, & Iordanus de Humeto, &c. præsens etenim *Lucia*, alia omninò est ab illa *Lucia*, Iordani de *Saio*, vxore, cuius filiam *Agnetem*, copulauit sibi in matrimonio D. Richardus, pater præfati Vuillelmi Comestabularij; quæ nonnumquam cognominatur etiam à *Bello-monte*: eo quòd dudum Vuillelmus de *Saja*, sibi desponsauerat in vxorem quandam aliam *Agnetem*, filiam Comitis de *Bello-monte*. o

XI. Denique, quo ad Enguerrannum, (qui mendosè *Emeranus* dicitur) filium, natu secundum, eiusdem Richardi de *Hommeto*, Constabularij Regis Angl. & Agnetis eius vxoris, Fundatorum Abbatiæ Alnetensis, multa etiam piè contulit ipsi

o Ordericus lib. Hist. Eccles. pag. 692.

Digitized by Google

Abbatiæ: ac tandem mortuus est post patrem, ann. 1181. juxta Appendicem ad Sigebertum. *Obijt* (inquit) *Ingerannus de Humet, filius Richardi de Humet; cui successit filius eius, Richardus, natus de filia Guillelmi de Semilleio.* Cui adstipulatur chronica latina Norman. eodem anno. Nam, quantum ad *Iordanum*, fratrem ipsius *Enguerranni*, nil de eo reperitur: forsitan, propter præmaturam eius mortem: sed ad priora redeamus.

Sciendum itaque, præfatum Vvillelmum de *Hameto*, ann. 1181. mortuum, hos post se reliquisse liberos; *Richardum*, *Vvillelmum Henricum*, *Iordanum*, *Thomam*, & *Enguerrannum*: de quibus pauca pro tempore dixerimus, Richardo, quippe Rex Anglus Richardus confirmauit omnia bona, quæ illi obuenerant, tum ex obitu patris, tum ex matrimonio cum illustri fœmina, nomine *Gila*, *Varreuillæ* Dinasta; per cartam suam Chinoni datam: per manum Ioannis de *Mencon*, Lexouiensis Archidiaconi, tunc Vicecancellarij Regis: Testibus *Godefrido* Episcopo Vvintoniensi, Vvillelmo de S. Mariæ Ecclesia, Decano moretonij, &c. Ex illo autem connubio Richardi cum ipsa *Gila*: exortus est Guillelmus de *Hameto*, qui ann. 1213. (sicut & filius eius Iordanus de *Humeto*, ann. 1258.) confirmauit quæcumque ab Antecessoribus fuerāt Abbatiæ Alnetensi dono piè dilargita: de quo inferius. p Cuius vxor, sepulta est in Ecclesia: cum hac *Epygraphe*. *Hic jacet D. Laurentia, vxor D. Vvillelmi de Humeto; quæ obijt anno Domini*, 1240. *Requiescat in pace: Amen.* XII.

At Vvillelmus de *Humeto*, frater *Richardi*, & *Henrici*, &c. Monachatum est professus Cadomi, tum Abbas *Vvestmonasteriensis* in Anglia factus, moritur ann. 1222. q *Iordanus* autem frater eius, Decanus extitit Lexouiensis, ac demùm Episcopus eiusdem vrbis, ann. 1200. qui sua carta confirmauit cuncta, quæ Auus & pater eius concesserant huic Alnetensi Abbatiæ, omitto alios complures, qui veluti fœcundiores surculi, ex hoc glorioso cespite prodierunt de *Humeto* nomen referentes: vti Rogerius de *Hometo*, ex Archidiacono Bajocensi Episcopus Dolensis, ann. 1160. r item Alter *Rogerius*, de *Humeto*, cum Hugone de *Alneto*, apud Monasticum, Anglicum pag. 604. & Vvldo de Humeto, pag. 844. ibid. ac Robertus de *Humeto*, ex Parisio, in Historia 23. Abbat. S. Albani in Anglia pag. 50. XIII

Pro coronide autem rerum omnium hujusce Abbatiæ, addam Cartam Ioannis, Ducis tunc Normanniæ, ann. 1347. postea Regis Franciæ, qua, in fauorem D. *Ioannæ*, Heroinæ spectatissimæ, hæredisque vniuersæ præfatæ illustrissimæ familiæ de *Hommeto*; necnon vxoris D. Ioannis de *Meleduno*, Comitis de Tancaruilla: s confirmauit omnia eorum bona: dignitates, donationes, &c. maximè huic Abbatiæ: ne temporum edacitate quandoque deperiret horum memoria: cujus tenor ita habetur. XIV

p *In Monasterio de Pairino. ann. 1250.*

q *Parisius de gestis Reg. Angl. sub Henrico III. ad ann. 1214. & 1222.*
Florentius ibid. ad ann. 1214.
Harpsfeldius in Histor. Eccles. Angl. secul. 13. cap. 14.

r *Claudius Robertus in Episcop. Dolens. Cornaisiterius in Episcop. 38. Cenomanens. pag. 446.*

s *Vide apud Sebastianum Roullierdū in sua Historia Meledunensi.*

Iean, aisné filz du Roy de France, Duc de Normandie & Guyenne, Comte de Poictou, d'Anjou: & du Mayne: sçauoir faisons, à tous presents & à venir; que nous auons veu, deux lettres seellées, chacune en lacs de soye pendantes, saines & entieres, si comme il paroist, non cancellez, non abolies, ne en aucune partie de elles vicieuses; & au sceau de la premiere auoit emprainct d'vne part, vne figure d'vn Roy Couronné seant en vne chaire, tenant en vne main, vne espée nüe, & en l'autre, vne Pomme, & par dessus vn faucon, & enuiron, auoit escrit: *Henricus, Dei gratia, Rex Anglorum*: & de l'autre part dudit sceau, auoit emprainct, vn homme armé, tenant en vne main, vne espée, & en l'autre, vn escu, sur vn cheual, & enuiron auoit escrit; *Henricus, Dux Normanorum, Aquitanorum, Comes Andegauorum*, Item, au sceau de l'autres lettre, auoit emprainct d'vne part, vne figure d'vn Roy, comme seant en vne chaire, tenant en vne main, vne pomme, & en l'autre vne espée nuë, & enuiron auoit escrit: *Richardus, Dei gratia, Rex Anglorum*; & de l'autre part, dudit sceel, auoit emprainct, vn homme armé, tenant en vne main, vne espée nuë, & en l'autre, vn Escu, & enuiron auoit escrit: *Richardus, Dux Normanorum, & Aquitanorum, Comes Andegauorum*: lesquelles Lettres contiennent la forme qui ensuit.

Henricus, Dei gratia, Rex Angl. &c. & en suitte; item, la teneur de l'autre lettre; *Richardus* Dei *gratia, &c.* Quæquidem Cartæ habentur etiamnum integræ; vti referuntur, in presenti instrumento publico, *Vidimus*, dicto; in quo, quæ sequuntur

quuntur, Abbatiam hanc concernentia, sunt notatu dignissima. Et pource que les Religieux, Abbé, & Conuent d'Auney, en qui Monstier les Antecesseurs de ladite Dame de Tancaruille, femme à present de nostre Amé & Feal, Chevalier, Iean de Melung, Syre de Tancaruille, & Chamberlan de Normandie, auoient mis en garde longtemps a, lesdites Lettres, touchants leurs heritages, & leurs dignitez, & franchises; & dudit Cheualier, si comme nous auons entendu, ont baillé & deliuré audit Cheualier, les originaux desdictes Lettres, de nostre mandement à eux faict, par nos Lettres ouuertes. Nous, qui ne voudrions, que pour raison de nostre commandement, lesdits Religieux, ne leur Monstier, fussent dommagiez, en aucune maniere, au temps auenir; à leur supplication, leur auons faict faire, & baillé, le present transcript, desdits Originaux, pour la seureté, & defence de l'heritage de leur Monstier, & leur auons octroyé, & octroyons, & voulons, de grace especial, que audit transcript, l'on adjouste pleiniere foy, comme aux Originaux dessus transcripts; & qu'il leur soit valable, & s'en puissent ayder, en tout ce qui peut toucher l'heritage dudit Monstier, tout ainsy comme ils feroient desdits Originaux, &c. Donné au Bec Helouin l'an de grace mil trois cents quarante sept, au moys de Mars. Sigillo magno sigillatum in cera viride: hæc verba præferens sigillum, Ioannis, primogeniti Regis Franc. Ducis Norman. & Aquitan. Comitis Andegau. Pictau. & Orenoman.

Elenchus Abbatum hujusce insignis Monasterij à sua Fundatione, vsque in presens.

CAPVT II.

1. QVO ad cœnobiarchas attinet Alnetensis Abbatiæ, primus recensetur.

Viuianus.

Hujus nomen inscribitur donationi factæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ de *Ceuilleio*. Memoratur in Diplomate Eugenij Pap. III. cujus copiam damus. *Eugenius Episcopus*, seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Viuiano, Abbati de Alneto, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, Regularem vitam professis, &c. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum impertiri consensum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus benignum impertientes assensum; præfatam Ecclesiam, in qua Diuino Mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione, suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes; vt quascúque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia in præsentiarum justè ac canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, Deo propitio, poterit adipisci; firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc proprijs vocabulis duximus annotanda: Ex dono Iordani de *Sayo*, partem forestæ, &c. Siue laborum vestrorum, quod proprijs manibus, aut sumptibus colitis; siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Decernimus ergò, quòd nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare: sed illibata omnia, & integra conseruentur; eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum, Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam, congrua satisfactione correxerit: &c. Sub Datum nonis Nouemb. Pontificatus sui ann. 8. sub plumbo.[a] Scilicet ann. 1152.

[a] *Extat Alneti, in Archiuo Abbat. & Rothomagi apud D. Bigot.*

2. *Christianus.*

Abbatiæ præerat, regebatque adhuc 1170. & 1176.

3. *Ioannes.*

Sub eius tempore dedicata est Abbatialis Ecclesia: cujus etiamnum prostat monumentum intra ipsam sacram ædem sic descriptum. *Anno ab Incarnatione Domini*, M. C. XC. Dedicata est Ecclesia ista in honore S. Trinitatis, & Beatissimæ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ, atque omnium sanctorum, 3. Calend. Maij, à Domino Henrico Bajocensi, & Domino Vuillelmo, Constantiensi, Episcopis; Ioanne, Abbate 3. Deo authore, præsentem Ecclesiam regente. Amen. Viuebat adhuc ann. 1200. & 1201. II.

4. *Henricus.*

Nominatur Abbas Alneti, in Cartulario Sylliaco, ad ann. 1210. Item ann. 1209. & 1211. de consensu fratrum, dedit Capitulo Baiocensi jus patronatus & decimas, ac terras, ad suum Monasterium pertinentes, in Parœchia de *Longuillers*.

5. *Adam.*

Sub eius regimine, circa ann. 1229. Stephanus, Abbas Sauiniaci, dedit huic Abbatiæ de *Alneto*, pro suppletione expensarum, quas monachi consumebant in curribus & deportationibus suæ Baroniæ de

6. *Guillelmus.*

In Tabulis illius Monasterij recensetur sub ann. 1230. & 1238.

7. *Ioannes 2.*

Ad cuius præsentationem, Hugo, Lincolniensis Episcopus, admisit & instituit in Vicarium generalem Ecclesiæ magnæ, Guibierge, (quæ ad Abbatiam de Alneto pertinebat) in Anglia, D. *Godefredum à sancto Eduardo*: vti constat ex eius carta, ann. 1238.

8. *Hugo.*

Paruo tempore præsedit.

9. *Reginaldus.*

Memoratur ann. 1261. ad quem extant quædam Diplomata Pontificia. Sub eo, vel eius prædecessore, Gregorius X. Papa; renouat priuilegium Eugenij III. Pap. de quo sup, suscipitque Abbatiam in protectionem sedis Apostolicæ. III.

10. *N. nil de eo habetur.* 11. *Nicolaus.*

Notatur ad ann. 1286. & 1290.

12. *N. Non reperitur.* 13. *Ioannes 3.*

Multas altercationes ac pressuras sustinuit à circumvicinis nobilibus viris; florebat ann. 1302. & 1308. cujus tempore, à Bonifacio Pap. VIII. impetratur priuilegium exemptionis Decimæ, pro omni Ordine Cistertiensi.

14. *Ioannes 4.* 15. *Godefredus.*

Anno 1341. transigit cum Abbate & Religiosis S. Laudi Constantiens. circa beneficia sancti *Ebremondi* de *Semilleio*, quæ sibi arrogare exoptabant; à quibus tandem deficiunt.

16. *Thomas de Manerio, du Manoir.*

Ex domus procuratore, ann. 1343. & 1349. quo ædificari curauit quinque Capellas

Digitized by Google

pellas; circumcirca maius altare Ecclesiæ Abbatialis, prima, in medio extructa, dicatur S. Virgini Deiparæ Mariæ: in qua eius nomen, & aliorum 40. Religiosorum tunc inibi degentium, conspiciuntur nomina delineata: in cuius medio sacelli, sepulturam ipse nactus; legitur pro eius cœnotaphio hæc inscriptio.

Hic jacet Thomas du Manoir, qui fuit 16. Abbas Alneti. Anima eius requiescat in pace. Amen.

Secunda Capella, dicatur S. *Thomæ* martyri, Cantuariensi Archiepiscopo; Tertia *D. Magdalenæ*: quarta, B. *Ioanni Baptistæ*, & vltima S. *Martino*: item ann. 1349. & 1351. fit mentio de Abbate Alnetensi, in Cartulario Abbatiæ *Vallis-Richerij*.

17. Ioannes 5.

Sui memoriam reliquit in compluribus actis & cartis, ab ann. 1354. vsque ad ann. 1372.

18. Ioannes 6. Gouze.

Hic sub Clemente 7. juramentum fidelitatis præstitit, in manibus Hugonis, Cardinalis S. Mariæ in Porticu, ann. 1386. memoratur ad ann. 1391. & 1394.

19. Nicolaus 2. Desmontz, Demontibus, al. le Contr.

IV. Doctor Theologus, ann. 1404. Monasterium de *Alneto*, vniuersitati Cadomensi addixit, interfuit solemni supplicationi *factæ* Cadomi ann. 1439. in gratiarum actionem fundatæ vniuersitatis qua de re Hospicium Alnetensi Cadomi extructum compluribus ædificijs auxit; quippe, qui domum Abbatialem cum eleganti sacello inibi extruxerit, tum ad studentium scholarium Regularium Seminarium condendum: tum ad perfugium monachorum tempore aduerso opportunum: moritur, ann. 1456. sepultus ad latus præfati Thomæ de Manerio, Abbatis, in cornu Euangelij: cum hac *Epygraphe*,

Hic jacet frater Nicolaus de montibus, Doctor in Theologia, qui fuit 19. Abbas Alneti, & obijt anno Domini, 1456. 11. Calend. Ianuar. Anima eius requiescat in pace.

Cùm iam à quatuor annis Abbatiam resignasset in manus procuratoris Monasterij Alnetensis.

20. Gaufridus, seu Godefredus 2.

Itaque ex procuratore domus, tempore Eugenij IV. Pap. regimen Abbatiæ suscepit, ex demissione superioris, ann. 1453. die 8. Maij. Hinc compositum est jurgium (ex consilio Petri *Meguichier*, Doctoris Theologi, Prioris de *Longa-villa*, ab Alneto dependentis, & Vicarij Abbatis de *Alneto*) quod vertebatur inter Hugonem de *Digouagene*, Priorem *S. Ebrulfi*, ab Abbatia Alneti dependentem, sub & intra Prioratum de *Longoponte*; & Ioannem le *Bouteiller*; scutarium: quiquidem prior postea permutauerat suum Prioratum cum Ludouico *Poulart*. Præterea, memoratur idem Godefredus Abbas, ann. 1470. & ad ætatem vsque decrepitam perueniens, 80. annorum: Abbatiæ suæ redditum rotulum confecit, juramentumque fidelitatis præstitit, 16. Iulij ann. 1484. tum ex permissu Regis Franc. Caroli 8. juxta eius litteras patentes, Salmurij datas, se cœnobiarchiâ abdicauit. Moritur autem 7. Iunij, ann. 1490. Tumulatus ante altare S. Benedicti, in introitu Ecclesiæ, ad latus dextrum sub Crucifixo.

21. Bardicus Billet.

Ex procuratore Monasterij electus est in Abbatem à cunctis Religiosis domus,

defunctus autem ann. 1499. sepelitur juxta prædecessorem coram Altare S. Benedicti.

22. Michael Quesnot.

Cellerarius, procurator, & Balliuus de *Chemeuille* cùm esset, successit ann. 1500. & 1515. choricathedras perpulchro artificio fieri fecit, Abbatiam, & Ecclesiam compluribus pretiosis ornamentis ditauit & auxit: quæ in Rotulo sui temporis legi possunt: mortuus autem humatus est propè prædecessorem suum, ante altare Benedicti.

23. Ægidius, Gaudi, vel Godin.

Iuris vtriusque doctor, notatur ann. 1523. multa suo tempore ipsa hæc Abbatia passa est detrimenta: cuius feretra sanctarum Reliquiarum, sacra vasa, ornamentaque prætiosa, &c. fuere sublata, & expilata: propter quod à Clemente VII. Papa, ann. 1528. Bulla fulminatrix est expedita in tales sacrilegos, ad perquisitionem ipsarum rerum; sed frustra & in vanum, ac tandem moritur ann. 1533. mense Iunio.

Eiusdem Monasterij Abbates Commendarij, dinumerantur: & alia quædam notatu digna referuntur.

CAPVT III.

1. Oliuarius à S. Iuliano.

HIC primus Abbas Commendatarius recensetur ann. 1534. 1535. & 1541. erat etiam Abbas *Longensis*: de qua inferius. I.

2. Franciscus à S. Iuliano.

Adnotatur Notarius Apostolicus; cuius tempore, ann. 1540. iteratur aliud furtum sacrilegiæ impietatis: quo totius Abbatiæ Tituli, instrumenta publica redditum, ac Dominiorum: pedum Pastorale, tres Calices, duo Thuribula, sex Reliquiaria, aliaque prætiosa ornamenta, impunè sunt ablata: vti constat ex alia Bulla Papæ Iulij III. ann. 1550. in tales sacrilegos expedita. Postea verò, migrauit ad Dominum, ann. 1562. itaque post eius obitum, vacauit Abbatia pluribus ānis, ob ingentes clades, & bella frementia, per totā Galliam, maximè propter hæreticorum Caluinistarum inuasionem: quæ tanto furore, in Religiosos exarsit; vt relicta Abbatia, omnes fuga vitæ præsidium sibi compararint: præter vnum, senem, lecto decumbentem, & podagra laborantem, ann. 1563. N. quem hæretici pedibus apprehensum, per gradus domus raptarunt, tum arbori in curia pedibus appensum, veluti ad signum expositum, lapidibus & globulis scloppetariorum crudeliter necauerunt.

3. Petrus le Preuost.

Rexit ann. 1569. & 1594. qui dispersos monachos curauit coadunare: & bona Ecclesiæ suæ requirere: quæ reperta sunt abalienata & vsurpata contra fas & ius omne, à nonnullis Ecclesiasticis & sæcularibus.

4. Ioannes Bertault.

Anno 1594. Regis secretarius, atque Eleemosynarius Reginæ Margaritæ Franc. II.
tum Sagiensis Episcopus, ann. 1607. moritur ann. 1611. Quo defuncto, Petrus eius frater, Abbatiam obtinuit: sed ea haud potitus est, nisi sub Oeconomatu, circiter

Digitized by Google

circiter annis tribus: quo tempore, ann. 1614. matrimonio jungitur.

5. *Ludouicus Bretel.*

Prius, Decanus extitit Lexouiens. tumque Rothomagensis, ac Senator Parlamenti Neustriacæ Prouinciæ, & Abbas S. Victoris de *Caleto*, necnon S. Mariæ de *Alneto*, qui ad Archiepiscopatum Aquensem euocatus est ex Cardinalis Lugdunensis resignatione, Regia nominatione interueniente, ann. 1630. filius erat Ludouici de Bretel, Domini de *Gremonuilla*, præsidis in senatu Rothomagensi, ex D. Francisca le *Roux*, Domum Abbatialem reædificari curauit.

6. *Ioannes-Petrus Camus.*

Fit Abbas ann. 1630. cùm Prius esset Bellicensis Episcopus: sub eo, hæc Abbatia, magnum Religionis ac Reformationis incrementum accepit: nec minorem sortita est decorem ex multiplici ædificiorum reparatione, per Religiosos; quos ipse Antistes veris attollit laudibus. [b] Obijt circa, ann. 1652.

7. *Carolus du Four.*

Consiliarius, & eleemosynarius Regis, necnon prothonotarius Apostolicus, Canonicus, & Thesaurarius, Metropolitanæ Rothomagensis Ecclesiæ.

III. Genuit hæc ipsa Abbatiam vallis S. Mariæ, vulgò, la *Valée*. In Diœcesi Ebroicensi, ann. 1137. die 15. Nouemb. [c] qua de re inferius sermo redibit. Itemque peperit Abbatiam de *Torigneio*, Diœces. Bajocens. ann. 1307. quam suo loco, inferius commemorabimus. Extat Epistola cum Rythmo, Petri Blesensis ad quendam monachum, G. de Alneto, socium eius olim & amicum: incipit. *Ea inter nos ab adolescentia, &c.* estque 57. mentio habetur de S. Petro de *Alneto*, apud Antiquitates MSS. Norman. fol. 50. sed & ann. 1618. Religiosi conquisitis vndequaque fontium alueolis, aqueductus renouarunt; ac domum vniuersam his ornauerunt.

IV. Præterea, complures ex hocce Alnetensi asceterio, euocati, ad cœnobia alia regenda ablegati sunt. Primus namque Abbas cœnobij de *Torigneio*, ann. 1312. extitit Ioannes de *Bolleyo*, Religiosus *Alneti*. Abbates item *Berzellæ*, Diœcesis Bituricensis; eiusdem Ordinis Cistertiensis, fuere Thomas de *Alneto*: & Guillelmus de *Alneto*. Oriundi ex *Burgo-nouo*, in Neustria, post ann. 1306. circa ann. 1350.

V. Multa etiam olim beneficia ab hac dependentia extitisse nouimus: tam in Anglia, quàm in Normania: ex quibus 18. Curiales Ecclesiam etiamnum tantum remanent: quæ sequuntur.

Marrigny, de *Marrigneio*. Nostre-Dame de *Cenilly*: de *Cenilleyo*. S. Martin de *Cenilli*: de *Cenillejo*. S. Sauueur, de *Bon-fossé*: de *Bono fossato*. Remilly de *Remilleio*. S. Ebremond de la Barre de *Semilly*: de *Semillejo*. Duæ Curæ S. Sulpicij de la *Vacquerie*: de *Vaccaria*. Balleroy: de *Balerrojo*. S. Martin, Villers le *Boscage*: *Cheury*. Maisoncelles *Pelleuè*: de Maisoncellis *Pelleueis*. Bauquey: de *Baucheio*. De *Bauenilla*. Cambess. de *Cambiis*. De *Aufreuilla*. Herouuillete: de Herouuilla. S. Estienne de *Greinuille*: de *Greinilla*. Item Capella S. Leodegarij de Marrigneio: Beneficium simplex, Regulare, sic & Capella S. Benedicti de Ibidem.

[b] *Petrus Camus in Epistola Dedicatoria ad librum. Gallicum Virum Apostolicum ann. 1640.*

[c] *Claudius Robert in Gallia Christiana ubi de Ebroicens. Episcop. & Abbatijs. Manriquez I. Tom. sup. ad ann. 1136. cap. 9. §. 4. Item, Tom. 1. ad ann. 1148. cap. 7. §. 10. & cap. 15. §. 104.*

Ann. 1135. & 1136.

MORTVVM-MARE

Antiquitas & initium Abbatiæ Mortui-maris, Gallicè, Morte-mer.

CAPVT I.

QVIDAM volunt virum nobilem, Robertum de *Candos*, *Gisortij* Castellanum, & *Isabellam*, eius vxorem, *Vvaltheri Giffardi*, *Longæuillæ* Comitis sororem, extruxisse monasterium B. Virginis Mariæ Deiparæ de *Bellomonte*, in *Vvilcaßino* Normanico, ann. 1130. sub regimine. D. *Alexandri*, viri Dei, & sociorum; quemquidem locum visitauit summus Pontifex *Innocentius* II. dùm Gisortium proficiscebatur, illicque Missarum solemnia celebrauit, & indulgentias concessit. Vndè tamen hi monachi aliò migrarunt, & præsens cœnobium, *Mortuum maris*, postea ædificarunt. Quæ vt clariora reddantur, rei narrationem ex Autographo MS. depromamus. a I.

a *Codex Vetus MS. Abbatiæ Mortui-Maris.*

Verumtamen, quia non semper arridet præsens prosperitas, defuncto piæ memoriæ Roberto de *Candos*, & in eodem loco, cum quodam filiorum sepulto; primogenitus eius, qui ei successit, fratres illos non adeò vt pater adiuuit, nec eis similiter prouidere potuit. Cœpit ergò locus ille Abbati & fratribus displicere, quia sic erat expositus sæculo, quòd ex quo aliquis de claustro exiret, per omnem circumquaque viciniam conspicere posset: vndè & cogitabant omninò recedere, & locum in parties *Lemouicenses* transmutare: sed Vvillelmus *Malus-nepos* consilium dedit, quod non absque licentia Regis *Henrici*, qui tunc apud *Rothomagum*, morabatur, recederent, & ei recessus sui causas, & incommoditates loci manifestarent. Placuit omnibus consilium, & Regem pariter Abbas & *Vvillelmus* adierunt, Auditis itaque Rex causis discessionis, prohibuit, ne de terra sua exirent; sed locum Ordini suo congruum quærerent, quem sibi donare posset, ac ipsius loci fundator existeret. II.

De loco Mortui-maris. III.

Erat autem in Foresta de *Leonib.* vallis quædam secretissima, ab Occidente in Orientem protensa, vallis *Mortui-maris*, ab antiquo appellata, propter inundationem fontium, qui indè oriebantur, exhumo iterum mergebantur; & sic vallem, quasi bitumen effecerant, vsque dum in riuulum deriuarent. Vallis illa, vallis vtique nemorosa, vallis ab omni sæcularium strepitu remota, & à conspectu segregata. Quod vero dicebatur *Mare mortuum*, erat fortassis præsagium futurorum, in ea siquidem erant habitaturi, in quibus omnis tumor superbiæ, omnis fœtor luxuriæ, omnis motio curiositatis, omnisque denique salsugo amaritudinis deberet mortificari: nec enim dignè possunt viuere in Mari mortuo, nisi qui se mortificauerunt mundo, habentes in se mortem amaritudinis, & amaritudinem mortis: sed & qui per vallem *Mortui-maris* transeunt ad portum salutis, semper habeant oculos ad *Mariam*, stellam maris, in omnibus Angustijs, in cunctis periculis, in tentationibus vniuersis, semper oculos habeant ad stellam maris.

Tres verò in hac valle habitabant heremitæ viri magni testimonij, & bonæ famæ. Et primus quidem dicebatur Tescio, secundus, Vvillelmus de *Freschienes*; tertius, *Guiardus*; qui locum Deo dicauerant, & ædificijs humilioribus extruxerant. Adierunt ergo eos Abbas prædictus, & *Vvillelmus*, consilij gratia, quasi quibus loca pariter nota essent; vbi religiosi quique habitare possent. Audito autem eorum desiderio, consilium secum habuerunt heremitæ; & quasi dicerent, A *Domino*

factum

Digitized by Google

Factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: se, & sua, necnon & locum Abbati obtulerunt, Quod Abbas, & *Monachus* suus, audientes, mirati, expauerunt: & adorantes eremitas, dixerunt: *Benedictus Dominus, prosperum iter fecit nobis, Deus salutarium nostrorum*: simulque cum eremitis magnificantes Deum: orabant, quatenus dignaretur locum illum visitare, & ad laudem & gloriam nominis sui ampliare. Pergentes igitur simul ad Regem: nuntiauerunt quæ dicta factave fuerant. Sed & Rex audiens eremitarum, quos plurimum diligebat, voluntatem, & ipse Deum benedixit, & assensum benignè præbuit, & adjutorium impendit. Locum nempe Abbati tradidit, & multa ei bona repromisit: ac ipsius loci fundatorem se fore spopondit. Accepta igitur Abbas ab Archiepiscopo transmutationis locorum faciendæ licentia; ad locum *Mortui-maris* redijt, & domos eremitarum ad recipiendum Conuentum diligentissimè præparauit.

V. Non omnium eadem est sententia, de tempore extructionis hujusce cœnobij, Diœcesis Rothomagens. in sylua Leonum vulgò, *La Forest de Lyons*, distantis per vnam leucam ab ipso oppido *Leonum* de *Lyons*: dùm astruitur fundatum esse Calendis Nouembris, ann. 1135. b ceu, 1136. c ab Henrico I. Angliæ Rege, Duce Normaniæ, qui eo ann. 1135. quarto nonas Decemb. apud S. Dionysium in ipsa sylua Leonum, excessit è vita: d Sed præstat codicem MS. jam citatum sequi: cujus narratio lectorem haud parum juuabit: sic enim rem prosequitur: de monachis agens, deque loci transmutatione Prioris.

b *Claudius Robertus in Abbatijs.*
c *Manriquez, Tom. 1. Annal. Cisterciens. ad ann. 1136. cap. 9. §. 1.*
d *Parisius. Robertus de Monte, Vuestmon sterięsis De gestis Reg. Angl. in Henrico I. Reg.*

Quando venerunt ad locum Mortui-maris.

Anno verò Incarnationis Dominicæ, 1134. cùm apud *Belmont*, die Paschæ celebrassent, in ipsa Paschæ septimana, Abbas *Alexander* cum Conuentu suo, præsente Vuillelmo, Abbate *de Pinu*, & Comitante illo, à loco *Bellimontis*, transmigrauerunt in vallem *Mortui-maris*, relictis ibi fratribus paucis. Rex verò *Henricus* paulo post venit visitare monachos suos de *Mortuo-mari*, & terram eis in Landa de *Belfuissel*, ad grangiam construendam donauit, & libertates, & quarumlibet consuetudinum immunitates, per totam terram suam, circa mare, & vltra, necnon & omnia aisianda sua in foresta sua de *Leonib.* eis concessit, insuper, & domos ad Regulariter conuiuendum, per duos annos, eis ædificauit. In sequenti autem anno, 4. nonas Decemb. in castro de *Leonib.* vitam finiuit: & corpus eius, apud *Radingas*, delatum requiescit. *Stephanus* vero Comes *Moritonij*; nepos eius, in Regnum ei successit. Erat autem in eadem foresta de *Leonib.* heremitagium quoddam, quod dicebatur, *Bosquentin*: in quo etiam Eremita quidam habitabat, qui apud *Belmont* nouitius extiterat; sed præ austeritate Ordinis, à proposito resilierat, & ad Heremitagium illud se contulerat. Audiens verò, quod fratres *Bellimontis* ad vallem deuenissent *Mortui-maris*, & in ea jam non parum profecissent: resumpto spiritu, se, & sua, necnon & locum eisdem contulit: concedente *Hugone de Auenis*, ad quem locus ille pertinebat.

VI.

Monasterium Mortui maris, Ordinem Cistertiensem assumit; & jurgium indè exortum consopitur, authoritate Archiepiscopi Rothomagensis.

CAPVT II.

IGITVR Monasterium Mortui-maris, ex eremitorijs coadunatum consurgens, vir Dei, Abbas *Alexander*, sanctitate & doctrina plenus, cœpit cum suis inhabitare: sed desiderio arctioris disciplinæ, ac *Vvalerami*, Abbatis *Vrsicampi* in Veromanduis, sanctitate illectus, *Cistertiense* institutum suscepit, sub eius cura: sicque [a] Abbatia *Mortui-maris*, filia Abbatiæ Vrsicampi, vulgo, Ourscamp, euasit sub Claravallensi familia. *Eo quoque anno* (ait Helinandus, ad ann. 1137.) Abbas Alexander, qui cum omni Conuentu suo, annuente Rege Angliæ Henrico, in forestam de Leonib. venerat, & in Eremitorio, quod dicebatur, *Mortuum-mare*, Monasterium suum ædificauerat; ipsam Domum suam, scilicet, Mortui-maris, Ordini Cistertiensi conjunxit: & Vvalterannus Abbas Vrsicampi, eam in filiam suscepit; monachosque suos illuc transmisit. [b] Breuius autem eadem refert Robertus de Monte, in Appendice ad Sigebertum, ann. 1138. Hoc tempore (*inquit*) venerabilis vitæ Alexander, primus Abbas Mortui-maris, se, & Domum suam tradidit Abbati Vrsicampi: quibus cæteri recentiores adstipulantur: [c] quæ tamen clarius, distinctius recitat idem vetus Codex MS. (à quo mutuata erant) in hunc modum. I.

a *Manriquez sup. cap. 8. §. 7. Claudius Robertus.*

b *Helinandus in Chronic. apud Vincentiũ Beluacens. lib. 27. Specul. Histor. cap. 14.*

c *Philippus Sequinus lib. 8. Virorũ Illust. Ordin. Cistertiens. Menologium Cistertiens. ad 5. Februar. Henriquez ibid. in Notis. Frisonius, lib. 4. Purpuratæ, pag. 314. Hugo Menardus, in 2. Appendic. ad Martyrolog. Benedictinum, Littera V. Valerannus.*

Conjunctio eorum Cistertiensi Ordini.

Eodem tempore, Anno ab Incarnatione Domini 1137. Abbatia *Vrsicampi*, quæ à Claravalle exierat, non mediocriter proficiebat, sub venerabili viro *Gualeranno*, primo Abbate, filio nobilissimi viri *Andrææ de Baldement*; filiam quoque jam procreauerat. Domum videlicet *Belli prati*; cui Domnus Petrus, vir religiosus, præerat. Abbas verò Alexander, audiens sanctimoniam Cistertiensis Ordinis, & videns multiplicationem illius Religionis, habito cum fratribus consilio, voluit se, & suos, conjungere, illis. Adiens itaque Domnum *Petrum* Abbatem *Belli-prati*, desiderium suum illi aperuit, & communicato consilio, exindè Domnum *Gualerannum*, Abbatem *Vrsicampi* expetijt, & se, & locum *Mortui-maris* eius curæ & paternitati commisit. Venit igitur Abbas *Gualerannus* in Normanniam cum Domno *Andrææ*, patre suo jam facto Monacho, qui notus erat Regi *Stephano*, & familiarissimus ei fuerat, existens in sæculo. Fama verò Cistertiensis Ordinis habebatur in orbe celebris: viro S. *Bernardo*, Abbate *Claravallis*, illuminante mundum, sanctitate, doctrina, & miraculorum gloria. Videntes autem locum *Mortui-maris*, Ordini Cistertiensi valdè congruum; se non in vanum venisse, gauisi sunt. Exindè pergentes ad Regem *Stephanum*, qui eo anno in Normanniam venerat, Abbas quoque *Alexander*, & *Vvillelmus Malus nepos*, cum eis ab eo gratantissimè, suscepti sunt. Sed & cùm causas aduentus eorum audisset; pro petitione Domni *Andrææ*, qui ei charissimus erat, libenter assensum præbuit; necnon & D. *Hugo*, Rothomagensis Archiepiscopus, coram Rege hoc concessit; sed cùm quærerentur, quòd rara esset possessio ad construendum cœnobium Cistertiensis Ordinis, vbi omnes superuenientes, tanquam Christus, deberent suscipi: omnibus petentibus eleemosyna deberet tribui: Rex *Stephanus* locum *Mortui maris*, & fratres in protectione sua suscepit, & quæcumque Rex Henricus eis dederat, benignè concessit: & carta sua confirmauit. Vallem quoque ipsam *Mortui-maris* eis totam concessit, & terram de Landa de *Belfuissel*, addidit, & heremitagium de *Bosquentin* augmentauit. Regina etiam *Mathildis* vxor istius *Stephani* Regis Ecclesiam se inibi ædificaturam promisit: quod & in parte postea compleuit. Reuertentes igitur ad locum *Mortui-maris*, Abbas *Gualerannus* eandem Abbatiam in filiam suscepit, & capitulum tenuit, & cum fratribus II.

tribus comedit, & dormiuit. Et cùm ad propriam redijsset domum, monachos & conuersos, qui Ordinem scirent, & diligentissimè tenerent, illuc direxit: & sic ann. ab Incarnatione Domini 1137. circa festum Transitus S. *Martini*, Domus *Mortui-maris* coniuncta est Ordini Cistertiensi. Locum vero *Bellimontis* quòd in grangiam redigere non poterant, propter benedictionem, quam Dominus Papa ibi fecerat, nec monachos illic remorari Cisterciensis institutio permittebat; cum consilio & permissione B. *Hugonis*, Rothomagensis Archiepiscopi; dederunt *Ecclesiæ* & monachis de *Longa-villa*; *vbi pater Vuillelmi Mali-nepotis sepultus jacebat.* d

d Vetus MS. Codex Abbat. Mortui-maris. cap. 1.

III. Facta confœderatione prædicta, æmulatio & simultas suscitatur inter Abbates de *Pinu*, & *Mortuo-mari*; quorum causis, & rationibus in medium productis, partibus auditis Metropolitanus Rothomagensis, pacem inter eos composuit, dissidiaque extinxit; cuiusquidem rei gestæ narratio sic refertur: ex eodem MS. Codice. Abbas verò de Pinu, hæc audiens in Normanniam venit, & fratres suos reclamare, & tanquam excommunicatos denuntiare cœpit; sed huiusmodi querela, coram *D. Hugone*, Archiepiscopo, in hunc modum sopita est.

Controuersia inter Abbatem de Pinu, & Abbatem Mortui-maris, de Ecclesia Mortui-maris.

Hugo Dei miseratione, Rothomagensis Archiepiscopus, omnibus sanctæ Rothomagensis Ecclesiæ filijs, tam præsentibus, quam futuris, in finem.

Frater Vuillelmus, *Abbas de Pinu*, in Audientia nostra quæstus est se grauari, & injuriam passum, super Ecclesia Bellimontis, & Ecclesia Mortui-maris, & eiusdem Mortui-maris Abbate, fratre *Alexandro*. Sanè, diem à nobis diffiniendæ iustitiæ postulauit, præfixa est dies, ventum est ad actionem. Ambo præsentes fuerunt, feria quinta post cineres, coram Archidiaconis nostris, coram Abbatibus nostris, & personis quampluribus Rothomagensis Ecclesiæ. Dixit Abbas *Vuillelmus*: Alexander Abbas, monachus noster est, nec ab illa professione, quam nobis in Ecclesia de *Pinu* fecit, à nobis aliquo tempore absolutus est. Porro, Ecclesiam *Bellimontis*, & Ecclesiam *Mortui-maris*; quæ nostræ erant, illi tanquam proprio commisimus monacho, nunc verò, quia & se, & prædictas Ecclesias, nobis subtraxit, & ad monachos alterius ordinis, ipse cum Abbatia *Mortui-maris*, sine licentia nostra translatus est, reclamamus: & tam de persona, quam de ipsis locis ante omnia volumus reuestiri. Nos verò, quibus nota erat, juxta puritatem conscientiæ nostræ, & testimonium Rothomagensis Ecclesiæ, quod præsens erat; Abbati Vuillelmo respondimus: Ecclesiam *Mortui-maris* nec habuistis, nec possedistis vnquam; nec de nostra, vel Regia manu suscepistis; sed neque de Ecclesia *Belli-montis*, quamuis fortè per monachos vestros, quod plerumque fieri solet, ædificari cœperit, aliquando fuistis inuestitus. Sanè cùm vterque locus nostris temporibus ædificatus sit, & ad nostram Diœcesim singulariter pertineat, de quibus nimirum nemo, nisi per nostram manũ possit, aut debeat inuestiri. Præterea, quando, ad Ecclesiam *Bellimõtis*, *Alexandrum* Abbatem consecrauimus, de manu nostra, in manu nostra, liberũ & absolutum reddidistis: adeò frater, vt te præsente, te laudante, omnem obedientiam nobis promiserit, professionem fecerit, scriptamque & propria manu super Altare B. Mariæ positam, nobis reddiderit. Ex tunc, non monachus tuus, sed noster omninò est, & quicumque sub eo professi sunt. Tu verò *Vuillelme*, cùm hæc audires, & *Alexandrum* præsentem videres; requisisti testimonium præfati Alexandri, vt quod ipse diceret, tu teneres.

IV. Alexander respondit: Quia tu re vera, meipsum in manu Archiepiscopi reddidisti liberum, & te præsente liberam ei professionem scripto & verbo, juxta morem Ecclesiasticum feci: hoc solum tibi in Ecclesia Bellimontis à nobis concessum est, vt ad modum *Cluniacensis*, & *Radingensis* Ecclesiæ, in capitulo fratris non possidentis, more sedens, & si monitus fueris, capitulum teneas; & Ecclesiæ *Pinus* & *Belli-montis* orationem inter se communicent, & decedentium fratrum obitus,

& obsequia annuatim & communiter obseruent ; verumtamen in Ecclesia *Mortui-maris*, nihil à nobis penitus tibi vel Ecclesiæ tuæ concessum est : si quid de his, quæ dixerim, fortè negaueris, profero me Canonicè probaturum. De his nihil ab eo penitùs refragatum est ; quamuis cùm rem verborum fecisse non negaret, sola tamen verba, liberum videlicet & absolutum se negauerit protulisse. Cæterùm societatis cartam Cluniacensis seu Radingensis Monasterij, cuius exemplar, me legente, impræsentiarum, audierat, iterum recitandam protulimus. Cui cùm nollet acquiescere, si Bullatam non videret, duo proposuimus : aut exemplar probare, si ita acquiesceret, aut si melius ire vellet *Radingiam*, litteras nostras, & sigillum dare, pro repetenda sub sigillo & testimonio *Radingensis*, & deferenda carta. Renuit planè & probationem, & litteras nostras ; ire siquidem Radingiam penitùs recusauit, nisi prius de Abbate *Alexandro*, & supradictis reuestiretur Ecclesijs. V.

Posita res est in iudicio, iudices, cùm in partem exissent, miserunt *Vuillelmo* Abbati, Domnum *Serlonem*, Abbatem S. *Audoeni*, & duos Archidiaconos, *Osmundum*, & *Rogerum*, persuadentes, vt habito cum suis consilio, adderet causæ suæ, si quid haberet, ille nihil addidit, nihil de his, quæ me probaturũ protulerã contradixit. Ita tandem rationibus inter alterutrum discussis, sententia data est : siquidem decretum est, & dictum à judicibus : de Reinuestitura *Mortui-maris* persunctoriè esse decisum, quam constabat nunquam *Vuillelmi* Abbatis fuisse, cùm Canonica probatione monstraret se, vel diceret de manu nostra, sed neque de Regio dono, fuisse aliquatinus inuestitum, de cætero, Reinuestituram *Bellimontis* non ante faciendam, quam testimonium ipsius cartæ, quæ conditionem ipsam continet, ipse proferret in medium. His auditis, Abbas Vuillelmus, nec iudicium contradixit, nec iudices appellauit, huius actionis testes sunt subscripti, qui presentes fuerunt ; G. Abbas S. *Vuandregisili*, S. Abbas S. *Audoeni*, R. Abbas S. *Michaelis*, Ioscel, Abbas S. *Mariæ Augensis*, H. Abbas de *Longo-ponte*. P. Abbas de *Prato* : Archidiaconi, *Robertus*, *Fulbertus*, *Rogerus*, *Osmundus* ; *Gaufridus*.

His confectis litigijsque cunctis sopitis, idem Archiepiscopus pro sua in Ordinem Cistertiensem pietate, statim certiorem reddidit eiusdem instituti præpositum Generalem, datis ad eum epistolis : in hunc modum : ex eodem Codice MS. VI.

Epistola Rothomagensis Archiepiscopi, quando Ecclesiam Mortui-maris Cistertiensi Ordini Donauit.

Reuerendo Abbati Rainardo, sacroque Conuentui, Cistertiensi, Hugo Rothomagensis sacerdos, salutem, gratiam & benedictionem.

Tempore nostro ædificatum est in Parœchia nostra Monasterium *Mortui-maris*, quod precibus Regis Anglorum, donauimus Ordini vestro, per manum Domni *Gualeranni Vrsicampi*. Abbas verò, qui nunc præest Monasterio *Mortui-maris*, *Alexander*, nomine, fuit quidem monachus *Vuillelmi* Abbatis de cœnobio Pinus. Sed idem *Vuillelmus*, in præsentia Ecclesiæ nostræ, tenens manum præfato *Alexandri*, manu sua, reddidit eum in manu nostra, nobis : quem ego postea dedi vestro Ordini, sub manu prædicti Abbatis Gualeranni, orate pro me, patres & fratres mei, vt remittat peccata mea mihi : & misereatur mei, Agnus Dei qui tollit peccata mundi, Amen. Hic autem *Raynardus*, Abbas Cistertiensis ann. 1134. [e]

[e] *Ex Roberto de Monte, D. immutione Ordin. Monachor. cap. 5.*

Series

Series Abbatum huiusce inclytæ Domus.

CAPVT III.

I. QVantum verò spectat ad Cœnobiarchas istius Monasterij constat præfatum B. Alexandrum primarium extitisse Archimandritam.

1. *D. Alexander, primus Abbas.*

Cœnobium per aliquot annos strenuè gubernauit: verum, qua pollebat humilitate, non multò post rejecta præfectura, vitam priuatam Sanctissimè transegit: atque etiam senio confectus, fœliciter consummauit: quæ omnia sic complectitur menologium Cistertiense, ad 5. Februarij: quo dies eius festus colitur.

In Gallia B. *Alexander Abbas; qui post vitam eremiticam quam diu sanctissimè egerat, institutum Cistertiense amplexus est, & cum magna sanctitatis opinione, fœlicissimè obijt.* a

a *Menologium Cistertiense ad 5. Februar. Henriquez ibid. in notis.*

2. *Adam.* 1138.

II. Erat tunc prior *Vrsicampi*, quando ex institutione Vualteranni prædicti, huiusce Abbatiæ regimini successit: si quibusdam neotericis fas est credere: b quibus aduersatur Codex MS. Autographus toties jam, à nobis citatus: qui cùm copiosior existat, rem luculentius sic indigitat. In sequenti anno, Abbas *Alexander*, confectus senio: & corpore debilis, renuntiauit curæ Pastorali, & in domo *Vrsicampi* professionem fecit: vbi vsque in finem perseuerauit, & corpus eius ibi requiescit. Cui Domnus *Adam*, natione Anglicus, prior *Mortui maris*, qui ab *Vrsicampo* venerat, monachus, in regimen Abbatiæ successit. Vir valdè religiosus, & in susceptione pauperum benignissimus, in tempore ipsius Domus *Mortui-maris*, plurimùm excreuit in conuersione fratrũ, in conscriptione librorum, in acquisitione terrarũ, in ædificatione domorũ, in nutrimẽtis animaliũ. Vir nempe venerabilis Robertus de *Dangu*, 60. acras terræ, in loco, qui dicitur *Pomereia*, ad grangiam faciendam Ecclesiæ *Mortui-maris*, donauit. Et *Ioscelinus* Crispinus, gener ipsius *Roberti*, alias 60. pro concordia de morte *Adæ aculei*, super addidit. Et alias 8. pro terra *Bartholomæi de Neaphlea*, aliæ quoque terræ plurimæ ibidem sunt ab eodem Abbate acquisitæ; tam dono, quàm emptione: & ibi grangiam domosque ædificauit. Apud *Mesengeriam* verò, grangiam & Domos ædificauit, in terra, quam dederunt ei filij *Richardi de Plessio*: quam etiam *Helotus*, filius *Hiterij de Nogione*, eisdem dederat, propter pacem reformandã inter se, qui propter interfectionẽ patrum suorũ, inuicem diffidebant: pro qua etiam terra *Godefridus de Strepenneio*, pecuniam multam dedit prædicti *Richardi* filijs, alias quoque plurimas ibidem terras acquisiuit. In loco autem, qui dicitur, *Bremulia*, grangiam & domos ædificauit. In terra, quam *Odo de Greinvilla*, & *Arnulfus Bendengel*, ei dederunt in eleemosynam simul & ad censum; pro qua etiam *Goderfridus de Strepenneio* pecuniam multam prædictis viris dedit. Alias quoque terras ibidem plurimas acquisiuit: in loco etiam, qui dicitur, *Rellum*, Domos, & molendinum ædificauit: quem locum *Godefridus de Floreio* in eleemosynam dedit ad faciendum viuarium & molendinum. In Foresta verò de *Tellis*, in loco, qui dicitur, *Quercus-Giberi*, ad quatuor carrucas, à Vicedominis de *Gerboredo*, *Helya & Petro*, acquisiuit: & ibidem grangiam & domos ædificauit. Ipse quoque *Gaufridus*, Comes Andegauensis, cùm Normanniam acquisisset, in Landa de *Belfuissel*, terram ei accreuit: sed & filius eius *Henricus*, cùm adhuc Dux Normaniæ esset, eundem locum de *Belfuissel* 80. acrarum collatione augmentauit. *Engeramnus verò de Vuascolio*, infirmatorium monachorum, & Domum conuersorum ædificauit, scilicet, Refectorium & Dormitorium, Duo quoque loca ad construenda cœnobia ei donata sunt; *Vallis Richerij* scilicet in *Lexouiensi* territorio, & *Vallis Ascij in Caleto*. Quæ cùm diu possedisset, & per manus fratrum suorum ædi-

b *Henriquez & Manriquez ex Helinande & Vincentii cap. 55. sup.*

Digitized by Google

ficasset; in tantum, vt aiunt, fratres suos diligebat, quòd eos à se emittere, non valebat. Et alterum quidem locum *Vallem Richerj*, S. *Bernardo*, Abbati Claræuallis contulit: Alterum, id est, *Vallem Ascij*, Abbati de *Bordesleia*, concessit. Hæc & alia multa Domnus *Adam*, in Domo *Mortuimaris*, bona fecit: Et cùm per 16. annos Abbas extitisset, coram fratribus suis senex, & plenus dierum, obijt: & in capitulo, quod Domnus Frogerus, *Derbiensis* Archidiaconus, in vita ipsius ædificauerat, sepulturæ traditus est.

Taxatur autem præsens Monasterium ad 30. Florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ soluendis. [c] III.

[c] *Claudius Roberti, in Archiepiscop. Rothomagens. Manriquez, sup. §. 9.*

3. *Stephanus* 1154.

Hic Prior tunc erat *Vrsicampi*, quando ad *Mortui-maris* regimen assumptus est; quod mendosè ferebatur de *Adamo* eius prædecessore; vti obseruat idem Codex Autographus MS. in hunc modum, heroicas illius virtutes sic referens. *Huic successit Prior Vrsicampi*, Domnus *Stephanus*: qui fuerat *Nouiomensis* Ecclesiæ Canonicus, de territorio *Suessionensi* oriundus, parentibus secundum sæculi dignitatem, non infimus, vir iste, vir erat apud Deum & homines gratiosus; nam cùm esset in oculis suis paruus, apud diuites sæculi, & potentes erat magnus; erga pauperes & infirmos misericors, humilimus: erat autem apud omnes affabilis, & benignus: erga fratres, erat mitis, mitissimus; erga rebelles, & indisciplinatos, seuerus. Erat his & illis beneficus, in capitulo tenendo, non considerans personam, vel ætatem; non agnoscens familiarem; erat quasi Leo rigidus: foris autem, vel vbiuis, quasi cœterorum vnus. Arguebat delinquentes, obsecrabat patientes, increpabat negligentes. Nouerat enim terroribus blandimenta miscere: dirum Magistri, pium patris affectum exhibere. In Diuinis officijs erat feruidus, in consilijs prouidus, in judicijs discretus. Quisquis eum consuluit tentatione grauatus, nunquam recessit ab eo, quin esset alleuiatus. Munditiam cordis amabat, quod ex hoc apparebat: quia de alienis cordibus maculas diligentissimè tergere intendebat. Sedebat sæpiùs cum fratribus in lectione quotiens poterat, stabat cum eis in labore: benè viuendo, mouens subditos, exemplo simul & verbo. Discretus in silentio, quia tacenda non proferebat. Vtilis in verbo, quia proferenda non tacebat. Erat singulis compassione proximus. Erat frequens in orationibus: ne aut spiritalibus intendens, proximorum infirmitates negligeret; aut infirmis compatiens spiritalia amitteret. Erat benè agentibus, per humilitatem socius, contra delinquentium vitia, per zelum justitiæ erectus, internorum curam, in externorum administratione, non minuebat: exteriorum prouidentiam, in internorum sollicitudine non relinquebat. Ipse nempe, tanquam animal cœleste erat in medio, & in circuitu congregationis suæ; in medio tanquam eorum vnus: in circuitu tanquam vnus omnium seruus: in medio ad ministrandum, in circuitu ad protegendum. A cibis lautioribus, nisi fortè hospites adessent, abstinebat: quos tamen, à seruitoribus & cellerarijs instanter requirebat, & conuescentes ad prandendum incitabat: reliqua fratribus infirmis, senibus & delicatis, consuetè transmittebat. IV.

Non erat in vestitu notabilis; quia nec affectatas sordes, nec exquisitas munditias appetebat; & cùm multis virtutibus polleret, ita in singulis eminebat, ac si cæteras non haberet. Fortis in Ordinis dilectione, prudens in vitiorum depræhensione, temperans in infirmatum supportatione, justus in meritorum retributione. In tempore ipsius Domus *Mortui-maris* est valdè multiplicata, & magni nominis effecta. Nam fratres plurimos & bonæ indolis juuenes de sæculo extraxit, & habitu Religionis induit, & quasi mater filios fouit, & tenerè educauit. Senioribus, quos in domo inuenerat, quasi patribus reuerentiam exhibebat: & quod subiectos docebat, factis suis demonstrabat; sicut Aquila pullos suos ad volandum prouocans, & super eos volitans. Habebat autem adjutores præcipuos, viros sapientes & industrios, *Hugonem* scilicet, Priorem, & *Vuillelmum Malum-nepotem*, *Rogerum* quoque Cellerarium, & Richardum de *Blosseuilla*, Grangiarium. Horum omnium vna erat intentio, Abbatem suum magnificare, & bona Domus suæ, tam corporalia quam spiritalia ampliare. V.

Tunc fundauit Ecclesiam illustris Rex Angliæ *Henricus Mathildis* Imperatricis filius, VI.

filius; & vsque ad chorum Monachorum, in tribus annis perfecit: in quod opus plusquam mille libras dedit. Ipsa quoque mater eius Imperatrix ad recipiendum hospites, duo magnæ capacitatis fecit Hospitia; vbi seorsū pauperes, seorsum, mercenarij, seorsum diuites, seorsum Religiosi reciperentur. Ipsa etiam in magno maris periculo, Abbatiam se fundaturam vouerat: & ideo *vallam Asij*, de manu Abbatis *Bordesleiæ* recepit, & Abbati *Stephano*, coram Rege & Archiepiscopo, tradidit; volens de Fratribus *Mortui-maris* suam fundare Ecclesiam. Abbas verò *Stephanus*, de Conuentu suo viros idoneos eligens, illuc transmisit; & D. Richardum de *Blossevilla*, eis Abbatem præfecit. Imperatrix verò Abbatiam, eo quod eam vouerat, *Votum* appellauit, & eam nobilissimè domibus, & terris & nemoribus fundauit: sic autem Domus illa, Mortui-maris est filia. Quæquidem omnia Alij etiam confirmant. d

VII. Cæterum interest *Stephanus* Abbas, cum *Arnulpho*, Lexouiensi Episcopo, & alijs Abbatibus, causæ judicatæ in fauorem Abbatis S. Vincentij Syluanectensis. e Nec multò post, scilicet, ann. 1161. legitur idem cœnobium *Mortui maris* illustratum, Henrici II. Anglorum Regis visitatione, ex occasione aduentus S. Petri *Tarentasiensis*, sedis *Apostolicæ Legati*. Aduenit interea (inquit *Gaufridus* Abbas) caput jejunij Quadragesimalis; & in cœnobio *Mortui maris*, Officium illud solemne Reuerendissimus celebrauit Antistes, imposuit etiam cineres capiti Regis Angliæ benedictos, & suorum, qui propterea ad Monasterium illud aduenerant, ipso die. f Illicque omnes amplissimè excepti, honorificè sunt refecti: nec abs re, quandoquidem hic locus jam fuerat bonis quamplurimis copiosè cumulatus: vti ex superioribus ac sequentibus liquidò constat, quod & sæpè nominatus Codex MS. sic prosequitur.

d *Antiquitat. MSS. Norman. pag. 149. Apud D. Bigot. Senatorem Rothomag. Robertus à Mont., ad ann. 1157. 15. Calendi Iulij. V. de infra, vbi de Abbatia, Valacia.*

e *Vide Tom. 2. Neustriæ Christianæ, in Ecclesia siue Abrincensi, cap. 31. §. 2.*

f *Apud Surium, Maij, 8. cap. 20. vitæ S. Petri Tarentasiens. Baronium Tom. 12. Annal. Eccles. ad ann. 1161. §. 15.*

VIII *Domnus* quoque *Frogerus*, adhuc *Derbiensis* Archidiaconus, totum vetus Testamentum, in duobus voluminibus, Ecclesiæ *Mortui-maris* de Anglia transmisit: claustrum monachorum incœpit, & vsque ad tres ferè partes consummauit, in Grangia de *Monte Rosti*, quæ tunc temporis fundata est, pecuniam ad tres carrucatas terræ emendas, dedit, & carrucas instaurauit: pecuniam quoque multam dedit ad vineas emendas in valle de *Port-mort*. Eandem verò grangiam de *Monte-Rosti*, prædictus Abbas, qui eam fundauerat, vsque ad 7. carrucatas terræ augmentauit: sed & in alijs grangijs plurimas terras, tam dono, quàm emptione, acquisiuit. Tunc etiam frater *Iordanus*, quem Rex ab Abbate, precibus multis extorserat, ad distributionem eleemosynæ suæ, infirmitorium pauperum ædificauit, & lectisternijs instaurauit. Tanta autem erat in *Mortuo-mari* bonorum omnium affluentia; vt etiam ipsi per quorum manus ministrabantur, vnde prouenirent, mirarentur. Nam & multitudo hospitum, pauperum & diuitum, Episcoporum, & Abbatum, confluebant; & omnia omnibus affluebant. Hæc & alia multa domui *Mortui maris*, tempore Domni Stephani bona prouenerunt.

IX. Tandem ipse Stephanus ex cœnobiarcha Mortui-maris factus est Abbas *Vrsicampi*: vti clariùs deducit idem Codex MS. ex quo alij sunt mutuati. g *Cùm per nonem ferè annos* (inquit) rexisset Ecclesiam, Domno *Gisleberto* Abbate, Vrsicampi, facto Abbate *Cistertiensi*, fratres *Vrsicampi* eum ad regimen sui reuocauerunt. Et cùm per aliquot annos cum eis moratus esset, quia non habebat tantam gratiam apud compatriotas, quantam habuerat apud Normannigenas, dimissa pastorali Cura, apud *Claram-vallem* professus est. Et quia non potest latere lucerna, maximè in candelabro posita, à *Claraualle* requisitus & extractus, in domo *Esclantij* Abbas constitutus est. Et cùm ibi per aliquot annos præfuisset, & eidem domui non parum profuisset, sentiens se viribus corporis, de die in diem, procedente ætate destitui: tractus etiam desiderio moriendi inter manus filiorum, quos in *Mortuomari*, Christo genuerat, dimissa illius domus pastorali cura, ad optatam *Mortui-maris* peruenit requiem. Quantum verò deuotè, quantum religiosè, reliquum vitæ suæ ibidem transegerit, quamuis Deo, cui omne cor patet, plenius notum sit: totum tamen ad ædificationem fratrum videntium, ad profectum & salutem animarum peregit. Cúmque per annum integrum, sub disciplina Ordinis vixisset, tactus graui ægritudine, vice Purgatorij, vt credimus, 5. Calendas Septemb. inter manus filiorum, Deo reddidit spiritum. Corpus verò eius extra oratorium, retro Altare S. *Benedicti*, in quo Missam celebrare consueuerat, loco, quem ipse prælegerat, sepultus est.

g *Vassenrus lib. 4. Annal. Ecclesiæ Noniodunens. cap. 4.*

Alij Abbates recensentur eiusdem Domus Mortui-maris.

CAPVT IV.

4. Gaufridus de Calceia 1163.

Constat hunc, eo ordine, Mortui-maris regimen assumpsisse: licet tempus precise haud designetur: notatur tamen ad annum Christi 1169. sub Abbate 10. S. *Audoeni* Rothomagensis: vti superius suo loco, obseruauimus. Quid verò de ipso referat vetus ille Codex MS. audiamus. *Facto itaque* Domino *Stephano*, Abbate *Vrsicampi*, ad prouidendum Ecclesiæ *Mortui-maris* Abbatem, idem pater, quàm citiùs potuit, cum pluribus Abbatibus reuersus est. Data igitur optione eligendi, cum consilio eiusdem patris, vnum de fratribus suis, scilicet, Domnum *Gaufridum de Calceia*, in Abbatem elegerunt. Iste primus, natus de Normannia præfuit in *Mortui-maris* Abbatia: Erat autem iuuenis ætate, & formosus corpore: sed bonis moribus præditus, & litterarum scientia eruditus. Erat autem in seruitio Dei strenuus, erat Ordinis amator ardentissimus, in primordio prælationis suæ, multas tribulationes passus est, quas & sustinuit viriliter, & superauit patienter, in tempore ipsius, Domus *Mortui-maris* excreuit: nam & terras acquisiuit, Domos ædificauit, & ipsam Abbatiam à porta Monasterij vsque ad portam *Episcopi* muro circumcinxit, Grangiam de *Quercu Giberi*, quatuor carrucatis terræ, simul & bosco augmentauit: vineas, hortos, & pomeria, in valle de *Port-mort*, comparauit. *Osmundus* quoque de *Hauvalle*, 60. acras terræ tunc temporis dedit: Rex verò Angliæ octo carrucatas terræ apud Grangiam de *Bosquentin*, Ecclesiæ *Mortuo-maris* donauit. Alias etiam terras quamplurimas in *Vvilcasino*, tam dono, quàm emptione, ipse Abbas acquisiuit. Et cùm per vndecim, annos Ecclesiæ præfuisset: Calendis Septemb. spiritus eius à corpore migrauit, & corpus in capitulo, juxta corpus Adæ Abbatis, sepulturæ traditum est. I.

5. Richardus de Blossevilla ann. 1174. II.

a Capite præcedenti n. 6.

Hic est Richardus de *Blossevilla*, qui (vt jam superius notauimus a) primus institutus est Abbas *Vallis Azonis*, ceu de *Voto*, ann. 1157. quam 17. vel 18. annis rexit; ex quo euocatus est ad hanc *Mortui-maris* cœnobiarchiam, cuius olim fuerat alumnus; successit verò (inquit ille vetus Codex MS.) *Abbati Gaufrido, Richardus*, primus Abbas de *Voto*. Hic etiam fuit natione Normannus, nobili quidem prosapia exortus: sed non minùs nobilis erat moribus. Erat enim inter socios socialis; alloquio affabilis, erga se delinquentibus ad ignoscendum facilis: erat apud diuites sæculi, & potentes, magni nominis, sapiens quippe erat in dandis consilijs, prudens in interrogationibus, & responsis. Apud Ecclesiam de *Voto* per decem & octo annos præfuerat, & in tanto temporis spatio valdè profuerat, nemora & terras acquirendo, domos pulchras prægrandes ædificando: Diuinos Codices passim colligendo, fratres etiam vndecumque congregando. Cùm autem regimen *Mortui-maris* suscepisset, inuenit eam magnis debitis obligatam, quorum partem omnimodò soluere curauit; omnia autem fundamenta capitis Ecclesiæ perficiendæ jecit; & cum adiutorio Regis, qui ei centum libras ob hoc donauit, aliquantò altiùs à terra eleuauit. Grangias quoque nouas & amplas in possessionibus Ecclesiæ construxit, terras satis laboriosè acquisiuit; & cùm hæc faceret, fratribus tamen omnia necessaria in victu, & vestitu, nihilominùs plenariè ministrabat. Dùm autem per quinque ferè annos præfuisset, Pastoralem curam dimisit; & locus ipse per annum integrum, Pastore caruit.

6. Vvillelmus

6. Vvillelmus 1180.

Anno 1180. exoritur Abbas; de quo sic loquitur ille Codex MS. Post hunc extitit Domnus Vvillelmus, natione Anglicus, conuersatione, si fas est, dictus Angelicus: pro eo, quod conuersatio sanctorum in cœlis est. Vir iste antequam habitum Religionis susciperet, valdè Religiosus inuentus est: nam dùm in scholis moraretur, & præcipuus inter Parisienses dialecticos haberetur, erat tamen paruulus in oculis suis, & pompam sæculi paruipendens, Antequam procederet ad scholas, Ecclesias frequentabat, missas deuotissimè audiebat: corpus suum jeiunijs, orationibus, vigilijs macerabat: spiritum sanctis meditationibus, & lacrymosis suspirijs recreabat. Et cùm in habitu forinseco appareret sæcularis, & delicatus: subtùs ad carnem laneis, vel etiam cilicijs vtebatur. Cùm verò discipuli eius, nepotes scilicet, Domini *Theobaldi*, Cantuariensis Archiepiscopi, interulas ei subtiles & delicatas præparari fecissent, ipse sibimet eas piè furabatur, & pauperibus, vel leprosis occultè largiebatur. Ordinem quoque Cistersiensem, supra omnes Ordines, dùm adhuc esset in sæculo, diligebat, & cùm aliquos eiusdem Ordinis inueniret, cum eis diligentissimè loquebatur, & de obseruantijs Ordinis sollicitè inquirebat.

IV. Accidit autem, vt apud Parisius infirmaretur & se ad *Vallem* S. *Mariæ*, deportari fecit; ibique conualescens, habitum simul & humilitatem Cistertiensis Ordinis suscepit, tantoque feruore incœpit, vt infra annum suæ probationis culmen attingeret perfectionis. Factus est monachus in die S. *Ioannis Euangelistæ*, post natale Domini, vnde specialis amator extitit eiusdem Apostoli, omnibus diebus vitæ suæ: Et post modicum, sub prior eiusdem Domus institutus est. Procedente verò tempore, etiam prior factus est: vbi cùm aliquandiu strenuè ministrasset, plus studens amari, quàm timeri, omnes amans, omnibus amabilis, postea in Abbatia de *Voto*, quam imperatrix fundauerat, promotus est. In eadem verò domo, tam in corporalibus, quam in spiritualibus, non mediocriter profuit, & eam vtrobique amplificauit: apud omnes compatriotas magni nominis existens, apud fratres suos reuerendus & diligendus apparens. Cùmque per annos quinque ibidem præfuisset, ad regimen *Mortui-maris Deo volente*, vocatus est.

V. Igitur, cùm ad tantam curam, & ad ardua negotia tantæ Domus deuenisset: non ideò humilitatem suam, non mansuetudinem priorem, non obseruationes sacras, non constitutiones spiritales deposuit: sed augmentauit. Omnia itaque eidem Domui, per orationes suas, & merita, Deodante prosperabantur, & succedebant; adiuuantibus eum viriliter fratribus suis, qui eum tanquam patrem diligebant, & tanquam sanctum Dei venerabantur: administrantes exteriora, dùm ipse intentus esset ad superiora. Vnde fluenta gratiæ propinabat in clero, propinabat in populo, propinabat in claustro. Quocumque igitur fratres exirent, apud Ecclesiarum Pastores, apud Reges & principes, apud clericos & laicos, apud viros & mulieres, patrem suum commendabant, & virtutes eius sanctas prædicabant: vnde factum est, vt Reges, & principes, Archiepiscopi & Episcopi, Religiosi & sæculares, parui & magni eum venerarentur, & requirerent, & de salute animæ suæ consulerent.

VI. Tempore ipsius, Domus *Mortui-maris*, interius & exterius excreuit, interius venerando, & in pace conseruando, quos inuenerat fratres; congregando, & de sæculo extrahendo iuniores, omnibus seipsum exemplar proponens, omnibus diligentiam, & Ordinis disciplinam exhibens. Exterius, possessiones augmentabat, ædificia noua construebat, & fratribus in victu & vestitu necessaria sufficienter prouidebat; Ecclesia, quam Rex *Henricus*, vsque ad chorum monachorum fecerat, tempore ipsius, tota perfecta est; ad quam perficiendam Dominus *Frogerus*, Sagiensis Episcopus octigentas libras ei dedit: & Capellam infirmorum in honorem S. *Ioannis* Euangelistæ, cuius erat Abbas præcipuus amator Dedicauit; & perpetuum noctis & diei luminare vnius lampadis eidem Capellæ comparauit: & pro Anniuersario suo faciendo, Sexaginta libras dimisit. Dominus verò *Vvillelmus* Cancellarius Æliensis Episcopus, nobilissimam campanam Ecclesiæ contulit, & ad faciendos, in ea calices 20. Marcas transmisit: sed & cartas optimas, de

Ffff f

possessionibus cunctis, libertatibus, & quietantijs totius Ecclesiæ, in sigillo Domini Regis *Richardi*, cuius erat Cancellarius, omninò quietas & liberas donauit. Comes quoque *Vuillelmus Mortui-maris*, qui de manu consilij eius spiritualis pendebat, sicut à Domino postulauerat, inter manus eius expirauit, & se, & sua, in eius dispositione commisit: & in capitulo *Mortui-maris*, tanquam vnus de fratribus, sepulturam accepit. Ecclesiam verò de *Magna-villa*, cuius erat patronus, ad sustentationem pauperum infirmorum, dùm adueniret, eidem Ecclesiæ concessit: & à Domino *Vvaltero*, Rothomagensi Archiepiscopo, confirmari fecit. Vnus verò clericorum suorum, lampadem vnam ardentem nocte & die, pro eo, ante Altare B. Mariæ, & SS. Angelorum, perpetuam instituit.

Quanta autem bona temporalia, pro salute animæ suæ, & pro Anniuersario suo faciendo eidem Ecclesiæ dedit in auro & in argento, & in cæteris rebus optimis, nouit Dominus, qui retribuat ei. Domina verò *Isabella de Dangu*, multa bona Ecclesiæ contulit, & in ea sepulturam sibi elegit, quam in Capitulo monachorum recepit, & vir eius D. Ioscelinus *Crispinus*, & filij eorum, sex libras annui redditus in molendino de *Vvaletot*, pro Anniuersario suo, & patris eius *Roberti* de *Dangu*, assignauerunt. Domina etiam de *Harecort*, filia eius pro emendo redditu panis & vini & ceræ, ad omnes missas, centum libras dedit, & sepulturam sibi in eadem elegit, quam in claustro, juxta introitum Ecclesiæ accepit: & pro salute animæ suæ, & pro Anniuersario suo faciendo, centum marcas donauit. VII.

Eo tempore, Abbas in Angliam vnum de monachis cum argento transmisit, & indè plumbum afferri jussit, ac per illud fontem aquæ, de superiore partis vallis nemoris adduci, & per officinas traduci fecit. *Richardus* etiam miles de *Vvarelina*, cùm in itinere Hierosolymitano dies ageret extremos, Ecclesiam de *Vvarelina*, cuius erat patronus, Ecclesiæ *Mortui-maris* delegauit; & *Amalricus* miles, filius eius, à D. Rothomagensi *Vvaltero*, confirmari fecit. *Richardus*, filius *Godefridi*, *de Strepegneio*, pro faciendo Anniuersario patris sui, & matris suæ, & suo, centum libras dedit, & alia multa bona contulit. Rex autem *Richardus*, defuncto nobilissimo patre, Rege *Henrico*, cùm ad Regnum vocaretur Angliæ, & Ducatum Normaniæ, inter omnes personas, terrarum suarum cum consilio & præcepto Archiepiscorum Cantuariæ, & Rothomagensis, eumdem procuratorem animæ suæ elegit, & ad coronationem suam, in Angliam secum deduxit. Vnde, cùm reuerteretur in Normanniam, totam Landam de *Nogione-sicco*, & totam Landam de *Puceio*, & Sexaginta acras apud *Bosquentim*, ad faciendas grangias, & ad libitum excolendas, liberas omninò & quietas, & apud *Deupam*, duas mansuras, eidem Abbati, & Ecclesiæ *Mortui-maris* contulit. Alia quoque quamplurima beneficia impendit: & fratribus eiusdem loci dilectionem & honorem, supra omnes religiosos, pro amore Dei, & Abbatis, vbique semper exhibuit; quæ *Dominus omnipotens illi retribuat. Amen.* VIII

Notatur ad ann. 1185. infra, vbi de *Valacia*, Abbatia, cap. 3. §. 3. & ad ann. 1192. ibid. §. 5. item ad ann. 1191. sup. in *Ardena*, Abbatia cap. 2. §. 5. obijt 5. Nonas Februarij ceu Sexto idus eiusdem mensis, ann. 1205. ex Codic. MS. vetusto. IX.

Confirmationes omnium bonorum Abbatiæ Mortui-maris.

CAPVT V.

HVnc Ordinem digum duxi seruandum, secutus Codicem illum, vetustum, MS. jam à nobis sæpius allatum: qui vsque ad tempus suum, vt probabile est, eas sic recensere exorsus est. I.

Stephanus, Rex Anglorum, Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopis, Abbatibus, Comitibus, iustitijs, Vice-comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus suis, & ministris Normanniæ; salutem.

Sciatis me concessisse Deo & Ecclesiæ B. Mariæ de *Mortuo-mari*, *in Leons*, Abbati &

& monachis in ea Deo seruientibus, in perpetuam eleemosynam pro anima Regis *Henrici*, fundatoris illius Ecclesiæ, & pro animabus patrum & parentum meorum, & vxoris, & filiorum, & fratrum meorum; & pro salute mea, & incolumitate Regni mei, Angliæ, & Ducatus Normaniæ; omnia illa, quæ Rex *Henricus*, eis dedit, & concessit, scilicet, locum ipsum in foresta, cum omnibus aisiamentis suis, &c. Actum apud *Leones testante*, A. Episcopo *Carlem.* & *Mathilde, Regina vxore mea*, & *Galeranno* Comite Excæstr. &c.

Gaufridus, Dux Normaniæ, & Comes Andegauensis: H. Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopis Normaniæ, & omnibus Baronibus, Bailliuis, amicis & fidelibus suis: Salutem.

Sciatis, quod ego dedi Ecclesiæ B. Mariæ Virginis, de *Mortuo-mari*, & fratribus Ordinis Cistertiensis, ibidem Deo seruientibus, in ipsa valle *Mortui-maris*, triginta acras terræ, pro salute animæ *Fulconis*, Regis *Hierusalem*, patris mei, & *Eremburgis*, Comitissæ, matris meæ; & pro salute animæ meæ, & *Mathildis*, vxoris meæ, filiorumque meorum; & pro anima Regis, H. atque omnium amicorum meorum; ad libitum suum excolendas; & in Landa de *Belfuissello*, &c. Testes hujus rei sunt, *Richardus*, Cancellarius, Vvillelmus de *Romara*, Comes Leicestr. Vvillelmus de *Vernon*, Robertus de *Nouo-burgo*, &c. Apud Rothomagum, Anno Domini 1147. à Pascha præcedenti, mense Octobri, quinto idus ejusdem mensis, epacta 28.

II. *Henricus, Rex Anglorum, & Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, Comes Andegauensis, Archiepiscopo Rothomagensi, & omnibus Episcopis Normaniæ, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, justitijs, ministris, Baronibus, & omnibus fidelibus suis, Salutem.*

Sciatis Dominam matrem meam, M. Imperatricem, *Henrici* Regis filiam, & me, fundasse Abbatiam *Mortui-maris*, de Ordine Cistertiensi, in honorem S. Dei genitricis, semperque Virginis *Mariæ*; pro anima prædicti Regis, H. Aui mei, qui eiusdem Abbatiæ primus fundator extitit: & pro anima G. Comitis Andegauensis, patris mei, & aliorum parentum, & Antecessorum nostrorum; & pro salute mea, & hæredum nostrorum: & pro stabilitate, & pace Regni Angliæ; & huic Abbatiæ & monachis, in ea Deo seruientibus, confirmamus quæcumque, tam ex nostra, quàm ex Antecessorum nostrorum donatione, possident; &c. Testibus *Arnulpho*, Episcopo *Lexouiensi*, Philippo Episcopo *Bajocensi*, Rotrodo Episcopo *Ebroicensi*, Roberto de *Nouo Burgo*, Vvillelmo, filio *Haymonis*; apud Bajocas.

III. *Hugo, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus. Dilecto filio suo Adæ, Abbati de Mortuo-mari, eiusque successoribus, Canonicè substituendis in perpetuum.*

Sancta mater Ecclesia, spiritu discretionis & gratiæ plena, &c. Actum Rothomagi, anno ab Incarnatione Domini, 1141. præsidente sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa Innocentio II. Ego Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus; Ego Vvalerannus, Decanus; &c.

Rotrodus ejusdem Metropolitanæ Antistes, eadem confirmauit *Gaufridos* Abbati Mortui-maris: iisdem prorsus verbis 4. Calend. Iulij, ann. 1168.

IV. *Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei; dilectis filijs Adæ, Abbati de Mortuo mari, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regulariter substituendis in perpetuum: Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Desiderium, quod Religionis propositum, & animarum salutem pertinere non-

possessionibus cunctis, libertatibus, & quietantijs totius Ecclesiæ, in sigillo Domini Regis *Richardi*, cuius erat Cancellarius, omninò quietas & liberas donauit. Comes quoque *Vvillelmus Mortui-maris*, qui de manu consilij eius spiritualis pendebat, sicut à Domino postulauerat, inter manus eius expirauit, & se, & sua, in eius dispositione commisit: & in capitulo *Mortui-maris*, tanquam vnus de fratribus, sepulturam accepit. Ecclesiam verò de *Magna-villa*, cuius erat patronus, ad sustentationem pauperum infirmorum, dùm adueniret, eidem Ecclesiæ concessit & à Domino *Vvaltero*, Rothomagensi Archiepiscopo, confirmari fecit. Vnus vero clericorum suorum, lampadem vnam ardentem nocte & die, pro eo, ante Altare B. Mariæ, & SS. Angelorum, perpetuam instituit.

Quanta autem bona temporalia, pro salute animæ suæ, & pro Anniuersario suo faciendo eidem Ecclesiæ dedit in auro & in argento, & in cæteris rebus optimis, nouit Dominus, qui retribuat ei. Domina verò *Isabella de Dangu*, multa bona Ecclesiæ contulit, & in ea sepulturam sibi elegit, quam in Capitulo monachorum recepit, & vir eius D. Ioscelinus *Crispinus*, & filij eorum, sex libras annui redditus in molendino de *Vvaletot*, pro Anniuersario suo, & patris eius *Roberti* de *Dangu*, assignauerunt. Domina etiam de *Harecort*, filia eius pro emendo redditu panis & vini & ceræ, ad omnes missas, centum libras dedit, & sepulturam sibi in eadem elegit, quam in claustro, juxta introitum Ecclesiæ accepit: & pro salute animæ suæ, & pro Anniuersario suo faciendo, centum marcas donauit. VII.

Eo tempore, Abbas in Angliam vnum de monachis cum argento transmisit, & indè plumbum afferri jussit, ac per illud fontem aquæ, de superiore partis vallis nemoris adduci, & per officinas traduci fecit. *Richardus* etiam miles de *Vvarelina*, cùm in itinere Hierosolymitano dies ageret extremos, Ecclesiam de *Vvarelina*, cuius erat patronus, Ecclesiæ *Mortui-maris* delegauit; & *Amalricus* miles, filius eius, à D. Rothomagensi *Vvaltero*, confirmari fecit. *Richardus*, filius *Godefridi*, *de Strepegneio*, pro faciendo Anniuersario patris sui, & matris suæ, & suo, centum libras dedit, & alia multa bona contulit. Rex autem *Richardus*, defuncto nobilissimo patre, Rege *Henrico*, cùm ad Regnum vocaretur Angliæ, & Ducatum Normaniæ, inter omnes personas, terrarum suarum cum consilio & præcepto Archiepiscorum Cantuariæ, & Rothomagensis, eumdem procuratorem animæ suæ elegit, & ad coronationem suam, in Angliam secum deduxit. Vnde, cùm reuerteretur in Normanniam, totam Landam de *Nogione-sicco*, & totam Landam de *Puceio*, & Sexaginta acras apud *Bosquentim*, ad faciendas grangias, & ad libitum excolendas, liberas omninò & quietas, & apud *Deupam*, duas mansuras, eidem Abbati, & Ecclesiæ *Mortui-maris* contulit. Alia quoque quamplurima beneficia impendit: & fratribus eiusdem loci dilectionem & honorem, supra omnes religiosos, pro amore Dei, & Abbatis, vbique semper exhibuit; quæ *Dominus omnipotens illi retribuat. Amen.* VIII

Notatur ad ann. 1185. infra, vbi de *Valacia*, Abbatia, cap. 3. §. 3. & ad ann. 1192. ibid. §. 5. item ad ann. 1191. sup. in *Ardena*, Abbatia cap. 2. §. 5. obijt 5. Nonas Februarij ceu Sexto idus eiusdem mensis, ann. 1205. ex Codic. MS. vetusto. IX.

Confirmationes omnium bonorum Abbatiæ Mortui-maris.

CAPVT V.

HVnc Ordinem digum duxi seruandum, secutus Codicem illum, vetustum, MS. jam à nobis sæpius allatum: qui vsque ad tempus suum, vt probabile est, eas sic recensere exorsus est. I.

Stephanus, Rex Anglorum, Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopis, Abbatibus, Comitibus, iustitijs, Vice-comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus suis, & ministris Normanniæ; salutem.

Sciatisme concessisse Deo & Ecclesiæ B. Mariæ de *Mortuo-mari*, *in Leons*, Abbati &

& monachis in ea Deo seruientibus, in perpetuam eleemosynam pro anima Regis *Henrici*, fundatoris illius Ecclesiæ, & pro animabus patrum & parentum meorum, & vxoris, & filiorum, & fratrum meorum; & pro salute mea, & incolumitate Regni mei, Angliæ, & Ducatus Normaniæ; omnia illa, quæ Rex *Henricus*, eis dedit, & concessit, scilicet, locum ipsum in foresta, cum omnibus aisiamentis suis, &c. Actum apud *Leones testante*, A. Episcopo *Carlem.* & *Mathilde, Regina vxore mea*, & *Galeranno* Comite Excæstr. &c.

Gaufridus, Dux Normaniæ, & Comes Andegauensis: H. Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopis Normaniæ, & omnibus Baronibus, Bailliuis, amicis & fidelibus suis: Salutem.

Sciatis, quod ego dedi Ecclesiæ B. Mariæ Virginis, de *Mortuo mari*, & fratribus Ordinis Cistertiensis, ibidem Deo seruientibus, in ipsa valle *Mortui-maris*, triginta acras terræ, pro salute animæ *Fulconis*, Regis *Hierusalem*, patris mei, & *Erenburgis*, Comitissæ, matris meæ; & pro salute animæ meæ, & *Mathildis*, vxoris meæ, filiorumque meorum; & pro anima Regis, H. atque omnium amicorum meorum; ad libitum suum excolendas; & in Landa de *Belfuissello*, &c. Testes hujus rei sunt, *Richardus*, Cancellarius, Vvillelmus de *Romara*, Comes Leicestr. Vvillelmus de *Vernon*, Robertus de *Nouo-burgo*, &c. Apud Rothomagum, Anno Domini 1147. à Pascha præcedenti, mense Octobri, quinto idus ejusdem mensis, epacta 28.

II. *Henricus, Rex Anglorum, & Dux Normanniæ, & Aquitaniæ; Comes Andegauensis, Archiepiscopo Rothomagensi, & omnibus Episcopis Normaniæ, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, justitijs, ministris, Baronibus, & omnibus fidelibus suis, Salutem.*

Sciatis Dominam matrem meam, M. Imperatricem, *Henrici* Regis filiam, & me, fundasse Abbatiam *Mortui-maris*, de Ordine Cistertiensi, in honorem S. Dei genitricis, semperque Virginis *Mariæ*; pro anima prædicti Regis, H. Aui mei, qui eiusdem Abbatiæ primus fundator extitit: & pro anima G. Comitis Andegauensis, patris mei, & aliorum parentum, & Antecessorum nostrorum; & pro salute mea, & hæredum nostrorum: & pro stabilitate, & pace Regni Angliæ; & huic Abbatiæ & monachis, in ea Deo seruientibus, confirmamus quæcumque, tam ex nostra, quàm ex Antecessorum nostrorum donatione, possident; &c. Testibus *Arnulpho*, Episcopo *Lexouiensi*, Philippo Episcopo *Bajocensi*, Rotrodo Episcopo *Ebroicensi*, Roberto de *Nouo Burgo*, Vvillelmo, filio *Haymonis*; apud Bajocas.

III. *Hugo, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus. Dilecto filio suo Adæ, Abbati de Mortuo-mari, eiusque successoribus, Canonicè substituendis in perpetuum.*

Sancta mater Ecclesia, spiritu discretionis & gratiæ plena, &c. Actum Rothomagi, anno ab Incarnatione Domini, 1141. præsidente sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa Innocentio II. Ego Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus; Ego Vvalerannus, Decanus; &c.

Rotrodus ejusdem Metropolitanæ Antistes, eadem confirmauit *Gaufridos* Abbati Mortui-maris: ijsdem prorsus verbis 4. Calend. Iulij, ann. 1168.

IV. *Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei; dilectis filijs Adæ, Abbati de Mortuo mari, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regulariter substituendis in perpetuum: Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Desiderium, quod Religionis propositum, & animarum salutem pertinere mon-

ſtratur, &c. Datum Laterani per manum *Gerardi* S. R. E. Præsbyteri Cardinalis, & Bibliothecarij, 2. nonas Ianuarij, indictione 5. anno Dominicæ Incarnationis, 1141. Pontificatus vero D. Innocentij Pap. XII.

Eugenius Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs, Adæ, Abbati de Mortuo mari, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeßis, in perpetuum, &c.

Piæ poſtulatio voluntatis, effectu debet proſequente, compleri, &c. Datum trans-Tyberim, per manum Roberti, S. R. E. Cardinalis Presbyteri, & Cancellarij, 16. Calend. Martij, indictione 9. Anno Incarnationis Dominicæ 1145. Pontificatus; D. Eugenij III. Papæ, anno primo. Sic & Alexander II. *Stephano* Abbati Mortui-maris reſcribens, in hunc modum. *Quotiens illud à nobis petitur.* Sub Datum Pariſius, per manum Normanni, S. R. E. ſubdiaconi & notarij, 2. idus April. indictione 10. Incarnationis Dominicæ ann. 1163. Pontificatus ſui, ann. 4. Itemque *Vrbanus* III. *Guillelmo* Abbati, eadem conceſſit, ann. 1186. ſui Pontificatus primo: cujus Diploma incipit: *Religioſam vitam eligentibus.*

Nunc vſque Codex vetus MS. iſtius Abbatiæ præfata nobis vltrò exhibuit monimenta præclara: cætera aliundè mutuata, dabimus: maximè ad Reges noſtros Francor. in hanc Abbatiam multum pios ac beneficos, ſpectantia, quorum primum ſic habetur. V.

O. Mortui-maris in Leonibus, dictus Abbas, & eiuſdem loci Conuentus; omnibus præſentes literas inſpecturis; Salutem in Domino.

Notum facimus vniuerſis, tam præſentibus, quàm futuris: Quòd cùm nos peteremus ab Excellentiſſimo & chariſſimo, Domino noſtro, *Ludouico*, Dei gratia, Rege Francorum, illuſtri, totam vallem *Mortui-maris*: & contentio verteretur inter ipſum & nos, pro lateribus dictæ vallis; tandem pro bono pacis, & pro ſalute animæ ipſius, aſſignauit nobis, & conceſſit, Trecenta & viginti quinque arpenta ſui nemoris, cum terra, in foreſta ſua, de *Leonibus* ſita, circa Abbatiam noſtram, videlicet: centum quadraginta nouem arpenta, quæ mouent de defenſo de *Grenilla*, vſque ad metas, quæ poſitæ ſunt in fundo vallis, juxta boutum terrarum noſtrarum; & ab eadem meta, centum ſexaginta ſexdecim arpenta, vſque ad Quarrieram de Liſortio, à parte altera Abbatiæ, perductum, ante nemus. Vendere non poterimus, ſine ipſius Domini Regis, & ſucceſſorum licentia ſpeciali. Et ſciendum, quòd pro his trecentis viginti quinque arpentis prædictis, nos tenuimus pro pagatis, pro tota dicta valle, quam ab ipſo exigebamus renuntiantes omni juri & proprietati, quam habebamus, & habere poteramus, aliqua ratione, in valle ſupradicta, præterquam & aiſiamentis noſtris; & ſicut in alia foreſta habebamus, ante iſtam compoſitionem. Hæc autem prædicta conceſſit nobis Dominus Rex, ſaluo ſure alieno. Quod vt ratum & ſtabile permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Actum apud caſtrum Norriacum, anno 1248. menſe Iunio. a

a *Codex MS. magnus fol. 158. 170. & 380. Apud D. de Vion. D. d'Herouual, Lutetiæ.*

Ludouicus Dei gratia, Francorum Rex.

Notum facimus vniuerſis, tam præſentibus quàm futuris; quòd nos Diuini amoris intuitu, & pro remedio animæ noſtræ, ac animarum inclytæ recordationis, Regis *Ludouici*, genitoris noſtri, & Reginæ B. genitricis noſtræ, & aliorum Anteceſſorum noſtrorum; Abbati, & Conuentui *Mortui-maris*, Ciſtertienſis Ordinis, Rothomagenſis Diœceſis, domos, terras, vineas, cenſus, poſſeſſiones, & res alias quaſcumque, quas titulo donationis, vel emptionis, vel alio quocumque modo, iuſtè ac rationabiliter acquiſierint, & hactenus pacificè poſſederunt, concedimus, & authoritate Regia confirmamus; retenta nobis juſtitia, ſi quam in prædictis habemus

habemus, & saluis redeuancijs, si quæ nobis, pro eis debentur necnon & saluo iure in omnibus alieno: Quod vt ratum & stabile permaneat in futurum, præsentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum apud *Vernonem*, anno Domini 1261. *mense Iunio* [b] Præterea anno 1256. alia nonnulla illis monachis permisit, scribens Bailliuo Gisortij: sub datum Rothomagi. [c]

b Ibid. fol. 40.
c Ibid. fol. 41.

VI. Nouissimè Henricus VI. Rex Angliæ Neustriam cùm irruptione factâ violenter occupasset: circa annum Christi 142. eadem sic confirmauit.

Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ: omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem.

Sciatis, quod de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Abbatia *Mortui-maris*, Cistertiensis Ordinis, quæ de fundatione progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, & Ducum Normaniæ, & nostro Patronatu existit; fieri debent, plus solitò accrescant, & Ibidem laudabilius manu teneantur & sustineantur: concessimus Dilectis nobis in Christo Abbati, & Conuentui prædictæ Abbatiæ, omnia temporalia eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum, Normaniæ, ac partes Franciæ nobis subditas, qualitercumque pertinentia, siue spectantiâ, habenda, in sustentationem Diuini Seruitij ibidem, & aliorum pietatis operum supradictorum, de dono nostro. In rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, apud castrum nostrum de *Pontoyse*, 1. die Maij, anno Regni nostri 8. Ita signatum: per ipsum Regem.

STOPYNDON. [d]

d Ibid. fol. 113.

Series Abbatum Mortui-maris, prosequitur.

CAPVT VI.

I. Resumenda est series Abbatum istius celebris cœnobij: ab anno 1205. quo *Vvillelmus*, migrauit à sæculo: cui successit.

7. Hubertus.

Notatur Abbas anni 1209. mense Aprili ex Codice magno MS. fol. 32. pag. 2. sup.

8. Radulfus. 9. Mauricius. Obijt 11. Calend. Septemb.

10. Robertus. Obijt 5. idus Iunij, ex schedis Abbat.

11. Vvalterus.

Subscribit anno 1218. pro rebus Abbatiæ de *Valacia*: vide ibi cap. 3. §. 6.

12. Vitalis.

Legitur etiam Abbatem egisse in *Valacia*, priusquam ad istius Mortui-maris regimen euocatus esset, circa ann. 1222, quo tandem 3. nonas Iulij, diem clausit extremum.

13. Richardus.

Testis conspicitur, in negotio præfatæ Abbatiæ de *Valacia*, anno 1230. [a] Quo anno Robertus *Pullus*, Archiepiscopus Rothomagensis, sepultus est in Ecclesia Abbatiali *Mortui-maris* intra chorum illius. [b] Moritur ante *Richardus* Abbas 6. calend. Decemb.

a In Abbatia de Valacia. cap. 3. §. 8.
b Mariquez Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad ann. 1136. cap. 8. §. 7.

Digitized by Google

14. *Osmundus.*

Superiori capite, §. 5. retulimus cartam ab ipso confectam anno 1248. super quadam compositione cum sancto Ludouico IX. Rege Franc. & Obijt 3. Calend. Septemb.

15. *Odo, vel Eudo.*

Interfuit Translationi SS. Reliquiarum apud *Beluacum* anno 1261. teste *Louueto* in hunc modum rem referente ex Autographo, Anno Domini 1261. Dominica in Octauis Paschæ, repositum fuit in præsenti theca, per venerabiles patres Guillelmum Beluacensem: Robertum Syluanectensem, & Bernardum Ambianensem, Episcopos; corpus B. martyris Christi, *Iuliani*, & in alijs duabus Thecis, corpora BB. martyrum, *Luciani*, & *Maximiani*, sociorum eiusdem, præsentibus, illustri Rege Francorum, *Ludouico* & *Theobaldo*, Illustri Rege Nauarræ, Campaniæ & Bryæ Comite Palatino, ipsius Regis Francorum genero, ac *Philippo*, *Balduini* illustris Imperatoris Constantinopolitani primogenito, & Buticulario; & Gilberto de *Alneto*, Arnulpho de *Prato*, Odone de *Mortuo-mari*, Roberto de *Regali-Monte*, Galthero de *Bello-Becco*, Cistertiensis Ordinis: Ioanne de *Visseignolio*, Ioanne de S. *Acheolo*, Ordinis S. Augustini: Nicolao de S. *Audoeno* Rothomagensi, Petro de S. *Geremaro* de Eliaco, & Ioanne de S. *Luciano* Beluacensi, Ordinis S. Benedicti, Abbatibus: ac pluribus alijs. [c] Moritur Odo 17. Calend. Septemb.

[c] *Louuetus cap. 11. Antiquitat. Beluacens. §. 23. pag. 435. & 436.*

16. *Robertus 2.*

Notatur ad ann. 1270. & 1279. titulo. *De Terris Portarij* carta 12. in Codice MS. *Mortui-maris.*

17. *Ioannes, dictus de Pontisara.*

Hic ex Abbate *Mortui-maris*, & *Igniaci*, vt quidam volunt, electus est Abbas 30. Cistertij, ann. 1299.[d]

[d] *Claudius Robertus in Abbatijs Gall. Manriquez, suo in serie Abbat. Cistertiens.*

18. *Guillelmus 2.* 19. *Robertus 2.*

20. *Blasius, obijt 6. Calend. Nouemb.*

21. *Guillelmus 3.* 22. *Robertus 3.*

In fata concessit, 6. Calend. Martij, ann. 1386.

23. *Guillelmus 4. Theroude.*

Memoratur in Donatione Reginæ *Blancæ*, ann. 1398. [e] Porro, in antiqua primaria *Mortui-maris* Abbatiali Ecclesia sepulturam nactus est, ante altare. Erat ipse Religiosus professus hujus loci: qui obijt 11. Calend. Septemb. anno Domini 1404. voluit autem hic recondi, amore matris suæ, quæ illic jacens, obierat, die 8. Februarij, anno Domini 1396.

[e] *In Cartulario Abbat. Mortui-maris, Titul. cartæ infirmitarij, fol. 118.*

24. *Mathæus Pillard.*

Sacræ Theologiæ Doctor: qui ex Abbate *Belli prati*, & *Mortui-maris*, electus est, ann. 1405. Abbas 36. Claræuallensis, postea Ecclesiæ Gallicanæ ablegatus Ambasciator ad Concilium generale Constantiense, ann. 1416. & 1418. [f]

[f] *Monstreletus Volumin. 1. Histor. cap. 193. ad ann. 1418. Concilium generale Constantiense Session. 20. Claudius Robertus, & Manriquez suo in serie Abbat. Claræuallens.*

25. *Guillelmus 5. de Hedua.*

In Theologia Doctor clarissimus, ex monacho ac priore *Claræuallis*, & Abbate *Mortui-maris*, cui præfuerat annis 23. electus est Abbas 37. Claræuallensis, anno Christi, 1428. [g]

[g] *Claudius & Manriquez, supra.*

26. *Guillelmus Theroude.*

Notatur ad ann. 1438. [h] Tumulatus est vnà cum prænominato Guillelmo Theroude, cujus nepos erat; vti legitur sculptum super eiusdem lapide sepulchrali. *Hic jacet Domnus Guillelmus Theroude, Abbas hujus loci; qui obijt 15. Ianuarij, Anno Domini,* 1452.

[h] *Antiquitates MSS. Norman. pag. 149.*

27. *Robertus*

27. Robertus 4. de Crescentiuilla, obijt idibus Nouemb.

28. Nicolaus de Villaribus, moritur 3. nonas Decemb.

29. Nicolaus 2. de Caux.

30. Ioannes 2. de Bono portu: propè Pontem Arcæ.

Notatur ad ann. 1471. viam vniuersæ carnis ingressus 8. Calend. Iunij.

31. Petrus Guymier.

Memoratur ad ann. 1475. in Codice MS. ejusd. Abbat. fol. 119. sup.

32. Guillelmus 7. mortuus, 10. Calend. Septemb.

33. Nicolaus 3. obijt 14. Calend. Septemb.

34. Petrus 2. de Rothomago.

Baccalaureus extitit: mentio de eo habetur ad ann. 1486. 1487. & 1491. quo *Valaciam* pergens, vt visitator deputatus, cum illius loci Abbatem, *Guillelmum*, propter sui debilitatem, minus aptum inuenisset, in illius præsentia institutus est coadjutor Abbas, *Ioannes Fosse*; memoratur *Petrus*, ann. 1495. & 1499.

35. Stephanus 2. 36. Ludouicus l'Huyllart.

Notatur ad ann. 1522. [i] Archiepiscopus erat Tessalonicensis: jacetque sepultus in choro Ecclesiæ Abbatialis.

37. Petrus 3. de Marcilly.

Hic postea Assumptus est ad Heduensem Episcopatum, ann. 1557. ad nominationem Henrici II. Reg. Francor. juxta Petrum à sancto Iuliano, De origine & Antiquitat. Burgund. lib. 1. pag. 209. Item lib. 2. Antiquitat. Matisconens. pag. 356. cæteros omitto. [l]

38. Blasius 2. 39. Ioannes 3. du Bec.

Litteras summoperè excoluit; maximè verò pietati animum dedit: quod liquidò patet ex eo libro à se composito, Gallico sermone: *De meditationibus amorosis Diuinitatis*: Lutetiæ edito, ann. 1585. [m] Inde autem ad Pontificatum Maclouiensis Ecclesiæ euocatum, ann. 1599. obdormiuit in Domino, ann. 1610. sepultus *Mortuomari*, cujus erat Abbas commendatarius. [n]

40. Alexander Desmarets, ann. 1620.

Floruit apud præsens Mortui-maris cœnobium, Guillelmus, dictus *Falconius*, patria Rothomagensis, Monachus Mortui-maris, & Doctor Theologus; ex Abbate Miratorij electus Abbas 47. Cistertij, ann. 1521. vixit ad ann. 1540. quo sexto Calendas Aprilis, sanctè decessit, sepultus in capitulo, sub hoc cœnotaphio.

Luce sacra veneris, quingentis mille sub annis,
Atque decem quater, transijt ad superos.
Qui hoc jacet in Tumulo, Falconius ille Guillelmus,
Morte-maris monachus, Doctor in arce sacer.
Ante Miratorii, post, lustris quatuor, Abbas
Cistertii, vix primum attigerat.

Inter Abbates, hi versus loquuntur virum.

Guillelmo à Falcone, habitum Mortuum-mare: cunas [o] *Rothomagum, Doctrina gradum, dedit, athera virtus.*

Complures Heroes Auitæ nobilitatis Neustriacæ gentis illic sunt Tumulati,

i *Ex Cartulario Abbatiæ Vallis-Richerij.*

l *Chenu, Senonensis Claudius Roberti, in Heduens. Episcop.*

m *Vide Tom. 5. in Neustria Miscellanea, ubi de Scriptoribus Neustriacis.*

n *Claudius Roberti in Macloniens. Episcop. Augustinus du Pas, ibid. Lounetus in Notis Antiquitat. nobilit. Belnacens. verb. Bec.*

o *Manriquez, sup. de Falconia gente agit C. Malingre in Historia Chronologica, sub Francisco Falconio, Episcopo Aureliaenensi, postea Matisconensi, & Carcassonensi, mortuo, anno 1565.*

Digitized by Google

apud Mortuum-mare: quos omnes recensent Antiquitates MSS. Normaniæ, supprӕter Robertum *Poullain*, Rothomagensem Archiepiscopum p3. inibi sepultum. Iacet quoque Frogerius, Episcopus 43. Sagiensis in choro Ecclesiæ ipsius Abbatialis, vbi sepulchrum eius visitur elatum, haud procul ab Altari, cum hac Epygraphe.

Epitaphiũ inclytæ recordationis Domini Frogeri, Sagiensis Episc.

Hic veri cultor numinis, hic sacrum Monasterium
Rebus ditans non paruum, claustrum & Dormitorium
Construxit, vt exanimis, vitæ panderet brauium,
Sit presul consors agminis Frogerus cæli ciuium.

Lauda post mortem.

Ann. 1135.

FONS GERARDI,

GALLICE, FONTAINE-GERARD,

ou Fontaine-Guerard.

HIC locus, ille est (vt quibusdam placet) quem olim adhuc Pagani Normanni incoluerunt, sub ann. 855. cuius meminit vetus Anonymus Historicus, describens eorum stationem hyemalem. *Mediante Augusto*, sequanam ingrediuntur, & vastatis direptisque, ex vtraque parte fluminis, ciuitatibus atque villis, locum, qui dicitur, Fossa Gueraldi, Sequanæ congruum, stationique munitum deligunt, vbi hyemem quieti transigunt. [a] At mihi consultiùs videtur dicendum contrarium, quandoquidem, hic locus esset ad ripam Sequanæ, propè illius oram, constitutus, *Fossa Guiraldi*, seu Giualdi, vel Guinoldi, vocitatus. [b] Noster autem, de quo nunc agitur, dicitur *Fons-Gerardi*, longiore termino distet à Sequana, nempe duabus leucis, quatuor verò à Rothomago; extatque propè Pontem S. Petri, ad Amnem Andellam, vulgò *Andelle*.

Illic itaque Monasterium Virginum, Ordinis Cistertiensis, ann. 1135. extructum est ab illustri Dinasta, Almarico, Comite Mellenti, & Belli-montis Rogerij ac Nogionis super Andella. Hanc quoque Abbatiam pluribus bonis accreuit inclyta Heroina, D. Yda à Mellento, Albæ-marlæ comitissa, relicta illustrissimi D. Ioannis de Haricuria, Albæ-marlæ Comitis, in pugna curtriaca occisi: quæ obdormiens in Christo ann. 1324. die 16. Ianuar. sepulturam nacta est in præsenti sacro Gynecæo, ad medium chori Ecclesiæ, sub marmoreo Tumulo. Illic etiam; humati sunt, D. Heruæus à Leone, eques, Dominus de nogione: & Ioannes de *Rouueray*, Dominus de *Grainuilla*, cum sua vxore, Alicia de *Moureil*.

Quoad Abbatissas huiusce Asceterij, leguntur.

Margarita Marguerye, ann. 1459. obijt ann. 1945.

Isabella de Marome: Ponè successit, præfuitque vsque ad ann. 1541. quo moritur.

Angelica Cruchon. Vita functa, ann. 1563.

N. Quesnel, an. 1577. [c] ad ipsum autẽ Monasteriũ spectant litteræ quæ sequuntur.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis, A. Humilis Abbatissa, totusque Conuentus B. Mariæ Fontis Guerardi, salutem notum facimus, quod in recompensatione & restauratione damnorum, quæ habebamus in hoc, quòd quasdam terras forestæ Longi-Buelli, olim Dominus Rex ad opus Abbatiæ suæ Regalis-montis, tradidit ad agriculturam, redigendas, in quibus vsuagium & herbagium habebamus, dederit

[a] Anonymus de Gestis Normanor. in Franc. ab ann. 837. ad ann. 855. Apud Quercetanũ.
[b] Dudo lib. 3. de morib. & Actis Normanor. sub Richardo 1. Duce. Gemeticensis lib. 4. Ibid. cap. 16. & 17. Walsingham in Ypodigmate Neustriæ.

[c] Antiquitates MS. Normaniæ, pag. 139. Apud D. Bigot, Senator. Rothomag. Gallia Christiana, in Archiepiscopis Rothomag. & in Abbatijs.

derit nobis idem Dominus Rex liberaliter, & concessit in eadem foresta, quinque acras terræ, sitas in defenso de Campo Osant: & viginti quinque acras tenentes eisdem; quinque insuper & viginti acras in Haia de S. Ioire, liberè in perpetuum possidendas. Nos ipso Domino Regi & eius hæredibus remisimus & quittauimus omninò quæcumque damna vel incommoda sustinebamus, in dictis terris ad culturam redactis, & quicquid juris, ratione vsuagij, vel quæcumque reclamabamus alia vel reclamare poteramus in eisdem; in cuius rei testimonium, & munimen, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. *Actum Parisius, anno Domini 1256. mense Iunio.* [d]

Ludouicus Dei gratia, Francor. Rex, Baillivis, majoribus, &c. Noueritis, quòd nos monialibus Fontis-Gueradi, in perpetuum concessimus, vt omnes res suas, quas ducent, vel Duci facient, ad proprios vsus suos, tam per terram, quam per aquam, per propria pedagia nostra liberè transeant, absque pedagio, vel costuma; vnde vobis mandamus, quatenus res prædictas earumdem Monalium liberè & sine difficultate aliqua transire permittatis per propria pedagia nostra, sicut superius est expressum. Actum apud Rothomagum, anno Domini 1255. mense Martio. [e] Tum circa ann. Christi 1423. Henricus VI. Rex Anglus.

Henricus Dei gratia, Franciæ & Angliæ Rex, & Dominus Hyberniæ, omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Abbatia de *Fonteines-Guerat*, fieri debent, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manu teneantur & sustineantur, concessimus dilectis nobis in Christo Abbatissæ, & Conuentui Abbatiæ prædictæ omnia temporalia eidem Abbatiæ infra Ducatum nostrum Norman. qualitercumque pertinentia, siue spectantia, habenda in sustentationem Diuini seruitij ibidem, ac aliorum pietatis operum prædictorum, de dono nostro. In cuius rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, Apud castrum nostrum Rothomagi, 16. die April. anno Regni nostri 8. ita signatum, per ipsum Regem. STVRGEON. [f]

d *Codex MS. magnus fol. 32. pag. 2. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. d'Herouualh*

e *Ibid. fol. 40.*

f *Codex maximus MS. fol. 42. apud eundem.*

VALLIS B. MARIÆ, VIRGIN. VVLGÒ, LA VALLEE.

ANN. 1137.

MVLTIPLEX reperitur huiusce nominis vsurpatio: variæque Abbatiæ eodem insigniuntur Titulo; sed ad nostram propius accedamus. Hanc igitur inuenio fundatam anno 1137. die 15. Nouemb. in Diœcesi Ebroicensi. [a] Alneti filia, est vti superius: notauimus. [b] Quæ inter alias filias, & neptes Sauigniaci, matris reformationem, atque annum 1148. in quo sese Cistertio dedit, præstolata est. [c]

Huius loci præcipui adsunt benefactores, ne dicam, fundatores, Giffardi, Comites, de Longa-villa, in caleto, & de Buchinquam in Anglia, quorum meminit sæpius, Ordericus Vitalis, & Historia Normanica: horum genealogiam recenset Quercetanus, pag. 1082. ad calcem Histor. scriptor. Norman. Ex eis vnum subijciam.

Philippus, Dei gratia, Francor. Rex. Notum sit omnibus præsentibus pariter & futuris: Quod nos duas pensas salis, quas Gualterius, quondam Comes Gifart, dedit Ecclesiæ S. Mariæ de vallè, & fratribus Cistertiensis Ordinis ibidem Deo seruientibus, capiendas singulis annis, apud forum in pago Calei infra quindecim dies ante festum S. Ioannis Baptistæ, vel proximè sequentes, & tertiam pensam salis, quam Henricus quondam Rex Angliæ eidem contulit Ecclesiæ, in eodem loco, & eodem termino capiendam, ei pietatis intuitu, saluo jure nostro, confirmamus.

Ea insuper, quæ Richardus, quondam Rex Angliæ, eidem dedit Ecclesiæ;

a *Gallia Christiana in Episcopis Ebroicensis & in Abbatiis.*

b *In Abbatia de Alneto §. 6.*

c *Manriquez Tom. 1. Annal. Cistertiens. ad ann. Christi 1136. cap. 9. §. 4. Item Tom. 2. ann. Christi 1148. cap. 9. §. 10.*

videlicet, quòd ipsi, & res, & seruientes eorum commensales, quieti sint de Teloneo, & passagio, & pontagio, & pedagio, & de modiatione vini, & de pasnagio, & herbagio animalium suorum, per forestas de Lions, & de Bordes, & de omnibus rebus, quas emerint, vel vendiderint, vel deportari fecerint, in omni loco potestatis suæ, per terram, & per aquam, ad proprios vsus suos, sinè marcandisia facienda: scilicet, quod nihil emant propter reuendendum, eidem Ecclesiæ concedimus, saluo jure nostro: ac confirmamus & volumus, quòd super his omnibus, dicta Ecclesia sit in eadem tenetura, & saisina, in qua erat temporibus; prædictorum Regum, scilicet, Henrici & Richardi.

Præcipimus autem Bailliuis & præpositis nostris, vt prædictos fratres, & jura omnia, ad ipsos pertinentia, manuteneant; & inhibemus, super forisfactura 10. librar. nobis reddendarum: ne quis eos, vel res, vel seruientes eorum commensales, in aliquo vexet, vel disturbet iniustè: & ne ponantur in placitum de aliquo, nisi coram nobis, vel capitali iustitia nostra. Quod vt perpetuum robur obtineat. &c. Actum apud S. Germanum in Laya, Anno Domini 1218. mense Septembri. d

d Vetus Codex MS. fol. 78. pag. 2. Lutetiæ apud D. Vion. Cartophilar. Reg.

Aliud Rescriptum eiusd. Regis.

Philippus, Dei gratia Francor. Rex. Notum sit Omnibus, &c. Quòd cùm Galerannus, Comes Mellenti, pro amore Dei dedisset, & concessisset Abbati de valle B. Mariæ, & monachis ibidem Deo seruientibus, trauersum aquæ suæ quietū ab omni consuetudine, ad conducendam materiem ad Abbatiam eorumdem monachorum ædificandam, & annonas, & omnia, quæ ad eos pertinent. Ita quod nemo eos, vel famulos eorum disturbaret: nec ab eis aliquid exigeret.

Similiter etiam Guillelmus de Vernone, per concessum Richardi filij sui, monachis eiusdem loci, in perpetuam eleemosynam, pro salute animæ suæ, & parentum suorum, tam viuorum, quàm deffunctorum, concessisset: quòd omnes propriarum rerum facultates, per terram, & per aquam, in eundo & redeundo, liberi ab omni consuetudine, quietè, vernone pertranseant. Nos vtriusque donum ratum habentes, concedimus, ita quòd de supradictis Marcandisiam non faciant: scilicet, quòd nihil emant ad reuendendum, nec propter reuendendum. Quod vt perpetuum robur obtineat, &c. *Actum apud S. Germanum in Laya, anno Domini* 1218. *mense Septembri.* e

Quale autem jus obtineat in sylua leonum, recenset idem Codex. MS. Lutetianum, fol. 158. sup.

ANN. 1137.

BROLIVM-BENEDICTI

A quo Fundatur, & Dotatur; sacris autem Reliquijs S. Agnetis, Virginis & Martyris, decoratur.

CAPVT VNICVM.

HÆC Abbatia, nuncupatur *Brolium-Benedicti*, gallicè, *Brüil-Benoist*, sub honore B. Virginis Mariæ, Deiparæ, & S. Ioannis Baptistæ erecta, in Parœchia de *Marsiliaco*, Diœcesis Ebroicensis, Ordinis vero Cistertiensis, *Vallis-Cernaij* filia, congregationis *Sauiniacensis* in Neustria. Fundatur ad *Anduram* fluuium circa ann. 1137. à *Falcone* patre, *Guillelmo* filio, Philippo, *Guidone*, *Petro*, & alijs eorum successoribus, *Marsiliaci* Toparchis, quorum aliqui in Basilica *Broliana* jacent, in primis memoratus *Guillelmus*, in sacello à se ex voto ædificato, pro stupenda liberationis è Turcarum manibus, assertione; suis enim precibus à Deo obtinuit, (quemadmodum monumenta cœnobij) vt arca lignea clausus, in S. *Eutropij Sanconensis*, Ecclesiam deferretur; vbi illa adhuc superstes miraculi I.

a Claudius Roberti, in Abbat. Gallic. Manriquez Tom. 1. Annal. Ord. Cistertiens. ad anno Christi 1037. cap. 7. §. 1. & Tom. 2. ad ann. 1148. cap. 7. §. 10. & cap. 15. §. 13. Sanchetus, in notis ad vitam B. Bernardi Tyronens. cap. 42. pag. 277. ad. 285.

culi

culi fidem seruat. Deindè, cum libertatis vindicem, eam à *Santonensibus* Religiosis exposceret, ac tenuerent, aduersus eos controuersiam mouit, quam Decretum Pontificis diremit: hac ratione: vt *Santonensibus* monachis arca cederet, & *Broliensibus* cœnobitis, *Eutropi* martyris, Arnum os concederent: quod etiam nunc ibidem maxima populorum frequentia, die festiuitatis eiusdem sancti veneratur. Hæc passim membranæ, quæ in notis ad D. *Bernardi*, primi *Tironensis* Abbatis vitam leguntur. Porro idem *Guillelmus Marsiliacensis*, obijt longæuus, ann. 1200. sepultus in eadem Ecclesia, cum Tumuli inscriptione.

Ditatur in primis, à *Roberto*, *Drocarum* Comite, & *Agnete Brenæ* Comitissæ, eius conjuge, donatione firmata per hujusmodi scriptum.

II. *In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen.*

Notum sit præsentibus & futuris; Quòd ego Comes *Robertus*, frater *Ludouici* Regis Francorum; assensu *Agnetis*, vxoris meæ, & *Roberti*, filij mei, & aliorum filiorum meorum; Ecclesiæ *Broliensi* dedi Quinquaginta solidos, in redditibus meis, singulis annis, in percipiendos; Reddentur autem prædicti, 50. solidi, de denarijs illis, quos de consuetudine sua soluunt Comiti de *Droco*. Statuimus autem prædictos in festo S. Remigij debere persolui, & eosdem denarios ad luminaris ad Missas accendendi deputauimus expendendos. Eiusdem etiam Ecclesiæ monachis, concessimus de mortuo nemore nostro, singulis diebus habendum tantum, quantum vna biga duobus equis tracta, magis portare & trahere sufficiat, Abbas verò, & prædictæ Ecclesiæ totus Conuentus, mihi concesserunt, quatuor Anniuersaria, meum scilicet, & vxoris meæ, & *Roberti* filij mei, & Roberti *Mali vicini*: & vt ratum & inconcussum hoc teneatur, sigillis nostris munire curauimus. b

Aliud eorum sequitur carta eiusdem principis.

Notum sit tam præsentibus quàm futuris; Quod ego *Robertus*, Comes *Drocensis*, frater Regis Francor. & *Agnes* Comitissa, vxor mea, pro remedio animarum, & nostri, & Antecessorum nostrorum, vnum modium Annonæ, Ecclesiæ *Broliæ*, in molendinis nostris, apud *Vimellos*, & in fluuio, qui dicitur, *Blesion*, annuatim damus & concedimus: & vt hoc ratum in perpetuum perseueret, nostri sigilli attestatione confirmamus. Actum publicè, anno incarnati verbi 1158. c

b *Quercetanus, lib. 1. Histor. Genealog. Domus Drocens. cap. 1. pag. 20. Item, in probation. pag. 235. ex Cartul. Abbat. Broliens. Item cap. 2. pag. 52. & in probation. pag. 255. San-Marthani 2. Tom. Histor. Genealog. Domus Franc. lib. 33. cap. 1. pag. 482.*

c *Quercetanus lib. 1. sup. cap. 1. in probation. pag. 238.*

III. Item, *Volanda* de *Conciaco*, Comitissa Drocensis, vxor *Roberti* 2. Drocensis Comitis, eadem piè præstitit, in hunc modum.

Ego Iolendis, Comitissa *Brenæ*, notum facio vniuersis, præsentes litteras inspecturis; Quòd charissimus filius meus *Robertus*, Comes Drocensis, & Dominus S. *Valerici*, ad preces meas mihi dedit, 15. solidos censuales, sitos in censu *Reginaldi Burgonis*, singulis annis, requirendos in festo S. Remigij: Dictos autem nummos assensu & voluntate *Roberti*, filij mei, pro remedio charissimi, Domini mei *Roberti*, Comitis *Drocensis*, & *Brenæ*, & meæ, Antecessorum meorum, & liberorum meorum, concessi in perpetuam eleemosynā, Ecclesiæ S. Ioannis de *Brolio*: cujus Abbas, & Conuentus, charitatis intuitu, ad preces meas, mihi fideliter concesserūt; quòd singulis annis, post obitum meum, anniuersariū solemniter celebrabunt. Hanc eleemosynam dicto modo factam voluit, concessit, & laudauit dictus charissimus filius meus *Robertus*, Comes Drocensis, & Dominus S. *Vualerici*: Quod vt ratum deinceps permaneat, ego & prædictus filius meus *Robertus*, Comes *Drocensis*, præsentem paginam sigillorum nostrorum robore confirmauimus. Actum anno gratiæ, 1219. mense Martio. d

IV. Quis autem primarius hujus loci Abbas extiterit, prorsus nos lacet; tantum illud reperio: quòd ann. 1192. *G. de Vrsicampo*, *G. de Valle S. Mariæ*, *V. de Fridgido monte*, Abbates, pacem composuerint inter Abbates de *Cernayo*, & de *Voto*, super quibusdam juribus suis; Testibus Guillelmo de *Brolio*, & *Guillelmo de Mortuo-mari*, Abbatibus: e Idem Abbas *Broliensis* memoratur ad ann. 1200. f Sic *Radulphus* Abbas *Brolij*, ann. 1277. signat pro rebus Abbatiæ *Boni portus*. g

d *Idem, cap. 6. pag. 42. & in probation. pag. 255.*

e *Ex Cartulario, Abbat. de Valecid.*

f *Ex Cartulario Crucis S. Leufredi, fol. 65.*

g *Vide infra, in Abbatia Boniportu.*

V. Porro, istud cœnobium illustrius redditum euasit, ob Reliquias S. Agnetis, Virginis & martyris, illuc allatas: qua de re Andræas *Saussayus*, *Tullensis Episcopus*, Co-

nes, ac S. R. I. Princeps, ſcribit. Hujus ſacratiſſimũ corpus diu poſt eius paſſionem Romæ in Gallias alatum, cum corpore S. Pontiani Martyris, apud *Trajectum* à *Baldrico* ipſius loci Epiſcopo, honorificè repoſitum fuit; *Benedicto* V. Eccleſiæ præſidente. Hinc verò ad cœnobium de *Brolio Benedicti* Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Ebroicenſis, transvectum: potiori parte tandem *Lutetiam* Pariſiorum translatum, Pauli III. ſũmi Pontificis permiſſu, in Eccleſia S. *Euſtachij* famoſiſſima, quæ primùm ſub eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis nuncupatione, conſtructa, claruit: magna ſolemnitate collocatum eſt à Carolo, Epiſcopo *Margarenſi*, Abbate Magloriano, vices gerente Ioannis, Cardinalis du *Bellay*, Vrbici Antiſtitis, vbi in hunc vſque diem, multa cum veneratione aſſeruatur, in Lipſanotheca argentea auro vndique illita. h

h *Sauſſayus Tom. 1. Martyrolog. Gallican. ad 21. Ianuar.*

Tempus verò præcisè aßignat, quo hæc Tranſlatio peracta eſt.

Lutetiæ Pariſiorum, ſuſceptio Reliquiarum S. *Agnetis*, Virginis & Martyris, ex cœnobio *Brolij-Benedicti*. Diœceſis Ebroicenſis, facta Anno ſalutis 1545. in Abbatiali Eccleſia S. Maglorij Pariſienſis, per *Carolum*, Epiſcopum *Margarenſem*, Abbatem *Maglorianum*, authoritate *Pauli* Papæ III. & conſenſu Ioannis, Pariſienſis Epiſcopi, magno cum pompæ Eccleſiaſticæ triumpho. i

i *Idem, 18. April.*

Eadem iterum ſic repetit: Lutetiæ Pariſiorum, in populoſa S. *Euſtachij* Parœchia, Tranſlatio præcipuæ partis corporis B. *Agnetis*, Virginis & Martyris, antiquæ eiuſdem ædis ſacræ Tutelaris, ex *Brolio-Benedicti* monaſterio, Ebroicenſis Diœceſis; authoritate Pauli III. Pontificis maximi, peracta, cum magna celebritate, à *Carolo*, Epiſcopo M*argareno*, Abbate *Magloriano*; qui ſuſcepta nudius tertius, veneranda glorioſæ ipſius Chriſti Athletæ pignora, populo ſpectanti oſtendit in ipſa S. Maglorij æde; deferendaque ſolemni ſupplicatione, ad S. *Euſtachij* Eccleſiam tradidit, multa dignitate, paſtori, clero & populo ipſius Parœchiæ confluenti: anno à ſalute inſtaurata, 1545. l Denique addit: Caput verò eiuſdem glorioſæ Chriſti Athletæ prætioſum, *Rothomagi*, in nobili S. *Audoeni* Baſilica, condigno honore conditum, etiamnum cuſtoditur: ad quam ex præmemorato cœnobio *Brolienſi*, fuit, ne furentium hæreticorum, qui eodem labente ſæculo, Gallicana ſacraria, obuia quæque direptioni vaſtauerunt, impijs auſibus ſubjaceret, auſpicatò traductum. m

l *Ibid. 20. April.*

m *Ibid. 21. Ianuar.*

Tantum inualuit odor ac fama hujuſce inſignis Monaſterij, vt ann. 1294. *à Fontanis*, de *Fonteines*, illectus illius amore ac Religione, Fontanellenſem domum (cui Abbas præerat) dimiſerit, & habitum Ordinis Ciſtercienſis illic ſumpſerit, de cætero vitam communem agens, vt priuatus monachus. Vti Superius annotauimus in 24. Abbate Fontanellenſi.

TRAPPA

TRAPPA.

Ann. 1140.

Quis Fundator eius fuerit, & primus Abbas; Adami Abbatis ſanctitas.

CAPVT VNICVM.

I. ORDINEM profitetur Ciſtercienſem hoc cœnobium, Gallicè *Trappe*, fundaturque in agro *Perticenſi*, Diœceſis *Sagienſis*, anno 1140. die 10. Septemb. ſeu 2. Decemb. *Saniaci* in Neuſtria, pronepos, per vallem *Cernaij*, & Brolium-Benedicti.ᵃ Cuiuſquidem Domus fertur promotor *Robertus* 2. Drocarum Comes, cum vxore, *Yolenta de Cociaco*; Robertus quippe primus, Drocarum Comes, cognomento *Magnus*, frater erat Ludouici VII. Francorum Regis, qui prius Agnetem *Brenæ* habuit in vxorem, deinde, ea *Ꝑxore* 2. *Hawiſa* nomine, Comes euaſit *Perticenſis & Belliſmenſis*, circa ann. Chriſti 1140. cuius filius extitit præfatus Robertus 2.ᵇ de quo ſequens habetur Reſcriptum.

II. Ego Robertus, Comes, Dominus *Drocarum & Brenæ*, notum facio vniuerſis præſentem paginam inſpecturis: Quod cum idem Robertus, pater meus, Comes venerabilis, frater *Ludouici*, piiſſimi Regis *Franciæ*, aſſenſu & voluntate *Agnetis*, vxoris eius, venerabilis Comitiſſæ, matris meæ, Eccleſiæ B. Mariæ de *Trappa*, quadraginta ſolidos Turonenſ. monetæ, ad dictæ Eccleſiæ luminare, eleemoſynaliter dediſſet, ſingulis annis recipiendos in feſto B. *Remigij*, in cenſibus ſuis de *Drocis*; Ego de aſſenſu & voluntate *Yolendis*, Comitiſſæ, vxoris meæ, & liberorum noſtrorum, dictum donum laudaui, volui, & conceſſi, &c. *Actum Anno gratiæ* 1202. *menſe Iulio.*ᶜ Quid autem habeant monachi huiuſce loci apud Foreſtam *Briſtolij*, continet vetuſtus Codex, MS. fol. 93. Lutetiæ, apud D. *Yuon Herouual*, cameræ computorum Auditorem, virum eximiæ benignitatis in omnes. Guillelmus, Comes Perticenſis, Epiſcopus Comes Catalaunenſis, nonnulla etiam contulit Abbati & monachis eiuſdem loci in ſylua Beliſmenſi: quæ Carolus *Valeſius*, Comes Alenconienſ. & Perticenſ. frater Philippi *Pulchri*, Reg. Franc. confirmat ann. 1317. Item alia eiſdem confirmat in Foreſta Perticenſi.ᵈ Necnon item amortizamentum dat ipſis monachis, ann. 1328.ᵉ

III. Quidam autem volunt conditum eſſe præſens cœnobium ſub inuocatione ſanctiſſimæ Virginis, Deiparæ, à *Rotroco*, Comite Perticenſi. Porro, Abbatia B. Mariæ de Claretis, Carnotenſis Diœceſ. huiuſce domus de Trappa filia extitit, fundata à Mathilde, Gaufridi, Comitis Perticenſis vxore, ann. 1200. D. Barbetellus, nunc extat huiuſce domus Prior, monachus Sauiniacenſis.

IV. Fuit & iſtud cœnobium B. *Adami* Abbate primario, aut ſaltem propiùs Sequente, celebre; viro vtique egregiarum virtutum, & multis patratis miraculis glorioſo: cuius Elogium inſigne. *Philippus Seguinus* ſic refert. *Adam Monaſterij* de Trappa in Sagienſi Diœceſi Cœnobiarcha, vir cum multis miraculis, tùm in primis, pietatis operibus, clarus, atque morum honeſtate inſignis extitit. Qui paternas opes pauperibus diſtribuens, vt ex nobili humilis, ex diuite pauper, pro Dei amore fieret, monachi vitam ducere non erubuit. Qui dum ita ſolicitè Deo inſeruiſſet, ab eodem poſtea ſtabiliorem, ampliorem que ſeruitij mercedem in Regno cœlorum accipere meruit.ᶠ Memoria eius colitur 7. Maij.ᵍ

V. De hoc cœnobio exemplum memorabile habetur apud *Cæſarium*, in hunc modum: In Prouincia *Pertica*, Domus Ordinis Ciſtercienſis, ſita eſt, quæ *Trappa*, vocatur: in hac (ſicut mihi retulit Dominus *Henricus*, Abbas *Simeninus*, aſſerens ſibi recitatum ab Abbate prædictæ *Domus*) contigit, quod dicturus ſum, tunc temporis recenter geſtum. Infirmatus eſt ibi monachus vſque ad mortem: deputati

h Cæſarius lib. 7. Dialogor. cap. 9. Manriquez Tom. 1. ſup. ad ann. 1140. cap. 12. §. 5. & 6.

a Claudius Robert in Abbatijs Gallicis. Manriquez. Tom. 1. Annal. Ciſtercienſ. ad ann. 1140. cap. 10 §. 1. & cap. 11 § 5. & Tom. 2. ann. 1148. cap. 7. §. [illegible] §. 13.

b Quercetanus lib. 1. Hiſtor. Genealogiæ Domus Drocenſ. cap. 1. & 2. pag. 51. San-Marthani. Tom. 1. Hiſtor. Genealog. Domus Franc. lib. [illegible] cap. [illegible] Du Bois [illegible] Hiſtor. Comit. Perticenſ. [illegible] cap. 9.

c Quercetanus ſupra [illegible] in probationibus pag. [illegible] in Cartulario Abbatiæ Trappæ [illegible]

d [illegible] cap. 5. [illegible]

e Ibid. cap. [illegible] pag. 18. [illegible]

f Seguinus lib. 3. Compendij SS. Ciſtercienſ. Ordin.

g Vide Neuſtriam Sanctam ad 7. May ex Menologio Ciſtercienſ. & alijs.

ſunt ei duo monachi ad Seruiendum: qui dùm ſimul exiſſent, & æger ſolus jaceret, ingreſſi ſunt duo tetri ſpiritus, in angulo Domus ſtantes: comploſis autem manibus, cachinnantes, dicebant, ad inuicem: Cras hora tertia deducemus cum gaudio animam eius ad infernum, mox infirmus tremere cœpit, atque palleſcere, maximè propter remorſum conſcientiæ, commiſerat enim ante conuerſionem, peccata quædam grauia, quæ vetante erubeſcentia, confiteri non potuit, neque clericus in ſæculo, neque nouitius, neque monachus in Monaſterio. Pauens verò & circumſpiciens, contemplatus eſt in angulo oppoſito, matronam pulcherrimam; in hæc verba Dæmonibus cachinnantibus; Nolite nimis gaudere, ego illi dabo conſilium, qualiter dentes veſtros euadat. Poſt quod verbum, viſio omnis miniſtris intrantibus diſparuit. Conſilium: autem intelligens confeſſionem; matronam verò *S. Mariam*, Dei genitricem, quam in tanto periculo, vt opinor, inuocauerat: Priorem vocari fecit, cui ſua peccata, meritis B. *Mariæ* virginis adiutus, plenè ac deuotè confitens; & vt eadem Abbati, qui tunc præſens non erat, reuelaret, ſupplicans; oleo ſacro inunctus, & Dominici corporis ſacramento munitus, hora à Dæmonibus prædicta, ſub ſpe veniæ ſpiritum exhalauit. h Verum, quod in vltimis verbis *Caſarius* ait monachum oleo ſancto inunctum primo, mox Dominici corporis ſacramento munitum deceſſiſſe: ſubiungit, probatque *Manriquez* id factitatum eſſe, juxta antiquum ritum Ordinis Ciſtertienſ. & aliorum illius temporis.

h *Caſarius lib. 9. Dialogor. cap. 9. Manriquez Tom. I. ſup. ad ann. 1140. cap. 12. §. 5. & 6.*

Series autem Abbatum, qui nunc vſque huic Monaſterio præfuerunt, nobis incomperta manet. Memoratur tantummodò, *Guillelmus*, Abbas de *Trappa*, agens cum monachis Abbatiæ *Boniportus*, anno 1277. i Quiquidem Abbas, viſitator cùm eſſet Abbatiſſæ: & Sanctimonialium Monaſterij *des Clerets*, in Pertico, ſententiam arbitralem dedit inter ipſam Abbatiſſam, ex vna parte: & Priorem, Decanum, ac monachos Nouigenti Rotrodi, ex alia ann. 1236. menſe Ianuario. Teſte, Bryo, lib. 4. Hiſtor. Comit. Alencon. & Pertic. cap. 2. pag. 254. Dionyſius de *Breuedent*, Canonicus Rothomagenſis, Abbas de *Trappa*, qui obijt 21. Iulij, anno 1573. ſepultus in Eccleſia Parœchiali S. *Saluatoris* Rothomagenſis. l VI.

i *Vide inferius in Abbatia Boniportus*

l *Antiquitates MS. Normann. pag. 321. Apud D. Biget, Rothomagenſ.*

Gregorius XIII. Papa à *D.* de *Seure*, magno campagniæ Priore, Ordinis equitum Melitenſium, rogatus, vt ſecum diſpenſaretur ſuper obtinenda Abbatia de *Trappa*, in commendam: quam vltimus Abbas illius cupiebat illi reſignare: quoties id expoſtulauit, toties repulſam paſſus eſt, ann. 1582. menſe Ianuario, & Aprili, & Martio. m De Abbate de *Trappa* fit mentio in Epiſtola, *Innocentij* III. Pap. ad Philippum *Auguſtum*, Regem Franc. ſuper diuortio, cum Regina eius vxore: quæ ſubſequitur.

m *Paulus de Foix, Archiepiſcopus Toloſanenſis in ſuis Legationibus pro Henrico III. Reg. Franc. ad ſedem Apoſtolic. pag. 256. 270. 316. 403. Martinus Hennequin, circa ann. 1500. Abbas Trappæ. Louuetus in Antiq. notis. Nobilitat. Belnacenſ. pag. 804. verb. Hennequin.*

PHILIPPO, ILLVSTRI REGI FRANCORVM.

Excuſat ſe Regi, quod eius precibus de diſſoluendo coniugio annuere nequeat: & hortatur, vt Reginam habeat chariorem.

Diligenter auditis, & perſpicaciter intellectis, quæ nobis, ex parte Regia, dilecti filij..... Abbas de *Trappa*, & I. Clericus tuus, proponere curauerunt, & habito cum fratribus noſtris, ſtudioſo tractatu, non occurrit nobis aliqua via, per quam, in his, quæ ipſi pro te poſtulauerunt à nobis, tuæ ſecundum poſſemus concurrere voluntati, ſub obteſtatione Diuini iudicij proteſtantes, quòd libentiſſimè ſi poſſemus cum Deo, ab illo te curaremus vinculo expedire, à quo deſideras vehementer abſolui. Sed in carnali commercio inter te, ac Reginam, coniugem tuam, adeo eſt proceſſum, quòd ſi etiam illi tantum confeſſioni vellemus inſiſtere, quam nuper eadem Regina feciſſe proponitur coram prædicto Abbate de *Trappa*, & dilecto filio, Magiſtro Roberto de *Corzon*, nunc titulo S. Stephani in Cælio monte, Præsbytero Cardinale, non auderemus ſuper huiuſmodi caſu, de noſtro ſenſu, pro te aliquid diffinire. Propter illam ſententiam Euangelicam, quam ipſe Chriſtus expreſſit: vt quòd Deus coniunxit, homo non ſeparet: Cùm abſque dubio, nec ſanctorum exempla, nec patrum decreta, intentioni tuæ in hoc articulo ſuffragentur.

Verùm,

Verùm, ſi ſuper hoc abſque generali deliberatione Concilij; determinare aliquid tentaremus, præter Diuinam offenſam, & mundanam infamiam quam ex eo poſſemus incurrere, forſan Ordinis & officij nobis periculum immineret, cùm contra præmiſſam veritatis ſententiam, noſtra non poſſit authoritas diſpenſare. Quamuis & aliæ confeſſiones, ſicut pro certo didiſcimus ab eadem Regina, ſubjurejurando ſint factæ; ſecundùm quas coniugium declaratur carnali copula conſummatum. Quocirca ſerenitatem Regiam rogandam duximus & monendam: quatinus ab eorum falſis inſanijs auertas auditum, qui caput tuum oleo peccatoris impinguant, & volentes tibi placere ſecundùm hominem, Deo te faciunt diſplicere: cùm aperire tibi non audeant veritatem, ne fortè mouearis grauiter contra eos. Nos autem, qui de te coram Deo reddituri ſumus in nouiſſimo diſtricti examinis die pleniſſimam rationem, falſis te nolumus circumueniri commentis, ne ſimul in vnum, & animam tuam perdamus, & noſtram: ſciente, quòd juxta ſententiam veritatis, nihil prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Quare, prudentiſſime Rex, ab eo quæſumus propoſito conquieſcas, quod perpetuum animæ tuæ periculum generaret, & Dominus juſtus index, in eo te fortè puniret in quo contra ipſum tali modo peccares: ipſamque Reginam pro Deo, & propter Dominum propenſius commendatam, quæ pro ſeruanda lege coniugij, quam Deus ante peccatum in paradiſo conſtituit, longo eſt martyrio macerata. Nos quoque ſuper hoc negotio grauiùs non moleſtes, ne propter inſtantem perſecutionem quam patimur, ad extorquendum iſtud à nobis inſiſtere videaris. Quia ſicut nolumus tibi negare quod ſit meritò concedendum: ita nolumus tibi concedere, quod meritò ſit negandum: præſertim hoc tempore, ne propter perſecutionis inſtantiam, declinare videamur à tramite veritatis. Datum Laterani 5. idus, Pontificatus noſtri anno 15. [a]

[a] *Innocentius III. Papa lib. 3. Regeſti 15. Epiſtola 104.*

VILLARIVM,

GALLICÈ, VILLERS CANIVET.

Circa Ann. 1140.

Rogerius de Molbrayo, vir inclytus, fundat hanc Abbatiam: cui accedit Angliæ ac Franciæ Regum confirmatio: Abbatiſſarum item nomina panduntur.

CAPVT VNICVM.

1. SAnctimonialium eſt cœnobium, Ordinis Ciſtertienſis, à Faleſia, per Leucam, diſtans, Diœceſis Sagienſis, fundatum, circa ann. 1140. ab illuſtri Dinaſta, Rogerio de *Molbrayo*: vti conſtat ex charta Fundationis; cuius exemplar ſubijcimus.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens carta peruenerit, Rogerus de *Molbrayo*, ſalutem. Noueritis vniuerſi, quod ego Rogerus de *Molbrayo*, dedi, & conceſſi, & præſenti carta confirmaui, Deo, & B. Mariæ, & Sanctimonialibus de *Villers*, ibidem Deo ſeruientibus, totam meam villam de *Villers*, integrè, cum omnibus pertinentijs ſuis, in boſco, & in plano, in terris, & pratis, &c. Hæc autem omnia prædicta dedi, & conceſſi præfatis Sanctimonialibus de *Villers*, ego Rogerus de *Molbrayo*, ad faciendum ſeruitium Diuinum, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute patris mei *Nigelli* de *Anbigneio*, & matris meæ *Gondrææ*, & omnium hæredum meorum, &c. *Teſtibus*, *his*, *Ioanne*, *Abbate S. Nicolai Andegauenſis*, *Herberto de* Moreuilla, *Roberto* Maltalent, &c. [a] Memoratur ille *Ioannes* Abbas, ad ann. 1137. [b] *Rogeri* autem præfati meminere Authores, Anglicanæ hiſtoriæ ſcriptores, ad ann. 1174. [c]

[a] *Ex Cartulario Abbatiæ Villarienſ.*
[b] *Gallia Chriſtiana in Abbat. S. Nicolai Andegauenſ.*
[c] *Pariſiens, & Weſtmonaſterienſ. ad ann. 1174.*

Huiuſmodi Fundationem confirmauit *Nigellus*, Rogeri ſupradicti filius; item, Ioannes, Rex Angliæ; cuius carta ſic incipit. *Sciatis nos ſuſcepiſſe in manum, cuſtodiam, & protectionem noſtram, Abbatiam S. Mariæ de* Vilers; *& moniales ibidem Deo ſeruientes, & Fratres, & homines, & omnes res, & poſſeſſiones earum, &c. ſub Datum 11. Ianuarij, Regni noſtri Anno 4.* Deindè, S. Ludouicus IX. Rex Franciæ, id omne ratum habuit ac confirmauit, datis patentibus ſuis Regijs litteris, in hunc modum. *Notum facimus, &c. Actum apud Faleſiam, ann. 1256. menſe Aprili.* [d] II.

[d] *Ex Cartulario Abbatię Villarienſ.*

Rothrodus, Rothomagenſis Archiepiſcopus, ſuper litem inter monachos Vticenſes, & Moniales, *Villers Caniuet*, Sententiam dedit, cuius etiamnum diploma extat. [e] Huius Monaſterij prior Abbatiſſa, Almanda, ann. 1140. de qua mentio habetur in ſchedis Abbatiæ S. Georgij, apud Antiquitates MSS. Norman. pag. 280. III.

[e] *Ex Cartulario Vticenſ.*

Quæ huic Monaſterio poſtea præfuerint Abbatiſſæ, omninò me latet: pauca quæ ſuperſunt, hæc ad noſtram venerunt notitiam. In primis, litis diſceptatio habetur, in Scacario Normaniæ ann. 1327. inter Abbatem Sauiniaci, & prioriſſam Villaris caniueti. [f] Sanè jam ab ann. 1224. & 1229. dùm Rogerus, & Stephanus Abbates Sauiniaci præeſſent, nonnihil interceſſerat difficultatis. [g] IV.

[f] *Antiquitates MS. Normaniæ, pag. 309. Apud D. Bigot Rothomagenſ.*
[g] *Ex Cartulario Abbat. Villarienſ. fol. 24. & 25.*

Ioanna Treperel.

Ex nobili familia de *Trapilly*, obijt 9. Octob. ann. 1469.

Margarita de Vaſſy. In Scacario Norman. ann. 1484.

Franciſca. Migrauit ad Dominum 13. Decemb.

Ludouica de Maurey.

Ex illuſtri domo, Aquilæ in Perticenſi agro.

Maria de Serrant. Exceſſit è vita 23. Septemb. ann. 1504.

Iacquelina Malet.

Nobili exorta proſapia de Rubec, in Algienſi territorio; diem clauſit extremum, 8. Maij ann. 1538.

Magdalena, à ſancto Germano.

Vltima per electionem facta; originem ducebat ab illuſtri genere de *Rouueron*: in Bajocaſſino: Eccleſiæ Teſtitudinem reparauit, exornauitque: deindè perrexit in cœlum 20. Iulij. [h]

[h] *Ex Obituario Abbat. Villarienſ.*

Renata le Mayre.

Nobili ſtirpe de *Cohardon*, apud cœnomanos, progenita: quæ in fata conceſſit. 20. Auguſti. V.

Margarita du Bailleux.

Familia in Cœnomanis nobiliſſima, moritur: 19. Aprilis ann. 1576.

Margarita 2. Buſquet: mortua 15. Maij ann. 1585.

Franciſca 2. de Boucquetot.

Propè Pontem-epiſcopi, è nobili domo de Rabu.

Helena de la Moriciere.

Domina de *Vic* apud Faleſiam, defuncta 13. Februarij ann. 1622. ipſa eſt quæ; clauſuram, valdè imminutam, reſtituit, loca regularia in priſtinum ſplendorem redintegrauit, & ſtatum Monaſticum tunc temporis maximè labefactum, reſurgere fecit ad vitam. Tractatus complures, & exornatos, pietatem, deuotionem, perfectionemque religioſam redolentes conſcripſit: qui tanquam eximia ingenij ſui, ac propriæ ſingulariſque virtutis monimenta, extant nunc vſque chari ac prætioſi.

Franciſca 3. de la Moriciere.

Præfatæ ſoror, & coadjutrix fideliſſima, ſpiritum Deo reddidit 12. Iunij, ann. 1636. [i]

[i] *Ibid.*

LVCERNA;

LVCERNA
ANN. 1143.

GALLICÈ LA LVCERNE.

Abbatia Lucernensis varijs temporibus iterata Fundatio. Cujus Fundatores extitere viri illustres, Asculfus de Suligneyo, & Guillelmus de Sancto Ioanne.

CAPVT I.

I. ORDINIS Præmonstratensis est hæc Abbatia, Diœcesis verò Abrincensis, à qua vrbe, quatuor Leucis distat; inter Grandisvillam oppidum, & montem S. Michaelis, sanctissimæ Trinitati sacra: cujus exordium fuit ad ann. 1143. a quod damus nunc excerptum, ex proprio Autographo: cujus verba subsequuntur. *Anno* ab Incarnatione Domini 1143. Guillelmus *Heiron*, Abrincensis Archidiaconus, venire fecit de Ardena, tempore Paschali, religiosos viros Tanckeredum, & Stephanum, qui sub Gilleberto Priore, Ordinem Præmonstratensem *susceperunt*, de quo ordine, sola domus in Normannia habebatur: & impetrauit à cognato suo *Hasculpho*, donari Capellam, quæ erat in nemore, quod *Curba fossa*, dicitur. Anno Domini 1143. fundata est Ecclesia Canonicorum Lucernens. ab Hasculfo de *Suligneyo*, milite: qui eis multa dona fecit, videlicet, in nemore de *Curba fossa*: Item, Hasculfus de *Suligneyo*, miles, primus fundator: dedit nobis in hac Parœchia de *Lucerna*, de consilio & assensu Richardi, fratris sui, Abrincensis Episcopi, quicquid in villa, quæ *Luserna* dicitur, possidebat, excepto nemore: molendinum scilicet, cum molta: & totam terram cum hominibus: & duas garbas decimæ, & partem nemoris, in dominio, anno Domini 1149. præsentibus multis. Richardus de *Beaufou*, Abrincensis Episcopus, confirmauit prædictum donum; & dedicauit Ecclesiam, in honorem sanctissimæ & Indiuiduæ Trinitatis, ann. 1143. b

a *Canalis Tom. 1. & 5. Eccles. Hierarchiæ Nostriæ, pag. 2. Quercetanus lib. 2. Antiq. Vrbium Franc. cap. 16. Gallia Christiana in Episcop. Abrincens. & in Abbat. Marinus Prouuerra lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 78.*

II. Huic itaque domui primùm præfuit, Prior, B. *Tanckeredus*: & eo mortuo, ann. 1144. B. *Tescelinus*, primus Abbas: quo regente, Religiosi Domicilium mutarunt, & aliò transtulerunt: ex eodem Codice MS. *Post mortem Tanckeredi*, ann. 1145. in festo S. Lucæ, prædictus Abbas, & fratres exeuntes de nemore, propter loci illius inconuenientiam, venerunt in vallem juxta *Thar*: susceptique sunt à D. Richardo de *Suligneyo*, Abrincensi Episcopo, fratre D. Hasculfi de *Suligneyo*, fundatoris, in Capella lignea; in qua idem Episcopus, ipsa die, præsenti innumerabili populi multitudine, Altare consecrauit. c Manserunt itaque illic aliquot annis, interim vero moritur B. *Tescelinus* Abbas, ann. 1156. cui successit, anno sequenti, *Ansgotus*: sub quo, vltima transmigratio eorumdem Religiosorum euenit: & fixa atque perpetua mansio hujusce præsentis Abbatiæ decernitur: qua de re, hæc verbatim desumpta, duximus exponenda.

b *Ex Antiquo Codice MS. Abbatiæ de Lucerna.*

c *Ibid. & Canalis Tom. 1. sup.*

III. *Anno Domini* 1161. Reddiderunt *Ansgotus* Abbas, & Fratres, Hasculfo de *Suligneyo*, in præsentia venerabilis Patris, D. Achardi, Abrincensis Episcopi, & *Richardi*, Constantiensis Archidiaconi, terram, quæ est inter primum viuarium nostrum, & nemus, & *Thar*, & *Tharnet*, quam prius nobis dederat idem Hasculfus de *Suligneyo*, vnà cum alijs eleemosynis suis, in perpetuam eleemosynam: Præfatus autem Hasculfus, totam supradictam terram, quæ prius eleemosynata fuerat, dedit Deo, & prædicto Episcopo, liberam & solutam, in perpetuam eleemosynam. Episcopus verò eamdem terram dedit Guillelmo de S. *Ioanne*, liberam, & quietam, ad

Hhhh h

zed by Google

fundandam in ea Abbatiam in honorem S. Trinitatis. Conceſſerunt itaque Epiſcopus & Haſculfus; vt ſicut prius fuerat Aduocatus prædictæ eleemoſynæ, ita & Guillelmus de *S. Ioanne* deinceps Aduocatus eiuſdem eſſet eleemoſynæ & Abbatiæ, quæ in ea erat fundata. Pro hac autem conceſſione dedit idem Guillelmus memoratus Haſculfo, vnum cyphum argenteum, in præſentia præfati Epiſcopi, & præſentibus, dicto Richardo, Conſtantienſi Archidiacono (qui poſt dictum *Achardum*, fuit Epiſcopus Abrincenſis) Rollando; Decano Abrincenſi; Vvillelmo, Archidiacono; Roberto, Capellano, &c. Anno Domini 1162. ſexto idus Aprilis, in quo cantatum fuit; *Miſericordia Domini*. Relinquentes vallem, juxta Viuarium, vbi fuerat per 16. annos, & ſex menſes, & dies quinque: venimus cum magno populi Comitatu, in locum iſtum: in quo, protegente Deo, Abbatia perpetuo perſeueret. Eodem anno, fecerunt nobis primum donum ſuum, Guillelmus de *S. Ioanne*, Robertus, frater eius; & Oliua, vxor eiuſdem Guillelmi; tam de iſto loco, in quo fundata eſt Abbatia, quàm de *Garieyo*; de Eccleſia S. Ioannis le *Thomas*, cum pertinentijs ſuis, & piſcaria ad mare, &c. tam in Diœceſi Abrincenſi, & Conſtantienſi, quàm in Anglia. Anno verbi Incarnati 1164. fundata eſt Eccleſia noſtra ab Haſculfo de *Suligneyo*, & Guillelmo de *S. Ioanne*, Dominis noſtris, offerentibus primum lapidem: quem venerabilis Achardus, Abrincenſis Epiſcopus, & Anſgotus, Abbas noſter ſuſceperunt, & in fundamento poſuerunt. Ann. 1178. in feſto S. Thomæ, Apoſtoli, introduxit nos in Eccleſiam noſtram, venerabilis Richardus 3. Abrincenſis Epiſcopus, qui prius fuerat Conſtantienſis Archidiaconus Præsbyterio, & choro, & codicibus peractis: qua etiam die, Altare in honorem omnium Apoſtolorum conſecrauit. [d]

d Ibid.

Sicut autem duo extitere fundationis hujuſce Abbatiæ tempora, ſcilicet, ann. IV.
1143. & 1162. ita duo computantur præcipui fundatores; nimirum, Haſculfus de *Suligneyo*, & Guillelmus de *S. Ioanne*: qui rurſùs ſimul conuenerunt, ad ann. 1164. vti ex Superioribus conſtat: & ita, illo ann. 1162. initium datum eſt nouæ Abbatiæ fundationi: cujus meminit Regeſtum Abbatiæ *Domni Martini*, Diœceſ. Ambianenſ. *Anno Domini* 1162. Monaſterium Lucernenſe, apud Normannos, in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis ædificatur; Monachis S. Iodoei Nemorenſis diſciplinam Nortbertinam ibidem inſtituentibus. [e] Cui adſtipulatur Aubertus Myræus: [f] Quo etiam tempore, primum largitum eſt donum hujuſmodi donationis, cujuſquidem exemplar ſequitur. *Noſcant omnes*, tam futuri quam præſentes; quòd Dei omnipotentis inſtinctu, & D. Hugonis Rothomagenſis Archiepiſcopi, & venerabilium Epiſcoporum, Achadri, Abrincenſis, & Richardi Conſtantienſis, conſilio, & aſſenſu Henrici, Regis Anglorum, Ducis Normannor. & Comitis Andegau. Ego Guillelmus de S. Ioanne; & Robertus, frater meus; & Oliua, vxor mea, pro remiſſione peccatorum meorum, & Anteceſſorum, & Succeſſorum meorum; dedimus Deo, & Eccleſiæ S. Trinitatis de Lucerna, & Canonicis Regularibus ibidem Deo ſeruientibus, terram, in qua fundata eſt Abbatia, eam, ſcilicet, quæ eſt inter primum Viuarium ipſorum, & nemus, & Thar, & Tharnet, &c. [g]

e Ex Schedis Abbatiæ Domni Martini.
f Myræus in Chronico Ordin. Præmonſtratenſ. ad ann. 1121. & 1162. Pronnerre ſup.
g Extat apud Martinum Pronnerre, ſup.

Tandem, ipſe Guillelmus, vir nobilis, ac genere & pietate illuſtris, migrauit V.
ad Dominum, die 24. Septembris: juxta Necrologium Lucernæ, hiſce verbis, 8. *Calendas Octobris, obijt Guillelmus de S. Ioanne fundator noſter*: [h] de quo & ſequens adhuc legitur.

h Ex Obituario Lucernæ.

EPITAPHIVM.

Senſus, conſilium, probitas hujus Regionis,
Magnatum ſplendor, non exauctor Pharaonis:
Guillelmus, quem de Sancto dixere Ioanne,
Hoc jacet in Tumulo. Quis egenis largior illo?
Ipſe Monaſterium præſens fundauit, honorem
Diuini cultus augmentans, atque decorem;

Cætera

Cætera nunc ſileo pia facta ſuæ bonitatis,
Et mores eius generoſæ nobilitatis.
O quotiens renouauit eum confeſſio pura?
Quæ mundat mentes, & mitigat aſpera plura.
Sic igitur poterit, Domino miniſtrante iuuari,
Eccleſiæ meritis, & plenè juſtificari.
Qui legit hæc, oret, eiuſque velit memor eſſe:
Et Deus orantis precibus dignetur adeſſe.

VI. Illic etiam fit memoria aliorum complurium; qui & Fundatores nominantur. Sed an, re vera extiterint, vel à Fundatoribus originem duxerint, ſeu aliorum eiuſdem Ordinis cœnobiorum veluti Fundatores, commemorati ſint; peritioribus indagandum relinquo, cùm adhuc me lateat: hi autem ſequuntur.

4. Calend. Ianuar. *Alanus*, Comes Fundator. 7. Calend. Februar. *Richardus* de Perceio, Fundator. Pridie nonas Februar. *Helindes* Fundatrix. 7. idus Februar. *Thomas* Fundator; & *Childa* Fundatrix 14. Calend. April. *Robertus*, Fundator. 16. Calend. Maij, *Robertus* Fundator. 11. Calend. Maij, Stephanus, Comes, & *Agnes* Comitiſſa, Fundatrix. Pridiè idus Iunij. *Riquinus*, Fundator. Tertio idus Iulij. *Vvalterius*, Fundator. 4. idus Septemb. *Robertus* Fundator. 8. idus Septemb. *Ioannes* de S. Ioanne Fundator, ann. 1302.[l] Hic autem notatur ſingulariter ex Proſapia præfati Guillelmi à S. Ioanne, natus fuiſſe: ſic enim habetur: in Necrologio Faleſiano: 17. Octobris, *Ioannes* de S. Ioanne, Fundator *Lucernæ*.[m]

[l] *Ibid.*

[m] *Ex Obituario Abbat. Faleſiæ.*

Epiſcopi, Metropolitani, ſummi Pontifices: Angliæque, Regis ac Galliarum Monarchæ: hanc Abbatiam multis gratijs, fauoribus, exemptionibus atque Priuilegijs ampliarunt & illuſtrarunt.

CAPVT II.

I. POST huius loci Fundationem, Epiſcopi ac Præſules, donis, & fauoribus etiam domum hanc proſequuti ſunt: inter quos primi nobis occurrunt Abrincenſes Antiſtites. Richardus *de Beaufou* Abrincenſis Epiſcopus, confirmauit primariam Abbatiæ ipſius Fundationem: dedicauitque Eccleſiam in honorem S. Trinitatis ann. 1143.[a] Richardus de *Suligneyo*, eiuſdem ſedis Epiſcopus, frater D. Haſculfi de *Suligneyo*, huiuſce Abbatiæ primarij Fundatoris, Religioſos domicilium mutantes, propter loci incommoditatem, ann. 1145. benignè ſuſcepit ac fouit in quadam Capella lignea: in qua idem Paſtor, ipſa die S. Lucæ, præſenti innumerabili populi multitudine, altare conſecrauit.[b] Hebertus, Abrincenſis Epiſcopus: qui commemoratur ad ann. 1158.[c]

II. B. *Achadrus*, Arboretanus Pontifex. Non ſolùm conſilium dedit de nouiſſima eiuſd. Abbatiæ Fundatione; ſed & ann. 1164. à Fundatoribus lapidem primarium & angularē pro extructura Eccleſiæ Abbatialis oblatū, deuotè ſuſcepit, benedixit, ac in fundamenta jecit. Deindè jus *Deportuum* in Eccleſia Abrincenſi, ipſis Religioſis gratanter contulit: Et moriens, ea in Baſilica Abbatiali, humari voluit, extra chorum quidem, ſed iuxta parietem ipſius chori, ad cornu Epiſtolæ, ante oſtium, quo itur in clauſtrum, vbi nunc vſque requieſcit: cum hoc

[a] *Ex vetuſto MS. Codice Abbatiæ Lucernæ. Vide cap. ſuperiori. §. 2.*

[b] *Ibid. §. 2.* *Item le Paige lib. 2. Bibliothec. præmonſtrat. in vita B. Tanchredi, pag. 479.*

[c] *Ex Cartulario Abbat. Lucernæ, Libro nigro.*

EPITAPHIO.

Presul Abrincensis, famosus Doctor Achadrus
Hic jacet, vt terra restituatur humus:
Gratia cœlestis dedit illi dona sophiæ,
Et præfecit eum digniter Ecclesiæ.
Plurima nunc sileo bona facta suæ pietatis,
Quæ satis audita, visa fuere satis.
Abbas ipse fuit sancti Victoris in æde;
Et compleuit opus, moribus, ore, pede.
Exuuijs eius domus est hæc nobilitata,
Desuper est nobis gratia tanta data:
Ergò pater tantus, fidei jurisque Patronus,
Pastoralis erat cuius in ore sonus:
Gaudia Diuinæ contempletur faciei,
Pontificisque boni mansio detur ei. [d]

[d] *Ex schedis Abbatiæ de Lucerna & cenali.*
[e] *Ex Cartulario ead. cenali.*
[f] *Ex Cartulario einsd. & cenali.*

Richardus, Achadri successor, Religiosos introduxit in nouam Ecclesiam: ann. 1178. [e] Guillelmus, scilicet *Burellus* etiam Arboricensis præsul; cuius actus referuntur ad ann. 1184. 1185. 1187. 1188. 1191. [f]

Guillelmus, item de *Rostilleio*, Antistes Abrincensis, ann. 1202. 1205. 1207. 1213. 1216. 1217. 1224. 1226. 1231. sed maximè ann. 1207. cuius cartam hic exhibemus.

Omnibus S. Matris Ecclesiæ filijs, tam præsentibus, quàm futuris, Guillelmus, Dei gratia Episcopus, & Capitulum Abrincense, salutem in Auctore salutis. Ad vestram volumus peruenire notitiam, quod bonæ memoriæ Achardus Episcopus, de communi Assensu capituli Abrincensis, Abbati & Conuentui de Lucerna, Diuinæ pietatis intuitu, fructus præbendarum in Ecclesia nostra vacantium, anno integro, in puram & perpetuam eleemosynam assignauit, sicut in charta eorum, quam vidimus, pleniùs continetur, sigillo ipsius Achardi & capituli roborata: HI,
Quos cùm ex eadem concessione, multo tempore pacificæ percepissent, Ecclesiæ nostræ Abrincensis indigentiam attendentes, cuius fabrica ruinam multiplicem minabatur, ad reparationem & conseruationem eiusdem fabricæ, nobis medietatem prædictorum fructuum, donatione gratuita contulerunt, per manum eorundem fideliter recipiendam. Nos autem eis præstito corporaliter sacramento, promisimus, quòd bona præbendarum Canonicorum nostrorum ad communem vtilitatem ipsorum & nostram, integrè curabimus conseruare; idemnitati eorum, sicut & nostræ propriæ, bona fide consulentes. Statuimus etiam, vt nostri pro tempore successores, tam Episcopi, quàm Canonici, in ingressu suo, sacramento consimili, ipsis & eorum successoribus obligentur. Prætereà, concessimus eis, in memoriam præscriptæ largitionis eorum, vt quia ipsi pro beneficio ab Ecclesia nostra, prius eis collato, Canonicis nostris decedentibus exhibent seruitium in extremis; nos audito cuiuslibet eorum, & successorum obitu, seruitium pro eo, sicut pro Canonico nostro, eodem die solemniter perpetuo, celebremus. Si verò huic nostræ constitutioni, quilibet successores nostri modo quolibet contrairent, in præiudicium Ecclesiæ de Lucerna aliquid attentantes, sæpè dicti Abbas, & Canonici de Lucerna, ad integram perceptionem fructuum præbendarum, absque contradictione aliqua, secundum tenorem Cartarum & priuilegiorum suorum liberè reuertantur. Vt autem hæc omnia, perpetua firmitate consistant: præsentem paginam, sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini 1207. apud Abrincas, præsentib. Ioan. Dolensi Episcopo, & Magistro Hugone, Constantiensi Archidiacono, qui ad petitionem nostram, hanc eamdem cartam, sigillorum suorum testimonio munierunt.

Alius

Digitized by Google

Alius insuper Guillelmus de *S. Maria*, eiusdem sedis Episcopus, ann. 1242. & 1245. ac 1246. & 1252. *Richardus* item, Abrincensis Episcopus: ad ann. 1253. 1257. 1262. 1263. & 1267. *Radulphus*, ad ann. 1275. *Nicolaus* ad ann. 1309. & hæc de ipsis Abrincensibus Episcopis dicta sufficiant. g Propterea horũ omnium breuiter sic meminit Necrologium Lucernense.

IV. 8. Idus Ianuarij *Turgisius*, Abrincensis Episcopus. 7. Calend. Februar. *Michael*, Abrincensis Episcopus. 12. Calend. Martij *Guillelmus* de S. Maria, Abrincens. Episcopus. 3. idus Martij Ioannes de *Musca*, Abrincensis Episcopus ann. 1327. nonnulla dedit. 16. Calend. April. *Guillelmus*, Episcopus Abrincens. 15. Calend. April. *Guillelmus* item Episcopus Abrincens. 4. Calend. April. *Richardus*. (Al. *Achardus*,) Abrincensis Episcopus, magnus & Catholicus Theologus; cuius corpore, nostra ditata est paupertas. 8. Calend. Maij *Nicolaus*, Episcopus Abrincens. 7. Calend. Maij, *Richardus*, Episcopus Abrincens. 13. Calend. Iulij, *Guillelmus de* S. Mariæ Ecclesia Episcopus Abrincens. 14. Calend. Aug. *Richardus*, Episcopus Abrincens. 4. Calend. Aug. Frater *Richardus*, Episcopus Abrincens. 4. Nonas Aug. *Robertus Porte*, Episcopus Abrincens. Pridie Calend. Septemb. *Guillelmus Ptolomei*, Episcopus Abrincens. 7. idus Septemb. *Richardus*, Episcopus Abrincens. 5. Calend. Nouemb. *Guillelmus de Ostilleio*, Episcopus Abrincens. 7. idus Nouemb. *Guillelmus de S. Maria*, Episcopus Abrincens. 4. idus Decemb. *Michael*, Episcopus Abrincens. h

V. Quoad Constantienses autem Episcopos: *Richardus*, suo consilio induxit præfatum Guillelmum de S. *Ioanne* ad piam huiusce Abbatiæ Fundationem, ann. 1162. i Guillelmus præsul, eius successor, donationem de Ecclesia de *Suligneio*, Abbatiæ huic factam confirmat, ann. 1187. Hugo etiam eiusdem sedis Pontifex, memoratur ad ann. 1213. l ceu 1231. & verius. Non defuerunt Rothomagenses, Archiepiscopi; in his, Hugo, ann. 1162. cuius consilio, Guillelmus de S. Ioanne, Fundationem præsentis Abbatiæ compleuit. m Galterius item Metropolitanus: ius deportuum, in Ecclesia Abrincensi, à B. Achardo, Episcopo, Abbatiæ Lucernæ factum, confirmauit; ann. 1202. n

VI. Eadem sed ampliori modo, egerunt summi Pontifices: Eugenius III. ann. 1144. Alexander III. ann. 1163. cuius extat Diploma Apostolicum, sub hac verborum serie.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Canonicis de Lucerna, salutem & Apostolicam benedictionem.

Officio pietatis inducimur, & susceptæ administrationis debito prouocamur, libertatem Religiosorum locorum, quantum cum Deo possumus, confouere: vt personæ in eis, Diuinis obsequijs mancipatæ, eo liberiùs obseruantiæ suæ professionis insistant, quo plenius fuerint à vexatione sæcularium præmunitæ. Hac itaque ratione inducti, & vestris benignè precibus annuentes, resignationem terræ, quæ est inter primarium viuarium vestrum & nemus, & Thar, & Tharnet, bonæ memoriæ Achardo, quondam Abrincensi Episcopo, ab Hasculpho de Suligneyo factam, ratam habentes, authoritate Apostolica constituimus: vt nulli successorum ipsius Hasculphi, sub prætextu juris, quod ante resignationem, in præscripta terra dicitur habuisse, in Abbatia vestra, quæ ibidem constructa dinoscitur, Patronatum, vel jurisdictionem aliquam liceat vendicare. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam: &c. Datum Anagniæ 3. idus Nouemb. Item, Lucius III. ann. 1183. Vrbanus III. ann. 1185. & Innocentius III. qui scripsit Rothomagenti Archiepiscopo, suffraganeis eius, & alijs pro deffensione ipsius Abbatiæ, aduersus malefactores illam comprimentes; vt succurrant ei in Angustijs. Bulla incipit, *Non absque dolore*: &c. Sub datum Laterani 4. Calend. Nouemb. Pontificat, ann. 5. tum demum Calixtus III. ann. 1456. deferendi insignia Pontificali jus dedit Abbati Lucernæ. o

VII. Reges quoque Angliæ, ac Duces Normaniæ, huic Abbatiæ per omnia fauerunt. Henricus II. assensum dedit, vt fundaretur, ann. 1182. Rex Richardus eius successor confirmauit istud donum, siue, hanc Fundationem, apud Argentonum: testi-

Hhhhh iij

g Ibid.

h Ex Obituario Abbat. Lucernæ.

i Vide cap. superius §. 4.

l Ex Cartulario sup.

m Cap. præcedenti §. 4.

n Ex Cartulario sup. & canali.

o Ibid.

bus, Philippo, Bajocensi: Arnulpho, Lexouiensi: Rotrodo, Ebroicensi, Episcopis; &c. [p] Denique & nostri Galliarum Monarchæ, eadem confirmant, & alia nonnulla conferunt, S. Ludouicus IX. ann. 1256. & 1258. Philippus III. eius filius: ann. 1276. [q]

p Ex Antiquo MS. Codice Abbat. Lucerne.
q Ex Cartulario sup.

Elenchus, instantia magna conquisitus omnium Abbatum huiusce Monasterij, cum præcipuis eorum actibus & gestis.

CAPVT III.

I. CONSTAT, hoc cœnobium Lucernense, ab exordio suæ fundationis, Nortbertini instituti excoluisse professores; quorum antesignanus extitit,

B. Tankeredus, primus Prior.

Ex Britannia Armorica oriundus, in Neustriam perrexit, ad monasterium Ardenæ, ordinis Præmonstratensis, nuper erectum, propè Cadomum; vbi vnà cum alio socio, Stephano, Religionis habitum sumpsit, sub *Gilleberto*, illius cœnobij Priore, & ambo sanctæ conuersationis inibi vitam duxerunt. Sed cum ann. 1143. illorum famæ illectus amore, Guillelmus *Heiron*, Abrincensis Archidiaconus, eos maximè cuperet, pro bono totius Diœcesis Abrincatinæ, modis omnibus curauit, vt ad se venirent, (eo quòd tunc in Normania, ea sola Ardenæ domus Præmonstratensis Ordinis haberetur) quibus impetrauit à cognato suo D. Hasculpho, viro illustri, donari Capellam, quæ erat in nemore, quod *Curba fossa* dicitur. Sed paulò post obijt, nimirum 8. idus Iunij ann. 1144. in cuius pectore crux lactea, in hora mortis apparuit. [a] Hinc mendosè scribitur Tancheredus I. Abbas, mortuus 26. Iunij: [b] cùm solummodò primus Prior extiterit; migraueritque in cœlum die sexta Iunij, & sequenti luce terræ humatus sit: de quo aliàs sermo iterum redibit. [c] *Stephanus* verò, socius eius, moritur 19. Octob. [d]

a Ex schedis Abbatiæ de Ardena. Ex Codice MS. vetusto Abbatiæ Lucernæ, & ex obituarijs eiusd. locor.
b Necrologium Falesiæ.
c In Neustria Sancta 6. Iunij.
d Ex obituario Ardenæ.

1. *B. Tescelinus, primarius Abbas.*

II. De eo hæc refert antiqua Codicis MS. lectio. *Anno Domini 1144. promotus est ibi in Abbatem piæ memoriæ D. Tescelinus, circa festum S. Sebastiani*, & iterum. *Anno Domini 1156. obijt Tescelinus primus Abbas 15. calend. Februar.* [e] De die obitus conuenit Necrologium Lucernense: [f] Falesianum verò agit de eo 5. die Februarij. [g]

e In præfato Codice MS. Lucernensi.
f Ex Obituario Lucernæ.
g Ex Obituario Falesiæ.

2. *Ansgotus.*

Anno Domini 1157. 11. Calend. Maij, suscepit frater Ansgotus curam Lucern. Ecclesiæ ita Codex MS. qui & sequentia inferius addit. Anno 1206. vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ, Ansgotus Abbas, cùm huius Ecclesiæ curam, per 49. annos, sex mensibus, & quinque diebus minus habuisset, ætatis suæ insufficientiam metuens, ordinis consilio requisito, de bona sua voluntate, resignauit vtiliori eam committi desiderans: qui postea obijt 10. Calend. April. Hic Ansgotus, tempore suo, viriliter & egregiè rexit; multosque habuit processus, tam contra Abbatem, & Conuentum montis S. Michaelis, pro Ecclesia S. Ioannis le *Thomas*, quam contra Fulconem *Paganelli* & Tescelinam de *Gripone*, vxorem eius, filiam Halculfi de *Soligneyo*, & Dionysiæ de Abrincis vxoris eius: & alios. [h] Moritur ergo 10. Calend. April. [i] Fit autem commemoratio de eo, die 10. April. [l] illius meminit Cartularium Abbatiæ de *Hambeya*. [m] Denique G. Abbas S. Seueri; & ipse Ansgotus componunt pro Decima Lucernæ: ex libro nigro sup.

h Ex Codice MS. sup.
i Ibid. & ex Obituario eiusd.
l Ex Obituario Falesiæ.
m Ex Cartulario Hambeyæ. fol. 37.

3. *Radulphus de Dragavilla.*

III. Canonicus professus, & prior, ac postea Abbas Lucernæ: notatur ad ann. 1213. & 1216.

& 1216. [n] in facta concessit, non octauo. [o] Sed septimo idus nouemb. [p] Agitur autem de eo memoria, die 2. Aprilis. [q]

4. *Daniel, defunctus, 7. idus Septemb.* [r]

Non autem 18. die Octob. [f] perperam *Dauid*, vocatus: [t] nisi eius esset agnomen familiæ: qualis etiam nunc in *Calcegio* habetur ex qua pro genitus R. P. Didacus *Dauid*, in nostra Reformatione Recollectorum, propter Regularis obseruantiæ zelum, nominatissimus; mortuus Parisijs, & in Conuentu nostro, ad suburbium San-martinianum sepultus, ann. 1629. Alia etiam extat ejusdem agnominis familia Rothomagi, cum qua conjunctus sum affinitate.

5. *Richardus.*

Migrauit ad Dominum, idibus Martij, [u] non autem Calendis Aprilis: ex Necrologio *Falesiano*.

IV.

6. *Thomas.*

Abijt in cœlum, 11. Calendas April. juxta Codic. MS. Lucernense: cui mendum inest, in litteris arithmeticis: dicendum itaque est, 11. seu, pridie Calendas Aprilis, hoc est, die 31. Martij, [x] non verò, 18. April. [y]

7. *Nicolaus Boutereje, electus 1235.*

Obijsse die 30. Iunij, [z] seu, 28. Nouemb. perperam legitur: [aa] sed rectius, Calendis Decembris: notatur ad ann. 1235. & 1253. quo mense Augusti, nonnulla Tractat cum *Philippo* Priore, & fratribus Domus Dei Constantiensi Multos quoque emit redditus pro augmento Abbatiæ suæ. [bb]

8. *Petrus de Thomeuilla, seu Thorueuilla, Rectius de Touruilla.*

Memoratur, ann. 1257. & 1274. excessit è vita 11. Calendas Iulij, seu pridie Calend. Iulij. [cc] non autem, ex errore, die 24. Iulij. [dd]

9. *Ioannes de Boutereje, Bolleroye.*

Ann. 1275. rexit annis quinque: debitum mortis exoluit, 12. Calend Iulij, [ee] mendosè ergò aliàs habetur 11. Calend. Iulij, [ff] vel die 23. Iunij, [gg] & 13. Iulij. [hh]

10. *Ægidius de Musca, viuebat ad ann. 1289.* [ii]

V.

11. *Robertus Ioannis, ann. 1290.*

De eo hæc refert Codex MS. *Rexit* ann. 36. obijt, ann. 1326. 17. Calend. Decemb. sepultus in Capella, quæ nunc dicitur SS. Michaelis & Gatiani: sed Tumba, seu Epitaphium eius, in quo nomen eius, & obitus scribitur, translatū & positū fuit super fratrem Ioannem de Rocherio, Abbatem, qui jacet in capitulo. Hic habuit multos processus, & maximè contra monachos de monte S. Michaelis. Hujus tempore capella B. Mariæ, à Dominis de *Rochella*, & Capella S. Ioannis Baptistæ, post ipsam, à D. Radulpho de *Bello campo*, milite, auctæ fuerunt, & sunt ambæ à dextrâ parte chori. Hic fecit fieri aulam & cameram Abbatis, post dormitorium; in qua erat Capella SS. *Rionis & Mandeti*; Fecit etiam fieri campanam magnam nostræ Dominæ, ann. 1317. & durauit vsque ad ann. 1532. quando rupta fuit ad aduentum Regis Francisci I. quæ postea reparata fuit, per D. Ioannem de *Pyrou*, & alios religiosos hujusce Abbatiæ, ann. 1535. die 4. Augusti, tempore Francisci *de la Guiche*, Abbatis Commendatarij. [mm] Itaque Deo animam reddidit, 17. Calend. Decemb. [nn] ex quo erroris arguuntur, asserentes id euenisse 22. Octobris, [oo] 16. Nouemb. [pp] seu 1. Decemb. [qq]

12. *Thomas 2. Barbou, nominatur 1326.*

Ex S. Dionysio *le Vestu*, Oriundus, Constantiensis Diœces. rexit ann. 8. spiritum exhalauit, ann. 1334. 11. Calend. Martij. Iacet juxta chorum Ecclesiæ, sub Tumba, quæ est ante Capellam B. Mariæ Virg. *Hujus tempore, factus fuit quidam bonus Rotulus, de redditibus hujus Monasterij: qui multùm insequitur Rotulum fratris Roberti, Mo-*

---

n Ex Codice MS. sup. & ex Cartulario Hambeyæ fol. 82
o Ex Obituario Montis Dei.
p Ex Codice MS. sup. & Obituario Lucernæ, ac Sylliaci & Bellæ stellæ.
q Ex Obituario Falesiæ.
r Ex Codice MS. sup. & Obituario Lucernæ.
f Ex Obituario Falesiæ.
t Ex Obituario Sylliaco.
u Ex MS. Codice, sup. & Obituario Lucernæ.
x Ex Obituarijs Lucernæ, Bellæ stellæ, Sylliaci, & Montis Dei.
y Obituarium Falesiæ.
z Ibid.
aa Ex Obituario montis Dei.
bb Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.
cc Ibid & ex Obituario Bellæ stellæ, Sylliaci, ac montis Dei.
dd Ex Obituario Falesiæ.
ee Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.
ff Ex Obituarijs Sylliaci, & montis Dei.
gg Ex Obituario Bellæ stellæ.
hh Ex Obituario Falesiæ.
ii Ex Cartulario Lucernæ.
mm Ex Codic. MS. sup.
nn Ibid. & Obituarium Lucernæ.
oo Obituarium Falesiæ.
pp Obituarium Bellæ stellæ.
qq Obituarium Sylliacum.

relli, *qui factus fuerat ann.* 1294. & 1295. [ss] Dies tamen obitus eius apud alios variatur. [tt]

ss Ex Codic. MS. sup.
ſi Obituarium. Bellæ ſtellæ, 15. Februar. Faleſienſi 5. Martij.
tt Ex Codice MS. ſup. & obituarium Lucernæ.

13. *Radulphus 2. Clerici, electus 1334.*

Dictus eſt etiam, *De Landa*, & quod oriundus eſſet de *Landa Aronis*, Conſtan- VI.
tienſ. Diœceſis; diu rexit valdè, & redditus Abbatiæ diligenter procurauit. Debitum mortis exoluit 17. Calend. April. ann. 1370. Quo tempore, ob bella inter Gallos, Nauarræos, Angloſque exorta, diruta, ac penè deſtructa fuit Abbatia. [u]

14. *Thomas 3. Tacon.*

Murdaqueriæ natus, rexit, ann. 8. diemque clauſit extremum 15. Calend. Aug. [uu] Non autem die 17. Auguſti, [xx] ann. 1378.

uu Ibid.
xx Ex Obituario Faleſiæ.

15. *Ioannes 2. de Talenda, ſeu Talleuenda.*

Nobili genere progenitus, patrem habuit Dominum de *Meſnillo Roberti*, Conſtantienſ. Diœceſ. Rexit tamen, vt fertur, miſerè & inerter: quaſi annis octo: nempe, ab ann. 1378. die ſexta Martij: vſque ad ann. 1396. ſexto idus Februarij, quo in humanis eſſe deſijt. [yy] Alijs verò diebus, de eo habetur commemoratio. [zz] Iacet juxta Capellam S. Dionyſij, in dextra ala, juxta chorum, videlicet, ante magnam piſcinam, ſeu lauatorium.

yy Ex Codice, MS. ſup.
zz Obituarium Montis Dei 15. Februar. Obituario Faleſiæ, 24 Februarij.

16. *Ioannes 3. de Rocherio, du Rochier.*

E *Gawejo* originem trahebat, eius electio fuit per tempus aliquot ab alio alterca- VII.
ta; ſed à ſummo Pontifice, remiſſus ad Abbatem generalem Præmonſtrati, ab ipſo benedictionem accepit & confirmationem: cujus tempore reedificata fuit turris vſque ad ſummitatem Eccleſiæ; & porta, vſque ad pinnaculum nauis Eccleſiæ. Iacet in capitulo, ſub Tumba Roberti *Ioannis*, Abbatis, vti ſuperius notauimus. Rexit quaſi 11. annis: exceſſitque è vita ann. 1407. Calendis Maij, [A] non vero 13. Maij. [B]

A Ex Codice, MS. ſup.
B Ex Obituario Bellæ ſtellæ.

17. *Philippus Badin.*

De ſancto Petro de *Langier* oriundus. Bacchalaureus erat in Decretis, & vir altæ ſcientiæ: multa recuperauit, auxit, ac reædificauit, & Abbatiam in ſtatu honeſto reliquit. Ferunt hunc, primum lapidem jeciſſe in fundamentum Grandisvillæ, multis præſentibus viris illuſtribus, ann. 1440. tempore Caroli VII. Reg. Franc. [C] Porrò, ann. 1421. præſidet electioni Richardi *l'Oyſon*, in Abbatem Bellæ ſtellæ. Item, ann. 1425. à Roberto le *Charettier*, electo confirmato in Abbatem de Ardena, juramentum accepit. Idem quoque Philippus Abbas, cum ipſo Roberto Ardenæ Abbate præſunt electioni noui Abbatis Blancæ Landæ, ann. 1447. Mortuo Abbate, Thoma de *S. Lando*, & alius Thomas de *S. Lando* electus eſt Abbas. [D] Ferè 45. annis, viriliter iſtam gubernauit Eccleſiam; jacet ad læuam, in Capellis nouis, quas fieri fecerat, ſub Tumba quaſi marmorea; ſepultus eſt ſubter altari erecto, in Capella de *Solignejo*, cum Gaufrido *le Court*, & Richardo de *Laual*, Abbatibus: poſtquam obdormiſſet in Chriſto, ann. 1451. 14. Calend. Iunij. [E]

C Ex Codice, MS. ſup.
D Ex Cartulario MS. libri nigri Lucernenſ.
E Ex Codice, MS. & Obituario Lucernæ, ac Bellæ ſtellæ.

18. *Gaufridus le Court.*

Thomas, Abbas, S. Nicolai Blancæ Landæ; & Petrus, Abbas montis Dei, ve- VIII.
niunt Lucernam ad electionem futuri Abbatis ann. 1452. [F] in qua electus eſt ipſe Gaufridus: qui honeſtè rexit annis 11. & 4. menſibus: inſignia fecit fieri Pontificalia, quæ portandi licentiam habuit. Cathedras chori conſtruxit; multa reparauit, aliaque bona fecit, ſepultus eſt in Capella S. Petri, juxta prædeceſſorem Abbatem; cùm obijſſet, ann. 1463. pridie Calend. Octob. [G] Alius Abbas vocatur *Thomas*, & obijſſe legitur, 30. Septemb. [H] qui dicitur Thomas *Vinianus* in Scacario, ann. 1463. [I]

19. *Richardus 2. de Laual, intereſt Scacario, ann. 1464.* [K]

De Montemartino, (rectius de *Montemorencio*) exortus: etiam Ardenæ Abbas extitit;

F Ex libro nigro, ſup.
G Ex Codice MS. & Obituario Lucernæ.
H In Obituario Bellæ ſtellæ.
I Ex compendioſa relatione Scacariorum, pag. 497.
K Ibid. pag. 550.

Digitized by Google

xit; portam introitus Curiæ; postes & arcus claustri, prius de ligno, fecit ex lapide Claustrum & Dormitorium restituit. Excessit e viuis ann. 1490. 5. idus Iunij. L De eo memoria agitur, 29. Iunij. M

L Ex Codice MS. & Obituario Lucernæ.
M In Obituario Falesiæ.

20. Richardus 3. de Laual.

Præfati nepos, cui primò successit huic cœnobio, per annos 9. Deindè Abbatiæ de Ardena; vbi vitam finiuit, ann. 1507. N

N Ex Codic. MS. sup.

21. Franciscus Caignou, vel Coignon.

Hic Bacchalaureus erat in Decretis, & Religiosus professus Bellæ stellæ; qui cùm à suo Abbate, Thoma, ablegatus fuisset cum authoritate, in Abbatiam de Lucerna, ann. 1507. Abbas illic renuntiatus, præfuit ann. 22. Interim Ioannes Ferey, Abbas montis Dei, ann. 1525. illi agnoscit filiationem Abbatiæ suæ. O Porrò apud Lucernam, magnam domum Abbatialem fieri fecit; clausuram restaurauit, & priuilegia confirmari fecit à Rege Francisco I. Tandem cœlestia petiuit ann. 1528. sepultus apud Ardenam: quo obierat, tertio Calend. Augusti. P fit de eo memoria 1. Septemb. Q

O Ex libro nigro sup.
P Obituarium, & Codex MS. Lucernæ.
Q In Obituario Falesiæ.

22. Gabriel de Grandmont.

IX. S. R. E. Cardinalis Episcopus, rexit Abbatiam ann. 2. scilicet, 1529. & 1530. deindè eam dimisit. R

R Ex Codice, MS. sup.

23. Franciscus 2. de la Guiche.

Frater Abbatis de Bello-Becco, Abbas Commendatarius: cujus regiminis ann. 10. Michael Roger, catalogum Abbatum conscripsit. S

S Ibid. & Petrus à sancto Iuliano, lib. 2. Antiq. Matisconi pag. 317.

24. Frater Ioannes 4. de Pirou.

Electus Abbas ann. 1540. T moritur die 24. Februarij. V Porrò, ann. 1543. insula de Chauseyo, in qua erat Conuentus minor. fratrum, ab Anglis vastata est, & locus penitus destructus. X

T Ex Codice MS. sup.
V Obituario Falesiæ.
X Ex Codice MS. sup.

25. Odo de Castillione.

S.R.E. Cardinalis Abbas Commendatarius, ann. 2. nempe ab ann. 1548. vsque 1550. Y

Y Ibid.

26. Andræas de Guidotti.

X. Anno 1551. die 26. Augusti possessionem Abbatiæ accepit: cujus Abbas extitit Commendatarius 20. annis: spiritumque emisit ann. 1571. pridie idus Martij, sepultus in naui Ecclesiæ: Z illius memoria habetur, 31. Martij. a

Z Ibid. & Obituarium Lucernæ.
a Obituarium Falesiæ.

27. Frater Ioannes 5. de Grimonuilla.

Ex sancti Michaelis in periculo maris Priore maximo, hac Abbatia potitus est, quam tribus circiter annis gubernauit. b

b Ex Codice, MS. sup.

28. Renatus Iourdain.

Mortuo præfato Ioanne, hic sub titulo Commendatarij hanc rexit Abbatiam, ann. 20. quo tempore nullum non mouit lapidem, vt omnia in pristinum reduceret statum; terras, census, & redditus non paucos abalienatos, domui restituit; ac tandem post multos pro religione susceptos labores: è ponte Vrsino, Domum liber reductus, vnde hæretici captum extraxerant, diem clausit extremum, 14. Calend. Ianuar. c

c Ibid. & Obituarium Lucernæ.

29. Frater Petrus Morillant.

Ann. 1592. die. 10. Maij, receptus fuit hìc in Abbatem.

30. Frater Ioannes 6. à Bellaria.

XI. Nobili genere natus, habitum religionis recepit in Prioratu Conuentuali S. Thomæ martyris de Bloteria, de la Blotiere Canonicor. Regular. Ordin. S. Augustini; ann. 1584. die 3. Ianuar. & anno sequenti, professionem emisit, die penulti-

Digitized by Google

ma Septembris. Deindè ann. 1599. die 11. Decemb. habitum Ordinis Præmonstratens. recepit à D. Iacobo *Morisio*, Doctore Theologo, ac Prouinciali, in monasterio de Ardena: postea, Abbas factus Lucernæ, ann. ...... Migrauit in cœlum ann. 1634. 16. Calend. Iulij, sepultus in medio Ecclesiæ, ante majus Altare: d vir sanè pietatis, humilitatis, & feruoris, ac Regularis disciplinæ, zeli penitùs incredibilis; vti expertus sum, ann. 1612. & 1613. Fama virtutis eius vbique peruolante; authoritas illi demandatur à R. P. Francisco de *Longoprato*, Abbate generali Præmonstrati, vt visitet 4. cœnobia eiusdem sui Ordinis, nempe, Belli-portus, Bellæ-stellæ, Ardenæ, & montis Dei, ann. 1602. qua de re Cardinalis Burghesius scripsit ex parte suæ sanctitatis ad nuntium Apostolicum in Francia, Vbaldinum, scilicet, Episcopum Politianum, ann. 1607. quibus paruit mandatis nuntius ipse Apostolicus: eamque delegationẽ Rex Galliæ in suo consilio acceptat ac permittit. De die fœlicis eius ad Deum transitus; 16. Calend. Iulij, conueniunt complures, e alij verò die præcedenti. f Illius meminit, R. P. Ioannes le *Paige*, quando ex delegatione sibi facta, eam Lucernæ Abbatiam visitauit, ann. 1615. g

d Ibid. Codex MS. sup.

e Necrologia Lucernæ, Sylliaci. Bellæ stellæ, montis Dei.
f Obituaria Ardenæ & Falesiæ.

31. Frater Franciscus 3. à Bellaria.

Præfati nepos, Religiosus professus: cui resignata fuerat Abbatia ann. 1631. vitam nunc ducit, virtute, & exemplari religiositate insignem; ann. 1644.

Præter hos omnes præfatos, quosdam inuenio Abbates, in serie hac minimè XII.
comprehensos: qui tamen ne pereat illorum memoria, hic annotati sunt, nimirum.

Gaufridus le Bouclier, idibus Februarij. h

Marinus de Cauroy, ceu de Cauron, 5. idus Ianuar. i

Iuelinus 4. idus Ianuar. l *Michael, Calendis Decembr.* m

g Le Paige, lib. 5. Bibliothec. Præmonstr. pag. 1025.
h Ex Obituario Lucernæ.
i Ex Obituario Falesiæ.
l Ibid.
m Ex Obituario Bellæ-stellæ.

Quo ad jurgium spectat inter Ardenam & Lucernam, pro prioritate loci, & di- XIII
gnitate subordinationis: Habetur extractum authenticum ex Archiuo Præmonstrati signatum & sigillatum, pro circarijs ipsius Ordinis, ann. 1516. vbi Ardenæ Abbatia nominatur inter filias Lucernæ: sic enim exprimuntur.

In Circaria Normaniæ Borealis.

Ecclesia de *Lucerna*, Abrincens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Blanca Landa*, Constantiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Stella*, Carnotens. Diœces. filia Præmonstratens.

In Circaria Normaniæ Australis.

Ecclesia de *Sylliaco*, Sagiens. Diœces. filia Præmonstratens. Ecclesia S. Ioannis de *Falesia*, Sagiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia *Bellæ stellæ*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia de *Ardena*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Montis Auxilij*, alias montis Dei, Lexouiens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Insulæ Dei*, Rothomagens. Diœces. filia Sylliaci. Ecclesia de *Bellosanna*, Rothomagens. Diœces. filia insulæ Dei. n

Quæ ordinatio extat postea confirmata præfato Ioanni à Bellaria, Lucernæ Abbati, ann. 1603. in commissione sibi facta, per D. Franciscum à *Longoprato*, Abbatem generalem Præmonstrati. o

n Le Paige, lib. 1. sup. cap. 18. Prouuerre, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 78.
o Prouuerre, sup.

At, vt verum fatear, parùm hæc me mouerent; cùm constanter probetur, contrarium. Nam ex Chronologia, quæ fax est historiæ, certum constat, Ardenam, prioritate temporis, antecedere Lucernam. Illa quippe fundata conspicitur ann. 1121. hæc autem 1143. Deindè, vtrobique clarè legimus, Religiosos viros B. Tankeredum, & Stephanum, Ardena, Lucernam adductos: eo quòd nulla alia tunc adesset domus istius ordinis in tota Normannia, præter ipsam Ardenam: vbi illi serui Dei, religionis habitum sumpserant sub Gilleberto Priore. p Falsitatis autem, vel erroris ista manuscripta arguere, quid est aliud, quam nodum quærere in scirpo, & in sole næuum?

p Ex Codice MS. Ardenæ & Lucernæ.

DE NOA

Digitized by Google

DE NOA,
VVLGO, DE LA NOVE.

I. FVNDATVR ann. 1144. Calendis Ianuarij: eſtque Ordinis Ciſtertienſis, Diœceſ. Ebroicenſ. media in via, qua Conchis itur Ebroas, S. Mariæ Virgini ſacrata: nulla autem in libris Cameræ Apoſtolicæ præfixa illi taxa pro Annatis. Monachis verò ex Ioyaci Abbatia, in agro Senonenſi, illuc directis, præficitur primarius Abbas Garinus; adeòque ſpectat ad lineam Pontiniaci. a Mathildis Imperatrix, Henrici quondam Angliæ Regis filia, præcipua fundatrix huiuſce loci dicitur. b

II. Tam parua huiuſce cœnobij nobis illuxit notitia; vt pauca Abbatum illius nomina hæc occurrerint.

1. *Garinus.*

Primarius Cœnobiarcha: ità enim habetur in Necrologio eiuſd. loci. 23. *Septembris, Guarinus primus Abbas de Noa.*

Guarinus 2.

Eius nominis Abbas: qui quædam conciliat ad Lyrenſes monachos ſpectantia: ann. 1222. c Nominatur etiam pro rebus Abbatiæ Conchenſis, ann. 1227. d Cùm autem jam ab ann. 1230. quædam ſoluere deberet Abbati de Cruce S. Leufredi: Tractatus tandem amicabilis inter vtrumque Abbatem compoſitus eſt ann. Chriſti 1245. e

Radulphus Hebertus, obijt ann. 1506. die 5. Iulii. f

Ioannes Feret.

Viuebat ann. 1547. ex quadam illius Eccleſiæ Tabula ſupra altare poſita, varijs decorata picturis: vbi notatur, alia quamplura etiam feciſſe.

Robertus Quenel.

Primus Abbas Commendatarius, obijt ann. 1583.

Gabriel Guenel.

Eius pronepos, atque ſucceſſor: poſtea Conchenſis Abbas.

Carolus de la Rocque.

Theſaurarius Metropolitanæ Eccleſiæ Rothomagenſis, moritur ann. 1616.

Tempore Philippi Auguſti, Reg. Franc. Inquiſitione facta apud Rothomagum coram Epiſcopo Syluanectenſi, & Domino G. de Boia, ſuper his, quæ Abbas de Noa, & Abbatiſſa S. Saluatoris, &c, habent in foreſta Ebroicenſi: confirmatum eſt illorum jus. g

a Manriquez Tom. 1 Annal. Ciſtercienſ. cap. 8. §. 1. & 5. ad ann. 1144. Gallia Chriſtiana, in Epiſcop. Ebroicenſ. & in Abbatijs.

b Tom. 3. Monaſtici Anglic. in cœnobijs Gallicanis. pag. 924.

c Ex Cartulario paruo MS. Abbat. Lyræ. fol. 52.

d Ex Cartulario Abbat. Conchenſ. fol. 144.

e] Ex Cartulario, Abbat. de Cruce fol. 12. & 47.

f Ex Obituario Abbat. de Noa.

g Codex MS. magni fol. 16. pag. 1 Ebroicis apud D. de Vyon d'Herouval.

Ann. 1144.

DE STRATA, VVLGO DE L'ESTRÉE.

Manriquez, Tomo 1. Annal. Cistertiens. ad ann. 1144. cap. 8. §. 1. & 10. Gallia Christiana, in Episcop. Ebroicens. & in Abbat.

EXtat juxta Drocas, in Diœcesi, Ebroicensi; Fundaturque ann. 1144. est autem Ordinis Cistertiensis, filia Pontiniaci.[a] I.

Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellens. sub littera N. 1. Carta 2. Extat Littera officialis Ebroicensis, pro quadam domo, quam dedimus Abbati de *Strata*.

Circa Ann. 1144.

S. LAVDVS. VVLGÒ, S. LO.

Antiquitas ac dignitas huiusce Prioratus: tum ex S. Mellono, tum ob Reliquias sacras SS. Laudi, &c. cuius priuilegia, exemptiones, Regularitas, à summis Pontificibus, Rothomagensibus Metropolitanis, & Episcopis Constantiens. confirmantur.

CAPVT I.

PRIORATVS est Ordinis Canonicor. Regularium, in media nunc ciuitate Rothomagensi situs: cuius initium loci refertur ad illud memorandum, quod operatus est S. *Mellonus*, Archiepiscopus Rothomagensis, dùm Rothomagum venit, circa ann. 265. Nam, pergens in Templum Rothy idolo consecratum, dæmonem indè expulit, ostensum in specie simiæ: quem jussit abire in locum desertum: comminutis prius aris cunctis & simulacris. Vbi, Christo Saluatori B. Mellonum primum erexisse volunt crucis trophæum, condita Ecclesia, sub sanctissimæ Trinitatis inuocatione; in qua conuocatum qualibet die Dominica fidelem populum, Diuino in cultu erudiebat, sacrificium incruentum offerebat, ac salutis subsidia suis ouibus impertiebatur. Interim autem, in viro, *Præcordio*, nuncupato, vis eius enituit; qui obdormiens, in sermone eius, è tectus domus ceciderat, atque expirauerat, quem viuum reddidit, ac postea sacris ordinibus initiatum, Præsbyterum illius loci instituit:[a] quæquidam Basilica postea S. *Laudi* nomen obtinuit. I.

a Ex gestis S. Melloni Rothomag. Archiepiscopi.

Scriptum esse non ignoramus S. Mellonum, illic sedem suam Archiepiscopalem primitus fixisse: ex carta, de processione Religiosorum huiusce Prioratus, cum Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ B. Mariæ Virg. in qua illud legitur. *Nos, qui ab Antiquo Cathedralem Ecclesiam, à B. Mellono, Rothomagensi Prothoantistite, in loco nostri Prioratus & Parœchiæ Fundatam habueramus*, &c.[b] Quæ quidem verba, parùm, aut, nihil officiunt. Scimus etenim ipsum S. Pontificem, complures alias ædes sacras ea in vrbe extruxisse: è quarum numero illam producunt, quæ modò *S. Maria Rotunda, nostre Dame la Ronde*, appellatur: eratque priscis illis temporibus parua ædicula II.

b Ex Codic. MS. D. Thomæ Auice Canonici Regul. & Curati S. Laudi Rothomag. De Antiquitate ac dignitate Prioratus S. Laudi Rothomag. Extat in Bibliotheca Domini Bigot Senatoris Rothomag. l. 13.

Digitized by Google

ædicula, seu Capella, B. Virgini Mariæ, Deiparæ, dicata, intra fines Parochiæ, seu Prioratus S. Laudi, antiquitùs, S. Saluatoris, sita: in qua volunt præfatum S. Mellonum, primordia sedis Episcopalis constituisse. Nec etiam me latet quosdam arbitrari aliam quoque Ecclesiam eidem B. Virgini Mariæ inibi ædificasse: (quæ deindè, S. Gildardi, vulgò, *S. Godard.* nomen tulit) & ab initio sedem obtinuisse Pontificalem: protendebaturque vsque ad dictum Prioratum S. Laudi, sed & hoc parergon est.

III. Verùm hic locus peramplius excreuit: ex accessu SS. Reliquiarum, B. *Laudi*, & sociorum, vndè postea nomen sortitus est. Nam cùm Normanni adhuc pagani vbique per Neustriam discurrerent, cædibus & strage cuncta replerent, omniaque expilarent, vrbes tandem captæ sunt, oppida diruta, Ecclesiæ destructæ, clerus & populus dispersus, & corpora sanctorum aliò exportata. [c] *Rollone autem* potentiss. (eorum) Duce sacræ fidei, & secundæ regenerationis fonte renato, in ann. 912. indictione 14. & post biennium, cum Carolo Rege pacificato, corpora SS. Constantiensium Episcoporum Laudi, atque Rumpharij, quæ exportata fuerant, Rothomagum sunt delata, atque in Ecclesia S. Saluatoris, concessu Rollonis, recepta. Igitur Rollo, qui & Robertus, nomine sacri baptismatis, dedit eamdem Ecclesiam (in qua sunt prædictorum corpora sanctorum suscepta) Beato Laudo, necnon & Domino Theodorico, qui tunc temporis Episcopus Constantiensis erat, & omnibus successoribus eius, iure perenni: Terram quoque juxta prædictam Ecclesiam, vbi maneret Episcopus cum clericis suis, qui Ecclesiæ seruirent.

c Vide apud Neustriam Christianam in Constantiens. Episcopo 33. §. 3.

IV. Quia ergò Constantiensis pagus, Christicolis vacuus erat, & paganismo vacabat: prædictus Constantiensis Episcopus; B. Laudo, & ipsius Ecclesiæ, Rothomagi seruiebat, ibique sicut in sede propria, sedebat. Ipsa quoque Ecclesia, quæ transacto longo tempore, vocata fuerat S. Saluatoris; ob honorem & merita sancti & gloriosi hospitis, nominatur, & est S. Laudi. Reuiuiscente verò, gratia Dei, Religione Christiana, Constantijs, & eiusdem circumquaque finibus, & deliberatione, & temporis, & rei necessitate, veniebat huc sæpèdictus præsul, dispositisque Ecclesiasticis, proprijsque negotijs, Rothomagum reuersus, ibi velut in propria sede, morabatur; scilicet, Episcopale officium agens liberè in Ecclesia S. Saluatoris, sicut in Constantiensi. Hæc igitur est vera & certa ratio, qua nunc vsque Constantiensis præsul, nominatur Episcopus de S. Laudo. Sederunt itaque ibi præcipuè, quàm Constantijs, quinque Episcopi: prædictus videlicet Theodoricus, Herbertus, Algemundus, Gislebertus, & Hugo. Post hos quoque Herbertus, vno tantum anno; & Robertus, qui fuerat Episcopus Lexouij; sederunt apud S. Laudum, supra Viram fluuium. [d]

d Ex Codice MS. nigro Ecclesiæ Constantiens. Vide sup. in Episcopo 30.

V. Ex quibus clarè conspicitur, eam Ecclesiam nusquam Titulo S. Trinitatis insignitam fuisse sed *S. Saluatoris* nomen retinuisse, quippe quæ Christo Saluatori dicata esset, licet sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis. Illic moraturus deinceps ipse Theodoricus Episcopus Clericos, & alios Ecclesiasticos ministros instituit; quibus præfatus Dux Rollo, bona haud modica suppeditauit. Postea verò Hugò, Episcopus, 40. Constantiensis, circa ann. 1020. *Septem Canonicos, de his, qui Constantiensi Ecclesiæ deputandi erant, ad sæpe dictam Ecclesiam* S. *Laudi vbi Rothomagi morabatur, transtulit,* [e] quos Hugo, Episcopus 43. Constantiensis exindè postea Constantiam reuocauit.

e Codex MS. Eccles. Constantiens. sup. vide in Episcopo 40.

VI. Porrò, ob crebra, magnaque illic cœlitùs edita, ad inuocationem S. Laudi, miracula, Hugo 3. Rothomagensis Archiepiscopus, hanc Ecclesiam Deo consecrauit sub nomine ipsius S. Laudi, datis indulgentijs cunctis fidelibus, eo die, illam piè visitantibus: quamque ædem mox dotauit ac ditauit pluribus possessionibus, præbendis, ac beneficijs. Sed & cùm B. Algarus, Constantiensis Episcopus 47. illic Regularitatem introduxisset: huic operi idem Hugo 3. Metropolitanus vltrò consensit, vti videre est in Diplomate Pontificio Eugenij III. Papæ illud institutum confirmantis.

Eugenius, Episcopus, seruus seruorum Dei: dilectis filijs Osberto, Priori S. Laudi de Rothomago, & eiusdem fratribus, tam præsentibus quàm futuris, regulariter vitam professis: salutem & Apostolicam benedictionem.

Religiosis desiderijs dignum est præbere facilem consensum; vt fidelis deuotio

celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, venerabilium fratrum nostrorum, Hugonis Archiepiscopi Rothomagensis, & Algari, Constantiensis Episcopi, precibus inclinati, Ordinem Canonicum, secundum B. Augustini Regulam, quam per Dei gratiam, eiusdem fratris nostri, Constantiensis Episcopi studio annuente, professi estis, sedis Apostolicæ authoritate firmamus; vt in eadem Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur, nec alius ibi de cætero, nisi Regularis instituatur, præsenti decreto, sancimus: &c. [f] Hinc Rotrodus, Galterius, &c. Rothomagenses Archipræsules eumdem prioratum non minoris pietatis obseruantia prosequuti sunt.

f *Codex MS. Thomæ Auict sup.*

Propterea, Canonici hi Regulares, S. Laudi, ita à Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ condigno honore sunt habiti, vt ferè pari gradu, & loco atque consessu, inter eos, censerentur. Nam juxta chartam, de ordine processionis publicæ Rothomag. *Mouente* processione, vexilla sequuntur per ordinem, crux, & cerei, deindè capsulæ S. Laudi, & S. Rumpharij, cum Reliquijs sanctorum; & ingredientes chorum B. Mariæ, sinistram partem accipiant &c. Canonici Regulares S. Laudi: sed singulariter die Dominica in Ramis palmarum, ad processionem Metropolitanæ ipsius Ecclesiæ, hæc memorantur. *Notum* facimus, quòd dùm transit processio B. Mariæ, per terminos Parœchiæ nostræ, ferendo corpus Domini ad locum deputatum, audito cymbalo B. Mariæ, debent pulsari de majoribus signis Turris Constantiensis, in honorem Dominici corporis: & omnes debent, tam Canonici Religiosi, quàm Præsbyteri Parœchiales S. Laudi & S. Ioannis super Renellam, huic processioni interesse; & ingressi chorum B. Mariæ, more aliorum se habeant: & debent distribui singulis Canonicis nostris, æquè ac Canonicis B. Mariæ, Rami, &c. [g] VII.

g *Ibid.*

Eodem prorsus modo honorantur hi Canonici Regulares apud Ecclesiam Cathedralem Constantiensem, tum à Canonicis, tum ab Episcopo, qui est caput & moderator istius Prioratus S. Laudi Rothomagens. primus in capitulo sedet ac loquitur, jubet, monet, ac corrigit: nouitios recipit, ad professionem admittit, si voluerit, confirmat, vel annullat electionem Prioris; pontificalia & ordines exercet inibi, apud Parœchias, & Parœchianos S. Laudi & S. Ioannis supra Renellam, tanquam in proprios subditos; cùm exempti sint ab omni alio jure Episcopali: virtute priuilegiorum suorum à sede Apostolica toties indultorum: ex consensu Rothomagensium Archiepiscoporum. Multa alia, notatu dignissima, ad hujusmodi Prioratus dignitatem, spectantia, pleniore stylo, refert: quæ nos, breuitati studentes, duximus relinquenda; curiosoque lectori legenda, apud præfatum Codicem MS. Ibi etenim Domus Episcopalis, cum curia Ecclesiastica, pro ipso Domino Constantiensi Præsule. De hoc prioratu agunt quamplures. [h] VIII

h *Belforestius in Cosmograph. Galliæ vbi de Normania. Petrus Grisius. De Clericis Regularib. section 13. §. 50. Chenu, in Rothomag. Archiepiscopis. Gallia Christiana, ibid. & in Abbatijs. Beyerlinck, Ibid. Tom. 3. Theatri vitæ Humanæ verb. Episcopus pag. 250. Cironius, in notis ad Quintam compilationem Epistolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 3. Titul. 20. cap. 1.*

Cuncti Priores hujusce inclytæ Domus recensentur: eorumque gesta insigniora memorantur.

CAPVT II.

IAM Ordo Canonicorum Regularium per Neustriam florebat; & apud Aucum, ann. 1120. [a] S. Barbaram, in Algia, ann. 1128. [b] Falesiam, ann. 1132. & Burgum Achardi, ann. 1143. [c] At tempore B. Algari, Constantiensis, 47. Episcopi, per ampliùs ac fœliciùs excreuit. Vt enim præsul religiosissimus, ac pietate plenus cum euasisset: mox in cæteris, spiritus feruorem, toto animo, excitauit: & simul ferè eodem tempore, hocce Regulare institutum, apud Cæsarisburgum, phanum S. Laudi Constantiensis, & cœnobium S. Laudi Rothomagensis, erexit. Iuxta chronicam Norman. ad ann. 1150. Ita de ejusdem sanctissimi Præsulis Algari obitu agentem. *Decessit etiam Algarus, Episcopus Constantiensis, vir admodùm Religiosus; qui Canonicos Regulares posuit in Ecclesia S. Laudi de Constantino, & in Ecclesia S. Laudi Rothomagi, & in Ecclesia Cæsaris-Burgi.* Eadem ab alijs confirmantur. [d] I.

a *In Aucensi Abbatia, sup.*
b *In sancta Barbara, cap. 1. §. 5. & 6.*
c *In Falesia cap. 1.*
d *Antiquitat. MS. Norman. pag. 146. Codex MSS. S. Victor. Parisiens. in serie Episcopor. Constantiens. Canalis 3. Tom. Hierarch. Eccl. Neustr. in Archiepiscopo 50. Rothomagens.*

Igitur,

Igitur, sub Auspicijs D. *Algari*, Constantiensis Episcopi, consentiente *Hugone* 3. Rothomagensi Metropolitano; in hoc Prioratu S. Laudi primus Regularitatis parens agnoscitur.

19. *Osbertus Prior.*

Quæ omnia confirmauit postea *Eugenius* III. Papa: non anno M.CXLIV. cùm nondum ad summum Pontificatum euocatus fuisset, sed fortassis, anno. M.CXLVI.

2. *Robertus I.*

Notatur in confirmatione donationis patronatus Ecclesiæ de *Froberuilla*, facta à *Rotrodo*, Archiepiscopo Rothomagensi, ann. 1179. 15. Calend. August. quiquidem Archipræsul confirmauit eidem donationem Ecclesiæ de *Castenetio*. [e] Præterea, *Richardus* Abbas 11. S. Audoeni Rothomagens. terram quandam apud *Burdenetum*, dat ipsi Roberto Priori, & Canonicis S. Laudi, teste *Vualchello*, S. Victoris Caletens. Abbate. [f] Roberti Prioris iterum mentio habetur in confirmatione priuilegiorum hujusce loci per Lucium III. Pap. ann. 1184. & Vrbanum III. ann. 1186. Eius Tempore, fundata est Ecclesia *Belli-loci*: Anno autem 1200. idibus Aprilis, facta est conuentio inter Priorem S. Laudi, & Religiosos Belli-loci, pro electione Prioris Belli-loci; præsente *Vualtero*, Rothomagensi Archiepiscopo, *Gaufrido* tunc temporis Priore Belli loci. Qua de re, hæc excerpsimus ex Codice MS. Prioratus Belli-loci, pag. 280. & seq.

[e] *ex Codic. MS. & Schedis S. Laudi.*

[f] *Ex Magno Cartulario Abbatiæ S. Audoeni, Carta 239. & 240. Item, in paruo eiusd. Cartulario fol. 27. Carta 5. in Ambonica capitulorum & nobilium Clericor.*

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Robertus Prior, & Conuentus S. Laudi, Rothomagensis, Salutem.

Nouerit vniuersitas vestra, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1200. idibus Aprilis, coram venerabili patre nostro, Rothomagensi, *Vualtero*, Archiepiscopo, compositio facta fuit inter nos, ex vna parte; & *Gaufredum*, Priorem, & Conuentum *Belli-loci*, ex altera, assensu & voluntate Ioannis de *Pratellis*, fundatoris prædicti *Belli-loci*, in hac forma: videlicet. Quòd Canonici *Belli-loci*, mortuo Priore suo, vel ad altiorem gradum promoto, vel quocumque alio modo, cedente, de Conuentu *S. Laudi* Rothomagensis, in Priorem, quem voluerint, tenentur eligere, excepto Priore. Et si Prior, & Conuentus S. *Laudi*, infra quindecim dies, postquam requisiti fuerint, Conuentui *Belli-loci*, quem sibi in Priorem elegerint, non concesserint: licebit Canonicis *Belli-loci*, de proprio Conuentu, vel aliundè, quem voluerint, sibi in Priorem, ea vice, eligere. Prior autem electus, & apud *Bellum-locum* receptus, sacramentum præstabit super Altare, de bonis Ecclesiæ illius intrinsecùs & extrinsecus fideliter obseruãdis. Si autem aliquo tempore contigerit, quòd discordia orta fuerit inter Priorem & Canonicos *Belli-loci*, quæ per Priorem & Canonicos eiusdem loci terminari non poterit: Prior S. *Laudi*, quando vocatus fuerit communi assensu Prioris & Capituli *Belli-loci*, vel ab altera partium; ad illum locum accedere debet auxiliaturus emendare illam discordiam, pro qua vocatus fuerit, cum alijs viris religiosis. Sciendum est, Quòd Episcopus *Constantiensis*, nihil iuris sibi in Ecclesia *Belli-loci*, poterit vnquam vendicare, vel Canonicos ipsos, vel Ecclesiam suam sub interdicto concludere, vel excommunicare: similiter, nec Prior S. *Laudi*, poterit aliqua ratione, Ecclesiam *Belli-loci*, sub interdicto ponere, vel excommunicare Priorem. Præterea, sciendum est, Quòd Prior *Belli-loci*, & Conuentus, tenentur, singulis annis, soluere Priori & Conuentui S. *Laudi*, sexagintã solidos vsualis monetæ, ad duas pitantias, medietatem ad festum S. Michaelis, & aliam medietatem ad Pascha. Vt autem hoc in perpetuum firmum sit stabile, compositionem factam, præsenti scripto, & sigilli nostri capituli munimine, dignũ duximus roborandam. Testibus, Vuillelmo Constantiensi, Vualtero de S. Vualerico, Roberto de S. Paterno, Garino Archidiacono Rothomagensi, Magistro Symone, Magistro Ioanne de Vilers, Vuillelmo de Brueria, Canonicis Rothomagens. Magistro Vuillelmo de Ausnevilla, Richardo Heron, Radulfo de S. Amando,

Digitized by Google

bus, Philippo, Bajocensi: Arnulpho, Lexouiensi: Rotrodo, Ebroicensi, Episcopis, &c. [p] Denique & nostri Galliarum Monarchæ, eadem confirmant, & alia nonnulla conferunt, S. Ludouicus IX. ann. 1256. & 1258. Philippus III. eius filius: ann. 1276. [q]

p Ex Antiquo MS. Codice Abbat. Lucernæ.
q Ex Cartulario sup.

Elenchus, instantia magna conquisitus omnium Abbatum huiusce Monasterij, cum præcipuis eorum actibus & gestis.

CAPVT III.

CONSTAT, hoc cœnobium Lucernense, ab exordio suæ fundationis, Nortbertini instituti excoluisse professores; quorum antesignanus extitit. I.

B. Tankeredus, primus Prior.

Ex Britannia Armorica oriundus, in Neustriam perrexit, ad monasterium Ardenæ, ordinis Præmonstratensis, nuper erectum, propè Cadomum; vbi vnà cum alio socio, Stephano, Religionis habitum sumpsit, sub *Gilleberto*, illius cœnobij Priore, & ambo sanctæ conuersationis inibi vitam duxerunt. Sed cum ann. 1143. illorum famæ illectus amore, Guillelmus *Heiron*, Abrincensis Archidiaconus, eos maximè cuperet, pro bono totius Diœcesis Abrincatinæ, modis omnibus curauit, vt ad se venirent, (eo quòd tunc in Normania, ea sola Ardenæ domus Præmonstratensis Ordinis haberetur) quibus impetrauit à cognato suo D. Hasculpho, viro illustri, donari Capellam, quæ erat in nemore, quod *Curba fossa* dicitur. Sed paulò post obijt, nimirum 8. idus Iunij ann. 1144. in cuius pectore crux lactea, in hora mortis apparuit. [a] Hinc mendosè scribitur Tancheredus I. Abbas, mortuus 26. Iunij: [b] cùm solummodò primus Prior extiterit; migraueritque in cœlum die sexta Iunij, & sequenti luce terræ humatus sit: de quo aliàs sermo iterum redibit. [c] *Stephanus* verò, socius eius, moritur 19. Octob. [d]

a Ex schedis Abbatiæ de Ardena. Ex Codice MS. venustæ Abbatiæ Lucernæ, & ex obituarijs eiusd. locor.
b Necrologium Falesiæ.
c In Neustria Sancta 6. Iunij.
d Ex obituario Ardenæ.

1. *B. Tescelinus, primarius Abbas.*

De eo hæc refert antiqua Codicis MS. lectio. *Anno Domini 1144. promotus est ibi in Abbatem piæ memoriæ D. Tescelinus, circa festum S. Sebastiani*, & iterum. *Anno Domini 1156. obijt Tescelinus primus Abbas 15. calend. Februar.* [e] De die obitus conuenit Necrologium Lucernense: [f] Falesianum verò agit de eo 5. die Februarij. [g] II.

e In præfato Codice MS. Lucernensi.
f Ex Obituario Lucernæ.
g Ex Obituario Falesiæ.

2. *Ansgotus.*

Anno Domini 1157. 11. Calend. Maij, suscepit frater Ansgotus curam Lucernensis. Ecclesiæ ita Codex MS. qui & sequentia inferius addit. Anno 1206. vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ, Ansgotus Abbas, cùm huius Ecclesiæ curam, per 49. annos, sex mensibus, & quinque diebus minus habuisset, ætatis suæ insufficientiam metuens, ordinis consilio requisito, de bona sua voluntate, resignauit vtiliori eam committi desiderans: qui postea obijt 10. Calend. April. Hic Ansgotus, tempore suo, viriliter & egregiè rexit; multosque habuit processus, tam contra Abbatem, & Conuentum montis S. Michaelis, pro Ecclesia S. Ioannis le *Thomas*, quam contra Fulconem *Paganelli* & Lescelinam de *Gripone*, vxorem eius, filiam Halculfi de *Suligneyo*, & Dionysiæ de Abrincis vxoris eius: & alios. [h] Moritur ergo 10. Calend. April. [i] Fit autem commemoratio de eo, die 10. April. [l] illius meminit Cartularium Abbatiæ de *Hambeya*. [m] Denique G. Abbas S. Seueri; & ipse Ansgotus componunt pro Decima Lucernæ: ex libro nigro sup.

h Ex Codice MS. sup.
i Ibid. & ex Obituario eiusd.
l Ex Obituario Falesiæ.
m Ex Cartulario Hambeyæ. fol. 37.

3. *Radulphus de Dragavilla.* III.

Canonicus professus, & prior, ac postea Abbas Lucernæ: notatur ad ann. 1213. & 1216.

Digitized by Google

& 1216.[n] in fata conceſſit, non octauo.[o] Sed ſeptimo idus nouemb.[p] Agitur autem de eo memoria, die 2. Aprilis.[q]

4. *Daniel, defunctus, 7. idus Septemb.*[r]

Non autem 18. die Octob.[ſ] perperam *Dauid*, vocatus:[t] niſi eius eſſet agnomen familiæ; qualis etiam nunc in *Calcegio* habetur ex qua pro genitus R. P. Didacus *Dauid*, in noſtra Reformatione Recollectorum, propter Regularis obſeruantiæ zelum, nominatiſſimus; mortuus Pariſijs, & in Conuentu noſtro, ad ſuburbium San-martinianum ſepultus, ann. 1629. Alia etiam extat ejuſdem agnominis familia Rothomagi, cum qua conjunctus ſum affinitate.

5. *Richardus.*

Migrauit ad Dominum, idibus Martij,[u] non autem Calendis Aprilis: ex Necrologio *Faleſiano*.

IV. ### 6. *Thomas.*

Abijt in cœlum, 21. Calendas April. juxta Codic. MS. Lucernenſe: cui mendum ineſt, in litteris arithmeticis: dicendum itaque eſt, 11. ſeu, pridie Calendas Aprilis, hoc eſt, die 31. Martij,[x] non verò, 18. April.[y]

7. *Nicolaus Boutereje, electus 1235.*

Obiiſſe die 30. Iunij,[z] ſeu, 28. Nouemb. perperam legitur:[aa] ſed rectius, Calendis Decembris: notatur ad ann. 1235. & 1253. quo menſe Auguſti, nonnulla Tractat cum *Philippo* Priore, & fratribus Domus Dei Conſtantienſ. Multos quoque emit redditus pro augmento Abbatiæ ſuæ.[bb]

8. *Petrus de Thomeuilla, ſeu Thoruenilla, Rectius de Touruilla.*

Memoratur, ann. 1257. & 1274. exceſſit è vita 11. Calendas Iulij, ſeu pridie Calend. Iulij.[cc] non autem, ex errore, die 24. Iulij.[dd]

9. *Ioannes de Boutereje, Bolleroye.*

Ann. 1275. rexit annis quinque: debitum mortis exoluit, 12. Calend Iulij,[ee] mendosè ergò aliàs habetur 11. Calend. Iulij,[ff] vel die 23. Iunij,[gg] & 13. Iulij.[hh]

10. *Ægidius de Muſca, viuebat ad ann. 1289.*[ii]

V. ### 11. *Robertus Ioannis, ann. 1290.*

De eo hæc refert Codex MS. *Rexit* ann. 36. obijt, ann. 1326. 17. Calend. Decemb: ſepultus in Capella, quæ nunc dicitur SS. Michaelis & Gatiani: ſed Tumba, ſeu Epitaphium eius, in quo nomen eius, & obitus ſcribitur, tranſlatũ & poſitũ fuit ſuper fratrem Ioannem de Rocherio, Abbatem, qui jacet in capitulo. Hic habuit multos proceſſus, & maximè contra monachos de monte S. Michaelis. Hujus tempore capella B. Mariæ, à Dominis de *Rochella*, & Capella S. Ioannis Baptiſtæ, poſt ipſam, à D. Radulpho de *Bello campo*, milite, auctæ fuerunt, & ſunt ambæ à dextrâ parte chori. Hic fecit fieri aulam & cameram Abbatis, poſt dormitorium; in qua erat Capella SS. *Rionis & Maudeti*; Fecit etiam fieri campanam magnam noſtræ Dominæ, ann. 1317. & durauit vſque ad ann. 1532. quando rupta fuit ad aduentum Regis Franciſci I. quæ poſtea reparata fuit, per D. Ioannem de *Pyrou*, & alios religioſos hujuſce Abbatiæ, ann. 1535. die 4. Auguſti, tempore Franciſci *de la Guiche*, Abbatis Commendatarij.[mm] Itaque Deo animam reddidit, 17. Calend. Decemb.[nn] ex quo erroris arguuntur, aſſerentes id eueniſſe 22. Octobris,[oo] 16. Nouemb.[pp] ſeu 1. Decemb.[qq]

12. *Thomas 2. Barbou, nominatur 1326.*

Ex S. Dionyſio *le Veſtu*, Oriundus, Conſtantienſis Diœceſ. rexit ann. 8. ſpiritum exhalauit, ann. 1334. 11. Calend. Martij. Iacet juxta chorum Eccleſiæ, ſub Tumba, quæ eſt ante Capellam B. Mariæ Virg. *Hujus tempore, factus fuit quidam bonus Rotulus, de redditibus hujus Monaſterij: qui multùm inſequitur Rotulum fratris Roberti*, Mo-

n *Ex Codice MS. ſup. & ex Cartulario Hambeyæ fol. 62*
o *Ex Obituario Montis Dei.*
p *Ex Codice MS. ſup. & Obituario Lucernæ, ac Sylliaci & Bellæ ſtellæ.*
q *Ex Obituario Faleſiæ.*
r *Ex Codice MS. ſup. & Obituario Lucernæ.*
ſ *Ex Obituario Faleſiæ.*
t *Ex Obituario Sylliaco.*
u *Ex MS. Codice, ſup. & Obituario Lucernæ.*
x *Ex Obituarijs Lucernæ. Bellæ ſtellæ, Sylliaci, & Montis Dei.*
y *Obituarium Faleſiæ.*
z *Ibid.*
aa *Ex Obituario montis Dei.*
bb *Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.*
cc *Ibid & ex Obituario Bellæ ſtellæ, Sylliaci, ac montis Dei.*
dd *Ex Obituario Faleſiæ.*
ee *Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.*
ff *Ex Obituarijs Sylliaci, & montis Dei.*
gg *Ex Obituario Bellæ ſtellæ.*
hh *Ex Obituario Faleſiæ.*
ii *Ex Cartulario Lucernæ.*
mm *Ex Codic. MS. ſup.*
nn *Ibid. & Obituarium Lucernæ.*
oo *Obituarium Faleſiæ.*
pp *Obituarium Bellæ ſtellæ.*
qq *Obituarium Sylliacum.*

relli, *qui factus fuerat ann.* 1294. & 1295. [tt] Dies tamen obitus eius apud alios variatur. [ſſ]

tt Ex Codic. MS. sup. ſſ Obituarium. Bellæ stellæ, 15. Februar. Falesiensis 5. Martij. tt Ex Codice MS. sup. & obituarium Lucernæ.

13. *Radulphus 2. Clerici, electus 1334.*

Dictus est etiam, *De Landa*, & quod oriundus esset de *Landa Aronis*, Constantiens. Diœcesis; diu rexit valdè, & redditus Abbatiæ diligenter procurauit. Debitum mortis exoluit 17. Calend. April. ann. 1370. Quo tempore, ob bella inter Gallos, Nauarræos, Anglosque exorta, diruta, ac penè destructa fuit Abbatia. [uu] VI.

14. *Thomas 3. Tacon.*

Murdaqueriæ natus, rexit, ann. 8. diemque clausit extremum 15. Calend. Aug. [uu] Non autem die 17. Augusti, [xx] ann. 1378.

uu Ibid. xx Ex Obituario Falesiæ.

15. *Ioannes 2. de Talenda, seu Talleuenda.*

Nobili genere progenitus, patrem habuit Dominum de *Mesnillo Roberti*, Constantiens. Diœces. Rexit tamen, vt fertur, miserè & inerter: quasi annis octo: nempe, ab ann. 1378. die sexta Martij: vsque ad ann. 1396. sexto idus Februarij, quo in humanis esse desijt. [yy] Alijs verò diebus, de eo habetur commemoratio. [zz] Iacet juxta Capellam S. Dionysij, in dextra ala, juxta chorum, videlicet, ante magnam piscinam, seu lauatorium.

yy Ex Codice, MS. sup. zz Obituarium Montis Dei 15. Februar. Obituarium Falesiæ, 24. Februarij.

16. *Ioannes 3. de Rocherio, du Rochier.*

E *Gaurejo* originem trahebat, eius electio fuit per tempus aliquot ab alio altercata; sed à summo Pontifice, remissus ad Abbatem generalem Præmonstrati, ab ipso benedictionem accepit & confirmationem: cujus tempore reædificata fuit turris vsque ad summitatem Ecclesiæ; & porta, vsque ad pinnaculum nauis Ecclesiæ. Iacet in capitulo, sub Tumba Roberti *Ioannis*, Abbatis, vti superius notauimus. Rexit quasi 11. annis: excessitque è vita ann. 1407. Calendis Maij, [A] non vero 13. Maij. [B] VII.

A Ex Codice, MS. sup. B Ex Obituario Bellæ stellæ.

17. *Philippus Badin.*

De sancto Petro de *Laugier* oriundus. Bacchalaureus erat in Decretis, & vir altæ scientiæ: multa recuperauit, auxit, ac reædificauit, & Abbatiam in statu honesto reliquit. Ferunt hunc, primum lapidem jecisse in fundamentum Grandisvillæ, multis præsentibus viris illustribus, ann. 1440. tempore Caroli VII. Reg. Franc. [C] Porrò, ann. 1422. præsidet electioni Richardi *l'Oyson*, in Abbatem Bellæ stellæ. Item, ann. 1425. à Roberto le *Charettier*, electo confirmato in Abbatem de Ardenna, juramentum accepit. Idem quoque Philippus Abbas, cum ipso Roberto Ardenæ Abbate præsunt electioni noui Abbatis Blancæ Landæ, ann. 1447. Mortuo Abbate, Thoma de *S. Lando*, & alius Thomas de *S. Lando* electus est Abbas. [D] Ferè 45. annis, viriliter istam gubernauit Ecclesiam; jacet ad læuam, in Capellis nouis, quas fieri fecerat, sub Tumba quasi marmorea; sepultus est subter altari erecto, in Capella de *Solignejo*, cum Gaufrido *le Court*, & Richardo de *Laual*, Abbatibus: postquam obdormisset in Christo, ann. 1452. 14. Calend. Iunij. [E]

C Ex Codice, MS. sup.

D Ex Cartulario MS. libri nigri Lucernens. E Ex Codice, MS. & Obituario Lucernæ, ac Bellæ stellæ.

18. *Gaufridus le Court.*

Thomas, Abbas, S. Nicolai Blancæ Landæ; & Petrus, Abbas montis Dei, veniunt Lucernam ad electionem futuri Abbatis ann. 1452. [F] in qua electus est ipse Gaufridus: qui honestè rexit annis 11. & 4. mensibus: insignia fecit fieri Pontificalia, quæ portandi licentiam habuit. Cathedras chori construxit; multa reparauit, aliaque bona fecit, sepultus est in Capella S. Petri, juxta prædecessorem Abbatem; cùm obijsset, ann. 1463. pridie Calend. Octob. [G] Alius Abbas vocatur *Thomas*, & obijsse legitur, 30. Septemb. [H] qui dicitur Thomas *Viuianus* in Scacario, ann. 1463. [I] VIII

F Ex libro nigro, sup. G Ex Codice MS. & Obituario Lucernæ. H In Obituario Bellæ stellæ. I Ex compendiosa relatione Scacariorum, pag. 497. K Ibid. pag. 550.

19. *Richardus 2. de Laual, interest Scacario, ann. 1464.* [K]

De *Montemartino*, (rectius de *Montemorencio*) exortus: etiam Ardenæ Abbas extitit;

sit; portam introitus Curiæ; postes & arcus claustri, prius de ligno, fecit ex lapide Claustrum & Dormitorium restituit. Excessit e viuis ann. 1490. 5. idus Iunij. L De eo memoria agitur, 29. Iunij. M

L Ex Codice, MS. & Obituario Lucernæ.
M In Obituario Falesiæ.

20. *Richardus 3. de Laual.*

Præfati nepos, cui primò successit huic cœnobio, per annos 9. Deindè Abbatiæ de Ardena; vbi vitam finiuit, ann. 1507. N

N Ex Codic. MS. sup.

21. *Franciscus Caignou, vel Coignon.*

Hic Bacchalaureus erat in Decretis, & Religiosus professus Bellæ stellæ; qui cùm à suo Abbate, Thoma, ablegatus fuisset cum authoritate, in Abbatiam de Lucerna, ann. 1507. Abbas illic renuntiatus, præfuit ann. 22. Interim Ioannes *Ferey*, Abbas montis Dei, ann. 1525. illi agnoscit filiationem Abbatiæ suæ. O Porrò apud Lucernam, magnam domum Abbatialem fieri fecit; clausuram restaurauit, & priuilegia confirmari fecit à Rege Francisco I. Tandem cœlestia petiuit ann. 1528. sepultus apud Ardenam: quo obierat, tertio Calend. Augusti. P fit de eo memoria 1. Septemb. Q

O Ex libro nigro sup.
P Obituarium, & Codex MS. Lucernæ.
Q In Obituario Falesiæ.

22. *Gabriel de Grandmont.*

IX. S. R. E. Cardinalis Episcopus, rexit Abbatiam ann. 2. scilicet, 1529. & 1530. deindè eam dimisit. R

R Ex Codice, MS. sup.

23. *Franciscus 2. de la Guiche.*

Frater Abbatis de *Bello-Becco*, Abbas Commendatarius: cujus regiminis ann. 10. Michael *Roger*, catalogum Abbatum conscripsit. S

S Ibid. & Petrus à sancto Iuliano, lib. 2. Antiq. Matisconi pag. 327.

24. *Frater Ioannes 4. de Pirou.*

Electus Abbas ann. 1540. T moritur die 24. Februarij. V Porrò, ann. 1543. insula de *Chauseyo*, in qua erat Conuentus minor. fratrum, ab Anglis vastata est, & locus penitus destructus. X

T Ex Codice MS. sup.
V Obituario Falesiæ.
X Ex Codice MS. sup.

25. *Odo de Castillione.*

S.R.E. Cardinalis Abbas Commendatarius, ann. 2. nempe ab ann. 1548. vsque 1550. Y

Y Ibid.

26. *Andreas de Guidotti.*

X. Anno 1551. die 26. Augusti possessionem Abbatiæ accepit: cujus Abbas extitit Commendatarius 20. annis: spiritumque emisit ann. 1571. pridie idus Martij, sepultus in naui Ecclesiæ: Z illius memoria habetur, 31. Martij. a

Z Ibid. & Obituarium Lucernæ.
a Obituarium Falesiæ.

27. *Frater Ioannes 5. de Grimonuilla.*

Ex sancti Michaelis in periculo maris Priore maximo, hac Abbatia potitus est, quam tribus circiter annis gubernauit. b

b Ex Codice, MS. sup.

28. *Renatus Iourdain.*

Mortuo præfato Ioanne, hic sub titulo Commendatarij hanc rexit Abbatiam, ann. 20. quo tempore nullum non mouit lapidem, vt omnia in pristinum reduceret statum; terras, census, & redditus non paucos abalienatos, domui restituit; ac tandem post multos pro religione susceptos labores: è ponte Vrsino, Domum liber reductus, vnde hæretici captum extraxerant, diem clausit extremum, 14. Calend. Ianuar. c

c Ibid. & Obituarium Lucernæ.

29. *Frater Petrus Morillant.*

Ann. 1592. die. 10. Maij, receptus fuit hîc in Abbatem.

30. *Frater Ioannes 6. à Bellaria.*

XI. Nobili genere natus, habitum religionis recepit in Prioratu Conuentuali S. Thomæ martyris de *Bloteria*, de la *Blouttiere* Canonicor. Regular. Ordin. S. Augustini; ann. 1584. die 3. Ianuar. & anno sequenti, professionem emisit, die penulti-

ma Septembris. Deindè ann. 1599. die 11. Decemb. habitum Ordinis Præmonstratens. recepit à D. Iacobo *Morisio*, Doctore Theologo, ac Prouinciali, in monasterio de Ardena: postea, Abbas factus Lucernæ, ann. ...... Migrauit in cœlum ann. 1634. 16. Calend. Iulij, sepultus in medio Ecclesiæ, ante majus Altare: [d] vir sanè pietatis, humilitatis, & feruoris, ac Regularis disciplinæ, zeli penitùs incredibilis; vti expertus sum, ann. 1612. & 1613. Fama virtutis eius vbique peruolante; authoritas illi demandatur à R. P. Francisco de *Longoprato*, Abbate generali Præmonstrati, vt visitet 4. cœnobia eiusdem sui Ordinis, nempe, Belli-portus, Bellæ-stellæ, Ardenæ, & montis Dei, ann. 1602. qua de re Cardinalis Burghesius scripsit ex parte suæ sanctitatis ad nuntium Apostolicum in Francia, Vbaldinum, scilicet, Episcopum Politianum, ann. 1607. quibus paruit mandatis nuntius ipse Apostolicus: eamque delegationē Rex Galliæ in suo consilio acceptat ac permittit. De die fœlicis eius ad Deum transitus; 16. Calend. Iulij, conueniunt complures, [e] alij verò die præcedenti. [f] Illius meminit, R. P. Ioannes le *Paige*, quando ex delegatione sibi facta, eam Lucernæ Abbatiam visitauit, ann. 1615. [g]

d Ibid. Codex MS. sup.

e Necrologia Lucernæ, Sylliaci. Bellæ stellæ, montis Dei.

f Obituaria Ardenæ & Falesiæ.

31. Frater Franciscus 3. à Bellaria.

Præfati nepos, Religiosus professus: cui resignata fuerat Abbatia ann. 1631. vitam nunc ducit, virtute, & exemplari religiositate insignem; ann. 1644.

Præter hos omnes præfatos, quosdam inuenio Abbates, in serie hac minimè XII. comprehensos: qui tamen ne pereat illorum memoria, hic annotati sunt, nimirum.

Gaufridus le Bouclier, idibus Februarij. [h]

Marinus de Cauroy, ceu de Cauron, 5. idus Ianuar.

Iuelinus 4. idus Ianuar. [i] *Michael, Calendis Decembr.* [m]

g Le Paige, lib. 5. Bibliothec. Præmonstr. pag 1015.

h Ex Obituario Lucernæ.

i Ex Obituario Falesiæ.

l Ibid.

m Ex Obituario Bellæ-stellæ.

Quo ad jurgium spectat inter Ardenam & Lucernam, pro prioritate loci, & di- XIII gnitate subordinationis: Habetur extractum authenticum ex Archiuo Præmonstrati signatum & sigillatum, pro circarijs ipsius Ordinis, ann. 1516. vbi Ardenæ Abbatia nominatur inter filias Lucernæ: sic enim exprimuntur.

In Circaria Normaniæ Borealis.

Ecclesia de *Lucerna*, Abrincens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Blanca Landa*, Constantiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Stella*, Carnotens. Diœces. filia Præmonstratens.

In Circaria Normaniæ Australis.

Ecclesia de *Sylliaco*, Sagiens. Diœces. filia Præmonstratens. Ecclesia S. Ioannis de *Falesia*, Sagiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia *Bellæ stellæ*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia de *Ardena*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Montis Auxilij*, alias montis Dei, Lexouiens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Insulæ Dei*, Rothomagens. Diœces. filia Sylliaci. Ecclesia de *Bellosanna*, Rothomagens. Diœces. filia insulæ Dei. [n]

Quæ ordinatio extat postea confirmata præfato Ioanni à *Bellaria*, Lucernæ Abbati, ann. 1603. in commissione sibi facta, per D. Franciscum à *Longoprato*, Abbatem generalem Præmonstrati. [o]

n Le Paige, lib. 1. sup. cap. 18. Prunneure, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 78.

o Prunneure, sup.

At, vt verum fatear, parùm hæc me mouerent; cùm constanter probetur, contrarium. Nam ex Chronologia, quæ fax est historiæ, certum constat, Ardenam, prioritate temporis, antecedere Lucernam. Illa quippe fundata conspicitur ann. 1121. hæc autem 1143. Deindè, vtrobique clarè legimus, Religiosos viros B. Tankeredum, & Stephanum, Ardena, Lucernam adductos: eo quòd nulla alia tunc adesset domus istius ordinis in tota Normannia, præter ipsam Ardenam: vbi illi serui Dei, religionis habitum sumpserant sub Gilleberto Priore. [p] Falsitatis autem, vel erroris ista manuscripta arguere, quid est aliud, quam nodum quærere in scirpo, & in sole næuum?

p Ex Codice MS. Ardenæ & Lucernæ.

DE NOA

Digitized by Google

DE NOA.

VVLGÒ, DE LA NOVË.

I. FVNDATVR ann. 1144. Calendis Ianuarij: eſtque Ordinis Ciſtertienſis, Diœceſ. Ebroicenſ. media in via, qua Conchis itur Ebroas, S. Mariæ Virgini ſacrata: nulla autem in libris Cameræ Apoſtolicæ præfixa illi taxa pro Annatis. Monachis verò ex Ioyaci Abbatia, in agro Senonenſi, illuc directis, præficitur primarius Abbas Garinus; adeòque ſpectat ad lineam Pontiniaci. [a] Mathildis Imperatrix, Henrici quondam Angliæ Regis filia, præcipua fundatrix huiuſce loci dicitur. [b]

II. Tam parua huiuſce cœnobij nobis illuxit notitia; vt pauca Abbatum illius nomina hæc occurrerint.

1. *Garinus.*

Primarius Cœnobiarcha: ità enim habetur in Necrologio eiuſd. loci. 23. *Septembris, Guarinus primus Abbas de Noa.*

Guarinus 2.

Eius nominis Abbas: qui quædam conciliat ad Lyrenſes monachos ſpectantia: ann. 1222. [c] Nominatur etiam pro rebus Abbatiæ Conchenſis, ann. 1227. [d] Cùm autem jam ab ann. 1230. quædam ſoluere deberet Abbati de Cruce S. Leufredi: Tractatus tandem amicabilis inter vtrumque Abbatem compoſitus eſt ann. Chriſti 1245. [e]

Radulphus Hebertus, obijt ann. 1506. die 5. Iulii. [f]

Ioannes Feret.

Viuebat ann. 1547. ex quadam illius Eccleſiæ Tabula ſupra altare poſita, varijs decorata picturis: vbi notatur, alia quamplura etiam feciſſe.

Robertus Quenel.

Primus Abbas Commendatarius, obijt ann. 1583.

Gabriel Guenel.

Eius pronepos, atque ſucceſſor: poſtea Conchenſis Abbas.

Carolus de la Rocque.

Theſaurarius Metropolitanæ Eccleſiæ Rothomagenſis, moritur ann. 1616.

Tempore Philippi Auguſti, Reg. Franc. Inquiſitione facta apud Rothomagum coram Epiſcopo Syluanectenſi, & Domino G. de Boia, ſuper his, quæ Abbas de Noa, & Abbatiſſa S. Saluatoris, &c, habent in foreſta Ebroicenſi: confirmatum eſt illorum jus. [g]

a *Manriquez Tom. 1 Annal. Ciſtercienſ. cap. 8. §. 2. & 5. ad ann. 1144. Gallia Chriſtiana, in Epiſcop. Ebroicenſ. & in Abbatijs.*
b *Tom. 3. Monaſtici Anglic. in cœnobijs Gallicanis. pag. 224*
c *Ex Cartulario paruo MS. Abbat. Lyræ. fol. 92.*
d *Ex Cartulario Abbat. Conchenſ. fol. 144.*
e *Ex Cartulario, Abbat. de Cruce fol. 11. & 47.*
f *Ex Obituario Abbat. de Noa.*
g *Codex MS. magnus fol. 16. pag. 1 [illegible] apud D. de [illegible] d'Herouual.*

ANN. 1144.

DE STRATA,

VVLGO DE L'ESTREE.

Manriquez, Tom. 1 Annal. Cisterciens. ad ann. 1144. cap. 8. §. 1. & 10. Gallia Christiana, in Episcop. Ebroicens. & in Abbat.

EXtat juxta Drocas, in Diœcesi, Ebroicensi; Fundaturque ann. 1144. est autem Ordinis Cistertiensis, filia Pontiniaci. a I.

Apud Cartulatium magnum Abbatiæ Fontanellens. sub littera N. 1. Carta 2. Extat Littera officialis Ebroicensis, pro quadam domo, quam dedimus Abbati de *Strata*.

Circa Ann. 1144.

S. LAVDVS,

VVLGO, S. LO.

Antiquitas ac dignitas huiusce Prioratus: tum ex S. Mellono, tum ob Reliquias sacras SS. Laudi, &c. cuius priuilegia, exemptiones, Regularitas, à summis Pontificibus, Rothomagensibus Metropolitanis, & Episcopis Constantiens. confirmantur.

CAPVT I.

I. PRIORATVS est Ordinis Canonicor. regularium, in media nunc ciuitate Rothomagensi situs: cuius initium loci refertur ad illud memorandum, quod operatus est S. *Mellonus*, Archiepiscopus Rothomagensis, dùm Rothomagum venit, circa ann. 265. Nam, pergens in Templum Rothy idolo consecratum, dæmonem indè expulit, ostensum in specie simiæ: quem jussit abire in locum desertum: comminutis prius aris cunctis & simulacris. Vbi, Christo Saluatori B. Mellonum primum erexisse volunt crucis trophæum, condita Ecclesia, sub sanctissimæ Trinitatis inuocatione; in qua conuocatum qualibet die Dominica fidelem populum, Diuino in cultu erudiebat, sacrificium incruentum offerebat, ac salutis subsidia suis ouibus impertiebatur. Interim autem, in viro, *Pracordio*, nuncupato, vis eius enituit; qui obdormiens, in sermone eius, è tectus domus ceciderat, atque expirauerat, quem viuum reddidit, ac postea sacris ordinibus initiatum, Præsbyterum illius loci instituit: a quæquidam Basilica postea S. *Laudi* nomen obtinuit.

II. Scriptum esse non ignoramus S. Mellonum, illic sedem suam Archiepiscopalem primitus fixisse: ex carta, de processione Religiosorum huiusce Prioratus, cum Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ B. Mariæ Virg. in qua illud legitur. *Nos, qui ab Antiquo Cathedralem Ecclesiam, à B. Mellono, Rothomagensi Prothoantistite, in loco nostri Prioratus & Parœchiæ Fundatam habueramus*, &c. b Quæ quidem verba, parùm, aut, nihil officiunt. Scimus etenim ipsum S. Pontificem, complures alias ædes sacras ea in vrbe extruxisse: è quarum numero illam producunt, quæ modò *S. Maria Rotunda, nostre Dame la Ronde*, appellatur: eratque priscis illis temporibus parua ædicula

a Ex gestis S. Melloni Rothomag. Archiepiscopi.

b Ex Codic. MS. D. Thomæ Auice Canonici Regal. & vicarii S. Laudi Rothomag. De Antiquitate ac dignitate Prioratus S. Laudi Rothomag. Extat in Bibliotheca Domini Bigot Senatoris Rothomag. l. 13

ædicula, ſeu Capella, B. Virgini Mariæ, Deiparæ, dicata, intra fines Parochiæ, ſeu Prioratus S. Laudi, antiquitùs, S. Saluatoris, ſita: in qua volunt præfatum S. Mellonum, primordia ſedis Epiſcopalis conſtituiſſe. Nec etiam me latet quoſdam arbitrari aliam quoque Eccleſiam eidem B. Virgini Mariæ inibi ædificaſſe: (quæ deindè, S. Gildardi, vulgò, *S. Godard*. nomen tulit) & ab initio ſedem obtinuiſſe Pontificalem: protendebaturque vſque ad dictum Prioratum S. Laudi, ſed & hoc parergon eſt.

III. Verùm hic locus peramplius excreuit: ex acceſſu SS. Reliquiarum, B. *Laudi*, & ſociorũ, vndè poſtea nomen ſortitus eſt. Nam cùm Normanni adhuc pagani vbique per Neuſtriam diſcurrerent, cædibus & ſtrage cuncta replerent, omniaque expilarent, vrbes tandem captæ ſunt, oppida diruta, Eccleſiæ deſtructæ, clerus & populus diſperſus, & corpora ſanctorum aliò exportata. [c] *Rollone autem* potentiſſ. (eorum) Duce ſacræ fidei, & ſecundæ regenerationis fonte renato, in ann. 912. indictione 14. & poſt biennium, cum Carolo Rege pacificato, corpora SS. Conſtantienſium Epiſcoporum Laudi, atque Rumpharij, quæ exportata fuerant, Rothomagum ſunt delata, atque in Eccleſia S. Saluatoris, conceſſu Rollonis, recepta. Igitur Rollo, qui & Robertus, nomine ſacri baptiſmatis, dedit eamdem Eccleſiam (in qua ſunt prædictorum corpora ſanctorum ſuſcepta) Beato Laudo, necnon & Domino Theodorico, qui tunc temporis Epiſcopus Conſtantienſis erat, & omnibus ſucceſſoribus eius, jure perenni: Terram quoque juxta prædictam Eccleſiam, vbi maneret Epiſcopus cum clericis ſuis, qui Eccleſiæ ſeruirent.

c Vide apud Neuſtriam Chriſtianam in Conſtantienſ. Epiſcopo 33. §. 3.

IV. Quia ergò Conſtantienſis pagus, Chriſticolis vacuus erat, & paganiſmo vacabat: prædictus Conſtantienſis Epiſcopus, B Laudo, & ipſius Eccleſiæ, Rothomagi ſeruiebat, ibique ſicut in ſede propria, ſedebat. Ipſa quoque Eccleſia, quæ tranſacto longo tempore, vocata fuerat S. Saluatoris; ob honorem & merita ſancti & glorioſi hoſpitis, nominatur, & eſt S. Laudi. Reuiuiſcente verò, gratia Dei, Religione Chriſtiana, Conſtantijs, & eiuſdem circumquaque finibus, & deliberatione, & temporis, & rei neceſſitate, veniebat huc ſæpèdictus præſul, diſpoſitiſque Eccleſiaſticis, proprijſque negotijs, Rothomagum reuerſus, ibi velut in propria ſede, morabatur; ſcilicet, Epiſcopale officium agens liberè in Eccleſia S. Saluatoris, ſicut in Conſtantienſi. Hæc igitur eſt vera & certa ratio, qua nunc vſque Conſtantienſis præſul, nominatur Epiſcopus de S. Laudo. Sederunt itaque ibi præcipuè, quàm Conſtantijs, quinque Epiſcopi: prædictus videlicet Theodoricus, Herbertus, Algemundus, Giſlebertus, & Hugo. Poſt hos quoque Herbertus, vno tantum anno; & Robertus, qui fuerat Epiſcopus Lexouij; ſederunt apud S. Laudum, ſupra Viram fluuium. [d]

d Ex Codice MS. nigro Eccleſiæ Conſtantienſ. Vide ſupra in Epiſcopo 36.

V. Ex quibus clarè conſpicitur, eam Eccleſiam nuſquam Titulo S. Trinitatis inſignitam fuiſſe ſed *S. Saluatoris* nomen retinuiſſe, quippe quæ Chriſto Saluatori dicata eſſet, licet ſub inuocatione ſanctiſſimæ Trinitatis. Illic moraturus deinceps ipſe Theodoricus Epiſcopus Clericos, & alios Eccleſiaſticos miniſtros inſtituit; quibus præfatus Dux Rollo, bona haud modica ſuppeditauit. Poſtea vero Hugò, Epiſcopus, 40. Conſtantienſis, circa ann. 1020. *Septem Canonicos, de his, qui Conſtantienſi Eccleſiæ deputandi erant, ad ſæpe dictam Eccleſiam S. Laudi vbi Rothomagi morabatur, tranſtulit*, [e] quos Hugo, Epiſcopus 43. Conſtantienſis exindè poſtea Conſtantiam reuocauit.

e Codex MS. Eccleſ. Conſtantienſ. ſup. vide in Epiſcopo 40.

VI. Porrò, ob crebra, magnaque illic cœlitùs edita, ad inuocationem S. Laudi, miracula, Hugo 3. Rothomagenſis Archiepiſcopus, hanc Eccleſiam Deo conſecrauit ſub nomine ipſius S. Laudi, datis indulgentijs cunctis fidelibus, eo die, illam piè viſitantibus: quamque ædem mox dotauit ac ditauit pluribus poſſeſſionibus, præbendis, ac beneficijs. Sed & cùm B. Algarus, Conſtantienſis Epiſcopus 47. illic Regularitatem introduxiſſet: huic operi idem Hugo 3. Metropolitanus vltrò conſenſit, vti videre eſt in Diplomate Pontificio Eugenij III. Papæ illud inſtitutum confirmantis.

Eugenius, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filijs Osberto, Priori S. Laudi de Rothomago, & eiuſdem fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regulariter vitam profeſſis: ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Religioſis deſiderijs dignum eſt præbere facilem conſenſum; vt fidelis deuotio

celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, venerabilium fratrum nostrorum, Hugonis Archiepiscopi Rothomagensis, & Algari, Constantiensis Episcopi, precibus inclinati, Ordinem Canonicum, secundum B. Augustini Regulam, quam per Dei gratiam, eiusdem fratris nostri, Constantiensis Episcopi studio annuente, professi estis, sedis Apostolicæ authoritate firmamus; vt in eadem Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur, nec alius ibi de cætero, nisi Regularis instituatur, præsenti decreto, sancimus: &c. [f] Hinc Rotrodus, Galterius, &c. Rothomagenses Archipræsules eumdem prioratum non minoris pietatis obseruantia prosequuti sunt.

f Codex MS. Thomæ Auicti sup.

VII. Propterea, Canonici hi Regulares, S. Laudi, ita à Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ condigno honore sunt habiti, vt ferè pari gradu, & loco atque consessu, inter eos, censerentur. Nam juxta chartam, de ordine processionis publicæ Rothomag. *Mouente* processione, vexilla sequuntur per ordinem, crux, & cerei, deindè capsulæ S. Laudi, & S. Rumpharij, cum Reliquijs sanctorum; & ingredientes chorum B. Mariæ, sinistram partem accipiant &c. Canonici Regulares S. Laudi: sed singulariter die Dominica in Ramis palmarum, ad processionem Metropolitanæ ipsius Ecclesiæ, hæc memorantur. *Notum* facimus, quòd dùm transit processio B. Mariæ, per terminos Parœchiæ nostræ, ferendo corpus Domini ad locum deputatum, audito cymbalo B. Mariæ, debent pulsari de majoribus signis Turris Constantiensis, in honorem Dominici corporis: & omnes debent, tam Canonici Religiosi, quàm Præsbyteri Parœchiales S. Laudi & S. Ioannis super Renellam, huic processioni interesse; & ingressi chorum B. Mariæ, more aliorum se habeant: & debent distribui singulis Canonicis nostris, æquè ac Canonicis B. Mariæ, Rami, &c. [g]

g Ibid.

VIII Eodem prorsus modo honorantur hi Canonici Regulares apud Ecclesiam Cathedralem Constantiensem, tum à Canonicis, tum ab Episcopo, qui est caput & moderator istius Prioratus S. Laudi Rothomagens. primus in capitulo sedet ac loquitur, jubet, monet, ac corrigit: nouitios recipit, ad professionem admittit, si voluerit, confirmat, vel annullat electionem Prioris; pontificalia & ordines exercet inibi, apud Parœchias, & Parœchianos S. Laudi & S. Ioannis supra Renellam, tanquam in proprios subditos; cùm exempti sint ab omni alio jure Episcopali: virtute priuilegiorum suorum à sede Apostolica toties indultorum: ex consensu Rothomagensium Archiepiscoporum. Multa alia, notatu dignissima, ad hujusmodi Prioratus dignitatem, spectantia, pleniore stylo, refert: quæ nos, breuitati studentes, duximus relinquenda, curiosoque lectori legenda, apud præfatum Codicem MS. Ibi etenim Domus Episcopalis, cum curia Ecclesiastica, pro ipso Domino Constantiensi Præsule. De hoc prioratu agunt quamplures. [h]

h Belforestius in Cosmograph. Galliæ vbi de Normania. Petrus Grisius. De Clericis Regularib. sectiom 13. §. 50. Chenu, in Rothomag. Archiepiscopis. Gallia Christiana, Ibid. & in Abbatijs. Beyerlinck, Ibid. Tom. 3. Theatri vitæ Humanæ verb. Episcopus pag. 250. Cilonius, in notis ad Quintam compilationem Epistolar. Decretal. Honorij III. Pap. lib. 3. Titul. 20. cap. 2.

Cuncti Priores hujusce inclytæ Domus recensentur: eorumque gesta insigniora memorantur.

CAPVT II.

I. IAM Ordo Canonicorum Regularium per Neustriam florebat; & apud Aucum, ann. 1120. [a] S. Barbaram, in Algia, ann. 1128. [b] Falesiam, ann. 1132. & Burgum Achardi, ann. 1143. [c] At tempore B. Algari, Constantiensis, 47. Episcopi, per ampliùs ac fœliciùs excreuit. Vt enim præsul religiosissimus, ac pietate plenus cum euasisset: mox in cæteris, spiritus feruorem, toto animo, excitauit: & simul ferè eodem tempore, hocce Regulare institutum, apud Cæsarisburgum, phanum S. Laudi Constantiensis, & cœnobium S. Laudi Rothomagensis, erexit. Iuxta chronicam Norman. ad ann. 1150. Ita de ejusdem sanctissimi Præsulis Algari obitu agentem. *Decessit etiam Algarus, Episcopus Constantiensis, vir admodùm Religiosus; qui Canonicos Regulares posuit in Ecclesia S. Laudi de Constantino, & in Ecclesia S. Laudi Rothomagi, & in Ecclesia Cæsaris-Burgi.* Eadem ab alijs confirmantur. [d]

a In Aucensi Abbatia, sup.
b In sancta Barbara, cap. 1. §. 5. & 6.
c In Falesia cap. 2.
d Antiquitat. MS. Norman. pag. 146. Codex MSS. S. Victor. Parisiens. in serie Episcopor. Constantiens. Canalis 3. Tom. Hierarch. Eccl. Neustr. in Archiepiscopo 50. Rothomagens.

Igitur,

II. Igitur, sub Auspicijs D. *Algari*, Constantiensis Episcopi, consentiente *Hugone* 3. Rothomagensi Metropolitano; in hoc Prioratu S. Laudi primus Regularitatis parens agnoscitur.

19. *Osbertus Prior.*

Quæ omnia confirmauit postea *Eugenius* III. Papa: non anno M.CXLIV. cùm nondum ad summum Pontificatum euocatus fuisset, sed fortassis, anno. M.CXLVI.

2. *Robertus* I.

Notatur in confirmatione donationis patronatus Ecclesiæ de *Froberuilla*, facta à *Rotrodo*, Archiepiscopo Rothomagensi, ann. 1179. 15. Calend. August. quiquidem Archipræsul confirmauit eidem donationem Ecclesiæ de *Casteneio*. [e] Præterea, *Richardus* Abbas 11. S. Audoeni Rothomagens. terram quandam apud *Burdeneium*, dat ipsi Roberto Priori, & Canonicis S. Laudi, teste *Vualchello*, S. Victoris Caletens. Abbate. [f] Roberti Prioris iterum mentio habetur in confirmatione priuilegiorum hujusce loci per Lucium III. Pap. ann. 1184. & Vrbanum III. ann. 1186. Eius Tempore, fundata est Ecclesia *Belli-loci*: Anno autem 1200. idibus Aprilis, facta est conuentio inter Priorem S. Laudi, & Religiosos Belli-loci, pro electione Prioris Belli-loci, præsente *Vualtero*, Rothomagensi Archiepiscopo, *Gaufrido* tunc temporis Priore Belli loci. Qua de re, hæc excerpsimus ex Codice MS. Prioratus Belli-loci, pag. 280. & seq.

[e] *ex Codic. MS. & Schedis S. Laudi.*

[f] *Ex Magno Cartulario Abbatiæ S. Audoeni, Carta 239. & 240. Item, in paruo eiusd. Cartulario fol. 27. Carta 5. in Authentica capitulorum & nobilium Clericor.*

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Robertus Prior, & Conuentus S. Laudi, Rothomagensis, Salutem.

Nouerit vniuersitas vestra, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1200. idibus Aprilis, coram venerabili patre nostro, Rothomagensi, *Vualtero*, Archiepiscopo, compositio facta fuit inter nos, ex vna parte; & *Gaufredum*, Priorem, & Conuentum *Belli-loci*, ex altera, assensu & voluntate Ioannis de *Pratellis*, fundatoris prædicti *Belli-loci*, in hac forma: videlicet. Quòd Canonici *Belli-loci*, mortuo Priore suo, vel ad altiorem gradum promoto, vel quocumque alio modo, cedente, de Conuentu *S. Laudi* Rothomagensis, in Priorem, quem voluerint, tenentur eligere, excepto Priore. Et si Prior, & Conuentus S. *Laudi*, infra quindecim dies, postquam requisiti fuerint, Conuentui *Belli-loci*, quem sibi in Priorem elegerint, non concesserint: licebit Canonicis *Belli-loci*, de proprio Conuentu, vel aliundè, quem voluerint, sibi in Priorem, ea vice, eligere. Prior autem electus, & apud *Bellum-locum* receptus, sacramentum præstabit super Altare, de bonis Ecclesiæ illius intrinsecùs & extrinsecus fideliter obseruãdis. Si autem aliquo tempore contigerit, quòd discordia orta fuerit inter Priorem & Canonicos *Belli-loci*, quæ per Priorem & Canonicos eiusdem loci terminari non poterit: Prior S. *Laudi*, quando vocatus fuerit communi assensu Prioris & Capituli *Belli-loci*, vel ab altera partium; ad illum locum accedere debet auxiliaturus emendare illam discordiam, pro qua vocatus fuerit, cum alijs viris religiosis. Sciendum est, Quòd Episcopus *Constantiensis*, nihil juris sibi in Ecclesia *Belli-loci*, poterit vnquam vendicare, vel Canonicos ipsos, vel Ecclesiam suam sub interdicto concludere, vel excommunicare: similiter, nec Prior S. *Laudi*, poterit aliqua ratione, Ecclesiam *Belli-loci*, sub interdicto ponere, vel excommunicare Priorem. Præterea, sciendum est, Quòd Prior *Belli-loci*, & Conuentus, tenentur, singulis annis, soluere Priori & Conuentui S. *Laudi*, sexaginta solidos vsualis monetæ, ad duas pitantias, medietatem ad festum S. Michaelis, & aliam medietatem ad Pascha. Vt autem hoc in perpetuum firmum sit stabile, compositionem factam, præsenti scripto, & sigilli nostri capituli munimine, dignũ duximus roborandam. Testibus, Vuillelmo Constantiensi, Vualtero de S. Vualerico, Roberto de S. Paterno, Garino Archidiacono Rothomagensi, Magistro Symone, Magistro Ioanne de Vilers, Vuillelmo de Brueria, Canonicis Rothomagens. Magistro Vuillelmo de Ausnevilla, Richardo Heron, Radulfo de S. Amando,

bus, Philippo, Bajocensi: Arnulpho, Lexouiensi: Rotrodo, Ebroicensi, Episcopis, &c. [p] Denique & nostri Galliarum Monarchæ, eadem confirmant, & alia nonnulla conferunt, S. Ludouicus IX. ann. 1256. & 1258. Philippus III. eius filius: ann. 1276. [q]

[p] Ex Antiquo MS. Codice Abbat. Lucernæ.
[q] Ex Cartulario sup.

Elenchus, instantia magna conquisitus omnium Abbatum huiusce Monasterij, cum præcipuis eorum actibus & gestis.

CAPVT III.

I. CONSTAT, hoc cœnobium Lucernense, ab exordio suæ fundationis, Nortbertini instituti excoluisse professores; quorum antesignanus extitit.

B. Tankeredus, primus Prior.

Ex Britannia Armorica oriundus, in Neustriam perrexit, ad monasterium Ardenæ, ordinis Præmonstratensis, nuper erectum, propè Cadomum; vbi vnà cum alio socio, Stephano, Religionis habitum sumpsit, sub *Gilleberto*, illius cœnobij Priore, & ambo sanctæ conuersationis inibi vitam duxerunt. Sed cum ann. 1143. illorum famæ illectus amore, Guillelmus *Heiron*, Abrincensis Archidiaconus, eos maximè cuperet, pro bono totius Diœcesis Abrincatinæ, modis omnibus curauit, vt ad se venirent, (eo quòd tunc in Normania, ea sola Ardenæ domus Præmonstratensis Ordinis haberetur) quibus impetrauit à cognato suo D. Hasculpho, viro illustri, donari Capellam, quæ erat in nemore, quod *Curba fossa* dicitur. Sed paulò post obijt, nimirum 8. idus Iunij ann. 1144. in cuius pectore crux lactea, in hora mortis apparuit. [a] Hinc mendosè scribitur Tancheredus I. Abbas, mortuus 26. Iunij: [b] cùm solummodò primus Prior extiterit; migraueritque in cœlum die sexta Iunij, & sequenti luce terræ humatus sit: de quo aliàs sermo iterum redibit. [c] *Stephanus* verò, socius eius, moritur 19. Octob. [d]

[a] Ex schedis Abbatia de Ardena. Ex Codice MS. venusto Abbatiæ Lucernæ, & ex obituarijs eiusd. locor.
[b] Necrologium Falesiæ.
[c] In Neustria Sancta 6. Iunij.
[d] Ex obituario Ardenæ.

1. *B. Tescelinus, primarius Abbas.*

II. De eo hæc refert antiqua Codicis MS. lectio. *Anno Domini 1144. promotus est ibi in Abbatem piæ memoriæ D. Tescelinus, circa festum S. Sebastiani, & iterum. Anno Domini 1156. obijt Tescelinus primus Abbas 15. calend. Februar.* [e] De die obitus conuenit Necrologium Lucernense: [f] Falesianum verò agit de eo 5. die Februarij. [g]

[e] In præfato Codice MS. Lucernensi.
[f] Ex Obituario Lucernæ.
[g] Ex Obituario Falesiæ.

2. *Ansgotus.*

Anno Domini 1157. 11. Calend. Maij, suscepit frater Ansgotus curam Lucernens. Ecclesiæ ita Codex MS. qui & sequentia inferius addit. Anno 1206. vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ, Ansgotus Abbas, cùm huius Ecclesiæ curam, per 49. annos, sex mensibus, & quinque diebus minus habuisset, ætatis suæ insufficientiam metuens, ordinis consilio requisito, de bona sua voluntate, resignauit vtiliori eam committi desiderans: qui postea obijt 10. Calend. April. Hic Ansgotus, tempore suo, viriliter & egregiè rexit; multosque habuit processus, tam contra Abbatem, & Conuentum montis S. Michaelis, pro Ecclesia S. Ioannis le *Thomas*, quam contra Fulconem *Paganelli* & Lescelinam de *Gripone*, vxorem eius, filiam Halculfi de *Soligneyo*, & Dionysiæ de Abrincis vxoris eius: & alios. [h] Moritur ergo 10. Calend. April. [i] Fit autem commemoratio de eo, die 10. April. [l] Illius meminit Cartularium Abbatiæ de *Hambeya*. [m] Denique G. Abbas S. Seueri; & ipse Ansgotus componunt pro Decima Lucernæ: ex libro nigro sup.

[h] Ex Codice MS. sup.
[i] Ibid. & ex Obituario eiusd.
[l] Ex Obituario Falesiæ.
[m] Ex Cartulario Hambeyæ. fol. 37.

3. *Radulphus de Dragavilla.* III.

Canonicus professus, & prior, ac postea Abbas Lucernæ: notatur ad ann. 1213. & 1216.

Digitized by Google

& 1216. [n] in fata concessit, non octauo. [o] Sed septimo idus nouemb. [p] Agitur autem de eo memoria, die 2. Aprilis. [q]

4. *Daniel, defunctus, 7. idus Septemb.* [r]

Non autem 18. die Octob. [f] perperam *Dauid*, vocatus: [t] nisi eius esset agnomen familiæ: qualis etiam nunc in *Calcegio* habetur ex qua pro genitus R. P. Didacus *Dauid*, in nostra Reformatione Recollectorum, propter Regularis obseruantiæ zelum, nominatissimus; mortuus Parisijs, & in Conuentu nostro, ad suburbium San-martinianum sepultus, ann. 1629. Alia etiam extat ejusdem agnominis familia Rothomagi, cum qua conjunctus sum affinitate.

5. *Richardus.*

Migrauit ad Dominum, idibus Martij, [u] non autem Calendis Aprilis: ex Necrologio *Falesiano*.

IV.

6. *Thomas.*

Abijt in cœlum, 11. Calendas April. juxta Codic. MS. Lucernense: cui mendum inest, in litteris arithmeticis: dicendum itaque est, 11. seu, pridie Calendas Aprilis, hoc est, die 31. Martij, [x] non verò, 18. April. [y]

7. *Nicolaus Boutereje, electus 1235.*

Obijsse die 30. Iunij, [z] seu, 28. Nouemb. perperam legitur: [aa] sed rectius, Calendis Decembris: notatur ad ann. 1235. & 1253. quo mense Augusti, nonnulla Tractat cum *Philippo* Priore, & fratribus Domus Dei Constantiensis Multos quoque emit redditus pro augmento Abbatiæ suæ. [bb]

8. *Petrus de Thomeuilla, seu Thoruenilla, Rectius de Touruilla.*

Memoratur, ann. 1257. & 1274. excessit è vita 11. Calendas Iulij, seu pridie Calend. Iulij. [cc] non autem, ex errore, die 24. Iulij. [dd]

9. *Ioannes de Boutereje, Bolleroye.*

Ann. 1275. rexit annis quinque: debitum mortis exoluit, 12. Calend Iulij, [ee] mendosè ergò aliàs habetur 11. Calend. Iulij, [ff] vel die 23. Iunij, [gg] & 13. Iulij. [hh]

10. *Ægidius de Musca, viuebat ad ann. 1289.* [ii]

V.

11. *Robertus Ioannis, ann. 1290.*

De eo hæc refert Codex MS. *Rexit* ann. 36. obijt, ann. 1326. 17. Calend. Decemb: sepultus in Capella, quæ nunc dicitur SS. Michaelis & Gatiani: sed Tumba, seu Epitaphium eius, in quo nomen eius, & obitus scribitur, translatũ & positũ fuit super fratrem Ioannem de *Rochevio*, Abbatem, qui jacet in capitulo. Hic habuit multos processus, & maximè contra monachos de monte S. Michaelis. Hujus tempore capella B. Mariæ, à Dominis de *Rochella*, & Capella S. Ioannis Baptistæ, post ipsam, à D. Radulpho de *Bello campo*, milite, auctæ fuerunt, & sunt ambæ à dextrâ parte chori. Hic fecit fieri aulam & cameram Abbatis, post dormitorium; in qua erat Capella SS. *Rionis & Maudeti*; Fecit etiam fieri campanam magnam nostræ Dominæ, ann. 1317. & durauit vsque ad ann. 1532. quando rupta fuit ad aduentum Regis Francisci I. quæ postea reparata fuit, per D. Ioannem de *Pyron*, & alios religiosos hujusce Abbatiæ, ann. 1535. die 4. Augusti, tempore Francisci *de la Guiche*, Abbatis Commendatarij. [mm] Itaque Deo animam reddidit, 17. Calend. Decemb. [nn] ex quo erroris arguuntur, asserentes id euenisse 22. Octobris, [oo] 16. Nouemb. [pp] seu 1. Decemb. [qq]

12. *Thomas 2. Barbou, nominatur 1326.*

Ex S. Dionysio *le Vestu*, Oriundus, Constantiensis Diœces. rexit ann. 8. spiritum exhalauit, ann. 1334. 11. Calend. Martij. Iacet juxta chorum Ecclesiæ, sub Tumba, quæ est ante Capellam B. Mariæ Virg. *Hujus tempore, factus fuit quidam bonus Rotulus, de redditibus hujus Monasterij: qui multùm insequitur Rotulum fratris Roberti*, Mo-

n *Ex Codice MS. sup. & ex Cartulario Hambeyæ fol. 62.*
o *Ex Obituario Montis Dei.*
p *Ex Codice MS. sup. & Obituario Lucernæ, ac Sylliaci & Bellæ stellæ.*
q *Ex Obituario Falesiæ.*
r *Ex Codice MS. sup. & Obituario Lucernæ.*
f *Ex Obituario Falesiæ.*
t *Ex Obituario Sylliaco.*
u *Ex MS. Codice, sup. & Obituario Lucernæ.*
x *Ex Obituarijs Lucernæ, Bellæ stellæ, Sylliaci, & Montis Dei.*
y *Obituarium Falesiæ.*
z *Ibid.*
aa *Ex Obituario montis Dei.*
bb *Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.*
cc *Ibid & ex Obituario Bellæ stellæ, Sylliaci, ac montis Dei.*
dd *Ex Obituario Falesiæ.*
ee *Ex Codic. MS. & Obituario Lucernæ.*
ff *Ex Obituarijs Sylliaci, & montis Dei.*
gg *Ex Obituario Bellæ stellæ.*
hh *Ex Obituario Falesiæ.*
ii *Ex Cartulario Lucernæ.*
mm *Ex Codic. MS. sup.*
nn *Ibid. & Obituarium Lucernæ.*
oo *Obituarium Falesiæ.*
pp *Obituarium Bellæ stellæ.*
qq *Obituarium Sylliaci.*

tt Ex Codic. MS. sup. rolli, *qui factus fuerat ann.* 1294. & 1295. tt Dies tamen obitus eius apud alios va-
ss Obituarium. Bellæ stellæ, 15. Februar. Falesiensis 5. Martij. riatur. ss

tt Ex Codice MS. sup. & obituarium Lucernæ.

13. Radulphus 2. Clerici, electus 1334.

Dictus est etiam, *De Landa*, & quod oriundus esset de *Landa Aronis*, Constantiens. Diœcesis; diu rexit valdè, & redditus Abbatiæ diligenter procurauit. Debitum mortis exoluit 17. Calend. April. ann. 1370. Quo tempore, ob bella inter Gallos, Nauarræos, Anglosque exorta, diruta, ac penè destructa fuit Abbatia. tt VI.

14. Thomas 3. Tacon.

uu Ibid.
xx Ex Obituario Falesiæ.

Murdaqueriæ natus, rexit, ann. 8. diemque clausit extremum 15. Calend. Aug. uu Non autem die 17. Augusti, xx ann. 1378.

15. Ioannes 2. de Talenda, seu Talleuenda.

yy Ex Codice, MS. sup.
zz Obituarium Montis Dei 15. Februar. Obituarium Falesiæ, 24 Februarij.

Nobili genere progenitus, patrem habuit Dominum de *Mesnillo Roberti*, Constantiens. Diœces. Rexit tamen, vt fertur, miserè & inerter: quasi annis octo: nempe, ab ann. 1378. die sexta Martij: vsque ad ann. 1396. sexto idus Februarij, quo in humanis esse desijt. yy Alijs verò diebus, de eo habetur commemoratio. zz Iacet juxta Capellam S. Dionysij, in dextra ala, juxta chorum, videlicet, ante magnam piscinam, seu lauatorium.

16. Ioannes 3. de Rocherio, du Rochier.

A Ex Codice, MS. sup.
B Ex Obituario Bellæ stellæ.

E *Gaurejo* originem trahebat, eius electio fuit per tempus aliquot ab alio altercata; sed à summo Pontifice, remissus ad Abbatem generalem Præmonstrati, ab ipso benedictionem accepit & confirmationem: cujus tempore reedificata fuit turris vsque ad summitatem Ecclesiæ; & porta, vsque ad pinnaculum nauis Ecclesiæ. Iacet in capitulo, sub Tumba Roberti *Ioannis*, Abbatis, vti superius notauimus. Rexit quasi 11. annis: excessitque è vita ann. 1407. Calendis Maij, A non vero 13. Maij. B VII.

17. Philippus Badin.

C Ex Codice, MS. sup.

D Ex Cartulario MS. libri nigri Lucernensis.
E Ex Codice, MS. & Obituario Lucernæ, ac Bellæ stellæ.

De sancto Petro de *Langier* oriundus. Bacchalaureus erat in Decretis, & vir altæ scientiæ: multa recuperauit, auxit, ac reædificauit, & Abbatiam in statu honesto reliquit. Ferunt hunc, primum lapidem jecisse in fundamentum Grandisvillæ, multis præsentibus viris illustribus, ann. 1440. tempore Caroli VII. Reg. Franc. C Porrò, ann. 1421. præsidet electioni Richardi *l'Oyson*, in Abbatem Bellæ stellæ. Item, ann. 1425. à Roberto le *Charettier*, electo confirmato in Abbatem de Ardena, juramentum accepit. Idem quoque Philippus Abbas, cum ipso Roberto Ardenæ Abbate præsunt electioni noui Abbatis Blancæ Landæ, ann. 1447. Mortuo Abbate, Thoma de *S. Lando*; & alius Thomas de *S. Lando* electus est Abbas. D Ferè 45. annis, viriliter istam gubernauit Ecclesiam; jacet ad læuam, in Capellis nouis, quas fieri fecerat, sub Tumba quasi marmorea; sepultus est subter altari erecto, in Capella de *Soligneyo*, cum Gaufrido *le Court*, & Richardo de *Laual*, Abbatibus: postquam obdormisset in Christo, ann. 1452. 14. Calend. Iunij. E

18. Gaufridus le Court.

F Ex libro nigro, sup.
G Ex Codice MS. & Obituario Lucernæ.
H In Obituario Bellæ stellæ.
I Ex compendiosa relatione Scacariorum, pag. 497.
K Ibid. pag. 550.

Thomas, Abbas, S. Nicolai Blancæ Landæ; & Petrus, Abbas montis Dei, veniunt Lucernam ad electionem futuri Abbatis ann. 1452. F in qua electus est ipse Gaufridus: qui honestè rexit annis 11. & 4. mensibus: insignia fecit fieri Pontificalia, quæ portandi licentiam habuit. Cathedras chori construxit; multa reparauit, aliaque bona fecit, sepultus est in Capella S. Petri, juxta prædecessorem Abbatem; cùm obijsset, ann. 1463. pridie Calend. Octob. G Alius Abbas vocatur *Thomas*, & obijsse legitur, 30. Septemb. H qui dicitur Thomas *Vinianus* in Scacario, ann. 1463. I VIII.

19. Richardus 2. de Laual, interest Scacario, ann. 1464. K

De *Montemartino*, (rectius de *Montemorencio*) exortus: etiam Ardenæ Abbas extitit;

iiæ; portam introitus Curiæ; postes & arcus claustri, prius de ligno, fecit ex lapide Claustrum & Dormitorium restituit. Excessit e viuis ann. 1490. 5. idus Iunij. L De eo memoria agitur, 29. Iunij. M

L Ex Codice, MS. & Obituario Lucerniæ.

M In Obituario Falesiæ.

20. Richardus 3. de Laual.

Præfati nepos, cui primò successit huic cœnobio, per annos 9. Deindè Abbatiæ de Ardena; vbi vitam finiuit, ann. 1507. N

N Ex Codic. MS. sup.

21. Franciscus Caignou, vel Coignon.

Hic Bacchalaureus erat in Decretis, & Religiosus professus Bellæ stellæ; qui cùm à suo Abbate, Thoma, ablegatus fuisset cum authoritate, in Abbatiam de Lucerna, ann. 1507. Abbas illic renuntiatus, præfuit ann. 22. Interim Ioannes Ferey, Abbas montis Dei, ann. 1525. illi agnoscit filiationem Abbatiæ suæ. O Porrò apud Lucernam, magnam domum Abbatialem fieri fecit; clausuram restaurauit, & priuilegia confirmari fecit à Rege Francisco I. Tandem cœlestia petiuit ann. 1528. sepultus apud Ardenam: quo obierat, tertio Calend. Augusti. P fit de eo memoria 1. Septemb. Q

O Ex libro nigro sup.

P Obituarium, & Codex MS. Lucernæ.

Q In Obituario Falesiæ.

22. Gabriel de Grandmont.

IX. S. R. E. Cardinalis Episcopus, rexit Abbatiam ann. 2. scilicet, 1529. & 1530. deindè eam dimisit. R

R Ex Codice, MS. sup.

23. Franciscus 2. de la Guiche.

Frater Abbatis de Bello-Becco, Abbas Commendatarius: cujus regiminis ann. 10. Michael Roger, catalogum Abbatum conscripsit. S

S Ibid. & Petrus à sancto Iuliano, lib. 2. Antiq. Matisconij pag. 337.

24. Frater Ioannes 4. de Pirou.

Electus Abbas ann. 1540. T moritur die 24. Februarij. V Porrò, ann. 1543. insula de Chauseyo, in qua erat Conuentus minor. fratrum, ab Anglis vastata est, & locus penitus destructus. X

T Ex Codice MS. sup.

V Obituario Falesiæ.

X Ex Codice MS. sup.

25. Odo de Castillione.

S.R.E. Cardinalis Abbas Commendatarius, ann. 2. nempe ab ann. 1548. vsque 1550. Y

Y Ibid.

26. Andreas de Guidotti.

X. Anno 1551. die 26. Augusti possessionem Abbatiæ accepit: cujus Abbas extitit Commendatarius 20. annis: spiritumque emisit ann. 1571. pridie idus Martij, sepultus in naui Ecclesiæ: Z illius memoria habetur, 31. Martij. a

Z Ibid. & Obituarium Lucernæ.

a Obituarium Falesiæ.

27. Frater Ioannes 5. de Grimonuilla.

Ex sancti Michaelis in periculo maris Priore maximo, hac Abbatia potitus est, quam tribus circiter annis gubernauit. b

b Ex Codice, MS. sup.

28. Renatus Iourdain.

Mortuo præfato Ioanne, hic sub titulo Commendatarij hanc rexit Abbatiam, ann. 20. quo tempore nullum non mouit lapidem, vt omnia in pristinum reduceret statum; terras, census, & redditus non paucos abalienatos, domui restituit; ac tandem post multos pro religione susceptos labores: è ponte Vrsino, Domum liber reductus, vnde hæretici captum extraxerant, diem clausit extremum, 14. Calend. Ianuar. c

c Ibid. & Obituarium Lucernæ.

29. Frater Petrus Morillant.

Ann. 1592. die. 10. Maij, receptus fuit hìc in Abbatem.

30. Frater Ioannes 6. à Bellaria.

XI. Nobili genere natus, habitum religionis recepit in Prioratu Conuentuali S. Thomæ martyris de Bloteria, de la Blouttiere Canonicor. Regular. Ordin. S. Augustini; ann. 1584. die 3. Ianuar. & anno sequenti, professionem emisit, die penulti-

Digitized by Google

ma Septembris. Deindè ann. 1599. die 11. Decemb. habitum Ordinis Præmonstratens. recepit à D. Iacobo *Morisio*, Doctore Theologo, ac Prouinciali, in monasterio de Ardena: postea, Abbas factus Lucernæ, ann. ...... Migrauit in cœlum ann. 1634. 16. Calend. Iulij, sepultus in medio Ecclesiæ, ante majus Altare: d vir sanè pietatis, humilitatis, & feruoris, ac Regularis disciplinæ, zeli penitùs incredibilis; vti expertus sum, ann. 1612. & 1613. Fama virtutis eius vbique peruolante; authoritas illi demandatur à R. P. Francisco de *Longoprato*, Abbate generali Præmonstrati, vt visitet 4. cœnobia eiusdem sui Ordinis, nempe, Belli-portus, Bellæ-stellæ, Ardenæ, & montis Dei, ann. 1602. qua de re Cardinalis Burghesius scripsit ex parte suæ sanctitatis ad nuntium Apostolicum in Francia, Vbaldinum, scilicet, Episcopum Politianum, ann. 1607. quibus paruit mandatis nuntius ipsé Apostolicus: eamque delegationē Rex Galliæ in suo consilio acceptat ac permittit. De die fœlicis eius ad Deum transitus; 16. Calend. Iulij, conueniunt complures, e alij verò die præcedenti. f Illius meminit, R. P. Ioannes le *Paige*, quando ex delegatione sibi facta, eam Lucernæ Abbatiam visitauit, ann. 1615. g

d Ibid. Codex MS. sup.

e Necrologia Lucernæ, Sylliaci. Bellæ stellæ, montis Dei.
Obituaria Ardenæ & Falesiæ.

31. Frater Franciscus 3. à Bellaria.

Præfati nepos, Religiosus professus: cui resignata fuerat Abbatia ann. 1631. vitam nunc ducit, virtute, & exemplari religiositate insignem; ann. 1644.

Præter hos omnes præfatos, quosdam inuenio Abbates, in serie hac minimè XII.
comprehensos: qui tamen ne pereat illorum memoria, hic annotati sunt, nimirum.

Gaufridus le Bouclier, idibus Februarij. h

Marinus de Cauroy, ceu de Cauron, 5. idus Ianuar.

Iuelinus 4. idus Ianuar. l *Michael, Calendis Decembr.* m

g Le Paige, lib. 5. Bibliothec. Præmonstr. pag 1025.
h Ex Obituario Lucernæ.
i Ex Obituario Falesiæ.
l Ibid.
m Ex Obituario Bellæ-stellæ.

Quo ad jurgium spectat inter Ardenam & Lucernam, pro prioritate loci, & di- XIII
gnitate subordinationis: Habetur extractum authenticum ex Archiuo Præmonstrati signatum & sigillatum, pro circarijs ipsius Ordinis, ann. 1516. vbi Ardenæ Abbatia nominatur inter filias Lucernæ: sic enim exprimuntur.

In Circaria Normaniæ Borealis.

Ecclesia de *Lucerna*, Abrincens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Blanca Landa*, Constantiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia de *Stella*, Carnotens. Diœces. filia Præmonstratens.

In Circaria Normaniæ Australis.

Ecclesia de Sylliaco, Sagiens. Diœces. filia Præmonstratens. Ecclesia S. Ioannis de *Falesia*, Sagiens. Diœces. filia Domni Martini. Ecclesia *Bellæ stellæ*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia de *Ardena*, Bajocens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Montis Auxilij*, alias montis Dei, Lexouiens. Diœces. filia Lucernæ. Ecclesia *Insulæ Dei*, Rothomagens. Diœces. filia Sylliaci. Ecclesia de *Bellosanna*, Rothomagens. Diœces. filia insulæ Dei. n

Quæ ordinatio extat postea confirmata præfato Ioanni à Bellaria, Lucernæ Abbati, ann. 1603. in commissione sibi facta, per D. Franciscum à *Longoprato*, Abbatem generalem Præmonstrati. o

n Le Paige, lib. 1. sup. cap. 18. Prauuerre, lib. 3. Chronic. MS. Norman. cap. 78.
o Prauuerre, sup.

At, vt verum fatear, parùm hæc me mouerent; cùm constanter probetur, contrarium. Nam ex Chronologia, quæ fax est historiæ, certum constat, Ardenam, prioritate temporis, antecedere Lucernam. Illa quippe fundata conspicitur ann. 1121. hæc autem 1143. Deindè, vtrobique clarè legimus, Religiosos viros B. Tankeredum, & Stephanum, Ardena, Lucernam adductos: eo quòd nulla alia tunc adesset domus istius ordinis in tota Normannia, præter ipsam Ardenam: vbi illi serui Dei, religionis habitum sumpserant sub Gilleberto Priore. p Falsitatis autem, vel erroris ista manuscripta arguere, quid est aliud, quam nodum quærere in scirpo, & in sole næuum?

p Ex Codice MS. Ardenæ & Lucernæ.

DE NOA

DE NOA,

VVLGO, DE LA NOVE.

I. FVNDATVR ann. 1144. Calendis Ianuarij: eſtque Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſ. Ebroicenſ. media in via, qua Conchis itur Ebroas, S. Mariæ Virgini ſacrata: nulla autem in libris Cameræ Apoſtolicæ præfixa illi taxa pro Annatis. Monachis verò ex Ioyaci Abbatia, in agro Senonenſi, illuc directis, præficitur primarius Abbas Gatinus; adeòque ſpectat ad lineam Pontiniaci. a Mathildis Imperatrix, Henrici quondam Angliæ Regis filia, præcipua fundatrix huiuſce loci dicitur. b

II. Tam parua huiuſce cœnobij nobis illuxit notitia; vt pauca Abbatum illius nomina hæc occurrerint.

1. *Garinus.*

Primarius Cœnobiarcha: ità enim habetur in Necrologio eiuſd. loci. 23. *Septembris, Guarinus primus Abbas de Noa.*

Guarinus 2.

Eius nominis Abbas: qui quædam conciliat ad Lyrenſes monachos ſpectantia: ann. 1222. c Nominatur etiam pro rebus Abbatiæ Conchenſis, ann. 1227. d Cùm autem jam ab ann. 1230. quædam ſoluere deberet Abbati de Cruce S. Leufredi: Tractatus tandem amicabilis inter vtrumque Abbatem compoſitus eſt ann. Chriſti 1245. e

Radulphus Hebertus, obijt ann. 1506. die 5. Iulii. f

Ioannes Feret.

Viuebat ann. 1547. ex quadam illius Eccleſiæ Tabula ſupra altare poſita, varijs decorata picturis: vbi notatur, alia quamplura etiam feciſſe.

Robertus Quenel.

Primus Abbas Commendatarius, obijt ann. 1583.

Gabriel Guenel.

Eius pronepos, atque ſucceſſor: poſtea Conchenſis Abbas.

Carolus de la Rocque.

Theſaurarius Metropolitanæ Eccleſiæ Rothomagenſis, moritur ann. 1616.

Tempore Philippi Auguſti, Reg. Franc. Inquiſitione facta apud Rothomagum coram Epiſcopo Syluanectenſi, & Domino G. de Boia, ſuperhis, quæ Abbas de Noa, & Abbatiſſa S. Saluatoris, &c. habent in foreſta Ebroicenſi: confirmatum eſt illorum jus. g

a *Manriquez Tom. 1 Annal. Ciſtercienſ. cap. 8. §. 1. & 5. ad ann. 1144. Gallia Chriſtiana, in Epiſcop. Ebroicenſ. & in Abbatijs.*

b *Tom. 3. Monaſtici Anglic. in cœnobijs Gallicanis. pag. 922*

c *Ex Cartulario paruo MS. Abbat. Lyræ. fol. 92.*

d *Ex Cartulario Abbat. Conchenſ. fol. 144.*

e *Ex Cartulario, Abbat. de Cruce fol. 12. & 47.*

f *Ex Obituario Abbat. de Noa*

g *Codex MS. magnus fol. 16. pag. 1 Exſtetit apud D. de Vyon d'Herouual.*

Digitized by Google

ANN. 1144.

DE STRATA,
VVLGO DE L'ESTREE.

Manriquez, Tom. 1. Annal. Ciſtertienſ. ad ann. 1144. cap. 8. §. 1. & 10. Gallia Chriſtiana, in Epiſcop. Ebroicenſ. & in Abbat.

EXtat juxta Drocas, in Diœceſi, Ebroicenſi; Fundaturque ann. 1144. eſt autem Ordinis Ciſtertienſis, filia Pontiniaci. a I.

Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellenſ. ſub littera N. 1. Carta 2. Extat Littera officialis Ebroicenſis, pro quadam domo, quam dedimus Abbati de *Strata*.

Circa Ann. 1144.

S. LAVDVS.
VVLGO, S. LO.

Antiquitas ac dignitas huiuſce Prioratus: tum ex S. Mellono, tum ob Reliquias ſacras SS. Laudi, &c. cuius priuilegia, exemptiones, Regularitas, à ſummis Pontificibus, Rothomagenſibus Metropolitanis, & Epiſcopis Conſtantienſ. confirmantur.

CAPVT I.

I. PRIORATVS eſt Ordinis Canonicor. Regularium, in media nunc ciuitate Rothomagenſi ſitus: cuius initium loci refertur ad illud memorandum, quod operatus eſt S. *Mellonus*, Archiepiſcopus Rothomagenſis, dùm Rothomagum venit, circa ann. 265. Nam, pergens in Templum Rothy idolo conſecratum, dæmonem indè expulit, oſtenſum in ſpecie ſimiæ: quem juſſit abire in locum deſertum: comminutis prius aris cunctis & ſimulacris. Vbi, Chriſto Saluatori B. Mellonum primum erexiſſe volunt crucis trophæum, condita Eccleſia, ſub ſanctiſſimæ Trinitatis inuocatione; in qua conuocatum qualibet die Dominica fidelem populum, Diuino in cultu erudiebat, ſacrificium incruentum offerebat, ac ſalutis ſubſidia ſuis ouibus impertiebatur. Interim autem, in viro, *Præcordio*, nuncupato, vis eius enituit; qui obdormiens, in ſermone eius, è tectus domus ceciderat, atque expirauerat, quem viuum reddidit, ac poſtea ſacris ordinibus initiatum, Præsbyterum illius loci inſtituit: a quæquidam Baſilica poſtea S. *Laudi* nomen obtinuit.

a Ex geſtis S. Melloni Rothomag. Archiepiſcopi.

II. Scriptum eſſe non ignoramus S. Mellonum, illic ſedem ſuam Archiepiſcopalem primitus fixiſſe: ex carta, de proceſſione Religioſorum huiuſce Prioratus, cum Canonicis Metropolitanæ Eccleſiæ B. Mariæ Virg. in qua illud legitur. *Nos, qui ab Antiquo Cathedralem Eccleſiam*, à B. Mellono, *Rothomagenſi Prothoantiſtite, in loco noſtri Prioratus & Parœchiæ Fundatam habueramus*, &c. b Quæ quidem verba, parùm, aut, nihil officiunt. Scimus etenim ipſum S. Pontificem, complures alias ædes ſacras ea in vrbe extruxiſſe: è quarum numero illam producunt, quæ modò *S. Maria Rotunda, noſtre Dame la Ronde*, appellatur: eratque priſcis illis temporibus parua ædicula

b Ex Codic. MS. D. Thomæ Auice Canonici Regul. & curati S. Laudi Rothomag. De Antiquitate ac dignitate Prioratus S. Laudi Rothomag. Extat in Bibliotheca Domini Bigot Senatoris Rothomag. l. 13

Digitized by Google

ædicula, seu Capella, B. Virgini Mariæ, Deiparæ, dicata, intra fines Parochiæ, seu Prioratus S. Laudi, antiquitùs, S. Saluatoris, sita: in qua volunt præfatum S. Mellonum, primordia sedis Episcopalis constituisse. Nec etiam me latet quosdam arbitrari aliam quoque Ecclesiam eidem B. Virgini Mariæ inibi ædificasse: (quæ deindè, S. Gildardi, vulgò, *S. Godard.* nomen tulit) & ab initio sedem obtinuisse Pontificalem: protendebaturque vsque ad dictum Prioratum S. Laudi, sed & hoc parergon est.

III. Verùm hic locus peramplius excreuit: ex accessu SS. Reliquiarum, B. *Laudi*, & sociorũ, vndè postea nomen sortitus est, Nam cùm Normanni adhuc pagani vbique per Neustriam discurrerent, cædibus & strage cuncta replerent, omniaque expilarent, vrbes tandem captæ sunt, oppida diruta, Ecclesiæ destructæ, clerus & populus dispersus, & corpora sanctorum aliò exportata. [c] *Rollone autem* potentiss. (eorum) Duce sacræ fidei, & secundæ regenerationis fonte renato, in ann. 912. indictione 14. & post biennium, cum Carolo Rege pacificato, corpora SS. Constantiensium Episcoporum Laudi, atque Rumpharij, quæ exportata fuerant, Rothomagum sunt delata, atque in Ecclesia S. Saluatoris, concessu Rollonis, recepta. Igitur Rollo, qui & Robertus, nomine sacri baptismatis, dedit eamdem Ecclesiam (in qua sunt prædictorum corpora sanctorum suscepta) Beato Laudo, necnon & Domino Theodorico, qui tunc temporis Episcopus Constantiensis erat, & omnibus successoribus eius, jure perenni: Terram quoque juxta prædictam Ecclesiam, vbi maneret Episcopus cum clericis suis, qui Ecclesiæ seruirent.

c Vide apud Neustriam Christianam in Constantiens. Episcopo 33. §. 3.

IV. Quia ergò Constantiensis pagus, Christicolis vacuus erat, & paganismo vacabat: prædictus Constantiensis Episcopus; B Laudo, & ipsius Ecclesiæ, Rothomagi seruiebat, ibique sicut in sede propria, sedebat. Ipsa quoque Ecclesia, quæ transacto longo tempore, vocata fuerat S. Saluatoris; ob honorem & merita sancti & gloriosi hospitis, nominatur, & est S. Laudi. Reuiuiscente verò, gratia Dei, Religione Christiana, Constantijs, & eiusdem circumquaque finibus, & deliberatione, & temporis, & rei necessitate, veniebat huc sæpèdictus præsul, dispositisque Ecclesiasticis, proprijsque negotijs, Rothomagum reuersus, ibi velut in propria sede, morabatur; scilicet, Episcopale officium agens liberè in Ecclesia S. Saluatoris, sicut in Constantiensi. Hæc igitur est vera & certa ratio, qua nunc vsque Constantiensis præsul, nominatur Episcopus de S. Laudo. Sederunt itaque ibi præcipuè, quàm Constantijs, quinque Episcopi: prædictus videlicet Theodoricus, Herbertus, Algemundus, Gislebertus, & Hugo. Post hos quoque Herbertus, vno tantum anno; & Robertus, qui fuerat Episcopus Lexouij; sederunt apud S. Laudum, supra Viram fluuium. [d]

d Ex Codice MS. nigro Ecclesiæ Constantiens. Vide sup. in Episcopo 36.

V. Ex quibus clarè conspicitur, eam Ecclesiam nusquam Titulo S. Trinitatis insignitam fuisse sed *S. Saluatoris* nomen retinuisse, quippe quæ Christo Saluatori dicata esset, licet sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis. Illic moraturus deinceps ipse Theodoricus Episcopus Clericos, & alios Ecclesiasticos ministros instituit; quibus præfatus Dux Rollo, bona haud modica suppeditauit. Postea vero Hugò, Episcopus, 40. Constantiensis, circa ann. 1020. *Septem Canonicos, de his, qui Constantiensi Ecclesiæ deputandi erant, ad sæpe dictam Ecclesiam* S. *Laudi vbi Rothomagi morabatur, transtulit,* [e] quos Hugo, Episcopus 43. Constantiensis exindè postea Constantiam reuocauit.

e Codex MS. Eccles. Constantiens. sup. vide in Episcopo 40.

VI. Porrò, ob crebra, magnaque illic cœlitùs edita, ad inuocationem S. Laudi, miracula, Hugo 3. Rothomagensis Archiepiscopus, hanc Ecclesiam Deo consecrauit sub nomine ipsius S. Laudi, datis indulgentijs cunctis fidelibus, eo die, illam piè visitantibus: quamque ædem mox dotauit ac ditauit pluribus possessionibus, præbendis, ac beneficijs. Sed & cùm B. Algarus, Constantiensis Episcopus 47. illic Regularitatem introduxisset: huic operi idem Hugo 3. Metropolitanus vltrò consensit, vti videre est in Diplomate Pontificio Eugenij III. Papæ illud institutum confirmantis.

Eugenius, Episcopus, seruus seruorum Dei: dilectis filijs Osberto, Priori S. Laudi de Rothomago, & eiusdem fratribus, tam præsentibus quàm futuris, regulariter vitam professis: salutem & Apostolicam benedictionem.

Religiosis desiderijs dignum est præbere facilem consensum; vt fidelis deuotio

Igitur, sub Auspicijs D. *Algari*, Constantiensis Episcopi, consentiente *Hugone* 3. Rothomagensi Metropolitano; in hoc Prioratu S. Laudi primus Regularitatis parens agnoscitur.

19. *Osbertus Prior.*

Quæ omnia confirmauit postea *Eugenius* III. Papa: non anno M.CXLIV. cùm nondum ad summum Pontificatum euocatus fuisset, sed fortassis, anno. M.CXLVI.

2. *Robertus I.*

Notatur in confirmatione donationis patronatus Ecclesiæ de *Frobervilla*, facta à *Rotrodo*, Archiepiscopo Rothomagensi, ann. 1179. 15. Calend. August. quiquidem Archipræsul confirmauit eidem donationem Ecclesiæ de *Casteneio*. [e] Præterea, *Richardus* Abbas 11. S. Audoeni Rothomagens. terram quandam apud *Burdeneium*, dat ipsi Roberto Priori, & Canonicis S. Laudi, teste *Vualchello*, S. Victoris Caletens. Abbate. [f] Roberti Prioris iterum mentio habetur in confirmatione priuilegiorum hujusce loci per Lucium III. Pap. ann. 1184. & Vrbanum III. ann. 1186. Eius Tempore, fundata est Ecclesia *Belli-loci*: Anno autem 1200. idibus Aprilis, facta est conuentio inter Priorem S. Laudi, & Religiosos Belli-loci, pro electione Prioris Belli-loci; præsente *Vualtero*, Rothomagensi Archiepiscopo, *Gaufrido* tunc temporis Priore Belli loci. Qua de re, hæc excerpsimus ex Codice MS. Prioratus Belli-loci, pag. 280. & seq.

[e] *ex Codic. MS. & Schedis S. Laudi.*

[f] *Ex Magno Cartulario Abbatiæ S. Audoeni, Carta 239. & 240. Item, in paruo eiusd. Cartulario fol. 27. Carta 5. in Authentica capitulorum & nobilium Clericor.*

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Robertus Prior, & Conuentus S. Laudi, Rothomagensis, Salutem.

Nouerit vniuersitas vestra, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1200. idibus Aprilis, coram venerabili patre nostro, Rothomagensi, *Vualtero*, Archiepiscopo, compositio facta fuit inter nos, ex vna parte; & *Gaufredum*, Priorem, & Conuentum *Belli-loci*, ex altera, assensu & voluntate Ioannis de *Pratellis*, fundatoris prædicti *Belli-loci*, in hac forma: videlicet. Quòd Canonici *Belli-loci*, mortuo Priore suo, vel ad altiorem gradum promoto, vel quocumque alio modo, cedente, de Conuentu *S. Laudi* Rothomagensis, in Priorem, quem voluerint, tenentur eligere, excepto Priore. Et si Prior, & Conuentus S. *Laudi*, infra quindecim dies, postquam requisiti fuerint, Conuentui *Belli-loci*, quem sibi in Priorem elegerint, non concesserint: licebit Canonicis *Belli-loci*, de proprio Conuentu, vel aliundè, quem voluerint, sibi in Priorem, ea vice, eligere. Prior autem electus, & apud *Bellum-locum* receptus, sacramentum præstabit super Altare, de bonis Ecclesiæ illius intrinsecùs & extrinsecus fideliter obseruãdis. Si autem aliquo tempore contigerit, quòd discordia orta fuerit inter Priorem & Canonicos *Belli-loci*, quæ per Priorem & Canonicos eiusdem loci terminari non poterit: Prior S. *Laudi*, quando vocatus fuerit communi assensu Prioris & Capituli *Belli-loci*, vel ab altera partium; ad illum locum accedere debet auxiliaturus emendare illam discordiam, pro qua vocatus fuerit, cum alijs viris religiosis. Sciendum est, Quòd Episcopus *Constantiensis*, nihil juris sibi in Ecclesia *Belli-loci*, poterit vnquam vendicare, vel Canonicos ipsos, vel Ecclesiam suam sub interdicto concludere, vel excommunicare: similiter, nec Prior S. *Laudi*, poterit aliqua ratione, Ecclesiam *Belli-loci*, sub interdicto ponere, vel excommunicare Priorem. Præterea, sciendum est, Quòd Prior *Belli-loci*, & Conuentus, tenentur, singulis annis, soluere Priori & Conuentui S. *Laudi*, sexaginta solidos vsualis monetæ, ad duas pitantias, medietatem ad festum S. Michaelis, & aliam medietatem ad Pascha. Vt autem hoc in perpetuum firmum sit stabile, compositionem factam, præsenti scripto, & sigilli nostri capituli munimine, dignũ duximus roborandam. Testibus, Vuillelmo Constantiensi, Vualtero de S. Vualerico, Roberto de S. Paterno, Garino Archidiacono Rothomagensi, Magistro Symone, Magistro Ioanne de Vilers, Vuillelmo de Brueria, Canonicis Rothomagens. Magistro Vuillelmo de Ausnevilla, Richardo Heron, Radulfo de S. Amando,

Digitized by Google

Gaufredo de Mesnillo; militibus: Matheo Grosso, tunc majore Rothomagensi, Roberto de Mesnildac, & multis alijs.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Ioannes de Pratellis, Salutem in Domino.

Noueritis, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1200. idus Aprilis, coram venerabili Patre nostro, Vualthero, Rothomagensi Archiepiscopo, compositio facta fuit inter Robertum Priorem, & Conuentum S. *Laudi* Rothomagensis; ex vna parte; & *Gaufredum* Priorem & Conuentum *Belli-loci*, ex altera; assensu & voluntate mea, in hac forma, videlicet: quòd Canonici *Belli-loci*, &c. vt supra.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Vualterus, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, Salutem.

Ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire, quòd anno Incarnationis Dominicæ 1200. idibus Aprilis, facta in præsentia nostra hæc compositio apud Rothomagum, inter Priorem & Conuentum S. *Laudi*, Rothomagensis, ex vna parte: & Priorem & Conuentum *Belli-loci*, ex altera, assensu & voluntate Ioannis de *Pratellis*, fundatoris Ecclesiæ *Belli-loci*, videlicet: quod Canonici *Bellici-loci*, &c. vt sup. actum anno gratiæ, 1234. mense Decembri, in Vigilia Circumcisionis Domini, ibid. pag. 181. 182. & 183. quæ datis temporibus patenter falsa est: (cum ipse Archiepiscopus jam obijsset, ann. 1207. quare rectius apponendum esset, ann. 1203. vel 1204.) forsan ob reiteratum idem jurgium sub ann. 1232. vti constat ex sequenti carta, ibid. pag. 177. Cùm super contentione, quæ inter Priorem & Conuentum S. *Laudi* Rothomagens. ex vna parte, & Priorem & Conuentum *Belli-loci*, ex altera vertebatur; super electione Prioris *Belli-loci*, quem ab administratione Prioratus *Belli-loci*, amoueri petebant: pro eo, quòd post appellationem legitimè interpositam ab ijsdem Priore & Conuentu *S. Laudi*, fuerat electus, sicut dicebant: super hoc etiam, quòd petebant, vt per electionem de aliqua persona de collegio S. *Laudi*, assumenda, prouiderent Ecclesiæ *Belli-loci*, de Pastore, secundum formam compositionis initæ inter Ecclesias memoratas, & super villa S. Ioannis de *Noua-villa*, cum redditibus eiusdem villæ: & centum acris nemoris, sitis in circuitu Prioratus *Belli-loci*, & centum acris terræ, sitis inter dictum Prioratum & villam, quæ dicitur, *Bellenesquè*, & super damnis arreragiorum: super quibus omnibus tam possessorum, quã petitorũ intendebant in nos, Archiepisc. Rothomag. & Episcopũ Cõstantiensem, sub hac forma facere promissum, quòd nos pro volũtate nostra, hãc & has ordinemus, quòd super causis prædictis & earum appenditijs nobis placuerit ordinare. Nos prudentum virorũ habito consilio, pensata vtilitate vtriusq; Ecclesiæ statuimus & Ordinamus, quòd rata manente electione Prioris *Belli-loci*, qui nunc est, quotiens in posterum apud *Bellum-locum*, Prioris fuerit electio celebranda Conuentus *Belli-loci* diem electionis, per octo dies, ante, Priori & Conuentui S. *Laudi* teneatur, per litteras capituli nuntiare: ad quam diem Prior & Conuentus *S. Laudi*, tres de suo Collegio, alios à Priore, cum litteris capituli & Prioris, poterunt, si voluerint destinare. Qui cùm ad diem electionis venerint ad eligendum cum cæteris Conuentus *Belli-loci* admittentur ab eis, & erunt dicti tres cum alijs de gremio vtriuslibet Ecclesiæ, eligent in Priorem, quem secundum Deum viderint expedire: vel aliundè de persona idonea prouidebunt Ecclesiæ memoratæ. Ita quòd Canonici S. *Laudi*, quantum ad hoc, quod aliquis eorum eligatur in Priorem *Belli-loci*, censebitur quasi esset de gremio *Belli-loci*. Dicti etiam tres Canonici S. *Laudi*, in negotio electionis, idem per omnia juris habebunt, ac si essent Canonici *Belli-loci*. Excepto, quòd si omnes Canonici *Belli-loci* in negotio electionis, per viam compromissionis vnanimiter voluerint procedere, per canonicos S. *Laudi*, nequaquam poterunt impediri. Ita tamen, vt vnus ex illis tribus, quem Conuentus *Belli-loci* duxerit eligendum, erit Commissarius cum alijs de dicto Conuentu, quem ad hoc

Digitized by Google

hoc compromissarios (subquocumque numero voluerint) capitulum *Belli-loci* duxerit eligendos, quorum majoris partis dicto, cæteri compromissarij non poterunt obuiare. Statuimus etiam & ordinamus, quòd dicti Prior & Canonici *Belli-loci* pro quibusdam rebus temporalibus superiùs annotatis, quæ petebantur ab eis 80. libras Turonenses, Priori & Conuentui S. *Laudi* soluere teneantur, scilicet, triginta libras infra octauam instantis Natiuitatis Domini, & triginta infra octauam Natiuitatis sequentis, & viginti libras infra octauam Natiuitatis tertio secuturæ; sub pœna centum solidorum Turonensium pro singulis terminis, in quibus dicti Canonici *Belli-loci* à solutione cessabunt prædictis Priori & Canonicis: S. *Laudi*, integre persoluendis. His autem (quæ superius sunt notata) vtramque partem volumus & ordinamus esse contentam: ita quòd Ecclesia S. *Laudi* nullum aliud jus spirituale vel temporale, nec sexaginta solidos Turonenses annui redditus, quos canonici *Belli-loci* eis, ratione cujusdam compositionis, aliquando persoluerunt, nec aliquid pro arretagiis, aut expensis, petere poterunt à prædictis canonicis *Belli-loci*. Ad cujus rei confirmationem, præsenti scripto sigilla nostra dignum duximus apponenda. Datum anno Domini 1232. die Lunæ proxima ante Natiuitatē B. Mariæ. Itemque Testis adest Prior S. Laudi, sub *Gaufrido*, Abbate 13. S. Audoeni Rothomag. ex paruo Cartulario eiusd. Abbatiæ in Authentica militum, carta 1. & iterum carta 19. ad ann. 1185. sub *Samsone*, 12. Abbate ibid.

III.

3. *Adam.*

Anno 1206. 14. calend. April. Galterius Rothomagens. Archiepiscopus dedit Adæ, Priori S. Laudi, & Conuentui, Ecclesiam de *Criquebeuf*, in puram & perpetuam eleemosynam. Memoratur iterum Adam, ad ann. 1211. in quodam contractu coram ipso facto. [g] Tum ann. 1215. *Radulphus*, Abbas S. Catharinæ, Rothomagens. *Adam* de S. Laudo, & *Robertus* de Monte Leprosorum, Priores: judices sunt delegati, ab Innocentio III. Papa, pro quadam compositione inter Abbatem S. Audoeni Rothomagens. & Rogerium de *Chierneio*, agenda, ex cartulario paruo, Abbatiæ S. Laudi, in Authentica capitulorum, & nobilium clericorum, carta 28. idem, Adam Prior rursùs notatur, ibid. in Authentica militum carta 6. & alibi.[h]

g *Ex Archiuis S. Laudi.*

h *Antiquitates MSS. Normanu pag. 270.*

4. *Nicolaus.*[i] 5. *Ioannes.*

i *Codex vetus S. Laudi.*

Florebat ann. 1228. vti constat ex confirmatione priuilegiorum hujusce Prioratus per Gregorium IX. Pap. Cùm autem Ioannes, Anglus esset natione, instituit semel officium fieri in anno pro defunctis fratribus transmarinis, feria 2. infra hebdomadam primam Quadragesimæ.

6. *Richardus.*

IV. Viuebat ann. 1255. vt apparet in quodam contractu inter dictum Priorem, & *Margaritam la petite*: rectiùs, vt arbitror, Mariam *la Petite*: quæ est Ecclesia Parœchialis vrbis Rothomagens. Dicitur S. Maria *parua la petite*, respectu Metropolitanæ Ecclesiæ: quæ ideò vocatur *Major Ecclesia*; la *grande Eglise*.

7. *Robertus 2.*

Anno 1262. quandam recipit donationem ab Abbate & Conuentu Mortui-maris: Anno autem 1257. omnibus fratribus capitulariter congregatis, instituit, vt quolibet die, ante tertiam orationem Completorij, cantaretur, *Salue Regina*, aut alia Antiphona. Tum, ann. 1261. terminata est controuersia, inter ipsum Priorem, & Curatum de S. *Columba*: pro partitione Decimæ dictæ Parœchiæ.[l] Testis adest in carta, pro Prioratu *Belli-loci*, ann. 1264. pag. 34. cartularij, *Belli-loci*.

l *Ex Archiuo, & Codice vet. S. Laudi.*

V.

8. *Samson.*

Anno 1270. conuentio agitur inter ipsum & Dominum de *Sausrio*, militem: itemque agnoscitur ex infeodatione quatuor actarum terræ, in dicta Parœchia eo-

Digitized by Google

m Ibid.

dem anno. Idem prior Samson confirmauit Priori de *Cresiaco*, donationem Mathæi de *Moy*, ann. 1282. m Denique extat compositio inter ipsum Samsonem, Priorem & Abbatem S. Audoeni, Rothomag. ann. 1276. die mercurij, in festo S. Magdalenæ. n

n Ex magno Cartulario S. Audoeni, Littera D. Carta 235.

9. *Radulphus.*

Vixisse eum constat ab ann. 1290. vsque ad ann. 1295. ex fundatione *Eustachij*, Constantiensis Episcopi. o Sed velim, aduertas, ipsum *Eustachium* Pontificem, obijsse ann. 1291. & sede vacante, capitulum Constantiense, nonnulla egisse eodem ann. 1291. cui successit mox *Robertus* ab Haricuria, jam notatus ab ann. 1293. & seq. p

o Ex Schedis, S. Laudi.

p Vide in Episcopis Constantiens. 56. & 57.

10. *Robertus 3.*

Ex Conuentione inter ipsum, & Dominum de *Beusevilla*, apparet eum vixisse ad VI.
ann. 1300. infeodauit quamdam portionem terræ, in Parœchia S. Petri Honorati, Rothomagens. ann. 1302. diesque suos protraxit vsque ad ann. 1307.

11. *Bartholomæus, Quipiè.*

Anno. 1310. adfuit judicaturæ Decani; vbi Dominus *Osmundus*, recognouit patronatum de *Frobervilla* ad Prioratum S. Laudi pertinere: ann. 1320. confraternitatem contraxit cum fratrum prædicatorum Ordine, in ipsorum generali capitulo. Moriens autem, sepulturam nactus est in medio chori Ecclesiæ Prioratus S. Laudi.

12. *Nicolaus 2. de Veules, apud Caletes.* VII.

Constituit procuratorem, ad tractandum cum fratribus de *Carmelo*, pro eorum introductione, vbi de præsenti sunt, in Parœchia S. Laudi, ann. 1337. Porrò, in Scacario Rothomagens. ad Pascha, ann. 1341. & 1342. lite exorta, pro patronatu Ecclesiæ S. Columbæ Diœces. Rothomagens. arresto terminata est, cessitque in fauorem Prioris S. Laudi.

13. *Thomas.*

Viuebat, ann. 1341. scripsit Epistolam ad Subpriorem *Belli-loci*, pro morte Prioris dicti Prioratus, & electione futuri, ann. 1344. composuit cum Parœchianis S. Laudi, pro separatione Parœchiæ, ab Ecclesia Prioratus. Vitam duxit ad ann. 1354. q Porrò, anno Domini 1350. pro jubileo Lucrando, de ciuitate Rothomagensi Romanū iter aggressi sunt, tam sæculares, quàm religiosi: & fuerunt de isto Prioratu, S. Laudi, tres Canonici Sacerdotes; primus fuit F. Robertus de *Buhen*, commorans in prædicto Prioratu; & duo alij erant commorantes in Prioratu de *Cresiaco*, qui duo simul perrexerunt, nomen vnius F. Robertus *Vaste*, & alterius, F. Ioannes de *Furno*, qui omnes salui & hilares, ducatu sancti Spiritus regressi fuere, & sibi inuicem in via obuiauerunt. r

q Ex Archiuo S. Laudi.

r Ex Chronico MS. Rothomagens. ad ann. 1350.

14. *Ioannes. 2.* VIII

Litem pacificauit inter Conuentum, & Guillelmum de *Beusevilla*, pro Ecclesia de *Frobervilla*, ann. 1360.

15. *Ioannes 3. de Cruce.*

Fortè idem cum præcedenti: ad eum miserat *Ludouicus*, Constantiensis, suus Episcopus, baculum Pastoralem argenteum in custodiam. Florebat quoque ad ann. 1375.

16. *Richardus 2. de Comont, seu de Caumont.*

Benedictus fuit à Syluestro, Constantiensi Episcopo 60. in die, qua S. Ecclesia cantabat ad introitum missæ. *Vocem iucunditatis*, hoc est, Dominica 5. post Pascha, ann. 1384. scilicet, die 15. Aprilis. Obijt ann. 1393. IX.

17. *Guil-*

Digitized by Google

17. *Guillelmus le Conuette.*

Confirmata est eius electio capitulariter à Guillelmo, Constantiensi Episcopo 62. ann. 1393. post mortem prædecessoris. 1395. compromisit cum fratribus Canonicis Hospitalis B. Mariæ Magdalenæ pro processionibus publicis. Anno 1404. emit vineas quasdam in villa Mellenti.

18. *Guillelmus 2. le Bourc.*

X. Eius electio confirmatur ab Ægidio, Constantiensi Episcopo 63. ann. 1411. apparet tamen non intrasse possessionem, propter aliquam contestationem: nisi post ann. 1413. quandoquidem præfatus Episcopus ann. 1412. mandauerit ad subpriorem, vt nouitios duos susciperet, vt digniùs officium celebrari posset, vacante prioratu. Anno 1441. præfatus Ægidius Pontifex, his Canonicis Regularibus permisit collectam facere, in Diœcesi sua; ac deferre Brachium S. Laudi, ad comparanda, ex eleemosynis fidelium, quæ necessaria erant ad reædificationem, tam Ecclesiæ, quàm reliqui Conuentus ipsius Prioratus. Tumque, ann. 1446. die 27. Februar. incœpta est structura Capellæ S. Laudi (vt constat ex veteri Registro) sumptuosa, tam in materijs, quàm in hominum opere, chorum & majorem partem Ecclesiæ, & aliorum locorum, construxit de nouo; fontium aqueductus plumbo, & lapide confecit, auxit & exornauit. Qui tandem, cùm Reliquias sacras de veteribus capsis in nouas transtulisset; r obijt in Domino, ann. 1455. die 25. Ianuar. sepulturamque nactus est in Capella S. Augustini, eiusd. prioratus. s

r *Ex Archiuo S. Laudi, sup.*
s *Ibid. & Codex MS. Domini le Preuost.*

19. *Guillelmus monachi 3.*

E' Parœchia d'*Yuetot* oriundus, in præcedentis locum fuit capitulariter electus,
XI. die 2. Martij, ann. 1455. & die octauo Septembris sequentis, scilicet, ann. 1456. confirmatus fuit per Richardum, Constantiensem Episcopum, 69. t Porrò Ecclesia prioratus ipsius S. Laudi, quæ pro majori parte, per præcedentem priorē, reædificata fuerat, dedicata est mense tertio, mense à præsentis prioris electione. u Fatetur quidem Dominus le *Preuost*, id euenisse, 28. Maij: sed ann. 1455. à Cardinali Totauillano, Rothomagensi Archiepiscopo dedicatam esse contendit. x Composuit cum Parœchianis S. Laudi, pro augmentatione eorum Ecclesiæ, ann. 1483. & eodem anno mortuus est: die 3. Iunij, tumulatus in Capella S. Augustini. y Huic attribuit Translationem SS. Reliquiarum idem D. le *Preuost*: ita rem totam describens. *Die* 20. *Maij*, ann. 1470. Guillelmus, præfatus prior, extrahere fecit, per quosdam ex suis Religiosis, in præsentia testium, Reliquias SS. Laudi & Rumpharij, Episcoporum Constantiensium, & S. Frothmundi, Abbatis & martyris, ex antiquis saccis de corio, vbi erant inclusæ, & reponere intra capsas nouas, supra maius altare dictæ Ecclesiæ; & Dominica sequenti, 27. dicti mensis, dictæ Reliquiæ ostensæ fuerunt populo, supra tribus altaribus dictæ Ecclesiæ: ac postea translatæ ab eodem priore intra antiqua eorum feretra, quæ reparare fecerat.

t *Ibid.*
u *Ex Archiuo S. Laudi.*
x *Codex MSS. D. le Preuost.*
y *Idem & Archiuū S. Laudi.*

20. *Simon le Cordier.*

XII. Electus ann. 1483. licentiam obtinuit ab Abbate *Belli-Becci*, commissario deputato, propter litem inter Archiepiscopum Rothomagensem, & Episcopum Constantiensem; à quouis Episcopo benedictionem recipere posse 7. Iunij eiusd. anni: sed parùm præfuit: nam, die 2. Nouembris eiusd. anni obijt.

21. *Robertus 4. le Gras.*

E' Rothomago ortus, fuit electus 10. Nouemb. ann. 1483. ipse claustrum ex majori parte rædificauit & ornauit. Migrauit autem ad Dominum 14. Calend. Nouemb. ann. 1502. sepultus in Capella S. Augustini: in cuius tumulo legitur, quòd 20. annorum lapsu, hanc Ecclesiam gubernauerit.

22. *Nicolaus 3. de la Place.*

XIII Proximè successit; & ann. 1513. concordauit cum Vicario perpetuo Parœchiæ S. Laudi; itemque ann. 1514. die 13. Augusti, terminauit querelam cum Vicario de *Castinetio*, pro decimis.

Digitized by Google

23. *Petrus Aubert.*

Ille est, qui, pendente lite præfata, ex Rectore S. Laudi, in possessionem prioratus missus est, ann. 1483. (ex Regestro Archiepisc. Rothomag.) per modum prouisionis, vsque ad ann. 1508. vt apparet ex procuratione quadam, dicti petri ad comparendum in causa Episcopi Constantiens. & Rothomagensis Archiepiscopi, posteavero legitimè electus est Prior, 27. Augusti ann. 1515. præsente Abbate de *Bello-Becco*.

24. *Nicolaus 4. Leo.*

Per resignationem precedentis, missus est in possessionem per Abbatem Belli-Becci 9. Calend. August. ann. 1518. memoratur in Bulla confraternitatis Podij, ann. 1520. item, reuocauit F. Iacobum *Pontier*, curatum de *Themericuria*, Religiosum huiusce Prioratus, ann. 1523. & ann. 1524. obedientiam dedit septem Religiosis suis ad sacros Ordines eundi, ad quemcumque Episcopum Orthodoxum, juxta Bullam Innocentij VIII. Pap. ann. 1487. Deindè, ann. 1525. licentiam obtinuit ordinandi duos ex Religiosis suis, ante ætatem completam. Dum hic priorem ageret ann. 1533. die 9. Maij: Ecclesia Parœchialis S. Laudi, solemniter dedicata est per Ioannem de la *Massonnaye*, Episcopum Hipponensem, Rothomagens. Archiepiscopi suffraganeum.[z]

z Ibid.

25. *Pompilio de Luinio.* XIV.

Apostolicæ sedis Prothonotarius, primus extitit prior Commendatarius 14. Augusti, ann. 1536. licet electus fuisset capitulariter Augerius de la *Place*, Religiosus: tuncque deinceps defecit Regularis electio: sicque Pompilio, spatio triginta & vnius anni in possessione plenaria transacto, resignauit.

26. *Carolus Tiercelin.*

Ex resignatione, seu potius permutatione præcedentis: qui tamen Pompilio obijt antequam id compleretur: quare factum est, vt capitulariter eligeretur F. Claudius de *Franca-villa*: sed Carolus beneficium impetrauit à Rege: erat etiam Abbas de *Fontibus*: moritur ann. 1589.

27. *Antonius, le Ieune.*

Carolo defuncto, electus est capitulariter Rolandus du *Bosc*: præualuit tamen Antonius, Canonicus Regularis, ex Rectore S. Laudi: verùm his duobus ita inter se contendentibus, Leonardus du *Lozey*, prioratum in commendam à Rege accepit. Multa ædificia ipse Antonius restaurauit, quæ propter bella, aut incendia, corruerant. Deputatus est à Parlamento Rothomagens. pro reformatione prioratus S. Barbaræ in Algia: fuit etiam Vicarius Generalis prioratus de mõte Leprosorum; & inferiorem partem Cathedrarum chori Prioratus S. Laudi, à latere dextro reparauit.

28. *Henricus Clausse.*

Episcopus Catalaunensis, nominatus à Rege, circa ann. 1606. prouisiones obtinuit: & in possessionem missus est ann. 1639. Iulij 29. concordauit cum congregatione Canonicorum Regularium S. Augustini in Francia erecta, vt hic Prioratus illi vniretur, quod completum est 3. Augusti, eiusd. anni, & Religiosi introducti, obijt ann. 1639.

29. *Ludouicus Marianus Armandus, de Simmiannes, de Gordes.*

Ad nominationem Regis successit, Bullas à sede Apostolica obtinens. 9. Calend. Februar. ann. 1640.[aa] *Inter præcipuos* huiusce domus Benefactores nominatur S. Ludouicus IX. Reg. Franciæ prout videre est in antiquitatibus manuscriptis Normanniæ.[bb] Nec omittendum, quod ann. 1562. capta vrbe Rothomagensi, per hæreticos, hic Prioratus fuit ab eis expilatus: 17. April. qua die iusserunt, vt sibi aperiretur: ex compendiosa relatione eorum omnium, quæ in præfata vrbe acciderunt, ab ann. 1559.[cc]

aa Pag. 170.
bb *Codex MS. Domini le Preuost.*
cc *Apud D. Bigot, Senator Rothomag.*

CÆSA-

Digitized by Google

CÆSARIS-BVRGVS, GALLICE CHER-BOVRG. seu de Voto.

Circa Ann. 1145.

Mathildis imperatrix, & mater Henrici II. Anglorum Regis, & Ducis Normaniæ, Fundatrix: agnoscitur primus Abbas è cœnobio S. Helerij, in insula Gersoiana adducitur: simulque hæ duæ Abbatiæ vniuntur: sed præualet Cæsarisburga: cuius Archimandritæ omnes recensentur.

I. EXTAT hoc cœnobium, Canonicorum Regularium ordinis S. Augustini: non longè à Cæsarisburgi fortalitio, ad littus maris oceani, in vltima plaga Neustriæ inferioris, Fundatum à Mathilde Imperatrice, Henrici II. Regis Angliæ & Ducis Normanniæ, matre: [a] est que *Votum* Deiparæ sacrum, pro cuius rei intelligentia, aduertendum, hanc pijssimam Heroinam, aliud item cœnobium inchoasse ac fundasse juxta, Iuliam-bonam, in agro Caletensi, Diœcesʃ. Rothomagensʃ. sub nomine *Voti*, seu de *Voto*, Ordinis Cistertiensis: circa ann. 1157. Præsens autem cœnobium eadem serenissima Augusta, duxit circa ann. 1145. ædificandum, quod & *Votum* nuncupauit, & Virgini Mariæ dicauit. Nam cùm ann. 1140. mortuo patre Henrico I. Rege Angliæ, in Angliam soluisset, tanta maris tempestate, iactata est; vt tunc votum Deo, & B. Mariæ Virgini emiserit se illic cœnobium extructuram, vbi quietè, & incolumis appulisset; appulit autem Cæsariburgi: inibique Monasterium ab auo suo, Guillelmo, Angliæ conquisitore Rege, incœptum, perfecit; cui & ingentia bona ac redditus dedit; cum Annona lignaria, in sylua de Brix; cuius Abbas esset deinceps, vna cum alijs tribus nobilibus, francus iudex omnium iuspanagij habentium: ferretque Mitram & pedum Pontificale; &c. [b]

II. Attamen, quo ad tempus Fundationis huiusce cœnobij spectat, haud vna est omnium sententia: cùm quidam id reposuerint ad ann. 1168. [c] alij ad ann. 1166. [d] & 1160. [e] Sanè, quo ad ann. 1168. liquidò patet, eo tempore, scilicet quo hæc inclyta Regina obijt, opera eius bona, & pia facta, ab ea, solummodò commemorari: *Opera enim illorum* (ait sermo Dominus) *sequuntur illos*: non verò tempus præcisè assignati, quo illa opere compleuerit. Nec potest etiam id dici, de ann. 1166. vel 1160. quandoquidem longè antea jam esset illud cœnobium extructum, nam Algarus 46. Constantiensis Episcopus, (qui in fata concessit ann. 1150.) ibidem posuit præfatos Regulares canonicos S. Augustini Ordinis alumnos; quod multorum probatorum testimonio Authorum aliàs deduximus confirmatum esse: [f] quare, pro re indubitata iri arbitramur, præsentis Abbatiæ Fundationem euenisse circa ann. 1145.

III. Itaque pientissima illa Mathildis Regina & Imperatrix, bonis operibus, cumulata, fœliciter migrauit ad astra ann. 1167. [g] seu 1168. [h] de qua & de filio suo Henrico II. Angliæ Rege, veluti, Fundatoribus optimis huiusce cœnobij; fit cōmemoratio in Necrologio, ijs diebus quibus in Domino mortui sunt. *Pridiè nonas Iulij, obijt Henricus, Rex Angliæ, fundator huius Ecclesiæ.* Item 4. *idus Septembris, obijt Mathildis Imperatrix, huius Ecclesiæ fundatrix.* [i] Nunc autem ad Archimandritas præsentis Asceterij oculos dirigamus.

a Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum sub ann. 1168.
Chronica Norman. Latina ad ann. 1166.
Gallia Christiana in Constantiensʃ. Episc. & in Abbat.
Gabriel Pennotus lib. 2. Histor. Clericor. Canonic. cap. 33. §. 12.
Grisius de Clericis Regularib. section. 13 §. 50.
Cænalis lib. 2. de Re Gallica Periocha 5. Item, Tom 5. Hierarchiæ Ecclesʃ. Normann. Quercetanus lib. 7. Antiquitat. Francic. cap 15.
b Schedæ MS. Abbat. Cæsaroburgensʃ. Antiquitates MSS. Norman. pag 38. Apud D. Bigot Rothomag.
c Robertus à Monte sup.
d Chronica Normaniæ & Pennotus sup.
e Gallia Christiana sup. & Marinus Prouuerre: in Chronic. Norman. MS. lib. 3. cap. 78.
f Vide in Episcop. 47. Constantiensʃ. § 1 & 2.
g Chronicon Beccense & Cadomense. Robertus de Monte.
h Chronicon Gosserani, & Robertus à Monte, sup.
i Necrologium Abbat. Cæsarisburgi.

Digitized by Google

1. *Robertus Abbas primarius.*

Cùm enim præfata serenissima Mathildis, votum suum adimplere decreuisset, de ædificando Monasterio, juxta Cæsarisburgum: accito Roberto S. Helerij cœnobiarcha, apud Gersoyanam insulam moras agente; cordis suis desiderium pandit, totumque illius rei negotium ipsi committit: cuius expensas vltrò conferret potius ac sine dilatione. Re ad perfectum deducta, circa ann. 1145. Algarus 46. Constantiensis Episcopus, in cuius Diœcesi, hæc noua construebatur Abbatia, illuc Canonicos Regulares ordinis S. Augustini, introduxit: [l] quibus præfuit ipse Robertus Abbas: cuius memoria habetur 27. Ianuarij, quo obijt. *6. Calend. Februarij, Robertus Abbas S. Helerij; qui dictum locum à fundamentis ædificare cœpit.* [m]

l *Chronica Normaniæ Latina ad ann. 1150. Codex MSS. Sen. Victor. Parisiens. in Episcop. Constantiens. Antiquitates MSS. Normaniæ, pag. 146 Bigoti Canalis, lib. 2. de Re Gallica. sup. Item. Tom. 5. Hierarchiæ Neustriæ in eo Abbat. ann. 1150.*

m *Necrologium Cæsarisburg.*

2. *Ionas.* 3. *Beniamin.* [n]

Moritur 23. Augusti, ex Necrologio. 10. *Calend. Septemb.* Beniamin, Abbas S. V.
Helerii & huius Ecclesiæ Cæsaris-Burgi. [o] Ex quo clarè constat sub eo vnionem factam esse Abbatiæ S. *Helerij*, cum præsenti cœnobio Cæsarisburgi: qua de re testem oculatum audiamus sic loquentem. *Dominus Vvalterus* Rothomagensis Archiepiscopus, impetrauit à Domino Henrico, Rege Anglorum, vt Abbatia S. Elesij, quæ est in insula Griseij (alias Gerseij) quam Guillelmus filius Hanni, fecerat in eadem insula, consilio & auxilio Domini Regis, jungeretur Abbatiæ de voto, quæ est juxta Cæsaris-burgum, quam Imperatrix, mater Henrici Regis, ædificauerat. Erat autem tripliciter ditior, tam in Normannia, quàm in Anglia, quàm Abbatia de voto. Erat autem vtraque de ordine canonicorum Regularium. Facta est itaque Abbatia de voto, mater & caput, habens, & perenniter possidens Abbatiam de insula, & omnia sibi pertinentia, prædictus vero Archiepiscopus Rothomagensis fecit in eadem Abbatia Abbatem, suum Capellanum, qui erat Canonicus eiusdem ordinis. [p] qui sequitur.

n *Catalog. MS. Abbat. Cæsarisburg.*

o *Obituarium Cæsarisburg.*

p *Robertus à Monte. sup. ann. 1184.*

4. *Richardus Martin. excessit è vita, 12. Calend. Februar.* [q]

q *Catalog. Cæsarisburg. & Necrologiũ.*

Eius tempore, cœnobium multipliciter fuit auctum & reparatum, pietate Hosberni, viri illustris; de quo, hæc refert, præfatus testis oculatus. *Quidam enim* Constabularius Domini Regis Henrici, Hosbernus de Hosa, nomine, qui castrum Cæsaris-burgi cum Patria, quæ ad illum pertinet, custodiebat iussu Domini Regis Henrici, ædificauit in eadem Abbatia de *Voto*, domum pulcherrimam, officinas idoneas in se continentem ad opus suum; in qua, post administrationem Domini Regis, quamdiu vixit, satis honestè conuersatus est. Ipse verò ante octo dies mortis suæ, factus Canonicus, permissione Domini Regis, eidem Abbatiæ dedit 32. marcas auri; dedit prædictæ Abbatiæ centum libras Cœnomanenses, ad augendas possessiones eiusdem Abbatiæ. Dedit etiam eidem Abbatiæ 60. marcas argenti, in plata; & totidem in vasis. [r]

r *Robertus à Monte. sup.*

5. *Odo.* [s]

s *Catalogus Abbat. Cæsarisburg.*

Anno 1205. pax composita legitur inter Odonem, Abbatem S. Mariæ de *Voto*, VI.
juxta Cæsarisburgum, & Abbatem S. Saluatoris, per arbitros, Vvillelmum, Constantiensem Episcopum, & Vvillelmum, Montis-burgi, & P. de Blanca Landa, Abbates; super Prioratu S. Helerij de *Gersojo*. [t] Demùm, animam exhalauit 15. Calend. August. [u]

t *Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vicecomit. fol. 44.*

u *Obituarium Cæsarisburg.*

6. *Guillelmus, defunctus 12. Calend. Ianuar.* [x]

x *Ibid. & Catalogus Abbat. Cæsarisburg.*

7. *Rogerius de Vauuilla, mortuus 14. Calend. Decemb.*

8. *Rogerius 2. Pontrel.*

E' Monteburgo oriundus erat; spiritum Deo reddidit 11. Calendas Octobris.

9. Radulphus

9. Radulphus Macquerel.

10. Richardus. 2. Durandus, de Hamneuilla, obijt 12. Calend. Octob

11. Guillelmus 2. de Tribus montibus: moritur 4. idus April.

12. Radulphus 2. de Clauso.

Electus ann. 1282. vide in Episcop. 56. Constantiens. cap. 58. mortis debitum soluit 11. Calend. Martij.

13. Robertus 2. de Coudreio.

Lumina vitæ clausit 7. Calend. April.

14. Robertus 3. le Pouchin.

Obijt pridie, Calend. Septembr. de eo item 11. Calend. Octob. [y] attamen ex tumuli ipsius inscriptione vocatur *Carolus*: mortuus ann. 1353. nisi aliuseſſet omninò diuersus. [y Ibid.]

15. Guillelmus 3.

Delendum est. (*De tribus Pontibus*) qui quidem viam vniuersæ carnis ingressus est, sub. 4. idus April. Hic autem 3 5. nonas Octobr.

16. Hunfredus.

17. Richardus 3.

Anno 1401. spiritum emisisse, constat ex superscriptione Tumbæ eius 5. idus Octob. [z] [z Ibid.]

VII. *18. Thomas Leonard: obijt idibus Martij.* [aa] [aa Ibid. Et Obituario. Abbat. S. Saluatoris Vicecomit.]

19. Michael.

Moritur 1431. sexto idus Iulij: vti legitur in tumulo ipsius. [bb] [bb Necrologium & Catalogus Cæsarisburg.]

20. Gualterius le Blond.

Migrauit ad Dominum 13. [cc] ceu 14. Calend. Februar. [dd] viuebat ann. 1464. quo tempore Ecclesia Abbatialis Cæsaris-burgi consecrata fuit, ita enim habetur scriptum. *Anno* 1464. die S. Michaelis in Tumba, Ecclesia B. Mariæ de voto, juxta Cæsaris-burgum, Constantiensis Diœces. reconciliata fuit, per Dominum Ioannem Episcopum Iustinopolitanum, de licentia Reuerendissimi in Christo patris, D. Richardi, Episcopi Constantiensis, Tituli S. Eusebij S. R. E. Præsbyteri Cardinalis; & consecrauit majus altare in honorem B. Mariæ Virginis, & omnium sanctorum: secundum Altare verò, in honorem Petri & Pauli, Apostolorum: &c. In præsentia D. Galteri, Abbatis 1. & totius conuentus eiusdem loci. [ee] Causa autem huiusce reconciliationis, ceu consecrationis Ecclesiæ adhuc ignoratur: nisi id accidisset ob bellorum frementium tumultus inter Gallos & Anglos: quibus forsitam detrimentum haud paruum incurrisset: vti prioribus sæculis euenerat, circa ann. 1295. & 1296. cuius ita meminit Thomas Vvalsingham. Nautæ etiam Gernemuthenses Cæsaris-Burgum in Normania incendio vastauerunt, *Cherbourg*: spoliataque Abbatia Canonicorum Regularium, quendam senem in Angliam adduxerunt. [ff]

[cc Ibid.]
[dd Obituarium S. Saluator. sup.]
[ee Ex vetere Rituali Cæsarisburg. in fine.]
[ff Vvalsingham; Histor. Angl. in Eduardo I. Reg. ad ann. 1296. Item in Ypodigmate Neustriæ, ann. 1295.]

VIII *21. Ioannes Basan, mortuus 7. idus Martij.* [gg]

22. Ioannes 2. Baudiere ceu Baudaire. [hh]

Obijt pridie Calend. Iulij.

23. Philippus de Barneuille, defunctus 3. idus Nouemb. [ii]

24. Ioannes 3. Noel.

Excessit è vita, ann. 1514. 3. Calend. Ianuarij. [ll]

[gg Obituarium Cæsarisburg.]
[hh Ibid. & Necrologium S. Saluator. Vicecomit.]
[ii Obituarium Cæsarisburg.]
[ll Ibid. & Necrologium S. Saluator. sup. & Cathalogus Cæsarisburg.]

Digitized by Google

25. *Ioannes 4. Huberti.*

Abijt in cœlum 7. Calend. Decemb. ann. 1517.

26. *Iacobus Mariette, vita functus.16. Calend. Iunij.* [mm]

27. *Leobinus le Fillastre.*

Illic honorifico sepulchro conditus jacet cum huiusmodi.

EPITAPHIO,

Ah! Filastraa qui quondam gloria gentis
Extitit, & sancta Religionis annos
Quique suos viuens, praclaris moribus auxit:
Tractauitque sua tam benè cuncta domus,
Qui fuit externis longè gratissimus hospes;
Nec charis vnquam defuit indigenis.
Hic jacet, o fatum, fatum lacbrymabile cunctis,
Aut quibus est virtus, aut pia cura, fides.
Antropos vna tacens, non laudans inuida, nempè
Quòd careas meritis vnà sub orbe suis.

Obijt ann. Domini 1558. Calendis Martij. [nn]

28. *Franciscus.* IX

Ex inscriptione Tumbæ eius ann. 1558. mortuus.

29. *Guillelmus 3. vltimus Religiosus.* [oo]

30. *N. cognominatus Lancelotus.*

Dominus de Lonzé filius Iacobi Marescalli Franciæ, à Rege nominatus, postea ad Episcopatum Constantiens. qui obijt, dùm Romam proficiscebatur. [pp] Hinc Commendatarij ex *Matignona* gente, tum ex *Hottomana*, per multos annos; tum demùm Dominus *le Iay*, Prothopræses Parisiensis, eiusque filius naturalis, hanc, fiduciario jure, rexerunt vsque ad ann. 1647. Quæ taxatur ad 500. Florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ. [qq] Porrò ad calcem obituarij habentur confraternitates, quas fecerat hæc Abbatia, cum vicinioribus cœnobijs, videlicet: sancti Saluatoris Vice-comitis, ann. 1442. 4. Octob. de Exaquio 11. Decemb. 1446. Montis-burgi 1450. in Martio Blancæ Landæ 3. Maij. 1469.

[mm] Catalogus & Obituarium Cæsarisburg.

[nn] Ibid. & Necrologiū S. Saluatoris.

[oo] Catalogus Abbat. Cæsarisburg.

[pp] Gallia Christiana, sup. in Episcopis Constantiens.

[qq] De Cailliere, lib. 8. Histor. Iacobi de Matignone, Franciæ Marescalli, cap. 16. sub ann. 1588.

PERSENIA,

PERSENIA. ANN. 1145.

Quo tempore initium habuit hoc cœnobium, & quis Fundator illius fuerit, cæteraque ad ipsum spectantia referuntur.

CAPVT I.

I. CONSTAT istud cœnobium exordium sumpsisse ann. 1145. Situm quidem habens in Diœcesi Cœnomanensi, sed cujus solum est Ducatus Normaniæ; in territorio *Sonnansi*, vulgò *Sonnois*, apud syluam, quæ vocatur *Persania*, ceu, *Persenia*, gallicè *Perseigne*: Ordinis Cistertiensis, quam Abbatiam Guillelmus *Taluas*, Comes Belismensis, Pontiuensis, Sagiensis, &c. fundauit, copiosissimè dotauit, exemptamque reddidit ab omni sua jurisdictione, præsentibus omnibus illis, quorum intererat: cujus fundationis copia, ex autographo excerpta subsequitur.

II. *Preteritorum* Patrum jure memoranda gesta varijs vicissim succedentibus causis, modernis temporibus, facilè videmus à memoria labi. Ea propter ne qui in posterum cæca cupiditate pellecti, à nobis gesta, temeraria præsumptione perturbent: illud præclarum opus cartæ monumento memoriæ decreuimus recondere armario. Noscant igitur præsentes & posteri, quòd ego *VVilermus*, *Pontiuorum* Comes, ex sacra *Cistercij* religione, Conuentum monachorum Deo in perpetuum debitæ seruitutis pensum persoluentium statuens, eisdem, concessu *VVidonis*, atque *Ioannis*, filiorum meorum, pro animæ meæ, prædecessorumque, atque successorum meorum salute, ex proprijs meis fundaui Ecclesiam honori sanctæ Dei genitricis *Mariæ* dedicatam: ad quorum sustentationem plurima ex meis dedi & concessi: ex quibus hîc quædam proprijs duximus exprimenda vocabulis.

III. In primis, locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum nemoribus, ædificijs, & alijs pertinentijs suis, sicut riuulus, qui dicitur, *Veteri*, diuidit, quiquidem riuulus descendit à foresta mea de *Guitonnet*, subtus *Leurchium*, vsquequo recipitur in aquam venientem de Abbatia, & de stagno de *Britheca*, subtus vetus *Leurcium*; & sicut signis & crucibus signa diuidit lata via inter nemora Abbatiæ, & forestam meam: & descendens venit ad aquam venientem ad Abbatiam; & sicut cheminum diuidit, per quod itur de S. *Paulo*, apud S. *Rigomerium*, *de Plano*, per aquam supradictam ad riuulum, dictum *Richoer*, vsque ad nostras, & vltra Locum etiam, qui vocatur *S. Iacobus*, cum pratis, & pertinentibus suis. Locum, qui vocatur *Bignon*, juxta *Nouum-Castellum*, cum terris, pratis, & pertinentibus suis. Molendinum de *Britheca*, & fluuium ejusdem molendini. Terras, quæ Landæ nominantur: & Terras, quas, assensu meo, dedit eis Philippus *Hay*, juxta *Landas* prædictas. Grangiam meam de *Altanosia*, cum terris, pratis, & pertinentijs suis: & Terras de *Ragonia*, vsque ad forestam meam, sicut diuiduntur per fossata. Vineam meam de *Nouo-Castello*, cum domibus, plessijs, & clausuris, fossatis, & alijs pertinentijs suis vsque ad forestam. Grangiam meam de *Montepopulano*, cum terris, pratis, & alijs pertinentijs suis. Grangiam de *Tusca*, cum terris, pratis, & pertinentijs suis. Vineas de ....., cum pertinentijs suis. Grangiam de *Cortremblayo*, quam assensu meo dederunt eis *Geruasius*, Dominus de *Cortremblay*, & *Garinus*, filius eius primogenitus, cum terris pratis, & pertinentijs suis. Grangiam etiam de *Claro-fonte*, quam Monachi de *Sagio* dederunt eis in eleemosynam, cum terris, pratis, & pertinentijs suis.

IV. In Dedicatione autem Ecclesiæ, & in dotis nomine, dedi eis apud *Roleos*, prata, quæ sunt à Fosseio, sicut riuulus, qui vocatur *Rugennei*, circuit, vsquequo recipitur in *Sartham*; & eandem *Sartham*, in proprio dominio, ad piscandum, ab illo scili-

Digitized by Google

cet Loco, quo prædictus riuulus in eam descendit, vsque ad prædictum fosseium, & sicut dicta prata extenduntur in longum & latum: & iuxta eandem villam, tres sexter terræ, cum hominibus manentibus in eadem. Præterea dedi eis terras meas, & prata, & nemora de *Malesia*, cum bordis, & Tallijs ad dictum locum de *Malesia* pertinentibus, vsque ad ductum aquæ, quæ dicitur *Sorel*, & vltra; & sicut cheminum, vocatum de *Petrux*, diuidit, & nemora, & terras: & sicut cheminum diuidit per quod itur de *S. Paterno*, ad *Larcium*; dictaque nemora, vsque ad nemora de *Larcio*, protenduntur. Concessi etiam eisdem monachis, & successoribus suis, & confirmauit terram, quam *Oliuarius* de *Oseio*, & Radulfus *Viarius*, dederunt eis apud eandem *Malasiam*, cum pratis, & pertinentijs suis. Volo insuper, quòd dicti monachi faciant molendinum fullonarium, vel plura in terra, in quo, vel in quibus homines eorum pannos suos faciant fullonari, similiter & homines terræ meæ de *Sagonio*. Si ego, aut hæredes mei non fullonarium molendinum fieri decreuerimus in eadem. Illa omnia & singula do ipsis monachis & successoribus in puram & perpetuam eleemosynam, liberam & quietam ab omni terreno seruitio & exactione sæculari, cum omni jure jurisdictionis, districtu Dominico, Dominio; & cum omni justitia alta & bassa ac etiam plenaria, liberè ac honorificè possidendo, nihil mihi, & hæredibus meis, in omnibus & singulis præmissorum totaliter retinendo.

Item, Do, & concedo eis & successoribus in omnibus & singulis locis prædictis, & eorum appenditijs & pertinentijs .... venationem ad omnia grossa animalia & parua, & omnem jurisdictionem ac justitiam temporalem. Item, in villa *Allenconis* dedi eis Burgensem vnum, cum omnibus suis, *Vvillelmum* nomine, pro suis negotijs agendis, & hæredem eius, eum scilicet, qui domum eius possidebit. Hæc autem omnia, & quæ, per Dei gratiam, aut eleemosyna, aut propria emptione, jam acquisierunt de Baronibus, militibus, Burgensibus, & alijs hominibus meis, siue in posterum, Deo propitiante, adepturi sunt, cum grangijs, terris, pratis, pascuis, pasturis, locis, domibus, vineis, nemoribus, stannis, aquis, vijs, semitis, molendinis, ... piscarijs, Decimis, censibus, redditibus, ... hominibus, vsagijs, libertatibus, cum omnibus & singulis eorumdem pertinentijs suis, præfatis monachis, & successoribus suis, do, ac liberè & honorificè in perpetuum possidenda concedo. V.

Præterea, Do ipsis monasterio & monachis præsentibus & futuris, vsuagium in omnibus forestis, & nemoribus meis, & in omnibus & in singulis locis pertinentibus ad eosdem, ad omnia necessaria & vtilia sua; pasnagium pecorum suorum, & omnium animaliũ suorum herbagium & pasturam omni tempore. Et prohibeo, ne à custodibus forestarum vel nemorum, aut forestarijs, quacumque occasione impediantur, vel in aliquo perturbentur. Item Nolo, quòd dictæ forestæ & nemora tantum in posterum vendantur, extirpentur, vel deuastentur, quin ipsi & successores sui, possint vsagium suum, pasnagium, herbagium, & pasturam suorum animalium inuenire, capere in eisdem, & habere perpetuò in futurum: maximè cùm hæc specialiter sint ipsorum præcipuum fundamentum. Volo etiam & concedo, quòd ipsi, eorumque successores, tradant Grangias, loca & possessiones suas, quando sibi expedire viderint, ad medietarium redditum, vel ad firmam: & quod omnes, qui in locis, grangijs, medietarijs, siue alijs possessionibus eorum manebunt in futurum, habeant vsagium suum in forestis omnibus, & nemoribus meis, & porcorum, & omnium animalium suorum pasnagium, herbagium, & pasturam. Item, volo & præcipio, quòd ipsi & successores sui possint loca, nemora, & cæteras possessiones propè forestas & possessiones meas, aut hominum meorum, claudere, quando eisdem expedierit, fossatis, haijs, sepibus, siue pallis; & in signum veræ libertatis ac perpetuæ eleemosynæ domos ædificatas in terra sua, & etiam ædificandas, absque contradictione aliqua, †. cruce signare. VI.

Volo insuper & concedo, quòd præfati monachi, eorumque successores, omnes res, & homines sui, præsentes & futuri, siue illi, qui loca ipsorum, domos, vel grangias, quocumque modo tenuerint, vel in eisdem manserint: sint quieti & liberi, de Toloneo, passagio, pontagio, pedagio, coustumis, taleis, ... ballagio, banagio, bosselagio, reparatione viarum, pontium, villarum, atque castrorum, siue exitibus, omnique alia consuetudine & sæculari exactione, de omnibus rebus, quas vendiderint & emerint, deportare fecerint, per terram & aquam, VII.

in omni

in omni loco juriſdictionis & poteſtatis meæ. Nullusque in dicto monaſterio, nec in locis eiuſdem, hominem capere, aut percutere, nanna, animalia, blada, vina, aut alia bona eidem conſtituta capere, vel portare, aut juſtitiam qualemcumque exercere audeat, vel præſumat, prandium, hoſpitium, præbendam, vel rem quamlibet aliam improbè, & quaſi hæreditario jure, requirat: Sed omnia integra liberè & honorificè conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Et ne domus Dei, prauorum malignitate, valeat perturbari, omni qua poſſum authoritate, decerno ac præcipio, quòd ſi dicti monachi per ſe, vel per alios, non explectent, vel explectauerint omne jus ſuum in aliquibus præmiſſorum, quòd per non vſum, eiſdem monachis, aut alijs ab ipſis cauſam habentibus, vel habituri; nullum præjudicium generetur. Nec volo, quòd deſeſina eiſdem noceat in futurum, aut ſaiſina aliqua contra ipſos, vel ſucceſſores ſuos, mihi, aut hæredibus meis, aliquid proficiat in futurum.

VIII Et propter reuerentiam Dei omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ, S. Petri, ſanctorumque omnium, omnes Rectores ſanctæ matris Eccleſiæ, ac nobiles principes, ſuperiores meos, deuotiſſimè depoſco, quatenùs dictos Monachos, & ſucceſſores ſuos, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, priuilegijs, vſagijs, libertatibus, immunitatibus, hominibus, locis, rebus, & alijs bonis ſuis, in virtute, poteſtate, & garda ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſua Regia tuitione, nobilique cuſtodia & protectione accipiant. Nam ipſos, & eorum Monaſterium, cum omnibus & ſingulis rebus, poſſeſſionibus, & hominibus ſuis, extra gardam & juſtitiam, & in garda & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſuperiorum meorum pono, nihil mihi, aut ſucceſſoribus, in gardam vel juſtitiam retinendo: niſi de ſpeciali gratia dictorum Monachorum, aut eorum ſucceſſorum. Quod vt firmum & ſtabile in perpetuum perſeueret, præſentem cartam ſigilli mei munimine roboraui: Teſtibus his, Domino *Vuillelmo*, Cœnomanenſi Epiſcopo, & *Girardo*, Sagienſi Epiſcopo, *Richardo* Sauignienſi Abbate, *Radulpho* Abbate S. Andreæ, & Abbate S. Vincentij Cœnomanenſis: R. Vicecomite Bellimontis, Pagano de *Clincampo*, Hugone de *Mellayo*, Roberto de Milleio, & multis alijs. Ego *Ioannes*, filius Comitis primogenitus, omnia, quæ in hac præſenti Carta continentur, laudaui, & ratificaui, eaque ſigilli mei caractere confirmaui. [a]

IX. Memoratur dedicatio huiuſce Eccleſiæ: in præfata carta: habeturque conſcripta in Tabella quadam eiuſdem Eccleſiæ: vbi teſtatum dignoſcitur anno 1145. die, 9. Octob. conſecratam fuiſſe per DD. *Guillelmum*, Cœnomanenſem, & *Girardum* Sagienſem, Epiſcopos, in honorem Dei, Virginis Deiparæ Mariæ, & SS. Dionyſij, ac ſociorum eius martyrum. [b] Quibus clarè edocemur, huiuſmodi dedicationem poſteriorē fuiſſe ipſius Abbatiæ Fundatione: præſentēque carta tunc extitiſſe editā paulò poſt talem Dedicationem. Porrò *Ioannes* filius Guillelmi de *Taluas*, obijt, 24. Februar. 1191. ſepulturam nactus in choro huiuſce Eccleſiæ Abbatialis, vnà cum *Beatrice*, eius vxore: ex qua tres filios reliquit, ſcilicet, *Ioannem*, *Guillelmum*, & *Robertum*: *Ioannes* præfatus, moritur adhuc juuenis, duobus poſt patrem menſibus, nempe, 6. Maij, eiuſdem anni, in eadem æde tumulatus. *Guillelmus* verò abſque liberis defunctus, ann. 1203. eodem in loco jacet. Quantum ſpectat ad *Robertum*, Alenconienſem, & Sagienſem Comitem, ad bellum ſacrum profectus eſt; & redux in domum complures ſanctas Reliquias à ſe exindè allatas, dono dedit huic Abbatiæ. [c]

X. Porro, S. Ludouicus IX. Reg. Franc. confirmauit omnia bona huiuſce cœnobii, ann. 1248. cuius exemplar ſubſequitur.

[a] *Apud Bryum lib. 2. Hiſtor Perticenſ. cap. 17. pag. 154. & ſeq.*

[b] *Ibid. pag. 118.*

[c] *Ibid. cap. 20. pag. 127.*

Ludouicus, Dei gratia Francorum Rex; Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Salutem in Domino.

Notum facimus, quod nos volumus, & concedimus, vt monachi de *Perſegnia*, Ciſtertienſis Ordinis, habeant & teneant in puram & perpetuam eleemoſynam, liberam & quietam, quinquaginta quinque acras terræ arabilis, quas Guillelmus de *Verberya*, Bailliuus noſter, eiſdem monachis aſſignauit de mandato noſtro, in foreſta noſtra *Burſæ*, in recompenſationem vſagii, quod dicti monachi habebant

LIIII ii

in eſſartis eiuſdem foreſtæ : quæ eſſarta dedimus Monialibus de *Theſauro noſtræ Dominæ*, & conceſſimus in perpetuum habenda. Volumus & concedimus, quòd homines ipſorum in dictis acris terræ manentes in futurum, ſeu reſidentiam facientes, ſint liberi & quieti, de Talleis, corueis, viſionibus, couſtumis, moultis, reparatione caſtrorum, villarum, pontium, & viarum, omnique alia conſuetudine, & ſæculari exactione. Et ſi ipſi Monachi in dictis terris, ſeu Herbergamenta pro vtilitate & neceſſitate ſua ædificare voluerint; volumus quòd ipſa de foreſta noſtra *Burſæ*, facere & ſuſtinere valeant, abſque moleſtia quodcumque ſibi viderint expedire.

Concedimus etiam & confirmamus præfatis monachis; & ſucceſſoribus ſuis tenementa, ... libertates, cenſus, & homines, redditusque, & quos habent ex conceſſione & eleemoſyna *Heruei*, quondam Domini *Eſſei* : & tenementa feodi *l'Abbé Trouſeuent*, Ioãnis le Bigot de *Eſſeio*, Guillelmi *Linart*, & Regnales *la Vache*: eleemoſynamque, & feoda, & homines, & tenementa, quæ dedit eiſdem monachis Ioannes *Præsbyter*, & Dominus de *Burſart*, cum ijs, quæ habent, in quibuſcumque locis; ſiue fundos in tota Parœchia; ſupradictam eleemoſynam, etiam illam, quam Robertus de *Eſſey*, Comes, Canonicus Rothomagenſis, eiſdem contulit & legauit: & illam eleemoſynam, quam Hugo de *Bellomonte*, ſuper quadam domo, aliàs apud *Eſſeium* eiſdem delegauit. Tenementa etiam, res, poſſeſſiones, feoda, domos, homines, cenſus, quæ fuerunt aux ...... ſita in villa & Parœchia *Alenconii*, & alibi. Habergamenta de *Celumborijs*, de *Aprella*, de *Planteis*, cum hominibus, terris, pratis, & pertinentibus ſuis : & Decimas, quas habent ibidem : & Decimam de *Forgiis*, & quicquid habent, tam eleemoſyna, emptione, quàm alio juſto titulo, in toto Comitatu noſtro *Alenconii*. Decimam etiam, quam habent in tota Parœchia de *Goduchon*, & Terſionaria de *Merula Radulphi*. pro vt dictæ decimæ per metas & limites diuiduntur, & ſicut in chartis bonæ memoriæ *Iordanis*, quondam ...... Epiſcopi, Robertique, & G. de *Cohardon*, Dominorum de *Goduchon*, & aliis pleniùs continentur. Volumuſque & præcipimus, vt ipſi monachi, & ſucceſſores ſui, eorumque cauſam habentes, & habituri, ſint quieti & liberi de couſtumis, paſſagiis, pontagio, & exitibus, omnique alia conſuetudine, & ſæculari exactione, de omnibus rebus, quas vendiderint & emerint, vel deportare fecerint, in omni terra noſtra, tam per terram, quàm aquam. XI.

Concedimus inſuper & confirmamus eiſdem monachis & ſucceſſoribus ſuis, vſagium, quod habent in foreſta de *Burſa*, & de *Eſcouues*, ad omnia neceſſaria ſua, pro vt in omnibus, & in ſingulis chartis, & in priuilegijs *Guillelmi*, Comitis *Pontiuorum*, *Ioannis* & *Roberti* ...... *Alenconis*, pleniùs continetur. Præterea volumus & concedimus, quòd chartæ ipſorum Monachorum, & priuilegia, cum vniuerſis & ſingulis clauſulis in eiſdem contentis & expreſſis, à nobis & prædeceſſoribus noſtris, fundatoribuſque ſuis, ſiue quibuſcumque alijs Chriſti fidelibus eiſdem data & conceſſa, abſque abreptione, diminutione, inuiolata maneant perpetuò, atque etiam inconcuſſa; quæ, & quas, per omnes & ſingulos articulos confirmamus atque etiam innouamus. Vnde propter deuotionem illam maximam, quam ad dictum Monaſterium *Perſegniæ*, & etiam ad totum Ordinem *Ciſtertienſem*, certum eſt nos habere, volumus, vt præfati Monachi & ſucceſſores ſui habeant & poſſideant vniuerſa & ſingula, quæ in præſenti charta ſunt inſerta, in puram, & perpetuam, liberam & quietam eleemoſynam, cum omni jure, Dominio, & juſtitia, ab eiſdem honorificè in perpetuum poſſidenda. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum. Actum apud *Perſegoriam*, anno Incarnationis, 1248. menſe Maio. [d] XII.

d *Bryus ſup. lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 256. *& ſeq.*

Petrus Alenconienſis, filius Petri 2. Alenconienſis Ducis, Comitis Pertici, iuuenis obiit, ann. 1375. ſepulturam nactus hac in Abbatia : quo & frater eius *Ioannes*, defunctus ann. 1376. tumulatus eſt, ſimul cum *Maria*, illius ſorore, mortua ann. 1377. iuxta DD. *San-martanos*: Tom. 1. Hiſtor. Genealogic. Domus Franciæ, lib. 21. cap. 4. XIII

HAM-

HAMBEYA,

Circa ann. 1145.

GALLICE, HAMBIE.

Guillelmus Paganellus, vir nobilißimus, Fundator huiusce Abbatiæ: cui vnà cum filijs, & posteritate sua, multa bona contulit: quæ tum Episcopi Constantienses & Abrincenses, ac Metropolitani Rothomagenses, tumque summi Pontifices, Angliaque Reges, confirmarunt, & approbarunt.

CAPVT I.

I. Distat 4. leucis hoc cœnobium, ab vrbe Constantiensi, (in cuius Diœcesi consistit) Theopolim versus: estque Ordinis S. Benedicti B. Virgini Deiparæ dicatum: taxatur apud Cameram Apostolicā pro annatis ad 72. florenos aureos.[a] Cuius fundator extitit vir illustris, Guillelmus *Paganellus*: circa ann. 1145. Data carta in hunc modum. *Notum sit omnibus*, tam præsentibus, quàm futuris: quod ego Villelmus Paganellus, consilio & consensu filiorum meorum, Hugonis & Fulconis, & Thomæ, & Ioannis, vnam Abbatiam fundaui, in propria hæreditate mea, apud Hambeyam, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & animabus prædecessorum meorum: ad cuius ædificationem, & fratrum ibidem Deo seruientium sustentationem, donaui Ecclesiam de Hambeya, cum pertinentijs suis, in perpetuum possidendam: & duas carrucatas terræ in eadem villa & Decimas omniū redditū meorum totius terræ meæ, quæ est in Episcopatu Constantiensi: & lanam dimidiam arietum: & tria pondera ceræ, in monte S. Michaëlis: & totum meum sal de *Veduno*: & Pasnagium porcorum eiusdem Abbatiæ: & omnes homines Abbatiæ immunes ab omni cōsuetudine sæculari. Præterea situm Abbatiæ cum pertinentijs suis: & molendinum in eodem situ, cum pertinentibus aquis hinc & hinc: & insulam: & quamdam partem nemoris per monstratas diuisas, & Landas *Meloij*: & insuper vnam cellam, in nemore meo, apud *Monasteria-Huberti*, cum pertinentijs suis, videlicet cum quadam parte nemoris, monstratis diuisis; & duas carrucatas terræ, & duas acras pratorum, & vnum hortum, & omnes Decimas meorum redditū in castello de *Monasterijs-Huberti*. Harum igitur donationum est terminus ad festū S. Michaëlis. Ne autem alicuius praua machinatione valeat infringi, sigilli mei authoritate roboraui; teste Algaro, Constantiensi Episcopo: cuius admonitione hoc opus incœpi, & teste Theodorico, Abbate de S. Laudo: & Rogero, & Gilleberto, & Philippo, Archidiacon. Roberto de *Hambeya*: & Rogero de *Lusorijs*: & Hugone de *Nouavilla* & Syluestro & Thoma *Paganellis*: & Ioanne *Paganello*: & Vvillelmo *de Veduno*: & Ioanne de *Gameyo*, & Vvillelmo de *Tresgoz*: & aliis multis.[b]

II. Alia etiam dedit idem Fundator Guillelmus. Carta particulari eadem confirmat Fulco præfati Guillelmi filius, additque alia multa.[c] Algarus prædictus. Constantiensis Episcopus eadem confirmat de assensu & consilio clerj Constantiensis: vti testatur Ioannes *Paganellus*, Archidiaconus, eadem quoque & ipse confirmans, ann. 1239. Carta ipsius Algari præsulis ibidem habetur.[d] Richardus, Constantiensis Antistes, omnia, in genere, confirmat.[e] Guillelmus, eiusdem sedis Episcopus, quædam confirmat, ann. 1197.[f] Viuianus item Episcopus, confirmat ipsis monachis Ecclesiam de *Brehal*: cum appenditijs suis.[g] Henricus, item Episcopus ann. 1208. & 1210. Hugo quoque Episcopus, complura confirmat,

a *Gallia Christiana in Episcop. Constantiens. & in Abbat.*

b *Ex Cartulario Abbat. Hambeyæ. fol. 1. Antiquitates MSS. Norman. pag. 123.*

c *Ibid.*

d *Ibid. fol. 4.*

e *Ibid. fol. 5. & 40.*

f *Fol. 42.*

g *Fol. 40.*

Digitized by Google

ann. 1208. circa 1229. 1231. & 1236. [h] ſed præcipuè 1228. confirmat, quæ ſua admonitione, Fulco de *Cantu-lupi*, miles, dederat. [i] Guillelmus item Epiſcopus, ann. 1248. ea confirmat, quæ à nobili viro Fulcone *Paganelli*, milite donata erant. [l] Alia quædam etiam probat eod. anno, menſe Iulio. [m]

Ioannes Epiſcopus, ann. 1262. compoſuit inter Robertum, Abbatem Hambeyæ, & curatum de *Cantu-lupi*. [n] Idem Epiſcopus, compoſuit etiam pro Eccleſia de *Brehal*: ann. 1263. [o] compoſuit iterum inter Abbatem Sauiniaci, (ratione monialium Moretonij, quarum ipſe Abbas pater erat & prouiſor) & Abbatem Hambeyæ, ann. 1264. [p] tum quoque memoratur ipſe Antiſtes Ioannes, ann. 1266. & 1269. [q] Sequitur frater Ægidius, Conſtantienſis Epiſcopus, qui compoſitionem egit inter monachos & curatum de Hambeya, ann. 1291. die martis poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli. [r] Robertus eiuſdem ſedis Epiſcopus, hanc publicauit ann. 1293. die mercurij poſt ſynodum Paſchæ. [ſ] Idemque præſul, vnà cum Abbate Hambeyæ Philippo, adeſt, ſuper quadam compoſitione, ann. 1305. die veneris ante natiuitatem Domini. [t] Denique memorantur Guillelmus de *Thieuilla*, ann. 1337. [u] & Sylueſter, ann. 1379. [x] Epiſcopi Conſtantienſes.

III. Præterea Abrincenſes Præſules, huiuſmodi Abbatiæ rebus impenſè conſuluerunt, Richardus namque Epiſcopus, confirmauit omnia Roſcelino Hambeyæ cœnobiarchæ: Guillelmus item Epiſcopus confirmauit ipſi Abbatiæ, ea, quæ Leſcelina de *Subligneyo*, vxor Fulconis *Paganelli* dederat: [y] in cuius donatione teſtis adeſt, Anſgotus, Abbas Lucernæ. [z] Gaufridus etiam Epiſcopus, confirmauit nonnulla alia. [aa] Eadem præſtiterunt: Vvalterus, Rothomagenſis Archiepiſcopus ſub datum: ann. 1198. in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, apud Exaquium. [bb] Itemque ſummi Pontifices, nam Alexander III. Roſcelino Abbati Monaſterij S. Mariæ de Hambeya confirmat omnia: eaque ſub B. Petri, & ſua, protectione ſuſcipit: ſub datum Tuſculi. Kalendis Iunij, indictione 14. Pontificatus ann. 22. Chriſti vero 1181. [cc] Gregorius X. confirmat omnia priuilegia & indulgentias huiuſce cœnobij: ſub datum Lugduni Kalendis Iunij, Pontificatus ann. 3. Clemens V. idem agit ann. 1306. menſe martio. [dd] non autem 1290. niſi loco *Clementis*, ponendus eſſet *Cœleſtinus* V.

IV. Tum denique, Henricus II. Angliæ Rex, Duxque Normaniæ, & Comes Andegauiæ, ea omnia confirmauit: teſtibus, Arnulfo, Lexouienſi, & Philippo Bajocenſi, Epiſcopis: apud Barbefluctum. [ee] Non me latet Duces, *Longa-villa*, huiuſmodi Abbatiæ dici etiam poſſe fundatores, ratione domus de *Stoteuilla*, quæ in hos principes glorioſè transfuſa eſt. Nam Ioanna, cognomento *Paiſnel*, ceu, *Paganella*, vltima hæres vnica caſtri Hambeyenſis, deſponſata Ludouico *Stoteuillano*; hoc cœnobium, vnà cum marito (vt volunt) extruendum curauit, in eoque ſepulturam ſibi ſelegit. [ff] Verùm, hic error nimius, haud intactus eſt relinquendus, nam, cùm Algarus, Conſtantienſis Epiſcopus, teſtis in carta Fundationis Abbatiæ Hambeyenſis, per Guillelmum Paganellum, vita exceſſerit ann. 1150. fatendum erit, id opus approbaſſe ſaltem ann. circiter 1145. nec Monaſterium, eo tempore, ædificatum fuiſſe: quid igitur extruendum differre in aliud tempus, prorogareque ædificium vſque ad ipſius Ioannæ ætatem? Sanè, id intelligendum dixerim, de eiuſdem cœnobij reſtauratione, vel aliqua notabili ampliatione, & perfectione, potiùs, quàm de primaria illius conſtructione. Porrò, de hac illuſtri gente *Paganella*, plura ſcribunt, Arboretanus Antiſtes, ex *Sigeberto*, ad ann. 1171. & *Polydoro*, lib. 16. de Reb. Anglor. [gg] Ioannes de Paſſelaigue, monachus Benedictinus ex priore Charitatis, Abbas Hambeyæ, fit Epiſcopus Bellicenſis, ann. 1630.

h *Fol.* 42. 43. & 48.
i *Fol.* 4.
l *Fol.* 4.
m *Fol.* 42.
n *Ibid. fol.* 43.
o *Fol.* 44.
p *Ibid.*
q *Fol.* 48. & 51.
r *Fol.* 8.
ſ *Ibid.*
t *Fol.* 7. & 8.
u *Fol.* 125.
x *Fol.* 218.
y *Fol.* 14. & 38.
z *Fol.* 37.
aa *Fol.* 35.
bb *Fol.* 4. & 40.
cc *Fol.* 6.
dd *Fol.* 9.
ee *Fol.* 6.
ff *Franciſcus Roſſanus & Quercetanus lib. 7. Antiquitat. vrbium, & ciuitat. Galliæ. cap. 15. Ex canali lib. 2. de Re Gallica. Perioche 5. Belforeſtus. In Coſmograph.*
gg *Canalis, & Belforeſtus. Ibid.*

CATALOGVS

Catalogus Abbatum huiuſce celebris Cœnobij.

CAPVT II.

I. OMnium Cœnobiarcharum præſentis Monaſterij, recto ordine, recenſere perſonas, opus quidem perdifficile eſt: quod neque molimur, vel aggredimur: ſed tantum eorum nonnullos referendum duximus, quorum nomina, vel geſta nobis ſunt propalata.

1. *Fulconius Abbas primarius.*

2. *Roſcelinus.*

Huic confirmant omnia ad eius Monaſterium ſpectantia: tum Richardus, Epiſcopus Abrincenſis: tum ſummus Pontifex, Alexander III. ann. 1181. [a]

3. *Guillelmus.*

Inter ipſum, & Durandum, Abbatem *Troarni*, fit compoſitio, in præſentia Henrici, Epiſcopi Bajocenſis, & P. Cœnomanenſis Abbatis; cui teſtes ad fuerunt Stephanus, prior de *Plaiſiaco*, &c. [b] teſtis adeſt in rebus Abbatiæ S. Saluatoris Vice-comitis. [c] Exceſſit è vita 8. Calend. April. [d]

4. *Lucas, defunctus 6. Calend. Ianuar.* [e]

Anno 1216. fuit compoſitio inter R. Abbatem Lucernæ & Hambeyæ. [f] Anno 1218. Rex Franc. Philippus Auguſtus dat, confirmatque multa monachis huiuſce Abbatiæ: ex vetuſto Codic. MS. Lutetiæ, apud D. Vyon Cartophical. Reg. fol. 76. pag. 2.

5. *Ioannes.*

Anno 1231. A. Abbas S. Laudi, componit cum Abbate Hambeyæ, menſe Iunio. [g] Porrò ipſe Ioannes Abbas, ann. 1234. fertur 20. habuiſſe monachos, quibus dat, aſſignatque vnde veſtimenta ſibi conquirant. [h] Notatur etiam ad ann. 1240. [i] Illius tempore, Radulfus, Abbas Montis S. Michaelis, nonnulla huic Monaſterio dedit, ann. 1233. [l]

II. 6. *Hugo.*

De eo fit mentio ann. 1248. [m] ſed præcipuè, vbi agitur de Capitulo Generali Hambeyæ habito per ipſum Hugonem Abbatem: cuius copiam hic ſubijcimus; [n] *Vniuerſis præſentes* litteras inſpecturis, Officialis Conſtantienſis, ſalutem in Domino. Noueritis nos anno Domini 1298. die Sabbathi, ante feſtum B. Gregorij, vidiſſe, legiſſe, & diligenter inſpexiſſe quaſdam litteras, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte ſui vitiatas; ſed ſanas & integras, veriſque ſigillis ſigillatas, vt prima facie apparebat, formam, quæ ſequitur, continentes, ſub his verbis.

In nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Hæc ſunt Acta & Statuta Capituli noſtri Generalis, apud Hambeyam celebrati, in noſtro Monaſterio de Hambeya, præſentibus dilectis filijs noſtris in Chriſto; Roberto, Abbate de *Lancrenat*: P. Abbate *de Longis*; P. Abbate de *Valemont*: P. Priore de *Merula*: P. Priore de *Burone*: & alijs vocatis, qui fuerant euocandi, anno Domini 1248. die 3. poſt feſtum S. Crucis, in Mayo, & in craſtina continuata à die præcedenti. Nos verò Hugo, Abbas Monaſterij Hambeyenſis, Dei miſeratione, pijs patrum noſtrorum præcedentium veſtigijs, inhærentes, ſtatuimus: quod ſicut fuit

[a] Cap. præcedenti, §. 3.
[b] Ex Cartulario Abbat. Hambeyæ fol. 21.
[c] Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vicecomit. fol. 7.
[d] Ex Necrologio Abbat. Lucernæ.
[e] Ex Obituario Abbat. de Longis.
[f] Ex Cartulario Hambeyæ, fol. 28.
[g] Ibid. fol. 42.
[h] Fol. 34.
[i] Fol. 26.
[l] Fol. 33.
[m] Fol. 55.
[n] Extat in præfato Cartulario ſub initio. Itemque apud Abbatiam de Lõgis.

Digitized by Google

VALLIS-RICHERIA, GALLICÉ, VAL-RICHER, ceu, Vau-Richer.

ANN. 1147.

Situs & Fundatio cœnobij Vallis-Richerij deſcribitur: necnon Charta hujuſmodi Fundationis referuntur.

CAPVT I.

I. EST Ordinis Ciſtercienſis, tribus leucis diſſita ab vrbe Lexouienſi, verſus Algiam, fundata à Philippo de *Haricuria*, Bajocenſi Epiſcopo & Simone de *Boſuilla* viro illuſtri, ſub Thoma 1. Abbate, ann. 1146. Quæ vnà cum 7. Parœchijs, exempta eſt ab Epiſcopo Lexouienſi, in cuius Diœceſi extat, paretque Epiſcopo Bajocenſi: cuius loco, vt reor, ſimilis adeſt exemptio in Diœceſi Bajocenſi, de Abbatia *Montis-Dei*, quæ cum nonnullis etiam Parœchijs, ſubjacet ipſi Epiſcopo Lexouienſi, vocaturque Exemptio de *Nonanto*. Hanc igitur Vallem-Richerianam, protulit. D. *Bernardus* ex Claraualle. Primùm conſtrui cœperat in agro ſterili, cui nomen *Salebria*, *Solebria*, *Solopera*, & *Solopra*; indéque S. Bernardo adhuc viuente, tranſlata eſt, ad locum vbi nunc cernitur, ann. 1147. 8. Calend. Iulij. [a] cujuſquidem fundationis litteras ſubijcimus.

Vniuerſis Sanctæ Dei Eccleſiæ filijs, Philippus, Bajocenſ. Eccleſiæ Præsbyter,
II. Salutem & orationum inſtantiam. Conſuetudinis eſt, cuſtodiæ committere ea, quæ inconcuſſa volumus ſtabilitate permanere: ne valeant aliquando, aut obliuione ſubtrahi, aut improborum hominum vexatione turbari. Ea propter, conuentionem, quæ inter nos, & Abbatem, *Thomam*, de Valle Richerij facta eſt, de loco, qui *Solopera*, vocatur, in quo prius eius Abbatia erat, ſcripto placuit, memoriæque mandare, & ſigilli noſtri ſuppoſitione munire. Erat itaque locus ille ad commoditates Abbatiæ neceſſarias peranguſtus, & minimè conueniens. Abbas igitur prædicti loci communicato nobiſcum conſilio, ad *Vallem Richerij* tranſijt, qui & in Parœchia noſtra ſitus eſt: quem locum, ei, & ſucceſſoribus ſuis, in Ordine Ciſtercienſi de monaſterio Clareuallenſi, ibi ſubſtitutis, conceſſimus, cum omnibus pertinentijs ſuis, ſicut Abbas de *Mortuo-mari*, per manum noſtram, acceperat, & poſſederat; qui ea lege, & conditione, prædictum locum à nobis, & à Dominis loci, accepit, vt ſi aliqua interueniente cauſa, hunc locum ſibi retinere nollet, cuipiam Abbatum de Ordine Ciſtercienſi, ad conſtruendum cœnobium, attribueret. Prædictus verò Abbas Thomas, locum *Solopere*, cum pertinentijs ſuis nobis reſignauit: cui pro laboribus & impenſis, quos prædicto loco poſuerat, decem modios Annonæ, (c'eſt plûtoſt, *Auena*) & ſexagintas libras Andegauenſ. monetæ, tribuimus. Hæ ſunt terræ, quæ per manum noſtram, prædicto loco datæ ſunt: ſcilicet, de dono Symonis de *Boſuilla*, terra, quæ vadit per vicum Rogeri, Giſleberti filij, vſque ad terram de *Bruereio* eiuſdem Rogerij, & ab eadem terra, vſque ad terram Richardi de *Aris*, & vſque ad *Gratapantiam*: & in altera parte, tota terra Floodis; & apud *Goſuillam*, de dono eiuſdem Symonis, & hominum ſuorum, triginta & quatuor acras terræ. De dono Roberti filij *Milonis* 20. acras terræ, à ſemita domus *Bueuint* vſque ad magnum vicum; & tota terra Ingulſi ferrarij, & terra Richerij de *Moſterello*, à terra *Cherneti*, vſque ad terram de *Moſterello*. De dono Rogerij *Carbonel*, terra à ſpina *Aldeni*, vſque ad *Gratupance*, & à nouo foſſeio, vſque vallem *Orieldis*. De dono Roberti de *Baſio*, tota terra viæ, à ſemita Abbatiæ vſque ad

Mmmmm

[a] *Gallia Chriſtiana, in Epiſcop. Bajocenſ. & in Abbat. Manriquez Tom. 1. Annal. Ciſtercienſ. ad ann. 1147. cap. 19. §. 1. & 3.*

S. Audoenum. De dono Richardi de *Folmuçon*, à fonte, ficut fosseiū vadit, tota terra vſque ad S. Audoenū, & vſque ad chiminū: de terra Alueredi de castello, ſicut vadit per fosseiū *Eue*, à vado prati *Caluel*, vſque ad boſcū, & vſque ad campū Heruei, aſſēſu Vuillelmi Syluani, & modò habuit antedictus Alueredus à monachis pro charitate, viginti ſolidos Andegauenſis monetæ, & vnâm minam fabarum; De Vuillelmo ſyluano planum & boſcum totum à chimino, qui diuidit terram Symonis de *Boſuilla*, & terram Guillelmi, vſque ad terram de *Rocha*. Ea propter Abbas de mortuomari dedit triginta libras Andegauenſis monetæ: qui Abbas Richerij vallis locum, cum omnibus appenditiis, dedit præfato Thomæ Abbati. De dono Symonis de *Boſuilla*, tota terra, &c. [b]

b Extat in Cartulario Abbatiæ Vallis-Richerij.

Hugo Rothomagenſis Archiepiſcopus eadem confirmauit: cujus Diploma: ſic III.
incipit: *Proindè conſueuit*: &c. Sub Datum Bajocis, ann. 1150. [c] Idemque ſummus Pontifex, Alexander III. confecit, ann. 1164. Data Bulla, in hunc modum.

c Ex MS Codice Nigro Eccleſiæ Cathedral. Bajo.enſ. fol. 17.

Alexander, Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs Roberto, Abbati de Valle Richerij, eiuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeßis; &c. Religioſis votis annuere, & ea operis exhibitione complere, officium nos inuitat ſuſcepti regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus: & præfatum Monaſterium in quo Diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, atque Ciſtercienſium fratrum inſtitutiones, in iſto monaſterio, inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibid. temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium impræſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono Symonis de *Boſuilla*, & Gaufridi filij eius, locum vallis-Richerii, in quo ipſa Abbatia ſita eſt, & partem ſyluæ, quæ dicitur, Braſſai; ex dono eiuſd. terram, quæ vadit per vicum Rogerij, filij Giſleberti, vſque ad terram de Bruerio Rogerii, & indè vſque ad terram Richardi de Altariis, & vſque ad Gratapantiam; & in Altera parte, totam terram Flooldi: & apud Boſuillam, 34. acras terræ: Ex dono Richardi de Altariis, terram, ſicut fulco determinata eſt, vſque ad maram ſalitioſam: Ex dono Rogerij Carbonel, terram à ſpina Aldeni, vſque Gratapantiam, & à nouo foſſeio vſque ad vallem Orieldis; Ex dono Roberti de Baiſio, terram à ſemita Abbatiæ, vſque ad S. Audoenū; Ex dono Richardi de Folmuçone, totam terram à fonte, ſicut foſſeium vadit vſque ad S. Audoenum, & vſque ad chiminum. Ex dono Roberti, filii Milonis, 20. acras terræ, à ſemita domus Burinint, vſque ad magnum vicum, & totam terram Ingulphi terrarij: & terram Richerij de Monſterol, à terra Gerneti vſque ad terram Roberti de Monſterol; Ex dono Aluredi de caſtello, terram, ſicut vadit per foſſeium Eue, à vado prati Caluel ſurſum, vſque ad boſcum, & vſque ad campum Etuei; ex dono Guillelmi Syluani, planum, & boſcum totum, à chimino, qui diuidit terram eius, & terram Symonis de Boſuilla, & vſque ad terram de Rocha. Ex dono Symonis de Boſuilla, Feodum Radulfi Gerneti, totum, quod de eo tenebat apud vallem Richerij, quod conceſſit idem Radulfus, aſſenſu Roberti de Monteforti. Ex dono Aitardi Presbyteri, & Drœlini, nepotis eius, totam terram, quam tenebant de Adam Carbonel, tam planum, quam boſcum, quod conceſſerunt Radulfus Libaneis, & Robertus, filius eius, & Richardus filius Turgis, & hoc idem laudauerunt, & fide firmauerunt Robertus & Adam Carbonel. Ex dono Hugonis de Rocha, 15. acras terræ iuxta Gratapantiam; Ex dono Vualchelini de Corcella, terram de Bruya; Ex dono Roberti, filij Herneiſy, habitationem in foreſta de Cingleis, & ab illa habitatione vſque ad campos, totum nemus, quod ante eſt, retro autem tres acras nemoris in longum & in latum; quicquid inter eſt, inter viam, quæ ducit ad Monaſterium, & viam fagi pendentis; & quæcumque neceſſaria ſcilicet, ad pecudum paſcua, ad focum, & clauſuram, & ædificationem: & terram ſuam totam, quæ eſt extra nemus auellorum vſque ad rogum de Pinis, & terram ſuam propriam Balchetot, vicinam, ſcilicet, 30. acras terræ: Ex dono Radulfi de Boenc, ſex acras terræ;

Digitized by Google

terræ: Ex dono Roberti Bacon, & fratris eius Geruasij, 4. acras terræ, concedente filio eius Roberto. Ex dono Gisleberti de Brielcort, grangiam de Fauarchis, & totam planam terram, quæ est inter boscum, & terram Radulfi de Hamel; & boscum à predicta terra, sicut vadit via de Seifredeuilla vsque versus crossum de malagarda; & ab exitu prædicti bosci, totam planam & boscum per grandem quercum vsque ad exitum Bœliæ, versus domum Radulfi le Colet; & indè totam terram, quæ est inter terram prædicti Radulfi, & terram Osbeleni de Bosco vsque ad forestam: & indè totum dominium suum vsque ad terram vauassorum suorum de Sarnaio; & in valle-Tolcæ, vnam acram prati; & in foresta sua, per totum annum, excepto mense Aprili, pasturam animalium, absque capris, quam donationem concessit Vvalchelinus de Ferrarijs. Ex dono Radulfi, filij Galterij Rosfel, plantum & boscum, sicut via diuidit, quæ supra domum suam vadit, vsque ad campum suum arabilem; Ex dono Radulfi de Hamel, 14. acras terræ: Ex dono Vvillelmi Syluanij grangiam vallis viridis, cum omnibus ad eam pertinentib.

Sanè laborum vestrorum, quos proprijs manib. aut sumptibus, colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, decimas à vobis nullus præsumat exigere. Adijcientes, etiam authoritate Apostolica, interdicimus, nequis fratres vestros clericos, siue laicos, post factam in vestro monasterio professionem, absque vestra licentia, suscipere audeat, vel retinere. Paci quoque & tranquillitati vestræ, paterna sollicitudine prouidentes, authoritate Apostolica, prohibemus; vt intra clausuram locorum, siue grangiarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam, siue furtum facere, vel hominem capere, audeat. Decernimus ergò, vt nulli hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura; salua in omnibus Apostolicæ sedis authoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove, commonita, si non satisfactione congrua emendauerit; potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ vltioni subjaceat: cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem, præmia æternæ pacis inueniant: *Amen*. Ego *Alexander*, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego *Hubaldus*, Hostiensis Episcopus. Ego *Bernardus*, Portuensis & S. Rufinæ Episcopus. Ego *Galterius*, Albanensis Episcopus. Ego *Hubaldus*, Presbyter Card. Titul. S. Crucis in Hierusalem. Ego *Henricus*, Presbyter Card. titul. SS. Nerei & Achillei. Ego *Ioannes*, Presbyter Card. titul. S. Anastasiæ. Ego *Albertus*, Presbyter Card. titul. S. Laurentij in Lucina. Ego *Guillelmus*, Presbyter Card. titul. S. Petri ad vincula. Ego *Iacintus*, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedin. Ego *Odo*, Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano. Ego *Boso*, Diaconus Card. SS. Cosmæ & Damiani. Ego *Clathius*, Diaconus Card. S. Adriani. Ego *Petrus*, Diaconus Card. S. Eustachij juxta templum Agrippæ. Ego *Manfredus*, Diaconus Card. S. Georgij ad velum aureum.

Datum Senonis, per manum Hermanni, Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi & notarij, nonis Iunij, indictione, 12. Incarnationis Dominicæ ann. 1164. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. ann. 5.

Digitized by Google

Series Cœnobiarcharum hujusce Abbatiæ, vsque in præsens tempus.

CAPVT II.

DVO sibi fausto omine profutura semper arbitrata est hæc Abbatia; primùm quod S. Bernardo, Claræuallensi Abbate agente, prodierit: [a] secundùm, quòd B. *Niuardum*, ejusdem sancti Patris fratrem, illuc à se ablegatum amantissimè, ann. 1148. susceperit: cujus rei fama permotus, *Algarus, Dei gratia Constantiensis Episcopus, concessit in eleemosynam locum S. Crucis de Vedaslo, cum omnibus rebus & ædificiis. Tempore Niuardi, fratris, S. Bernardi Abbatis.* [b] Videamus nunc hujusmodi sacri domicilij Archimandritas. I.

a Manrique, sup.

b Ex Cartulario Abbas Vallis-Richerij.

1. *Thomas, primarius Abbas.*

Præsens Abbatia filia est cœnobij *Mortui-maris*; ex quo aduenit ipse Thomas, II.
Monachis huc ex Claravalle transmissis: [c] vti videre est in prædicta charta Vallis-Richerij fundationis, qui & legitur Lexouij adesse, ann. 1155. [d]

c Manrique, sup.
d Ex Cartulario, sup.

2. *Rogerius.*

Tumulatus est in capitulo hujusce Monasterij: super cuius Tumbam legitur. *Hic jacet Domnus Rogerius, secundus Abbas.*

3. *Robertus, ann. 1165.*

Hujus tempore, Henricus II. Anglorum Rex, confirmauit omnia bona Monasterii: coram testibus, Philippo Baiocensi, & Arnulfo, Lexouiensi, Episcopis; &c. Ipse verò Arnulfus Pontifex, multa etiam contulit, ann. 1170. & 1179. quo, monachis Vallis-Richerii, dat libertatem & Franchisiam, in ciuitate & mercato Lexouiensi. Porrò, ann. 1177. Notantur testes, Symon Abbas S. Andreæ Goferni; & Guillelmus Abbas de Valatia, pro compositione, super Decima de *Bosuilla*, inter Abbates Vallis-Richerii & Cadomensis. [e]

e Ibid.

4. *Ernaldus, sub Henrico.*

Bajocensi Episcopo, [f] qui ab ann. 1165. vsque ad ann. 1205. Pontificatum gessit. III.

f Ibid.

5. *A...... ann. 1203.* [g]

g Ibid.

6. *Robertus 2. circa 1210.* [h]

7. *P...... ad ann. 1218.* [i]

h Vide in Abbatia de Valasria, cap. 30. §16.
i Ibid. §. 7.

Dicitur Ecclesia Vallis-Richerii dedicata à *Roberto*, Baiocensi Episcopo, ann. 1200. 11. Calend. Maii: [l] sed dicendum arbitror, ann. 1210. vel 1220.

l In Cartulario Vallis Richerij.

8. *Gilbertus, ann. 1246.*

Sepulturam nactus est ibid. in Capitulo: in cuius tumulo hæc leguntur. *Hic jacet Domnus Gislebertus Abbas* 8.

9. *Laurentius, ann. 1250.* 10. *Ioannes, ann. 1301.*

Eius Epitaphium tale habetur in Ecclesia, vbi Tumulatus est. Anno 1324. die Martis ante Natiuitatem Domini, obiit Dominus Ioannes, dictus *Vyolles*, quondam Abbas huius cœnobii; cuius anima, & omnium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace.

11. *Gabriel*,

Digitized by Google

IV. *11. Gabriel, obijt ann. 1349. 12. Laurentius 2. de Heris.*

Cùm Oliuerius, Abbas S. Andreæ in *Goferno*, vnà cum Abbatibus de *Alneto*, & *Barbereyo*, deputatus esset ad nouam electionem faciendam, per mortem prædicti Gabrielis, Abbatis, ann. 1349. tandem electus fuit ipse Laurentius de *Heris*, Prior *Claustralis*, ann. 1351. Memoratur etiam ad ann. 1353. Huius tempore, Robertus de *Brucourt*, Ebroicensis Episcopus, dedit huic Abbatiæ, terram de *Rumesnil*, ann. 1365.

13. Ioannes 2. Richier, ann. 1384.

Eo mortuo, litigium exoritur super deligendo successore: Rollandus *Androüet*: & Vincentius de *Foloigne*, ceu *Foulongne* electi, Scacario interfuerunt, ann. 1386.

14. Radulphus.

Dat ann. 1395. bonorum omnium suæ Abbatiæ dinumerationem Regiis officiariis, Gall. *son Aduen.*

15. Ioannes 3. 16. Guillelmus Normandie.

Monachus de Barbereio, ann. 1444. die 28. Maii: dedit etiam suæ Abbatiæ, possessionum ac bonorum omnium tesseram Ministris Regis ann. 1450. [m]

[m] *Ibid.*

17. Philippus, ad ann. 1464. & 1471.

V. Memoratur: mortuus autem, non in capitulo, sed in Ecclesia, Tumulatus est: super cuius sepulchralem lapidem, hæc sunt verba, pro

EPITAPHIO.

Anno Domini 1486. pridie Calendas Aprilis, obijt bona memoriæ, Frater Philippus Mignot, Oriundus à Paræchia B. Mariæ, De Altaribus, subtus Corbon, Abbas 19. hujus Monasterij: Qui 23. Annis, & tribus mensibus, laudabiliter rexit hanc Domum: cujus anima viuat cum Angelis. Pater noster.

18. Thomas, ann. 1500. 19. Ioannes 4. Regnier, ann. 1512.

20. Thomas 2. Haubert.

VI. Abbatiam dimisit retenta sibi pensione: cui successit Abbas Commendatarius.

21. Michael Godefridus.

Memoratur ad ann. 1528. 1530. & 1535. [n] ac 1538. [o]

22. Nicolaus le Roux.

Prius erat Consiliarius Regius in Parlamento Rothomagensi, deindè Abbas Vallis-Richerii, ann. 1540. & 1546. postea Abbas *Albæ mariæ*, ann. 1550.

[n] *Ibid.*
[o] *Ex Codice MS. D. Vicarij Episcopis Lexouiens.*

23. Baptista Iuuenal, de Vrsinis.

Doctor in vtroque iure, Abbas, ann. 1548. & 1553.

24. Dominicus le Long, ann. 1572.

25. Petrus Choüart, ann. 1577. & 1581.

26. Guithardus de Ratte.

Consiliarius Regius Parlamenti Tolosani, notatur Abbas, ann. 1594.

27. Nicolaus 2. Tiercelin, ann. 1605.

Consiliarius & Eleemosynarius Regis: necnon Prior Duorum Amantium.

p Ibid. Cartulario Vallis-Richerij.
q Extat in Maximo Codic. MS. fol. 8. pag. 2. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. de Hetomnil.

28. *Nicolaus 3. de la Place, ann. 1611.* [p]

Abbas quoque remansit, cœnobij Aucensis: Priore scilicet Vallis Richerij resignata suo nepoti.

29. *Franciscus de la Place.* [q]

Bacchalaureus Nauarricus, in sacra Theologia: qui ann. 1646. reformationem illuc introduxit, ex authoritate D. Ludouici, Abbatis Barberiensis, Vicarij Generalis, adductis Religiosis ex Alneto & Barberio, vicinioribus Asceterijs eiusdem ordin. Circa ann. 1421. Henricus Rex Anglus hanc cartam dedit in fauorem huiusce Abbatiæ.

Henricus, *Dei gratia*, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. Sciatis, quòd de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Abbatia B. Mariæ de Valle-Richerij fieri debeant, plus solitò accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur, & sustineantur: concessimus dilectis nobis in Christo Abbati, & Conuentui Abbatiæ prædictæ, omnia temporalia eidem Abbatiæ infra Ducatum nostrum Norman. qualitercumque pertinentia, seu spectantia, habenda in sustentationem Diuini seruitii, & aliorum pietatis operum supradictorum, de dono nostro. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, apud castrum nostrum Rothomagi, primo die Martii, anno Regni nostri 7. ita signatum, per ipsum Regem. *Stopyndon.*

Abbas Vallis-Richerii ex resignatione Francisci de la Place Regularis instituit.

Circa ann. 1150.

ABBATIA DE SILLEIO GALLICE SILLY.

Drogo vir illustris, Fundator huiusce domus, auxilio, & opibus Serenissimæ Mathildis Imperatricis, Angli Regis, matris; Abbates omnes describuntur & cætera res ad hoc spectantes cœnobium perstringuntur.

CAPVT VNICVM.

a Canalis, Tom. 5. Hierarchiæ Eccles. Norman. Gallia Christiana in Episcopis Sagiens. & in Abbat.
b Vide sup. ad ann. 1150.

I. SIlleium, & *Sylliacum*, locus est vbi hæc Abbatia condita est, duabus leucis ab Argentonio, nobilissimo Neustriæ oppido, Diœces. Sagiensis, dissita: ordinem Canonicorum Regularium Præmonstratensium profitens, Beatiss. Mariæ Virgini Deiparæ sacrata. [a] Extat autem in sylua *Goferni*, vulgò, *Gouffers*: ad distinctionem alterius Abbatiæ *S. Andreæ Goferni*, in altera parte eiusdem syluæ, quæ est ordinis Cisterciensis. [b] Præsentis itaque Monasterij fundator agnoscitur Drogo, vir nobilis, patria Andegauus, Mathildis Imperatricis domesticus: cui loco, & ipsa Serenissima Heroina multa piè contulit: vti constat ex eius carta Regia: quæ sequitur.

M. Imperatrix, H. Regis filia, Archiepiscopo Rothomagensi, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronib. Iustitiarijs, Vice-comitibus, præpositis, ministris, & omnibus fidelibus suis, totius Normaniæ: & nominatim de Argentonio, salutem. Sciatis me pro animabus patris mei H. Regis, & matris meæ, M. Reginæ & sponsorum

sorum meorum, Henrici Imperatoris Allemaniæ; & Gaufridi, Ducis Normaniæ, & Comitis Andegauiæ, & H. filij mei, necnon & pro salute mea propria, H. Regis Angliæ, & nostrorum liberorum; dedisse & concessisse in perpetuam eleemosynam, Deo & S. Mariæ de Gouffer, & Domino Drogoni, eiusdem loci Fundatori, & omnibus fratribus ibidem Deo seruientibus, illam, vastam terram, quæ est, inter magnam forestam, & aquam Vre: & intra mesos Guillelmi, & vadum arenarij, liberam & quietam ab omni consuetudine: & in prædicta foresta herbagium & panagium, ad propria animalia, & mortuum boscum, ad ardendum, & viride, ad domos & ædificia sua facienda: & vendere & emere in omnibus villis & castellis nostris liberè & quietè: & propter hoc dedi eis, & concessi de redditu meo Argentonio, singulis annis 10. libras: & de foresta mea de Gouffer, annis singulis, 10. libras de decima; & si aliquo modo ipsius forestæ decrescere contigerit, volo, quòd indè semper habeant decem libras, insuper dedi eis, & concessi, hoc quod habebam in Dominio, ex vtraque parte aquæ, à meso Vuillelmi, vsque ad domum Roberti, filij Vdonis, & vsque ad spinetam de viz, vestro, ex alia parte aquæ: dedi etiam eis & concessi apud Argentonium, terram & domum Columbelli, & terram S. Leobardi de Gouffer, quam ego ipsa emi de monachis S. Petri super Diuam, sicut eorum carta testatur. Quare volo, & firmiter præcipio, quòd ita in bono, & in pace, & liberè & quietè, & honorificè, & plenariè in omnibus hæc omnia supradicta habeant, & teneant, sicut aliqui eleemosynas suas melius, & liberius, & quietus, & plenarius, teneant: his testibus, Rotroco, Episcopo Ebroicensi; Guillelmo, filio meo: Godardo de Valle, Roberto filio Emerici, Roscelino filio Clarembei, Vvillelmo de Angeruilla, Laurentio Capellano, Hugone Capellano, Eustachio de Scotia, Galterio des Geneis. Apud Rothomagum, ijsdem verbis, Henricus, Rex Angliæ eius filius, confirmat apud Rothomagum, præsente matre, & Thoma Cancellario *c'est S. Thomas depuis martyr.* Idem confirmant Reges Franciæ, Philippus II. Ludouicus VIII. & Ludouicus IX. sanctus nonnulla etiam suæ largitionis dona addentes. e Sed præstat audire posteriores Reges, maximè autem Henricum Angliæ Regem, circa ann. 1422.

Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. *Inspeximus* quandam cartam celebris memoriæ Domini Richardi quondam Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ nobilis progenitoris nostri factam in hæc verba. Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitiarijs, Vice-comitibus, & omnibus ministris, & fidelibus suis totius terræ suæ salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse Deo, & S. Mariæ de Gouffer, & omnibus fratribus ibidem Deo seruientibus, in puram & perpetuam eleemosynam, illam vastam terram quæ est inter magnam forestā & aquam vertem; & inter mesos Vuillelmi, & vadū arenarij, liberā & quietā ab omni cōsuetudine: Et in prædicta foresta herbagiū, & pasnagium ad propria animalia, & mortuū boscum ad ardendū: & viride, ad domos & ædificia sua faciēda. Et vēdere & emere in omnibus villis, & castellis nostris liberè & quietè; præter hoc, concessimus eis, totum redditum omnium bigrorum, quos ibi habebat pater noster. Concedimus etiam eis, & confirmamus hoc, quod fuit in Dominio patris nostri ex vtraque parte aquæ, à meso Vuillelmi, vsque ad domum Roberti, filij Verdonis, & vsque ad spineta de Viezino, alia parte aquæ. Concedimus etiam eis, & confirmamus, apud Argenten terram & domum Colini belli, & terram S. Leonardi de Gouffer. Concedimus etiam eis, & confimamus de redditu nostro de Argentan. Singulis annis decem libras: & de foresta nostra de Gouffer, singulis annis decem libras, & duos modios frumenti, & vnum modium hordei, singulis annis, de molendinis nostris de Argentan: Ecclesiam S. Leonardi, quam Robertus de S. Leonardo eis dedit in perpetuam eleemosynam, cum pertinentijs suis omnibus: & Ecclesiam S. Lamberti, quam Robertus de Clopel assensu filiorum suorum Fulconis, & Gilleberti, eis dedit in perpetuam eleemosynam, cum omnibus pertinentijs suis, sicut carta patris nostri testatur. Et ex dono Guillelmi de Manduit, Comitis Essexiæ, domos de blanc fossè, & boscum, quem idem Vuillemus habebat de Roberto del Fai, & de Nicolao de Belautel, & de alijs Dominis, à quibus

e *Marinus Prouniere lib. 3 Chronic. Normann. MS. cap. 78.*

ann. 1208. circa 1229. 1231. & 1236. [h] ſed præcipuè 1228. confirmat, quæ ſua admonitione, Fulco de *Cantu-lupi*, miles, dederat. [i] Guillelmus item Epiſcopus, ann. 1248. ea confirmat, quæ à nobili viro Fulcone *Paganelli*, milite donata erant. [l] Alia quædam etiam probat eod. anno, menſe Iulio. [m]

h *Fol. 42. 43. & 48.*
i *Fol. 4.*
l *Fol. 4.*
m *Fol. 42.*

Ioannes Epiſcopus, ann. 1262. compoſuit inter Robertum, Abbatem Hambeyæ, & curatum de *Cantu-lupi*. [n] Idem Epiſcopus, compoſuit etiam pro Eccleſia de *Brehal*: ann. 1263. [o] compoſuit iterum inter Abbatem Sauiniaci, (ratione monialium Moretonij, quarum ipſe Abbas pater erat & prouiſor) & Abbatem Hambeyæ, ann. 1264. [p] tum quoque memoratur ipſe Antiſtes Ioannes, ann. 1266. & 1269. [q] Sequitur frater Ægidius, Conſtantienſis Epiſcopus, qui compoſitionem egit inter monachos & curatum de Hambeya, ann. 1291. die martis poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli. [r] Robertus eiuſdem ſedis Epiſcopus, hanc publicauit ann. 1293. die mercurij poſt ſynodum Paſchæ. [ſ] Idemque præſul, vnà cum Abbate Hambeyæ Philippo, adeſt, ſuper quadam compoſitione, ann. 1305. die veneris ante natiuitatem Domini. [t] Denique memorantur Guillelmus de *Thieuilla*, ann. 1337. [u] & Syluester, ann. 1379. [x] Epiſcopi Conſtantienſes.

n *Ibid. fol. 43.*
o *Fol. 44.*
p *Ibid.*
q *Fol. 48. & 51.*
r *Fol. 8.*
ſ *Ibid.*
t *Fol. 7. & 8.*
u *Fol. 125.*
x *Fol. 218.*

Præterea Abrincenſes Præſules, huiuſmodi Abbatiæ rebus impenſè conſuluerunt, Richardus namque Epiſcopus, confirmauit omnia Roſcelino Hambeyæ cœnobiarchæ: Guillelmus item Epiſcopus confirmauit ipſi Abbatiæ, ea, quæ Leſcelina de *Sublignevo*, vxor Fulconis *Paganelli* dederat: [y] in cuius donatione teſtis adeſt, Anſgotus, Abbas Lucernæ. [z] Gaufridus etiam Epiſcopus, confirmauit nonnulla alia. [aa] Eadem præſtiterunt: Vvalterus, Rothomagenſis Archiepiſcopus ſub datum: ann. 1198. in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, apud Exaquium. [bb] Itemque ſummi Pontifices, nam Alexander III. Roſcelino Abbati Monaſterij S. Mariæ de Hambeya confirmat omnia: eaque ſub B. Petri, & ſua, protectione ſuſcipit: ſub datum Tuſculi. Kalendis Iunij, indictione 14. Pontificatus ann. 22. Chriſti vero 1181. [cc] Gregorius X. confirmat omnia priuilegia & indulgentias huiuſce cœnobij: ſub datum Lugduni Kalendis Iunij, Pontificatus ann. 3. Clemens V. idem agit ann. 1306. menſe martio. [dd] non autem 1290. niſi loco *Clementis*, ponendus eſſet *Cœleſtinus* V.

III. (beside: "Præterea Abrincenſes Præſules, … conſuluerunt,")

y *Fol. 14. & 38.*
z *Fol. 37.*
aa *Fol. 35.*
bb *Fol. 4. & 40.*
cc *Fol. 6.*
dd *Fol. 9.*

Tum denique, Henricus II. Angliæ Rex, Duxque Normaniæ, & Comes Andegauiæ, ea omnia confirmauit: teſtibus, Arnulfo, Lexouienſi, & Philippo Bajocenſi, Epiſcopis: apud Barbefluctum. [ee] Non me latet Duces, *Longæ-villæ*, huiuſmodi Abbatiæ dici etiam poſſe fundatores, ratione domus de *Stoteuilla*, quæ in hos principes glorioſè transfuſa eſt. Nam Ioanna, cognomento *Paiſnel*, ceu, *Paganella*, vltima hæres vnica caſtri Hambeyenſis, deſponſata Ludouico *Stoteuillano*; hoc cœnobium, vnà cum marito (vt volunt) extruendum curauit, in eoque ſepulturam ſibi ſelegit. [ff] Verùm, hic error nimius, haud intactus eſt relinquendus, nam, cùm algarus, Conſtantienſis Epiſcopus, teſtis in carta Fundationis Abbatiæ Hambeyenſis, per Guillelmum Paganellum, vita exceſſerit ann. 1150. fatendum erit, id opus approbaſſe ſaltem ann. circiter 1145. nec Monaſterium, eo tempore, ædificatum fuiſſe: quid igitur extruendum differre in aliud tempus, prorogareque ædificium vſque ad ipſius Ioannæ ætatem? Sanè, id intelligendum dixerim, de eiuſdem cœnobij reſtauratione, vel aliqua notabili ampliatione, & perfectione, potiùs, quàm de primaria illius conſtructione. Porrò, de hac illuſtri gente *Paganella*, plura ſcribunt, Arboretanus Antiſtes, ex *Sigeberto*, ad ann. 1171. & *Polydoro*, lib. 16. de Reb. Anglor. [gg] Ioannes de Paſſelaigue, monachus Benedictinus ex priore Charitatis, Abbas Hambeyæ, fit Epiſcopus Bellicenſis, ann. 1630.

IV. (beside: "Tum denique, Henricus II. Angliæ Rex, … Comes Andegauiæ,")

ee *Fol. 6.*
ff *Franciſcus Roſſanus & Quercetanus lib. 7. Antiquitat. vrbium, & ciuitat. Galliæ. cap. 15. Ex cænali lib. 2. de Re Gallica. Periocha 5. Belforeſtius. In Coſmograph.*
gg *Canaliſ. & Belforeſtius. Ibid.*

CATALOGVS

Catalogus Abbatum huiusce celebris Cœnobij.

CAPVT II.

I. OMnium Cœnobiarcharum præsentis Monasterij, recto ordine, recensere personas, opus quidem perdifficile est: quod neque molimur, vel aggredimur: sed tantum eorum nonnullos referendum duximus, quorum nomina, vel gesta nobis sunt propalata.

1. *Fulconius Abbas primarius.*

2. *Roscelinus.*

Huic confirmant omnia ad eius Monasterium spectantia: tum Richardus, Episcopus Abrincensis: tum summus Pontifex, Alexander III. ann. 1181. [a]

3. *Guillelmus.*

Inter ipsum, & Durandum, Abbatem *Troarni*, fit compositio, in præsentia Henrici, Episcopi Bajocensis, & P. Cœnomanensis Abbatis; cui testes ad fuerunt Stephanus, prior de *Plaisiaco*, &c. [b] testis adest in rebus Abbatiæ S. Saluatoris Vice-comitis. [c] Excessit è vita 8. Calend. April. [d]

4. *Lucas, defunctus 6. Calend. Ianuar.* [e]

Anno 1216. fuit compositio inter R. Abbatem Lucernæ & Hambeyæ. [f] Anno 1218. Rex Franc. Philippus Augustus dat, confirmatque multa monachis huiusce Abbatiæ: ex vetusto Codic. MS. Lutetiæ, apud D. Vyon Cattophical. Reg. fol. 76. pag. 2.

5. *Ioannes.*

Anno 1231. A. Abbas S. Laudi, componit cum Abbate Hambeyæ, mense Iunio. [g] Porrò ipse Ioannes Abbas, ann. 1234. fertur 20. habuisse monachos, quibus dat, assignatque vndè vestimenta sibi conquirant. [h] Notatur etiam ad ann. 1240. [i] Illius tempore, Radulfus, Abbas Montis S. Michaelis, nonnulla huic Monasterio dedit, ann. 1233. [l]

II.

6. *Hugo.*

De eo fit mentio ann. 1248. [m] sed præcipuè, vbi agitur de Capitulo Generali Hambeyæ habito per ipsum Hugonem Abbatem: cuius copiam hic subijcimus; [n] *Vniuersis præsentes* litteras inspecturis, Officialis Constantiensis, salutem in Domino. Noueritis nos anno Domini 1298. die Sabbathi, ante festum B. Gregorij, vidisse, legisse, & diligenter inspexisse quasdam litteras, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui vitiatas; sed sanas & integras, verisque sigillis sigillatas, vt prima facie apparebat, formam, quæ sequitur, continentes, sub his verbis.

In nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen.

Hæc sunt Acta & Statuta Capituli nostri Generalis, apud Hambeyam celebrati, in nostro Monasterio de Hambeya, præsentibus dilectis filijs nostris in Christo; Roberto, Abbate de *Lancrenat*: P. Abbate de *Longis*; P. Abbate de *Valemont*: P. Priore de *Merula*: P. Priore de *Burone*: & alijs vocatis, qui fuerant euocandi, anno Domini 1248. die 3. post festum S. Crucis, in Mayo, & in crastina continuata à die præcedenti. Nos verò Hugo, Abbas Monasterij Hambeyensis, Dei miseratione, pijs patrum nostrorum præcedentium vestigijs, inhærentes, statuimus: quod sicut fuit

a Cap. præcedenti. §. II.

b Ex Cartulario Abbat. Hambeyæ fol. 11.

c Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vicecomit. fol. 7.

d Ex Necrologio Abbat. Lucernæ.

e Ex Obituario Abbat. de Longis.

f Ex Cartulario Hambeyæ. fol. 28.

g Ibid. fol. 43.

h Fol. 34.

i Fol. 16.

l Fol. 33.

m Fol. 45.

n Extat in præfato Cartulario sub initio. Itemque apud Abbatiam de Longis.

Digitized by Google

VALLIS-RICHERIA, GALLICÉ, VAL-RICHER, ceu, Vau-Richer.

ANN. 1147.

Situs & Fundatio cœnobij Vallis-Richerij describitur : necnon Charta hujusmodi Fundationis referuntur.

CAPVT I.

I. EST Ordinis Cistertiensis, tribus leucis dissita ab vrbe Lexouiensi, versus Algiam, fundata à Philippo de *Harieuria*, Bajocensi Episcopo & Simone de *Bosuilla* viro illustri, sub Thoma 1. Abbate, ann. 1146. Quæ vnà cum 7. Parœchijs, exempta est ab Episcopo Lexouiensi, in cuius Diœcesi extat, paretque Episcopo Bajocensi: cuius loco, vt reor, similis adest exemptio in Diœcesi Bajocensi, de Abbatia *Montis-Dei*, quæ cum nonnullis etiam Parœchijs, subjacet ipsi Episcopo Lexouiensi, vocaturque Exemptio de *Nonanto*. Hanc igitur Vallem-Richerianam, protulit. D. *Bernardus* ex Claraualle. Primùm construi cœperat in agro sterili, cui nomen *Salebria*, *Solobria*, *Solopera*, & *Solopra*; indéque S. Bernardo adhuc viuente, translata est, ad locum vbi nunc cernitur, ann. 1147. 8. Calend. Iulij. a cujusquidem fundationis litteras subijcimus.

II. *Vniuersis* Sanctæ Dei Ecclesiæ filijs, Philippus, Bajocens. Ecclesiæ Præsbyter, Salutem & orationum instantiam. Consuetudinis est, custodiæ committere ea, quæ inconcussa volumus stabilitate permanere: ne valeant aliquando, aut obliuione subtrahi, aut improborum hominum vexatione turbari. Ea propter, conuentionem, quæ inter nos, & Abbatem, *Thomam*, de Valle Richerij tacta est, de loco, qui *Solopera*, vocatur, in quo prius eius Abbatia erat, scripto placuit, memoriæque mandare, & sigilli nostri suppositione munire. Erat itaque locus ille ad commoditates Abbatiæ necessarias perangustus, & minimè conueniens. Abbas igitur prædicti loci communicato nobiscum consilio, ad *Vallem Richerij* transijt, qui & in Parœchia nostra situs est: quem locum, ei, & successoribus suis, in Ordine Cisterciensi de monasterio Clareuallensi, ibi substitutis, concessimus, cum omnibus pertinentijs suis, sicut Abbas de *Mortuo-mari*, per manum nostram, acceperat, & possederat; qui ea lege, & conditione, prædictum locum à nobis, & à Dominis loci, accepit, vt si aliqua interueniente causa, hunc locum sibi retinere nollet, cuipiam Abbatum de Ordine Cisterciensi, ad construendum cœnobium, attribueret. Prædictus verò Abbas Thomas, locum *Solopera*, cum pertinentijs suis nobis resignauit: cui pro laboribus & impensis, quos prædicto loco posuerat, decem modios Annonæ, (c'est plûtost, *Auenæ*) & sexagintas libras Andegauens. monetæ, tribuimus. Hæ sunt terræ, quæ per manum nostram, prædicto loco datæ sunt: scilicet, de dono Symonis de *Bosuilla*, terra, quæ vadit per vicum Rogeri, Gislebertí filij, vsque ad terram de *Bruereio* eiusdem Rogerij, & ab eadem terra, vsque ad terram Richardi de *Aris*, & vsque ad *Gratapantiam*: & in altera parte, tota terra Flodi; & apud *Gosuillam*, de dono eiusdem Symonis, & hominum suorum, triginta & quatuor acras terræ. De dono Roberti filij *Milonis* 20. acras terræ, à semita domus *Bueriui* vsque ad magnum vicum; & tota terra Ingulfi ferrarij, & terra Richerij de *Mosterello*, à terra *Cherneti*, vsque ad terram de *Mosterello*. De dono Rogerij *Carbonel*, terra à spina *Aldeni*, vsque ad *Gratapance*, & à nouo fosseio, vsque vallem *Orieldis*. De dono Roberti de *Basio*, tota terra viæ, à semita Abbatiæ vsque ad

a *Gallia Christiana, in Episcop. Bajocens. & in Abbat. Manriquez Tom. 2. Annal. Cisterciens. ad ann. 1147. cap. 15. §. 2. & 3.*

Mmmmm

Digitized by Google

S. Audoenum. De dono Richardi de *Folmuçon*, à fonte, sicut fosseiũ vadit, tota terra vsque ad S. Audoenũ, & vsque ad chiminũ: de terra Alueredi de castello, sicut vadit per fosseiũ *Eue*, à vado prati *Caluel*, vsque ad boscũ, & vsque ad campũ Heruei, assẽsu Vuillelmi Syluani, & modò habuit antedictus Aluerédus à monachis pro charitate, viginti solidos Andegauensis monetæ, & vnam minam fabarum; De Vuillelmo syluano planum & boscum totum à chimino, qui diuidit terram Symonis de *Bosuilla*, & terram Guillelmi, vsque ad terram de *Rocha*. Ea propter Abbas de mortuomari dedit triginta libras Andegauensis monetæ: qui Abbas Richerij vallis locum, cum omnibus appenditiis, dedit præfato Thomæ Abbati. De dono Symonis de *Bosuilla*, tota terra, &c. [b]

b Extat in Cartulario Abbatiæ Vallis-Richerij.

III. Hugo Rothomagensis Archiepiscopus eadem confirmauit: cujus Diploma: sic incipit: *Proindè consueuit*: &c. Sub Datum Bajocis, ann. 1150. [c] Idemque summus Pontifex, Alexander III. confecit, ann. 1164. Data Bulla, in hunc modum.

c Ex MS Codice Nigro Ecclesiæ Cathedral. Bajocensis fol. 17.

Alexander, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filijs Roberto, Abbati de Valle Richerij, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis; &c. Religiosis votis annuere, & ea operis exhibitione complere, officium nos inuitat suscepti regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus: & præfatum Monasterium in quo Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, atque Cisterciensium fratrum institutiones, in isto monasterio, institutus esse dinoscitur, perpetuis idib. temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono Symonis de *Bosuilla*, & Gaufridi filij eius, locum vallis-Richerii, in quo ipsa Abbatia sita est, & partem syluæ, quæ dicitur, Braffai; ex dono eiusd. terram, quæ vadit per vicum Rogerij, filij Gisleberti, vsque ad terram de Bruerio Rogerii, & indè vsque ad terram Richardi de Altariis, & vsque ad Gratapantiam; & in Altera parte, totam terram Flooldi: & apud Bosuillam, 34. acras terræ: Ex dono Richardi de Altariis, terram, sicut fulco determinata est, vsque ad maram salitiosam: Ex dono Rogerij Carbonel, terram à spina Aldeni, vsque Gratapantiam, & à nouo fosseio vsque ad vallem Orieldis; Ex dono Roberti de Baisio, terram à semita Abbatiæ, vsque ad S. Audoenũ; Ex dono Richardi de Folmuçone, totam terram à fonte, sicut fosseium vadit vsque ad S. Audoenum, & vsque ad chiminum. Ex dono Roberti, filii Milonis, 20. acras terræ, à semita domus Burinint, vsque ad magnum vicum, & totam terram Ingulphi terrarij: & serram Richerij de Monsterol, à terra Gerneti vsque ad terram Roberti de Monsterol; Ex dono Aluredi de castello, terram, sicut vadit per fosseium Eue, à vado prati Caluel sursum, vsque ad boscum, & vsque ad campum Eruei; ex dono Guillelmi Syluani, planum, & boscum totum, à chimino, qui diuidit terram eius, & terram Symonis de Bosuilla, & vsque ad terram de Rocha. Ex dono Symonis de Bosuilla, Feodum Radulfi Gerneti, totum, quod de eo tenebat apud vallem Richerij, quod concessit idem Radulfus, assensu Roberti de Monteforti. Ex dono Aitardi Presbyteri, & Drœlini, nepotis eius, totam terram, quam tenebant de Adam Carbonel, tam planum, quam boscum, quod concesserunt Radulfus Libancis, & Robertus, filius eius, & Richardus filius Turgis, & hoc idem laudauerunt, & fide firmauerunt Robertus & Adam Carbonel. Ex dono Hugonis de Rocha, 15. acras terræ iuxta Gratapantiam; Ex dono Vualchelini de Corcella, terram de Bruya; Ex dono Roberti, filij Herneisy, habitationem in foresta de Cingleis, & ab illa habitatione vsque ad campos, totum nemus, quod ante est, retro autem tres acras nemoris in longum & in latum; quicquid inter est, inter viam, quæ ducit ad Monasterium, & viam fagi pendentis; & quæcumque necessaria scilicet, ad pecudum pascua, ad focum, & clausuram, & ædificationem: & terram suam totam, quæ est extra nemus auellorum vsque ad rogum de Pinis, & terram suam propriam Balchetot, vicinam, scilicet, 30. acras terræ: Ex dono Radulfi de Boenc, sex acras terræ:

terræ : Ex dono Roberti Bacon, & fratris eius Geruaſij, 4. acras terræ, concedente filio eius Roberto. Ex dono Giſleberti de Brielcort, grangiam de Fauarchis, & totam planam terram, quæ eſt inter boſcum, & terram Radulfi de Hamel; & boſcum à prędicta terra, ſicut vadit via de Seifredeuilla vſque verſus croſſum de malagarda; & ab exitu prædicti boſci, totam planam & boſcum per grandem quercum vſque ad exitum Bœliæ, verſus domum Radulfi le Colet; & indè totam terram, quæ eſt inter terram prædicti Radulfi, & terram Osbeleni de Boſco vſque ad foreſtam: & indè totum dominium ſuum vſque ad terram vauaſſorum ſuorum de Sarnaio; & in valle-Tolcæ, vnam acram prati; & in foreſta ſua, per totum annum, excepto menſe Aprili, paſturam animalium, abſque capris, quam donationem conceſſit Vvalchelinus de Ferrarijs. Ex dono Radulfi, filij Galterij Roſtel, plantum & boſcum, ſicut via diuidit, quæ ſupra domum ſuam vadit, vſque ad campum ſuum arabilem; Ex dono Radulfi de Hamel, 14. acras terræ: Ex dono Vvillelmi Syluanij, grangiam vallis viridis, cum omnibus ad eam pertinentib.

Sanè laborum veſtrorum, quos proprijs manib. aut ſumptibus, colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, decimas à vobis nullus præſumat exigere. Adijcientes, etiam authoritate Apoſtolica, interdicimus, ne quis fratres veſtros clericos, ſiue laicos, poſt factam in veſtro monaſterio profeſſionem, abſque veſtra licentia, ſuſcipere audeat, vel retinere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ, paterna ſollicitudine prouidentes, authoritate Apoſtolica, prohibemus; vt intra clauſuram locorum, ſiue grangiarum veſtrarum, nullus violentiam, vel rapinam, ſiue furtum facere, vel hominem capere, audeat. Decernimus ergò, vt nulli hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura: ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo, tertiove, commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit; poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine, diſtrictæ vltioni ſubjaceat: cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem, præmia æternæ pacis inueniant: *Amen*. Ego *Alexander*, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego *Hubaldus*, Hoſtienſis Epiſcopus. Ego *Bernardus*, Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus. Ego *Galterius*, Albanenſis Epiſcopus. Ego *Hubaldus*, Presbyter Card. Titul. S. Crucis in Hieruſalem. Ego *Henricus*, Presbyter Card. titul. SS. Nerei & Achillei. Ego *Ioannes*, Presbyter Card. titul. S. Anaſtaſiæ. Ego *Albertus*, Presbyter Card. titul. S. Laurentij in Lucina. Ego *Gullelmus*, Presbyter Card. titul. S. Petri ad vincula. Ego *Iacintus*, Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin. Ego *Odo*, Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano. Ego *Boſo*, Diaconus Card. SS. Coſmæ & Damiani. Ego *Cinthius*, Diaconus Card. S. Adriani. Ego *Petrus*, Diaconus Card. S. Euſtachij juxta templum Agrippæ. Ego *Manfredus*, Diaconus Card. S. Georgij ad velum aureum.

Datum Senonis, per manum Hermanni, Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & notarij, nonis Iunij, indictione, 12. Incarnationis Dominicæ ann. 1164. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. ann. 5.

Series Cœnobiarcharum hujusce Abbatiæ, vsque in præsens tempus.

CAPVT II.

I. DVO sibi fausto omine profutura semper arbitrata est hæc Abbatia; primùm quod S. Bernardo, Claræuallensi Abbate agente, prodierit: [a] secundùm, quòd B. *Niuardum*, ejusdem sancti Patris fratrem, illuc à se ablegatum amantissimè, ann. 1148. susceperit: cujus rei fama permotus, *Algarus, Dei gratia Constantiensis Episcopus, concessit in eleemosynam locum S. Crucis de Vedasto, cum omnibus rebus & ædificiis. Tempore Niuardi, fratris, S. Bernardi Abbatis.* [b] Videamus nunc hujusmodi sacri domicilij Archimandritas.

[a] Manriquez, sup.

[b] Ex Cartulario Abbat. Vallis-Richerij.

1. Thomas, primarius Abbas.

II. Præsens Abbatia filia est cœnobij *Mortui-maris*; ex quo aduenit ipse Thomas, Monachis huc ex Claravalle transmissis: [c] vti videre est in prædicta charta Vallis-Richerij fundationis, qui & legitur Lexouij adesse, ann. 1155. [d]

[c] Manriquez, sup.
[d] Ex Cartulario, sup.

2. Rogerius.

Tumulatus est in capitulo hujusce Monasterij: super cuius Tumbam legitur. *Hic jacet Domnus Rogerius, secundus Abbas.*

3. Robertus, ann. 1165.

Hujus tempore, Henricus II. Anglorum Rex, confirmauit omnia bona Monasterii: coram testibus, Philippo Baiocensi, & Arnulfo, Lexouiensi, Episcopis; &c. Ipse verò Arnulfus Pontifex, multa etiam contulit, ann. 1170. & 1179. quo, monachis Vallis-Richerii, dat libertatem & Franchisiam, in ciuitate & mercato Lexouiensi. Porrò, ann. 1177. Notantur testes, Symon Abbas S. Andreæ Goferni; & Guillelmus Abbas de Valatia, pro compositione, super Decima de *Bosuilla*, inter Abbates Vallis-Richerii & Cadomensis. [e]

[e] Ibid.

4. Ernaldus, sub Henrico.

III. Bajocensi Episcopo, [f] qui ab ann. 1165. vsque ad ann. 1205. Pontificatum gessit.

[f] Ibid.

5. A...... ann. 1203. [g]

[g] Ibid.

6. Robertus 2. circa 1210. [h]

7. P...... ad ann. 1218. [i]

[h] Vide in Abbatia de Valasria, cap. 30. §16.
[i] Ibid. §. 7.

Dicitur Ecclesia Vallis-Richerii dedicata à *Roberto*, Baiocensi Episcopo, ann. 1200. 11. Calend. Maii: [l] sed dicendum arbitror, ann. 1210. vel 1220.

[l] In Cartulario Vallis Richerij.

8. Gilbertus, ann. 1246.

Sepulturam nactus est ibid. in Capitulo: in cuius tumulo hæc leguntur. *Hic jacet Domnus Gislebertus Abbas* 8.

9. Laurentius, ann. 1250. 10. Ioannes, ann. 1301.

Eius Epitaphium tale habetur in Ecclesia, vbi Tumulatus est. *Anno* 1324. die Martis ante Natiuitatem Domini, obiit Dominus Ioannes, dictus *Vyolles*, quondam Abbas huius cœnobii; cuius anima, & omnium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace.

11. *Gabriel*,

Digitized by Google

IV. *11. Gabriel, obijt ann. 1349. 12. Laurentius 2. de Heris.*

Cùm Oliuerius, Abbas S. Andreæ in *Goferno*, vnà cum Abbatibus de *Alneto*, & *Barbereyo*, deputatus esset ad nouam electionem faciendam, per mortem prædicti Gabrielis, Abbatis, ann. 1349. tandem electus fuit ipse Laurentius de *Heris*, Prior *Claustralis*, ann. 1351. Memoratur etiam ad ann. 1353. Huius tempore, Robertus de *Brucourt*, Ebroicensis Episcopus, dedit huic Abbatiæ, terram de *Rumesnil*, ann. 1365.

13. Ioannes 2. Richier, ann. 1384.

Eo mortuo, litigium exoritur super deligendo successore: Rollandus *Androüet*: & Vincentius de *Foloigne*, ceu *Foulongne* electi, Scacario interfuerunt, ann. 1386.

14. Radulphus.

Dat ann. 1395. bonorum omnium suæ Abbatiæ dinumerationem Regiis officiariis, Gall. *son Aduen*.

15. Ioannes 3. 16. Guillelmus Normandie.

Monachus de Barbereio, ann. 1444. die 28. Maii: dedit etiam suæ Abbatiæ, possessionum ac bonorum omnium tesseram Ministris Regis ann. 1450. [m] m Ibid.

17. Philippus, ad ann. 1464. & 1471.

V. Memoratur: mortuus autem, non in capitulo, sed in Ecclesia, Tumulatus est: super cuius sepulchralem lapidem, hæc sunt verba, pro

EPITAPHIO.

Anno Domini 1486. pridie Calendas Aprilis, obijt bonæ memoriæ, Frater Philippus Mignot, Oriundus à Paræchia B. Mariæ, De Altaribus, subtus Corbon, Abbas 19. hujus Monasterij: Qui 23. Annis, & tribus mensibus, laudabiliter rexit hanc Domum: cujus anima viuat cum Angelis. Pater noster.

18. Thomas, ann. 1500. 19. Ioannes 4. Regnier, ann. 1512.

20. Thomas 2. Haubert.

VI. Abbatiam dimisit retenta sibi pensione: cui successit Abbas Commendatarius.

21. Michael Godefridus.

Memoratur ad ann. 1528. 1530. & 1535. [n] ac 1538. [o]

22. Nicolaus le Roux.

Prius erat Consiliarius Regius in Parlamento Rothomagensi, deindè Abbas Vallis-Richerii, ann. 1540. & 1546. postea Abbas *Albæ marlæ*, ann. 1550.

n Ibid.
o Ex Codice MS. D. Vicarij Episcopis Lexouiensis.

23. Baptista Iuuenal, de Vrsinis.

Doctor in vtroque iure, Abbas, ann. 1548. & 1553.

24. Dominicus le Long, ann. 1572.

25. Petrus Choüart, ann. 1577. & 1581.

26. Guithardus de Ratte.

Consiliarius Regius Parlamenti Tolosani, notatur Abbas, ann. 1594.

27. Nicolaus 2. Tiercelin, ann. 1605.

Consiliarius & Eleemosynarius Regis: necnon Prior Duorum Amantium,

p Ibid. Cartulario Vallis-Richerij.
q Extat in Maximo Codic. MS. fol. 8. pag. 2. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. de Herouual.

28. *Nicolaus 3. de la Place, ann. 1611.* p

Abbas quoque remansit, cœnobij Aucensis: Priore scilicet Vallis Richerij resignata suo nepoti.

29. *Franciscus de la Place.* q

Bacchalaureus Nauarricus, in sacra Theologia: qui ann. 1646. reformationem illuc introduxit, ex authoritate D. Ludouici, Abbatis Barberiensis, Vicarij Generalis, adductis Religiosis ex Alneto & Barberio, vicinioribus Asceterijs eiusdem ordin. Circa ann. 1421. Henricus Rex Anglus hanc cartam dedit in fauorem huiusce Abbatiæ.

Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. Sciatis, quòd de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Abbatia B. Mariæ de Valle-Richerij fieri debeant, plus solitò accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur, & sustineantur: concessimus dilectis nobis in Christo Abbati, & Conuentui Abbatiæ prædictæ, omnia temporalia eidem Abbatiæ intra Ducatum nostrum Norman. qualitercumque pertinentia, seu spectantia, habenda in sustentationem Diuini seruitii, & aliorum pietatis operum supradictorum, de dono nostro. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, apud castrum nostrum Rothomagi, primo die Martii, anno Regni nostri 7. ita signatum, per ipsum Regem. *Stopyndon.*

Abbas Vallis-Richerii ex resignatione Francisci de la Place Regularis instituit.

Circa ann. 1150.

ABBATIA DE SILLEIO GALLICÈ SILLY.

Drogo vir illustris, Fundator huiusce domus, auxilio, & opibus Serenissimæ Mathildis Imperatricis, Angli Regis, matris; Abbates omnes describuntur & cætera res ad hoc spectantes cœnobium perstringuntur.

CAPVT VNICVM.

a Cænalis, Tom. 5. Hierarchiæ Ecclesf. Norman. Gallia Christiana in Episcopis Sagiens. & in Abbat.
b Vide sup. ad ann. 1130.

SIlleium, & Sylliacum, locus est vbi hæc Abbatia condita est, duabus I.
leucis ab Argentonio, nobilissimo Neustriæ oppido, Diœces. Sagiensis, dissita: ordinem Canonicorum Regularium Præmonstratensium profitens, Beatiss. Mariæ Virgini Deiparæ sacrata. a Extat autem in sylua *Goferni*, vulgò, *Gouffers*: ad distinctionem alterius Abbatiæ *S. Andreæ Goferni*, in altera parte eiusdem syluæ, quæ est ordinis Cisterciensis. b Præsentis itaque Monasterij fundator agnoscitur Drogo, vir nobilis, patria Andegauus, Mathildis Imperatricis domesticus: cui loco, & ipsa Serenissima Heroina multa piè contulit: vti constat ex eius carta Regia: quæ sequitur.

M. Imperatrix, H. Regis filia, Archiepiscopo Rothomagensi, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronib. Iustitiarijs, Vice-comitibus, præpositis, ministris, & omnibus fidelibus suis, totius Normaniæ: & nominatim de Argentonio, salutem. Sciatis me pro animabus patris mei H. Regis, & matris meæ, M. Reginæ & sponsorum

sorum meorum, Henrici Imperatoris Allemaniæ; & Gaufridi, Ducis Normaniæ, & Comitis Andegauiæ, & H. filij mei, necnon & pro salute mea propria, H. Regis Angliæ, & nostrorum liberorum; dedisse & concessisse in perpetuam eleemosynam, Deo & S. Mariæ de Gouffer, & Domino Drogoni, eiusdem loci Fundatori, & omnibus fratribus ibidem Deo seruientibus, illam, vastam terram, quæ est, inter magnam forestam, & aquam Vre: & intra mesos Guillelmi, & vadum arenarij, liberam & quietam ab omni consuetudine: & in prædicta foresta herbagium & panagium, ad propria animalia, & mortuum boscum, ad ardendum, & viride, ad domos & ædificia sua facienda: & vendere & emere in omnibus villis & castellis nostris liberè & quietè: & propter hoc dedi eis, & concessi de redditu meo Argentonio, singulis annis 10. libras: & de foresta mea de Gouffer, annis singulis, 10. libras de decima; & si aliquo modo ipsius forestæ decrescere contigerit, volo, quòd indè semper habeant decem libras, insuper dedi eis, & concessi, hoc quod habebam in Dominio, ex vtraque parte aquæ, à meso Vuillelmi, vsque ad domum Roberti, filij Vdonis, & vsque ad spinetam de viz, vestro, ex alia parte aquæ: dedi etiam eis & concessi apud Argentonium, terram & domum Columbelli, & terram S. Leonardi de Gouffer, quam ego ipsa emi de monachis S. Petri super Diuam, sicut eorum carta testatur. Quare volo, & firmiter præcipio, quòd ita in bono, & in pace, & liberè & quietè, & honorificè, & plenariè in omnibus hæc omnia supradicta habeant, & teneant, sicut aliqui eleemosynas suas melius, & liberius, & quietus, & plenarius, teneant: his testibus, Rotroco, Episcopo Ebroicensi; Guillelmo, filio meo: Godardo de Valle, Roberto filio Emerici, Roscelino filio Clarembei, Vvillelmo de Angeruilla, Laurentio Capellano, Hugone Capellano, Eustachio de Scotia, Galterio des Geneis. Apud Rothomagum, ijsdem verbis, Henricus, Rex Angliæ eius filius, confirmat apud Rothomagum, præsente matre, & Thoma Cancellario: *c'est S. Thomas depuis martyr.* Idem confirmant Reges Franciæ, Philippus II. Ludouicus VIII. & Ludouicus IX. sanctus nonnulla etiam suæ largitionis dona addentes. c Sed præstat audire posteriores Reges, maximè autem Henricum Angliæ Regem, circa ann. 1422.

c *Matinus Prau-uerre lib 3 Chronic. Normann. MS. cap.* 78.

Henricus, *Dei gratia*, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. *Inspeximus* quandam cartam celebris memoriæ Domini Richardi quondam Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ nobilis progenitoris nostri factam in hæc verba, Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitiarijs, Vice-comitibus, & omnibus ministris, & fidelibus suis totius terræ suæ salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse Deo, & S. Mariæ de Gouffer, & omnibus fratribus ibidem Deo seruientibus, in puram & perpetuam eleemosynam, illam vastam terram quæ est inter magnam forestã & aquam vernem; & inter mesos Vvillelmi, & vadũ arenarij, liberã & quietã ab omni cõsuetudine. Et in prædicta foresta herbagiũ, & pasnagium ad propria animalia, & mortuũ boscum ad ardendũ: & viride, ad domos & ædificia sua faciẽda. Et vẽdere & emere in omnibus villis, & castellis nostris liberè & quietè; præter hoc, concessimus eis, totum redditum omnium bigrorum, quos ibi habebat pater noster. Concedimus etiam eis, & confirmamus hoc, quod fuit in Dominio patris nostri ex vtraque parte aquæ, à meso Vvillelmi, vsque ad domum Roberti, filij Verdonis, & vsque ad spineta de Viezino, ex alia parte aquæ. Concedimus etiam eis, & confirmamus, apud Argenten terram & domum Colini belli, & terram S. Leonardi de Gouffer. Concedimus etiam eis, & confimamus de redditu nostro de Argentan. Singulis annis decem libras: & de foresta nostra de Gouffer, singulis annis decem libras, & duos modios frumenti, & vnum modium hordei, singulis annis, de molendinis nostris de Argentan: Ecclesiam S. Leonardi, quam Robertus de S. Leonardo eis dedit in perpetuam eleemosynam, cum pertinentijs suis omnibus: & Ecclesiam S. Lamberti, quam Robertus de Clopel assensu filiorum suorum Fulconis, & Gilleberti, eis dedit in perpetuam eleemosynam; cum omnibus pertinentijs suis, sicut carta patris nostri testatur. Et ex dono Guillelmi de Manduit, Comitis Essexiæ, domos de blanc fossè, & boscum, quem idem Vvillemus habebat de Roberto del Fai, & de Nicolao de Belautel, & de alijs Dominis, à quibus

illud emit, saluis seruitijs Dominorum. Et omnes terras de empto eiusdem Comitis Guillelmi ibidem. Et ex dono Elæ de Saccheuilla, sororis Roberti de Daua, 10. solidos, quos Rogerius del Clos, & eidem Elæ reddebat, de Feodo suo reddendos annuatim, reddendos ad nundinas montis Martini. Et Ecclesiam S. Mariæ de Repos, 14. acras terræ, ex dono Fulconis de Annou. Ibidem: Et dono eiusdem Decimam molendini sui apud Annov, & totam piscaturam eiusdem molendini. Et ex dono Hugonis de Annov 20. solidos Andegauens. apud Chaumont annuatim reddendos in prima Dominica quadragesimæ. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quòd Domus S. Mariæ de Gouffer, & prædicti fratres ibidem Deo seruientes, habeant, & detineant omnia prædicta, prædicto modo, benè, & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in bosco, & plano, in pratis & pasturis, in viis & semitis, in viuariis, & stagnis, in aquis & molendinis, & piscarijs, in Herbagiis & pascuis, & omnibus aliis locis, & aliis rebus, ad ea pertinentibus; cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, & cum omni integritate sua. Teste B. Turonensi Archiepiscopo, A. Regina Angliæ, Hugone Dunelmenii, Hugone Conuetrensi, Husberto Saresburienti, & L. Sagienti Episcopis: Vvillelmo Marescallo; Vvillelmo, filio Adelinæ, Vvillelmo de S. Mariæ Ecclesia. Decano Moretonii, data per manum Ioannis de Alenconio, Lexouiens. Archidiaconi, Cancellarii nostri 6. die April. apud Argenton, anno primo Regni nostri.

Inspeximus etiam quasdam litteras patentes inclytæ recordationis, Philippi quondam Francor. Regis, progenitoris nostri similiter factas, in hæc verba. Philippus, Dei gratia, Francor. Rex. Notum facimus vniuersis, tam præsentibus, quàm futuris; Quòd dilectus Vvillelmus Rentier, Hostiarius nostror. Armor. nobis humiliter supplicauit, vt cùm in Monasterio de Silliaco, Præmonstratens. Ordinis, Diœcesis Sagiensis (in quo Martinus Rentier miles, quondam patruus eiusdem sepultus existit) in honore Dei, B. Virginis Mariæ: & omnium Sanctor. fundare Capellaniam proponat, decem libras & septem solidos Turonens. in quibus Abbas & Conuentus dicti Monasterij nobis annuatim tenentur, cum decem libris, & 7. solidis Turonens. capiendis à nobis & successoribus nostris, in perpetuum, super terram suam de sica Brueria, permutare, & eidem pro dicta Capellania fundanda dimittere dignaremur. Nos igitur laudabile propositum, & seruitium nobis ab ipso, longis temporibus impensum, propensius attendentes, prædictas decem libras, & 7. Solidos Turonens. à prædictis Religiosis nobis debitas, eidem Guillelmo, pro prædictis decem libris, & 7. solidis Turonens. redditualibus, quas ratione permutationis prædictæ super dictam terram de sica Brueria, in perpetuum debemus percipere & habere, dimisimus & quittauimus, volentes, & tenore præsentium concedentes, quòd de prædictis decem libris, & 7. solidis Turonens. de quibus Abbatem & Conuentum prædictum absoluimus & quittauimus, prædictam possit fundare Capellaniam, vel de eis, aliter, pro vt expedire viderit ordinare: Quòd vt firmum & stabile perpetuò perseueret, præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Saluo in alijs iure nostro, & in omnibus iure quolibet alieno. Actum Parisius anno Domini 1308. mense Februario.

Nos autem cartam & litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, ratæ habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, ac dilectis nobis in Christo nunc Abbati & conuentui loci prædicti, & successoribus suis in perpetuum, tenore præsentium, concedimus, & confirmamus, pro vt carta, & litteræ prædictæ rationabiliter testantur: & pro vt ijdem Abbas & Conuentus, & prædecessores sui, donis & concessionibus supradictis, & eorum quolibet hactenus rationabiliter vsi sunt & gauisi; in cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, apud castrum nostrum Rothomagi 3. die April. Anno Regni nostri 8. per ipsum Regem.

STOPYNDON.

Ex codice maximo MS. fol. 23. & 24. Lutetiæ, apud D. de Vyon D. de *Herouval*.

Postea verò idem vir illustris Drogo, præ deuotione, ordinem ipsorum Canonicorum Regularium Præmonstratens. suscipiens, piam ac Religiosam duxit, illicque vitam finiuit, 6. Augusti: ex obituario eiusdem loci. 8. *idus Augusti Commemoratio* II.

Digitized by Google

ratio Drogonis; *Fundator Huius Eccleſiæ*.[d] Itemque Præmonſtrati. 8. *idus Auguſti*, *Frater Drogo*, *Canonicus de Gouffer*.[e]

III. Dicitur etiam huiuſce Domus Fundatrix, præfata Sereniſſima Mathildis: cuius auxilio, & opera, ac opibus, ipſe Drogo id negotium aſſumpſerat: nam (vt inquit teſtis oculatus) *Fecit & Monaſteria Canonicorum*; *vnum*, *juxta Cæſaris-Burgum*: *& aliud in ſylua de Gofer*.[f] Idem comprobant: obituarium eiuſdem domus. 4. *idus Septembris*, *Commemoratio Mathildis Imperatricis*: *cuius auxilio fundata eſt Domus noſtra*. Similiter, Necrologium Marcheſii Radulphi 15. Septemb. *Mathildis Imperatrix*, *Fundatrix*, *Eccleſiæ de Goufer*. Nunc autem ad cœnobiarchas præſentis Domus accedamus.

d *Necrologium Sillyaci & Marcheſij Radulphi.*
e *Obituarium Præmonſtratenſ.*
f *Robertus à Monte in Appendice ad Sigibertum ann. 1167. Chronica Norman. Latin. ann. 1166. Cænalis ſup. Pennotus lib. 2. Hiſtor. Canonicor. Cleric. cap. 33. 18.*
g *Series Abbat. Sylleienſ.*

IV. ## 1. *Alanus Abbas primarius.*[g] *è cœnobio Præmonſtratenſ.*

Spiritum Deo reddidit, 39. Auguſti, juxta Necrologium Sylliacum. 14. *Calend. Septemb. Commemoratio*, *Domini Alani. primi Abbatis de Goferno*: item *Obituarium Marcheſij Radulphi* 19. *Auguſti*. *Frater Alanus*, *ſacerdos*, *quondam Abbas de Goffer*, *hoc eſt de Sylleio*.

2. *Radulphus.*

1189. Obijt 4. idus Septembris;[h] Huic Alexander III. Papa, dat confirmatque priuilegia ann. 1179. diploma incipit. *Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium*.

h *Ibid & Necrolog. Sylliacum.*
B. *Ex Cartulario Sylliaco.*

3. *Geofredus*, *ſeu Gaufridus.*

Memoratur ad ann. Chriſti 1216.[i] varijs diebus fœlix eius ad Deum tranſitus commemoratur.[l]

i *Obituarium Abbatiæ Bellæ ſtellæ. 28. Ianuar. Montis Dei 3. Februar. Sylleij, & Lucernæ 11. Februar. Faleſiæ 17. Februar.*
l *Ex Cartulario Vlicenſi.*

4. *Michael.*

Ann. 1242. nonnulla recipit à monachis S. Ebrulphi.[m]

m *Series Abbat. Silleienſ.*

V. ## 5. *Radulphus 2.* 6. *Petrus le Gaſtel.*[n]

Debitum mortis ſoluit 17. Februarij ex Necrologio Sylliaco, non verò 2. 24. ſeu 26. eiuſd. menſis.[o]

n *Ex Obituario Bellæ ſtellæ 4. 24. & 26. Februar.*
o *Ex Necrologio Sylliaco, & Lucernæ*

7. *Philippus ſpiritum emiſit 4. nonas Martij.*[p]

p *Necrologio Sylliacum.*

8. *Richardus*, *Fournier*, *Furnarius.*

15. Calend. Iunij defunctus.[q]

q *Ibid.*

9. *Richardus 2. Peluel*: *de Peleuilla.*

Mortuus 15. Calend. Auguſt.[r] non verò 15. Iulij.[ſ] vel 16. eiuſdem menſis.[t] florebat 1317.

r *Ex Obituario Montis Dei.*
ſ *Ex Obituario Bellæ ſtellæ.*

10. *Richardus 3. de Sylliaco.*

Anno 1317. ſtatuit ordinationes, pro pitantia Monaſterij aſſignata: ann. 1323. vices gerit Adæ, Abbatis Præmonſtratenſis, in circaria Normaniæ.[t] Memoria eius agitur 23. Ianuar. & 24. Auguſt.[u]

t *Ex Cartulario & Serie Abbat. Sylleienſ.*
u *In Obituario Faleſiæ.*

11. *Michael.*

Moritur 12. Calend. Nouemb.[x] non autem pridie idus Decemb.[y]

x *Series & Obituarium Sylleienſ. ac Lucernæ.*
y *Necrologium Faleſiæ.*

12. *Mathæus Peluel. obijt 16. Calend. Iulij.*[z]

z *Series & Obituarium Sylleienſ.*

13. *Nicolaus Nicolet*, *de campis de Pommainuilla.*

VI. Ita variè cognominatus eſt: mortuus 16. Calend. Septemb.[aa] Reponendus eſt hic: *Guerinus Roger de Vico*, mortuus 15. Calend. Nouemb. ex obituario ſylliaco.

aa *Ibid. & in Obituario Montis Dei.*

14. *Girardus.* 15. *Guillelmus.* 16. *Thomas.*

17. *Syluester 6. idus Nouemb. defunctus.*

18. *Radulphus 3.* 19. *Sigehardus.* 20. *Guillelmus 2. Emery.*

Memoratur ad ann. 1368. obiit 12. Calend. Nouemb.[bb]

bb *Ibid.*

Nnnnn

Digitized by Google

21. *Ioannes Chaupin.*

Vir nobilis notatur ann. 1370. & 1387. item ann. 1388. promittit Gregorio, Sagienli Episcopo 16. Februar. missas & orationes dicendas: propterea in Necrologio hæc leguntur, 4. *idus Maij, Gregorius Anglicus, Episcopus Sagiensis, quædam dedit.* Item, ann. 1389. 22. Iunij eadem promittit à se facienda, Petro Comiti Alenconij & Pertici. [cc] Diem clausit extremum, 16. Calend. Septemb. [dd] Ecclesiam & domum instaurare cœpit ab Anglis euersam, ann. 1346. opera Petri Alenconiens. Comitis; & Georgij Anglici, Sagiens. Episcopi, multis aliis operam mirificè prosequentibus: ann. 1388. in cuius Ecclesia sepultus est Geruasius, Sagiensis Episcopus, Honorii III. Pap. Pœnitentiarius, Homiliarum, Epistolarum, ac Commentariorum in Prophetas minores scriptor.

cc *Series Abbat. Obituarium additio ad illud & Cartularium Sylliacum.*
dd *Obituarium Sylliacum, & Montis Dei.*

22. *Robertus.* VII.

Migrauit in cœlum pridie idus Nouemb. 15. Martii. [ee] fit etiam de eo commemoratio 15. Martii. [ff]

ee *Ex Obituario Sylliaco.*
ff *Ex Obituario Falesiæ.*

23. *Ioannes 2. le Cordier.*

De Oximo oriundus, Abbas electus est ann. 1400. Rexit ann. 24. & animam exhalauit ann. 1425. cùm Monasterium reparasset, auxisset, ac in meliorem statum reduxisset: quam ob rem, bis de eo recolitur memoria in obituario eiusdem loci his verbis. 14. *Calendas Maij, Ioannes le Cordier, de Oximo, Abbas Sylleij, obijt ann. 1425. cùm rexisset ann. 24. & plura bona, ac reparationes fecisset in hac domo, & iterum. Sexto nonas,* (non autem 8. idus) *Iulij: fit commemoratio de Ioanne le* Cordier, *Abbate Sylleij, ann.* 1402. Huius tempore, puer, Petrus filius primogenitus Ioannis I. Ducis Alenconiens. & Mariæ filiæ Ducis Britanniæ, nascitur in castro Argentonio, 4. Octob. ann. 1407. vbi & obiit 16. Martii sequentis; sed in hac Abbatia sepultus est cum Maria, sorore eius mortua. [gg]

gg *Bryut lib. 2. Histor. Alenconiens. cap 8. pag. 3'4. San-Marthani. Tom. 1. Histor. genealogic. domus Fräciæ. lib. 21 cap. 5. Cartularium.*

24. *Guillelmus 3. le Cordier.*

Petrus Abbas insulæ Dei, & Abbas Falesiæ deputati à capitulo Generali ordinis præsunt electioni huiusce Abbatis, ann. 1425. die 8. Maij: Præfuit ann. 19. decessit è vita ann. 1444. 13. April. qua de re, hæc leguntur. *Guillelmus le* Cordier, *rexit ann. 19. fuit Abbas S. Martini Sagiensis; cuius Antecessor obierat ann.* 1428. [hh] sic & Necrologium. *Idibus Aprilis, Guillelmus le Cordier, Abbas S. Martini de* Sagio & primò *fuit Abbas Sylleij.* [ii] Ex quibus liquet, eodem tempore, simul duabus præfuisse Abbatijs.

hh *Series Abbat. Sylleiens.*
ii *Necrologium Sylliacum.*

25. *Ioannes 3. de Magny.* VIII

Ex Bulla sua, ann. 1444. memoratur ann. 1453. Postea autem Abbas B. Virginis de *Spina*, à sancto Petro super Diuam, dependente, per resignationem Iacobi Abbatis, ann. 1454. & in suum locum, eligendum curauit sequentem.

26. *Mauritius de Magny.*

Ex Priori Claustrali Sylleiensi, ann. 1454. renuntiatus Abbas, benedictus fuit apud S. Martinum Sagiensem, per R. Episcopum Sagiensem, præsente Abbate S. Martini Sagiens. Rexit circa ann. 45. vel 46. quo tempore, complura extruxit ædificia, multaque alia reparauit. Interfuit Capitulo Generali Præmonstrati, sub Symone Abbate, anno 1461. in die S. Dionysij 9. Octob. Item fecit fieri Cartularium magnum ann. 1499. ac tandem lumina vitæ clausit ann. 1500. 3. nonas Augusti. [ll] Interfuit ann. 1479. electioni ac Benedictioni Ioannis *Iouquin*, Abbatis Falesiæ. [mm] Eique quædam promittit, ann. 1495. Mathias Abbas Falesiæ. [nn]

ll *Series Abbat. Cartularium, Obituarium, Sylliacum.*
mm *Ex Cartulario Falesiæ.*
nn *Ex Cartulario Sylliaco.*

27. *Ioannes 4. le Fort.*

Ex Priore curato Parœchiæ de Sylleio. Cùm præfatus Mauritius resignationem fecisset

fecisset in manu Alexandri VI. Pap. 1495. hic Ioannes præfectus est à sede Apostolica in Abbatem, ann. 1499. nonis Aprilis; dato diplomate, ann. 7. Pontificatus sui. Præterea, Crucifixum ligneum in Ecclesia fecit fieri, ann. 1510. ex litteris inibi à tergo exaratis. Moritur ann. 1521. 8. idus Nouembris; postquam multa in Monasterio fecisset ac restaurasset.

28. *Guillelmus 4. Paris.*

IX. Canonicus erat professus, quando ex resignatione præfati Ioannis, factus est Abbas ann. 1518. quo ea inuestitur Authoritate Leonis X. Pap. per Iacobum, Abbatem Præmonstrati, Licentiam dedit ann. 1525. 6. Maij, Religiosis insulæ Dei, eligendi sibi Abbatem, ad succedendum Ioanni *Carrouges*; cui electioni, sua authoritate, præfuit Ioannes Basseux; & cassa exinde electione non Canonica, 12. Iunij, aliam confirmauit, qua Virgilius de *Limoges*, est electus: Vicarius extitit generalis in cicaria Normaniæ, ann. 1538. tandem obijt ann. 1545. die Mercurij ante Pascha 7. idus April. fuit vltimus Abbas Regularis.

29. *Ludouicus, de Bailleul.*

X. Primus Abbas Commendatarius, magnus Decanus Lexouiens. & Abbas Lonleij: ex domo *du Renouard*, oriundus: præfuit ab ann. 1546. vsque ad ann. 1583. quo vitam finiuit, 15. Calend. Februar. ipse Domum Abbatialem Villæ-nouæ ædificauit, adfuit in Scacario Alenconiensi ann. 1576. 1. Octob. oo

oo *Brins sup. lib. 3. cap. 12. pag. 365.*

30. *Nicolaus 2. le Forestier.*

Dominicanus Ebroicensis Doctor Theologus, ac Confessarius Ducis Alenconiens. obijt ann. 1584. 3. Calend. Augusti: illic in Ecclesia sepultus.

31. *Carolus le Veneur, Dominus du Hommet.*

Tennegnidi, Comitis de Tillieres filius.

32. *Thomas 2. l'Oysel, Canonicus de Carrouges.*

33. *Iacobus le Veneur.*

(Ex resignatione præfati) Caroli nepos ex fratre.

34. *Ioannes 5. le Veneur.*

Ex fratris resignatione, reformationem cœnobij procurauit 1614. quo obijt Nanceij.

35. *Iacobus le Veneur.*

Iterum Abbas, ob fratris obitum: sub eo introducta fuit reformatio apud Sylleium ann. 1630. antiqui rigoris, cùm jam mitigata illic sub eod. assumpta fuisset ab ann. 1620. pp & prius eam visitasset D. Ioannes le Paige, Vicarius Generalis eiusdem ordinis ann. 1616. qq Præterea, Dedicata est Ecclesia Abbatialis 2. Septemb. rr Taxatur autem Abbatia ad 700. Florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ. ss

pp *Series Abbat. Carnutarium, Obseruantium Sylliacum.*
qq *Lib. 5. Bibliotheca Præmonstratens. pag. 1010.*
rr *Ex Schedis Sylliacens.*
ss *Gallia Christiana sup. in Episcop. Sagiens.*

36. *Franciscus le Veneur.*

Tannegneti 2. Comitis de Tillieres filius 1637. 15. Iunij iniit possessionem Laudat huiusce Monasterij incolas, Petrus Camus, Episcopus Belliceus. in Epistola ad Librum, cui titulus præferetur, vir Apostolicus, ann. 1640.

Ann. 1150.

SANCTVS LAVDVS GALLICE, S. LO.

Franciscus Ruceaus in Antiq. Franc. Diœces. Constantiens. Quercetanus ibid.

De Antiquitate, nobilitate, proprietate oppidi Phani S. Laudi; deque Abbatia illic erecta, Canonicorum Regularium, Ordinis S. Augustini.

CAPVT I.

PHANVM D. Laudi, Neustriæ inferioris nobile opidum est, quinque leucis ab vrbe Constantiensi, super Viram fluuium: à Carolo magno olim fundatum ann. 805. & à sancta Cruce tunc denominatum; sed nunc Phanum Laudi, vulgò, *S. Lo*, nuncupatum. [a] Sanè ob Deuotionem in S. *Laudum*, cuius sacræ illic nonnumquam asseruabantur Reliquiæ, per quas omnipotens Deus magnalia non pauca, operari dignabatur; tumque ibidem, pietatis ergò Basilicæ sanctæ extructæ: sed & castrum munitissimum & validum ædificatum, contra hostium incursus, maximè Normanorum adhuc paganorum, Gallias tunc infestandum, opportunum Christianorum præsidium: quod tamen manus eorum haud euasit: iuxta Authorem quidem Anonymum, sed Antiquum, & fide dignum; ann. 889. & 890. quem alij vltrò sunt secuti. [b] Attamen, nec horum crudelitas, nec temporis edacitas, vel huiusmodi Christianorum feruorem, vel piorum deuotionem in nullo minuere quiuit, sed potius augere valuit, & vires posteritati addere, quæ ampliori cultu ipsum S. Laudum est prosecuta: & Constantianos Præsules, eiusdem loci & castri reddidit proprietarios & Dinastas. *Est & aliud Paralipomenon* (inquit Episcopus Arboretanus) *super phano D. Laudi: quod vt in Baroniam erigeretur, ex consensu Bajocassini Præsulis, Constantinianus clerus Bajocaßino permisit in compensationem, eas quæ mox sequuntur, Decurias, seu Parœchias; Christifera scilicet Virginis* Montanæ *vulgò*, *saincte Marie* du Mont *ad littus Oceani*, *Altare insuper* Viruille *ripensem*: *in Mediterraneis autem Phanum matricis Ecclesiæ, vulgò*, saincte Mere Eglise: *Neouillam*, Neuville: *caput Pontanum*: Chefs du Pont. [c] Addit *Quercetanus*, successores Antistites Constantienses, diu portasse titulum Episcoporum S. Laudi, eo quod oppidum, eius nomine nuncupatum ad eos pertineret, apud quod Domum spatiosam, opimam, atque magnificam habebant, quæ illis quandoque ad solatium deseruiebat. Familia Matigniaca, de *Matignon*, hodie illam possidet, in escambium cum præfatis Episcopis factum. [d] I.

Illic igitur, in suburbio tamen, nobilis consurgit Abbatia, ejusdem *S. Laudi* titulo insignita: olim siquidem ea Ecclesia *S. Stephani* Prothomartyris nomen præferebat, cui Collegium Canonicorum deseruiebat; sed lapsu temporis, ob ingentia merita ipsius S. Laudi, maximè verò propter quamplurima inibi ad sacras eius Reliquias cœlitùs edita miracula, de suo nomine deinceps, appellationem tulit. Verùm, ipsi Canonici ac Clerici, rerum successu caducarum, vt fert humana conditio, laxiorem viuendi modū tuentes; pius *Algarus*, tunc Constantiensis Episcopus, ea de re summum Pontificem Innocentium II. informauit, cui mox Rescriptum dedit non circa ann. 1132. quia ipse Algarus nondum erat Episcopus: sed forsan, ann. 1142. Sub Datum Viennæ Allobrogum, die 2. Martij: quo, facultas illi demandatur, reducendi in Ordinem Canonicum, Ecclesias S. Laudi Rothomagens. Item S. Laudi Constantiens. Diœces. &c. hisce verbis: *S. Laudi*, quæ in ciuitate Rothomagensis ita est, Ecclesiam: & S. Laudi, in Constantiensi Episcopatu, cum pertinentijs & libertatibus suis; vobis, vt ad Canonicum Ordinem redigatis, II.

a Robertus le Rocquez. In speculo Æternitatis. Ætas mundi stata fol. 93. Villeta. In Annal. Eccles. saeculi 9. pag. 518.

b Anonymus de Gestis Normannor. ad ann. 889. & 890. Rhegino. In chronico lib. 2. ad ann. 890. Krantzius lib. 2. Noruegiæ cap. 15. Thenetus. Tom. 2. Cosmograph. lib. 15. cap. 10. Belforestus lib. 2. Annal. Frãc. cap. 66 ann. 891. Molinæus lib. 6. Histor. general. Norman. cap. 5 §. 10 ad ann. 890. vide sup. in Episcop. Constantiens.

c Cœnalis lib. 2. de Re Gallica. Perioch. 9.

d Quercetanus lib. 7. cap. 15. Antiquit. vrbium Franc.

gatis, aſſenſu principis, concedimus. Audiuimus enim ibi ſæculares irregulariter viuere: &c. [e]

c Extat in Archiuo Abbat. S. Laudi Conſtantienſ.

III. Itaque Algarus, ea ſummi Pontificis munitus authoritate, & Regia ſibi accedente voluntate, canonicos Regulares, quos è Monaſterio *S. Barbaræ in Algia*, euocauerat, in hanc domum deduxit, die 2. April. quod ita teſtatum reliquit ipſe pius Antiſtes Algarus, in carta à ſe tunc confecta. *Piæ recordationis Papæ Innocentij authoritate, & Hugonis, Rothomagenſis Archiepiſcopi, ſuffraganeorumque etiam conſilio, & Cleri Conſtantienſis aſſenſu, in Eccleſia S. Laudi, in qua Clerici minùs religiosè viuebant, Canonicos, ſecundum Regulam B. Auguſtini: Deo ſeruituros conſtitui: &c.* [f] Quibus nomen & dignitatem Abbatialem contulit in poſterum deferendam ex præfatis autem verbis *Piæ recordationis Papæ Innocentij* liquidò conſtat; id eueniſſe poſt obitum ipſius ſummis Pontificis; qui in fata conceſſit, ann. 1143. menſe Septemb. [g] Non ergo illud accidit, ann. 1139. ſed fors, circa ann. 1149. quod propiùs eſt tempori fundationis hujuſce Abbatiæ ſcilicet ann. 1150. vti Superius, ſuo loco, Annotauimus. [h]

f Ibid.

g Baronius Tom. Annal. Eccleſ.

h Vide Neuſtriam Chriſtian. Tom. 2 in Conſtantienſ. Epiſc.

IV. Vnde, Eugenius III. Papa, ſuo diplomate, confirmat, quæ prædeceſſor eius, Innocentius *Algaro* mandauerat: necnon alia omnia, quæ idem Algarus fecerat, ac facturus erat; ſub Datum Narniæ, die 14. Martij: Vrbanus III. Iterum confirmauit ipſam Canonicorum Regularium inſtitutionem, cum omnibus bonis hujuſce Abbatiæ: ſub Datum Veronæ 7. Calend. Decembr. circa, ann. 1186. Pius enim ille Antiſtes Algarus, pro ſua deuotione, multùm auxit redditus ejuſmodi Abbatiæ S. Laudi; ex proprio, compluribus terris, Eccleſijs, cum decima, cunctarum decimarum ad ſe ſpectantium, illi Aſceterio dono à ſe elargitis, quæ omnia, poſtea Philippus, *Pulcher* dictus, Rex Franciæ, ſuis patentibus litteris, non ſolum confirmauit; ſed & regia munificentia, accreuit bona Abbatiæ, ex dono Baroniæ de *Barra*; cum omnibus latifundijs, honoribus, juribus, ac dependentijs eiuſmodi Dinaſtiæ. [i] Reperitur autem taxata ad 300. florenos aureos pro ſolutione Annatarum Cameræ Apoſtolicæ: Hinc notat Robertus à Monte, in Appendice ad Sigebertum, ann. 1161. Illud eueniſſe: *Calendis Ianuarij* (inquit) *terræ motus accidit in pago Conſtantino, Caſtro S. Laudi, circa horam primam.*

i Ibidem.

Cœnobiarchæ hujus inſignis Abbatiæ recenſentur: & alia complura ad eam ſpectantia commemorantur.

CAPVT II.

I. CONSTAT itaque Canonicos Regulares Ordinis B. Auguſtini, (non verò Ordinis S. Benedicti monachos, vti *Quercetanus* perperam ſcripſit ſup.) hanc incoluiſſe Abbatiam, ex inſtitutione præfati Algari, Conſtantienſis Epiſcopi, circa ann. 1150. [a] Cujuſquidem illuſtris Domus Abbates Regulares, ita à nobis referuntur.

Primus Theodoricus.

Prior de *Meritonia*, cùm eſſet; inſtitutus eſt; ad quem præfatus Papa Eugenius III. ſcripſit; ſubſignatus reperitur fundationi *Quarrenſis* Abbatiæ, apud inſulam *Vecte* in Anglia: [b] Memoraturque ad annum 1159. in Rebus Eccleſiæ Bajocenſis (ex libro Nigro Bajocenſ. Eccleſ. fol. 40.) & Abbatiæ de *Hambeya*: ex Cartulario Hambeyæ, fol. 1.

a Conalis lib. 2. de Re Gallica Perioche 4. & 5. Item Tom. 5. Eccleſ. Hierarchia Neuſtr. pag. 2. Griſinus De Clericis Regular. ſoll. 19. & 50. Pennotus lib. 2. Hiſtor. Clericor. Canonic. cap. 33. §. 12 Claudius Robertus in Gallia Chriſtian. in Epiſcop. Conſtan. & in Abbatijs.

b Vide Tom. 2 Monaſtic. Angl. pag. 761.

2. Guillelmus, filius Heri de Conſtantia.

3. Alexander, de ſancta Barbara.

Nimirum, ex cœnobio S. Barbaræ, aſſumptus; ex Schedis S. Barbaræ.

4. *Guillelmus 2. de Martinuilla.*

Eius tempore, nempè, ann. 1174. die 28. Iulij, ad inſtantiam *Richardi*, Conſtantienſis Epiſcopi, Reginaldus, *Bathonienſis* Epiſcopus in Anglia, nouam ædem, recens extructam apud oppidum iſtud S. Laudi, conſecrauit, ſub titulum S. Thomæ, Martyris, Archiepiſcopi Cantuarienſis, vt eſſet deinceps noua Parœchia, ſeparata à priſca & priori Parœchiali Eccleſia S. Laudi ſiue S. Crucis. II.

5. *Guillelmus 3. de Mantel.* 6. *Robertus de Moleio.*

Sub eo, dedicata eſt noua Eccleſia hujuſce Abbatiæ, in honorem S. Laudi: qua de re extat iſtud etiamnum teſtimonium MS.

Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ducenteſimo ſecundo, Rothomagenſium ciuitati præſidēte Gualterio; Eccleſiæ Cōſtantienſis curam gerente, Viuiano; Regni Ioannis Regis Anglorum anno quarto; in Monaſterio iſto vices Abbatis agente, Roberto de *Moleio*, prælatorum hujus loci ſexto; Dedicata eſt hæc Eccleſia in honore S. *Laudi*, Epiſcopi, patroni noſtri, à præfato *Viuiano*, & à *Guillelmo*, Abricenſi Epiſcopo. Qui verò ex abundāti charitate animarum liberationi ſuperintendentes, omnibus, qui in die Dedicationis, & deinceps vſque ad feſtum S. Martini Epiſcopi, cum muneribus, quæ Deus inſpirauerit, in honorem Dei, & ſuæ matris, & B. Laudi, præſentem, in perpetuum, adibunt Eccleſiam, tertiam partem injunctæ ſibi pœnitentiæ: & peccata oblita, & vota fracta, ſi ad ea facienda redierint, relaxauerunt. Illos etiam, qui patris & matris, citra violentiam, manuum injectione, offenſam incurrerunt, à pœna pœnitentiæ, propter hunc exceſſum, temporaliter ſuſtinenda, dummodò hujus offenſæ pœniteāt, conceſſerunt eſſe immunes. Agitur diei obitus eius memoria 8. & 7. idus Iulij: in Necrologio Abbatiæ de *Lucerna*.

7. *Ambroſius de ſancto Laudulo, ſuper Senam.*

Memoratur in libro Nigro Eccleſiæ Bajocenſ. fol. 40. Item, ad ann. 1219. in Cartulario Abbatiæ Montis S. Michaelis; & ad ann. 1231. in Cartulario Abbatiæ de *Hambeya*, fol. 42.

8. *Robertus 2. Hardoin.* 9. *Stephanus de Torigneio.*

De eo agitur in Necrologio Abbatiæ de *Lucerna* 10. Calend. Decemb.

10. *Ioannes Perihue.*

Pridie Calend. Septemb. notatur in obituario Abbatiæ *Cæſariburgenſ.*

11. *Nicolaus de Spineto.* 12. *Thomas de Spinetis.*

13. *Radulphus de Cheus.* 14. *Robertus de Inſulis.*

15. *Richardus de Boleuilla.* 16. *Petrus de Veautre.*

Commemoratur 3. Calend. Decemb. in Necrologio *Lucernæ*.

17. *Ioannes 2. de Doite.*

Rexit, ann. 16. & menſibus ſex: eius obitus habetur 16. Calend. Februar. in præfato Necrologio *Lucernæ*, ſub eo, ſcilicet, ann. 1328. vetus Martyrologium hujuſce Abbatiæ renouatum eſt cum Breuiario. III.

18. *Stephanus 2. Gobout.* 19. *Gaufridus le Muy.*

Recenſetur in Obituario Abbatiæ Montis Dei, 6. nonas Maij.

20. *Ioannes 3. Lenguilier.* 21. *Ioannes 4. de Albigneyo.*

22. *Ioannes 5. Marcelle.*

Tempore hujuſce Abbatis, nonnihil mutatum eſt circa habitum Religioſorum: vti legitur in inſtrumento publico talis tenoris. *Anno* 1391. *De conſenſu Reuerendi in Chriſto, Patris Domini, G. de Creuecœur, Conſtantienſis Epiſcopi, nos accepimus Almucias, pro capucijs albis, quæ priùs tempore, æſtiuali, portabamus.* IV.

23. Rober-

23. Robertus 2. la Nieche. *24. Robertus 3. de Petpoute.*

25. Robertus 4. Quesnes. *26. Ioannes 6. Gueroult.*

27. Ioannes 7. Beuse, interfuit Scacario, ann. 1448.

28. Richardus 2.

Anno 1455. puella Aurelianensis, innocens proclamata est, præsentibus Episcopo Constantiensi, & Richardo ipso Abbate S. Laudi, & Abbate S. Crispini. [c]

29. Alexander, Canonicus Regularis S. Barbaræ. [d]

30. Yuo de Plantegenest.

Rexit, ann. sexdecim, & mensib. sex: tum ann. 1477. demissione à se facta, electus fuit.

31. Iacobus Vaultier, ann. 22.

Claustrum hic fieri fecit: qua de re extant Sequentes versus Gallici.

Quatre vingt huict auec mil quatre cents
Iacques Vaultier pour lors Abbé de ceens,
Fit refaire, comme voys, ce Cloistre,
Qui clos present, en Paradis puisse estre.

Extruxit quoque miro pulchrove artificio Sacellum B. Virginis Mariæ Deiparæ, retro chorum Ecclesiæ Abbatialis: chorum etiam cœpit ædificare, cum alis circum adjacentibus: in cujus Capellæ præfatæ summitate etiamnum hæc leguntur.

L'an fus faicte mil quatre cents,
Quatre vingts treize, lors que ceens,
Vaultier fut Administrateur,
Qui commença Aisles & Chœur.
Si claire me voulez auoir,
Faictes mes vitres releuoir,
Et nettoyer Costes & volte
Ainsy sera belle ma cote:

Interfuit Scacario, ann. 1448. tum ann. 1498. migrauit ad Dominum.

32. Michael Vymont.

Post obitum dicti *Iacobi*, electus fuit hic Michael, cùm esset Sub-prior hujusce domus, atque vltimus extitit Abbas Regularis.

33. N. de Rosse.

Cujus stemmata & arma in Ecclesiæ fenestris vitreis cernuntur depicta.

34. Ludouicus Hebert.

Ex Archidiacono Constantiensi, fit Abbas: tum *Gaufridi Hebert*, 72. Episcopi Constantiensis demortui, excutor Testamenti instituitur ann. 1510. ac quædam legat Ecclesiæ Constantiensi, ac tandem Espiscopus Abricensis euasit ann. 1510. seu 1511. juxta nouum supputandi modum. Post ipsum Titulus hic à multis fuit occupatus sub nomine Commendatariorum, donec deuolutus est ad

Andream Merlet.

Fuit hic Doctor Theologus facultatis Parisiensis, & Societatis Nauarricæ Decanus, vir auitæ nobilitatis, & virtutis probate. Possessionem suæ Abbatiæ suscepit

[c] *Vide Tom. 2. Neustriæ Christian. in Episcop. Constantiens. ex Annal. MS. Norman.*
[d] *Ex Schedis Abbatiæ S. Barbaræ.*

ann. 1638. Cujus bona temporalia ob malitiam priorum temporum dissipata, summa cura collegit, eiusque diruta ædificia restaurauit: erat illi in animo, etiam omnem regularem disciplinam inibi renouare, sed quod per tempus ipsi non licuit, hoc præstitit eius successor & nepos.

Andræas item Merlet.

Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, Regi à Consilii, & Eleemosynarius ordinarius suæ Majestatis Christianissimæ: qui à die 28. Octobris ann. 1646. qua sanctæ hujus domus possessionem adeptus est, strenuë laborauit; tum vt in eam reformationem introduceret, quod fecit 30. Nouemb. 1659. dum ipsam Congregationi Reformatæ Canonicorum Regularium Franciæ vniuit: Tum vt decus omne magna qua fieri poterat munificentia in domum Dei importaret: quod ipsa sua Ecclesia palam nunc loquitur: Tum etiam vt de suo, inopum miseriæ sub leuarentur; quod ora omnium clamant.

ANN. 1150.

MORETONIVM, GALLICE, MORTAING.

Guillelmus, Comes Moretoniensis, Fundator huius Prioratus Virginum Cisterciens.

CAPVT I.

MORETONIENSE Sanctimonialium, Monasteriũ ad Nouum-Burgum, Diœcesis est Constantiensis, alioquin appellatum, Abbatia candida, vulgò, *l'Abbaye Blanche*, Episcopi legibus paret, eique fores aperit, dùm visitat. Quo ad institutum autem, ordinis Cistertiensis professionis Sauiniaci censuræ subest. Neque id vestalis præfecturæ genus, quod candidatum Gynæcium rectè appellaueris, ad Abbatialem (quam dicunt) assurgit dignitatem, cùm sit Prioratus tantum, sub Bernardinæ familiæ signis mœrens; quæ albicante vestimento vtitur, ob idque dicitur, *la Prieuré sous l'Abbaye Blanche*. Quòd si ad posituram loci respicias, & primæuæ tempus originis; noueris Templum illud Deo, Deiparæque Virgini dicatum; munere & impensis Comitis Moretoniensis Guillelmi, sub annum à partu Virgineo 1105. (juxta *Cœnalem*) in fundo Nouoburgensi, vulgò, *Neuf-Bourg*; alluiturque duobus riuulis, Cansa, videlicet, & Canseola, (Gallicè *Canse & Canson*,) qui à cautibus & rupibus defluentes, à Saguna, (aliàs Seluna) flumine tandem absorbentur. [a] Ex quibus clarè deducitur, quod istud Monasterium haud potuerit sumere initium ann. 1105. cùm eo tempore Sauiniacum, cui subest, adhuc non exurgeret: sed rectius legendum foret, ann. 1150. quod mendum irrepsit, ex commutatione litterarum numericarum, vitio librariorum. I.

Memoratur ad ann. 1264. in jurgio, quod sopiuit Constantiensis Antistes, exorto, super illius regimine. Ita enim legitur. *Ioannes, Constantiensis Episcopus, componit inter Abbatem Sauiniacensem, (ratione Monialium Moretonii, quarum ipse Abbas, pater erat, & prouisor) & Abbatem Hambeyensem, ann. 1264.* [b] Hodie etiamnum superstes viuit huiusce domus Priorissa D. Henrietta *de Clain* 1647. Porrò, in Scacario, ann. 1474. memorantur Perreta *le Bœuf*, Maria de *Tallevende*: Margarita, & Iacquelina, d'Argonges: & aliæ 4. Religiosæ huiusce Prioratus. [c] II.

a *Robertus Cœnalis. Tom. 1. Hierarchiæ MS. Neustriæ ad Calcem. Quercetanus lib. 7. Antiquitat. Vrbium Gall. cap. 18. 19. Præfat. de Barradis ... ad vitam B. Guillelmi Firmati confess. nota 5.*

b *Ex Cartulario Abbatiæ Hãbeyens. fol. 44.*

c *Ex compendiosa Relatione Scacarior. pag. 655. Apud D. Bigot, Senator ...*

VALLENSIS

VALLENSIS, SEV, DE VALLE: Gallicè, du Val.

Circa ann. 1155.

De Fundatione, & Archimandritis huius Asceterij, cur pauca enarrentur, nonnulli Abbates exprimuntur.

CAPVT VNICVM.

I. DICATVR hæc Abbatia S. Mariæ Virgini, Deiparæ: estque Canonicorum Regularium S. Augustini: extat in Diœcesi Bajocensi, propè pagum Turium, *Tury*: quatuor leucis à Cadomo; Taxata solummodò ad 60. florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ. [a] Nunc autem propè deserta à Commendatarijs, & derelicta ab inquilinis miseris: sed non à redditibus & censiuis: pro vt vidi ann. 1642. Valete Benefactores, Eya, milites strenui, & proceres ac optimates nobilissimi: quòmodo sic euanuit religio vestra? cur eleemosinæ vestræ, bona vestra, prædia, & cætera à vobis ita piè Deo oblata, & Christi seruis inibi suæ Diuinæ Majestati seruientibus, ac pro animabus vestris exorantibus, fideliter collata, pessum abierunt, dilapidata sunt, & dissipata? Heu, quorsum hæc talia horribilia aguntur à Christianis? videat Deus, & requirat.

II. Quorumdam illustrium virorum tumulos illic conspeximus: sed absque litteris & documentis: Huius cœnobij fundatrix extitit pia quædam & illustris Heroina, cuius meminit Necrologium Sylliacum. 4. *Calendas Maij, Petronilla Fundatrix vallis.* Ex schedis autem Ecclesiæ Bajocens. Gosselinus *de la Pommeraye*, Fundator dicitur. Hæc tantum occurrunt à nobis dicenda; cùm omnia deperdita sint & neglecta. Arbitror itaque istud cœnobium sumpsisse exordium circa ann. 1155. & institutum Canonicorum Regularium professum esse in congregatione eorum, quos ab Algaro, Constantiensi Præsule, viro notæ probitatis, nuper collegerat, & optimis legibus imbuerat: quis autem primarius huic loco superior præfuerit; omninò me latet: sequentes tantummodò reperire potuimus.

a Gallia Christiana, in Episcopis B conste. & inajo. ab Grifu de clericis Regularibus sectiom 13. §. 50. De Bras. cap. 10. Antiquit. Cadomens. pag. 37. & 38.

Bernardus.

Memoratur ann. 1191. [b] & componit quædam cum monachis Sagiensibus. [c]

Gualterius, al. Guillelmus.

Nominatur, ad ann. 1192. pro rebus Abbatiæ Valaciæ [d] & ann. 1218. pro Sylliaco cœnobio. [e]

Radulphus, obijt 20. Nouemb. [f]

b In Cartulario Abbatiæ de Ardena.
c Ex libro Rubeo Abbatiæ S. Martini Sagiens. fol. 37.
d Vide infra cap. 3. Abbat. Valaciæ §. 5.
e Ex Cartulario Sylliaco.
f Ex Necrologio Abbatiæ Bellæ stellæ.

III. Porrò, cùm Abbate mortuo, Canonici Regulares processissent ad nouam futuri Abbatis electionem, absque Regiæ Majestatis significatione, litteras protinus circulares miserunt, pro facti excusatione; quæ subsequuntur, Gallica lingua, conscriptas, ann. 1376. die 3. mensis Decembris.

A tous ceux, qui ces lettres verront, l'Abbé & Conuent du Moustier de Nostre-Dame du Val, en Diœcese de Bayeux, salut. Comme n'a gueres aprez le decez de l'Abbé de nostredit Moustier, derrain trespassé, Nous, le Conuent dessus dis, doutans à nous estre pourueu d'vn Abbé, autre que de celuy Moustier, auons fait eslec-

Digitized by Google

ction, sans enuoye r par deuant le Roy, nostre Syre, ainsi que nous deuions, & estions tenus faire, auant tout œuure, pour auoir sur ce congié & licence du Roy, nostredit Seigneur, ou de sa Cour. Sçauoir faisons, que parce, nous ne pensons auoir acquis enuers le Roy, nostre dit Seigneur, aucun droict de possession, saisine, ou proprieté, ne autres quelconques : Mais confessons, toutefois que le cas eschiet, estre tenus de venir, ou enuoyer deuers luy, ou sadicte Cour, pour obtenir, & auoir congié, & licence de eslire. Et se aucun droict nous estoit par ce, acquis, en aucune maniere, nous y renonchons, par ces presentes lettres : lesquelles en tesmoing de ce nous auons seellées des Seaux de l'Abbé, & du Conuent, le 3. iour du moys de Decembre, l'an de grace 1376. & seellé. g

g *Ex Thesauro Cartular. Regiar. Titulo Electionis.*

Circa ann. 1155.

BLANCA-LANDA,

GALLICE, BLANCHE-LANDE.

Richardus de Haya, miles, vir Illustris, Fundator huius Abbatiæ: huius Abbates, pro viribus, referuntur.

CAPVT I.

I. Construitur hæc Abbatia de Vastinio candido, aliàs, Blanca-Landa, ordinis Præmonstratensis, in Diœcesi Constantiensi, inter Exaquium, & Phanum S. Saluatoris Vice-comitis, circa ann. 1155. in honorem D. Nicolai, Myreorum Archiepiscopi, ac Lyciæ Metropolitani; cujus plures meminere Authores.[a] Fundatur autem à Richardo, milite, viro illustri, Domino de *Haya*; quod est oppidum haud ignobile, propè adiacens, vulgò, ad Puteanam sepem, *la Haye du Puitz*, vocitatm: Fundatores sepulturam nacti sunt in Ecclesia Abbatiali huiusmodi Cœnobij, vbi eorum tumulum cernere est, cum hac

a *Cenalis lib. 2. de Re Gallica. Pericha 4. Quercetanus lib. 7. Antiq. Vrbium Franc. cap. 15. Gallia Christiana, in Episcopis Constantiens. & in Abbat. Aubertus Myraus, in Chronico Ordin. Præmonstratens. ad ann. 1121 & 1155. Antiquitates MSS. Norman. pag. 214.*

EPYGRAPHE,

Hic iacet corpus nobilissimi viri, D. Richardi de Haya, militis Fundatoris huius Ecclesiæ; cuius anima pacem habeat cum Beatis.

Ipse quidem obijt anno Domini 1169. sexto Calend. Maij. b

b *Ex Obituario Sylliaco.*

Hic jacet corpus nobilissimæ Dominæ, D. Mathildis de Haya, Fundatricis huius Ecclesiæ; cuius anima pacem habeat cum Beatis.

Ipsa quidem obijt, anno Domini 1209. 4. Calendas Augusti, de eatamen fit commemoratio 23. c & 28. Augusti. d Hic est ille Richardus de Haya, vt reor, qui vnà cum fratre suo Raduifo, fidelitatem renuit exhibere Gaufrido, Comiti Andegauensi, Ducatum Normanniæ inuadenti, postquam Abrincas, Constantiam, &c. cœpit; cùmque Richardus Mare conscendisset, à pyratis captus, & in exteras regiones ductus, multa grauia pertulit : ex lib. 2. Ioannis, monachi majoris Monasterij, de Gestis præfati Gaufridi Comitis circa ann. 1145. vel 1150. post initium.

c *Ex Obituario Lucerna.*
d *Ex Obituario Falesia.*

Quantum verò spectat ad monachos, Dommartinenses, extitere, à S. Iodoci, in nemore, Diœcesis Ambianensis adducti : si Auberto Myræo fidem, vt par est, prædi- II.

præbeamus. *Monasterium* (inquit) quod *Blanca-Landa*, vulgò nuncupatur, in honorem S. Nicolai Episcopi, constructum est ann. 1155. fratribus Monasterij S. Iodoci in nemore primùm disciplinam hìc instituentibus. Est autem *Blanca Landa*, sita in Normania, Regni Galliæ Prouincia, in Diœcesi Constantiensi. [e] Quis autem Archimandrita prior huic Asceterio præfuerit, adhuc me latet: & cæterorum paruulam adeptus sum notitiam: è quibus, hi, qui sequuntur, prodeunt in lucem.

III. *Petrus.*

Anno 1205. pax composita legitur, inter Odonem, Abbatem S. Mariæ de Voto, juxta Cæsarisburgum, & Abbatem S. Saluatoris Vice-comitis; per Arbitros Vv. Constantiensem Episcopum, & Vv. Montis-Burgi, & P. de *Blanca-Landa*, Abbates, super Priorem S. Helerij de *Gersoio*. [f] Testis adest ann. 1211. in negotio Abbatiæ Hambeiens. [g] Dies verò eius obitus recensetur 12. Nouemb. [h] ceu 14. eiusdem mensis. [i] vel 15. ex Necrologio Bellæ stellæ.

Thomas, de S. Laudo.

Diem clausit extremum, ann. 1262. quarto idus: Septemb. ex eius Cœnotaphio: non autem, quinto idus eiusdem mensis: vti legitur in Necrologio, Exaquij.

Robertus Habin.

Abbas præfuit per triginta tres annos: abiit in cœlum, ann. 1331. die Sabbathi, prima Iunii: vti habetur exaratum in eius Tumulo. [l]

Ioannes Pitabout.

Migrauit ad Dominum, ann. 1337. 16. Calend. Februar. juxta ipsius Epitaphium, & obituarium Exaquii.

Thomas Farier.

Rexit annis 25. obiit verò 6. [m] ceu 5. Calend. Nouemb. [n]

IV. *Petrus 2.*

Diuersimodè accidisse tempus illius ad Dominum transitus refertur, nempe, 3. [o] 5. & 6. [p] 9. [q] vel 22. Ianuarii. [r] Extat quidam *Petrus* Abbas Blancæ-Landæ, sepultus apud insulam Dei, ex Antiquitat. MSS. Norman. & Exaquij, pag. 152.

Ioannes 2. defunctus 17. Calend. Octob. [s]

Robertus 2. Rousselin.

Mortuus 3. nonas Martij. [t] non autem 4. Calend. Maij, [u] vel quinto Calendas: ex obituario Bellæ-stellæ.

Thomas 3. de Insulis.

Obijt ann. 1400. ex ipsius Epitaphio, septimo, [x] seu tertio Calend. Septemb. [y]

Richardus, expirauit 13. Calend. Nouemb. [z] *Guillelmus.*

Debitum mortis exoluit 12. Calend. Nouemb. [aa] seu die 11. Decembris. [bb] non autem nonis Septemb. [cc]

Robertus 3.

Animam efflauit, 5. Calend. Decemb. [dd] non verò 15. Calend. eiusd. mensis. [ee]

Thomas 4. de S. Laudo.

Obijt ann. 1446. quarto Calendas Martij: ex ipsius monumento. [ff] non autem die 31. Ianuarij ex obituario Bellæ-stellæ.

e *Myræus ad ann. 1155.*

f *Ex Cartulario Abbat. S. Saluatoris Vicecomitis. fol. 49. & 51.*

g *Ex Cartulario Abbat. Hambeiens. fol. 27.*

h *Ex Obituario Abbat. S. Ioannis Falesiæ.*

i *Ex Necrologiis Abbat. Sylliaci. S. Saluatoris Vicecomitis & Montis-Dei.*

l *Ex Necrologio Montis Dei.*

m *Ex Obituario Cæsarisburgi, & S. Saluatoris Vicecomitis.*

n *Ex Necrologijs Sylliaco, & Lucernæ, ac Bellæ stellæ.*

o *Ex Necrologio Bellæ-stellæ.*

p *Ex Obituario Cæsarisburgi.*

q *Ex Obituario Lucernæ.*

r *Ex Necrologio S. Ioannis Falesiæ.*

s *Ex Obituario Sylliaco.*

t *Ex Obituario Cæsarisburgi.*

u *Ex Obituario Montis Dei. Ex Necrologio, Montis Dei.*

x *Ex Obituario Lucernæ.*

y *Ibid.*

z *Ibid. ex Necrologio Abbat. Montis Dei, & Bellæ stellæ, ac Sylliaci.*

aa *Ex Obituario S. Ioannis Falesiæ.*

bb *Ex Obituario Exaquij.*

cc *Ex Obituario Lucernæ.*

dd *Ex Obituario Montis-Dei.*

ee *Ex Necrologio S. Saluator. Vicecomitis & Exaquij.*

ff *Ex schedis Abbat. Lucernæ.*

Digitized by Google

Thomas 5. de S. Laudo.

Successit ann. 1447. memoratur ad ann. 1452. [gg] expirauit 8. idus Octobris. [hh] seu idibus, Octobris. [ii] non verò 19. Decemb. [ll]

gg Ex Obituario S. Ioannis Falesiæ.
hh Ex Necrologio Montis Dei.
ii Ex Obituario eod.
ll Ex Obituario Lucernæ, & Sylliaci.
mm Ex Obituario S. Ioannis Falesiæ.
nn Ex Obituarijs Abbat. Cæsarisburgi, & S. Saluatoris Vicecomitis.
oo Obituarium Cæsarisburgi & Exaquij.

Rainulphus, ceu Ranulphus.

Mortuus 7. Calendas August. [mm] Hic est (vt arbitror) qui vocatur *Radulphus*, defunctus, die 24. Augusti. [nn]

V.

Nicolaus Mulot.

Dedit Candelabrum æneum chori, ann. 1473. vti apparet ex ipsius cælatura: cœlestia petiuit 6. idus Februarii. [oo] ann. 1483. cuius tale est,

EPITAPHIVM,

Hac sub piramide, nunc sunt tria corpora patrum,
Quorum sub clamide, prior exemplaria fratrum
Exhibuit, Ritus hic ampliat, arteque, Donis,
Ecclesia, dictus Nicolaus Mulot, in Annis,
M. semel, & C. quater; decies octo, vnum ter;
Est obitus annus, sol septimus ac Februanus.

Petrus 3. Fabri, le Febure.

Non 11. Calend. Iulii. [pp] Sed 10. Calend. eiusd. mensis. [qq] (ex eius Cœnotaphio) ann. 1507. dormitionem mortis accepit.

pp Necrologium S. Saluatoris Vicecomitis.
qq Ex Obituarijs Cæsarisburgi. & S. Saluatoris Vicecomitis & Exaquij.

Hic Petrus latuit Fabri, massa sub eadem,
Abbas, qui patuit quinis, febre quadam
Succubuit fatis, sacra sumens tunc benè gratis;
Mensis vt intendas Iulij decimoque Calendas,
Quingenteis annis septenis, milleque innectis,
Hic obijt, in scamnis tribus bis sit gloria suis.

Petrus 4. Pitebout.

rr Ex Obituario Lucernæ.
ss Ex Obituario S. Ioannis Falesiæ.
tt Ex Obituario Exaquij.

Varijs diebus assignatur, fœlix eius occasus: videlicet, idibus Februarij, [qq] item 12. Calendas Iunij, [rr] & 7. idus Iunij. [ss] Quod omninò mendosum constat ex ipsius Epitaphio: quo discimus in fata concessisse, die sexta Februarij: nec item ān. 1485. [tt] Cùm Petrus Fabri eo tempore adhuc viueret: terræ autem est humain choro Abbatialis Ecclesiæ, in eodem loco, quo & alij duo proximè dicti Abbates, tumulati sunt: sub vna eademque lamina cuprea: cui super exarata sunt præfatorum, (sicut & præsentis Petri *Piteboult*) in hunc modum

EPITAPHIA.

Corpus ab hac Petra Petri Piteboult oneratur,
Qui leget hac metro, roget, nunc luce fruatur;
Huic, qui precessit, nam præscijt intima morum
Horum concessit jus Mitra Canonicorum,
Decessit juuenis, Mitram tenuit, modo senis
Annis, sol februo radiabat lumine sexto.

Laurentius

Digitized by Google

Laurentius Mulot.

Hic ann. 1519. dedit moyſem chori æneum : quod ipſi cœlatum cernere licet,
VI. ſpiritum Deo reddidit, ann. 1526. die 13. April. ex eius tumulo : & alijs. [uu] Non
verò 7. ejuſdem menſis. [xx]

Nicolaus 2.

Exceſſit è vita 3. Martii, [yy] ceu 5. die eiuſdem menſis : [zz] aut 22. Iunii. [aa] vel 8. eiuſdem [bb] vnde verò tanta exoriatur variatio, penitus ignoro.

Nicolaus 3. Magiſtri, gallicè, le Maiſtre.

Ex *Huguevilla* oriundus erat, vitamque finiuit ann. 1557. non 19. Iulii, vt perperam legitur : [cc] ſed 25. Aprilis. [dd] Quibus tamen omnibus refragatur illius Epitaphium, quo apertè dicitur mortuus 22. Maii, anno Chriſti 1537. tale autem ſubſequitur.

Nicoleos jacet hic doctrina, moribus, vſu,
Religione potens, ipſe magiſter erat.
Ipſe magiſter erat, tum re, tum nomine, & Abbas
Blanca-Lundana, Duxque, paterque Domus;
Mille & quingentos annos, trigintaque ſeptem,
A Chriſto, cùm ſol voluerat, ille obijt:
Majus vndenos bis ſolis viderat ortus;
Mens viuat cælo, molliter oſſa cubent.

Robertus 4. Carron.

E mundo ereptus, 24. Iunii. [ee]

Philippus Trouſſey.

Obdormiuit in Domino, ann. 1590. die 24. Maii, [ff] ceu 25. eiuſdem menſis, [gg]
VII. Epiſcopus erat Porphyrenſis.

Franciſcus Trouſſey.

Hunc volunt ſpiritum exhalaſſe, ann. 1614. die 20. Februarii, ceu, 1. Martii : [hh] quibus aduerſatur ipſius Epitaphium, magnifico ſepulchro ibidem inſertum : his verbis.

Pijs Manibus.

Nobiliſſimi & Reuerendi Patris, Franciſci Trouſſey, qui cœnobium hoc, eximiæ pietatis Abbas, multos per annos, plurima cum laude rexit : ſuique deſiderium non mediocre reliquit.

Quiſquis in hanc properas Diuino ductus eremum
Auſpicio, & vanas ſponte relinquis opes:
Poſt Norberteium, fœlici ſorte, parentem,
Qui jacet hic, vita ſit tibi Norma ſacra,
Troſſeus ipſe fuit, Fratrum, quem turba fidelis,
Quem populus vaſto ſparſus in orbe gemit:
Ortu Majorum, Majorum ſtemmate clarus,
Artibus, ingenio, ſed pietate magis.
Paſtores legit gregibus, firmauit alumnos
Exemplis, inopum depulit ære famem.
Fecit vt in terris, quæ nomine Candida fertur,
Re quoque ſit cœlis Candida facta Domus.

uu *Ex Obituario, Abbat. Cæſaris-Burgi, & Exaquij.*
xx *Necrologium S. Saluatoris Vicecomitis.*
yy *Ex Obituario Montis Dei, ex Sylliaci.*
zz *Ex Necrologio Cæſarisburgi.*
aa *Ex Obituario S. Saluator. Vicecomitis.*
bb *Ex Obituario S. Ioannis Faleſiæ.*
cc *Ex Obituario Montis Dei & Schedis Blancæ-Landæ.*
dd *Ex Obituario S. Saluatoris Vicecomitis, & Cæſarisburgi.*
ee *Ex Obituario Bellæ-ſtellæ.*
ff *Ex Necrologio Cæſarisburgi & Exaquij.*
gg *Ex Obituario S. Saluator. Vicecomitis, S. Ioannis Faleſiæ, & Cæſarisburgi, Sylliaci, Bellæ-ſtellæ.*
hh *Ex Obituario Ardenæ.*

Digitized by Google

Pectore plura gero, sanctéque plura peregit:
Sed reticere iubet sanguine natus amor,
Gaudeat ergò polo, necnon memor vsque nepotis:
Hunc regat in cœlo, rexit vt ante solo.

Philippus Troussey, fratris filius, mærens posuit.

Obijt, 22. Februarij, 1614.

Philippus 2. Troussey.

Ille est, qui præfatum Epitaphium amantissimo Patrueli erigendum curauit, cuius tempore, ann. 1615. hanc Abbatiam visitauit R. P. Ioannes le Paige, visitator generalis deputatus. ‖ Taxatur denique hæc Abbatia ad 200. florenos aureos, pro solutione Annatarum Cameræ Apostolicæ. ‖

Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ, hæc habentur. mm *Litteræ Abbatis de Blanca-landa, & Prioris Montisburgi, pro iure Patronatus Ecclesiæ S. Laudi de Foncaruilla.*

‖ *Le Paige lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. pag. 1021.*
‖ *Gallia Christiana in Episcopis Constantiens.*
mm *Sub littera R 1. Capsa 3.*

ANN. 1155.

SAVLCEVSE.

PRIORATVS est Canonicorum Regularium ordin. S. Augustini, Diœces. Rothomagens. in *Vilcassino* Normanico vna leuca distans à *Vernone* oppido. Cuius Fundator extitit & primus Prior, circa ann. Christi 1155. quare Priores huiusce domus ita à nobis recensendi erunt.

Primus Prior D. Richardus.

Memoria illius recolitur apud Necrologium huiusce cœnobij, ijs verbis. *Decimo Calendas* Octobris obiit pater noster piæ memoriæ, primus Ecclesiæ nostræ Prior, Richardus, qui nobis intus & extra, plurima beneficia conferens, in Ecclesia B. Martini de Tilleio, in qua sacerdotali officio fungebatur, habitum, & modum vitæ Regularis arripuit, & incœpit: & ibidem Canonicis aggregatis, eamdem Basilicam, cum Decimis prædictæ villæ, & quasdam culturas amplas, & optimas, in perpetuum dereliquit.

2. Gaufridus, obijt 7. Calend. Iunij.

3. Dionysius, moritur 4. Calend. Iunij.

4. Gilbertus: vita excessit 18. Calend. Octob. a

Anno 1183. Ioannes, Episcopus Ebroicensis, litem componit inter monachos S. Crucis, & Canonicos de Salicosa, exortam: annuentibus, Galterio de S. Paulo, Abbate Crucis, & Gilberto Rothomagensi, Priore de Salicosa. b Iam idem Episcopus, ann. 1182. compositionem fecerat, inter Abbatem S. Audoeni & alios: cui inter alios aderat Guillebertus, Prior Salicosæ. c Pro Salicosæ Canonicis Regularibus scribit Stephanus Tornacensis ad Lucium, Papam, vide in fine. II.

a *Ex Necrologio MS. Salicosano. Saussayus in Appendic. ad Martyrolog. Gallic.*
b *Ex Cartulario Abbat. S. Crucis Leufredi. fol. 91.*
c *Vide in Episcopo 30. Ebroicens. cap. 31. §. 1.*

6. Richardus 2. de Basquauilla.

Mortis debitum soluit, 6. idus Iunij.

7. Guillelmus de Heubecuria

Vitam finiuit 17. Calend. Octob. Extat compositio huiusce Guillelmi Prioris Ecclesiæ B. Mariæ de Salicosa: ann. 1244. mense Augusto. d Idemque Petrus Abbas de Cruce S. Leufredi, nonnulla tenetur soluere singulis annis, Priori de Salicosa: sed ann. 1250. e

d *Necrologium Salicosanum.*
e *Ex Cartulario Crucis S. Leufredi. fol. 45.*
Ibid. fol. 64.

8. . . . . .

8. . . . . 9. D. Petrus de Liencuria.

Anno 1283. defunctus est 4. nonas April.

10. Guillelmus 3. de Ons.

Diem clausit extremum, idibus Iunij.

11. Thomas de Laquendeiz.

De Cauda insidiarum (fortè *de la Candaye*) animam efflauit 16. Calend. Iulij.

III. *12. Petrus ; expirauit 8. idus Septemb. 13. . . . . . .*

14. Simon de *Magniaco*, Spiritum exhalauit : pridie idus Septemb. 15. Robertus, dictus, *Hunfroy*, migrauit ad Dominum 5. Calend. Septemb. 16. Nicolaus *Andreae*, sæculum dereliquit 4. nonas Maij. 17. Thomas 2. de *Cauda* insidiarum ; qui multa bona nobis acquisiuit ; vitæ finem fecit. 17. Calend. Septemb. ann. 1418. 18. Gilbertus 2. *Grimont*, Euolauit in cœlum. 8. Calend. Octob. 19. Guillelmus 3. *Vauassoris*, viam vniuersæ carnis ingreditur 6. nonas Maij. 20. Ioannes *Achault*: qui claustrum reparauit, obijt idibus Septemb. Magister Iacobus *de Silly* : primus Prior Commendatarius, ann. 1509. moritur 4. idus Septemb. Iacobus *Marie de Rupe* Guidonis, ann. 1548. vitæ cursum expleuit 3. nonas Nouemb. D. Goellus de *Baldomonte*, in fata concessit 11. Calend. Februar. Iacobus *Fremin*, defunctus est 10. Calend. Nouemb. ann. 1554. qui dedit nobis Aquilam, quæ est in medio choris magnum calicem argenteum : & Dominam pietatis ; & D. Iacobum : & multa alia bona. Claudius de *Banquemare*, obijt 4. Calend. Maij : (cum præfuisset ann. 50. Prior Commendatarius) ann. 1637. Nicolaus de *Banquemare* ; eius nepos defunctus est 4. nonas April. ann. 1639.[f]

IV. Dedicatio huiusce Ecclesiæ peracta est, feria 3. post Pascha, 1. April. ann. 1494. in quia quidem sacræ hæ asseruantur reliquiæ. Os manus S. Martini, Ecclesiæ Parœchialis (in qua Prioratus Salicosanus) patroni : de cilicio S. Thomæ, martyris, Cantuariens. Archiepiscopi ; item, stolla ipsius. Item portio quædam vestimentorum eius : fertur quippe, dùm exularet, illic aliquandiu demoratus, fit autem testum de eo solemne ad altare ipsius : vnus dens S. Fiacrij : cuius festum duplex, ob populi frequentiam. Camisia S. Maurilii, Archiepiscopi Rothomagensis.[g]

V. Sequitur exemplar societatis huiusce Prioratus, seu commemoratio, & pia participatio bonorum operum, cum aliis Monasterijs eiusdem ordinis, in Diœcesis Rothomagensis territorio contentis. Hæc est societas quam habemus cum dilectis fratribus nostris. De Domo duorum Amantium. *De S. Laudo* Rothomagensi, de *S. Laurentio* in Leonibus, de Burgo Achardi, de Cornevilla, de Bello-loco.

Scilicet; quòd faciemus pro canonicis suis professis, vnum seruitium in Conuentu, & plenariam refectionē vnius diei in refectorio. Quisque sacerdos vnam missā celebrabit, cæteri, vnum psalteriū, insuper eos, si aduenerint, per omnes officinas nostras, recipiemus. Si quis autem eorum, erga Conuentū, vel magistrū suum, quoquo modo turbatus fuerit; eum in cōsortio nostro tamdiu suscipiemus, donec de eius forefacto, per litteras sui Magistri, siue capituli, plenius simus certificati : & si fieri potest, postea, secundum instituta, & ius ordinis, de eius reconciliatione, & reddito ad domum suam, salua emenda, pro posse nostro, tractabimus. Hanc eamdem verò societatem & compositionem erga nos promiserunt; & assenserunt ipsi omnes tenendam & habendam, & fideliter obseruandam.[h]

VI. Cura d'*Auernes*, in Decanatu Mellentino, Diœcef. Rothomag. dependet ab hoc Prioratu.[i] Scripsit Stephanus Tornacensis, Epistolam, (quæ est 112.) Domino, Papæ Lucio III. pro fratribus de *Salicosa*.[l] Apud Cartularium magnum Abbat, Fontanellens. sub littera, M. 3. carta 3. extat Littera Prioris de *Salicosa*. Ex hoc Prioratu prodierunt. *5. Calend. August. Ioannes de Santolio, seu, de Antolio Prior B. Magdalene, Canonicus professus Salicosæ. Item 17. Calend. Octob. Robertus Hauart, Prior de Belencombria.*[m]

f *Ex Necrologio, & e ijs schedis Prioratus Salicosani.*

g *Ex schedis eiusdē Prioratus.*

h *Ibid.*

i *Louuet. lib. 2. Antiquit. Beluacens. lib. 2. cap. 8. §. 10.*

l *Extat Tom 12. Bibliothec Patrum, Part. 2.*

m *Ex schedis Salicosæ.*

Digitized by Google

Domino Papæ, pro fratribus de Salicosa.

Inconsutilis Christi Tunica de super texta per totum, vniuersa Christi membra sic contegit, vt nec minora reijciat, & majora sufficienter admittat. Hoc exultationis & salutis operculo contecti, quicumque sub Augustino, Regularium patre, communem, professi sunt vitam, speciali sese charitate tenentur diligere, & in necessitatibus fraternis, alter alterius onera supportare. Indè est quòd sanctæ paternitati, vestræ, pro fratribus de Salicosa Deo seruientibus, preces, quas possumus, effundimus; vt eorum nuntium, & admittatis beniuolè, & beneficè remittatis; sanctæ conuersationis eorum hilaris fama testimonium præbet, & integri fructus opinio, sic alios inuitat, vt & amicus gaudeat, & inuidus torqueatur.

ANN. 1157.

VALACIA.

Galerannus, Comes Mellenti, primarius Fundator Abbatiæ Valaciæ, vnà cum Agnete, vxore sua.

CAPVT I.

VARIÈ nominatur, *Valacia*, *Vallassia*, & *Valatia*, Gallicè, *Valace*: sed per abbreuiationem: nam primitus dicebatur: *Vallis-Azonis*: Gallicè, *Val-Aze*: vti obseruaui in compluribus chartis eiusd. loci. Sita est autem hæc Abbatia in Diœcesi Rothomagensi, in agro Caletensi, propè *Iuliam-bonam*, alias *villam-bonam*, ita dictam à Iulio Cæsare, destructo *Caleto*: estque Ordinis Cistertiensis; accitis ex *Mortuo-mari* monachis. Motiuum autem hujusce fundationis describit Codex vetus MS. licet rudi & simplici stilo: incipitque ab expeditione Belli sacri, ann. 1147. sub Ludouico VII. juniore Reg. Francor. in hunc modum. I. II.

Francorum Regem, Ludouicum in itinere Hierosolymitano, sequuta fuit ingens procerum electaque nobilitas, & exercitus manus valida copiosa, certatim atque cateruatim itum est; & quisque melior, quisque nobilior, in ipsum iter expeditior agebatur. Vnus erat horum vir clarissimus, & illustrem prosapiam elegantia virtutis illustrans, Comes Mellenti Vvalerannus, inter alia bonorum suorum insignia, transfusum à progenitoribus in se retinens, struendarum Ecclesiarum, & dilatandæ Religionis amorem. Nam patres suos inuitatus, qui de *Pratellis* monasterium vtrumque fundauerant: jam & ipse *Bordesleiam* ædificarat in Anglia, dùm esset Comes *Vvigsceftriæ*: quem Comitatum, cum vxore sua, Regis *Stephani* filia, fuerat affecutus.

a *Vetus Codex MS. Abbat. Valaciæ fol. 1. 2. 3. 4. vsque 30.*

Peregrinatione transmarina peracta, cum essent, vt quique potuerunt, redeuntes, & ipse Comes, atque sui pariter in redditum se dederunt. Nauigantes autem in mari, tempestate valida corripiuntur; quæ spem illis auferret effugij, metum exitij prorsus inferret, Erat ingens timor illorum, nec is frustra, sed eadem pressura timentium bonum aliquid exprimi quærebatur. Factumque est ita: Reginaldus de *Gerpumvilla*, miles, horum nobis postea relator, etiam ipse vir magnificus, ac timens Dominum, in illo timore suasit Comiti vouere, si euaderet, Alborum monachorum Abbatiam condendam: indicans locum ad hoc opportunum, Hayam suam de *Linthot*. Non erat difficile tunc hoc ei persuadere: itaque vouit ille, sed nihilominus incumbente eis procella, naufragium passi sunt; multisque subuersis, Comes, Deo miserante, cum ipso Reginaldo, & quibusdam alijs, super duas tabulas, & fragmenta solutæ ratis, vt obuium aliquid quisque corripuit, euasere. III.

Cùm fuisset autem Comes de sua peregrinatione regressus, pro soluendo voto sollicitus erat: & interdum habuit cum suis indè tractatum. Nec latuit fratres Mortui-maris, IV.

Digitized by Google

tui maris, de domo, locis in illis ædificanda tractari; qui quondam ad eaſdem partes, à Lamerario de *Saucardi villa*, *Rabel*, viro laudabilium operum, & Religionis amatore, ſimilem ob cauſam inuitati, duos ſuorum, Guillelmum *Malneno*, & alterum quendam præmiſerunt: quos ſuſcepit ipſe Camerarius ad Capellam, quæ dicebatur, *S. Petri de Faueris*, locum nunc ambitu pomarij noſtri cinctum, tunc autem à ſolitario quodam habitatore, guerris exturbato, relictum. Qui duo non multo poſt, eiuſdem conſilio Camerarij, donec eis ipſe melius prouidiſſet, vnde venerant, redierunt: propter guerras, & quia Camerarius ſpatium illic condendi cœnobij ſufficiens non habebat. Major enim pars Vallis de *l'Iſlebona*, & quicquid eius erat, inter *Hayam* & aquam, vt eam riuuli curſus diſterminabat, erat *Comitis Ebroicenſis*, adhuc pueri; quam totam, & ipſam *Hayam de Linthot*, poſtea dedit cum *Agnete* ſua, Comiti Mellenti, de quo diximus *Galeranno*, ſemper cùm fuit integer, ad *Mortuum-mare* Camerario affectus erat; vt pote, qui loco ſe reddiderat, ſuſcepturus illius habitum, & ibi ſepeliendus; ſi non morte præuentum, vt erat obnoxius infirmitati, præſentes ei fratres S. *Barbaræ*: quam domum ipſe condiderat, ad ſe tranſtuliſſent, humoque mandaſſent.

V. Ad hos itaque Domus illic faciendæ rumores, Fratres *Mortui-maris*, conſilio ſecum habito, Capellam Prius habitam, cum pertinentibus ad eam acris terræ duodecim, nunc pomario noſtro conſitis, volente Camerario, ſibi reſumpſerunt. Interea Comes Galerannus *Haymonem*, Abbatem *Bordeſliæ* (quam ipſe condiderat) cùm veniſſet ad eum, Capituli Ciſtercienſis iter agens, ſuper voti ſui complendo negotio, conuenit: Hayamque totam de *Linthot*, & militem quemdam *Februarium*; redditum viginti ſolidorum annuatim, de quadam illius *Hayæ* terra præſtantem; cum ipſo redditu, & cum omnibus alijs *Hayæ* pertinentijs, ad ædificandam in ea de ſuis fratribus Abbatiam, ei per cautionem donauit. Vxori verò ſuæ, pro *Haya*, quæ de matrimonio illius fuit commutationem dedit, ſuſcepit Abbas de manu Comitis, quod ille donauit: ſed oneratus domibus è monaſterio ſuo propagatis, ſibique vicinis, quæ ſatis promoueri non poterant; & hinc æſtimans difficultatem transmarinæ conſtructionis, cùm eſſet ad fratres *Mortui-maris*, affectuoſa charitate conſtrictus, quorum, in eundo verſus capitulum, & redeundo, crebris fuerat vſus obſequijs; illis, vt potè loco proprioribus, & qui jam illic Capellam, quam prediximus, & pertinentias eius habebant, propter quod alij de Ordine noſtro, niſi per illorum conſenſum, in illum locum ſubire non poterant; totum, quod perceperat à Comite, cum perceptorum conditione, conſignauit: eo videlicet tenore, quòd ſi aliquando ab ædificando & inhabitando loco deſiſterent, non alijs eum, quam *Bordeſlienſibus* reſignarent: nec multò poſt, miſit è *Bordeſleia*, quendam monachorum ſuorum Robertum de *Oxenefordia*, cùm ſui Conuentus aſſenſu, qui cum his, & pro his de *Mortuo mari*, circiter vno anno laborans, obtinuit apud Comitem, vt illis locum *Bordeſleiæ* prius traditum, per ſuam cartam confirmaret: &c.

VI. Quis, aut qualis fuerit iſte *Galerannus*, Mellenti Comes, paucis aperiendum eſt. In primis, dicitur Comitatum *Vvireceſtriæ* in Anglia affecutus: cùm filiam Stephani Comitis Boloniæ, Angliæque Regis accepit in vxorem, in quo ſanè multa video confuſione plena: quare vt his lucem aliquam demus, prodamus in medium, quæ cordatis viris veriora videbuntur. Iſte ergò Galerannus, ſecundus hujuſce nominis extitit: [b] cui filia Stephani Regis Angliæ biennis, deſponſata tantum fuit; [c] cujus rei intuitu, dotalitij nomine præfatus *Vvireceſtriæ* Comitatus in Anglia eſt aſſignatus à patre. Sed ipſo Rege mortuo, id omne incaſſum & infectum euaſit: rebus omnibus omninò mutatis.

[b] *Ex Gemeticenſ. lib. 7. cap. 4. & lib. 8. cap. 40. & 41 Ordericus lib. 11. ad ann. 1103. & lib. 12. ad ann. 1118. & 1122.*

[c] *Ex Orderico lib. 13. ad ann. 1136.*

VII. Quantum verò ſpectat ad fundationem illius Abbatiæ *Bordeſleiæ*, in Anglia: Alij huic aſſerto minimè aſſentiunt: ſic enim habetur in Catalogo Religioſarum ædium Angliæ, in *Buc Kincqhamiæ* Comitatu. *Bordeſleiæ*, *titulo S. Mariæ*, *fundatrix Mathildis Imperatrix Ciſtertienſes*: [d] *Item in* Vvigorniæ *Comitatu* Bordelegæ, *tituli S. Mariæ*, *Fundator*, *Henricus II. Rex*, *& Mathildis Imperatrix Præmonſtratenſes*, *albi monachi*. [e] Gualerannus itaque foret fundator ſecundarius, ſi via Conciliationis quæratur.

[d] *Catalogus latinus ex Anglico factus ſtud. Apud Harpsfeldium, ad calcem Hiſtoriæ Anglican. Eccleſ. pag. 747.*

[e] *Ibid. pag. 769.*

VIII Circa verò Agnetem, filiam Almarici, Comitis Ebroicenſis, quam Galerannus ipſe Comes Mellenti, accepit in vxorem, non minor exoritur difficultas: dicitur quippe & filia Almarici, Comitis Montisfortis: [f] ſed in idem concidit; eo quòd

[f] *Vide ſup. in Abbat. Pratellenſ. prin. num. 5.*

Almaricus esset Comes Montisfortis & Ebroicens. qui obijt ann. 1139. cui successit frater eius Simon: [g] cùm filij deessent. Vnde postea jurgium venit inter Robertum de Monteforti, & ipsum Galerannum, auunculum suum, ann. 1152. quod tamen Paulò post extinctum est. [h]

IX. Idem Galerannus Comes Mellenti certiorem facit Rothomagensem Metropolitanum de hac ipsa sua fundatione Valaciæ, ad eum sic scribens. *Hugonis Dei gratia*, Rothomagensi Archiepiscopo, & omnibus fidelibus sanctæ Ecclesiæ, tam præsentibus quàm futuris, Vvalerannus, Comes Mellenti salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse Abbatiæ S. Mariæ de *Voto*, de Ordine Cistertiensi, quæ sita est in valle, quæ est inter *Lisleboram & Bolebec*, pro anima patris mei, & matris meæ, & Antecessorum meorum, & pro salute mea & Agnetis, Comitissæ, vxoris meæ, & Roberti filij mei, & aliorum meorum liberorum, & amicorum, viuorum & mortuorum, in perpetuam eleemosynam, totám *Hayam de Lintot*, cum omnibus appenditijs suis, sicut Comes Ebroicensis, cum sorore sua, Agnete, Comitissa, mihi donauerat, quando eam in matrimonium duxi, cum omnimoda libertate, nihilè in ea sui juris retinens. Et quia *Bernayum* monasterium in his partibus, agros affines in Capella S. Marcelli possidebat, sine quibus Abbatia præfata non posset ordinatè fundari; Donaui *Richardo* Abbati de *Bernayo*, & fratribus eius in concambium, septem acras terræ arabilis in eodem territorio, & triginta solidos probatæ & vsualis monetæ, in assignatis terris ac hominibus annuatim persoluendos: & quinque asinos ad mortuum boscum, absque omni consuetudine reddenda, in foresta de Floreneio; per manum prædicti Archiepiscopi, in præsentia Arnulphi, Lexouiensis Episcopi, & Adæ, Abbatis Mortui-maris, & aliorum plurimorum Religiosorum, in perpetuum. Testes Philippus, Episcopus Bajocens. & Rotoldus, Episcopus Ebroicens. Robertus, filius Comitis, & alij. Eadem confirmauit ipsa Agnes, filia Almarici, Comitis Ebroicens. Iisdem testibus præsentibus. [i]

X. Portò, quo ad prænominatum Camerarium Tancaruillæ. Rabelum, obijt ann. 1139. cui successit Vvillelmus, filius eius. [l] Galerannus verò, vitæ cursum peregit ann. 1165. teste Appendice Sigeberti. *Obijt illustris Comes Galerannus, Mellenti, qui multa bona contulit Ecclesiæ B. Mariæ de Voto: quæ sita est in territorio Caletensi, in terris, in sylvis, in vineis, & redditibus.* [m] Vide sup. in Abbatia 2. Pratellensi, cap. 2. §. 5. Tandem ex Cartulario MS. Prioratus *Belli-loci*, pag. 4. & 5. Rogerius de *malo Leporario*, de Parœchia de *Bolbec*, & alii nonnulla dant huic Abbatiæ de Voto, ann. 1240. mense Iulio. [n]

g Chronica Norman. ad ann. 1138.
h Ibid. ad ann. 1152.
i Ex Codic. MS. Valaciæ Abbat.
l Chronico Norman. ad ann. 1139.
m Robertus à Monte in Appendic. ad Sigebertum, ann. 1185.
n Extat Lutetiæ apud D. de Vvion.

Mathildis Imperatrix, mater Henrici II. Regis Angliæ & Ducis Normanniæ: fundatrix præcipua Abbatiæ de Voto, seu, Valaciæ: Abbas & Monachi Cistertienses illuc introducuntur: bonis & prædijs ditantur, tum & ipsa Augusta piè moritur.

CAPVT II.

I. MVLTI volunt hujusce Abbatiæ fundatricem extitisse Mathildem, Imperatricem: [a] ipsa autem serenissima Heroina, filia erat Henrici I. Regis Angliæ: Desponsata primo fuit Henrico IV. Imperatori Romanorum Augusta: quo mortuo, ann. 1125. matrimonio copulata est, Ganfrido, Andegauensium Duci, filio Fulconis, Hierosolymitani Regis, ann. 1129. vndè natus est Henricus II. Angliæ Rex, Normaniæque Dux, ann. 1133. [b] Totius rei series sumenda est ex eod. vetusto Codice pergameno MS. ejusd. Abbatiæ, jam à nobis superius allato, ita enim sermonem suum prosequitur.

Ergo, Mathildis Romanorum quondam Imperatrix, excelsi seminis germen egregium,

a Robertus à monte, sup. ad ann. 1157. & 1163. Chronica Norman. ad ann. 1166. Cænalis lib. 5. Hierarchiæ Eccles. Neustriæ. Gallia christiana, in Abbatijs. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. cap. 9. §. 8. & 9. Dumoutier, lib 3. cap. 78. Chronic. MS. Norman. Antiquitates MSS. Norman. pag. 224.
b Gemeticensis, lib. 8. cap. 25. & 34. Ordericus lib. 10. ad ann. 1098. & lib. 12. ann. 1129.

Digitized by Google

gium, filia Regis Anglorum Henrici primi mater, ex Andegauorum Comite Gaufrido, secundi, genitoris Henrici III. Regis Iunioris; obsessa pridem in Oxenefordia fuerat, ab Anglorum intruso Rege Stephano, quæ cùm obsideretur, voto se constrinxerat, ad faciendam, si liberaretur, suis sumptibus Abbatiam; & cum Deo prosperante, liberata miro modo fuisset, post multum temporis in Normanniam transposita, dicebatur Domino Rothomagensi Archiepiscopo, quid & quemadmodum vouisset, aperuisse, interim, & Comes *Galeranus* suum insinuauerat votum, & aduertens Pontifex multùm ad illos esse, jam per guerras opibus attenuatos, duas construere domos, ne fortè fieret insufficiens, vtrique, consultius æstimabat vir prudentissimus, in vnum contrahi vota duorum, quo domus vna sufficienter & sublimiter ædificaretur. Illis diebus, ad ipsam Imperatricem totius Regni summa spectabat, patre jam mortuo, filio, qui futurus Rex erat juniore, tamen Duce Normanorum. Quamobrem habitus est sermo cum ipsa primùm, deindè cum Domino Archiepiscopo, cum Camerario de *Tancardiuilla*, cum procurante *Lislebonæ*, *Galtero Giffardi*, cæterisque vicinis: & horum quæsita beneuolentia est super hoc loco in Abbatiam ædificando. Cunctisque fauentibus & volentibus, missi sunt ad partes has, de *Mortuo-mari*, de Monachis, Guillelmus de *Operinis*. Guillelmus scriptor, Guillelmus *Perrier*; Rogerius & Fulco, conuersi, cum quibusdam alijs.

III. *Venientes*, primò manserunt apud S. *Marcellum*: sed ob nonnullas difficultates mox hinc indè obortas, negotium est in longum tempus protractum. Attamen Imperatrix finem controuersiæ fecit, alterius Religionis homines in ipsum locum inducere parans, nisi liberè *Mortuo mari*, subderetur: per quod & à disceptatione cessatũ est, & locus, deinceps, omniũ assensu, *Mortuo mari* cessit. Dederat enim Imperatrici consiliũ, soror sua naturalis Abbatissa Monasterij *Villaris*, vt quẽadmodũ ipsa Regis Henrici fuit filia, sic condendam ab ea domum, Mortui-maris, id est, Domus à patre suo conditæ, filiam faceret esse Quamobrem illa, jam Abbate *Mortui-maris Adam*, sacra morte sublato, misit ad Abbatem, qui successerat ei, *Stephanum*, qui cùm apud Rothomagum occurrisset ei, conuenit eum illic super hac re. Sed ipse diu distulit assensum adhibere, dissimulans hoc ipsum quod optabat: donec ex Imperatricis instantia, futurum rei profectum collegisset. Voto tamen eius in hoc annuit, vt illuc mitteret Richardum de *Bloccenilla*, jam apud *Mortuum-mare* conuersorum magistrum; qui cum his de *Bordesleia* discedere parantibus, pro re seruanda moraretur. Nam discedentibus illis in Angliam, ipse cum *Arnoldo*, quondam illorum Abbate, viro venerabili, sanctæque conuersationis, loco resedit: emptis illorum vtensilibus, cartisque retentis, præter priuilegium Domini Papæ, super loci confirmatione, quod tulerunt, ac postea coacti reddiderunt.

IV. *Instantius* interim egit Imperatrix, vt Conuentus illuc ex *Mortuo-mari* mitteretur: quæ postquam visa est exanimo rem agressa, vocatus est, vt consuleretur olim Abbas *Vrsicampi*, *Guillelmus*, & aduenieus, assensum operi dedit. Tunc prouisum est, qui mitterentur ei negotio conuenientiores, & designati sunt, Guillelmus de *Operinis*: Guillelmus de *Falcenes*; Rogerius de *Montiuilla*: Adulphus, Parisiensis; Rogerius de *Herbeltot*, Robertus de *Cahajus*; Frogerius Lexouiensis; & alij quidam: Raderus de *Noyon*, non multò post venit. Hi cùm mittendi fuissent, elegerunt Abbatem, scilicet, Richardum, quem diximus, de *Bloccenilla*, Dominica quadam die, virum negotijs vtilem, vt ipsis effectibus est declaratum. Feria secunda processit è *Mortui-mari* Conuentus ille, semen benedictum, futuræ frugis, in terra deserta, in loco solitudinis. Prosequuti sunt illos, Abbates *Vrsicampi*, de *Brioslel* & *Mortui-maris*; & venerunt vsque Rothomagum. Quibus prandio refectis apud virum venerabilem, Archidiaconum *Laurentium*, ad quem familiariter in vrbe fratres *Mortui-maris*, ex more declinabant: post refectionem descendit ille Conuentus in nauiculam, ad locum ei designatum nauigio, venturus. Et ecce, de loco, quem jam relictum à *Bordeslionsibus* custodiebat electus illorum Abbas *Richardus*, per litteras exoratus aduenit, nescius horum, quæ facta fuerant. Cui deducto seorsum Abbates intimarunt, quod illi Conuentui, pro vt poterant, consuluissent; eumque monebant non aduersari, nec impedimento esse factis eorum: quod ille se minimè præsumpturum esse respondit. Et illi, Tu es (*inquiunt*) in Abbatem ab eis electus, præesto illis, nec obsistas. Fecit ipse, quomodò dixerat, imperato se sine contradi-

ctione, permisit. Enauigauit ergò Conuentus ille trans Sequanam; Abbates verò seorsum alia via venerunt vsque ibi super ripam fluminis. Vtraque *Mathildis*, eis occurrit, ex condicto, videlicet, Imperatrix, & soror eius, Abbatissa, in adjacentibus fluuio pratis, quibus conspectis; En viros (inquit Abbatissa) decoros: & ad fouendos eos, & promouendos, sororem monitis incitabat. Facturam se, quod monebatur illa spopendit; & impositis nauiculæ victualibus, dimisit eos, & abierunt. Et exindè, die noctuque nauigatum est; quo vsque Kilboc, feria tertia peruenerunt. Abbates verò apud Rothomagum, illa nocte manserunt, quòd electus ille *Richardus*, ipsa feria tertia, videlicet, in festo S. Barnabæ Apostoli, benedicendus illic esset in Abbatem. Quo nimirum benedicto, destinarunt Abbates Conuentum, qui præcesserat ad sæpè dictum locum, peruenire: sicque factum est, vt hinc indè Conuentus, & Abbates, ad ipsum locum, feria 4. conuenirent.

Anno igitur ad Incarnatione Domini 1157. 2. idus Iunij, feria 4. in crastino festiuitatis S. Barnabæ Apostoli, Conuentus ex Mortuo-mari, veniens, per dictos Abbates, introductus est in locum istum, qui rectiore nomine, *Votum* appellatur: qui deinceps possessus ab ipsis est, & successoribus ipsorum. Postera die, professiones Abbati suo fecerunt; & in reliquum, moribus & operibus tales apparuerunt, qui verè religiosi patris *Adam* institutione profecerint, verè prodierint domus ex gremio disciplinatæ; sed ab aduentu statim eorum, motus est indignatione Comes *Gualerannus* aduersus illos, quòd eo inconsulto, vel *Bordesleiensem* ipsum locum deseruissent, vel hi vacantem occupassent. Plus anno continuit in ira sua misericordiam suam illam, quam in Francia loco dederat eleemosynam, eorum vsibus vetans; donec Imperatricis ope, Comitissæ etiam interuentu, in eorum capitulum introiret: vbi satisfactione Conuentus supplicantis redijt cum illis in gratiam, & detenta restituit, & auxit ante data, locumque cum omnibus appenditijs suis possidendum eis perpetuò cum omni libertate donauit.[c] V.

[c] Ex Codic. MS. Valaciæ sup.

Hæc eadem confirmat Appendix Sigeberti, licet paucis verbis, dicens. Anno ab Incarnatione Domini 1157. 15. Calend. Iulij, processit Conuentus cum Abbate suo *Richardo de Blosenilla*, à *Mortuo-mari*, missus à Domino *Stephano*, tunc Abbate *Mortui-maris*: & venit in hunc locum, qui dicitur, *Votum*, situm in territorio Rothomagensi. Multis namque præcibus *Mathildis* Imperatrix, filia magni Henrici, Regis Angliæ, & mater illustris Henrici Regis Angliæ, à prædicto *Stephano*, Abbate *Mortui-mari* obtinuit: vt Conuentus inde mitteretur, ad construendam Abbatiam Cistertiens. ordinis, ad laudem & honorem Dei, & B. Mariæ, omniumque sanctorum.[d] Ex quibus redarguitur quidam Neotericus, id reponens ad ann. 1156. 3. idus Iulij.[e] Alius verò ann. 1159.[f] VI.

[d] Robertus à Monte ad ann. 1157. Gallia Christiana, sup. Cœnalis. sup.
[e] Manriquez sup.
[f] Colueneriuss Tom. 1 Calendar. virg. 17. Iunij.

Eadem Mathildis Imperatrix, Regina Angliæ, dedit eidem Abbatiæ de *Voto*, Sexaginta acras terræ, in foresta de *Insula bona*, in loco, qui dicitur, *Paruum-Beccum*, Ecclesiæ S. Mariæ de *Brioslel*. Eadem Mathildis emptam à se terram de *Grochet*, dedit præfatæ Abbatiæ. Henricus, Angliæ Rex, filius eius, eadem concessisse de nouo, ac confirmasse habetur: testibus R. Archiepiscopo Rothomagensi; A. Episcopo Lexouiensi; E. Ebroicensi Episcopo: Guillelmo, Comite de *Mandeuilla*: A. Comite Ebroicens. Nicolao de *Stotevilla*: Hugone de *Longo-campo*: Reginaldo de *Curtenaj*, Reginaldo de *Pauelli*, Roberto de *Stotevilla*. Apud Rothomagum. Idem Rex iterum præfata confirmans accipit in suam protectionem ac custodiam, Abbatiam cum bonis suis. Testibus G. Eliensi, & R. Abrincensi, Episcopis, & Stephano de *Turre*, Seneschallo Andegauensi. Apud Cæsarisburgum. Idem Rex, concedit eisdem monachis, immunitatem pro transitu bonorum suorum per alienas terras: Testibus A. Lexouiensi Episcopo; &c. Apud Argentonum.[g] VII.

[g] Apud Codic. MS. Abbatiæ Valaciæ, sup.

Denique ipsa Mathildis sua carta amplissima, confirmat omnia à se nunc vsque data eidem Abbatiæ in hunc modum. *Mathildis Imperatrix*, Henrici Regis filia, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Iustitiarijs, Baronibus, Vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, Anglis & Normannis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem. Sciatis me, & Henricum Regem, filium meum, fundasse Abbatiam S. Mariæ de *Voto*, de ordine Cistertiensi, pro amore Dei; & pro anima Henrici Regis, patris mei, & Mathildis Reginæ, matris meæ; & pro animabus Antecessorum, & aliorum parentum meorum: & pro salute nostra, & heredum nostrorum; & pro stabilitate & pace Angliæ, ac Normanniæ. VIII

Et

Et huic Abbatiæ ac monachis in ea Domino seruientibus, Dedimus in perpetuam eleemosynam, & confirmauimus, totam Vallem inter *Insulam Bonam* & *Bolebec*, in qua ipsa fundata est; & in Foresta *Fiscanni* octingentas acras terræ; & *Bellum Faiellum*, & Boscum, sicut via *Gira-villæ* diuidit, quæ dirigitur per vallem, quæ vocatur *Magna-vallis*, vsque *Tylliam Aulupi*; cuius totius terræ diuisæ sunt istæ: vallis prædicta; Vallis de *Casa Orgri*; Vallis de *Sternello*, vsque ad *Cantelupum*: & exindè per vallem, quæ dicitur, Vallis *Sequanæ*, vsque ad *Calceiam*, quæ est in diuisis de *Thybontot*, & sicut termini *Gyra-villæ* diuidunt vsque ad supradictam viam. Insuper concedimus eis, & in eleemosynam confirmamus, in vtraque Foresta, id est, *Insulæ-bonæ*, & *Fiscanni*, omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate pasnagij, & pasturæ; & ligna, & materiem, ad domos suas faciendas, & alias res vsui suo necessarias. Præterea, concedimus & confirmamus omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ sunt, sicut cartæ donatorum testantur: Ex dono Guillelmi Comitis *Giffardi*, vnum pondus salis apud *Iuram*, singulis annis. Ex dono Guillelmi, Comitis *Mellenti*, Totam *Hayam de Lintot*, cum omnibus pertinentijs suis. Et quæcumque de cætero iustè & rationabiliter acquirere poterunt, eis concedimus & confirmamus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, vt Abbatia prædicta, & monachi in ea Deo seruientes, hæc omnia prædicta habeant, & in perpetuam eleemosynam teneant in pace, & liberè, & quietè, & integrè, & honorificè, cum omnimodis libertatibus, & quietantijs suis, de Thelonijs, & passagijs, & assisijs, & omnibus alijs consuetudinibus nobis pertinentibus. Testibus Hugone, Archiepiscopo Rothomagensi, Philippo Baiocensi, Arnulpho Lexouiensi, Rotrodo Eroicensi, Episcopis: Guillelmo Comite Mellenti, Gualtero Comite Giffardo; Roberto de Nouo-Burgo; Godone de Vals; Guillelmo de Herlouino; apud Rothomagũ. *Ibid.* Denique hæc omnia, confirmata fuere ab Henrico Rege Anglo, eius filio vt iam supra diximus; cuius exemplar habetur in carta confirmationis Henrici V. Regis Angliæ, circa ann. 1421. dùm Normania per vim occupata, scripsit in eius fauorem.

Henricus Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, Dominus Hyberniæ: omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem.

Inspeximus quamdam cartam celebris memoriæ Henrici quondam Regis Angl. progenitoris nostri, factam in hæc verba. *Henricus, Dei gratia*, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus: Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vice-comitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem. *Sciatis me*, & Dominam matrem meam. M. Imperatricem, Henrici Regis filiam, fundasse Abbatiam S. Mariæ de *Voto*, de Ordine Cistertiens. pro amore Dei, & pro anima prædicti Regis, aui mei, & pro anima G. Comitis Andegauens. patris mei, & aliorum parentum, & Antecessorum nostrorum, & pro salute nostra, & hæredum nostrorum, & pro stabilitate & pace Angliæ & Norman. Et huic Abbatiæ, & monachis in ea Deo seruientibus, dedimus in eleemosynam perpetuam, & confirmauimus, totum Dominium nostrum ipsius Vallis: in qua fundata est, *inter Insulam-bonam, & Bolebec.* In Foresta etiam Fiscanens. totam terram, quam metæ ibi positæ demonstrant. Scilicet, Belsfayellum, & Boscum, sicut via Gire-villæ diuidit, quæ dirigitur per magnam vallem, vsque ad Tiliam Aulupi; cuius totius terræ diuisæ sunt istæ, Vallis prædicta, Vallis de Casa Orgri, Vallis de Sturnello; vsque ad Cantelupum; & exindè per vallem, quæ dicitur Vallis Sequanæ vsque ad calceiam, in diuisis de Thebolcot, & sicut termini Gireuillæ diuidunt, vsque ad viam supradictam. Dedimus etiam terram de paruo Becco; cuius partem quandam venerabilis Imperatrix M. Mater mea, emit à monachis de Briostel, pro centum & 20. librarum Beluacens. & terram, & Boscum, quod eis addidi, de foresta mea, sicut diuisæ demonstrant, quæ sunt ad cheminum, quod dirigitur à Bolebec, ad Millevillam, & exindè iuxta terras Bosevillæ vsque ad calceiam: de hinc per vallem Comitissæ, & vallem magnam, vsque ad fratrum monasterium, indè iuxta terras

infirmorum, vsque ad prædictum cheminum. Insuper concessimus eis, & in eleemosynam perpetuam confirmauimus in vtraque foresta Insulæ-bonæ, & Fiscanni, omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate pasnagij & pasturæ, & ligna, & materiem, ad domos suas faciendas, & alias res vsui suo necessarias.

Præterea, concessimus eis, & confirmauimus, omnes donationes, quæ eis in eleemosynam datæ sunt; sicut cartæ Donatorum testantur. Ex dono *Vualteri*, Comitis Giffardi, vnum pondus salis apud Luram, singulis annis. Ex dono *Vualerani*, Comitis Mellenti, & Roberti, filij eius, totam hayam de Lintot, cum omnibus pertinentijs suis; & sex millia Halecuum: & hospitem vnum, apud Pontem-audomarum, & quæcumque de cætero iustè acquirere poterunt, vel eis in eleemosynam data fuerint, concedimus & confirmamus. Quare volumus & firmiter præcipimus, vt Abbatia prædicta & monachi, in ea Deo seruientes, hæc omnia prædicta habeant, & in eleemosynam perpetuam teneant benè, & in pacè, liberè & quietè, integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus, & quietantij suis, de Teloneo, & passagijs, & assisis, & de omnibus alijs consuetudinibus. Testibus R. Archiepiscopo Rothomag. A. Lexouienti Episcopo E. Ebroïcensi Episcopo: Comite Vuillelmo de Mandeuilla. A. Comite Ebroicens. Nicolao de Stoteuilla. Hugone de Longo campo, Reginaldo de Curtenaio, Reginaldo de Pauilly. Roberto de Stoteuilla, apud Rothomagum.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam inclytæ recordationis Domini R. nuper Regis Angliæ, filij Regis H. prædicti, similiter factam, in hæc verba.

Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vicecomitibus, Bailliuis, ministris, & omnibus fidelibus suis; Salutem.

Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & pro anima patris nostri Regis H. & pro animabus omnium Antecessorum & successorum nostrorum, concessisse, & præsenti carta confirmasse, in liberam, puram, & perpetuam eleemosynam Deo, & Ecclesiæ sanctæ Mariæ de *Voto*, & monachis ibidem Deo seruientibus, dotem, quam Dominus Rex H. pater noster, in Dedicatione eiusdem Ecclesiæ, eis dedit, & per annulum suum super altare obtulit; qui ob hujus rei testimonium, juxta sigillum nostrum, est appensus; videlicet terram & nemus in foresta Insulæ-bonæ, sicut calceia diuidit, quæ protenditur ab Insula-bona ad S. Romanum, & indè per Oiseleriam & Rannes, & Ermeinvillam, & per Nouam-villam, & per magnam vallem vsque ad Bolebec; & indè per vallem vsque ad caleeiam ante nominatam.

Concessimus etiam & confirmamus eidem Ecclesiæ S. Mariæ, & Monachis ejusdem loci, omnes eleemosynas, & donationes, & libertates eis factas, quorumcumque Donatorum fuerint: sicut cartæ & scripta Donatorum rationabilium testantur. Ex dono scilicet, Regis H. patris nostri, & Imperatricis Mathildis; Auiæ nostræ, vallem omnem, in qua fundata est Ecclesia, quæ est de Dominio nostro, inter insulam bonam & Bolebec: & in Foresta Fiscanni, totam terram, quam metæ ibi positæ designant. Et terram, & Boscum de paruo Becco, sicut diuisæ demonstrant; & in foresta Fiscanni, omnia aisiamenta sua, cum libertate pasnagij & pasturæ, & materiem lignorum ad ædificia facienda, & ad ignem, & cætera sibi necessaria: similiter in foresta Insulæ-bonæ. Ex Dono Comitis *Mellenti* totam Hayam de Lintot, cum omnibus pertinentijs suis & libertatibus, & sex millia Halecuum apud Pontem Aldemari, prima hebdomada Quadragesimæ: & duos hospites in eadem villa liberos, & quietos ab omni consuetudine, & vnum milliare Anguillarum apud Brionnam, ad Purificationem S. Mariæ: & quandam terram juxta forestam de Bolebec, & quietanciam per totam terram suam, ab omni consuetudine. Ex dono Comitis *Giffardi*, vnum pondus salis apud Loiram. Ex dono *Mathei* de Gerardivilla, vnum pondus salis in eadem villa. Ex dono Magistri *Roberti* de Butelles, vnam salinam apud Butelles. Ex dono *Roberti* Angeruilla, vnam salinam apud Girafreuillam. Ex dono *Richardi* de Molines, quasdam terras apud Girafreuillam. Ex dono *Vualteri* de Molines, campum de Porta, & campum de Aldebertot: & tenemen

tenementum trium hominum. Ex dono & venditione *Fulcherij* & *Thomæ* Desmaisieres, & Vuillelmi Britonis, & Bernardi, & aliorum plurium, quasdam terras, in territorio de Ginifreuilla. Ex dono *Richardi* de Goscelin-Maisnil, vnum hospitem apud Estenhus. Ex dono *Roberti* de Binevilla, totam terram, quam Robertus de Iuuenius dedit ei pro seruitio suo in vastatione forestæ Fiscanni; quam donationem Robertus & Galfordus de Iuuenin sigillis suis confirmarunt. Ex dono *Simonis* Lothopeis, vnum hospitem apud Vvinemeruillam. Ex dono *Vuillelmi* Martel, & Simonis sacerdotis, & Roberti de Bernonuilla, tres mansuras apud Estrutat. Ex dono *Laurentij* Archidiaconi, vnum masnagium apud S. Viuianum. Ex dono *Richardi* de Vernam, passagium vini eorum, quietum apud Vernon. Ex dono Abbatis & Conuentus Sancti Petri Gemeticens. quietantiam per omnes portus suos Sequanæ ad proprios vsus. Ex dono Abbatis & Conuentus Fiscanni, Decimas terrarum, quas monachi habent in foresta Fiscanni. Ex dono *Godardi* de Vallibus, quietantiam de Mercatu suo, ipsis, & hominibus eorum: & vnum masagium apud Godaruillam. Ex dono Comitis Augi, Quietantiam, per totam terram suam. Ex dono Henrici de Nouo-Burgo, domum emptam à Teroldo Clerico. Ex dono *Thomæ* de Monte aureo, domum vnam, apud Pontem-Aldemari. Ex dono Roberti de Glocestria, vnum hospitem, & medietatem molendini apud Bolebeth. Ex dono Nicolai Portesel, vnum masnagium gloperout.

Præterea concessimus eis, & confirmamus omnes acquisitiones & eleemosynas, & libertates, quas justè & rationabiliter acquisierunt. Quare volumus & firmiter præcipimus, quòd prædicta Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Voto, & monachi ejusdem loci, hæc omnia prænominata habeant, & teneant benè, & in pace, liberè & quietè, plenariè & integrè & honorificè, in bosco & plano, in vijs & semitis in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viuarijs & stagnis, & piscarijs, in moris & mariscis, in Rebus & redditibus: homagijs & seruitijs, & releuijs, & in omnibus alijs rebus, & locis, ad eorum terras pertinentibus: cùm omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis; Præcipimus etiam quòd prædicti monachi, & homines eorum & res ac possessiones eorum, sint quieti de Telonio & pomagio, passagio & pedagio, pasnagio & summagio, & de modiatione vini, & de summonitionibus assisæ, & de assisis, & super assisis & aquagijs, & de Vvreth maris, & de inuentione in mari, & foragio, & carragio, & de Tallagijs, & auxilijs, & de exercitibus, & equitatibus, & de omnibus alijs sæcularibus, exactionibus, & operibus seruilibus; & de omnibus rebus, quas quomodocumque emerunt, vel vendiderunt, vel deportare fecerunt in nundinis, & mercatibus, & in portubus maris, tam per terram, quàm per aquam, in omni loco potestatis nostræ. Et prohibemus ne ponantur in placitum de aliquo tenementorum suorum, nisi coram nobis, vel coram capitali justitia nostra. Testibus Vvaltero, Rothomagens. Archiepiscopo, Ioanne Ebroicensi Episcopo, H. Cestrensi Episcopo, Richardo de Hulmet, Vvillelmo de Hulme, Conestabulario, Vvillelmo, filio Radulfi, Seneschallo Norman. Vvillelmo Deffors; Rogerius de Harecurt. Datum apud Rothomagum, per manum Vvillelmi de Longocampo, Elyensis Episcopi, Cancellarij nostri, 20. die Martij Regni nostri anno primo.

Nos autem cartas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis, & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus & approbamus, ac dilectis nobis in Christo, nunc Abbati & Conuentui B. Mariæ de Voto, & successoribus suis in perpetuum, concedimus & confirmamus: pro vt cartæ prædictæ rationabiliter testantur: & pro vt ijdem Abbas, & Conuentus, & prædecessores sui, donis & concessionibus in cartis prædictis contentis, & eorum quolibet hactenus rationabiliter vsi sunt & gauisi, in cujus rei testimoniū, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso; Apud castrum nostrum Rothomagi, 19. die Ianuarij: Anno Regni nostri VII. Ita signatum, per ipsum Regem Stopyndon. Ex Codice Maximo MS. fol. 82. & seq. Lutetiæ apud D. de Vyon D. de *Herouual*.

IX. Per id tempus regebat Ordinem Cisterciensem, Lambertus Abbas Cistertij, [g] qui nomine Abbatum totius eiusdem Ordinis in capitulo generali coadunatorum, scripsit ea de re ad prætactam Imperatricem Mathildem: his verbis. *Dilectæ in Christo Dominæ*, Mathildi Imperatrici, & matri Regis Anglorum. L. Vocatus

[g] *Gallia Christiana in Cistertio Abb. 5. Manriquez sup. ad ann. 1159. cap. 5. 5. 5.*

Abbas de Cistertio, & totus Conuentus Abbatum Cistertiensis capituli, perpetuam in Domino salutem, cum orationibus. Quia transijt ad memoriam posterorum, scripturæ beneficio, quod ex processu temporis, antiquatur & senescit, tam sequentium, quàm præsentium, memoriæ alligare curauimus, quod assensu communi, & beneplacito omnium nostrum Abbatiam *de Voto*, sine omni controuersia, & retractatione, tam Abbatis *de Eleemosyna*, quàm Abbatis de *Bordesleia*, Abbati de *Mortuo-mari* concessimus, vestræ precis & voluntatis interuentu, ipsam concessionem confirmamus: &c. h

h Apud codic. MS. Valaciæ.

Tandem & ipsa Augustissima Heroina piè obdormiuit in Domino: de qua sic loquitur Appendix Sigeberti. *Cùm adhuc* moraretur Rex in Británia, audiuit nuntium de morte matris suæ, Mathildis Imperatricis: decessit enim 4. idus Septembris Rothomagi, & sepulta est Becci. Thesauros infinitos pius filius distribuit Ecclesijs, Monasterijs, leprosis, & alijs pauperibus, pro anima illius. Fecit autem prædicta Imperatrix Monasterium de Voto, in Caletensi pago, juxta Villam-bonam: & posuit ibi monachos Cistertienses. i X.

i Chronica Norman. ann. 1166. Chronicon Cadomense ann. 1167. & Beccense. Robertus à Monte. sup. ann. 1168. Chronicon Gosernense, MS. eod. ann. 1168. Canalis, ann. 1167. sup.

Abbates huiusce Monasterij dinumerantur.

CAPVT III.

Horum Archimandritarum series petenda est vel maximè ex schedis, alijsque eiusdem cœnobij MS. monimentis, probatisve Auctoribus: quorum fideli relatione vtendum est nobis.

I. Abbas Richardus de Blossevilla ann. 1157.

Hic cùm esset apud *Mortuum-mare*, Monasterium, conuersorum magistrum: electus est in primum Valaciæ Abbatem, ann. 1157. & Rothomagi benedictione confirmatus in festo S. Barnabæ Apostoli, possessionem accepit: præfuit autem annis 17. mensib. 4. Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus, ann. 1162. confirmat omnia data huic Abbatiæ: litteræ incipiunt. *Nouerit vniversitas vestra.* Idem egit Rotrodus, successor ipsius cuius diploma incipit. *Sancta mater Ecclesia.* a Anno 1165. ipsa Mathildis Imperatrix, hunc Abbatem, virum vtique industrium ad se vocatum, misit ad Alexandrum III. Papam Legatum, pro pace Angliæ, b iterumque ann. 1171. eundem ablegat ad ipsum Papam cum Episcopo Ebroicensi & Archidiacono Lexouiensi. c Iuuat in commendationem tanti viri, hic Epistolam referre Arnulphi, Lexouiensis Episcopi, ad Abbatem, Cistertij: qua graphicè & sincerè huiusce Richardi Abbatis memoria celebratur, sicque exoritur. *Duo Sacerdotes* Episcopatus nostri Arnoldus videlicet & Richardus, sæculo renuntiare disponentes, admonitione frequenti & studio fratris nostri Vuillelmi, nunc Abbatis de *Pinu*, ad venerabilem & religiosum virum, *Richardum*, Abbatem de *Valascia*, refutatis prius in manu nostra, quas possederant Ecclesijs, se & sua, deuotione promptissima contulerunt. Quorum nos deuotionem fauore debito prosequentes, intuitu Abbatis de *Valascia* (qui ob sinceræ Religionis, & industriæ suæ meritum, plurima nobis charitate deuinctus est) rationum obligationes, & cætera, quibus nobis tenebantur obnoxii, quoniam Officiales nostri fuerant, sine omni difficultate, remisimus, & eos in prædicto Monasterio Deo perpetuò seruituros, cum facultatibus suis, in manum Abbatis liberos, & absolutos consignauimus. Post modum verò cùm deuoti Monasterii, probationem ingressuri sperarentur, Abbas de *Pinu*, ad aliud voluntate deuocata, opus, cuius auctor prius vehementissimus extiterat, vehementiore studio dissuasit; objiciens, quòd vnus eorum, antequam etiam pubertatis annos, attigisset, sua persuasione, in Monasterio de Chalix, publicum Religionis votum solemniter nuncupauerat, promissione quoque adiecta, quòd eam non mutaret, nec reuocaret in posterum voluntatem. Qua occasione, prudentibus & religiosis viris plurimùm admirantibus, deuotum pariter & I.

a Codex vetus MS. Valaciæ.

b Ex Epistola Sarisberiens. 117. ad S. Thomam Cantuariens. Manriquez sup. ad ann. 1165. cap. 1. §. 3. 4. & 5. c Ibid. ann. 1171. cap. 2. §. 1. ex relatione Regij nuntij.

Digitized by Google

& indeuotum abduxit, cum ea proculdubio ratione; qua alterum extrahere nitebatur, alter in deuotionis suæ Monasterio perpetuò permittendus fuerat commorari. Porro Abbas de *Valascia*, vt potè vir longanimis, & multæ mansuetudinis, suas & Monasterij sui, vsque ad secundum vniuersitatis vestræ conuentum prosequi distulit iniurias; sperans profectò, siquid perperam actum est, sine subtergio reformandum, vbi nec excusatio veritatem impedit, nec cupiditas æquitatem. Ego verò, quod ad Ecclesiam meam pertinet, nulla dissimulare valeo ratione; quoniam vnus eorum, de quorum reuocatione tractatur, Arnoldus, videlicet librum quondam, quem Ecclesiæ suæ Parœchianorum collatio deuota contulerat, consilio & ministerio Abbatis *de Pinu*, pignori pro 4. libris Andegauensib. obligauit: quamuis ego sub anathemate prohibuissem ne idipsum faceret, vel quicquam de rebus Ecclesiæ, sine conscientia mea præsumeret asportare. Quoniam ergò sæpius commonitus, & requisitus, librum Ecclesiæ suæ non restituit; eum excommunicatum, & ab omni Sacerdotalis officij ministerio suspensum donec de sacrilegio satisfecerit, noueritis emigrasse. d

d *Epistola Ej Arnulphi Lexoviens. Epis. extat Tom. 12. Part. 2. Bibliothec. Patrum.*

2. Guillelmus ann. 1175.

II. Rexit ann. 7. Cui datur exemptio pro rebus sui Monasterij, à Ludouico Rege Franciæ per totum Regnum, ann. 1179. Actum Syluanectis: iterumque Parisius, ann. 1162. & 1182. e Testis adest ann. 1177. pro quadam compositione inter Abbates Vallis Richerij & Cadomensis f Præterea, *Anno verbi Incarnati* 1181. *Episcopatus Alexandri Papæ* XXII. *Rothroldi, Rothomagens. Archiepiscopi* 16. *tertio nonas Martij Dedicata est Ecclesia S.* Mariæ de Voto, *sita in territorio Rothomagensi, in honorem eiusd. genitricis Dei Mariæ, à D. Henrico* Baiocensi *Episcopo, assistentibus Episcopis, Richardo Abrincensi, & Rainaldo Bathoniensi, astante illustri Rege Anglorum Henrico, Mathildis Imperatricis filio, anno Regni sui* 27. Hæc testis oculatus. g Eodem anno sub Datum Syluanectis, Philippus Rex Franciæ, confirmat huic Abbatiæ, quæ pater suus Ludouicus Rex jam indulserat. Rexit ann. 7. postea Abbas Mortui-maris.

e *Ex Codic. MS. Valaciæ.*
f *Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.*
g *Robertus à Monte in Appendice ad Sigibertum ann. 1181. Gallia Christiana in ea Abbatia Columneriis. Tom. 1. Calendar. B. Virg. Mar. die 5. Martij*

3. Hugo, ann. 1180. seu 1182.

III. Gubernauit ann. 6. mensibus 5. Vrbanus III. Papa, Auctoritate Apostolica confirmat, tam donationes, quam exemptiones omnes. Controuersia adudum exorta inter monachos de Voto Valaciæ, & S. Nicasij de Mellento, super quarumdam vinearum decimatione, composita est ann. 1185. apud Rothomagum die S. Iouini: presentibus, Osberno, Abbate Becci; Hugone, Abbate de Voto, Eustachio, Priore Mellenti; Victore, Abbate S. Georgij; Guillelmo, Abbate Mortui-maris: Samsone, Priore S. Geruasij; & Guillelmo, Priore de Luremon.

4. Osmundus, ann. 1188. præfuit per annum.

5. Robertus, ann. 1189.

Per menses 8. Guillelmus, Abbas S. Nicolai de *Marchasio*, cum Conuentu, dat R. Abbati de Valacia, omnique Conuentui, quandam vineam. Porrò Richardus, Rex Angliæ, præfati Henrici filius, confirmat ipsis monachis, dotem, quam pater eius, in Dedicatione eiusdem Ecclesiæ eisdem, dederat, & per annulum suum super Altare obtulerat; insuper omnia confirmauit, quæ huc vsque prædecessores sui eidem Abbatiæ dederant; sub datum Rothomagi 20. Maij, ann. 1. Regni sui, testibus Vualthero, Rothomagensi Archiepiscopo, Ioanne, Ebroicensi Episcopo: &c. h

h *Ex Codic. MS. Valaciæ.*

6. Vincentius, ann. 1190.

IV. Vt summus Pontifex Innocentius III. sedem Apostolicam ascendit, ann. 1198. ad ipsum scripsit Bajocensis Antistes, certiorem eum reddens de rebus præfatis: *Reuerendo* Domino, & patri Sanctissimo, Innocentio, Dei gratia, summo Pontifici: Henricus, Dei miseratione, Baiocensis Ecclesiæ minister humilis, salutem, & debitam patri ac Domino, cum summa deuotione, reuerentiam. *Sciat paternitas ve-*

Digitized b

Domino Papa, pro fratribus de Salicosa.

Inconsutilis Christi Tunica de super texta per totum, vniuersa Christi membra sic contegit, vt nec minora reijciat, & majora sufficienter admittat. Hoc exultationis & salutis operculo contecti, quicumque sub Augustino, Regularium patre, communem, professi sunt vitam, speciali sese charitate tenentur diligere, & in necessitatibus fraternis, alter alterius onera supportare. Indè est quòd sanctæ paternitati, vestræ, pro fratribus de Salicosa Deo seruientibus, preces, quas possumus, effundimus; vt eorum nuntium, & admittatis beniuolè, & beneficè remittatis; sanctæ conuersationis eorum hilaris fama testimonium præbet, & integri fructus opinio, sic alios inuitat, vt & amicus gaudeat, & inuidus torqueatur.

ANN. 1157.

VALACIA.

Galerannus, Comes Mellenti, primarius Fundator Abbatiæ Valaciæ, vnà cum Agnete, vxore sua.

CAPVT I.

VARIÈ nominatur, *Valacia*, *Vallassia*, & *Valatia*, Gallicè, *Valace*: sed per abbreuiationem: nam primitùs dicebatur: *Vallis-Axonis*: Gallicè, *Val-Axe*: vti obseruaui in compluribus chartis eiusd. loci. Sita est autem hæc Abbatia in Diœcesi Rothomagensi, in agro Caletensi, propè *Iuliam-bonam*, alias *villam-bonam*, ita dictam à Iulio Cæsare, destructo *Caleto*: estque Ordinis Cisterciensis; accitis ex *Mortuo-mari* monachis. Motiuum autem hujusce fundationis describit Codex vetus MS. licet rudi & simplici stilo; incipitque ab expeditione Belli sacri, ann. 1147. sub Ludouico VII. juniore Reg. Francor. in hunc modum. I.

II. *Francorum Regem*, Ludouicum in itinere Hierosolymitano, sequuta fuit ingens procerum electaque nobilitas, & exercitus manus valida copiosa, certatim atque cateruatim itum est; & quisque melior, quisque nobilior, in ipsum iter expeditior agebatur. Vnus erat horum vir clarissimus, & illustrem prosapiam elegantia virtutis illustrans, Comes Mellenti Vvalerannus, inter alia bonorum suorum insignia, transfusum à progenitoribus in se retinens, struendarum Ecclesiarum, & dilatandæ Religionis amorem. Nam patres suos inuitatus, qui de *Pratellis* monasterium vtrumque fundauerant: jam & ipse *Bordesleiam* ædificarat in Anglia, dùm esset Comes *Vvizsceshriæ*: quem Comitatum, cum vxore sua, Regis *Stephani* filia, fuerat assecutus.

a *Vetus Codex MS. Abbat. Valaciæ fol. 1. 2. 3. 4. vsque 30.*

III. Peregrinatione transmarina peracta, cum essent, vt quique potuerunt, redeuntes, & ipse Comes, atque sui pariter in redditum se dederunt. Nauigantes autem in mari, tempestate valida corripiuntur; quæ spem illis auferret effugij, metum exitij prorsus inferret, Erat ingens timor illorum, nec is frustra, sed eadem præssura timentium bonum aliquid exprimi quærebatur. Factumque est ita: Reginaldus de *Gerpunvilla*, miles, horum nobis postea relator, etiam ipse vir magnificus, ac timens Dominum, in illo timore suasit Comiti vouere, si euaderet, Alborum monachorum Abbatiam condendam: indicans locum ad hoc opportunum, Hayam suam de *Linthot*. Non erat difficile tunc hoc ei persuadere: itaque vouit ille, sed nihilominus incumbente eis procella, naufragium passi sunt; multisque subuersis, Comes, Deo miserante, cum ipso Reginaldo, & quibusdam alijs, super duas tabulas, & fragmenta solutæ ratis, vt obuium aliquid quisque corripuit, euasere.

IV. Cùm fuisset autem Comes de sua peregrinatione regressus, pro soluendo voto sollicitus erat: & interdum habuit cum suis indè tractatum, Nec latuit fratres *Mortui-maris*,

Digitized by Google

tui maris, de domo, locis in illis ædificanda tractari; qui quondam ad eaſdem partes, à Lamerario de *Saucardi villa*, *Rabel*, viro laudabilium operum, & Religionis amatore, ſimilem ob cauſam inuitati, duos ſuorum, Guillelmum *Malneno*, & alterum quendam præmiſerunt: quos ſuſcepit ipſe Camerarius ad Capellam, quæ dicebatur, *S. Petri de Fauerü*, locum nunc ambitu pomarij noſtri cinctum, tunc autem à ſolitario quodam habitatore, guerris exturbato, relictum. Qui duo non multo poſt, eiuſdem conſilio Camerarij, donec eis ipſe melius prouidiſſet, vnde venerant, redierunt: propter guerras, & quia Camerarius ſpatium illic condendi cœnobij ſufficiens non habebat. Major enim pars Vallis de *l'Iſlebona*, & quicquid eius erat, inter *Hayam* & aquam, vt eam riuuli curſus diſterminabat, erat *Comitis Ebroicenſis*, adhuc pueri; quam totam, & ipſam *Hayam de Linthot*, poſtea dedit cum *Agnete* ſua, Comiti Mellenti, de quo diximus *Galeranno*, ſemper cùm fuit integer, ad *Mortuum-mare* Camerario affectus erat; vt pote, qui loco ſe reddiderat, ſuſcepturus illius habitum, & ibi ſepeliendus; ſi non morte præuentum, vt erat obnoxius infirmitati, præſentes ei fratres S. *Barbaræ*: quam domum ipſe condiderat, ad ſe tranſtuliſſent, humoque mandaſſent.

V. Ad hos itaque Domus illic faciendæ rumores, Fratres *Mortui-maris*, conſilio ſecum habito, Capellam Prius habitam, cum pertinentibus ad eam acris terræ duodecim, nunc pomario noſtro conſitis, volente Camerario, ſibi reſumpſerunt. Interea Comes Galerannus *Haymonem*, Abbatem *Bordeſliæ* (quam ipſe condiderat) cùm veniſſet ad eum, Capituli Ciſtercienſis iter agens, ſuper voti ſui complendo negotio, conuenit: Hayamque totam de *Linthot*, & militem quemdam *Februarium*; redditum viginti ſolidorum annuatim, de quadam illius *Hayæ* terra præſtantem; cum ipſo reddítu, & cum omnibus alijs *Hayæ* pertinentijs, ad ædificandam in ea de ſuis fratribus Abbatiam, ei per cautionem donauit. Vxori verò ſuæ, pro *Haya*, quæ de matrimonio illius fuit commutationem dedit, ſuſcepit Abbas de manu Comitis, quod ille donauit: ſed oneratus domibus è monaſterio ſuo propagatis, ſibique vicinis, quæ ſatis promoueri non poterant; & hinc æſtimans difficultatem tranſmarinæ conſtructionis, cùm eſſet ad fratres *Mortui-maris*, affectuoſa charitate conſtrictus, quorum, in eundo verſus capitulum, & redeundo, crebris fuerat vſus obſequijs; illis, vt potè loco proprioribus, & qui jam illic Capellam, quam prediximus, & pertinentias eius habebant, propter quod alij de Ordine noſtro, niſi per illorum conſenſum, in illum locum ſubire non poterant; totum, quod perceperat à Comite, cum perceptorum conditione, conſignauit: eo videlicet tenore, quòd ſi aliquando ab ædificando & inhabitando loco deſiſterent, non alijs eum, quam *Bordeſlienſibus* reſignarent: nec multò poſt, miſit è *Bordeſleia*, quendam monachorum ſuorum Robertum de *Oxenefordia*, cùm ſui Conuentus aſſenſu, qui cum his, & pro his de *Mortuo mari*, circiter vno anno laborans, obtinuit apud Comitem, vt illis locum *Bordeſleiæ* prius traditum, per ſuam cartam confirmaret: &c.

VI. Quis, aut qualis fuerit iſte *Galerannus*, Mellenti Comes, paucis aperiendum eſt. In primis, dicitur Comitatum *Vvireceſtriæ* in Anglia aſſecutus: cùm filiam Stephani Comitis Boloniæ, Angliæque Regis accepit in vxorem, in quo ſanè multa video confuſione plena: quare vt his lucem aliquam demus, prodamus in medium, quæ cordatis viris veriora videbuntur. Iſte ergò Galerannus, ſecundus hujuſce nominis extitit: [b] cui filia Stephani Regis Angliæ biennis, deſponſata tantum fuit; [c] cujus rei intuitu, dotalitij nomine præfatus *Vvireceſtriæ* Comitatus in Anglia eſt aſſignatus à patre. Sed ipſo Rege mortuo, id omne incaſſum & infectum euaſit: rebus omnibus omninò mutatis.

VII. Quantum verò ſpectat ad fundationem illius Abbatiæ *Bordeſleiæ*, in Anglia: Alij huic aſſerto minimè aſſentiunt: ſic enim habetur in Catalogo Religioſarum ædium Angliæ, in *BucKincqhamiæ* Comitatu. *Bordeſleiæ*, *titulo S. Mariæ*, *fundatrix Mathildis Imperatrix Ciſtertienſes*: [d] *Item in* Vvigornia *Comitatu* Bordelegæ, *tituli S. Mariæ, Fundator, Henricus II. Rex*, & *Mathildis Imperatrix Præmonſtratenſes*, *albi monachi*. [e] Gualerannus itaque foret fundator ſecundarius, ſi via Conciliationis quæratur.

VIII. Circa verò Agnetem, filiam Almarici, Comitis Ebroicenſis, quam Galerannus ipſe Comes Mellenti, accepit in vxorem, non minor exoritur difficultas: dicitur quippe & filia Almarici, Comitis Montisfortis: [f] ſed in idem concidit; eo quòd

[b] *Ex Gemeticenſ. lib. 7. cap. 4. & lib. 8. cap. 40. & 41 Ordericus lib. 11. ad ann. 1103. & lib. 12. ad ann. 1119. & 1122.*

[c] *Ex Orderico lib. 13. ad ann. 1136.*

[d] *Catalogus latinus ex Anglico Ioannis Speed. Apud Harpsfeldium, ad calcem Hiſtoriæ Anglican. Eccleſ. pag. 747.*

[e] *Ibid. pag. 769.*

[f] *Vide ſup. in Abbat. Pratelienſi primo 5. 5.*

Almaricus esset Comes Montisfortis & Ebroicens. qui obijt ann. 1139. cui successit frater eius Simon: [g] cùm filij deessent. Vnde postea jurgium venit inter Robertum de Monteforti, & ipsum Galerannum, auunculum suum, ann. 1152. quod tamen Paulò post extinctum est. [h]

Idem Galerannus Comes Mellenti certiorem facit Rothomagensem Metropolitanum de hac ipsa sua fundatione Valaciæ, ad eum sic scribens. *Hugonis Dei gratia*, Rothomagensi Archiepiscopo, & omnibus fidelibus sanctæ Ecclesiæ, tam præsentibus quàm futuris, Vvalerannus, Comes Mellenti salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse Abbatiæ S. Mariæ de *Voto*, de Ordine Cistertiensi, quæ sita est in valle, quæ est inter *Lisleboham & Bolebec*, pro anima patris mei, & matris meæ, & Antecessorum meorum, & pro salute mea & Agnetis, Comitissæ, vxoris meæ, & Roberti filij mei, & aliorum meorum liberorum, & amicorum, viuorum & mortuorum, in perpetuam eleemosynam, totam *Hayam de Lintot*, cum omnibus appenditijs suis, sicut Comes Ebroicensis, cum sorore sua, Agnete, Comitissa, mihi donauerat, quando eam in matrimonium duxi, cum omnimoda libertate, nihilè in ea sui juris retinens. Et quia *Bernayum* monasterium in his partibus, agros affines in Capella S. Marcelli possidebat, sine quibus Abbatia præfata non posset ordinatè fundari; Donaui *Richardo* Abbati de *Bernayo*, & fratribus eius in concambium, septem acras terræ arabilis in eodem territorio, & triginta solidos probatæ & vsualis monetæ, in assignatis terris ac hominibus annuatim persoluendos: & quinque asinos ad mortuum boscum, absque omni consuetudine reddenda, in foresta de Floreneio; per manum prædicti Archiepiscopi, in præsentia Arnulphi, Lexouiensis Episcopi, & Adæ, Abbatis Mortui-maris, & aliorum plurimorum Religiosorum, in perpetuum. Testes Philippus, Episcopus Bajocens. & Rotoldus, Episcopus Ebroicens. Robertus, filius Comitis, & alij. Eadem confirmauit ipsa Agnes, filia Almarici, Comitis Ebroicens. Iisdem testibus presentibus. [i] IX.

Portò, quo ad prænominatum Camerarium Tancaruillæ. Rabelum, obijt ann. 1139. cui successit Vvillelmus, filius eius. [l] Galerannus verò, vitæ cursum peregit ann. 1165. teste Appendice Sigeberti. *Obijt illustris Comes Galerannus, Mellenti, qui multa bona contulit Ecclesiæ B. Mariæ de Voto: quæ sita est in territorio Caletensi, in terris, in sylvis, in vineis, & redditibus.* [m] Vide sup. in Abbatia 2. Pratellensi, cap. 1. §. 5. Tandem ex Cartulario MS. Prioratus *Belli-loci*, pag. 4. & 5. Rogerius de *malo Leporario*, de Parœchia de *Bolbec*, & alii nonnulla dant huic Abbatiæ de Voto, ann. 1240. mense Iulio. [n] X.

g Chronica Norman. ad ann. 1138.
h Ibid. ad ann. 1152.
i Ex Codic. MS. Valaciæ Abbat.
l Chronica Norman. ad ann. 1139.
m Robertus à Monte in Appendic. ad Sigebertum, ann. 1185.
n Extat Lutetiæ apud D. de Vyion.

Mathildis Imperatrix, mater Henrici II. Regis Angliæ & Ducis Normanniæ: fundatrix præcipua Abbatiæ de Voto, seu, Valaciæ: Abbas & Monachi Cistertienses illuc introducuntur: bonis & prædijs ditantur, tum & ipsa Augusta piè moritur.

CAPVT II.

MVLTI volunt hujusce Abbatiæ fundatricem extitisse Mathildem, Imperatricem: [a] ipsa autem serenissima Heroina, filia erat Henrici I. Regis Angliæ: Desponsata primo fuit Henrico IV. Imperatori Romanorum Augusta: quo mortuo, ann. 1125. matrimonio copulata est, Gaufrido, Andegauensium Duci, filio Fulconis, Hierosolymitani Regis, ann. 1129. vndè natus est Henricus II. Angliæ Rex, Normaniæque Dux, ann. 1133. [b] Totius rei series sumenda est ex eod. vetusto Codice pergameno MS. ejusd. Abbatiæ, jam à nobis superius allato, ita enim sermonem suum prosequitur. I.

Porrò, Mathildis Romanorum quondam Imperatrix, excelsi seminis germen egregium,

a Robertus à monte, sup. ad ann. 1157. & 1163. Chronica Norman. ad ann. 1166. Canalis lib. 5. Hierarchia Ecclesf. Neustriæ. Gallia christiana, in Abbatijs. Manriquez Tom. 2. Annal. Cistertiens. cap. 9. §. 8. & 9. Pommeraye, lib 3. cap. 78. Chronic. MS. Norman. Antiquitates MSS. Norman. pag. 124.
b Gemeticensis, lib. 8. cap. 25. & 34. Ordericus lib. 10. ad ann. 1098. & lib. 12. ann. 1129.

Digitized by Google

gium, filia Regis Anglorum Henrici primi mater, ex Andegauorum Comite Gaufrido, secundi, genitoris Henrici III. Regis Iunioris; obsessa pridem in Oxenefordia fuerat, ab Anglorum intruso Rege Stephano, quæ cùm obsideretur, voto se constrinxerat, ad faciendam, si liberaretur, suis sumptibus Abbatiam; & cùm Deo prosperante, liberata miro modo fuisset, post multum temporis in Normanniam transposita, dicebatur Domino Rothomagensi Archiepiscopo, quid & quemadmodum vouisset, aperuisse, interim, & Comes *Galeranus* suum insinuauerat votum, & aduertens Pontifex multùm ad illos esse, jam per guerras opibus attenuatos, duas construere domos, ne fortè fieret insufficiens, vtrique, consultius æstimabat vir prudentissimus, in vnum contrahi vota duorum, quo domus vna sufficienter & sublimiter ædificaretur. Illis diebus, ad ipsam Imperatricem totius Regni summa spectabat, patre jam mortuo, filio, qui futurus Rex erat juniore, tamen Duce Normanorum. Quamobrem habitus est sermo cum ipsa primùm, deindè cum Domino Archiepiscopo, cum Camerario de *Tancardiuilla*, cum procurante *Lislebonæ*, *Galtero Giffardi*, cæterisque vicinis: & horum quæsita beneuolentia est super hoc loco in Abbatiam ædificando. Cunctisque fauentibus & volentibus, missi sunt ad partes has, de *Mortuo-mari*, de Monachis, Guillelmus de *Operinis*. Guillelmus scriptor, Guillelmus *Perrier*; Rogerius & Fulco, conuersi, cum quibusdam alijs.

III. *Venientes*, primò manserunt apud S. *Marcellum*: sed ob nonnullas difficultates mox hinc indè obortas, negotium est in longum tempus protractum. Attamen Imperatrix finem controuersiæ fecit, alterius Religionis homines in ipsum locum inducere parans, nisi liberè *Mortuo mari*, subderetur: per quod & à disceptatione cessatũ est, & locus, deinceps, omniũ assensu, *Mortuo-mari* cessit. Dederat enim Imperatrici consiliũ, soror sua *Mathildis* Abbatissa Monasterij *Villaris*, vt quẽadmodũ ipsa Regis Henrici fuit filia, sic condendam ab ea domum, Mortui-maris, id est, Domus à patre suo conditæ, filiam faceret esse. Quamobrem illa, jam Abbate *Mortui-maris Adam*, sacra morte sublato, misit ad Abbatem, qui successerat ei, *Stephanum*, qui cùm apud Rothomagum occurrisset ei, conuenit eum illic super hac re. Sed ipse diu distulit assensum adhibere, dissimulans hoc ipsum quod optabat: donec ex Imperatricis instantia, futurum rei profectum collegisset. Voto tamen eius in hoc annuit, vt illuc mitteret Richardum de *Bloccuilla*, jam apud *Mortuum-mare* conuersorum magistrum; qui cum his de *Bordesleia* discedere parantibus, pro re seruanda moraretur. Nam discedentibus illis in Angliam, ipse cum *Arnoldo*, quondam illorum Abbate, viro venerabili, sanctæque conuersationis, loco resedit: emptis illorum vtensilibus, cartisque retentis, præter priuilegium Domini Papæ, super loci confirmatione, quod tulerunt, ac postea coacti reddiderunt.

IV. *Instantius* interim egit Imperatrix, vt Conuentus illuc ex *Mortuo-mari* mitteretur: quæ postquam visa est exanimo rem agressa, vocatus est, vt consuleretur olim Abbas *Vrsicampi*, *Guillelmus*, & aduueniens, assensum operi dedit. Tunc prouisum est, qui mitterentur ei negotio conuenientiores, & designati sunt, Guillelmus de *Operinis*: Guillelmus de *Falcenes*; Rogerius de *Montiuilla*: Adulphus, Parisiensis; Rogerius de *Herbeltot*, Robertus de *Cahajus*; Frogerius Lexouiensis; & alij quidam: Raderus de *Noyon*, non multò post venit. Hi cùm mittendi fuissent, elegerunt Abbatem, scilicet, Richardum, quem diximus, de *Bloccuilla*, Dominica quadam die, virum negotijs vtilem, vt ipsis effectibus est declaratum. Feria secunda processit è *Mortui-mari* Conuentus ille, semen benedictum, futuræ frugis, in terra deserta, in loco solitudinis. Prosequuti sunt illos, Abbates *Vrsicampi*, de *Brioslel* & *Mortuimaris*; & venerunt vsque Rothomagum. Quibus prandio refectis apud virum venerabilem, Archidiaconum *Laurentium*, ad quem familiariter in vrbe fratres *Mortuimaris*, ex more declinabant: post refectionem descendit ille Conuentus in nauiculam, ad locum ei designatum nauigio, venturus. Et ecce, de loco, quem jam relictum à *Bordesliensibus* custodiebat electus illorum Abbas *Richardus*, per litteras exoratus aduenit, nescius horum, quæ facta fuerant. Cui deducto seorsum Abbates intimarunt, quod illi Conuentui, pro vt poterant, consuluissent; eumque monebant non aduersari, nec impedimento esse factis eorum: quod ille se minimè præsumpturum esse respondit. Et illi, Tu es (*inquiunt*) in Abbatem ab eis electus; præsto illis, nec obsistas. Fecit ipse, quomodò dixerat, imperato se sine contradi-

Et huic Abbatiæ ac monachis in ea Domino seruientibus, Dedimus in perpetuam eleemosynam, & confirmauimus, totam Vallem inter *Insulam Bonam* & *Bolebec*, in qua ipsa fundata est; & in Foresta *Fiscanni* octingentas acras terræ; & *Bellum Faiellum*, & Boscum, sicut via *Gira-villæ* diuidit, quæ dirigitur per vallem, quæ vocatur *Magna-vallis*, vsque *Tyliam Aulupi*; cuius totius terræ diuisæ sunt istæ: vallis prædicta; Vallis de *Casa Orgri*; Vallis de *Sternello*, vsque ad *Cantelupum*: & exindè per vallem, quæ dicitur, Vallis *Sequana*, vsque ad *Calceiam*, quæ est in diuisis de *Thyboutot*, & sicut termini *Gyra-villæ* diuidunt vsque ad supradictam viam. Insuper concedimus eis, & in eleemosynam confirmamus, in vtraque Foresta, id est, *Insula-bona*, & *Fiscanni*, omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate passnagij, & pasturæ; & ligna, & materiem, ad domos suas faciendas, & alias res vsui suo necessarias. Præterea, concedimus & confirmamus omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ sunt, sicut cartæ donatorum testantur: Ex dono Guillelmi Comitis *Giffardi*, vnum pondus salis apud *Iuram*, singulis annis. Ex dono Guillelmi, Comitis *Mellenti*, Totam *Hayam de Lintot*, cum omnibus pertinentijs suis. Et quæcumque de cætero iustè & rationabiliter acquirere poterunt, eis concedimus & confirmamus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, vt Abbatia prædicta, & monachi in ea Deo seruientes, hæc omnia prædicta habeant, & in perpetuam eleemosynam teneant in pace, & liberè, & quietè, & integrè, & honorificè, cum omnimodis libertatibus, & quietantijs suis, de Thelonijs, & passagijs, & assisijs, & omnibus alijs consuetudinibus nobis pertinentibus. Testibus Hugone, Archiepiscopo Rothomagensi, Philippo Baiocensi, Arnulpho Lexouiensi, Rotrodo Eroicensi, Episcopis: Guillelmo Comite Mellenti, Gualtero Comite Giffardo; Roberto de Nouo-Burgo; Godone de Vals; Guillelmo de Herlouino; apud Rothomagũ. *Ibid.* Denique hæc omnia, confirmata fuere ab Henrico Rege Anglo, eius filio vel iam supra diximus; cuius exemplar habetur in carta confirmationis Henrici V. Regis Angliæ, circa ann. 1421. dùm Normania per vim occupata, scripsit in eius fauorem.

Henricus Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, Dominus Hyberniæ: omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem.

Inspeximus quamdam cartam celebris memoriæ Henrici quondam Regis Angl. progenitoris nostri, factam in hæc verba. *Henricus, Dei gratia*, Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus: Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vice-comitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem. *Sciatis me*, & Dominam matrem meam. M. Imperatricem, Henrici Regis filiam, fundasse Abbatiam S. Mariæ de *Voto*, de Ordine Cistertiens. pro amore Dei, & pro anima prædicti Regis, aui mei, & pro anima G. Comitis Andegauens. patris mei, & aliorum parentum, & Antecessorum nostrorum, & pro salute nostra, & hæredum nostrorum, & pro stabilitate & pace Angliæ & Norman. Et huic Abbatiæ, & monachis in ea Deo seruientibus, dedimus in eleemosynam perpetuam, & confirmauimus, totum Dominium nostrum ipsius Vallis: in qua fundata est, *inter Insulam-bonam, & Bolebec.* In Foresta etiam Fiscanens. totam terram, quam metæ ibi positæ demonstrant. Scilicet, Belsayellum, & Boscum, sicut via Gire-villæ diuidit, quæ dirigitur per magnam vallem, vsque ad Tiliam Aulupi; cuius totius terræ diuisæ sunt istæ, Vallis prædicta, Vallis de Casa Orgri, Vallis de Sturnello; vsque ad Cantelupum; & exindè per vallem, quæ dicitur Vallis Sequanæ vsque ad calceiam, in diuisis de Theboltot, & sicut termini Gireuillæ diuidunt, vsque ad viam supradictam. Dedimus etiam terram de paruo Becco; cuius partem quandam venerabilis Imperatrix M. Mater mea, emit à monachis de Briostel, pro centum & 20. librarum Beluacens. & terram, & Boscum, quod eis addidi, de foresta mea, sicut diuisæ demonstrant, quæ sunt ad cheminum, quod dirigitur à Bolebec, ad Millevillam, & exindè juxta terras Bosevillæ vsque ad calceiam: de hinc per vallem Comitissæ, & vallem magnam, vsque ad fratrum monasterium, indè juxta terras

Ppppp iij

Infirmorum, vsque ad prædictum cheminum. Insuper concessimus eis, & in eleemosynam perpetuam confirmauimus in vtraque foresta Insulæ-bonæ, & Fiscanni, omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate pasnagij & pasturæ, & ligna, & materiem, ad domos suas faciendas, & alias res vsui suo necessarias.

Præterea, concessimus eis, & confirmauimus, omnes donationes, quæ eis in eleemosynam datæ sunt; sicut cartæ Donatorum testantur. Ex dono *Vualteri*, Comitis Giffardi, vnum pondus salis apud Luram, singulis annis. Ex dono *Vualerani*, Comitis Mellenti, & Roberti, filij eius, totam hayam de Lintot, cum omnibus pertinentijs suis; & sex millia Halectuum: & hospitem vnum, apud Pontem-audomarum, & quæcumque de cætero justè acquirere poterunt, vel eis in eleemosynam data fuerint, concedimus & confirmamus. Quare volumus & firmiter præcipimus, vt Abbatia prædicta & monachi, in ea Deo seruientes, hæc omnia prædicta habeant, & in eleemosynam perpetuam teneant benè, & in pacè, liberè & quietè, integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus, & quietantij suis, de Teloneo, & passagijs, & assisis, & de omnibus alijs consuetudinibus. Testibus R. Archiepiscopo Rothomag. A. Lexouiensi Episcopo E. Ebroïcensi Episcopo: Comite Vuillelmo de Mandeuilla. A. Comite Ebroicens. Nicolao de Stoteuilla. Hugone de Longo campo, Reginaldo de Curtenaio, Reginaldo de Pauilly. Roberto de Stoteuilla, apud Rothomagum.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam inclytæ recordationis Domini R. nuper Regis Angliæ, filij Regis H. prædicti, similiter factam, in hæc verba.

Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Norman. Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vicecomitibus, Baillinis, ministris, & omnibus fidelibus suis: Salutem.

Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & pro anima patris nostri Regis H. & pro animabus omnium Antecessorum & successorum nostrorum, concessisse, & præsenti carta confirmasse, in liberam, puram, & perpetuam eleemosynam Deo, & Ecclesiæ sanctæ Mariæ de *Voto*, & monachis ibidem Deo seruientibus, dotem, quam Dominus Rex H. pater noster, in Dedicatione eiusdem Ecclesiæ, eis dedit, & per annulum suum super altare obtulit; qui ob hujus rei testimonium, juxta sigillum nostrum, est appensus; videlicet terram & nemus in foresta Insulæ-bonæ, sicut calceia diuidit, quæ protenditur ab Insula-bona ad S. Romanum, & indè per Oiseleriam & Rannes, & Ermeinvillam, & per Nouam-villam, & per magnam vallem vsque ad Bolebec; & indè per vallem vsque ad calceiam ante nominatam.

Concessimus etiam & confirmamus eidem Ecclesiæ S. Mariæ, & Monachis ejusdem loci, omnes eleemosynas, & donationes, & libertates eis factas, quorumcumque Donatorum fuerint: sicut cartæ & scripta Donatorum rationabilium testantur. Ex dono scilicet, Regis H. patris nostri, & Imperatricis Mathildis; Auiæ nostræ, vallem omnem, in qua fundata est Ecclesia, quæ est de Dominio nostro, inter insulam bonam & Bolebec: & in Foresta Fiscanni, totam terram, quam metæ ibi positæ designant. Et terram, & Boscum de paruo Becco, sicut diuisæ demonstrant; & in foresta Fiscanni, omnia aisiamenta sua, cum libertate pasnagij & pasturæ, & materiem lignorum ad ædificia facienda, & ad ignem, & cætera sibi necessaria: similiter in foresta Insulæ-bonæ. Ex Dono Comitis *Mellenti* totam Hayam de Lintot, cum omnibus pertinentijs suis & libertatibus, & sex millia Halectuum apud Pontem Aldemari, prima hebdomada Quadragesimæ: & duos hospites in eadem villa liberos, & quietos ab omni consuetudine, & vnum milliare Anguillarum apud Brionnam, ad Purificationem S. Mariæ: & quandam terram juxta forestam de Bolebec, & quietanciam per totam terram suam, ab omni consuetudine. Ex dono Comitis *Giffardi*, vnum pondus salis apud Loiram. Ex dono *Mathei* de Gerardivilla, vnum pondus salis in eadem villa. Ex dono Magistri *Roberti* de Butelles, vnam salinam apud Butelles. Ex dono *Roberti* Angeruilla, vnam salinam apud Girafreuillam. Ex dono *Richardi* de Molines, quasdam terras apud Girafreuillam. Ex dono *Vualteri* de Molines, campum de Porta, & campum de Aldebertot: & tenemen

tenementum trium hominum. Ex dono & venditione *Falcherij* & *Thomæ* Deſmaiſieres, & Vvillelmi Britonis, & Bernardi, & aliorum plurium, quaſdam terras, in territorio de Ginifreuilla. Ex dono *Richardi* de Goſcelin-Maiſnil, vnum hoſpitem apud Eſtenhus. Ex dono *Roberti* de Binevilla, totam terram, quam Robertus de Iuuenius dedit ei pro ſeruitio ſuo in vaſtatione foreſtæ Fiſcanni; quam donationem Robertus & Galfordus de Iunenin ſigillis ſuis confirmarunt. Ex dono *Simonis* Lothopeis, vnum hoſpitem apud Vvinemeruillam. Ex dono *Vvillelmi* Martel, & Simonis ſacerdotis, & Roberti de Bernonuilla, tres manſuras apud Eſtrutat. Ex dono *Laurentij* Archidiaconi, vnum maſnagium apud S. Viuianum. Ex dono *Richardi* de Vernam, paſſagium vini eorum, quietum apud Vernon. Ex dono Abbatis & Conuentus Sancti Petri Gemeticenſ. quietantiam per omnes portus ſuos Sequanæ ad proprios vſus. Ex dono Abbatis & Conuentus Fiſcanni, Decimas terrarum, quas monachi habent in foreſta Fiſcanni. Ex dono *Godardi* de Vallibus, quietantiam de Mercatu ſuo, ipſis, & hominibus eorum: & vnum maſagium apud Godaruillam. Ex dono Comitis Augi, Quietantiam, per totam terram ſuam. Ex dono Henrici de Nouo-Burgo, domum emptam à Teroldo Clerico. Ex dono *Thomæ* de Monte aureo, domum vnam, apud Pontem-Aldemari. Ex dono Roberti de Glocestria, vnum hoſpitem, & medietatem molendini apud Bolebeth. Ex dono Nicolai Porteſel, vnum maſnagium gloperout.

Præterea conceſſimus eis, & confirmamus omnes acquiſitiones & eleemoſynas, & libertates, quas juſtè & rationabiliter acquiſierunt. Quare volumus & firmiter præcipimus, quòd prædicta Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Voto, & monachi ejuſdem loci, hæc omnia prænominata habeant, & teneant bene, & in pace, liberè & quietè, plenariè & integrè & honorificè, in boſco & plano, in vijs & ſemitis in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viuarijs & ſtagnis, & piſcarijs, in moris & mariſcis, in Rebus & redditibus: homagijs & ſeruitijs, & releuijs, & in omnibus alijs rebus, & locis, ad eorum terras pertinentibus: cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis; Præcipimus etiam quòd prædicti monachi, & homines eorum & res ac poſſeſſiones eorum, ſint quieti de Telonio & pomagio, paſſagio & pedagio, paſnagio & ſummagio, & de modiatione vini, & de ſummonitionibus aſſiſæ, & de aſſiſis, & ſuper aſſiſis & aquagijs, & de Vvreth maris, & de inuentione in mari, & ſotagio, & carragio, & de Tallagijs, & auxilijs, & de exercitibus, & equitatibus, & de omnibus alijs ſæcularibus, exactionibus, & operibus ſeruilibus; & de omnibus rebus, quas quomodocumque emerunt, vel vendiderunt, vel deportare fecerunt in nundinis, & mercatibus, & in portubus maris, tam per terram, quàm per aquam, in omni loco poteſtatis noſtræ. Et prohibemus ne ponantur in placitum de aliquo tenementorum ſuorum, niſi coram nobis, vel coram capitali juſtitia noſtra. Teſtibus Vvaltero, Rothomagenſ. Archiepiſcopo, Ioanne Ebroicenſi Epiſcopo, H. Ceſtrenſi Epiſcopo, Richardo de Hulmet, Vvillelmo de Hulme, Coneſtabulario, Vvillelmo, filio Radulfi, Seneſchallo Norman. Vvillelmo Deſſors; Rogerius de Harecurt. Datum apud Rothomagum, per manum Vvillelmi de Longocampo, Elyenſis Epiſcopi, Cancellarij noſtri, 20. die Martij Regni noſtri anno primo.

Nos autem cartas prædictas, ac omnia & ſingula in eis contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis, & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus & approbamus, ac dilectis nobis in Chriſto, nunc Abbati & Conuentui B. Mariæ de Voto, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, concedimus & confirmamus: pro vt cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur: & pro vt ijdem Abbas, & Conuentus, & prædeceſſores ſui, donis & conceſſionibus in cartis prædictis contentis, & eorum quolibet hactenus rationabiliter vſi ſunt & gauiſi, in cujus rei teſtimoniũ, has litteras noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo; Apud caſtrum noſtrum Rothomagi, 29. die Ianuarij: Anno Regni noſtri VII. Ita ſignatum, per ipſum Regem Stopyndon. Ex Codice Maximo MS. fol. 82. & ſeq. Lutetiæ apud D. de Vyon *D. de Herouual*.

IX. Per id tempus regebat Ordinem Ciſtercienſem, Lambertus Abbas Ciſtertij, [g] qui nomine Abbatum totius eiuſdem Ordinis in capitulo generali coadunatorum, ſcripſit ea de re ad prefactam Imperatricem Mathildem: his verbis. *Dilectæ in Chriſto Dominæ*, Mathildi Imperatrici, & matri Regis Anglorum. L. Vocatus

[g] *Gallia Chriſtiana in Ciſtertio Abb. 1. Manriquez ſup. ad ann. 1159. cap. 5. 3. 5.*

Abbas de Cistertio, & totus Conuentus Abbatum Cistertiensis capituli, perpetuam in Domino salutem, cum orationibus. Quia transijt ad memoriam posterorum, scripturæ beneficio, quod ex processu temporis, antiquatur & senescit, tam sequentium, quàm præsentium, memoriæ alligare curauimus, quod assensu communi, & beneplacito omnium nostrum Abbatiam *de Voto*, sine omni controuersia, & retractatione, tam Abbatis *de Eleemosyna*, quàm Abbatis de *Bordesleia*, Abbati de *Mortuo-mari* concessimus, vestræ precis & voluntatis interuentu, ipsam concessionem confirmamus: &c. h

h Apud Codic. MS. Valaciæ.

Tandem & ipsa Augustissima Heroina piè obdormiuit in Domino: de qua sic loquitur Appendix Sigeberti. *Cùm adhuc* moraretur Rex in Britània, audiuit nuntium de morte matris suæ, Mathildis Imperatricis: decessit enim 4. idus Septembris Rothomagi, & sepulta est Becci. Thesauros infinitos pius filius distribuit Ecclesijs, Monasterijs, leprosis, & alijs pauperibus, pro anima illius. Fecit autem prædicta Imperatrix Monasterium de Voto, in Caletensi pago, juxta Villam-bonam: & posuit ibi monachos Cistertienses. i X.

i Chronica Norman. ann. 1166. Chronicon Cadomense ann. 1167. & Beccense. Robertus à Monte, sup. ann. 1168. Chronicon Gofernense, MS. eod. ann. 1168. Canalis, ann. 1167. sup.

Abbates huiusce Monasterij dinumerantur.

CAPVT III.

Horum Archimandritarum series petenda est vel maximè ex schedis, alijsque eiusdem cœnobij MS. monimentis, probatisve Auctoribus: quorum fideli relatione vtendum est nobis.

1. *Abbas Richardus de Blosseuilla ann. 1157.*

Hic cùm esset apud *Mortuum-mare*, Monasterium, conuersorum magistrum: electus est in primum Valaciæ Abbatem, ann. 1157. & Rothomagi benedictione confirmatus in festo S. Barnabæ Apostoli, possessionem accepit: præfuit autem annis 17. mensib. 4. Hugo, Rothomagensis Archiepiscopus, ann. 1162. confirmat omnia data huic Abbatiæ: litteræ incipiunt. *Nouerit vniuersitas vestra.* Idem egit Rotrodus, successor ipsius cuius diploma incipit. *Sancta mater Ecclesia.* a Anno 1165. ipsa Mathildis Imperatrix, hunc Abbatem, virum vtique industrium ad se vocatum, misit ad Alexandrum III. Papam Legatum, pro pace Angliæ, b iterumque ann. 1171. eundem ablegat ad ipsum Papam cum Episcopo Ebroicensi & Archidiacono Lexouiensi. c Iuuat in commendationem tanti viri, hic Epistolam referre Arnulphi, Lexouiensis Episcopi, ad Abbatem, Cistertij: qua graphicè & sincerè huiusce Richardi Abbatis memoria celebratur, sicque exoritur. *Duo Sacerdotes* Episcopatus nostri Arnoldus videlicet & Richardus, sæculo renuntiare disponentes, admonitione frequenti & studio fratris nostri Vvillelmi, nunc Abbatis de *Pinu*, ad venerabilem & religiosum virum, *Richardum*, Abbatem de *Valascia*, refutatis prius in manu nostra, quas possederant Ecclesijs, se & sua, deuotione promptissima contulerunt. Quorum nos deuotionem fauore debito prosequentes, intuitu Abbatis de *Valascia* (qui ob sinceræ Religionis, & industriæ suæ meritum, plurima nobis charitate deuinctus est) rationum obligationes, & cætera, quibus nobis tenebantur obnoxii, quoniam Officiales nostri fuerant, sine omni difficultate, remisimus, & eos in prædicto Monasterio Deo perpetuò seruituros, cum facultatibus suis, in manum Abbatis liberos, & absolutos consignauimus. Post modum verò cùm deuoti Monasterii, probationem ingressuri sperarentur, Abbas de *Pinu*, ad aliud voluntate deuocata, opus, cuius auctor prius vehementissimus extiterat, vehementiore studio dissuasit; objiciens, quòd vnus eorum, antequam etiam pubertatis annos, attigisset, sua persuasione, in Monasterio de Chalix, publicum Religionis votum solemniter nuncupauerat, promissione quoque adiecta, quòd eam non mutaret, nec reuocaret in posterum voluntatem. Qua occasione, prudentibus & religiosis viris plurimùm admirantibus, deuotum pariter

a Codex vetus MS. Valaciæ.

b Ex Epistola Sarisberiensi. 157. ad S. Thomam Cantuariensi. Menriquez sup. ad ann. 1165. cap. 1. §. 3. 4. & 5.

c Ibid. ann. 1171. cap. 2. §. 1. ex relatione Regij nuntij.

&

& indeuotum abduxit, cum ea proculdubio ratione; qua alterum extrahere nitebatur, alter in deuotionis suæ Monasterio perpetuò permittendus fuerat commorari. Porro Abbas de *Valascia*, vt potè vir longanimis, & multæ mansuetudinis, suas & Monasterij sui, vsque ad secundum vniuersitatis vestræ conuentum prosequi distulit iniurias; sperans profectò, siquid perperam actum est, sine subtergio reformandum, vbi nec excusatio veritatem impedit, nec cupiditas æquitatem. Ego verò, quod ad Ecclesiam meam pertinet, nulla dissimulare valeo ratione; quoniam vnus eorum, de quorum reuocatione tractatur, Arnoldus, videlicet librum quondam, quem Ecclesiæ suæ Parœchianorum collatio deuota contulerat, consilio & ministerio Abbatis *de Pinu*, pignori pro 4. libris Andegauensib. obligauit: quamuis ego sub anathemate prohibuissem ne idipsum faceret, vel quicquam de rebus Ecclesiæ, sine conscientia mea præsumeret asportare. Quoniam ergò sæpius commonitus, & requisitus, librum Ecclesiæ suæ non restituit; eum excommunicatum, & ab omni Sacerdotalis officij ministerio suspensum donec de sacrilegio satisfecerit, noueritis emigrasse. d

d *Epistolâ 63. Arnulphi Lexouiens. Epis. extat Tom. 12. Part. 2. Bibliothec. Patrum.*

2. Guillelmus ann. 1175.

II. Rexit ann. 7. Cui datur exemptio pro rebus sui Monasterij, à Ludouico Rege Franciæ per totum Regnum, ann. 1179. Actum Syluanectis: iterumque Parisius, ann. 1162. & 1182. e Testis adest ann. 1177. pro quadam compositione inter Abbates Vallis Richerij & Cadomensis f Præterea, *Anno verbi Incarnati* 1181. *Episcopatus Alexandri Papæ* XXII. *Rothroldi, Rothomagens. Archiepiscopi 16. tertio nonas Martij Dedicata est Ecclesia S. Mariæ de Voto, sita in territorio Rothomagensi, in honorem eiusd. genitricis Dei Mariæ, à D. Henrico Baiocensi Episcopo, assistentibus Episcopis, Richardo Abrincensi, & Rainaldo Bathoniensi, astante illustri Rege Anglorum Henrico, Mathildis Imperatricis filio, anno Regni sui 27.* Hæc testis oculatus. g Eodem anno sub Datum Syluanectis, Philippus Rex Franciæ, confirmat huic Abbatiæ, quæ pater suus Ludouicus Rex jam indulserat. Rexit ann. 7. postea Abbas Mortui-maris.

e *Ex Codic. MS. Valaciæ.*
f *Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.*
g *Robertus à Monte in Appendice ad Sigebertum ann. 1181.*
Gallia Christiana in ea Abbatia. Coluenerius. Tom 1. Calendar. B. Virg. Mar. die 5. Martij

3. Hugo, ann. 1180. seu 1182.

III. Gubernauit ann. 6. mensibus 5. Vrbanus III. Papa, Auctoritate Apostolica confirmat, tam donationes, quam exemptiones omnes. Controuersia adudum exorta inter monachos de Voto Valaciæ, & S. Nicasij de Mellento, super quarumdam vinearum decimatione, composita est ann. 1185. apud Rothomagum die S. Iouini: presentibus, Osberno, Abbate Becci; Hugone, Abbate de Voto, Eustachio, Priore Mellenti; Victore, Abbate S. Georgij; Guillelmo, Abbate Mortui-maris: Samsone, Priore S. Geruasij; & Guillelmo, Priore de Luremon.

4. Osmundus, ann. 1188. præfuit per annum.

5. Robertus, ann. 1189.

Per menses 8. Guillelmus, Abbas S. Nicolai de *Marchasio*, cum Conuentu, dat R. Abbati de Valacia, omnique Conuentui, quandam vineam. Porrò Richardus, Rex Angliæ, præfati Henrici filius, confirmat ipsis monachis, dotem, quam pater eius, in Dedicatione eiusdem Ecclesiæ eisdem, dederat, & per annulum suum super Altare obtulerat; insuper omnia confirmauit, quæ huc vsque prædecessores sui eidem Abbatiæ dederant; sub datum Rothomagi 20. Maij, ann. 1. Regni sui, testibus Vualthero, Rothomagensi Archiepiscopo, Ioanne, Ebroicensi Episcopo: &c. h

h *Ex Codic. MS. Valaciæ.*

6. Vincentius, ann. 1190.

IV. Vt summus Pontifex Innocentius III. sedem Apostolicam ascendit, ann. 1198. ad ipsum scripsit Bajocensis Antistes, certiorem eum reddens de rebus præfatis: *Reuerendo* Domino, & patri Sanctissimo, Innocentio, Dei gratia, summo Pontifici: Henricus, Dei miseratione, Baiocensis Ecclesiæ minister humilis, salutem, & debitam patri ac Domino, cum summa deuotione, reuerentiam. *Sciat paternitas ve-*

ftra & fanctitas, quòd cùm nos, prece Rotroldi, Rothomagensis Archiepiscopi, Ecclesiam S. Mariæ de *Voto* dedicassemus, ad instantiam nostram & precem, Henricus, bonæ memoriæ Rex Angliæ, dedit, & in dotem concessit monachis S. Mariæ *de Voto*, Forestam de *Bona-insula*; sicut Calceia, quæ est inter *Insulam bonam*, & *S. Romanum*, diuidit, vale. Anno verò sequenti: prænominatus Rex Richardus, eisdem monachis immunitatem dedit à teloneis & cæteris tributis: pro transitu rerum suarum, per omnes terras suas, sub Datum apud Rupem Andeliaci die 11. Decemb. anno Regni sui 10. testibus, Guillelmo *Tholonij*, Abrincensi Electo: Mangerio Archidiacono Ebroicensi, &c. Quam quidem exemptionem confirmauit eod. anno Ioannes, frater eius. Rex Angliæ apud Cadomum, die sexta Iulij, Regni sui ann. 1. testibus, Henrico, Bajocensi 5. Lexouiensi, Episcopis; &c.

Vvalterius, Rothomagensis Metropolitanus, confirmat eisdem monachis donationem eiusdem domus super Petrejam de Dieppa à Guillelmo de Marsigneio factam Item ann. 1201. 4. idus Decemb. apud Rothomagum, idem Archiepiscopus, & *Gaufridus* Abbas S. Audoeni, (quibus authoritate Innocentij III. Papæ, commissio & decisio causæ directa erat) composuerunt dissidium quoddam inter Abbatem *Vincentium*, & monachos de *Voto*, ex vna parte: & *Radulphum* Camerarium de *Tancarvilla*, super quibusdam iuribus suis. Anno verò 1203. Vvalterius, Archiepiscopus præfatus multa largitus est eisdem monachis: testibus Radulpho, Abbate de *Insula Dei*, Richardo Priore eiusdem domus; Rogerio de *Mala-palude*, & Roberto de *S. Nicolao*, Canonicis Rothomagens. Ecclesiæ. Datum apud Deuillam 6. idus April. Tum denique ann. 1192. G. de Vrsicampo, G. de Valle S. Mariæ, V. de Fremont Abbates, pacem componunt inter Abbatias *de Cornayo* & de *Voto*, super quibusdam iuribus suis. Testibus, Guillelmo *de Brolio*, & Guillelmo *de Mortuo-mari*, Abbatibus. Cùm autem Abbatiam 22. annis rexisset Vincentius, obijt. V.

7. Hugo 2. ann. 1212.

Præfuit ann. 5. mensib. 10. Robertus, Rothomagensis Archiepiscopus ann. 1297. nono Calend. Nouemb. confirmauit omnes donationes, quas habebant monachi de *Voto*, de Feodo Guillelmi de *Angervilla*, militis. Idem Archiepresul mandat omnibus Decanis, vt excommunicent furentes ligna nemoris Abbatiæ de *Voto*, ann. 1209. die martis proxima post festum S. Luciæ. Item confirmat Abbati de *Voto*, ius patronatus & præsentationem Capellæ S. *Amatoris* infirmorum, in eadem Ecclesia, inter Ille-bonam & *Bolbec*. Actum Rothomagi ann. 1216. secundo Calend. Iunij, iterumque confirmat 8. idus Iunij Sequentis. VI.

8. Guillelmus 2. ann. 1218.

Huic nullum tempus assignatur: vixit sub præfato Archiepiscopo Rothomagensi Roberto. Hic enim litem compescuit, quæ ex quadam pacificatione (ann. 1203. 4. idus Ianuar. coram Richardo *de Moyar* secundo *de Bernayo*, & Vincentio *de Voto*, Abbatibus,) exurrexerat inter Guillelmum, Abbatem de *Voto*, & Guillelmum Abbatem de *Bernayo*; propter nonnulla iura sua: testibus, Richardo, Abbate, de *Bello-beco*; Vvaltero, Abbate de *Mortuo mari*, Roberto, Abbate de *Valle-Richerij*, Victore Abbate de *S. Georgio*; &c. i

i *Ex præfato Codic. MS.*

9. Vitalis ann. 1218.

Rexit annis 4. Idem Archiepiscopus Rothomagens. ann. 1218. 19. Calend. Ianuar. apud Rothomagum, confirmauit compositionem factam per Abbates R. de *Bello-Becco*, I. de *Bello Prato*. P. *de Valle-Richerij*, super quadam controuersia inter Monasterium de Voto, & Guillelmum *Aguilon*, militem, & alios, propter quædam iura sua. Iterum ann. 1220. Calendis Iulij idem Metropolitanus componuit dissidium inter alios nonnullos circa iura prætensa apud *Normanuillam*. Fit Abbas Mortui-maris. VII.

De

10. *Richardus 2. ann. 1222.*

De Herefort, seu Herfordiensis, cognominatus, gubernauit, ann. 6. Theobaldus, Archiepiscopus Rothomagens. ann. 1222. confirmat Abbatiæ de Voto, donationem cuiusdam Mathildis *Lamathonese*, Rothomagi: item ann. 1227. post natiuitatem S. Ioannis Baptistæ Decano Caletensi mandat, vt excommunicet quosdam nominatim, impedientes Abbatem de Voto, à suis eleemosynis habendis. Item, eodem anno confirmat eidem Abbatiæ, quædam iura; apud Rothomagum, item extat littera eiusd. Archiepiscopi, ann. 1226. mense maio, super requisitione facta à Ludouico *Villechier*, clerico de omni iure, quod habebat in Ecclesia de Osberuilla, iuxta Insulam-bonam, in fauorem Abbatis de Voto. l l ibid.

11. *Guillelmus 3. Perier, ann. 1227.*

VIII De illo mentio habetur, ad ann. 1227. m tumque in littera Decani & capituli Rothomagensis pro pace composita, in fauorem *Albatiæ* de Voto, ann. 1230. nominatur Richardus Abbas *Mortui-maris*, & Guillelmus *de Voto*, n Gregorius IX. Papa litteras scripsit ad *Abbatem de Voto* & de Aggen (error est) & de *Vallemonte*, Abbates Rothomagensis Diœces. sub datum Laterani idibus Maij, Pontificatus ann. 8. o rexit ann. 8. mens. 10.

m Ibid. fol. 39.

n Ibid. fol. 38.

o Apud Monriquez sup.

12. *Ioannes de Lintot, ann. 1235.*

Præfuit ann. 12. sanctus Ludouicus IX. Rex Franciæ ann. 1238. mense Octobris apud Vincennam confirmat omnimodam exemptionem, pro rebus illius Abbatiæ. Petrus Rothomagensis Archiepiscopus, eod. anno die SS. martyrum Petri & Marcellini apud Rothomagum, confirmat Abbatiæ de Voto, donationem cuiusdom domus apud Pontem-Audomari, illis, à Roberto Comite Mellenti datæ: testibus Michaele Abbate de *Pratellis*, Roberto de *Harcourt*, Guillelmo de *Tibonuille*, Richardo le *Bigot*, Hugone de sancta Maria, &c. Idem Metropolitanus, ann. 1241. recipit Rodulphum Capellanum S. Amatoris, ad titulum eiusdem: ex parte Abbatis de Voto. Præterea, Petrus Abbas S. Mariæ de *Valemonte*, testatur ann. 1242. ab Abbatia sua quædam persoluenda esse Abbatiæ & monachis de *Voto*. p

p Ex Codice MS. Valaciæ.

IX. Denique & nostrates Rothomagenses, singulari pietate ducti erga ipsos monachos: scripserunt in fauorem ipsorum, ad viciniores communitates in hunc modum. *Maior Rothomagensis*, & Pares ciues; Majori de *Fiscanno*, & omnibus eiusdem villæ juratis; & majori *Monasterij Villaris*, & omnibus eiusdem villæ juratis: & omnibus Communijs de *Caleto* Rothomagens. communiæ juratis, salutem & dilectionem. Mandamus vobis, atque precamur, quatenus monachos de Valacia, & homines, & res, & possessiones eorum, pro Dei amore, & precum nostrarum interuentu, custodiatis, & manu teneatis, & protegatis, sicut res Dei, & Domini nostri Regis, & nostras proprias; & non permittatis, vt aliquis aliquam iniuriam eis, siue molestiam, in aliquo inferat: & si aliquid mali eis illatum fuerit, eis auxilium & consilium, tanquam nobis impendatis: & jura ipsius Ecclesiæ, sicut Carta Domini Regis Richardi testatur, firmiter teneri faciatis, valete. q

q Ibid. fol. 74.

X. *13. Guillelmus 4. de Ossonuilla, Rexit 17. ann. 7. mens.*

14. Richardus 3. de Lintot, ann. 27. seu 25.

15. Ioannes 2. de la Feuquiere, ann. 17.

16. Robertus 2. Fabri, ann. 13. mens. 6.

17. Richardus 4. Iuelin Quelin, mens. 7.

18. Mathæus Dobin, ann. 7. mens. 8.

Digitized by Google

19. Nicolaus Formentin, ann. 18. menſ. 2.

20. Nicolaus Baril, ann. 1. menſ. 3.

21. Guillelmus 5. Larde, ann. 24. menſ. 9.

22. Richardus 5. de Caſtellione, ann. 20. menſ. 10.

23. Robertus 3. de Buſiaco, Doctor, ann. 24. menſ. 1.

24. Guillelmus 6. la Mouſque, ann. 18. menſ. 6.

25. Nicolaus 2. Dauid, ann. 14. menſ. 4.

Memoratur ann. 1438. r Itemque ad 14. Calend. Nouemb. quo obijt. ſ

26. Guillelmus 7. Dauid, ann. 40. menſ. 6.

Qui Eccleſiam ab Anglis, ſolo penitus ad æquatam inſtaurare curauit.

27. Ioannes 3. le Minier, ann. 13.

Dat. ann. 1493. die 28. Septemb. litteram in fauorem Nicolai *Cacherat*, eiuſdem Abbatiæ Naucleri, vt poſſet in itinere benignè ab omnibus recipi.

r In Antiquitat. MS. Norman. pag. 111. Apud D. Bigot.
ſ In Obituario MS. Sylliaco.

28. Stephanus le Cauchois, menſ. 11. Intereſt Scacario, ann. 1497.

29. Ioannes 4. des Hayes, ann. 2.

30. Robertus 4. Nolant, ann. 5. ſeu 4. menſ. 10.

31. Petrus Boutren, ann. 33. obijt, ann. 1546. 19. Maij.

Doctor Theologus, Eccleſiæ ſtructuram abſoluit; cæteri ſunt Abbates Commendatarij: Nimirum Antonius Oliuier, Epiſcopus Dignienſis nominatur Abbas 1. Commendatarius Philippus Hurault Epiſcopus Carnotenſ. Alexander à Vindecino, magnus Prior Franciæ, eques Melitenſ. *Henricus* à Borbonio, Epiſcopus Metenſ. ann. 1533. Rothomagi, in degradatione cujuſdam Sacerdotis adſtant præſentes, Abbates de *Valacia*, *Gemetico*, *Cornevilla*, & *Vallemonte*. t *Apud Cartularium magnum Abbatiæ Fontanellæ, legitur. Litera concordiæ inter nos & Abbatem B. Mariæ de Voto pro his, quæ pertinent ad Baſſam juſtitiam Feodi*, au Martre. u

Anno 1474. ſuper contentione Prioratus *Vallis infirmorum*, inter Ioannem *Vitcoq*, & Robertum *Touſtain*, quibus D. Petrus le *Vauaſſeur* reſignauerat hunc Prioratum primo, Ioanni, deindè Roberto, præfatis; quare in Scacario, dictum fuit, quòd hujuſmodi Prioratus Gubernaretur ſub manu Regis, per Abbatem de Valacia, quem curia commiſerat huic negotio, onerando, hoc caſu, eius conſcientiam: vſquequo cauſa decideretur per curiam: interim verò his duo litigantes amendam ſoluerent. x

t Vide in Archiepiſcopo 81. Rothomag. cap. 153. §. 8.
u Sub Littera R. 1. Carta 13.
x Ex Compendioſa relatione Scacariorum, pag. 631. Apud D. Bigot, Senatorem Rothomagenſ.

Confirmatio omnium bonorum hujuſce Monaſterij, facta Richardo 1. Abbati.

Ego Rotrodus Dei gratia, Rothomagenſ. Archiepiſcopus, dilectis filijs Richardo Abbati de Voto, eiuſque fratribus Regularem vitam profeſſis in perpetuum, ſancta mater Eccleſia ſpiritu diſcretionis & gratiæ plena, humiles filios prouehit & exaltat; quæ quanto feruentiores in religione conſpicit, tantò eos chatius amplecti conſuluit. Ea propter dilectiſſimi filij, quia diſtrictiorem vitam Ciſtertij Ordinis ſtrenuè, vos tenere cognoſcimus, ſancti Patris noſtri Pap. Alexandri veſtigijs inhærentes, necnon & prædeceſſoris noſtri, piæ memoriæ Hugonis Archiepiſcopi, vos & veſtra, in quibus Diuino mancipati eſtis ſeruitio, ſub noſtra, & ſanctæ Rothomagenſ. Eccleſiæ protectione ſuſcipimus, & præſenti confirmatione communimus. Statuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſidetis, & deinceps, annuente Domino, acquirere poteritis: vobis, veſtriſque ſucceſſoribus firma & illibata permaneant in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Vallem ſcilicet ipſam, inter Inſulam-bonam & Bollebec, in qua monaſterium veſtrum à Mathildi Nobiliſſ. Imperatrice, filioque eius

eius illuſtri Rege Henrico, in honore ſanctæ Dei genitricis ſemperque Virg. Mariæ fundatum eſt, cum terra, quam vobis prædicta Imperatrix emit ab Stalix, vxore Februarij & filijs eius, pro 40. libris, Grangiam quoque de paruo Becco, cum omni terra, quam vobis ibidem Imperatrix & Rex dederunt, in Foreſta etiam Fiſcanni, totam terram & boſcum, quæ vobis ab ipſis collata ſunt, cum omni libertate, ſicut cartæ eorum teſtantur, & metæ ibidem poſitæ diuidunt: necnon & Decimas eiuſdem terræ, ab Henrico Abbate Fiſcanni, & conuentu S. Trinitatis, quæ juris ſui ſunt, vobis conceſſas, & ſcripto confirmatas. Ex dono etiam Gualeranni, Comitis Mellenti, & Roberti filii eius, totam Hayam de Lintot, cum omnibus appenditiis ſuis, viuens quoque apud Mellentum, tam de dono ipſorum, quàm ſuorum hominum. Præterea redditum ſalis, apud Cur..., ex dono Vualteri Comitis Giffardi, & quicquid ex aliorum fidelium donatione poſſidetis; ſicut cartæ donatorum teſtantur, vobis nihilominus confirmamus Halletum ſexmillia apud Pontem-Audomari, à Galeranno, Comite Mellenti, & Roberto filio eius, vobis data, & in prima ſeptima Quadrageſimæ reddenda. Capellam verò S. Marcelli cum proximis agris, ab Eccleſia Bernacenſi in excambio alterius terræ vobis datam, ſicut à prædeceſſore noſtro confirmatum eſt, nos quique confirmamus.

Si qua ergo Eccleſiaſtica ſæcularis-ve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam temerare præſumpſerit, vel veſtrum monaſterium ſuper iis vexare, fatigare tentauerit, indignationem Dei, & ſanctorum omnium ſe incurſurum ſciat: & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Domini alienus, niſi reſipuerit, remanebit, cunctis autem loco veſtro ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, & gratia per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. Ego Rotrodus Archiepiſcopus Rothomagenſ. Ego Rodulfus, Theſaurarius. Ego Herbertus, Canonicus. Ego Rainardus, Canonicus. Datum per manum Magiſtri Rainaldi Cancellarij, anno ab Incarnatione Domini 1168. 16. Calend. April. apud votum.

GRAVILLA.

Ann. circiter 1160.

Guillelmus Mallet, vir illuſtri nobilitate clarus, Fundator: hujuſce loci, cujus Priores notantur.

CAPVT I.

I. PAGVS eſt, ad ſemileucam diſtans à Portu gratiæ Vulgò *le Haure de Grace*: Municipio ad mare Oceanum, in extrema parte agri caltiacenſis, totius Neuſtriæ fortiſſimo, *D*iœceſis Rothomagenſis, Priſco nomine nuncupatur pagus ille *Girardi-villa*; nunc verò, per abbreuiationem, *Grauilla*, dicitur. Illic ab Antiquo veneratur S. *Honorina*, virgo & martyr, propter ſacrum eius corpus ibidem aſſeruatum: quod tamen poſtea, præ timore Normanicæ infeſtationis, *Confluentum*, à Lutetia Pariſiorum diſtans ſex millibus ad Occidentem (vbi Æſia & Sequana confluunt) oppidum: aſportatum eſt; cuius tempus ex vetuſto codic. MS. ita excerpſi. [a]

[a] *Vetus Codex MS Prioratus Grauillæ.*

II. *Anno ab Incarnatione Chriſti* 876. 907. ceu 908. ex inuerſis litteris. Carolo cognomente ſimplice Regni Francorum iura tenente, à Septentrionalis plagæ remotiſſimis locis, eam in partem Franciæ, quæ tunc temporis Neuſtria, nunc autem Normania nuncupatur; gens quædam ferociſſima aduenit, quæ gentili adhuc errore implicata, Domino Chriſto, vero Regi vita & moribus, erat prorſus contraria. Ipſo tamen permittente, & illius æqui populi exigentibus culpis, vrbes, villas, monaſteria, circumquaque Sequanæ littus, & in omnibus eiuſdem regionis partibus, conſtructa, à fundamentis diripiens, ignibus cremanda contradidit: quorum nefandiſſimis moribus, velut Agnus à lupis, cerua à canibus, gens aufugiens Chri-

ſtiana, per extraneas Prouincias, latebras quærendo, vagabatur. Sanctorum autem Reliquias, quas propria adhuc in ſede, recubans, pio affectu coluerat, ne à perfidis, & Chriſtianæ fidei aduerſarijs, repentè dehoneſtarentur, Religionis antiquæ, tot inter aduerſa haud immemor, ſecum deferens; pro vt Diuino placebat obtutui, per Franciam hoſpitabatur in locis. Vndè factum eſt, vt B. *Honorinæ* virg. ac martyris venerabile corpus, à vico, cui *Girardi-villa*, vocabulum eſt, in eo loco vicino mari, vbi Sequana finem facit, per honoratorum clericorum manus, fracto à capite ſacrophago, de terra leuatum, pago in Pariſienſi, caſtrum apud *Confluentium*, ego ſuſtentante, deportaretur, & in B. Dei genitricis Mariæ Eccleſia, inibi ab antiquo tempore conſtructa, Domino ſibi annuente, & ea quæ nunc oculis conſpicimus, omnia prouidente, hoſpitaretur. Deindè multa miracula illic facta cœlitus, præſertim in liberandis captiuis, deſcribuntur, quæ lubens pertranſeo.

Cùm verò omnipotens Deus, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuerſus viuat, gaudiumque maius ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, Angelis ineſſe perhibet, quàm ſuper iuſtis nonaginta nouem, quibus non opus eſt pœnitentia, gentis illius, ſuæ ditioni per baptiſmatis ablutionem colla ſubdidiſſet; & ſanctorum caterua deportantium manibus ſedes ad priſtinas remeaſſet, noluit hæc Beatiſſima Virgo ſanctæ martyris Domini amplius in terris carere, cujus eſt in cœlis fœlici juncta conſortio.

Cùm deinde Dominus Ieſus Chriſtus, vt quanti illa foret quidem meriti, quantæque virtutis, hujus Regionis hominibus, eius paſſionem ignorantibus, manifeſtaretur, magnas quidem ſuper ægrotantes, ſacratæ Martyris auxilium, fide ac deuotione deprecantes, cœpit oſtendere virtutes; reddebatur cæcis viſus, ſurdis auditus, loquela mutis, & oppreſſus quiſque ab ea, qua tenebatur infirmitate, Dono Diuino ſanus & incolumis efficiebatur. Tradunt equidem, & pro veritate affirmant, annis quampluribus tranſactis, cùm quadrupes ille, ſuper quem allata martyr fuerat corpore & ſtatu moreretur, corpuſque eius nudo ſub aere, ferino vel canino dente lacerandum, aliquantis diebus proiectum fuiſſet, omneſque pariter à tactu illius ieiuni manerent; hoc aſpicientibus & re ſuper tali valdè ſtupentibus, viſum fuiſſe, vt foſſa in humo abſconderetur, & ad tam magni miraculi monumentũ, eius de corio, Baſilicæ ianua à foris tegeretur. Quod ita geſtum eſt, & noſtrorum plurimi ſuperſtites, qui ſe ab antiquis, vel audiſſe, vel proprijs oculis adſpexiſſe ea, quæ narramus, certiſſimè proteſtantur.

Veniebat interea ſanctæ Virginis ſe commendatura precibus, & deprecatura ſuffragium, vtriuſque ſexus, & diuerſæ ætatis hominum copioſa multitudo veneranda, non ſolum à vicinis locis, verum etiam ab omnibus penè circumpoſitarum Prouinciarum vicis, vel oppidis, ita vt circa Monaſterium, & per cunctas plateas memorati caſtri, perpetuæ nundinæ viderentur, nec tantæ etiam multitudini capiendæ ſufficeret, creſcebat eius fama, apparebat virtus, rumpentibus hinc inde per Prouincias, circa incarceratos, compeditoſque, catenis, ferreis vinculis, manicis, ad Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Virginis inuocationem. Videres etenim de die in diem vinculatorum quamplurimos gratiarum actiones ſua pro liberatione, in Beatarum Reliquiarum præſentia reddere venientes, ſecumque ferri pondera nimia, quibus ante grauiter premebantur: Deo & ſuæ liberatrici præſentanda deferentes; ita vt in Eccleſia diuerſi generis vinculorum, ſicut & vſque hodie, non modicus cerneretur aceruus. Vir quidam nobilis generis, & ſecundum ſæculum non modicæ altitudinis, ingerandus de *Boua*, nomine, pater Thomæ de *Marla*, cæteros inter aduenieus; boiarum terna Paria, & quandam longiſſimam magnive ponderis catenam, quæ adhuc à nobis peregrinis offenſa ſeruatur, per miniſtrorum manus, quorum multitudine affluebat ſecum attulit. Cúmque oblatione facta, & Deo ſuper mirabilibus, quæ in ſancta operatur, gratiarum actione reddita; Beccenſis Monaſterij fratres, qui & dono, & permiſſu Comitis Bellimontenſis, *Iuonis* nomine, nuper illic aduenerant, conuocaſſet in vnum, omnibus palam hæc narrauit. Eram enim captus ab hoſtibus, qui nec circa tibias bojarum his tribus paribus, & hanc, quam videtis catenam ponderoſam collum ſecus onuſtum, quodam arcto & longo, & ſupra fundum erecto, depoſuerant in dolio; ita vt hæc catena, quoddam per foramen ſupradicti vaſis foras extracta, cuidam ſtipiti vicinum vltra parietem, ſtanti fortiter infigeretur. His enim oneribus grauiter de-

preſſus

preſſus, multis etiam inſuper deputatus excubijs, tota die & nocte, cum lachrymis & gemitu, Dei, & Beatæ *Honorinæ*, cujus ad me memoria delata fuerat, auxilium inuocabam; vt, quæ tantis in neceſſitate & anguſtia poſitis ſuccurrebat, mihi miſero infideli, iniuſto ac peccatori, ſua benignitate ſuccurrere dignaretur. Quid vltra? placuit Deo, & B. Virgini meis meriti minimi precibus aſſenſum præbere, nocte itaque ſequenti, cùm his intentus ſupplicationibus adfuiſſem, & ſopori ſeſe cuſtodes dediſſent, adſtitit mihi quædam ſpecioſa virgo clara cum luce, veſte candida, tali me affamine adloquens: Heu tu, inquit, homo, quid à me petis? quid tibi vis faciam? Ego enim cum eius placitum ipſa indicante, cognoui, omnem ei, quam patiebar anguſtiam, pro vt iuſſerat, ex ordine reuelaui. Tum, illa, ſurge, inquit, feſtinanter, quia te Domini gratia, ſuffragantibus meritis è tanta miſeria liberauit. Nec mora, à fundo dolii intrepidus proſiliui, à ſuo tenore, deficientibus vinculis pedum, à collo pariter & ligno, cui infixa erat, ignorantibus miniſtris, exiliente catena. Cùm verò hæc & multa alia, quæ enumerare per longum duximus, fratribus, ſuper his Deo gratias cum lachrymis referentibus, retuliſſet, ad propria remeauit, Dato Eccleſiæ vno de ſeruis ſuis, tota cum generatione ſua, qui in loco ſui, annis ſingulis locum dignis cum oblationibus viſitaret; quia præ multitudine hoſtium ſuorum, ſæpius *Confluentiam* aduenire non poſſe profitebatur. In illo tempore, quidam hujus caſtri vir nobilis, *Drogo* nomine, quamplures in carcere ſuo habebat homines vinculatos, Dei, & B. *Honorinæ*, quatenus à tot, & tantis, quas diu jam paſſi fuerant ſine cauſa, miſerijs releuarentur; tanta cum aſſiduitate auxilium deprecantes: quibus in prece perſiſtentibus, gratia Diuina non defuit. Ipſo ſedente ſupradicto *Drogone* omni cum familia ſua ad menſam, cuncti, præter vnum, de carcere exiere, ruptis cœleſti virtute ſingulorum vinculis, B. Virginis oratorium, laudes Deo pro liberatione ſua, cantaturi, celeri congreſſu depoſcentes; nec ab vllo conueſcentium, quos ante tranſibant, penitùs audiri, nec videri potuerunt. Cùmque in Eccleſiam fuiſſent ingreſſi, & tintinabulorum miraculo, grandiſonis vocibus, miles adhuc prandens exceptus fuiſſet, audito, quòd jam dicta martyr ſuos captiuos taliter liberaſſet, haud nihil contriſtatus, ad carcerem cucurrit, & vnum remanſiſſe inuenit, ſuos vt conſortes aſſequeretur, alacri cum voce præmonuit, reputans ei, vt potè diffidenti, quòd alijs diſcedentibus, ſolus ipſe remanſiſſet. Franciſcus Laberius Ieſuitus in menologio virginum, eam neuſtriam facit.

III. Porrò, illa Eccleſia (in quam tranſlatum eſt ejuſmodi ſanctæ Honorinæ corpus apud Confluentium) Comitis de *Bellomonte*, eam dono dederunt monachis Beccenſib. qua de re ita Chronicon Beccenſe ita loquitur. *Anno* 1080. Ino, Comes de Bellomonte, ſuper Iſaram, & Adelidis vxor eius, volentes Eccleſiam B. Honorinæ de Confluentio à Monachis Deo deſeruiri, dederunt eam, & omnia ad illam pertinentia Beccenſi Monaſterio, ſub libera poteſtate & Ordinatione Abbatum præfati cœnobij. Huic donationi Reuerendus Epiſcopus Pariſienſis, Goffridus, de cujus Parœchia, & beneficio eſt (vt ſemper mos eſt bonos benè actis fauere) cum Canonicis Eccleſiæ S. Mariæ Pariſienſis conſenſit, &c. Anno 1081. fundata eſt domus de Confluentio, ſub Dominio Abbatū Becci. Anno 1082. ceu 1083. Tranſlatio monachorum Becci, apud Confluentium commorantium, à veteri Eccleſia (quæ Capella dicitur) ad nouam Eccleſiam, cum corpore Sanctæ Honorinæ. [b] Ad eos autem Beccenſes Monachos ſcripſit S. Anſelmus, & ipſe adhuc Beccenſis Abbas, Epiſtol. 14. lib. 2. Tumque ann. 1250. *Die Dominica* ante feſtum S. Michaelis apud Confluentum, tranſlatum fuit corpus S. *Honorinæ*, in capſam Argenteam, tempore Roberti, Abbatis Becci, & Vvillelmi de Brethot, Prioris de Confluento, præſentibus Rothomagenſi Archiepiſcopo, & Epiſcopo Pariſienſi, vnà cum dictis Abbate & Priore, de licentia Innocentij IV. tunc Lugduni exiſtentis, & Regnante Ludouico IX. tunc in terra ſancta peregrinante, & Blanca matre, Regni moderamen habente. [c]

IV. Cùm ſacræ Reliquiæ hujuſce ſanctæ *Honorinæ* diuerſis in locis iacuerint: propterea feſtiua eius ſolemnitas variò modo annuntiatur apud ſacra diyptica Eccleſiaſtica. 27. Februar. Ita quippe Ioannes Molanus. *Eodem die, in Normania, B. Honorinæ, Virginis & Martyris.* [d] *Sic autem Philippus Ferrarius. Conflandi in Gallia S. Honorinæ, virginis & Martyris.* [e] At Andræas *Sauſſayus* rem clarius explicat. *Eodem die, Apud Pontem Iſaræ, in agri Pariſienſis & Normaniæ confinio, S. Honorinæ virginis & Martyris, &c.* [f]

b Chronicon Beccenſ. MS. ad ann. 1080. 1081. & 1083. Vide Ioan. Picar in notis ad lib. 2. Epiſtol. 14. S. Anſelmi Epiſcopi, Cantuarienſ. M. ſſonum in deſcriptione fluminum Galliæ, quæ Francia eſt: ubi de Confluentio.
c Chronicon paruum MS. Beccenſe ad ann. 1250.
d Molanus in Addition. ad Vſuard. 27. Februar.
e Ferrarius in Catalogo ſanctor. ad 27. Februar.
f In Martyrolog. Gallican. eod. die.

Corpore itaque sublato ipsius S. Honorinæ: remansit sepulchrum eius signis & miraculis etiam gloriosum, cunctisque fidelibus ad illud inuisendum vndique confluentibus, venerandum: vbi clerici prius Deo inseruiebant, postea verò Regulares Canonici sunt instituti, ac fundati, ab illustri Heroe, Guillelmo Malet: & Monasterium extructum. g Cuius quidem litteræ Fundationis hæ sunt. V.

Omnibus, ad quos præsens Carta peruenerit, Guillelmus, *Mallet*, de Girardivilla, salutem. Notum sit vobis, quòd cùm in Ecclesia S. Honorinæ, de Girardiuilla, Canonicos Regulares aggregassem, misertus paupertatis illorum, omnes Ecclesias terrarum mearum, tam in Normania, tam in Anglia, quæ ad donationem meam pertinent, illis donaui in perpetuam eleemosynam, liberè & quietè, sine omni reclamatione mei, vel hæredum meorum, possidendas &c. quæ confirmauit Vvalterus Archiepiscopus Rothomagens. ann. 1203. Nouemb. 3. Per alteram cartam, dedit illis alias terras: item postea, Ioannes *Mallet*, miles, & Dominus de *Girardivilla*, vnà cùm Ioanna, vxore sua, alia largitus est, ann. 1264. mense Nouembri: item, alter Ioannes *Mallet*, miles, Dominus de *Girardivilla*, cum vxore Anna nonnulla etiam dono dedit ann. 1345. die Dominica Pentecostes, 4. Iunij. h Item N. *Mallet*, Admiralij de *Grauilla*, ann. 1494: Meminit Rolliardus in historia Melodunensi pag. 576.

g *Pennetus lib. 2. Histor. Clericor. Canonicor. cap. 33. § 19. ex Archiuo S. Mariæ de Pace.*

h *In Archiuo MS. Codic. Prioratus de Grauilla.*

Hoc est Epitaphium Cordis illustriss. Heroi apud Grauillam.

Cy gist le Cœur de noble & puissant Seigneur, Pere & Zelateur de reformation & obseruance reguliere, Louys de Grauille, en son viuant Seigneur dudit lieu, de Marcoussis, de Boisbernay, & de Malherbes; Conseiller & Chambellan ordinaire du Roy, nostre Syre, & Admiral de France, qui trespassa le penultiesme d'Octobre l'an 1516. Priez Dieu pour luy.

Hic est, qui olim campanam magnam, librarum pondere, *666.* conflatam dedit Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagensi: quæ etiamnum extat in Turre Pyramidali ad eiusdem Templi medium: cuius meminit Quercetanus lib. 7. Antiquit. vrbium Franc. cap. 2. pag. *969.* Huic etiam dicauit Ioannes Raulinus, *itinerarum Paradisi*, seu, conciones de pœnitentia. Ioannes Sangelasius, in historia Ludouici XII. Regis Franc. pag. 63. & seq. passim meminit ipsius Domini de *Grauilla*.

Antiqua, nobilissimaque extitit familia *Mallet*: nam in Catalogo nobilium, qui immediatè prædia à Guillelmo Angliæ Rege Conquestore tenuerunt: ex censuali Angliæ libro, quem ipse Conquæstor, anno Regni sui 20. id est Christi 1086. confici iussit: nominatur *Robertus Malet*. i Non minus illustris euasit Domus *de Romara*, vti constat ex *Orderico*. l Ex qua prodijt Guillelmus, Comes de *Romara*; cuius vxor Philippa de *Romara*, filia Ioannis, quondam Comitis Alenconiensis, ann. 1214. mense Augusto, Capellam D. Virginis Mariæ *de Salla*, in Parœchia S. Crucis de Monte acuto in Constantiensi agro, propè *Vallonias*, à se fundatam, dedit ipsis Religiosis *de Grauilla*. Item alia multa eisdem contulit. m VI.

i *Extat apud Quercetanum. in Normaniæ scriptorum Antiquorum serie. pag. 1189.*

l *Ordericus lib. 12. histor. Ecclesi. ad an. 1118. & 1127.*

Vvalterius Rothomagensis Archiepiscopus, dat eisdem Ecclesiam S. Saluatoris de Campania, (quæ distat tribus leucis) cum omnibus pertinentijs ann. 1200. donationi capitulum Rothomagense consensit. Constantiensis Antistes ann. 1214. cõfirmat donationẽ præfatæ Heroinæ Philippæ *de Romara*, in hunc modũ. *Henricus, Dei gratia, Constantiensis Ecclesiæ, minister humilis, & eiusdem Ecclesiæ capitulum dilectis in Christo, Priori & Canonicis S. Honorinæ de Gerardi-villa, salutem in Domino. Iusta petentium desideria, vtili effectu prosequente, complenda sunt, &c. sub* B. *Mariæ, & nostra protectione suscipimus: vobisque, & Canonicis vestris, qui in prædicto loco, de Monte acuto, sub Regula B. Augustini, Diuino mancipabuntur obsequio, &c. eod. anno.* VII.

m *Ex Codic. MS. Prioratus de Grauilla.*

Porrò, ann. 1226. mense Iulio, compositio pro Ecclesia de *Fontibus Maleti*, inter Religiosos *de Grauilla* & sanctimoniales Montis-villarienses, facta est, per Theobaldum, Rothomagensem Archiepiscopum. Odo item, Archiepiscopus Rothomagens. ann. 1251. die luuæ ante Assumptionem B. Mariæ Virg. Compositionem factam (ratione electionis Prioris Monasterij *de Grauilla*) inter Priores sanctæ

Barbaræ,

Barbaræ, & S. Honorinæ *de Granilla* eod. anno, die Sabbathi ante festum B. Mariæ Magdalenæ.

Aymericus, Archiepiscopus Rothomag. ann. 1340. dat testimonium, super amissionem, (quæ acciderat) Reliquiarum & vasorum, apud S. Saluatorem *de Campania*. Datum apud Rothomagum die lunæ, post Pascha. Guillelmus quoque Archiepiscopus modum & pacem ponit, in eodem Monasterio de *Granilla*, super electione noui prioris ann. 1393. 2. Nouemb. indictione 2. Item, dat licentiam eligendi priorem 14. Nouemb. eod. anno & ann. 1399. 28. Augusti agit visitationem in eo Prioratu. [m]

ABBATIA DE LONGIS.

Ann. 1165.

Henricus Vvat vir nobilis, Fundator: & Abbates describuntur.

CAPVT I.

NVNCVPATVR hoc Cœnobium S. Mariæ de Longis, de *Longues*; vernacula lingua, Ordinis S. Benedicti, Bajocensis: [a] distat quippe vna leuca ab ipsa vrbe Bajoca, versus mare Oceanum: cuius Fundator inclytus, extitit ann. 1165. vir illustris, Hugo Vvat; cuius chartam exhibemus. *Vniuersis* sanctæ Ecclesiæ filijs, Hugo Vvat, salutem in Domino. *Notum sit* omnibus tam præsentibus, quàm futuris, me dedisse, & in perpetuam eleemosynam confirmasse, Ecclesiæ B. Mariæ de Longis, (quam ego ipse in Abbatiam fundaui, pro salute animarum patris & matris meæ, & prædecessorum meorum, & pro remissione peccatorum meorum, & pro animabus Balduini, filij Gisleberti; & Emmæ, filiæ eius, vxoris meæ; & pro salute liberorum meorum, Balduini & Gaufridi; & aliorum, & omnium amicorum meorum, viuorum & mortuorum,) locum ipsum, in quo Abbatia Fundata est; & duas garbas decimæ totius Parœchiæ de Longis: quas prædecessores mei, & ego, habueramus in Dominio. Præterea, virgultum, & mensuram, quam ego emi de Hugone Rufo, ante portam Abbatiæ, & culturam meam de *Transuersana*, & culturam meam *de Lonna*, integrè, & culturam de *Faberillis*, & Landam *de Longis*; & molinum, quem pater meus fecit, & viuarium cum molta totius villæ de Longis. Concedo etiam, quod si pauperes isti Monachi in prædicta Ecclesia Deo seruientes, voluerint facere molinum ad magnum viuarium, habeant illum integrè, salua tamen mihi captura piscium. Adhæc, cōcedo eisdem decimam molini mei de S. Gabriele, & decimam denariorum de censis, & Decimam molini de Rebercil, & partem prati ante molinum; & meam partem molini de *Ronceta*, integrè, ad luminare Ecclesiæ, & acram terræ, ... ad emendum incensum; & apud Petinillam, triginta solidos de duabus garbis feodi mei, & terram, quam pater meus habuit in insula de Gherneui; & decem libras, ad vestimenta mōachorū, singulis ānis de camera mea, donec ego, aut hæres meus, in redditibus terrarū, aut decimarum, illas decem libras prædictis fratribus stabiliero: Hoc autem factū est, anno ab Incarnatione Domini 1168. consilio & assensu venerabilis patris nostri, Henrici, Bajocensis Episcopi, in cuius manu omnia supradicta deposuimus & resignauimus; nihil in omnibus istis retinendo terreni iuris illius: Domini solam expectans remunerationem, qui solus est remunerator omnium bonorum. Teste ipso Henrico,

[a] *Gallia Christiana in Episcopis Bajocens. & in Abbatijs.*

Episcopo: Hunfrido Boue, Thoma Archidiacono; Gautero, fratre Episcopi; Rogero de Arreyo, &c. Henrico Succentore, Rogerio Vvat, Raynulpho de Longis, Rogerio Britone, Hamore Pincerna. Hanc postea confirmauit chartam Henrieus, Rex Angliæ, Dux Normanniæ: &c. [b] Cuius copiam damus ex originali excerptam.

[b] Ex Cartulario MS Abbatiæ de Longis.

Henricus Dei gratia Rex Anglorum, & Dux Normaniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauensis, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Iustitiarijs, Vice-comitibus, & omnibus Bailliuis, & fidelibus suis salutem.

Sciatis me concessisse, & præsenti carte confirmasse Ecclesiæ B. Mariæ de Longis, & monachis ibidem Deo Seruientibus, omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas, & cartis donatorum confirmatas. Ex dono meo, medietatem Ecclesiæ S. Hilarij de Paruauilla habendam in liberam eleemosynam, cum omnibus pertinentijs suis, & terram de Pupeuilla, quam Radulphus Druel tenuit ex dono Hugonis Vva, & Balduini filijs sui; Locum ipsum in quo Abbatia de Longis Fundata est, cum Virgultis & Viuarijs adiacentibus, & molendina cum alijs rebus ad eundem locum pertinentibus: & Ecclesiam de Feodo prædicti Hugonis, in Normania, scilicet, Ecclesiam de Longis, & Ecclesiam de Rebercil, & medietatem Ecclesiæ S. Hilarij de Paruauilla, Ecclesiam de Esnegeouilla; & culturam de Transuersana, & culturam de Louia, & culturam de Faberilis, & Landam de Longis, & decimam molendini de S. Gabriele, & denariorum suorum censuariorum eiusdem villæ, & furuum de Longis, & decimam denariorum de censis, & decimam molendini de Rebercil, & partem suam molendini de Runchesa, & vnam acram terræ ad campum & terram de Gernerui, quam habuit Gaufridus Vua: & mansuram Girardi, cum cõmuni pasturavillæ. Ex dono Guillelmi Pajenelli & Alienoris vxoris suæ, medietatem Ecclesiæ de Ria; Ex dono Guillelmi de Aremancia, & Guillelmi & Henrici de Gracio Ecclesiam de Aremancia: ex dono Aluedi de Solmedio, & Reg. de Marenneio, Ecclesiam de Marenneio, ex dono Guillelmi de Argerne, & Adæ, vxoris suæ, medietatem Ecclesiæ de Casteillum. Ex dono Hamonis Pincernæ, Ecclesiam de Maupertuis, & vnam acram terræ alodij apud Bajocas, & duas garbas decimæ de feodo suo Manvez; & decimam molendini eiusd. villæ: & decimam de Cuseio de feodo Gilberti de Monfichet. Ex dono Guillelmi de Humetis, & Richardi filij sui, octo sextaria hordei in molendinis de vastra riparia, & vnum sextarium frumenti in redditu suo de Maisio. Ex dono Philippi de Columberijs vnum modium frumenti, de decimis suis, & piscariam de furco aquæ. Ex dono Guillelmi de Mag. Comitis Essex, dimidium modium frumenti, & dimidium hordei in molendino suo de Reiuer. Ex dono Philippi de Croleio, vnam mansuram in Croleio ante portam castelli sui, & tres acras terræ, & tres virgatas, & tenamentum Martini Clerici de Viana apud manerium. Ex dono Guillelmi de Romana tres sextarios frumenti & tres hordei in suo molendino Bernardi apud ver. Ex dono Rogerij Germ. pratum suum de Ponte Auluij, & terram suam, quæ ibi est, vsque ad viam, quæ vadit ad perrum, & duas partes Decimæ molendini sui & pasturam ad centum oues, in terra sua de Videuilla, & ad 20. animalia, & ad quatuor equos.

Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicta Abbatia de Longis, & monachi in ea Deo seruientes omnia supradicta habeant & teneant ad liberam & perpetuam eleemosynam, benè & in pace, liberè, integrè & plenariè, & honorificè in Ecclesijs, & decimis, in terris & redditibus, in bosco & plano, in pratis & Pasturis, in aquis & molendinis, in Viuarijs, & stagnis, in virgultis, in vijs, semitis, & in omnibus alijs locis, & alijs rebus, ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, sicut cartæ donatorum testantur. Testibus Guillelmo Rothomagensi Archiepiscopo, Henrico Bajocensi, Guillelmo Constantiens. I. Ebroicensi Episcopis, & quatuor Abbatibus de Cadomis, & de Ceresiaco, Guillelmo de Humeto Constabulari, Guillelmo filio Radulphi Senescallo Normaniæ, & alijs multis. Dotem præfati cœnobij auxere idem suis beneficijs suis, Fundatoris filius Balduinus, Ioanna de Corrigijs vxor Radulphi, Samsonis militis,

quæ

quæ conceſſit monachis S. Mariæ de Longis apud Catenam morantibus jus patronatus S. Hilarij. Horum itaque Fundatorum nimirum Hugonis, & Balduini, filij eius, memoratur obitus, Calendis Februarij: his verbis. *Hugo & Balduinus Vuat, Fundatores, de Longis.*[c]

II. Porrò, huiuſce aſceterij Archimandritæ hoc ordine à nobis recenſentur.

1. *Guillelmus.*

Hic Primarius Cœnobiarcha extitit: vti conſtat ex Necrologio illius domus: quo obitus eius notatur, 15. Calend. Ianuar. *Guillelmus, Abbas primus de Longis.*[d]

2. *Fulco.*

Dicitur etiam primus Abbas de Longis: (ſed mendum irrepſit ex inſcitia amanuarij,) tertio nonas Maij.[e]

3. *Martinus.*

Conueniunt ad inuicem Robertus, Abbas S. Andrææ *de Goffer*: & ipſe Martinus Abbas de Longis, anno 1207. Quo tempore, Guillelmus, Prior S. Vigoris Bajocenſis, chartam manu ſignat, ſuper demiſſione Capellæ de *Fumichon*, in fauorem Abbatis de Longis, anno ſequenti, ſcilicet, 1208. Carta confecta, ſuper controuerſia S. Albini de Vallibus ſuper *Aurea*, coram Roberto, Epiſcopo Bajocenſi, inter D. 5. Abbatem S. Seueri, & Martinum, Abbatem de Longis:[f] Tum ann. 1215. idem Martinus Abbas, teſtis eſt in confirmatione Epiſcopi Sagienſis, pro Abbatia Lyrenſi.[g] Tandem moritur 5. Calend. Iunij.[h]

4. *Petrus, ann. 1245.*[i]

III. Interfuit capitulo generali nationali ordinis Benedictini apud Hambeyam, Abbatiam inclytam, Diœceſ. Conſtantienſ. cuius ſtatuta conſcripta adhuc proſtant ſub datum, ann. 1248.[l] diem clauſit extremum 17. Calend. Ianuar.[m]

5. *Iuſtinus, obijt 14. Calend. Auguſt.*

6. *Martinus 2. Electus, migrauit à ſæculo 7. Calend. Aug.*

7. *Hamon, exceßit è vita 6. Calend. Auguſt.*[n]

8. *Thomas, mundo valedixit 4. idus Ianuarij: ann. 1306.*[o]

9. *Rogerus.*[p] 10. *Ranulphus.*[q]

11. *Ioannes.*

Anno 1340. Spiritum Deo reddidit, ann. 1361. ſeptimo Calend. Octobris.[r]

12. *Guillelmus 2.*

Abijt in cœlum, ann. 1364. vndecimo Calend. Iulij.[ſ]

13. *Nicolaus.*

Efflauit animam 14. Calend. Septemb. ann. 1372.

14. *Alanus.*

Ann. 1399. intereſt Scacario Norman. deindè nominatur ann. 1416. & 1419. quo obijt 9. Calendas Iunij.

15. *Alanus des Roches 2. moritur ann. 1455. idibus Septemb.*

16. *Laurentius le Clerc.*

IV. Verùm, cùm poſtea Richardus *Sabine* Abbas de Ceraſeyo, ceſſiſſet in manu Papæ, ann. 1472. ſucceſſit illi in Abbatem Ceraſeyenſem, vulgò *Cerisy*, ipſe Laurentius: qui viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt 6. Calend. Februar.[t]

17. *Richardus Sabine.*

Ex præfata permutatione, ann. 1472. ſed Ceraſeyum reuertens ann. 1473. illic

c *Apud Obituarium MS. Abbatiæ de Longis, 1. Februar.*

d *Ibid. 18. Decemb.*

e *Ibid. 5. Maij.*

f *Cartularium de Longis.*

g *Ex Archiuo Abbat. Lyræ, in confirmation. Epiſcop. Sagienſ. Carta 11.*

h *Obituarium Longienſ. 28. Maij.*

i *In Codice MS. nigro Eccleſ. Cathedral. Bajocenſ. fol. 80.*

l *In Archiuo Hambeyenſi, & Longenſi.*

m *Obituarium Longenſe 16 Decemb.*

n *Ibid. 19. 26. & 27. Iulij.*

o *Ibid. 10. Ianuar. Item Necrologium Fratrum Minor. Bajocenſ.*

p *Obituarium Longenſ. 19 Iulij & 17. Nouemb.*

q *Ibid. 2. Auguſt.*

r *Ibid. 24. Septemb. Item, in Cartulario.*

ſ *Obituarium Longenſe 21. Iunij & 10. Septemb.*

t *Ibid. 19. Auguſt. 24. Maij 13. Septemb. & 27. Ianuar. Item, in Cartulario Longenſ.*

Digitized by Google

appositus est ad patres suos, 12. Calend. Ianuar. sepultus in Capella Virg. Mariæ. [u] cui successit.

u Ibid. in Obituario & Cartulario Longensi & Cerasiensi.

18. *Thomas 2. du Iardin.*

Memoratur ann. 1480. ac demùm resignata Abbatia in manu summi Pontificis prouidit de ea, atque ab ipso nominatus est alius: ipse interim Thomas vixit vsque ad ann. 1510. quo in fata concessit, 3. idus Septembris.

19. *Ioannes 2.*

A summo Pontifice, vt præfertur, nominatur Abbas ann. 1504. quo, Renatus de Prye, Bajocensis Episcopus, dat facultatem benedicendi ipsum Ioannem *Ouëase*: in Abbatem de Longis: quod & factum est in Capella S. Vigoris, iuxta Bajocas, præsentibus Ludouico, Abbate Troarnensi; & Ioanne, Abbate de Fontaneto. Eo autem mortuo ann. 1516. octauo idus Augusti. [x] Excidit à Regularibus Cœnobiarchis.

x Ex Cartulario & Obituario Longensi 11. Septemb. & 6. August.

20. *Ioannes 3. d'Allongny.* V.

Fit Abbas Commendatarius: vsque ad ann. 1527. quo vitæ finem accepit.

21. *Oliuarius à S. Iuliana, ann. 1528.*

22. *Ioannes 4.*

Anno 1533. Ex cuius postea resignatione, frater ipsius, instituitur Abbas.

23. *Antonius de Marcillac.*

Vir nobilis, Decanus Rothomagensis, ann. 1558. [y]

y Ex schedis Longens.

24. *Ioachimus Thiboult.*

Et ipse Religiosus professus, Abbas legitur, ann. 1565. ex resignatione præfati Antonij: quamquidem Abbatiam rexit vsque ad ann. 1570. quo eam alteri resignauit: ac demùm obijt 4. nonas Iulij, ann. 1596.

25. *Ludouicus Houël.*

Anno 1570. ex resignatione Ioachimi; qui è viuis sublatus est pridie Calendas Iunij, ann. 1616. cùm jam resignasset Abbatiam cuidam Thomæ: sed eo defuncto, ann. 1610. resignauit iterum Oliuerio *le Coq.*

26. *Oliuerius le Coq, mortuus ann. 1629.*

27. *Ioannes 5. de Tulley 1608. Episcopus Arausiensis 1630.*

28. *Ioannes 6.*

Vincentius de Tulley, Episcopus Arausiensis 1632. [z] nepos superioris & coadiutor factus, ann. 1637. Episc. Vaurensis 1646.

Taxatur ad 200. Florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ. [aa] Prioratus autem dependentes ab hac Abbatia: hi sequuntur: De monte Arnulfo. De Becrolis. De Fumichon. Diœces. Bajocens. de Catena. Diœces. Sagiens. VI.

z Ibid. & Obituario 4. Iulij & 9. Maij.
aa Gallia Christiana sup.

VALLIS.

Digitized by Google

VALLISMONS,

ANN. 1169.

GALLICÈ. VALLEMONT.

Fundatur à Nicolao de Stoteuilla, insigni Heroe: cuius posteritas istud Asceterium polyandrion sibi fecit: quidam Abbates notantur.

CAPVT I.

I. QVIDAM nimis anxiè disceptant, super Etimologia nominis huiusce Abbatiæ dùm ab illis, *Vallidus-mons*, seu de *Vallomonte*: *Mons-Gallicus*, ceu *Vvallo-mons*, vel *Gallomons*; non à valle sed à Gallo, diuersimodè nuncupatur: sed quicquid sit de huiuscemodi omonynia; conueniunt omnes Gallicè appellari, *Vallemont*. Illic igitur consurgit Monasterium, Ordinis S. Benedicti, in agro Caletensi Diœcesis Rothomagensis, quatuor leucis à Fiscano dissitum: [a] ex quo *Theuetus erroris* arguitur, aliò reponens, nempe in confinio Diœcesf. Constantiensf. & Abrincensf. [b] Circa cuius Fundationis tempus haud est omnium eadem sententia. *Anno* 1159. (inquit Chronica Normaniæ) *Fundata est Ecclesia de Vallomonte* à Nicolao de Estouteuilla, ann. verò 1173. dedicata est Ecclesia de Vallomonte. [c] Sanè hæc Chronica multùm recedit à vera & communi annorum epocha: vti scitè animaduertit ipse *Quercetanus*, qui primò illam prœlo cudendam dedit. Quare loco, ann. 1159. ponendus est annus 1169. quod rectè præstitit Arboretanus Episcopus. [d]

II. Quantum verò spectat ad Dedicationem eiusdem ædis sacræ: non minor exoritur difficultas, chronica præfata vult peractam fuisse ann. 1173. Præsul autem Arboricensis ann. 1170. *Vvallemontensis Ecclesia* (inquit) *aliàs Gallomontensis seu Mons-Gallicus, initium accepit, authore & Fundatore Nicolao Destoteuillo, circiter annum Domini 1169. quam anno reuoluto, eius frater, Robertus Destoteuillus, Rothomagensis Archiepiscopus, die S. Michaelis sacrauit ac dedicauit.* [e] Quod iam antea testatum reliquerat, agens, de Ludouico *Stoteuillo*, & Ioanna *Paganella*, Hambeyensis castri hærede vnica, ac vltima eius consorte; in hunc modum. *Visitur hodiè* in Hambiensi cœnobio, vtriusque, Ludouici, inquam, & Ioannæ, vetus monumentum: etiam si alijs quibusdam in locis sui memoriam reliquerit illustris illa familia: vt pote, in Caletensi Templo, apud Validum Montem, Gallicè, *Vallemont*, aut certè rectiùs, Valdèmons, quasi dicas, *Validemons*. Nam & hoc ipsum cœnobiũ vnus ex Atauis à Fundamentis extruxerat, multisque auxerat opibus, Nicolaus d'Estoteuillus, extructum anno reuoluto in augurandum curauit, ope, & opera fratris sui, Roberti d'Estoteuilli, Rothomagensis Archipræsulis: & hinc magna pars eorum, eò loci, sibi delegit sepulturam: nisi quod Aliza, ceu Elisabetha, vnà cum Bertrando, coniuge, apud Bellomontem in Algia, cœnobium à d'Estoteuillis Fundatum & auctum, locum sibi sepulturæ delegit. [f] Quibus in verbis, miror tanti viri, doctrina & peritia clarissimi, lapsum & inscitiam. Quis enim vnquam legit, aut reperit apud historicos & chronologos, aliquem Robertum à *Stoteuilla*, maximè eo tempore, quod assignat, Ecclesiæ Metropolitanæ præfuisse Rothomagensi? sed etiam ipso teste, nullus tali nomine insignitus, continetur in serie eorumdem Archiepiscoporum, à se conscripta. [g] Non me latet, vnum ex ea gente progenitum, ad huiusmodi Archiepiscopatum euectum esse ann. 1452. sed *Guillelmus*, non Robertus nuncupatus conspicitur: Quapropter rem alio clarius explicans, ait huiusmodi dedicationem factam esse

a *Gallia Christiana in Abbat.*
b *Theuetus Tom. 2. Cosmograph. lib. 15. cap. 10.*
c *Chronico Normaniæ Latino ad ann. 1159 & 1173.* *Quercetanus. Ibid. in margine ad ann. 1211.*
d *Canalis. Tom. 5. Hierarchiæ Ecclesf. Neustriæ in ea Abbat. & Antiquitates MSS. Normaniæ pag. 142.* *Lumeneus in Antiquis notis nobilitat. Belnacensf. pag. 635. verb. Estouteuilla.*
e *Ibid. Canalis.*
f *Idem. De Re Gallica. lib. 2. Periocha 5.*
g *Idem. Tom. 5. Hierarchia. sup.*

cura & solicitudine Roberti successoris sui, non verò Archiepiscopi. h

Igitur, eo in Monasterio sepulti recensentur, quorum memoria sic agitur. i Ni- IV.
colaus de *Stouteuilla*, fundauit, ann. 1112. obijt ann. 1120. N. Ecclesiasticus, Do-
ctor iuris circa ann. 1300. Robertus de *Stoteuilla*; Margarita de *Hotot* eius (vt credo) vxor, obijt, ann. 1330. I. Nouemb. Ludouicus de *Stouteuilla*, ann. 1415. obijt 1437. Robertus de *Stoutevilla* cuius vxor Margarita à Mont-morentio: cuius filia Maria vxor fuit Rogerij de Breauté: Louuetus in notis Antiq. nobilit. Beluacens. in Bruauté. Iacobus de *Stouteuilla*, obijt, ann. 1489. eius vxor Ludouica *Albret*, obijt ann. 1494. Guillelmus de *Stouteuilla*, super cuius Tumbam legitur exaratum,

Vir iste misericordiæ, cuius pietas non defuit, ann. 1516.

Obijt 1558. 28. Iunij. De eadem genealogia videatur *Cœnalis*, Tom. 2. sup. Franciscus Borbonius, Comes S. Pauli, Dux Stoteuillanus, & Prorex in Delphinatu, obijt 1. Septemb. ann. 1545. ibidem sepultus. Item Franciscus à Borbonio, filius eius, etiam Prorex 4. Octob. ann. 1546. mortuus. l

Porrò, ea familia de *Stoteuilla* illustris, antiqua, & celebris semper fuit habita, & qui ex ea prodierint viri strenui, fortes, potentes, ac inter præcipuos totius Neustriæ & Angliæ optimates & proceres recensentur. Meminit *Ordericus*, Roberti de *Stoteuilla*, ad ann. 1080. qui tunc præsens adfuit in quadam donatione Abbatiæ Vticensi facta: m partes Roberti 2. Ducis Normaniæ semper tutatus est. *Robertus de Stoteuilla* (inquit) *vir fortis & potens, Duci admodum fauebat: & familias eius, ac munitiones, in Caletensi Regione prouidebat.* n Hic genuit, filium, suo nomine *Robertum*; & filiam, *Emmam*, vxorem Roberti de *Grentemaisnilli* Vice-comitis Legrecestriæ, præsidisque Guentoniensis in Anglia. o Robertus verò iuuenis de *Stoteuilla*, eiusdem Ducis Normanniæ causam suscepit aduersus Henricum I. Angliæ Regem, apud castrum Diuense: à quo tamen captus est ann. 1106. sed postea dimissus, iterum pro eodem Duce, eidem Rege Bellum instaurauit, qui rursus captus, in Angliam est abductus, & perenni ergastulo condemnatus. p Præterea memoratur *Nicolaus* de Stoteuilla: ad ann. 1215. & 1216. q Item, ann. 1241. migrauit ad Dominum, *Eustachius de Stoteuilla, cui successit in hereditatem, vxor Hugonis Vvaci.* r

Qui autem Abbates huic cœnobio præfuerint, nobis adhuc est incompertum. V.
Summus Pontifex, Gregorius IX. litteras scripsit ad Abbatem *de Voto*, & de *Aggen*, & de Vallemonte: sub datum Laterani, idibus Maij, Pontificatus sui ann. 8. hoc est circa ann. Christi 1235. s Item, *Petrus* Abbas S. Mariæ de Vallemonte, testatur ann. 1242. ab Abbatia sua, quædam persoluenda esse, cœnobio & monachis de Voto. t Item nominatur *Paulus*, Abbas Vallismontis, ann. 1248. u Sic Ioannes *Ribaldus*, ann. 1514. Rothomagi. à Tussano Archiepiscopo benedicitur Abbas 34. Beccensis: postea verò Vallimontis Abbas. x In Scacario Normaniæ, ann. 1453. fit mentio de *Richardo*, Abbate Valli-montis, litigante cum Fiscanensi 19. April. pag. 406. compendiosæ Relationis Scacarior. Itemque, *Gaufridus*, Abbas Vallismontis legitur in Antiquitatibus MSS. Normann. pag. 280.

Præterea, ann. 1542. die Dominica 28. Iunij habita est solemnis Processio publica Rothomagi in qua adfuerunt Religiosi Prioratuum S. Laudi: S. Magdalenæ, & Montis Infirmor. 40. Religiosi Prioratuum Grandismontis, & de Bonis Nouis 12. Monachi S. Catharinæ, cum cruce & Candelabris, quorũ magnus Prior deferebat iuncturã S. Catharinæ virg. Monachi S. Audoeni cũ Capsa S. Audoeni. Canonici Cathedralis Eccles. cũ captis Dominæ nostræ virg. & S. Romani, post Canonicos. *Abbates Vallismontis, & Mortui-maris* in Pontificalib. Archiepisc. Turonensis, Abbas S. Catharinæ: à dextris eius, Episcopus Abricensis: à sinistris, Ypponensis Episcopus, Rothomagens. Archiepiscopi suffraganeus, in Pontificalib. Deindè sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ac postea Archiepiscopus Rothomagensis. y

Fundatio *Vallis-montis* habetur in magno Cartulario Domini *Bigot*, Senatoris Rothomag. fol. 9. pag. 2. Manerium, seu Domicilium habet Rothomagi, cum Sacello ex licentia D. Episcopi Constantiensis, & Prioris S. Laudi, in cuius Parœchia extat: quæquidem domus ignis excidium passa est ann. 1569. die 2. Maij ex compendiosa relatione eorum omnium, quæ Rothomagi acciderunt ab ann. 1559. apud D. Bigot sup. In Scacario ann. 1408. fit mentio de iure Patronatus de *Dondeuilla*, huic Abbatiæ dato, per Galterium *d'Auffray*, patriciam eius vxorem, & Ioannem

h *Item. Tom. 2. in Richardo 19. Abrincens. Episcopo.*
i *Ex Necrologio schedis & Tumbis Abbatiæ Vallimontis.*
l *Hilarius à Costa in gubernatoribus Delphinatus 37. pag. 285*
m *Ordericus lib. 5. Histor. Eccles. ad ann. 1080.*
n *Idem lib. 11. ad ann. 1106.*
o *Idem lib. 8. ad ann. 1090.*
p *Idem lib. 11. sup.*
q *Parisius in Histor. Anglor.*
r *Idem.*
s *Vide sup. in Valasia, cap. 3. §. 8.*
t *Ibid.*
u *Ex schedis Abbat. de Longis.*
x *Ex Catalog. Abbat. Beccens.*
y *Ex Auctuario MS. Chronolog. Rothomag.*
Apud D. Bigot, Senator Rothomag.

Digitized by Google

Ioannem filium, à Rege confirmato, & ab Archiepiscopo Rothomagensi.
Carolus Borbonius Archiepiscopus 82. Rothomagensi Abbas Vallismontis. Dom. Guillelmus Helye Monachus S. Catharinæ Doctor Theologus, Prior Pauliacensi Vicarius Generalis D. Francisci de Harlay Archiepiscopi Rothomag. posteà electus magnus Prior Fontanelli ac tandem nominatus à Rege Ludouico XIII. Abbas Valli-montis, in Italiam profectus, obijt Romæ ann. 1640.

Carta fundationis.

QVoniam rerum varietate, temporumque serie, viri memoria citò dilabitur: Homo (vt ait Psalmista) sicut fœnum: Et vt ille pestifer zizaniator charitati fidelium inuidens, malitiæ suorum congaudens, tempore reconditæ, suæque conatus inuidiæ penitùs euertuntur. Dignum duxi ego Nicolaus de *Stotevilla*, annotare & confirmare, hac in præsenti Carta mea, donationes & eleemosynas, quas Deo authore, consensu *Roberti* filij mei, & hæredis, dono Deo, & Abbatiæ S. Mariæ de *Gallomonte*, & Monachis ibidem Deo seruientibus, pro salute animæ *Henrici*, Regis, *Mathildis* Imperatricis filij; & pro salute animæ meæ, & *Iulianæ*, vxoris meæ, & *Roberti*, filij mei, & aliorum filiorum meorum, & omnium Antecessorum meorum.

II. In primis, locum & situm ipsius Abbatiæ, & quicquid habeo terræ, vsque ad ripariam, & nemus, quod est ante ipsam Abbatiam; & omnem terram circa nemus, sicut clostura prætensa est, & pratum inter nemus & viuarium meum; & coria bestiarum parci mei ad libros parandos; Et in *Tirondiuilla*, triginta tres acras terræ, quas ibi habebam de dominio meo; Et in *Riuilla*, nemus meum, & totũ Dominium meũ; & duos hospites, cum totũ tenementis, scilicet, Robertum *Costart*, & Vvalterũ fabrũ; Et Ecclesiam de *Logijs*, & Ecclesiã de *Tegeruilla*, & Ecclesiã de *Peruilla* in Anglia Ecclesiã de Estrefled, cũ eremo S. Leonardi, Apud *Tristevillam*, quendã hospitẽ cum suo tenemento, scilicet, Vvillelmum, filium *Roses*. In *Gallomonte*, duas masuras burgensium, scilicet, Gilberti *Morant*, & Guarini de *Grinuilla*; & masuram Troistete de Alneto. Apud *Logias*, quinquaginta acras terræ: in *Vallibus* viginti acras terræ: Apud *Logias*, vnum hospitem cum suo tenemento, scilicet, Guidonem de *Mara*, & quandam partem mei nemoris de *Logijs*, sicut clostura protenditur, inter meum nemus, & nemus Gaufridis *Affagard*; & vnum molendinum apud *Gaufenillam*, quod vocatur *Flascart*. Apud *Gallomontem*, molendinum de *Alneto*, & dimidium molendinum de *Vado*, & meum pratum de *Grand-camp*; & decem acras terræ, apud *Tigeruillam*, & vbicumque bestiæ meæ fuerint in herbagio, & porci in pasnagio, ibidem sint & monachorum bestiæ & porci. Omnes has donationes dono & concedo Abbatiæ & monachis in perpetuam eleemosynam, possidendas liberè & quietè & pacificè, ab omni seruitio, & auxilio, & releuerio, & molta, & ab omni exactione. Testibus iis Reginaldo de *Gerponuilla*, Roberto *Affagard*, Gaufrido filio eius, Simone de *Ouuilla*, Ioanne de *Mara*, Vvillelmo de *Bosencourt*, Vvillelmo *Panchenoult*, & multis alijs. [a] Collatione facta cum originali in pergameno MS. ann. 1609. die 25. Nouemb. coram notarijs Regijs.

[a] *Ex Archiu. Abbat. Valli montis.*

III. ## *Carta Confirmationis à Rege Angliæ*

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, & Dux Normaniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Iustitiarijs, Vicecomitibus, & omnibus ministris & fidelibus suis, totius terræ suæ, Salutem.

Sciatis me concessisse, & præsenti carta mea confirmasse Deo, & Abbatiæ S. Mariæ de *Gallomonte*, & monachis ibidem Deo seruientibus, omnes donationes Ecclesiarum & terrarum, & hominum, & eleemosynarum, quæ eis rationabiliter factæ sunt, tam in rebus Ecclesiasticis, quàm in possessionibus mundanis, scilicet: Ex dono de *Stotevilla*, &c. vt supra, deindè addit. Ex dono Iulianæ, vxoris prædicti Nicolai, in Anglia, apud Norvvicum, centum solidos terræ, de primo maritagio suo; Et ex dono Roberti de Stotauilla, filij eiusdem Nicolai, Ecclesiam de

Gomeruilla, & Eccleſiam de *Magnavilla*, & Eccleſiam de V*vimonvilla*, cum altari S. Stephani; & quoddam molendinum apud *Beuerdam*, de honore ramorum, & quicquid ad molendinum pertinet, in molta, & omni re; & Aquarias ſuas de Sotevilla, & decem & octo acras terræ in eadem villa, quas mercatus fuit de Roberto genero: & ſupra G*allomonte*, quinquaginta acras terræ, de terra *Tronquay*. Et ex dono Nicolai de *Stotevilla*, filij prædicti Nicolai, quinquaginta ſolidatas terræ in *Arvilla*, Et ex dono Vvillelmi de *Stotavilla* filij prædicti Nicolai ſenioris, quandam marcam terræ, in *Eſtrafled*; Et ex dono Richardi de *Stotavilla*, filij prædicti Nicolai ſenioris, quadraginta ſolidos annuatim, in molendino ſuo de *Herocourt*, quod vocatur *Turmolin*. Ex dono Petri de *Hotot*, & Iulianæ vxoris ſuæ, molendinum ſuum de *Cancio* integrè: & ex conceſſione Richardi de *Alfay*, & Ioannis, filij eius, totum molendinum cum pertinentijs quod Nicolaus de *Stotavilla*, & Iuliana vxor eius, prædictæ Abbatiæ dederunt. Apud *Gauſevillam*, & vnum modium bladi, quod Vvillelmus *Burdet* habebat in eodem molendino, quod Abbas & Conuentus ejuſdem Abbatiæ tenuerunt ab ipſo Guillelmo, concedente Ainfrido, filio, hærede ſuo. Et ex dono ejuſdem Richardi de *Alfay*, triginta quinque acras terræ apud Stigal; pro reliquo quod mater eius dederat prædictæ Abbatiæ; Et ex dono Reginaldi de *Gerponvilla*, vnum modium bladi in molendino ſuo de *Hamel*; & vnam ſomam frumenti apud *Clivillam*, ſecundum quod in carta ſua continetur, annuatim recipiendam. Et ex dono Roberti *Affargart*, & Gaufridi, filij eius, vnum modium bladi, annuatim in molendino de *Noet*, & decem acras terræ ad *Logias*; Et apud *Hacquavillam*, maſuram Goſcæ carpentarij integrè. Et ex dono Mathæi de *Gerarvilla*, & Vvillelmi filij ſui, dimidiam peſiam ſalis annuatim ſumendam de proprio granario ipſius. Et ex dono Vvalteri de *Caſtrillion*, quatuor acras terræ, & dimidiam ad calceatum G*onfredivillæ*, & decem ſeptem carteria auenæ, & quatuor capones in duobus hoſpitibus terræ ſuæ de foreſta: Et decimam totius terræ & redditus quam acquiret. Et ex dono Vvillelmi de *Canovilla*, dimidium modium bladi in molendino ſuo, in riparia ſua de *Vviteflend*, annuatim habendi. Et ex dono Vvalteri de *Arſay*, & patriciæ, vxoris ſuæ, & Vvillelmi filij ſui, Eccleſiam de *Devilla*. Et ex dono Richardi *Tallebot*, & Amiciæ vxoris eius, & Hugonis, & Vvillelmi, filiorum ſuorum, vnum modium auenæ, apud Beluayam in manſura Hugonis, filij Iefrey *Larduin*, quam tenet in canuta ſylua. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Abbatia, & monachi eiuſdem loci, omnia prædicta habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, plenariè & integrè, & honorifice, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in vijs & ſemitis, in ſtagnis & viuaris, in maricis & piſcarijs, in grangijs & virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus alijs locis, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, ſicut eis rationabiliter data ſunt, & ſicut cartæ donatorum, quas habent, teſtantur. Teſtibus, Bartholomæo, Lexouienſi Epiſcopo, Gaufrido filio meo, Folqueio *Painel*, Reginaldo de *Eurchen*, Radulpho filio Stephani, Vvillelmo de *Budaicq*, Michaele *Belot*. Apud Seluicaſtrum, collatione facta, vt ſup. Vvalterus, Rothomagenſis Archiepiſcopus, jurgium, pro ſua pietate extinxit, natum inter hoſce Monachos, & Canonicos Regulares *Belli-loci*: vti conſtat ex eius ſequenti carta, pag. 136. & ſeq. Cartul. Prioratus *Belli-loci*, MS.

Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Vvalterus, Dei gratia, Rothomagenſ. Archiepiſcopus, Salutem in Domino.

Nouerit vniuerſitas veſtra, quòd cùm in cauſa, quæ vertebatur inter Abbatem & Conuentum de V*valomonte*: & Priorem, & Conuentum de *Bello-loco*, arbiter cum alijs quibuſdam eſſemus conſtituti, ſuper vacaria Eccleſiæ S. Ioannis de *Nova-villa*, & Abbatiæ de V*valemont*, totam cauſam ſententialiter adjudicaſſemus & ſententia ab vtraque parte eſſet recepta; quia tamen rancorē deponere partes ad inuicem ex toto non potuerunt, pro pace, etiam quorumdam laicorum nobilium & potentum, qui preces ſuas in controuerſia illa interpoſuerant, volentes conſulere tranquillitati Eccleſiæ de V*valemont*, volumus vt eadem Eccleſia res ſuas, alias ſaluas faceret,

&

& gratiam & dilectionem Prioris & Conuentus sibi compararet. De communi ergo consensu partium, de bona voluntate, & spontanea, & nostra authoritate, constructum est: vt Abbatia de *Vvalemont* retineat sibi in omnibus tertiam garbam. Prior verò altalagium habebit, & omnia ad illud pertinentia. Ita tamen, quòd Ecclesia de *Bello-loco*, annuatim persoluet Abbatiæ de *Vvalemont*, nomine pensionis, quadraginta solidos Andegauenses, scilicet ad Pascha, 20. solidos, & ad festum S. Michaelis 20. solidos, soluendos. Et Prior fidelitatem Abbatiæ in præsentia nostra iurauit, & quilibet Prior futurus jurabit. In Ecclesia autem prædicta licebit Canonicum suum, vt Ecclesiæ deseruiat: & idem Prior omnia iura Episcopalia persoluet. Hæc autem facta sunt, saluo in omnibus iure Pontificali: præsentibus his, R. de Bello-loco, R. de Brioftel, Vv. de Corneuilla, Abbatibus: R. de Burgo-Acardi, & R. de Monte Leprosorum Rothomag. Prioribus: & R. de Piro, monacho Fiscanens. magistro Roberto Balbo, Roberto de S. Nicolao, Cappellano: & Richardo Haya, Canonico Rothomag. Magistro Ioanne Briton, & Roberto filio Richardi, clericis: & multis alijs. Datum anno Incarnationis Dominicæ, 1200. apud Rothomagum, in octaua S. Ioannis Euangelistæ. Alia item sequitur carta ibid. pag. 354.

Nouerint tam præsentes, quàm futuri, quòd ego N. Abbas de *Vvalemont*, & totus eiusdem loci Conuentus charitatis gratia, ad preces etiam D. Roberti, Rothomagensis Archiepiscopi, relaxauimus 2. solidos Turonens. singulis annis, Priori & Conuentui de *Bello-loco*, de 40. solidis annui redditus, quos nobis debebant, super pensione altalagij, de Ecclesia S. Ioannis de *Noua-villa*, pro vt carta, quæ habemus de D. Vvaltero, quondam Rothomagensi Archiepiscopo, testatur. Ita quòd dictus Prior, & Conuentus de *Bello-loco*, reddent nobis tantummodo de dicta pensione, decem solidos ad festum S. Michaelis, & decem solidos ad Pascha, de currenti moneta. Et vt hoc pactum maneat in posterum, munimine sigilli capituli nostri corroborauimus. Factum est hoc, anno Incarnationis Dominicæ 1211. apud *Vvalemont*, Testibus nobismetipsis.

Rotrodus, Dei gratia Rothomagensis Archiepiscopus, omnibus, ad quos præsens peruenerit scriptum: salutem.

Bonæ frugis officium est, viris bonis & Religiosis quietem in posterum prouidere: & res eisdem in eleemosynam collatas confirmare; vt omnis occasio litigandi in perpetuum sopita conquiescat. Eapropter beneficia, quæ Nicolaus de *Stouteuilla*, dilectus filius noster, Ecclesiæ B. Mariæ de *Gallomonte* contulit, & viris Religiosis ibidem obsequio Diuino mancipatis, scripto curauimus commendare. Itaque confirmamus eis in primis, locum & sessionem ipsius cœnobij, sicut in carta prædicti Nicolai continetur: & nemus, quod, &c. vt sup. vt autem hæc nostra confirmatio ratam & inconuulsam teneat firmitatem, præsens scriptum nostri scripti patrocinio cōmuniuimus. Testes sunt Robertus Capellanus, Magister Rogerus Normanus, Magister Herbertus Gaufredi de *Mundiuilla*, & Rogerius de *Vvarvuic*, Rothomagensis Ecclesiæ Canonici, collatione facta, vt sup.

Bulla confirmatiua Lucij III. Papæ.

Lucius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filis Gaufrido, Abbati Monasterij S. Mariæ de Gallomonte, & eiusdem fratribus, tam præsentibus quàm futuris, Regularem vitam professis, in perpetuum, &c.

Quoties à nobis petitur, quod Religioni & honestati conuenire dignoscitur; animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum suffragium impartiri. Eapropter in Domino filij dilecti, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium S. Mariæ de *Gallomonte*, in quo Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: In primis siquidem statuentes, vt ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque institutionem *Hambiensium* fratrum, in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones,

quæcumque bona, idem Monaſterium impræſentiarum, iuſtè & Canonicè poſſidet aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, ac principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis (præſtante Domino) poterunt adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentijs ſuis, &c. Vt ſup. in confirmatione Regis Henrici Angl. Deinde addit.

Sane noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere præſumat: liceat quoque vobis clericos, vel laicos, à ſæculo fugientes, liberos & abſolutos ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco fas ſit, abſque Abbatis ſui licentia, de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtutu, diſcedere, diſcedentem verò abſque omnium litterarum cautione nullus audeat retinere. Quum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis: vel interdictis, non pulſatis campanis, ſupreſſa voce, Diuina officia celebrare; in Parœchialibus autem Eccleſijs, quas habetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & Diœceſiano Epiſcopo præſentare, quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat, vt ipſi de ſpiritualibus, vobis verò de temporalibus debeat reſpondere, ſepulturam prætcrea ipſius loci liberam eſſe decernimus: vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò nunc te eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum; nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundùm Dei timorem & B. Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas ſit præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruantes, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis pro futura, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, Diœceſani Epiſcopi, & Canonica iuſtitia, & *Hambienſis* Monaſterij, debita reuerentia: &c. Datum Velitris 2. idus Octobris, indictione, 15. Incarnationis Dominicæ anno 1181. Pontificatus Domini Lucij III. Pap. ann. 1. Collatione facta, vt ſup.

ANN. 1170.

VALLIS-DEI.

Rotrodus, Heros inclytus, Perticenſis Comes Vallis-Dei Fundator agnoſcitur: & tempus determinatur.

RENO, ſylua eſt ingens ac Regia *Pertici* Comitatus ſecunda, quæ in ſinu ſuo continet Cœnobium *Vallis-Dei*, Gallicè, *Val-Dieu*: ordinis Carthuſianorum; cuius aquæ & amnes decurrunt in *Huynam*, fluuium. [a] Illic igitur, *Rotrodus* 3. Comes *Pertici*, vir clariſſimus, & alto ſtemmate progenitus, necnon auita pietate Illuſtriſſimus: quippe qui ad Bellum ſacrum cum alijs Franciæ proceribus iter aggreſſus, cùm ad Aconenſem ſtrenuè dimicaret, occubuit, ann. 1191. juxta *Rigordum* hiſce verbis eodem anno, Comes Theobaldus, pius & miſericors, Regis Francorum Seneſchallus, Comes Clarimontis, Comes Perticenſis, & alij in obſidione Acri, Domino vocante viam vniuerſæ carnis ingreſſi ſunt. [b] Sed priuſquam ad illud Bellum properaret, præſens Monaſterium piè ac opulenter fundauit, ann. 1170. cuiuſquidem carta ſubſequitur. I.

a Bryn. lib. 1. Hiſtor. Comit. Perticenſ. cap. 4.

b De geſtis Philippi Aug. reg. Franc. ann. 1191.

In

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

II. *Ego Rotroldus*, *Dei* patientia, Comes Pertici dictus, vnà cum vxore mea *Matilli*: necnon & filio meo, *Gaufredo*, cum vxore sua *Matilli*, tam modernis, quàm posteris, notum fieri volumus, me fratres Cartusienses, nutu Dei & prouidentia, necnon consilio & auxilio Domini nostri, *Vvillelmi*, Senonensis Archiepiscopi (*erat enim eius Sororius*) in terrâ meam adduxisse, vt iuxta morem Cartusiensiû, domû Dei inibi ædificent & construant. Et quoniam idem Ordo proprios terminos habere dinoscitur, vt posteros nostros certiores reddamus, ipsos terminos proprijs vocabulis subnotauimus, &c. Addo etiam his donationibus, vt quidquid de Feodo meo, intra prædictos terminos iustè acquirere poterunt, quietè & pacificè teneant, & possideant. Ad alenda verò animalia, sua pascua in tota terra mea, tam ego, quàm omnes Barones mei, eis benignè concedimus. Testes, *Rotrocus*, Ebroicensis Archidiaconus, (*qui postea Ebroicensis extitit Episcopus, ac tandem Archiepiscopus Rothomagensis, cognatus eius.*) Guillelmus de *Villerijs*, Gallerannus de *Pinu*, assentiens, & quidquid in se habere dicebat, super altare deponens; similiter filius eius Gaufredus, Hugo de *Courserant*, Guarinus de *Lonzay*, Robertus de *Prulay*, Robertus de *sancto Medardo*, Guillelmus de *Boissel*, Gaufridus de *Cortiel*. Hoc publicè actum est apud Resno, anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo septuagesimo, natali Apostolorum Petri & Pauli: recipientibus ab ipso, in Dei nomine, eleemosinam, Simone *Montis-Dei* Priore, & Injebelto, S. *Petri* Priore, assistentibus quatuor fratribus eiusdem *Ordinis*, necnon & fratre Huberto, Fundatore loci illius. c

c *Bzyns sup. lib. 3. cap. 10. pag. 198.*

Huic instrumento publico annectitur confirmatio *Frogerij*, Sagiensis Episcopi, ad cuius Diœcesim, locus ille pertinebat; in hunc modum.

III.

Frogerius, Dei gratia Sagiensis Episcopus, vniuersis S. Matris Ecclesiæ filijs: salutem in perpetuum.

Ecclesiarum beneficia & earum sanctiones, Episcopi, de cuius Parœchia ea esse constiterit, auctoritate approbanda sunt, & confirmanda. Ea propter vniuersitati vestræ notum fieri decreuimus, nos donationem atque concessionem venerabilibus atque dilectis fratribus nostris de *Valle-Dei*, ab illustri *Rotrodo*, Comite *Pertici*, factam, in foresta eius de *Resno*, confirmasse, in eleemosynam perpetuò, liberè & quiete possidendam. Nouerit nihilominus fraternitas vestra, Galleranum de *Pinu* Gauffredum, filium eius, Hugonem de *Corserant*, fratrem Galerani, Guillelmum Forestarium, & filios eius, omni iuri renuntiasse, quod in memorata foresta se habere debuisse asseuerant. Ne quis ergo donationem factam & concessionem infringere vllatenùs seu immutare præsumat, eam paginæ præsentis attestatione, & sigilli nostri auctoritate communiri duximus. Denuntiamus etiam excômunicationis vinculo innodando, quicumque ad iam dictos fratres proficiscentibus iniuriam, seu contumeliam aliquatenùs inferre præsumpserint. Testibus Rothrodo, Ebroicensi Archidiacono; Adam Capellano vero Angligena, Osmundo sacerdote, Gerardo Capellano Mauritaniæ; Galeranno de *Pinu*, Garino de *Lonray*, Huberto Archidiacono Corbon, Osberto Capellano, Fernaldo Desuire, Petro de *Constantijs* Gaufrido de *Meers*, & multis alijs. d

d *Ibid. 199.*

Eadem pietate ducti Reges Franciæ, principes, Duces, alijque optimates eiusdem Regni ac Prouinciæ, huic asceterio impensè fauerunt, ac quamplura illi
IV. contulerunt. S. Ludouicus IX. Rex Francor. suis patentibus Litteris confirmauit præfatam eiusdem Domus Fundationem, cunctaque ad ipsos Religiosos spectantia: sub datum Syluanecti, mense Augusto, ann. 1233. e

e *Idem lib. 4. cap. 13. pag. 251.*

Guillelmus, Catalaunensis Episcopus, & Comes Pertici confirmat tres modios vini annui redditus, à fratre suo Geofredo, illis Cartusiensibus dono datos: quibus ipse Antistes quartum adiunxit in vineis *Nogenti Rotrodi*, sumendum: circa ann. 1220. f Maria ab *Hispania*, relicta Caroli *Valesij*, Perticensis Comitis; fratrisque Philippi *Pulchri*, Regis Franciæ, permutationis causa, dat ipsis Religiosis nonnulla, dummodò abstineant à iure per ipsos ex eorum Fundatione, prætenso, circa pascua capræarum in sylua dicta de *Resno*: sub datum feria 6. Paschæ ann. 1349. g

f *Idem lib. 3. cap. 14. pag. 216.*

g *Ibid. lib. 5. cap. 7. pag. 290.*

Digitized by Google

Petrus 2. Valesius Comes Pertici, nepos Philippi *Pulchri*, Regis Francor. magnum porticum eiusdem Monasterij extruxit, de suo nomine etiamnum vocitatum. Fundauit inibi redditus pro quatuor Religiosis sustendandis, cum quatuor cellulis eorum à se fabricatis: aliaque quamplura largitus est bona, propter quæ æstimatur, non abs re, secundus fundator: qui tandem decessit è vita Argentani, die 20. Septemb. ann. 1404. exindè autem, iuxta supremam eius voluntatem sepulturam nactus est apud ipsos Cartusianos *Vallis Dei*; quo dùm viueret, frequentius morabatur, vt deuotioni expeditiùs vacaret; cum *Ioanna*, lectissima virgine, eius filia quæ inibi iuxta amantissimum parentem, tumulata est, ann. 1405. Quorum Epitaphium adhuc cernitur, sed versibus Gallicis Rithmicis compositum: quod extat in choro Ecclesiæ, ad cornu maioris Altaris: hæc omnia graphicè complectens.

EPITAPHIVM,

Cy deuant gist Pierre le Valoys,
Grand amateur de Dieu, & de ses Loix,
Prince soigneux de ce qu'aprez sa vie,
Vn vray Chrestien de voir à bonne enuie.
Comme vn oyseau se baisse pour voler,
Il s'est desmis pour mieux au Ciel aller.
Pour les vertus fut plus qu'vn Achilles;
Contre pechez, fut plus qu'vn Hercules.
Le pauure aymoit beaucoup plus que le riche,
Qui par pouuoir, ou par dol tousiours triche.
Pource eut le nom de Pierre le Loyal,
Plus frequenté que le Prince Royal;
Ores qu'il fut proche de la Couronne,
Tant il trouua pieté douce & bonne,
Qu'il vescut ceans en toute humilité;
Sa Fille aussy gardant Virginité,
Ayant tousiours sa lampe pleine d'huyle
Comme les cinq Sages de l'Euangile.
Ce Temple icy tant de voulte que pands
Feirent refaire à leurs propres despens;
Et pour eux deux vne chambre vn peu haute,
Sans la rapine offrirent en holocauste:
Car luy & elle estoient iustes & bons,
Tant que d'autruy, ne prenoient biens, ny dons,
Fondez ilz ont d'vn vouloir magnifique,
Quatre Chartreux plus que le nombre antique,
Le diable ils ont, le monde & chair vaincu,
Et sont bien mortz, comme ils ont bien vescu:
Paisiblement le vingtiesme Septembre,
Mil quatre cens quatre, vn chacun membre
Du bon Seigneur la chaleur delaissa,
Et peu aprez sa fille trespassa.
Leurs corps posez dans vne mesme fosse,
N'ont dessus eux de sepulture grosse,
Pour remarquer de tel sang le Tombeau,
Il n'y a rien engraué bon n'y beau:
Pourquoy cela? car telles belles marques
Sont volontiers des hautains les remarques:
Et pour autant ce Comte d'Alençon,
Humble en son cœur n'y voulut de façon;
Ains qu'auec luy sa fille fust ensemble
Tout simplement inhumez en ce Temple:
Ou si leurs corps ne sont point eleuez,
Leurs espritz moins n'en sont pourtant sauuez:
Qui est le point, que par humbles merites,
Ont desiré, viuans ceans comme hermites:
Que Dieu leur doint, si ne leur a donné,
Et sur le Ciel leur soit lieu ordonné:
Ou en Esprit ensemble puissent estre
Comme en leurs corps sont en ce lieu terrestre.

Requiescant in pace. *Amen.* h

h *Ibid. pag. 305. 306. & seq. San Marthan. Tom. 1. Histor. Genealogi. domus Franc. lib. 11. cap. 4.*

Hinc circa ann. Christi, 1422. Henricus Rex Angliæ, confirmauit omnia bona huiusce Domus: vti constat ex eius patentibus litteris, apud MS. Codicem Domini *Vvion*, Lutetiæ: postquam ipse Rex Anglus Normaniam vsurpasset.

CORNE-

Digitized by Google

CORNEVILLA

Circa ann. 1180.

Gilbertus de Cornevilla, Fundator agnoscitur, & Abbates explicantur.

CAPVT I.

I. HÆC Abbatiæ sita est in Diœcesi Rothomagensi, distatque duabus leucis à Ponte Audomaro; Prius erat Prioratus quidam erectus ann. 1143. sed postea in Abbatiam transmutatur. Fundatur autem à viro illustri, Gilberto de *Corneuilla*: circa ann. 1180. cuius mentio ita habetur libro obituum huiusce cœnobij, die penultima Septembris; *Obijt Gilbertus de Cornevilla Fundator.* a Est autem Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini: cuius Ecclesia, dicata est S. Mariæ Virgini, Deiparæ: quæ in summo honore habita est maximè à prælatis Ecclesiæ. Nam Martinus IV. huic sacratissimæ ædi, dedit auratum Calicem: Ioannes *Cholet*, olim Archidiaconus Rothomagensis, ac postea Præsbyter Cardinalis: Robertus Pullus; Petrus Cardinalis, Episcopus Albanensis; Odo Rigaldus: Guillelmus de Flaua-curia, nostrates Archiepiscopi Rothomagenses: Gaufridus Abrincensis Antistes: alijsque permulti, quamplura huic loco contulerunt bona, vt inibi ad Deum preces effunderentur, pro animarum suarum, post mortem corporalem, salute ac requie. b

a *Necrologium Abbat. de Corneuilla.*

II. Quis primus huic Monasterio præfuerit Archimandrita: adhuc me latet: quosdam tamen reperi, vtinam omnes præfati loci Abbates, absque tamen, vt plurimùm Ordine, vel tempore: quorum tesseram hic lubens proponam.

b *Vide idem Necrologium.*

N. primus Abbas.

2. Guillelmus 1197. vide cap. 90. §. 5. in Archiepisc. Rothomag.

3. Petrus. 4. Nicolaus. 5. Petrus Toton.

6. Martinus Cistertiensis monachus. 7. Nicolaus Camerarius.

8. Galerannus. 9. Guillelmus le Caron. 10. Osbernus.

11. Ioannes le Cordonnier.

12. Ludouicus de Algia ceu Augia. 13. Petrus. 14. Michael.

Circa ann. 1230. in schedis Abbatiæ Pratellens. virg. vbi Abbas de Toruilla dicitur, pro *Corneuilla*, vide Gemeticens. lib. 8. cap. 37.

15. Ioannes Martin.

Reperitur in schedis Prioratus S. Barbaræ in Algia *Martinus*: huiusce domus Canonicus Regularis, Abbas Corneuillæ.

16. Andraas Camel. 17. Robertus Sagan.

Natus apud Vvatot, vna leuca, à Corneuilla; obijt ann. 1440. sepultus in medio chori.

18. Guillelmus.

Adest ann. 1403. die 7. Octob. in quadam charta memoratus.

19. Ioannes de Augia ann. 1472.

20. Petrus de Monte, obijt ann. 1499.

21. Ioannes du Fay.

Pontis-Audomarensis, ann. 1503. dedit acram terræ & ann. 1510. dedit pulpitum æneum chori: liberèque concessit Conuentui 11. libras Turonenses annui redditus, obijt ann. 1548. 22. Martij.

22. Robertus Coquet.

Qui obijt, ann. 1529. dicitur Abbas, forsitan designatus tantum, & coadiutor præfati, nisi extiterit per demissionem superioris.

23. Benignus le Clerc.

Primus Abbas Commendatarius: obijt, ann. 1576.

24. Ieuffinus de Malepiece 2. obijt ann. 1616. 8. Februar.

25. Andraas de Bigars, de la Londe 3.

Obijt ann. 1638. qui multa largitus est huic cœnobio, vide in Episcopo 86. Constantiens.

26. Alexander Cardinalis de Bichy.

Episcopus Carpentoractensis 4.[c] Huius Abbatiæ meminerunt quamplures.[d] *Quadam Conuentio* legitur inter Abbatem loci huius & cœnobium Fontanellense: ita enim habetur in eius Archiuis. *Litteræ tres* Abbatis de Cornevilla, qui tenetur nobis reddere sex libras annuæ pensionis, pro decimis prædiorum ruralium, de Villequiert & d'Ansqueteruilla, ea conditione, quod coaquitabit nos erga hæredes Iordani de Villequiert de 12. panibus, & de vno sextario vini, & alio ceruisiæ; & vno moutone, in festo S. Vvandregisilli: & in Decimis insulæ nostræ nihil percipient. Item, littera Archiepiscopi Rothomagensis pro eodem.[e] Fundator autem ipse Gislebertus dedit Ecclesiam Abbati & capitulo S. Vincentij de nemore, Carnotens. Diœces. Assensu Hugonis Archiepiscopi Rothomagens. & Regulares Canonicos, eorumque bona sub protectione & defensione S. Matr. Ecclesiæ Rothomagens. suscepit, litteris datis 1143. Pontif. sui 13. vt habent Cartularia Monasterij, ex quibus documentum sequens exscribendum curauimus. *Anno Incarnationis,* 1147. sub Hugone, Archiepiscopo Rothomagensi, ex donatione bonæ memoriæ Domini Gilberthi de Corneville, de assensu & voluntate Mathildis vxoris suæ, & ex donatione recordationis inclytæ, Galeranni, Comitis Mellenti, Auunculi prædicti Guilleberti, & ex donatione, consilio, auctoritate, & assensu fœlicis recordationis Hugonis supradicti Archiepis. Rothomagens. in valle vulgò dicta de Risle, Diœces. Rothomagens. fundata fuit Abbatia de Corneville, ord. Canonic. Regul. S. Augustini, & dedicata fuit B. Mariæ Virgini, sub festiuitate gloriosæ illius Assumptionis die 3. Septemb. eiusd. anni à dicto Hugone, Rothomagens. Archiepiscopo: cui Abbatiæ plurimæ indulgentiæ, multaque priuilegia à summis Pontific. Eugenio, Clemente, Alexandro, Vrbano, concessa fuerunt: & confirmata à Bonifacio VIII. Papa. Habet autem dictum Monasterium Parœchias, videlicet de Cornevilla, Coltot, Vattretot, Caunetuille, cum omnibus decimis & pertinentijs, & Capellam S. Laurentij, vulgò, de Formetuit, cum omnibus etiam pertinentijs & decimis, cum jure patronatus earum, quibus Canonici dicti Monasterij debent deseruire, quod totum fuit concessum & donatum ex liberalitate dicti Hugonis Archiepiscopi. Habet præterea Parœchiam de Villequier cum omnibus pertinentijs, decimis, & jure patronatus, cui Canonici debent deseruire, ex donatione Domini Roberti de Villequier, Habet etiam Capellam, seu Prioratum, vulgò de Rondemare, ex donatione Domini cuiusdam de Francour, cum omnibus pertinentijs, & iure patronatus; Parœchiam de Fieruille, cum omnibus pertinentijs, &

[c] *Ex eodem Necrologio MS. Missali. MS. Chartis, & alijs monumentis eiusd. Abbatiæ.*

[d] *Gallia Christiana in Archiepiscopis Rothomagens. & in Abbatijs.*

[e] *Apud Cartularium magnum Abbat. Fontanell littera L, 1. cotte 12.*

iure patronatus, cui Canonici debent deseruire, & Prioratum S. Ioannis de Beaumont le Roger; Priuilegia confirmata fuerunt à Regib. Franc. Rothomagens. Archiepiscopis, & summis Pontificib. Abbatum vero series.

1. *Osbertus* Sacerdos & Canonicus. 2. *Guillelmus*. *Hugo*. *Martinus*. *Petrus*. *Ioannes* Martin. *Rodulphus* du Mont. *Galerannus*. *Nicolaus* Camerarius. *Osbertus* de Prata sub Rege Philippo pulchro, qui bona & possessiones approbauit. *Ioannes* le Cordonnier. *Petrus* Cotry. *Ludouicus* de Algea. *Adam* Cauuel. *Martinus* Cistertiens. ord. *Nicolaus*. *Guillelmus*. *Robertus* Saquem. *Petrus* de Monto. *Ioannes* du Fay 1512. vltimus Abbas Regul. obijt 1548. *Benignus* de Clere Commendatarius. *Gensinus* de Malepiece. *Andreas* de Bigars, de la Londe. *Alexander* de Bichy, Card. *Ioannes* Baptista, Gasto Sauary ex Dominis de Breues, 1649.

MONS-MORELLVS. GALLICE, MONT-MOREL.

Circa ann. 1180.

Fundatores & Abbates recensentur.

CAPVT I.

I. INITIO Fundationis suæ, locus erat simplex ac pius, à quibusdam Sacerdotibus sæcularibus, inibi Deo famulantibus, excultus: de quo extat etiamnum Capella vetus, vbi preces, sinaximque agebant; Abbatiæ autem Fundamenta prius posita fuerant in quadam villa nomine *Longe-Tonche*, (quæ adhuc cernuntur) sed mutato consilio, Mon-morellum, ob aquarum vtilitatem translatum est ædificium; nuncque

Situm habet hæc Abbatia B. Virgini dicata, in Diœcesi Arboretana, ortumque accepit ex munere & largitione Ioannis de *Hascoüet*, Domini de *Sulligneio*, Comitis, circiter ann. Domini 1180. cuius institutum est Augustianæ professionis, Canonicorum scilicet Regularium. [a] Taxaturque pro Annatis Cameræ Apostolicæ soluendis ad centum Florenos aureos. [b] Huiusce loci primarius ac præcipuus Benefactor extitit Rolandus de *Hulmo*, du *Homme*: miles, vir illustris.

II. Porrò istius cœnobij Abbatum Cathalogum, hic subscripsimus, iuxta veriorem notitiam.

1. *Radulphus*.

Abbas primarius præfuit, annis 8. ex Abbatia S. Victoris Parisiens. assumptus.

2. *Tualdus*. [c]

Forsitan, is est *Theobaldus*: testis pro negotio Abbatiæ de *Hambeya*. [d] vixit annis 7.

3. *Geruasius ann. 17.* 4. *Durandus ann. 2.*

5. *Albericus ann. 13.* 6. *Ranulphus ann. 3.* [e]

Dubitatur an ille fuerit *Alnulphus* aliàs nuncupatus. [f]

7. *Richardus ann. 16.* 8. *Stephanus ann. 14.*

III.

9. *Robertus ann. 17.*

Vixit. [g] Moriturque 20. Februarij, iuxta Necrologium Bellæ-stellæ: [h] seu 23. eiusdem mensis: vti refert Obituarium aliud: 7. *Calend. Martij D. Robertus* Pillon, *quondam Abbas de Mont-morello pro cuius anima D. Iulianus, Rector Ecclesiæ de* Guillebertuilla *dedit nobis centum solidos ad obitum faciendum.* [i]

a Canalis de Re Gallica lib. 1 Perioche 4. Item. Tomo 5. Hierarchiæ Monastiæ pag. 1. in ea Abbatia. Gallia Christiana, in Episcop. Abrincens. & in Abbatijs. Grisius de Clericis Regularib. Sectione 13. §. 10. Gabriel Pennotus lib. 2. Histor. Clericor. Canonic. cap. 33. §. 4.

b Gallia Christiana sup.

c Canalis. Tom. 5. sup.

d In Cartulario Abbat. Hambeyens. fol. 39.

e Canalis sup.

f Ex Obituario Abbatiæ Cæsaris-burgens. pridie Idus Augusti.

g Canalis sup.

h Necrologium Abbatiæ Bellæ-stellæ.

i Ex Obituario Abbatiæ Montis Dei.

Digitized by Google

10. Richardus 2. ann. 10. præfuit.

11. Richardus 3. de Troictemer, Trottemel, ann. 17. Normanus.

12. Guillelmus de Freceyo, ann. 18.

13. Guillelmus 2. Godart, ann. 6.

14. Ioannes de Appenditio, ann. 21.

15. Stephanus 2. de Appenditio ann. 8.

l Canalis sup. *16. Robertus 2. de Breceio, ann. 26.*

17. Guillelmus 3. de Cathedra, ann. 23.

18. Guillelmus 4. de Homme de Hulmo.

Ann. 35. sepultus in choro Ecclesiæ Abbatialis, ante majus altare.

19. Nicolaus Eschart, ann. 33.

Cessit in fauorem Ioannis, ex fratre nepotis; ille erat Armoricus ex Parœchia de *Montant*; Huius pronepos ex fratre, nobiliss. Causidicus Rothomag. D. *Eschard*, sepultus in choro dictæ Ecclesiæ, ante maius altare.

20. Ioannes 2. Eschart, ann. 35.

Hic primus mensam Abbatialem à Conuentuali, separauit, & totos redditus suos fecit, sub conditione administrandi alimenta Canonicis Regularibus ibid. Deo seruientibus: partem quoque maiorem domus Abbatialis construi fecit, curauitque sepeliri in choro Ecclesiæ ad maius Altare.

21. Iulianus Eschart, ann. 6.

Doctor Theologus eximius, frater prædecessoris: postea pœnitentiarius & Canonicus Ecclesiæ Abrincensis, sepultus iuxta fratrem suum.

22. Stephanus 3. le Bellay, ann. 22.

Cessit in fauorem successoris, sepultus in choro eiusd. Ecclesiæ, ante majus Altare.

in Canalis sup.

23. Ægidius le Bellay.

Rexit ann. 16. cessit in fauorem successoris: sepultus ibidem ante maius Altare.

24. Petrus Corneille.

Cessit quoque in fauorem successoris; cùm rexisset ann. 22. indè factus Prior Prioratus S. Laurentij à præsenti Monasterio dependentis, tædio vitæ affectus, sepultus est in Ecclesia Abbatiali ante maius Altare.

25. Ioannes 3. Louuet.

Rexit ann. 18. cessit in fauorem successoris; ibidem sepultus ad maius Altare.

26. Robertus 3. Morel, ann. 8. sepultus ibid.

27. Ioannes 4. Bailleul, ann. 24.

Vltimus Abbas Regularis.

28. Henricus de Boyuin, du Vaurony.

Ex decano Ecclesiæ Metropolitanæ Rothomagens. Tarsensis Episcopus, Abrincensis coadiutor, rexit ann. 1. & mens. sex. Primus extitit Abbas Commendatarius: cessitque in fauorem Guillelmi nepotis: obijt ann. 1637. die 13. Februar. sepultus in Ecclesia S. Stephani de *Rouvrey*, propè Rothomagum.

29. Guillemus de Boyuin.

Henrici ex fratre nepos, in Parlamento Rothomagensi Consiliarius, Canonicus Ecclesiæ Rothomagens. Decanus Abrincensis, & Abbas Fontanetensis: possessionem nactus ann. 1637. nunc vsque præest in sollicitudine; vide in Episcopo 86. Constantiens. ann. 1647. Prior S. Mariæ de Rupe Moritonij vt Henricus sup. ann. 1635. interest Lutetiæ Comitijs Cleri Gallicani.

BARBE,

Digitized by Google

BARBERIVM, GALLICE BARBERY.

Ann. 1181.

Fundatur pia munificentia, Roberti Marmion, Dinastæ nobilißimi; cuius Fundationis carta exhibetur.

CAPVT I.

I. HIC locus distat tribus leucis à Cadomo, propè pagum Bretevillæ super Aisam fluuiolum, inter Falesiam & ipsum Cadomum; Diœcesis Bajocens. vbi condita est præsens Abbatia, Cistertiensis Ordinis; quæ taxatur ad 60. Florenos aureos, pro Annatis Cameræ Apostolicæ. [a] Fundatur autem anno Christi 1181. ab Illustrissimo Heroe, Roberto *Marmion*, viro strenuo ac potentissimo: cuius copiam hic damus, à nos gratanter transmissam, ex Beneuolentia D. Ludouici, moderni temporis Abbatis.

[a] Gallia Christiana, in Bajocens. Episcop. & in Abbatijs. Di Bras. In Antiquitat. Cadomensis pag. 38. cap. 1. Antiquitates Al. S. Norman. pag. 510. Apud D. Bigot & pag. 154.

In nomine Patris & filij & Spiritus sancti. Amen.

Robertus Marmion, omnibus S. Matris Ecclesiæ filijs, tam præsentibus, quàm futuris in Domino salutem. *Nouerit* vniuersa generatio præsens & futura, Robertum *Marmion*, patrem meum, Diuini inspiratione consilij, Abbatiam Barberij, Fundare proposuisse: vnde omnes terras, quas habebat in Barberio, excepto militum suorum feodo, Abbatiæ faciens, quasi primùm per hæc omnia, jecit fundamentum, possessiones commodas his adiecturus, si eum diutiùs miseratio Diuina viuere permisisset. Quia verò propositum suum implere non potuit. Ego filius eius, & hæres, ab eo inchoatum opus, ad consummationis decus perducere decreui. Ego itaque, pro salute animæ meæ, & salute patris, & matris meæ, & vxoris meæ ac liberorum meorum, & omnium Antecessorum, ac successorum meorum, do, in eleemosynam perpetuam, liberam, & quietam, & ab omni seruitio absolutam, Deo, & B. Mariæ & Abbati, & Conuentui monachorum Abbatiæ *Barberij*, terras omnes, quas pater meus dono dederat in *Barberio*. Dono etiam, ad ædificandam Abbatiam, terram; quæ continetur inter paruum *Boscum*, & *Barberium*, & Hominia, quæ terra est, in Parœchia *Brethevillæ*, scilicet, terram Ioannis de *Fontaneto*, pro qua, sororem eius Sãctimonialem, constitui apud *Polesorde*; cuius terræ partem tenebat Radulphus *Hericé*: Et terram Roberti de *Anerijs*; pro qua dedi ei vnum bordagium in *Brethevilla*, quod tenebat Ranulphus *Faniere*: Et terram Guillelmi *Rosard*, pro qua dedi ei quinquaginta solidos Andegauens. Confirmo donationem, quam fecit Robertus *Logel*, & Hugo, filius eius, eidem Abbatiæ: & Donationem campi, qui est proximus Abbatiæ, quem dedit Grebolaus de Veius, & Sibylla vxor eius, concedentibus filijs eorum, Roberto & Iordano; quem tenebant Geruasius *Borcehorle*, & Guillelmus *Borcehorle*, & fratres eorum. Confirmo escambionem, quam fecere monachi Banulpho, filio Arnulphi, & fratribus eius. Dono præterea Ecclesiam *Barberij* ex integro; excepto Feodo Abbatiæ de *Fontaneto*, & Abbatiæ sanctimonialium de *Cadomo*. Dono & Ecclesiam de *Brethevilla*, cum omnibus pertinentijs suis, similiter & Ecclesiam de *Quilleo*, cum omnibus pertinentijs suis. Et Ecclesiam de *Sanctellis*, cum omnibus pertinentijs suis. Et Ecclesiam de *Ketevilla*, cum omnibus pertinentijs suis. Et tres partes Ecclesiæ S. Germani de *Chemino*, & S. Hermetis de *Fontaneto*; quarum vnam tenebat Radulphus de *Gonis*, ex me in eleemosynam; aliam tenebat Gaufridus *Potier*, quam ipse vt

Feodum tenebat, & ipse, & filij eius, Balduinus & Hugo, & cæteri hæredes eius, concesserunt eam Deo, & B. Mariæ, monachis *Barberij*; & ipse Gaufridus, eam per librum posuit super altare eiusdem Monasterij. Aliam tenebat Mathæus de S. *Germano*, pro qua dedi ei 20. acras terras, de Dominio meo, & pro jure, quod habebat prædictus Mathæus in Ecclesijs de *Quilleo* & *Bretheuilla*. Dono etiam præsentationem dictarum Ecclesiarum, quæ ad ius meum pertinet. Dono præterea stagnum, cum molendino, quod est inter *Barberium* & *Bretheuillam*. Dono etiam *Tuepot* terram cum nemore, quam emi de Guillelmo de *Villers*, quindecim libris Andegauens. Donationem etiam Guillelmi de *Villers*, in *Tuepot*, in terris, & in nemore, & in pratis, ratam habeo, & confirmo. Confirmo etiam donationem quam fecit Guillelmus de *Cingal*, in veteri *Merleria*, & in noua *Merleria*, & in campo de *Lineto*, concedente suo Guillelmo, & Ioanne de *Lineto*, Domino suo. Dono etiam de Dominio meo, apud *Mesons*, quadraginta & octo acras terræ, dimidia virgata minus. Dono & Feodum *Durandi Cheuestri*, ex integro; & Tenentum Radulphi, filij *Amegne*: & in Feodo *Roberti*, pro me, vna mina frumenti, pro duobus modijs frumenti, quos donabam monachis, singulis annis, in molendino meo, apud *Mesons*, & in *Extrabirne de Iorchis*, quas donaueram prius monachis.

Concedo etiam donationem, quam fecit Robertus de *Moe*, in *Barberio*, scilicet, terram, quæ est inter stagnum monachorum, & mansuram Ecclesiæ *Reginæ*, quantum ad ius meum pertinet. Confirmo donationem, quam fecit Dionysius *de Cor*, apud *Mesons*, scilicet, mansuræ, quam tenet Hugo, frater eius, de Abbatia & Conuentu *Barberij*. Confirmo & donationem, quam fecit Geruasius de *Barberio*, concedente Domino suo Guillelmo *Marmion*, de *Vruilla*.

Si quis autem de terris quibuscumque ad Feodum meum pertinentibus, præfatæ Abbatiæ, terras, siue redditus aliquos dedit, aut dabit; ratam habeo illam donationem, & permanere concedo: ita tamen, vt qui dabit, tantum Dei, & tantum sibi retineat, vt & seruitium, quod debet persoluere possit; & beneficium religiosis collatum, liberum, & ab omni seruitio permaneat absolutum. Concedo etiam libertatem, & quietantiam in omnibus omninò rebus, monachis & conuersis eiusdem Abbatiæ, in tota terra mea Normaniæ, & Angliæ. Hæc autem omnia libera, & quieta, & ab omni seruitio, & exactione penitus absoluta. Dono, concedo, & confirmo, præfatæ Abbatiæ *Barberij*, in eleemosynam perpetuam, nihil in omnibus seruitij, aut obsequij, vel debiti, cuique reseruans, vel retinens: hanc recompensationem solam, & vnicam retributionem, mihi & hæredibus meis deposcens, vt prædictæ Abbatiæ fratres, tam ego, quàm ipsi patronos apud Dominum habeamus & intercessores. Prætaxatas donationes omnes concesserunt, Robertus, filius meus, & vxor mea, & filiæ meæ, & milites & homines mei; nulla omninò interueniente reclamatione.

Præterea, instituo, propono, & confirmo, quod in præfatæ Abbatiæ Manerio, ego & vxor mea, & hæredes mei, sepulturas habebimus. Vt autem prædicta omnia rata maneant in perpetuum, & inconcussa, pagina præsenti, ipsa volumus annotari, & sigillo nostro muniri. Actum hoc anno ab Incarnatione Domini 1181. mense Octobri. Testibus his D. Henrico, Bajocensi Episcopo; Radulfo de *Bonus*: Roberto Clerico Vvaleranni Archidiaconi: Vvillelmo Præsbytero de *Fous*: & Hugone, nepote eius: Iosselino monacho; Alexandro monacho; Henrico, Clerico, Gaufrido de *Bohun*, Richardo *Bigot*: Roberto de *Moe*, Gaufrido *Potier*; Guillelmo *Marmion*, Ioanne de *Lineto*, Godefrido *Aguillon*, Simone Clerico, Thoma *Porè*, Guillelmo de *Brisso*, Guillelmo de *Bouro*, Guillelmo *Locart*, Reinaldo de *Cuney*, Gilleberto *de Lineto*, & multis alijs. Migrauit autem ad Dominum Robertus *Marmion*, ann. 1241. cui successit Philippus Marmion: memoratus, ann. 1254. [b] ex quibus clarè deducitur mendosè scriptum esse in Antiquitatib. MSS. Normaniæ pag. 154. Rogerium *Marmion*, Fundatorem extitisse huiusce Abbatiæ, ann. 1229.

[b] *Apud Parisium in Histor. Anglor.*

Notitia

Digitized by Google

Notitia Abbatum huiusce Monasterij exquiritur, & quæ, ad eos spectant, ad amußim panduntur.

CAPVT II.

I. MIHI semper optima visa est ratio, D. *Ludouici*, Abbatis Barberij, vita & professione Religiosissimi, scribentis ad virum nobilem & pium, D. *Salet*, Abbatem Ardenæ commendatarium, ann. 1641. à se sciscitantem: cur à ducentis annis, ex quo Barberiana fundata est Abbatia, cuiuscumque Abbatis notitia effugerit: hoc ideo euenisse; quandoquidem donationes, Feoda, Recognitiones domaniales, prædia fiduciaria, & his similia, haud legantur publicè exhibita, nisi generatim, Abbati, & monachis Barberij, & eorum successoribus: ea vt reor, de causa, quod cùm virtuti maximè addicti, intra perfectam Regularitatis obseruantiam, vitam tunc ipsi ducerent, testatum iri cupiebant, eorum spiritum, à sæculo fore alienatum; humilitatis verò, communitatis, ac pietatis sectatorem integerrimum.

II. Oliuerius, Abbas S. Andrææ in Goferno, vnà cum Abbatibus de Alneto & *Barbereyo*, deputatus ad nouam electionem Abbatis Vallis Richerij, electus fuit tandem *Laurentius de Heris*, Prior Claustralis, ann. 1351. a Itemque, postea Ioanni Abbati Vallis-Richerij succedit Guillelmus *Normandie*, monachus de Barbereyo, ann. 1444. b

a *Ex Cartulario Abbat. Vallis Richerij.*
b *Ibid.*

Michael, Abbas Barberij, ann. 1392.

III. In Scacatio Cadomensi. c Ex schedis autem ipsius cœnobij Barberiensis, pauca quædam excerpsimus, quæ hic dabimus.

c *Ibid.*

Nicolaus, Abbas Barberij.

Doctor in Theologia, florebat, ann. 1411. d

d *Ex Cartulario Barberij. fol. 97.*

Ioannes, Abbas 1452. & 1455. e

e *Ibid. fol. 180.*

Moritur ann. 1469. ex eius

EPITAPHIO.

Hic jacet Ioannes Pymeule, quondam deuotus ac pius Abbas huius loci: in quo Abbatisauit egregie, 42. annis, obdormiuit, ann. 1469.

Reginaldus Leurard, ann. 1484. f *obijt ann. 1496.*

f *Ibi. fol. 176.*

EPITAPHIVM,

Mœsta dies Aprilis quinta, quem cœnobij huius viris præfecerat Religiosis; eadem dies solertem, sed Benignum, Abbatem, Reginaldus Leurard, abstulit: & hoc sub saxo clausit: ann. 1496.

IV. Sequuntur alij duo Abbates, ibidem intra chorum eiusdem Ecclesiæ Abbatialis sepulturam nacti, qui & Episcopi Abelonenses extiterunt: quorum Epitaphia subsequuntur: prior vocabatur *Ioannes*; alter verò, *Dionysius.*

Ioannis, Abbatis Barberij, & Pontificis Abelonensis.

Digitized by Google

EPITAPHIVM,

Saxea claudit Ioannem nunc petra sepultum,
Quique suo Doctorem tempore gessit:
Munere præsul Abelonis ipse sacrato,
Barberææ Domini studiosus præfuit Abbas.

Obijt autem 5. Calend. Iunias 1530.

Dionysij, Abbatis Barberij, & Episcopi Abelonensis.

EPITAPHIVM,

Hic eques effosso dormit Dionysius antro,
Barbereo clero venerandus præstitit Abbas:
Illustris quoque Abelonis præsul fuit alma,
Sicut humi corpus, sic mens sit candida cælo.

Obijt autem 14. Calend. Nouemb. 1549.

Ad hos Abbates spectant nominationes vndecim beneficiorum: videlicet. Berberij *Barbery*. Bretheuillæ, *Bretheuille*. Quilleij, *Quilly*. de Sanctellis, *Saint-Eleaux*. Queteuillæ, *Quetieuille*. Poucij, *Poucy*. Cingalis, *Cingal*. Frenei Veteris, *Fresné le Vieil*. de Molinis, *Moulins, ou Moliniez*. S. Benigni, *S. Bening, proche d'Iuoy*. Fontani Marmionis, *Fontené lez Marmion*.

Nominatur Ioannes, Episcopus Biterrensis, Dominus Vice-comitatus & ditionis de *Fontenay* juxta *Marmion*: in Scacario, ann. 1474. [g] Annas d'*Escars*, Episcopus Lexouiensis, postea Metensis, Abbas Barberij.

[g] *Ex compendiosa relatione Scacarior. pag. 649. Apud D. Bigot, Senatorem Rothomag.*

Ludouicus Quinet Abbas, monachus ann. 1645. & 1652.

Edidit librum, cui Titulus est *les Estatz penibles & humilians de Iesus-Christ en la terre*; Cadomi, apud Petrum *Poisson*: ann. 1651.

Circa ann. 1187.

INSVLA DEI.

Reginaldus de Paulleyo, vir Illustris Fundator huius Domus agnoscitur: quod postea confirmatur à Vvaltero Rothomagensis Ecclesiæ Metropolitanæ Archiepiscopo, cuius Abbates breuiter perstringuntur.

CAPVT VNICVM.

ORDINIS Præmonstratensis est hæc Abbatia, Diœcesis Rothomagensis, fundata ab Illustri viro, Reginaldo de Paulleio, circa ann. Christi 1187. vocaturque, *Insula-Dei*, Gallicè, *l'Isle-Dieu*, in Archiuo præsentis Domus extat huiusce Donationis carta ipsius *Reginaldi*; data præsente V*valtero*, Rothomagensi Archiepiscopo, in die, qua sacrauit Altare *S. Mariæ* Virginis, Deiparæ. [a] Horum meminit Necrologium istius Monasterij, in hunc modum. I.

Commemoratio Vvalteri Archiepiscopi, qui hunc locum in Abbatiam consecrauit; & Ecclesiam S. Dionysij Grainuillæ; S. Audoeni, iuxta Bracchy, & Biernembusci nobis in perpetuos

[a] *Cartularium Abbatiæ insulæ Dei Antiquitates MSS. Norman. pag. 477. Claudius Robertus in Archiepiscop. Rothomag. & in Abbatijs Gall.*

Digitized by Google

In perpetuos vsus eleemosynauit, & multa alia, &c. Item 4. idus Octob. *Commemoratio Reginaldi de Panilleio*, al. *Ragnerius*, in obituario Sillyaco, *Fundatoris*; ac *Roberti*, *primi Abbatis*.

b *Ex Obituario Abbat. Insulæ Dei.*

II. Res cœnobij confirmauit, *Henricus* II. Rex Angliæ, Dux Norman. & Aquitaniæ Comes Andegauiæ. c Ex quibus claré deducitur hoc Monasterium, circa ann. 1187. sumpsisse exordium: cùm *Vualterius* ad Archiepiscopatum Rothomagensem haud euectus sit, nisi ann. 1183. & Rex Anglus prætatus obierit, ann. 1189. Sed præstat audire Tractatum ex pervetusto codice pergameno, excerptum de huiusmodi Abbatiæ initio & erectione: quem vltro damus, in fauorem beneuoli lectoris.

c *Cartularium sup.*

Sancti Spiritus adsit nobis gratia.

III. *Ad laudem* & gloriam illius, qui de nihilo cuncta creauit, & creata gubernat, & absque cuius imperio, etiam folium arboris non cadit: proposuimus enarrare, qualiter, quibus temporibus, & à quibus personis, domus *Insulæ Dei*, habuit initium: non enim fabulam, sed rem gestam scribimus, sicut proprijs oculis vidimus, & auribus audiuimus, anno 1187. Regnante illustri Rege Philippo in Gallia: nobiliss. Rege Hẽrico in Anglia, & in Normania, & in alijs Prouincijs plurimis Dominãte, ipso verò anno, quo præfati Reges cum copiosa multitudine magnatorum, cruce signati sunt ad succursum Hierosolymitanæ terræ: fundata est Domus *Insula-Dei*, in honore ipsius Dei, & Domini nostri Iesu Christi, gloriosissimę semper virginis matris eius.

IV. Temporibus illis vir quidam magnæ sanctitatis & bonæ opinionis commanebat in vicina Eremo, quæ vocatur *Sancta Honorina* in Foresta *Leonum*, non longè à præfata Domo, distanti circa vnum milliarium, Locus autem ille satis amœnus, & religiosus, vallatus vndique sylvis: & licet in altis sit positus tamen fontibus est decoratus, qui dùm eremum transierunt, non longè, in terra absorbentur. Sub silentio autem non est prætereundum, quis & quantus sit ille de quo agitur: Frater Hugo de *Sancto Iuiniano* dicebatur: qui licet in natione sua, magni nominis esset, sub regulari disciplina canonicorum apud S. Laurentium in *Leonibus*, se subdidit. Qui dum satis religiosè inter fratres se haberet: ad probationem eius, infirmitate lepræ eum percussit Dominus, Qui nõ iratus, sed libenti animo flagella Dei suscipiens, dicebat: Castigans, castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Et quamuis tanta corporis molestia detineretur: proposuit carnem suam amplius cruciare. De assensu magistri sui, iuxta capellam præfati loci, infra muros se inclusit: volens se ab omni lasciuia, & inquietatione, & hominum frequentia subtrahere, vt liberius & intentius orationi, lectioni, contemplationi, sanctæque meditationi vacaret. Quamdam fenestram, ad seruitium Diuinum audiendum infra capellã habebat: aliã verò extra aduentantibus ad colloquendum, cũ volebat. Opus manuum post missarum celebrationem, & orationum, & afflictionum suffragia, exercebat in cochlearibus faciendis: quæ plurimis ad se venientibus erogabat. Parum, aut nil ab aduenientibus accipere curabat, nihil exigebat: sed super Altare capellæ hoc quilibet offerebat, quod illi bona voluntas ministrabat. Est mirũ in modum, & vix possibile ad credendum: quanta ibi macerando carnem sustinuit: Corpus suum cupiebat potius debellare quàm ab ipso superari: reminiscens, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Eloquens etiam erat in sermone, & peritus in scriptura Diuina, in qua reminiscendo sciebat: pater filium, quem diligit, corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit: Coadiutores enim Dei sumus, ait Apostolus: Coadiutor verò Dei fuit cum Dominus eum flagello lepræ humiliauerit. Amplius se macerare disposuit: ligaturis namque ferreis in brachijs, alijsque corporis compagibus se circumstrinxit, donec ferrum putrefactum per seipsum decideret.

V. *Et quia* ciuitas supra montem posita non post abscondi, nec lux in tenebris: fama de eo circumquaque conuolauit. Festinabant ad eum pusilli & magni, pauperes & diuites, nobiles & ignobiles de circumquaque regione. Quidam verò peccata sua confitentes: quidam vt audirent eloquia Domini per os eius sonantia; sicut ipse Dominus ait: vos non estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri

qui loquitur in vobis. Magnates etiam terræ, audientes de eo sanctæ opinionis famam, vt monita salutis acciperent ad eum confluebant. Inter quos miles quidam nobili genere forma decorus, armis strenuus, Deo deuotus, consilio prouidus, in commissis fidelis Reginaldus de *Pauliaco*, cum cæteris ibi deuenit. Vt autem vidit, & consolationem eius audiuit, notatur dixisse. Famam audiui de isto, sed dimidia pars mihi nuntiata non fuit, donec ipse veni, & audiui, & vidi oculi meis: quia mirabatur valdè super Doctrina & responsis eius. Stupebat autem, cum tali laboraret ægritudine; quomodo posset tanta sustinere. Et tunc, cùm in finibus illis transitum faceret; crebrius illic cum magna alacritate, & non parua deuotione, cœpit, ad hominem Dei diuertere; cupiens ab ore eius, ea quæ ad salutem animæ pertinent, audire: &c.

Quid amplius moror? Secretum consilij sui, quod diu in corde suo conceperat, post plurimas allocutiones, homini Dei reuelauit, & ait illi: jam diu est, quod pro salute animæ meæ, & parentum, & amicorum meorum, in mente proposui, domum quorumlibet religiosorum construere, eisque victum & vestitum, pro possibilitate mea, instituere: & quia in partibus istis, terras, & redditus sufficientes non habeo, sed in Anglia, in Dominio meo locus satis est idoneus, pratis, aquis, & syluis ornatus; si locum istum deserere, & huc venire velletis, ego de auxilio Dei confisus, ad consilium vestrum, omnia præpararem. Cui homo Dei respondit: in veritate, nullomodo transfretarem. Sed si in partibus istis locum cōpetentem inuenires, ad augmentationem S. Religionis, & exaltationem: hinc me transferri me permitterem, Gaudens ergo de promissione recessit; sed sollicitus, & quasi stupefactus, de transmutatione, multa in se recolligens, vbi locum congruentem inueniret, die ac nocte meditabatur: parum, aut nihil proficiendo. Anxius ergo, quid ageret, humano cōsilio destitutus, cœpit cū pura & maxima deuotione, & oratione, aures Domini pulsare, & intemeratæ Virginis matris eius, quam ardenter & affectuosè diligebat, auxilium super hoc flagitare: & quia Dominus prope est omnibus inuocantibus eum in veritate, non defuit ab eius postulatione. VI.

Nec longum postea, cuidam militi, Radulfo nomine, Domino de *Petrolio*, cui nuper ipse quondam consanguineam suam maritauerat, secretum suum aperuit, & consilium ab eo expetiuit. Cui deuotè respondit. Videatis in terris, pratis, in insulis, & alnetis, locum ad hoc competentem: & sicut melius videritis expedire, pro voluntate vestra accipiatis. Quæsiuit igitur, & inuenit quod desiderauerat. Inter cætera elegit quamdam insulam cum alnetis, vallatam vndique riuulis, ibi verò cum festinatione magna & alacritate, cœpit Capellam, domos, & cætera ad hoc conuenientia, sibimet, & suis, & Religiosis ædificare. Quibus in breui peractis, ad hominem Dei reuertitur. Deuotè & humili vultu dixit ad eum. Pater mi & dilecte, veni, imple desiderium meum; sicut facere promisisti, de consensu autem eius, confracto muro, foras eum extraxit, & statim ascenso equo, accepit eum in brachijs suis coram se, & detulit ad locum, quem præparauerat. Et quamuis tales deuitari solent, & etiam, ne à sanis tangerentur, tamen quasi Deum, sub specie hominis, hunc deferre lætabatur. Celebrata igitur in eodem loco, abs homine Dei missa, quod prius longo tempore, nec postea, fecit: intrauit inclusum iuxta altare sibi parauit. Secuti sunt autem eum duo Canonici, qui cum eo morabantur in heremo, in Capella illius noui loci, Diuina celebraturi. In ipso anno transmigrationis illius hominis Dei, quidam sacerdos Religiosus, timens Deum, Vualterus nomine, cognomento *Mala*, audiens de eo, venit videre eum: familiares autem & socij extiterant, dùm in sæculo morarentur. Videns enim conuersationem eius, & sanctitatem, post plurimas interlocutiones factas, & animarum consolationes; petijt humiliando, vt iuxta eum se includi concederet, quatinus securius ibi Deo seruiret, monita salubria semper ab eo reciperet. Quod vt audiuit homo Dei, valdè gauisus est, gratias Deo agens, qui talem sibi misit sodalem, & fidelem adiutorem. Cella autem parata, & altari in ea statuto, lætus intrauit: missam ibi quottidiè celebrabat; vigilijs, jeiunijs, & orationibus, nocte ac die humiliter vacabat. Si vultis scire, qui iste sit, & vnde venit, audiatis: licet multum in juuentute fuisset secularis, tamen ductus à Deo, actiorem vitam postea ducere sibi elegit. VII.

Quandam

VIII Quandam domum pauperculam leproſorum de Bolebecco aggreditur : qui de conſuetudine, per vicos, & plateas, & villas, oſtiatim eleemoſynas cum fabellis ſolebant mendicare. Qui in breui tempore, Deo adiuuante, eos in vnum retraxit, eiſque neceſſaria prouidit : ne vltra, pro defectu victus & veſtitus, foris vagari cogerentur, ſed ordinem Regularem tenerent. Quatuor enim ibi ordines inſtituit: vnum, de ſacerdotibus & clericis, & laicis fratribus : ſecundum, de leproſis hominibus; Tertium, de non ſanis mulieribus; Quartum, de Dominabus ſanis & alijs famulabus. Dominus autem qui humilia reſpicit, & hominem exaltat, pro vt vult, dedit ei gratiam in conſpectu principum, magnatorum, & puſillorum; & acquiſiuit terras, boſcos, & redditus, vnde in victu & veſtitu, alijſque neceſſarijs viuere, & ſuſtentari ſufficienter poterant. Vt ergo vidit ſe in pertubationibus ſæculi, & conſanguineorum frequentatione; actiuam vitam fugiens, contemplatiuam verò eligens, reliquit omnia, quæ poſſidebat, valedicens fratribus, ſicut prædiximus, incluſum intrauit. Quid ibi ſuſtinuit, & quanta oportuit eum pati in ſeruitio hominis Dei infirmantis Deus nouit, quia noſtrum non eſt omninò enarrare. Ferè per biennium, vnuſquiſque in cella ſua ſolus morabatur. Poſtea verò homo Dei, in tanta ægritudine agitatur : quòd etiam pro vrina facienda, de lecto ſurgere, nullatenus poſſet. Neceſſe ergo fuit, vt paries, qui cellas eorum diuidebat, frangeretur, vt liberius acceſſum haberet neceſſitati illius ſubueniendum. Cui ita deuotius, tanquam patri famulabatur, quam ſi carne propria eum genuiſſet, multotiens nocte & die oportebat pannos à lecto illius tollere, & alios idoneos apponere, & proprijs manibus lauare. Quod ſicut ab ore illius didici, qui hoc ſcribo; in primis cor ipſius talia faciendo, tumuit, ita vt ferè ad vomitum prouocaretur. Tunc erigens ſe contra ſe, ait ad cor ſuum. Aut crepueris, aut facies. Et accipiens de ipſa lauatione pannorum putrida, totam ſuam faciem lauare cœpit. Ex tunc cor ſuum edomauit : ſic quod pro aliquo fœtore, numquam poſtea tumuit. Et ſicut vnico filio in cunabilis iacenti obſequium præſtat : ita & iſte, excepto vbere, humanitatem in omnibus ei piè exhibebat.

IX. Tunc redeamus ad propoſitum; & videamus quàm magna & difficilia vir iſte nobilis, in vno ſolo cœperit anno. Domum in Abbatiam fundauit, crucem ſuſcepit, vxorem duxit. Hæc omnia, Deo adiuuante, cooperantur ei in bonum. Quia Dei gratia creuit domus, & multiplicatur. Cùm Regibus verò & magnatibus terræ perrexit Ieroſolymam : ibique apud Acon, de ergaſtulo huius vitæ tranſiuit ad Dominum. De vxore autem ſua duos filios genuit : quos hæredes ſuo de reliquit. Scriptum eſt enim : omnes piè volentes viuere in hoc ſæculo, perſecutionem patiuntur. Licet vir iſte moribus & vita decoraretur honeſta; arma, & torneamenta ſicut de conſuetudine, prius habebat, vnde gloriam non modicam & laudem acquiſierat, nunquam deſerere volebat. Contigit autem, vt cùm ad vnum perrexiſſet torneamentum, & in conflictu perſiſteret, in ruina equi ſui, tibia ipſius confracta fuit : vnde ſui, & alij quamplurimi valdè contriſtati ſunt. Aſportari eum ſe fecit in lectulo, cum magna anxietate, ad domum Inſulæ Dei, quam de nouo conſtruxerat. Oſſibus verò reiunctis, ſed non rectis, oportuit iterum tibiam frangere. Quapropter tanta percuſſus eſt inualetudine; quòd periti etiam medici deſperarent de eius ſalute. Sed Deo illum viſitante, conualuit de infirmitate illa : verumtamen poſtea ſemper de illa parte claudicauit. Tres equidem tunc temporis, non modicas ſuſtinuit perſecutiones, vnam, quam prædiximus : duas, quæ ſequuntur. Qui cùm vir eſſet nobilis genere & dignitate; filiam cuiuſdam potentis, eo neſciente, rapuit, & deſponſauit. Qui ſtatim ad Regem Angliæ veniens, indè clamorem fecit. Rex verò hæc audiens, illicò præcepit, vt quaſcumque terras ac redditus haberet, in manu ſua caperentur. Quod ita diu factum eſt; donec per intercеſſionem Religioſorum & magnatum pacificatus eſt Rex, & miſertus redderet ei vniuerſa, quæ prius poſſederat.

X. Tertia verò aduerſitas in duobus conſiſtit; quia in illo loco, quanta aliquando erat inundatio aquarum, tam ideo, quia vndique cingebatur aquis, tam propter ſoliditatem & mollitiem terræ; ita quòd ſi ibi foderetur ad menſuram pedis vnius, aut duorum, ſtatim aqua impleretur. Vnde dicebant; ibi cimœterium nullatenus poſſe fieri. Altera autem altercatio erat inter eos non modica videlicet, qualis ob-

seruatio Ordinis in illo loco constitueretur. Dicebant enim & asserebant Canonici, qui ibi cum homine Dei venerant, & commorabantur, se debere principatum obtinere: & domui suæ, vnde prius venerant, subesse, & obseruationes eius, in ea in perpetuum ordinari; è contrario autem monachi de S. Audoeno Rothomag. dicentes, & contradicentes alienos ibi habitare Religiosos, nisi de suis proprijs monachis, quia in suo Dominio fundata erat domus illa: pluraque promittebant de proprio suo in augmentationem, vt Prioratus de suis, in loco illo construeretur. Miles equidem fundator domus, hæc audiens, & intelligens, contristatus valdè ignorabat quid ageret: venit ad hominem Dei, consilium super his ab eo quæsiturus. Cui ille respondit, affirmando, sicut aliquando in consuetudinem habuerat. Reginalde, per Regnum Dei, dico tibi, si mihi credideris, nec Canonicos nigros, nec monachos in domo ista admittes: quia quatuor, aut quinque illorum deuastando expenderent, vnde tredecim, & amplius Religiosorum, qui parcè, & Religiosè consueuerunt viuere, possent competenter sustentari. Quare laudo, & consulo tibi, vt quæras de ordine Præmonstratens. viros Religiosos Deum timentes, de quibus, & in quibus fodias Fundamentum Ecclesiæ tuæ: quia non lapides, non ligna, non tam faciunt Ecclesiam, quàm congregatio fidelium: & fiduciam habeas in Deum, quia Deo adiuuante, & gloriosa matre eius, in honore cuius fundare eam cupis, quòd crescet & multiplicabitur in perpetuum. His auditis & intellectis, iterum mente consternatus est, & omni consilio humano destitutus: timuit omnia, quæ fecerat, in vanum laborasse.

Interim, nocte ac die, mente vigili, & corde puro, clamabant, tam ille, quam homo Dei, ad Dominum, & ad Virginem Mariam, in qua plurimum confidebant, auxilium & consilium sibi mitti ab alto; & quia Deus non spreuit sperantes in se, aut petitioni illorum non defuit. In illa verò tempestate, venit ad Dominum Gilbertum de *Vvascolio*, qui non procul ab illo loco commorabatur, quatinus & illi, & vxori suæ Philippæ, quæ consanguinea eius erat, secretum suum detegeret: & consilium super omnibus prædictis, pro Dei amore, & ipsius lachrymabili pietate personæ, & animarum suarum salute, apponerent. Et adiecit, dicens. Terras non habeo in partibus istis, nec citra mare, vbi domum istam possim transmutare: sed est locus vicinus, appositione loci præfati in Dominio vestro, ferè à jactu lapidis, si ipsum Deo, & B. Mariæ genitrici eius, & mihi dare velletis, homagium pro eo vobis facerem, & in omnibus bonis domus illius, quæ de cætero in ea fierent, quantum est mihi, in omnibus vobis concederem. His auditis, pietate commotus, & deuotione ductus, tam ad preces vxoris suæ, cui plurimum credebat, & diligebat, quam ad instantiam ipsius militis, & postulationem: concessit quod postulauerat, in puram & quietam eleemosynam, se daturum, dicens, quādo bonos viros & Religiosos ibi miseritis, ego locum illum de terris meis propijs, & alijs bonis meis, pro salute mea emendabo, licet in tota terra mea, non sit mihi locus carior illo, propter frequentationem, & transitum ferarum à foresta leonum in nemoribus meis. Audiatis mirabile dictu, sed mirabilius actu: quòd vbi tunc erat transitus ferarum, modo, Dei gratia, fit à terra in cœlum transitus animarum. Re vera, hæc mutatio fuit dexteræ excelsi. Gaudens ergò & exultans, vltra quàm credi potest, ille vir nobilis effectus, redit ad hominem Dei; narrans ei, & alijs omnia, quæ gesta fuerant. Statim expandunt manus vtrasque ad cœlum, laudantes saluatoris clementiam, qui non dereliquit sperantes in eum. Recepto itaque loco illo, & fossatis circumvallato, Capellam, & domos vniuersas, ordinatæ sicut prius erant, à loco in locum in breui fecit asportari, & ibi construi. Domos verò suas in curia fecit seorsum sequestrari: sibi & commilitibus suis, vxori, & familiæ suæ commanendum.

XI.

Peractis igitur officinis ligneis, satisque ordinatis, de consilio viri Dei, ad generale capitulum Præmonstrati perrexit, ad nouellæ plantationis suæ ædificationem, secundum statuta ordinis consilium petiturus. Postulatione autem illius audita, & exaudita, de assensu eius, Abbati de *Silleio*, praeceptum fuit, quatenus domum illam in filiam reciperet; & secundum consuetudinem ordinis, Abbatem & Conuentum in ea ordinaret. Nec mora, ex voluntate fundatoris, misit in præfata domo, Robertum cognomento *Thalum*, qui antea fuerat in *Falesia*, Abbas destitutus: XII.

stitutus: & cum illo tres tantum Canonicos sociauit; Vuillelmum, scilicet, Hugonem, & Gaufridum. Et quia, quasi inuitus, quilibet eorum veniebat, dicens domum suam ædificatam nolle relinquere, pro inædificata, & ab eis incognita. Quibus responsum tale dedit Abbas: ite, & recipite quos poteritis de patria illa, saltem tantos, quòd ordo ibi plantetur: & si ibi ferre commorando, non poteritis, cùm volueritis, ad propria remeate. Accesserunt ergo Abbas ille, & alij tres Canonici prænominati, ad Insulā-Dei, (quia ita prius à vulgò appellabatur); duos tantum de foris, & duos inclusos, in domo illa inuenerunt, expectantes ordinis confirmationem: qui libenter & deuotè eos susceperunt, & Abbati obedientiam fecerunt. Intrauerunt locum illum circa Quadragesimam: sed non diu perseuerare potuerunt, aut noluerunt. Duo verò ex ipsis, vnus videlicet, qui Prior constituebatur cum quadam socio alio, infra sequens festum B. Ioannis Baptistæ, nolentes laborem, & inopiam sustinere, ad domum vnde exierant, remeare festinauerunt. Et quia Abbas vidit se à socijs derelictum, sperans nihil ibi proficere, in sequenti capitulo Præmonstrati, veniens, propter debilitatem eius & senium, demissionem petijt, & impetrauit; & ad domum, de qua venerat, cum alijs repedauit. Quartus autem aliquantulum remansit, Prior instituitur, cum alijs duobus, quos ibi inuenerat, & duobus nouitijs interim receptis, qui non diu perseuerantes, apostatauerunt.

XIII In tempestate verò illa, ego qui talia scribo, parentibus meis ignorantibus, intuitu charitatis, me nuper in diaconum ordinatum, in collegio suo susceperunt, & de suis pannis, licet egentes mihi commodauerunt: donec parentes mei hæc audientes, & quā plurimū cōdolentes, omnem supellectilem, quæ mihi contingebat quæsierunt, & statim mihi miserunt: conuitia inferendo, quòd in tam parua, & paupere domo me miseram, vnde præ inopia & egestate, sicuti alij plures fecerant, me oporteret, relinquendo, aufugere. Sed Deus omnia videns, & præuidens; qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam; qui infirma mundi eligit, vt fortia quæque confundat: noluit ordinem omninò deperire: quia illis à domo illa redeuntibus; Dominus non dereliquit eam, sed assumpsit eam in manibus suis. Statim verò, post recessum eorum, misit in ea domo Dominus viros religiosos & honestos, de ipsa patria, qui ordinem obseruarent ibi, & obseruari adiuuarent; plures plura secum afferentes ad indigentiam domus subuenientes, quæ non possumus per singula dinumerare: & ita successiuè clericis & laicis in ea se subijcientibus, Deo procurante, vsque in præsentem diem, cœpit Domus illa crescere & multiplicari.

XIV Transacto ferè anno accesserunt ad eam, de *Silleio*, de *Falesia*, de *Reson*, Abbates, vt pastorem, in ea, secundū statuta ordinis instituerent: vocatoque fundatore, cœperunt inquirere ab inclusis, & à nobis ibi commorantibus, possessiones, terras, redditus, & omnia domui illi pertinentia. Quod cùm audissent, responderunt, se non audere Abbatem in ea constituere, de tam parua possessione, nisi victum haberent sufficientem. Post plurimas super his interlocutiones, fundatori dixerunt Abbates, sicuti à nobis ibi astantibus, didicerant. Audiuimus vos medietatem cuiusdam villæ in Anglia huic domui dedisse: si totam ei conferre velletis, forsitan sustentari valeret. Sin autem, quod absit, ad grangiam oportet domus ista redigi. Hæc audiens vir ille nobilis, nobile consilium quæsiuit: solus statìm intrat Ecclesiam; ante altare projecit se in orationem. Mirabamur ad inuicem omnes, qui præsentes eramus; quod ad domum suam, & vxorem, & commilites suos, consilium ab eis petiturus, non diuertisset. Cùm diu ibi moram fecisset, redijt ad Abbates, dicens: consilium quæsiui à Domina mea, & ipsa mihi consulatur, & laudat, vt postulationi vestræ acquiescam. Totum manerium integrè, cum omnibus pertinentijs suis, huic dono, & carta mea confirmabo: exceptis duabus marcis argenti, quas mihi, & hæredibus meis, de recognitione retineo, & pro guarantizatione. Quo facto, de Abbate eligendò, secundum ordinis formam, nobis licentiam dederunt: plures nominando in diuersis partibus, ad officium illud, vt dicebant, esse idoneos: sed quia illos, vel alios, nisi paucos nouerAmus, consilio intra nos habito, diximus. Quis dignior Priore nostro? qui cæteris recedentibus solus remansit, nosque ferè omnes in ordine recepit: diligenter tractauit, monuit

Vuuuu

conseruationesque ordinis nos docuit. Quid plura ? de assensu omnium, ipsum elegimus in Abbatem. qui satis honestè, & ordinatè se habuit in tempore suo: terris, pratis, aquis, & alijs domum præfatam ampliauit. Tandem, quia debitis eam plurimis oppressit; quasi tædio ductus, & animo destitutus, dimissionem de ea quæsiuit & impetrauit. Postea successiuè in ea electi sunt Abbates, vsque in hodiernum diem.

In ipso anno transmutationis loci, antequam ordo mitteretur ad instātiam & petitionem illius nobilis viri fundatoris; accessit illuc venerabilis pater, Dominus Galterus de *Constantijs*, Rothomagensis Archiepiscopus, qui cœmeterium consecrauit ibi, & in fundo Ecclesiæ primum lapidem proprijs manibus collocauit: multaque tunc beneficia, & tunc & postea, & in Ecclesijs apparandis, plantationi nouellæ intuitu pietatis contulit, ac confirmauit: vnde dicimus, quod in parte fundator extitit istius Ecclesiæ. Similiter Dominus Gilbertus de *Guascolio*, qui locum ipsum, & duas Ecclesias, terras, & alia bona præfatæ Ecclesiæ contulit. Cum alijs verò Benefactoribus & Fundatoribus Aldulfus de *Bracheio*, vir magni nominis, jure numerandus est; qui tres Ecclesias in *Caleto*, terras, & redditus, fundationi Ecclesiæ loci illius eleemosynauit. XV.

Præfatus Vvalterus Archiepiscopus Ecclesiam Abbatialem consecrauit, ann. 1207. Guillelmus verò *Reginaldi* Fundatoris filius, patris pietatem mox sequutus, hunc locum pluribus excreuit bonis & latifundijs, ann. 1225. Deindè præcipui eiusdem Domus Benefactores notantur, DD. de *Vasqueul*, Castellani Beluacenses, Dinastæ de *Rys*; S. *Dionysij*, &c. Illic sepulti.[d]

Paucorum Abbatum huiusce cœnobij notitia superest, nobis: quæ subsequitur. XVI.

1. *Robertus primarius Abbas.*

Mortuus 4. idus Octob.[e] licet alibi dies eius obitus assignetur, v.[f] vel 7. idus eiusdem mensis.[g]

2. *Radulphus, defunctus 31. Aug.*[h]

Memoratur, ann. 1203. sup. in Abbatia *Valasie*, cap. 3. §. 5.

3. *Osbertus, ann. 1208.*[i] 4. *Philippus.*

Ad ann. 1228. quædam agit pro *Lyra* Abbatia.[l] Moritur 7. Calend. Iulij ex obituario *Luternæ*.

5. *Petrus de Sigeyo.*[m]

Obijt, 24. Februar. ex eodem obituario.

6. *Ioannes des Legues.*[n]

Obijt 23. Maij, ex obituario Montis-Dei.

7. *Balduinus, mortuus 13. Octob. ex obituario Sylliaco.*

8. *Petrus 2. Morient, 25. Ianuar. ex eodem.*

9. *Ioannes 2. obijt 24. (ex eodem) ceu 25. Octob.*[o]

10. *Arnoldus, seu, Renaldus Gueroult.*[p] *obijt 19. Aug.*[q]

11. *Robertus 2. Merhoult*[r] *mortuus 5. Maij.*[s]

12. *Petrus 3. le Metheyer, defunctus 15. Ianuar.*[t]

13. *Rogerius Gueroult, obijt 9. April. ex obituario Sylliaco.*

14. *Gilbertus, moritur 4. Decemb. ibid.*

15. *Guillelmus d'Offonuilla.*[u]

16. *Godefridus 24. Februarij.*

Moritur, ex obituario Montis-Dei.

d *Antiquitates MSS Norman.* pag. 142. 152. 153.
e *Ex Obituario Insula Dei.*
f *Ex Obituario Montis Dei.*
g *Ex obituario Luternæ.*
h *Obituarium Sylliacum.*
i *In Abbatia Gemeti Fontis* §. 3.
l *Cartularium Lyræ in confirmation. Archiepisc. Rothom. Carta* 36.
Antiquitates MSS. Norman. pag. 153.
m *Eadem Antiquitat.* pag. 152.
n *Ibid.*
o *Ex Obituario Luternæ.*
p *Antiquitates sup.*
q *Obituarium Sylliacum.*
r *Antiquitates sup.*
s *Obituarium Luternæ.*
t *Obituarium Sylliacum.*
u *Antiquitates sup.*

17. Petrus,

17. Petrus 4. de Silly, notatur ad ann. 1425.[x]

18. Richardus le Saonnier, interest Scacario, ann. 1484.

19. Laurentius du Quesnay.[y] *seu de Carron.*[z]

20. Guillelmus 2. le Roy.[aa] *obijt 16. August.*

21. Petrus 5. Sauary, mortuus 22. Ianuar.

22. Ioannes 3. de Carrouges, ann. 1525. Maij 11.

23. Virgilius de Limoges, 22. Iunii.

Doctor Theologus Paris. nobili genere natus, eloquio nitidus, & predicator facundus, actione grauis & potens, sed facie liberalis & venusta: postea fuit Præmonstrati electus & confirmatus à Clemente VII. ann. 1531.[bb]

24. Ioannes 4. Renard. ann. 1558.[cc]

25. Carolus de Martinuilla, ann. 1626. obiit 12. Nouemb.[dd]

26. Ludouicus de Romé.

Qui ann. 1647. mihi gratanter præstitit præfatum de Fundatione istius Abbatiæ Tractatum, quem ex quaternione vetusti codic. MS. pergameni excerpsi. Prioratus S. *Iuliani* apud *Meduntam*, Diœces. Carnotens. dependet ab hac Abbatia.[dd]

x Cartularium Sylliacum. Antiquitates sup. pag. 12.
y Eidem Antiquitates.
z Obituarium Bellæ stellæ 22. Decemb.
aa Antiquitates sup.
bb Le Paige lib. 5. Bibliothec. Præmonstratens. in serie Abbatum Præmonstratens. pag. 336. Obituarium Sylliac.
cc Antiquitates sup.
dd Obituarium Abbat. Bellæ stellæ.
ee Simon Parent. cap. 26 vita S. Marculfi Abbatis.

BELLOSANNA.

Circa ann. 1195.

Hugo de Gornaco insignis nobilitatis stemmate clarus, Fundator huiusce Domus habetur; cuius Abbates nonnulli panduntur.

I. CAPVT VNICVM.

HANC Neustria complectitur Abbatiam, Ordinis Præmonstratensis, Rothomagensis Diœcesis; Fundatam circa ann. 1195. per nobilissimum & illustrem virum Hugonem de *Gornaco*; cuiusquidem fundationis carta, sic incipit.

Vniuersis, &c. Ego Hugo de *Gornaco*, Diuinæ pietatis intuitu, &c. in propria hæreditate mea, in Foresta mea, iuxta *Bellosannam*, in honore Dei, & Beatissimæ Virginis *Mariæ*, matris eius, fundaui Abbatiam, &c. Actum est hoc, ann. verbi incarnati 1198. Teste D. *Galtero*, Rothomagensi Archiepiscopo, &c.[a] Huius dies obitus notatur 8. Calend. Nouemb. ijsce verbis 25. *Octobris*, *Commemoratio D. Hugonis de Gornayo*, *Fundatoris Abbatiæ de Bellosanna*, ann. 1198.[b] De familia hac illustri de *Gornaco*: alij agunt.[c]

II. Quantum vero spectat ad cœnobiarchas istius Monasterij, paucos reperimus, quos varijs ex schedis licuit colligere, & juxta mensium, non temporum, ordinem, huc referre duximus.

1. Radulphus, primus Abbas, obiit die 1. Octob.[d]

a Cartularium Abbat. Bellosannæ.
b Obituaria Abbat. de Ardena, & de Sylliaco.
c Quercetanus in Tabulis Genealogicis familiar. Neustriacæ Gentis, pag. 1102. in fin. Histor. Norman. Louuetus, in Anecdotis notis nobilium Beluacens.
d Ex Obituario de Ardena.

2. Guillelmus, mortuus 6. Ianuar.[e]

3. Henricus 13. Ianuarii: ex obituario Bellæ-stellæ.

4. Ioannes 24. Februar. ex obituario Lucernæ.

5. Guillelmus 2. April. 24. Canonicus professus Falesiæ.[f]

6. Ioannes 2. Iulii 11. ex obituario Lucernæ.

7. Guillelmus 3. Decemb. ex eodem.

8. Robertus, Decemb. 22. ex obituario Sylliaco.

9. Franciscus Vatable, seu, Guastebled.

Celebris professor Regius in lingua hebraica; ex *Belliardo*, in historia Melodulensi pag. 608.

10. Iacobus, Amiotus.

Ex dono Francisci I. Regis paulò post defuncti ann. 1547. cui obtulit interpretationem Græcæ in Gallicum Historiæ Æthiopicæ, vir eruditus: qui etiam interpretationem vitarum *Plutarchi Henrico* II. Gallorum Regi, dicauit ann. 1558.[g] missus postea ad Concilium Tridentinum vnà cum alijs Ambasciatoribus Regijs,[h] Eleemosynarius Franciæ ann. 1560. postea obijt, ann. 1592.[i]

11. Ioannes 3. Touchart.

Caroli *Borbonij*, Cardinalis Vindocinensis pædagogus; vir litteris græcis & latinis admodum exornatus; cuius extant præclara ingenij sui monimenta: florebat ann. 1584.[l]

12 ....

III. Hanc Abbatiam testatur se, pro sui officij ratione, visitasse R. P. Ioannes *le Paige*, suis his litteris infrascriptis. F. Ioannes *le Paige*, sacrosanctæ facultatis Theologiæ Parisiensis Doctor Regens, Collegij Præmonstratensis humilis prior, eiusdemque ordinis procurator syndicus, ac Reuerendissimi D. Domini Præmonstratensis Abbatis, totius eiusdem ordinis capitis, ac Reformatoris generalis Vicarius, omnibus præsētes litteras visuris, lecturis, vel audituris, salutem, in eo, à quo est vera salus. *Peractis Ceremonijs* omnibus visitationis, quam in Monasterio Deiparæ Virginis *de Bellosanna*, nostri præfati Ordinis, Rothomagensis Diœcesis, die 28. Martij, anno Domini 1615. vt Senatusconsulto Parlamenti Rothomagensis faceremus satis, suscepimus: & adorato Augustissimo corporis Christi sacramento, exhortatione in Ecclesia habita, visitatis locis, tam sacris, quàm profanis: & facta sub iuramento, discussione de statu Monasterij, vita, & moribus Religiosorum, tam claustralium, quàm Parœchorum, quæ sequuntur ordinanda, cum Assessoris nostri, fratris Ioannis *Leger*, Prioris Claustralis Monasterij Montis S. *Martini*, consilio, duximus, &c.[m] Ad hanc Abbatiam spectat, Prioratus de *Valle-Guidonis*, Diœcesis Carnotens. in Archidiaconatu Pisciacensi.[n] Præterea, Henricus VI. Rex Anglus, cùm Neustriam vi & armis occupasset, hanc cartam dedit circa ann. Christi 1420.

IV. *Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hyberniæ; omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem.*

Sciatis, quod de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Monasterio de *Bellosanna*, fieri debent, plus solitò accrescant, & ibidem laudabilibus manuteneantur & sustineantur; concessimus dilectis nobis in Christo Abbati & Conuentui Monasterij prædicti, omnia temporalia eidem Monasterio, infra ducatum nostrum Norman. qualitercumque pertinentia, siue spectantia, habenda in sustentationem Diuini seruitij, ac aliorum pietatis operum prædictorum de dono nostro, in cuius rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes, teste meipso. Apud castum nostrum Rothomagi 4. die Martij anno Regni nostri septimo ita signatum per ipsum Regem. *Stopyndon.*

Ex codic. MS. maximo, fol. 93. Lutetiæ apud D. de *Vyon* D. de *Heromal*.

[e] *Ex Obituario Falesiæ.*

[f] *Ex Obituario Sylliaco.*

[g] *Claudi Robertus in ea Abbatia. Malingre. Histor. Chronologic. pag. 189*

[h] *Belcarius lib. 29. Commentar. Rerum Gallicar. ann. 1558. §. 43. Cornerius lib. 1. pag. 59. Hilarius à Costa lib. perfecti Ecclesiastici pag. 389. ex multis alijs.*

[i] *San-Marthani Tom. 2. Histor. Genealog. Domus Franciæ in fine vbi de Eleemosynar. Franc. cap. 18.*

[l] *Ex Bibliotheca Domini de Croce-maine verb. Ioannes.*

[m] *Lib. 5. Bibliothecæ Præmonstratens. pag. 399.*

[n] *Vide magnum pulliacum Beneficior. Franciæ. pag. 133.*

LOCVS DEI.

ANN. 1190.

Quo tempore & à quibus, Fundatur hæc Abbatia, vulgò, Lieu-Dieu.

CAPVT I.

I. NON benè Claudius *Robertus*, dùm Fundationem huiusce Abbatiæ refert ad ann. 1128. [a] nam cùm ipsa Abbatia *Loci-Dei* filia extiterit Abbatiæ *Fulcardi-montis*; [b] Fundatæ ann. 1130. (vti [c] superius vidimus) sequeretur filiam, ætate præcessisse matrem: deindè: in coadunatione Abbatiæ *Sauigniacensis*, Neustriacæ cum *Clarauallensi*, sub S. *Bernardo* Abbate, cæteræ omnes Abbatiæ, siue filiæ, vel neptes, à *Sauiniacensi* præfatæ dependentes, enumerantur: at de *Loco-Dei*, silentium seruatur. [d] Rectius igitur, ann. 1190. tertio Calend. Februar. iuxta antiquum calculum, seu 1191. ex recentiore modo. Eius initium legitur, in chronologia Abbatiarum Claræ-Vallensi subditarum: [e] non autem MCXXVIII. nisi mendum irrepsisset, loco. MCXCVIII. vel MCCXXVIII. eo quòd, hisce temporibus, aliqua pro eiusmodi fundatione fuerint donata.

Hæc itaque Abbatia, extat in *Pontiuo* quidem, Diœcesis Ambianensis; sed in
II. Comitatu *Aucensi*, vulgò, *Eu*, Ducatus Normaniæ: ordinemque profitetur Cistertiensem: cuius Fundator primarius producitur, vir Illustrissimus, D. *Bernardus* eo nomine 4. Dominus S. *Vvalerici*, cum vxore sua *Alienora*, pientissima, ac nobilissima Heroina, ann. 1191. [f] Deindè *Thomas* à sancto Valerico &c. eius filius, cum sua vxore, Adela de Pontiuo, Domina S. *Albini*, propè *Deppam*, simul confirmarunt illam Fundationem, ann. 1207. [g]

Comites etiam *Drocenses*, huiusce Abbatiæ præcipui Benefactores esse dicuntur:
III. Extant quippè litteræ, quibus *Alienor*, commissa Drocensis, & Montis-fortis, Domina de Sancto Vvalerico, de Gamachijs, & de Sancto *Albino*, dedit Abbatiæ *Loci-Dei* redditus quosdam apud Sanctum *Albinum*, propè *Deppam*, ann. 1241. [h] item, Litteræ.

IV. Roberti Comitis Drocarũ & Montis-fortis, Domini de S. Vvalerico, quibus confirmat feodũ apud *Baxinval*, ad monachos *Loci-Dei*, pertinẽs, ann. 1270. [i] Præterea, Litteræ, quibus *Ioannes*, Drocarum Comes, Dominus *Bouini*, & S. *Vvalerici*, confirmat Monasterio *Loci-Dei*, quædam acquisita apud *Gamachias*, ann. 1290. [l] Aliæ Litteræ *Ioannis*, Comitis Drocarum, Domini *Montis-penserij*, & de S. *Vvalerico*; quibus se vidisse testatur, litteras à Roberto, Comite *Drocarum* & *Montis-fortis*, & Domino de S. Vvalerico, fratre suo, datas ann. 1311. quibus Robertus confirmat concessionem, quam D. Beatrix, Comitissa *Montis-fortis*, auia ipsius, Religiosis *Loci-Dei*, fecerat, acquirendi 20. libras parisinas, in agro de *Gamaches*, ann. 1330. [m] Denique, ex Necrologio, & alijs MSS. multo plures recensentur.

V. Pietas etiam Regum Francor. maximè Philippi *Pulchri*, ann. 1304. erga hunc locum non minus emicuit. Huiusmodi autem fundatio primùm confirmata est à *Guillelmo*, Rhemensi Archiepiscopo, S. R. E. Cardinale S. Sabinæ, ann. 1191. tum etiam, à *Theobaldo*, Ambianensi Episcopo; cuius litteris subsignati visuntur, Ioannes, Abbas S. Martini ad *Gemellos*; Bartholomæus, Prior de Frescourt, Hugo Farsy, & Simon, monachi ann. 1193. Denique & Innocentius III. Papa ann. 1203. sui Pontificat, ann. 6. quarto idus Nouemb. indictione 7. sub signatura 14. Cardinalium, & 3. Episcoporum, confirmat huic Monasterio omnia bona à quibuslibet illi erogata: eleemosynas, donationes, terras, dominia &c. participationemque confert omnium priuilegiorum, gratiarum. &c. dudum à sede Apo-

a *In Abbatijs Galliæ Regni & Ioannes Baptista Souchet, in notis ad vitam B. Bernardi Tyron. cap 42. pag. 278.*
b *Tabula Claræ-valliens.*
c *Vide in Fulcardi monte Abbatia.*
d *Vide in Sauiniaco sup.*
e *Mãriquez Tom. 3. Annal. Ordin. Cistertiens. ad ann. 1190. cap. 7. §. 8. & 9.*
f *Quercetanus lib. 2. Histor. Genealog. Domus Drocens. cap. 3 pag. 71.*
g *Ibid. pag. 72.*
h *Ibid. cap. 5. In probation. pag. 278. lib. 1.*
i *Ibid. pag. 92. cap. 5. pag. 279. ex cartular.*
l *Ibid. cap. 6. pag. 281.*
m *Ibid. cap. 8. pag. 295.*

stolica ordini Cistertiens. elargitarum, & hoc ad instantiam Osberti 2. istius loci Abbatis; & diligentiam Ioannis Rossel, Abbavillensis; qui propterea, Romam perrexit, indéque rediens, tot huic Monasterio contulit, vt satis esset pro Fundatione Prioris, ac Subprioris eiusdem loci: vti constat ex litteris *Roberti*, tunc Abbatis Fulcardimontis, patris immediati: & dicti *Osberti* Abbatis, anno 1209. cuius rei intuitu, obitus solemnis celebratur in die mortis eius, ac particeps redditur orationum & suffragiorum Monachorum illic degentium. a

a *Ignatius Ioseph à Iesu Maria. lib. 1. Histor. Eccles. Abbavillens. cap. 86. pag. 471. & seq.*

Porro, Abbates huiusce Monasterij subsequuntur. V.

Viardus, ann. 1191.
Osbertus, ann. 1200.
Radulphus, 1225.
Iordanus, 1248.
Petrus, 1259.
Richardus 1265.
Gerardus 1282.
Ioannes de S. *Maxentio* 1287.
Nicolaus, ann. 1303.
Firminus 1326.
N.....
N.....
N..... Ioannes 2. 1455.
Radulphus 2. ann. 1461. Rogerius 1483.
Radulphus 3. ann. 1489. Richardus du *Bos*, 1501.
Rogerius 2. *Decagnes*, obijt 1521. Franciscus de *Fresne* 1522.
Ioannes 3. de *Sarcut* 1531. Franciscus 2. *le Roy* 1543.
Nicolaus 2. *le Mareschal* obijt ann. 1588.
Natalis *Cointerel*, obijt 1627. Antonius *Bonhomme*, obijt, 1638.
Cosmas *de la Broise*, electus ann. 1638. mox illic Reformationem piè introduxit, sacra accreuit, vetera resarciuit, & cuncta in melius redintegrauit. a

a Idem.

ANN. 1190.

BONVSPORTVS.

Richardus I. Angliæ Rex, Fundator profertur, & Abbates, atque Benefactores dinumerantur.

CAPVT I.

PRÆSENS cœnobium, *Boni-portus*, Gallicè, *Bon-port*, ordinis est Cistertiensis, Diœcesis Ebroicensis, filia *Vallis S. Mariæ*; Taxaturque apud Cameram Apostolicam ad 1000. Florenos aureos, pro Annatis soluendis. a Conditur autem in loco olim dicto, *Maresdans*, per Philippum II. Augustum, Regem Francorum. b Sed verius, id tribuitur *Richardo* I. Angliæ Regi 4. nonas Octobris, ann. 1190. sub *Ioanne*, Ebroicensi Episcopo, propè oppidum de *Ponte Arcæ*: *Pont-de l'Arche*: ad sequanam fluuium tribus leucis à *Rothomago*. I.

Quantum verò spectat ad Abbates huiusce Monasterij, sic glomeratim cogor describere, ampliori historica cognitione, nobis deficiente. II.

Claudius Robertus Episc. op. Ebroi[censis]. in Abbatijs Gall. Bolinghen in calendar. Virg. Mariæ 19. Iunij §. 5. Codex MS. D. le Preuost Canonici Rothomag. Mss. [...] volumin. 2. cap 193 ann 1418. Manriquez Tom. 3. Annal. Cistertiens. ad ann. 1190. cap. 8. §. 10.
b *San-Marthani. lib. 12. Histor. Genealog. Domus Frãc. cap. 9. pag. 489.*

Clemens. Gerardus. Petrus. Petrus. Germanus.

Robertus. Blasius. Robertus 2. Nicolaus. Richardus.

Ioannes. Guillelmus. Simon de Loueris. Nicolaus 2.

Ioannes 2. Ioannes 3. Richardus 2.

Petrus 3. Theologiæ professor. Ioannes 4.

Guillelmus 2. de Altifago, Episcopus Chrysopolis.

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes 5. de Criqueboto, Doctor Theologus.

Ioannes 6. de Bosco Guillelmi.

III. *Natalis, Mauduit.*

Commendatarij Abbates.

Cardinalis d'Annebault. Henricus de Clermont.

Franciscus de Bouliers, fori Iulii Episcopus 1580.

Du Roullet, locum occupauit tempore Bellorum ciuilium.

Philippus des Portes.

Obijt ann. *1606.* cuius Epitaphium sic extat in hac æde Boni-portus.

Deo. Optim. Max.

Philippo Portæo, huiusce Monasterij Abbati Commendatario, morum suauitate, elegantia ingenij, omnique eruditionis ac virtutis genere præclaro: Poëtices verò peritia adeò excellenti, vt ei vni omnes suas artes Musæ aperuisse viderentur, quibus dotibus, omnium calculo, Gallicorum Poëtarum sui temporis facile princeps: antiquis etiam latinis ac Græcis non inferior habitus. Christianissimis Regibus, *Carolo IX. Henrico III.* & IV. tam gratus extitit, vt à principum munificentissima liberalitate, plus ei collatum sit, quàm moderatissimi viri natura capere potuit; raròque hac ambitiosissima tempestate, spretæ potestatis exemplo. Primum, amplissimi *notarij* sacrarum iussionum dignitatē, exindè *Burdegallensem* Archiepiscopatum recusauit. Hinc licet, ad sempiternam gloriam, inter tot eximias virtutes, psalmorum Dauidis absolutissima versibus Gallicis expressio sufficeret: attamen *Theobaldus Portæus*, *Beuillarius*, pietatis, gratique animi ergò fratrem optimum, benè de se, benè de Republica meritum, in spe Resurrectionis beatæ quiescentem, illud monumentum extare voluit I. 8. M. F. C. vixit ann. *60.* M. 5. obijt 3. nonas Octob. ann. Reparat. per Christum S. *1606.*

Henricus Borbonius.

Ludouicus Chasteigner.

Nepos Henrici, Episcopi Pictauiens. mortui, ann. 1650. Præterea, Ioannes quidam Abbas *Boni-portus* memoratur, ann. 1439. e

IV. Præfatus autem Philippus, Rex Francor. concordiam inijt, apud *Pontem-arcæ*, ann. 1216. inter Abbates S. *Audoeni*, Rothomagens. & *Boni-portus.* d Cuiquidem, pro sua pietate, multa contulit beneficia: de quibus hæc adhuc leguntur.

e *Apud Antiquitates Norman. MSS. pag. 212.*
d *Ex Carta 11. parui Cartularij Abbatiæ S. Audoeni. Titulo Authentica Regum & Comitum.*

Philippus Dei gratia, Francor. Rex.

Nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri; quod nos concesseramus monachis B. Mariæ de *Bono-portu*, in perpetuam eleemosynam, vt ipsi singulis septimanis, die mercurij, cum nocte sequente eiusdem diei liberè, & quietè, absque molta, & exactione omni sæculari, molerent in molendino nostro de *Ponte-Arcæ*. Quia verò jam dicti monachi nobis conquæsti sunt, quòd molendinarij nostri prædicta die mercurij, vtensilia eiusdem molendini & apparamenta eis denegabant; vnde molta eorum impediebatur, & damnum non modicum incurrisse: eisdem monachis, intuitu pacis concedimus, vt ibi habeant & possideant de cætero, septimam partem omnium prouentuum eiusdem molendini pacificè & quietè; quorum medietatem percipient singulis annis, *in Pascha*, & alteram medietatem in festo *S. Michaelis*, per manum illius, qui præfatum molendinum custodiet, vel habebit ad firmam. Quòd si de valore firmæ prouentuum eiusdem Molendini monachi dicti dubitarent; volumus & præcipimus, vt ille, qui molendinum custodiet, vel habebit

ad

Digitized by Google

ad firmam, super hoc faciat eis fidem, per suum sacramentum. Sciendum est præterea, quòd si præfati monachi proprium bladum suum ad prædictum molendinum molent, moltam indè redderent, sicut alij extranei, ad molendinum illud molentes. Quod vt perpetuum robur obtineat, &c. Actum apud *Pontem Arcæ*, ann. Domini 1215. mense Martio. e

e *Ex vetusto Codice Regio MS. Lutetiæ apud D. Yvon Herouual. fol. 24. in 4.*

Prius autem Rescriptum eiusdem Regis, sequitur.

e *Philippus, Dei gratia, Francor. Rex.*

Nouerint vniuersi, &c. Quòd nos concedimus monachis S. Mariæ de *Bono-portu*, in propriam eleemosynam: vt ipsi singulis septimanis die Mercurij cum nocte eiusdem diei, liberè & quietè, &, absque omni molta, & exactione sæculari, molent in molendino nostro de *Ponte-Arcæ*; si autem contigerit, quòd dictum molendinum prædictum, eadem die mercurij, & nocte, molere non possit: volumus, quòd ipsi molant, die iouis sequente, & nocte; & si molendinum prædictum, eadem die iouis, & nocte, molere non possit, volumus, quòd altera die iouis, & nocte septimanæ sequentis, molant, sicut die mercurij, & nocte, molere debent; volumus enim, quòd secundum quantitatem temporis, in molendino restituatur. Quod vt perpetuum robur obtineat; &c. *Actum Ponti-arcæ, ann.* Domini 1209. *Regni nostri ann.* 30. f

f *Ibid. fol. 93. pag. 2. Item in alio magno Codice MS. Codice in folio. fol. 4.*

Sed hæc, & alia quamplura refert Henricus Rex Angliæ, circa ann. 1422. quando, Normania per vim armorum sibi subacta eadem omnia sua amplissima carta confirmauit: in hunc modum. V.

Henricus, Dei gratia, Rex Franciæ & Angliæ & Dominus Hyberniæ; Omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem. Inspeximus quandam cartam celebris memoriæ Domini Richardi, quondam Regis Angliæ, & Ducis Normaniæ, progenitoris nostri inclyti, factam in hac verba.

Richardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauiæ: Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iustitijs, Vice-comitibus, SenescHallis, Præpositis, Bailliuis, & omnibus ministris & fidelibus suis, totius terræ suæ, salutem. *Sciatis nos dedisse* & concessisse, & præsenti carta confirmasse pro salute animæ nostræ, & Antecessorum nostrorum, in puram & perpetuam eleemosynam, Deo, & Ecclesiæ B. Mariæ de *Bono-portu*, quæ in Foresta nostra *de Bord*, sita est, & fundata, in loco scilicet, qui prius dicebatur, *Maresdans*, & monachis Deo ibidem seruientibus, de ordine Cisterciensi, locum ipsum de *Maresdans*, in quo prædictam Ecclesiam ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, fundauimus, & totam *Haiam* de *Maresdans*, sicut cheminus diuidit eamdem *Hayam* à foresta; & in eadem Foresta *de Bord*, scilicet, in loco, qui dicitur, *Balnea Monasterij*, & circa locum illum viginti carrucatas terræ, scilicet, vnicuique carrucatæ, sexaginta acras terræ, ad particam nostram, videlicet, viginti quinque pedum. Dedimus etiam eisdem in prædicta foresta omnia necessaria ad propria hebergagia facienda, & ad ignem suum, & omnes vsus suos; & pasturam ad omnes bestias suas, per totam forestam illam; & quietantiam Pasnagij de porcis suis, & hominum suorum: & examina apum, in vsum Ecclesiæ. Dedimus etiam eis omnes vineas, quas habemus apud *Guanerem* cum pertinentijs suis; & totum Closum de *Lere*, cum suis pertinentijs; Et omnes vineas, & vina, quæ habebamus in valle Rodolij; & omnia prata nostra scilicet, de *Guanereis*, & de *Huma*, & de *Louiers*, & de *Vvisternilla*, *de Leire* cum pesticijs eius; & omne fœnum nostrum de V*alle Rodolij*, quod venire solebat ad grangias nostras; excepto illo, quod vâdit ad carrucas, & ad feoda seruientium; & omnem aquam, ad faciendum in ea quidquid voluerint: & omnes piscarias; & molendinum *de Poses*, cum pertinentijs suis: & omnes redditus, quos habemus in *Ponte-arcæ*, in *Sequana* sursum

Digitized by Google

ursum, vsque quantum durat *Vallis de Rodolio*: Et quietantiam per mare, & per terram, & per aquam, de omnibus rebus suis, & hominum suorum: de moditacione etiam vini, ad omnes vsus suos; & de omni alia consuetudine, in omni potestate nostrâ. Dedimus etiam prædictis monachis, decem carrucas terræ, in foresta nostra de *Abbis*, vnicuique carrucatæ sexaginta acras terræ, ad supradictam perticam nostram, ad faciendum ibi grangiam, & ad bestias suas, & ad ea, quæ voluerint. Et in eadem foresta, ligna ad ædificia sua facienda, & ad ardendum, quantum opus habebunt, ad omnes vsus suos, & in eadem foresta Herbagium bestijs suis, quodcumque in nemore illo voluerint habere, & quietantiam pasnagij porcis suis. Dedimus quoque jam dictis monachis, centum marcas de redditu nostro, de villa de *Dieppa*, in perpetuum, singulis annis, ad duos terminos persoluendas, scilicet, medietatem ad Pascha, & medietatem ad festum S. Michaelis. Dedimus etiam eis, ad habendum & tenendum in perpetuum, in proprios vsus suos, Ecclesiam de *Euilcebor*, integrè; cum omnibus pertinentijs suis.

VI. Volumus autem vos scire, quòd aduocatio eiusdem Ecclesiæ nobis adiudicata fuit, per recognitionem in Curia nostra: quare volumus, & firmiter præcipimus quòd prædicta Abbatia nostra, & monachi, & fratres in eadem Domo Dei seruientes, habeant & teneant in perpetuum omnia supradicta, benè, & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in bosco, & plano, in terris & vineis, in Decimis & hospitibus, & redditibus, in pratis, & pascuis, in aquis & molendinis, in vijs & semitis, in viuarijs & stagnis, in mariscis & piscarijs, & in omnibus alijs locis, & alijs rebus ad prædicta pertinentibus, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis: propterea maximè præcipimus & omninò prohibemus, ne quis prædictos monachos in aliquo prædictorũ disturbet, vel differat, super pœnâ decem librarum forisfactorum. Testibus *Vvillelmo* filio *Radulphi*, Seneschallo Normaniæ, *Roberto de Harecort*, Magistro *Mangerio*, Archidiacono Ebroicensi, Ioanne de *Alençon*, Archidiacono Lexouiensi, Vvillelmo Tobom, Petro de *Pratellis*, & pluribus alijs. Data per manum magistri Guarini, Prioris *Locherons*, tunc agentis vicem Cancellarij, 1198. apud Bellum castrum de *Rupe*, 28. die Februarij, ann. 9. Regni nostri.

VII. Inspeximus etiam quasdam Litteras patentes *Ludouici* quondam Franciæ Regis, progenitoris nostri, factas, in hæc verba.

Ludouicus, Dei gratia, Francorum Rex;

Notum facimus vniuersis præsentibus pariter & futuris; Quòd nos viris religiosis, Abbati, & Conuentui *Boni-portus*, Cisterciensis Ordinis, pro restauratione damnorum, quæ sustinebant, vt dicebant, pro terris traditis ad culturam, in forestis nostris de *Bort*, & de *Aquosis*, dedimus & concessimus in perpetuum, centum acras terræ, sitas in dicta foresta de *Bort*, iuxta terras dictorum religiosorum, quas habent in eadem foresta, de dono *Richardi*, quondam Regis Angliæ. Dedimus etiam eisdem sex modios, & quinque sextaria & vnam minam bladi, videlicet, duas partes de *Turnagio*, & molendinis nostris, de *Ponte-arcæ*, medietatem in Natiuitate B. Ioannis Baptistæ, & aliam medietatem in Natiuitate Domini; & tertiam partem auenæ, in redditibus præpositura nostræ *Vallis Rodolij*, in festo S. Michaelis, annuatim percipiendam. De his autem supradictis, dicti Abbas & Conuentus, se tenent pro pagatis, secundum quod, in ipsorum, quam nobis tradiderunt, pleniùs continetur carta: cuius tenor talis est.

Omnibus hæc visuris, frater R. Abbas Boni-portus, totusque eiusdem loci Conuentus, salutem in Domino.

Noueritis, quod nos, de communi assensu, & voluntate, & assensu venerandi patris nostri, E. Abbatis *de valle* B. *Mariæ*: Tenemus nos pro pagatis, de centum acris terræ & de sex modijs, & quinque sextarijs, & vna mina bladi, quæ habemus de mandato D. Ludouici, Dei gratia Francor. Regis pro recompensatione damnorum, quæ sustinebamus, occasione terrarum ad culturam traditarum, in fore-

ftis *de Bort*, & *de Aquosis* scilicet, pro damno de foresta *de Aquosis* centum prædictas acras terræ, quas habemus de mandato eiusdem Regis: in foresta *de Bort*, sitas iuxta terras, quas habemus in dicta foresta, de dono piæ recordationis Richardi, quondam Regis Angliæ: & pro remuneratione damnorum de foresta *de Bort*, sex, modios, & quinque sextaria, & vnam minam bladi: cuius duæ partes sunt *de Yuernagio*, & tertia de auena: de mandato Domini Regis, annuatim percipienda: nec in dictis terris de cætero aliquid reclamabimus, exceptis pasturis animalium nostrorum, quas habebimus in terris illis, quando non fuerint seminatæ. In cuius rei testimonium, venerabiles Abbates de *valle* B. *Mariæ*, & de *vallibus-Sernaij*, litteris præsentibus, cum nostro sigillo, sua apposuerunt sigilla. Actum anno Domini 1246. mense Februario. Nos verò, vt hæc nostra donatio & concessio religiosis dictis facta, rata futuris tẽporibus habeatur, præsentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actũ apud Vicennã, ann. Domini 1246. mense Februario.

Inspeximus etiam quandam Cartam Nicolai de Monteignio, & Isabellæ, vxoris eius, factam in hæc verba. *Nouerint* vniuersi præsentem paginam inspecturi: Quod ego Nicolaus de Monteignio, & Ysabel, vxor mea, primogenita filia Arnulphi *de Bracheio*, dedimus & concessimus in perpetuam eleemosynam Deo, & Ecclesiæ *Boni-portus*, & monachis Deo ibidem seruientibus, *Hayam de Vitdasne*, cum pertinentijs suis integrè, videlicet, terram cum Bosco, & quicquid iuris & hæreditatis habebamus in Dominicis, in hominibus, & in feodis, in redditibus & seruitijs, in essartis & releuamentis, & in tenementis, & in omnibus alijs prædictæ terræ pertinentibus possedenda & tenenda, liberè, quietè, & pacificè, per viginti libras cursalis monetæ de redditu, nobis, vel hæredibus nostris, annuatim persoluendas, ad duos terminos, in festo *S. Remigij*, decem libras, & in Purificatione B. virginis Mariæ, decem libras. Hanc prædictam donationem ego *Nicolaus* & *Ysabel*, vxor mea in Scacario Domini Regis Franciæ apud *Rothomagum*, coram Domino *Vvaltero Camerario*, & *Odone Clementi*, Archidiacono Parisiensi, & fratre Guarino, iuramento confirmauimus tenendam, & bona fide custodiendam: vt eleemosynam quietam & liberam, per præfatum redditum, ab omni exactione, consuetudine, inquietudine calumnia, vel reclamatione nostri, vel hæredum nostrorum, penitùs absolutam: & in Ecclesia B. *Eligij*, præsente *Laurentio* Sacerdote, & Parœchianis eiusdem Ecclesiæ, super altare solemniter obtulimus, vt eleemosynam, saluo prænominato redditu nostro, quod si monachi ab eodem redditu persoluendo deficeret, nos solũmodo pro defectu redditus nostri, & non pro alio, ad res feodi, donec persoluatur redditus, recurremus. Quod vt ratũ & stabile cunctis in posterum diebus permaneat, præsentis cartæ testimonio, & sigilli mei patrocinio, duximus roborandum. Actum apud Rothomagum anno Dominicæ Incarnationis 1208. coram subscriptis testibus, Ioanne de *Roboreto*, Osberto de *Roboreto*, Roberto de *Vvilicario*, Reginaldo *de Pierrevilla*, Vvillelmo *Freschet*, de *Guinemervilla*, militibus: *Cadulto*, Castellano Gaillonis, Vvillelmo *Esluacoi*, & multis alijs.

Inspeximus etiam quasdam litteras patentes Roberti de Corteniaco, factas in hæc verba. Ego Robertus *de Corteniaco* notum facio vniuersis, tam præsentibus XII.
quàm futuris: quòd ego intuitu pietatis & pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, dedi & concessi Deo, & B. Mariæ Domus Dei de *Trappa*, & monachis ibidem Deo seruientibus sexaginta solidos Turonenses, in puram & perpetuam eleemosynã ad luminaria candelarum, in celebratione Missarum prædictæ Abbatiæ, in præpositura Concharum, singulis annis, in crastino Purificationis B. Mariæ recipiendos. Et vt donatio ista firma sit, & semper stabilis, præsentem cartam sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini 1211. mense Decembri.

Inspeximus etiam quasdam Litteras patentes Iordani de *Mesnillo Iordani*, militis, & Ysabellæ, vxoris eius, in hæc verba. *Vniuersis* præsentes litteras inspecturis, XIII
Ego Iordanus de *Mesnillo Iordani*, miles, & ego *Ysabel* vxor dicti *Iordani*. Salutem in Domino. *Nouerit* vniuersitas vestra, nos dedisse & concessisse Deo, & B. *Mariæ* de *Bono portu*, & Monachis ibidem Deo seruientibus, quoddam molendinum, datũ nobis in maritagio, quod habebamus apud *Landemare*, in aqua *Andura*, in puram & perpetuam eleemosynam, quietè & pacificè, sine contradictione, vel reclamatione nostri, vel hæredũ nostrorum, perpetuò possidendum, cum omnibus pertinen-

Digitized by Google

tijs, & cum omni jure & Dominio; quod nos & hæredes nostri, in dicto molendino habebamus, & habere poteramus, tam in sicca molta, quàm in alia molta, & in omnibus alijs consuetudinibus ad dictum molendinum pertinentibus. Licebit etiam dictis monachis, de dicto molendino, & eius pertinentijs, sine contradictione nostri, vel hæredum nostrorum, suam penitus facere voluntatem. Et volumus & concedimus, quòd si dicti monachi superdicta donatione, à nobis, vel hædibus nostris, in aliquo foro Ecclesiastico, seu sæculari, seu alio quocumque modo, fuerint molestati, siue inquietati; quòd ille, qui ipsos molestauerit, siue super hoc inquietauerit, eisdem centum libras monetæ currentis, soluere teneatur. Volumus etiam quod dicti monachi teneant, & possideant dictum molendinum in ea consuetudine & saisina, tam in moltis, quam in aquis, piscarijs, quàm alijs rebus; in qua molendinum erat, quando illud manu nostra tenebamus, absque nostri, de cætero, vel hæredum nostrorum reclamatione. Et hæc omnia tenemur nos, & hæredes nostri dictis monachis contra omnes garantisare, & si necesse fuerit, alibi valore ad valorem, excambiare: Et etiam tenemur dictos monachos super dicta donatione & concessione, immunes conseruare pariter & idemnes; & omnia & deperdita, quæ occasione dictæ donationis & concessionis sustinebunt, eisdem ad votum ipsorum restituere: si de dicta garãtisatione & excambiatione, nos, vel hæredes nostri defecerimus quoquo modo. Has verò conuentiones pro nobis, & hæredibus nostris iurauimus, spontanea voluntate, tactis sacris-sãctis Euangelijs, res fideliter obseruaturos: renuntiãtes super hoc, pro nobis, & hæredibus nostris, sub fide præstiti sacramenti, omni iuri Canonico & ciuili, & omnibus litteris à sede Apostolica impetratis, siue impetrandis, & omnibus etiam exceptionibus, quæ possunt obijci contra præsens instrumentum. In cuius rei testimonium & munimen, præsentibus litteris, tam ego *Iordanus*, quàm ego *Isabella*, sigilla nostra dignum duximus apponenda. Actum anno Domini 1243. mense Nouembri.

Inspeximus etiam quasdam Litteras patentes quondam *Guillelmi*, dicti, Abbatis domus Dei de Trappa, & eiusdem loci Conuentus, in hæc verba.

Nouerint vniuersi, præsentes & futuri; quòd nos frater, *Guillelmus*, dictus Abbas XII. Domus Dei de *Trappa*, & eiusdem loci Conuentus, de communi assensu, vendidimus & concessimus, & omninò dimisimus viris religiosis, Abbati, & Conuentui *Boni-portus*, ordinis nostri, Sexaginta solidos Turonenses, ad lumina Candelarum, in celebratione missarum, prædictæ Ecclesiæ, quos ex dono & eleemosyna bonæ memoriæ *Roberti* de *Corteniaco*, habebamus & percipiebamus in præpositura *Concharum*, singulis annis, in crastino Purificationis B. *Mariæ*, pro vt in littera prædicti *Roberti*, quam eidem tradidimus, pleniùs continetur: pro quadraginta libris Turonensibus, de quibus nobis plenariè satisfecerunt, tenendos, & habendos, & in perpetuum possidendos dictos sexaginta solidos annui redditus, dictis Religiosis, & eorum successoribus benè, pacificè, & quietè, absque vlla contradictione nostri, vel successorum nostrorum. Nos autem, & successores nostri prædictum redditum dictis religiosis, & eorum successoribus, tenemur defendere, garantisare, contra omnes, ad vsus & consuetudines *Normaniæ*: vel alibi in nostra præfata hæreditate, si necesse fuerit, excambiare. Et vt hoc firmitatis robur obtineat, in futurum, præsentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Nos verò frater *Radulphus*, dictus Abbas de *Brolio*, pater Abbas dictæ Domus, prædictam venditionem approbamus, & ratam habemus; & ad petitionem prædicti Abbatis, filij nostri, & Conuentus, appositione sigilli nostri confirmauimus anno Domini 1277. mense martio.

XIII Inspeximus insuper quasdam litteras, sigillo nuper *Præpositi* Parisiensis, sigillatas, in hæc verba.

A tous ceux qui ces presentes lettres verront, *Audouin Chauueron*, *Docteur en Loix*, *Conseiller du Roy*, *nostre Syre*, *& garde de la Preuosté de Paris*, salut. *Sçauoir faisons*, Que par deuant Iean *de la Tour*, & Nicolas *Sentbout*, Clercs, Notaires, jurez du Roy, nostredit Seigneur, de par luy establis au Chastellet de Paris, furent personnellement establys, nobles personnes, Messyre Gilles *Molet*, Cheualier, Seigneur de *Ville-pesche*, de *Soisy*, de *Chatou*, sur Seine, de *Balegny*, lez *Senlys*, Chastelain en partie de *Pons saincte Mexence*, Vicomte de *Corbeil*, Conseiller du Roy, nostre Syre, &

Maistre de s[o]n Hostel ; & Madame Nicole de *Chambely* sa femme, à laquelle il donna & octroya : & elle ce requerant, permit & accepta en elle agreablement, & receut plein pouuoir, congié, licence, authorité & mandement especial, de faire passer, octroyer, & accorder auec luy, ce qui ensuyt.

Lesquelz mariez, ambedeux, par la grace de Dieu, estans en bonne disposition & santé de leurs corps, & personnes, meües de deuotion, & bon propos, attendans la faculté & possibilité des biens temporelz, que nostre Seigneur Iesus-Christ, Souuerain largiteur & des bien-faicts retributeur, leur auoit donnez par sa grace, en cette mortelle vie, desquelz, ilz, par long-temps, s'estoient gouuernez, & gouuernoient de iour en iour, au plaisir de Dieu, & lesquels ils possedent, & detiennent de present ; desirans de tout leur cœur, & pouuoir, à Dieu seruir, non voulans encourir au vice, ou peché d'ingratitude, enuers leur Diex Createur, ançois, de tout leur pouuoir, voulans pouruoir au salut & remede des ames d'eux, de leurs parens, & amys, bien-faicteurs, mesmement que chacun bon Catholique, tend, & doit tendre à la ioye & gloire celestiel, qui ià ne faudra : & pource de leursditz biens disposer, eslargir, & distribuer, considerans & affectans, de grant & parfaicte deuotion, que ilz auoient à l'Eglise de *Bon-port*, au Diœcese de Roüen, & aux Religieux d'icelle, de l'ordre Chisteaux, en vne Chapelle, que ordonnerôt eslirôt, en icelle Eglise, iceux Messyre *Gilles*, & Madame sa femme, en intention, & à ce que eux, & chacun d'eux, leurs parens, amys, & bien-faicteurs, soint accompagniez & participans, & accueillis ez prieres, oraisons, bien-faictz, & autres œuures de misericorde, qui de iour en iour quottidiannement, se font & feront, au plaisir de Dieu, en ladicte Eglise, audit Ordre, & és membres diceluy, sur toutes & chacune les choses susdictes, considerations, aduis, & deliberations, d'vn commun consentement, & mesme volonté, sans force, fraude, erreur : induction, fraudulence aucune, recongneurent, & confesserent, en la presence desdicts Clercs Notaires iurez, auoir donné, baillé, deliuré, assis, & assigné ; & par nom & tiltre de donation especiale, pure, & absolute ; donnerent, baillerent assiserent, & assignerent, desorendroit, à tousiours, perpetuelement à Religieuses personnes, & honnestes, l'Abbé, & Conuent dudit lieu de *Bon-port*, de l'Ordre de Chisteaux, dessusdict, pour eux, & leurs successeurs, à tousiours, perpetuelement, en ladicte Eglise, trente trois liures six sols, & huict deniers, Parisis, de rente annuelle, & perpetuelle, prises en, & de la somme de cent liures Parisis de rente, amortie, que le Roy, mondit Seigneur, auoit amorties auditz Monsieur *Gilles*, & Madame sa femme, si comme plus amplement est apparu auditz Notaires iurez, par vne lettre seelée en lacs de Soye, & cire verte, du grand Seel du Roy *Charles* derrainement trespassé (dont Dieu ayt l'ame) de la somme de 443. liures, seize sols, & dix deniers tournois, de rente annuel & perpetuel, que iceux Monsieur, *Gilles*, & Madame sa femme, à cause d'elle, & du propre heritage d'icelle, auoient & preuoient chacun an, & auoient droict de prendre leur pouuoir & receuoir, sans aucun contredict, ou empeschement chacun an, és deux termes ; c'est à sçauoir, moitié à la feste Monsieur S. Michel, à la fin de Septembre ; & l'autre moitié, au terme de Pasques, ensy, par esgale portion, sur les halles, & moulins de la Ville de *Roüen*, à icelles, trente trois liures six sols, & huict deniers Parisis de rente auoir, prendre gaiges leurs, perceuoir & receuoir chacun an, à tousjours, ausditz deux termes de S. Michel & de Pasques, par esgal portion, par lesdictz Abbé & Conuent, & successeurs en ladicte Eglise de *Bon-port*, sur lesdictes halles & moulins de *Roüen* ; à commẽcer à prendre & leuer, par lesditz Religieux, pour le premier terme, & payement, à la feste de S. Michel, prochain venant : & pour le second, à Pasques prochain an suyuant ; & aussi chacun an, à tousiours perpetuellement, aux deux termes, pour, & parmy ce toutes voyes, que lesditz Abbé & Conuent, & leurs successeurs en ladicte Eglise, seront tenus de celebrer, ou faire celebrer chacun iour, par an, à tousiours, perpetuelement : en ladicte Eglise de *Bon port*, ou en telle Chapelle en icelle Eglise, comme les dessus nommez, Monsieur *Gilles Molet*, & Madame sa femme, & Abbé & Conuent, voudront eslire & voudront ordonner, pour le Roy, nostredit Seigneur : Et lesditz Monsieur *Gilles*, & Madame Nicole, sa femme, tant comme ilz auront la vie

Digitized by Google

vie Naturelle en corps, vne Messe du S. Esprit, & vne propre colecte, ou Oraison, pour le Roy, nostredit Seigneur; & aprez le deceds, ou trepassement d'iceux mariez, dire, ou celebrer en ladicte Chappelle, chacun iour, vne Messe, c'est à sçauoir, en chacune sepmaine, trois Messes du S. Esprit, ou de Nostre-Dame, pour le Roy, nostredict Seigneur, & pour le suruiuant d'iceux d'eux mariez; & quatre Messes *de Requiem* pour le salut & remede de l'ame dudit premier trespassé. Et iceux d'eux mariez, allez de vie à trespassement, celebrer chacun iour, à toujours, perpetuelement, en icelle Chappelle, en ladicte Eglise de *Bon-port*, vne Messe de *Requiem*, pour les ames d'iceux mariez, de leursdictz parens, amys, & bien-faicteurs, se il n'estoit vigille de Nostre-Dame, si comme il luy viendra à sa deuotion, mais il sera tenu de faire memoire especialement, pour les ames d'iceux, Monsieur *Gilles*, & Madame sa femme, au *Memento* de sadicte Messe, tout ainsi, comme se il celebroit de *Requiem*, pour iceux mariez: Et aussi, ladicte Messe celebrée, faire memoire des trespassez entierement; Et sera icelle Messe celebrée chacun iour, en ladicte Eglise, & Chappelle, la premiere, & si matin, qu'elle soit commencée, auant ce que l'on voyse en Chappelle, ou Chapitre de ladicte Eglise: Et pour icelle celebrer chacun iour, par la maniere dessusdicte, sera chacun Samedy de la sepmaine, sera nommé & escript au Tableau de l'ordonnance du seruice de ladicte Eglise, vn Prestre, Religieux d'icelle Eglise, qui sera chargié de celebrer ladicte Messe, la prochaine sepmaine en suite.

XV. Item, voulurent, & ordonnerent, iceux Cheualier, & Dame, que le Prieur Conuentuel de ladicte Eglise de *Bon-port*, ayt, & prenne chacun an la veille de la feste S. Iean Baptiste, tant & si longuement, comme iceux mariez viuront, sur ladicte somme de trente trois liures, dix sols, huict deniers Parisis de rente, la somme de soixante six solz, huict deniers Parisis de rente, pour tourner, conuertir, & employer en pitance, pour ledit Conuent. Et aprez le trespassement du premier mourant d'iceux mariez, sera ladicte pitance baillée & donnée audit Conuent à tel iour; comme ledit premier mourant sera allé de vie à trespassement; Et eux deux allez de vie à trespassement, sur ladicte somme de soixante six sols, huict deniers Parisis, de rente, par le Prieur Conuentuel d'icelle Eglise, qui pour le temps sera, & ses successeurs en icelle Eglise; & icelle conuertie en pitance, & baillée audit Conuent, à telle iournée comme ledit Monsieur *Gilles*, sera allé de vie à trespassement, pour laquelle pitance, ainsi comme dit est ordonnée, & afin de memoire perpetuel, lesdictz Religieux, & leurs successeurs en ladicte Eglise, seront tenuz de celebrer chacun an, à tousiours, la surueille de la S. Iean Baptiste, au grand Autel de ladicte Eglise, au choeur d'icelle, tant comme iceux, Monsieur *Gilles*, & Madame *Nicole* sa femme, viuront, vne Messe du S. Esprit solemnel, à Diacre & Sous-diacre; Et le premier d'iceux d'eux allé de vie à trespassement, sera chacun an ladicte Messe solemnel, celebrée *de Requiem*, audit grand Autel, à tel iour, comme ledit premier mourant ira de vie à trespassement. Et pource, ne demourra il mie, que ladicte Messe premierement ordonnée, estre bien matin celebrée en ladicte Chapelle, ne soit dicte & celebrée, comme aux premieres journées pour le salut & remede des ames d'iceux, Monsieur *Gilles*, & Madame sa femme, de leursdictz parents, amys, & bien-faicteurs.

XVI Et si aduenoit, que ià n'aduienne, tant par fortune de guerre, comme par autres cas de fortune, il esconuenoit iceux Religieux retraire, ou estre hors de leurdicte Eglise, parquoy ils ne peussent ledit seruice Diuin faire, & le conuint cesser en icelle, pource ne sera il mie, qu'ils ne soient chargiez de celebrer chacun iour ladicte Messe, & ladicte Messe solemnel, vne fois l'an, au lieu, où ilz seront retirez: & eux retournez en leurdicte Eglise, icelles Messes celebrer, en icelle, selon la forme & maniere dessusdicte. Et iurerent & promirent iceux, Monsieur *Gilles*, & Madame sa femme, par leur foy & serment, que contre ces presentes, ou aucunes des choses en icelles contenües, ne iront, venir, ou aller feront par eux, l'vn d'eux, ne par autres, en nul iour, ou temps à venir, par raison d'erreur, d'ignorance, de deceuance, ne autrement, comme que ce soit; & quant à tout ce que dit est, fermement tenir, & loyalement accomplir, lesdictz Monsieur, *Gilles*, & Madame sa femme, chacun pour le tout ont obligé, & sousmis à la iurisdiction &

contrainĉte de nous, & de nos successeurs, Preuosts de Paris, & de tous autres Iusticiers, eux, leurs biens, & leurs hoirs, meubles & immeubles, presens & aduenir, par ces lettres, & tout leur contenu entretenir; & renoncerent par leursdits sermentz & foy, à tous engins, fraudes, erreurs, cauteles, & cauillations, oppositions & defenses, à action, en faict, en conuention de lieu & de Iuge, à condition sans cause, ou, de non iuste cause, à tout escript, & non escript, Canon & Ciuil, à toute lesion, & contrauention, au benefice de diuision, à tous priuileges, graces, lettres d'Estat, de Respit, dilations, dispensations, & absolutions données & à donner: & generalement à toutes autres choses, qui aydit, & valoir leur pourroient auenir, ou faire venir, contre ces lettres, ou le contenu en icelles, & au droict, disant general renontiation, non vouloir. En tesmoing de ce, Nous, à la relation desditz Notaires, auons mis à ces lettres le Seel de la Preuosté de Paris: & fut fait, passé, & accordé, en l'an de grace 1383. le Mercredy 15. iour de Iuillet. Sic signatum.

N. Senebont. Et I. DE LA TOVR.

Nos autem omnia & singula in cartis prædictis contenta, rata habentes & grata 17.
ea pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est acceptamus, approbamus: & præfatis Abbati, & conuentui, ac successoribus suis concedimus & confirmamus, pro vt cartæ prædictæ rationabiliter testantur: & pro vt ipsi, & Antecessores sui, donis & concessionibus, in cartis illis specificatis, ante hæc tempora, rationabiliter vsi sint & gauisi, in cuius rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso: apud castrum nostrum Rothomagi 26. die Martij, anno Regni nostri. Ita signatum. *Per ipsum Regem.*

STVRGEON.

Extractum per *Richardum Sturgeon*, & *Ioannem Stopyndon Clericos*. g

Præterea, Guillelmus de *Ponte-Arcæ*, Episcopus 23. Lexouiensis, senio confe- 81.
ctus, cedens Curæ Pastorali, secessit in hanc Abbatiam, vbi ann. 1238. mense Augusto, debitum mortis soluit; illicque, æneam habet Tumbam in medio chori, ante Aquilam: vti aliàs obseruauimus. h

g *Ex maximo Codice MS. fol. 105. & seq. Lutetiæ apud D. Vyon de Herouual. Cameræ computorum Auditorem.*
h *Tom. 2. Neustriæ Christianæ in Lexouiens. Episcop. cap. 32.*

ANN. 1280.

FONSGOMERICVS

GALLICÈ GOMER-FONTAINE.

ABBATIAM Fontis-Gomerici, Diœcesis Rothomagens. incolunt Sanctimoniales Ordin. Cistertiens. sitam in Vvilcassino Francico, propè Caluum-Montem nobile oppidum, titulo Comitatus decoratum, ad gentem Longavillæam spectans. a Cuiusquidem Fundator, refertur, D. Hugo à Caluomonte, Eques, vir Illustris, vnà cum suis liberis, & alijs eiusdem municipij optimatibus: Litteræ autem Antiquiores huiusce primariæ Fundationis ita habentur.

a *Gallia Christiana, in Archiepiscop. Rothomag.*

Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quod ego Hugo de Caluo-monte, miles & Petronilla vxor mea, de assensu Ioannis, Iacobi, Ægidij, Geruasij, & Hugonis filiorum nostrorum dedimus & concessimus in puram & perpetuam eleemosynam Deo & Ecclesiæ B. Mariæ *de Gomer-fontaine* & Monialibus, ibidem Deo seruientibus, Cistertiensis Ordinis, pro salute animarum nostrarum, & animarum Antecessorum, & successorum nostrorum, domum nostram de *Gammer fontaine*, cum toto proprisio eidem appendenti, & duos Hortos vicinos ante portam eiusdem domus & Boscum nostrum *de Gillaxi*, à via quæ descendit de *Natinvilla*, vsque Flocoort: & piscationem vnius piscatoris, ad opus earumdem Monialium, in stagno eiusdem loci annuatim in omnibus B. Mariæ virginis: & in Censibus nostris de *Caluo-monte* viginti solidos annuatim & vineam nostram in valle *de Ioüy*, quæ appellatur *de Glatigny*: & totam Decimam, quam nos emimus à Domino Roberto *de Pomereux* milite quam

Digitized by Google

quam ipse tenebat in villa nemoris *Gillendi*, vt igitur prædictæ Moniales omnia prædicta liberè, quietè, & pacificè, in perpetuam eleemosinam teneant & possideant, præsentem cartam, in huius nostræ donationis testimonium, sigilli mei munimine roboraui. Testibus his, D. Roberto, Rothomagensi Archiepiscopo, in cuius præsentia, hoc totum factum fuit: D. Vvillelmo de Trya, Canonico Rothomagensi: Ioanne Trya: Ioanne de Boissy: & Vvillelmo de Maguetot, militibus & pluribus alij. Actum fuit apud S. Mariam de Prato, iuxta Rothomagum, anno Incarnat. Domin. 1209. in Octaua Apostolor. Petri & Pauli, b b Louuet lib. 1. Antiq. Beluacensis cap. 1. 5.2.

Alia litteræ eorumdem Confirmatiuæ, & Ampliores.

Ne per obliuiosæ corruptionem vetustatis veritas probata periclitetur: ei scri-
III. pturæ succurrendum est subsidio, idcirco ego Hugo de Caluo-monte, notum facio præsentibus & futuris, quod ego, voluntate & concessione Petronillæ vxoris meæ, concedentibus, Ioanne, & Iacobo, cæterisque filijs meis; pro salute animæ meæ; & pro anima patris mei Galonis, & matris meæ Mathildis; & pro animabus Antecessorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam eleemosynam dedi & concessi, & hac mea carta confirmaui Deo, & Monialibus ordinis Cistertientis, totum Masnagium meum de Gomerfonte, cum Virgulto adiacente, quatinus in eodem loco, Religioni perpetuæ dedito, ad honorem Dei, & B. Mariæ, & S. Ioannis Baptistæ, necnon & S. Iacobi, sanctique Ioannis Euangelistæ, & S. Eustachij, omniumque sanctorum, Diuina celebrentur obsequia. Dedi etiam eisdem Monialibus totam Decimam Anquillarum mearum in viuarijs meis, de Gommeri-fonte, & Natinvillari; & centum solidos, ad festum, S. Rhemigij, per decem annos recipiendos, ad ædificiorum constructionem; & tres modios bladi, ad mensuram de Caluo-moncte, annuatim, & in perpetuum, in molendino meo de Gommer-fonte sumendos: ita scilicet, quòd à festo S. Petri in capite Augusti, ego & hæredes mei, nihil sumemus in dicto molendino, donec totius bladi integram & plenam habuerint solutionem. Quod si prædictum molendinum incendio, & casu aliquo deperierit, vel cessauerit: ego, & hæredes mei, nominatum bladum aliundè persoluemus. Hanc eleemosynā meā liberè & quietè, absque omni seruitio, omni redditu & exactione sæculari, in perpetuum ab eis possidendā, ego, & hæredes mei tenebimur omnimodò quietare, defendere, & garantire: donec eis, pro jam dicto blado, in præfato molendino sumendo, bladum æquiualens assignauerimus alibi accipiendum. His testibus, D. Theobaldo, Canonico Rothomagensi: D. Osberto, Abbate Dei: & Ioanne monacho, fratre eius: & multis alijs. c

Harum verò, & aliarum donationum huic Monasterio piè collatarum seriem recensens Robertus Metropolitanus, suis litteris confirmat, in hunc modum. c Ibid.
IV.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit: Robertus, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, salutem in Domino.

Ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire nos diligenter inspexisse cartas Priorissæ, & Monialium de *Gomeri-fonte*, in quibus continentur donationes eleemosynarum, quæ à fidelibus concessæ sunt, Diuinæ pietatis intuitu, & collatæ. Et nos ad eorumdem Monialium instantiam, prædictas eleemosynas, sicut ex chartis donatorum perpendere potuimus, præsenti scripto inseruimus in hæc verba, videlicet. De Dono Petri *Blouet*, quicquid habebat de Decima de *Chauençon*. De dono Hugonis de *Calido monte*, & Petronillæ, vxoris suæ, Domum de *Gomeri-fonte* cum toto gardino, & toto proprisio eidem appendenti; & duos hortos vicinos ante portas eiusdem domus; & Boscum de *Gislauri*, à via, quæ descendit de *Natemvilla*, vsque *Floocort*; & piscationem vnius piscatoris ad opus earumdem Monialium, in stagno eiusdem loci, annuatim, in omnibus festiuitatibus B. Mariæ: & in censibus suis de *Calido monte*, viginti solidos annuatim: & vineam, quam habebant in valle *de Ioy*, quæ dicitur vinea *de Glatigny*: & totam Decimam, quam emerunt à Roberto de *Pomereux*, milite, quam ipse tenebat, in villa *Gillourdi*, & quicquid po-

terunt acquirere de Decimis Feodi sui. Item, ex dono Vvillelmi de *Pincencourt*, duos hospites de *Boencourt* cum Appenditijs suis. Item, de dono Petronillæ *de Calido-monte*, assensu filiorum suorum, duos modios bladi: vnum, in campi parte de *Gommeri-fonte*; alium in campi parte de *Natinvillæ*. Item, de dono Mabiliæ de *Conflans*, vnum modium bladi in molendino de *Inmeili*, assensu H. de *Conflans*, Domini illius Feodi, singulis mensibus vnum sextarium in dicto molendino recipiendum. Item, de dono Herberti de *Floencourt*, & Luciæ, vxoris suæ, omne illud, quod in Decimis de *Locum-villari* tenebant: assensu *Ermengarda*, filiæ suæ, & *H. de Brocoel*, Domini illius Feodi.

Item, de dono Erardi de *Derincourt*, sex iugera terræ in campo de *Vvadenbort*, assensu vxoris suæ *Theophaniæ*; Girardi, sororij sui, de *Ermencourt*, qui prædictã terram dedit *Theophaniæ* in matrimonium; & *Theobaldi*, Domini illius Feodi. Item de dono Hugonis de *Caluo monte*, præsentationem Ecclesiæ de *Nateinuilla*, & quicquid juris in eadem Ecclesia habebat, assensu *Petronillæ*, vxoris suæ, Ioannis, & aliorum filiorum suorum. Item, de dono Ioannis de *Monte Capreoli*, assensu *Gilonis*, aliorumque filiorum suorum, sex minas bladi, iure perpetuo, in sequenti Sabbatho post festum S. Remigij, in grangia sua de *Monte Capreoli*, annuatim recipiendas. Item, de dono Agnetis de *Kersonessart*, assensu Drogonis, & aliorum filiorum suorum, Decimam suam, quam habebat, apud *Cortemanche*. Item, de dono Hugonis de *Brocæl*, quicquid in decima de *Locum-villa*, assensu *Mathildis*, vxoris suæ, & *Ioannis de Bussiaco*, Domini illius Feodi.

Nos autem prædictarum Monialium pauperti compatientes, & earumdem, Religionem in Domino commendantes, prædictas eleemosynas, sicut eis piè & iustè collatæ sunt, & in cartis Donatorum plenius continentur, ratas habemus, & confirmamus, & præsentis scripti, & sigilli nostri patrocinio communiuimus. Datum apud *Baenvillam*, per manum Roberti *de Martinvilla*, Capellani nostri, ann. gratiæ, 1212. secundo nonas April. Testibus his, Vvillelmo, decano de Trya, & M. Nicolao de S. Germano, Canonicis Rothomagensibus, & pluribus alij. d V3

d Ibid.

Yolanda Drocensis, post mortem sui mariti Ioannis de Tria, Comitis Dammartini in bello occisi 1275. dedit per testamentum suum Monialibus de Gomerifonte 25. libras annuatim, quòd illis fuit confirmatum à Rege Philippo Pulchro: du *Chesne* lib. 1. de Dreux cap. 4. pag. 88. Yolanda de *Trya*, vxor Roberti 6. Drocensis, Domini de Bev, *de Villiers*, &c. mortua, ann. 1428. jacet sepulta in hoc Monasterio. San-Marthani, Tom. 2. Histor. Genealogic. Domus Franciæ lib. 34. cap. 7. Ad eam spectat, In Decanatu Calui-montis, Diœces. Rothomagens.

e Idem §. 16.

Cura de Fay. *Cura de Natainuilla.* e

DE MONTE

Digitized by Google

DE MONTE DEI Ann. 1214.

GALLICE DE MONDEE.

Iordanus, Lexouiensis Episcopus, Fundator istius Monasterij describitur: cæteri eiusdem Asceterij Benefactores præcipui commemorantur.

CAPVT I.

I. ABBATIA est Ordinis Præmonstratensis, duabus leucis à Bajocá vrbe in cuius Diœcesi extat: sed exempta: fundata ann. circiter 1214. à Iordano, Lexouiensi Episcopo, a sub Rogero primo Abbate: cuius patronus est Sanctus Martinus. Cum autem ipse præsul Lexouiensis pia deuotione inductus, hoc fundasset Cœnobium in terra patrum suorum, exemptionem illius vltrò obtinuit à Bajocensi Antistite, cum tota Baronia de *Nonanto*, quæ protenditur à Bajocis vsque Cadomum, quatuor, aut, quinque Ecclesias complectens Parœchiales, videlicet, *Nonantensem*, *Tuayam*, (vbi ipsa extructa Abbatia) *Vellon*, *Verson*, & *Monent*: quæquidem loca Episcopali Lexouiensis Pontificis subiacent jurisdictioni. b Idem Iordanus Episcopus, quàplura alia largitus est eidem Abbatiæ, ann. 1215. 1217. & 1218. c Propterea que hæc in Necrologio eiusdem loci leguntur: *5. idus Decemb. Commemoratio Iordani, Lexouiensis Episcopi, iste Iordanus huius Ecclesiæ extitit fundator præcipuus, & hic primum ordinem Præmonstratensem institui procurauit: vnde statuimus eius Anniuersarium annuatim cum omni deuotione solemniter celebrari.* d Verum, antequam præsens extrueretur Monasterium, locum inhabitabat quidem pius sacerdos, Anachoreta: cuius meminit idem Obituarium *18. Calend. Maij Commemoratio Turstini Sacerdotis, quondam loci huius Eremitæ.* e

a Ex Cartis, anni 1207. 1212. 1213. 1215. 1216. 1217. & ex Actis capituli generalis Præmonstratens. ann. 1218.
b Gallia Christiana in Abbat.
De Bras, cap. 10. Antiquit. Cadomens. pag. 38.
c Ex Cartulario Abbat. Montis Dei, fol. 1. 2. 3.
d Ex Necrologio Abbat. Montis Dei.
e Ibid.

II. Alij etiam complures sedis eiusdem Lexouiensis Pontifices; haud parua contulerunt bona ipsi Abbatiæ. *Fulco* quippe multa dedit, ann. 1259. mense Aprili, præsensque adest in pacificatione Abbatis Montis-*Dei* cum Roberto de *Perceio*, milite. f Notatur eius memoria in prædicto Necrologio. *Pridie Calendas Maij, venerabilis pater Fulco Lexouiensis Episcopus, qui dedit nobis Decimã de Elone.* g Guido de *Merula*, & Guido *de Haricuria*, Lexouienses Antistites. h Præterea, Thomas de *Freauilla*, Bajocensis Episcopus: *circa curam* Parœchialem sancti Germani de *Norono*, ann. 1233. vndè & Ioannes, dictus *Saluarensis*, Bailliuus Cadomensis, scripsit ad Odonem eiusdem sedis præsulem, ann. 1270. super contentione jurispatronatus eiusdem Curæ. i

Varij adhuc Bajocenses Pontifices, sub nomine *Guillelmi*, ann. 1313. 1339. & 1354. l dicendum est 1345. cùm eo tempore nullus illic sederet Guillelmus ann. 1354. Item Nicolaus de *Bosco*, de quo sic enuntiatur in prædicto obituario. *3. idus Decembris Nicolaus de Bosco, Episcopus Bajocensis, qui nobis contulit multa.* m Denique hi ibidem recensentur.

11. Calend. Martij Guillelmus, Episcopus Abrincensis.
10. Calend. Martij Geruasius, Episcopus Sagiensis.
8. idus Iunij, Robertus, Archiepiscopus Rothomagensis. n

f Ex Cartular. Montis Dei, Carta 43.
g Ex Necrolog. Montis Dei.
h Ibid. 6. Calend. Maij.
i Ex Cartulario sup.
l Ibid.
m In Necrolog. sup.
n Ibid.

III. Alios quoque patronos & præcipuos benefactores laicos huiusce inclytæ domus, duximus haud prætereundos ann. 1207. & 1212. Enguerrannus de *Hommeto*, vir Illustrissimus, non solum multa illic contulit, sed & sua carta confirmat

dudũ data eidem Abbatiæ, à prædicto Iordano Episcopo; in hunc modum. *Notum* sit præsentibus & futuris, quòd ego Enguerrannus de Humeto, miles, pro salute animæ meæ, & Antecessorum meorum, gratam & ratam habui, & præsenti carta confirmaui, eleemosynationem, & donationem terrarum & redituum, quas fecit Dominus Iordanus Lexouiensis Episcopus, frater meus, Deo, & Abbatiæ S. Martini de Monte Dei; qui videlicet Iordanus dedit Deo, & dictæ Abbatiæ, pro salute sua, & Antecessorũ suorũ, pratum de Erse; & in molendino Huberti, octo Sextarios frumenti, ad festum S. Michaelis: &c. Ne igitur in posterum, aliqua calumnia, vel reclamatio possit fieri contra dictam Abbatiam, super terris istis & redditibus, à me, & meis hæredibus, præsenti scripto, sigillo meo munito, dignum duxi confirmare; Anno gratiæ 1220. o Postea ann. 1252. Ioannes de Humeto, miles, Constabularius Normaniæ: dedit alia. p Alienor *de Vitrè*, Comitissa Salesburiens. tempore viduitatis suæ, ann. 1228. eligit sepulturam in hac Abbatia. q Item. *Ego Guido de Similleio, armiger, de voluntate, & assensu Dominæ Audæ, vxoris meæ, filiæ Ranulfi de Liureio, militis*, ann. 1260. &c. Item. *Ego Guillelmus Patricij, miles, D. Guillelmi Patricij, militis: & Laurentia, vxor mea*; &c. *ann.* 1273.

o *Ex Cartulario sup. Carta* 43.
p *Ibid. Carta* 349.
q *Ibid. Carta* 7.

Sed & Francorum Reges Christianissimi, plurima præstiterunt eidem Abbatiæ beneficia: inter quos eminet S. Ludouicus IX. cuius cartam hic lubens apponam. IV.

Ludouicus, Dei gratia Francorum Rex.

Notum facimus tam præsentibus, quàm futuris, quòd nos desiderantes, temporalia in cœlestia; & transitoria in æterna, fauente Domino, fœlici commercio commutare: Religiosis viris, & Conuentui S. Martini de Monte Dei, Præmonstratens. Ordinis, Lexouiensis Diœcesis, diuini amoris intuitu, vt pro nostræ, & inclytæ Reginæ, consortis nostræ charissimæ, animarum remedio & salute, deuotas ad Dominum preces effundere teneantur: concedimus, per præsentes, quòd ipsi dona & eleemosynationẽ sibi factas in Feodis nostris & retro feodis, quæ sunt hæc, videlicet, de dono Iordani Episc. Lexouiẽs. & Radulphi de Pereyo, militis totum clausum, in quo ædificia dictæ Abbatiæ construũtur: & nouẽ acras terræ in cultura de æ: &c. in perpetuum de cætero, purè, liberè, pacificè, & quietè possidere valeant, & tenere, absque coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi, vel præstandi nobis, aut successoribus nostris, financiam pro eisdem, &c. *Actum Parisius, ann.* 1247. *mense Iulio.* Item alia eiusdem Carta.

Ludouicus, Dei gratia, Francorum Rex, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem.

Noueritis, quòd nos Canonicis S. Martini, Præmonstratensis Ordinis, Diuinæ pietatis intuitu, concessimus boscum mortuum, ad ardendum, capiendum in foresta nostra de Verneyo, quantum vnus asinus deferre poterit bis in die, quamdiu placuerit nostræ voluntati. Vnde volumus & præcipimus, vt quicumque dictæ forestæ, pro tempore, Forestarius fuerit, dictum boscum, vt dictum est, in prædicta foresta nostra, habere permittat eosdem. *Actum apud Pontem Audomari, anno Domini* 1269. *mense Iulio.* Eadem confirmantur ab alijs Regibus Franc.

Denique ann. 1639. Ecclesia illa Abbatialis quandoque prophanata, rursus consecratur, per Reuerendiss. D. Bajonensem Antistitem: qua de re sequens dedit testimonium. V.

Franciscus Fouquet, Dei & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, Episcopus Bajonensis, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Notum facimus, quod altare maius Ecclesiæ Monasterij Montis Dei, seu Auxilij, in honorem S. Martini dedicatum, hoc anno demolitum, tum verò magnificentius extructum, noua constructione indigens; de licentia Illustrissimi & Reuerendissimi

Digitized by Google

dissimi Domini, in Christo patris, Philippi Cospean, Episcopi Lexouiensis, solemniter, & in Pontificalibus, seruatisque omnibus ceremonijs requisitis, consecrauimus & in honorem eiusdem B. Martini dedicauimus, ac in eo SS. Iusti & Sapientis Martyrum, Parisijs pro fide passorum, Reliquias inclusimus: eademque insuper in Ecclesia, Altaria duo minora, vnum, ad sinistram ipsam intrantis, in honorem B. Mariæ Virginis: alterum, ad dexteram, in honorem S. Stephani Protomartyris; inclusis in ijs supradictorum eorumdem martyrum Reliquijs, consecrauimus: qua consecratione peracta Sacro-sanctum missæ sacrificium celebrauimus, hac die 7. mensis Iulij, ann. 1639. in cuius rei fidem, præsens instrumentum, nostris chirographo, & sigillo, muniuimus.

Series Cœnobiarcharum præsentis Abbatiæ delineatur: gestaque vniuscuiusque Prælati, referuntur: & quæ notatu digna sunt, posteritati commendantur.

CAPVT II.

I. QVI fuerint istius inclyti cœnobij Archimandritæ, succinctè ac breuiter hoc ordine, sunt à nobis propalandi.

1. *Rogerius de Iüez, de Iüeto, primus Abbas.*

Ann. 1215. quo hæc leguntur in Obituario huiusce domus. a *4. idus Iunij, Rogerus, primus Abbas domus istius.*

2. *Richardus, ann. 1225.*

Dies obitus eius notatur 7. idus Ianuarij. b

3. *Rogerius 2.*

Hic legitur ann. 1242. quædam tradidisse in Feodum Hosberto *le Fornir* de S. Cruce supra mare. c moritur 5. idus Nouemb. d

4. *Gabriel du Fay.*

Ann. 1276. notatur eius ad Dominum transitus 18. Calend. Septemb. e

5. *Gaufridus.*

Defunctus ann. 1280. 3. nonas Martij. f Alijs verò pridiè nonas Martij. g & 4. idus Martij. h

6. *Gaufridus 2. Blason.*

Ann. 1312. i piè animam Deo reddidit. l Canonicus fuerat Lucernæ.

II.

7. *Gaufridus 3. de Campo repulso ann. 1318.*

De eo specialis hæc mentio habetur in Necrologio huiusce domus. *Pridiè nonas Ianuarij, obitus piæ memoriæ D. Gaufridi de Campo repulso, quondam Abbatis istius Domus; iste primus fuit institutor pitantiarum Conuentus.* Iterum, de eo ad 3. Calend. Nouemb. m

8. *Radulphus.*

Nominatur ann. 1327. in fine parui Cartularij huiusce Abbatiæ: cognominabatur autem *de Aurea-valle*: iuxta varia diuersorum cœnobiorum Necrologia. n Canonicus Lucernæ.

a *Ex Cartulario & Obituario Abbatiæ Montis Dei.*
b *Ibid.*
c *Ex Cartulario Montis Dei.*
d *Ex Necrologio Lucernæ Abbat.*
e *Ex Cartulario & Obituario Montis Dei, Lucernæ, & Bellæ stellæ.*
f *Ex Obituario Montis Dei & Lucernæ.*
g *Ex Necrologio Bellæ stellæ.*
h *Ex Obituario Sylliaco.*
i *Ex Cartulario Montis Dei.*
l *Ex Obituario Lucernæ 8. idus Iunij, & Necrologio Bellæ stellæ 3. nonas Iulij & Montis Dei 12. Calend. Iulij.*
m *Ex Cartulario & Obituario Montis Dei.*
n *Lucernæ 4. idus Martij Montis Dei. 3. idus Martij. Bellæ stellæ, idibus Martij.*

Digitized by Google

9. *Richardus 2. Symonis.*

Ann. 1349. defunctus 9. Calend. Februar. [o]

[o] *Ex Cartulario & Obituario Montis Dei.*

10. *Robertus Garet.*

Ann. 1360. legitur pro præsentatione Ecclesiæ *de Nerone*. De eadem re, ann. 1365. & 1378. in fata concessit 9. Calend. Augusti. [p]

[p] *Ibid.*

11. *Gaufridus 4. Randoüin.*

Adhuc viuens ann. 1389. viam carnis vniuersæ ingressus est 9. Calend. Martij. [q]

[q] *Ibid.*

12. *Robertus 2. de Bacilleyo.*

Memoratur 31. Martij [r] Canonicus Lucernæ. Calendis Aprilis, [s] ac 5. nonas April. in obituario huiusce domus.

[r] *Ex Necrologio Bellæ-stellæ.*
[s] *Ex Obituario Lucernæ.*

13. *Ranulphus.*

In cœlum abijt 11. Iunij. [t] vocatur *Thomas Arnulphus*, in obituario Montis-Dei, Calendis Iunij.

[t] *Ex Necrologio Bellæ-stellæ.*

14. *Guillelmus.*

Deputatus fuit Commissarius ab Eugenio IV. Papa, pro pacificatione rerum capituli Bajocensis, cum Zanono Episcopo anno Christi 1440. 4. April. ante Pascha. [u]

[u] *Ex MS Codice Fabricæ Bajocens. Eccles. Cathedral. fol. 30.*

15. *Petrus.*

Hic, vnà cum Thoma Abbate Bellæ-stellæ, Lucernam venit, ann. 1452. ad electionem futuri Abbatis. [x]

[x] *Ex schedis Lucernæ.*

16. *Thomas.*

Prædicti Petri nepos extitit: migrauitque à sæculo 4. nonas Martij. [y]

[y] *Ex Obituario Montis Dei.*

17. *Guillelmus 2. le Bigot.*

Ann. 1470. memoratur 5. Calend. Maij [z] & 14. Calend. Iunij. [aa]

[z] *Ex Obituario Montis Dei & Lucernæ.*
[aa] *Ex Necrologio Falesiæ.*

18. *Ioannes le Barberel, seu, le Barbuëil.*

De eo agitur, 5. idus Septemb. [bb] & 12. Calend. Nouemb. [cc]

[bb] *Ex Obituario Montis Dei & Lucernæ.*
[cc] *Ex Necrologio Falesiæ.*

19. *Samson.*

Diem clausit extremum 3. nonas Nouemb. [dd] cuius mater, Acelina *de Cr.*, moritur 14. Calend. Maij. [ee]

[dd] *Ex Obituario Montis Dei.*
[ee] *Ibid.*

20. *Laurentius de Cusseyo, defunctus 3. nonas April.* [ff]

[ff] *Ibid.*

21. *Nicolaus de la Boysaine.*

Obijt 12. Calend. Septemb. [gg]

[gg] *Ibid.*

22. *Ægidius Iours, seu, l'Ours.*

Ann. 1497. interest Scacario Norman. nominatur ann. 1540. Postea resignat in manibus Synodi Pisanæ tunc Lugdunum ad tempus translatæ: à qua nominatur Ioannes *Ferey*, vir nobilis, Canonicus professus Præmonstratens. ordinis, prædicti Ægidij nepos, ann. 1512. qui tandem excessit è vita 7. Calend. Februar. [hh]

[hh] *Ex Cartulario & Obituario Montis Dei.*

23. *Ioannes 2. Ferey.*

Ab ann. 1512. vsque ad ann. 1557. quo vitæ cursum expleuit, idibus Iulij. [ii] ann. 1525. agnoscit filiationem suæ Abbatiæ, per litteras ad Franciscum *Coignon*, Lucernæ Abbatem, ab ipsa dependere. [ll] Ann. verò 1555. resignauit in manibus summi Pont. in fauorem subsequentis.

[ii] *Ibid.*
[ll] *Ex schedis Lucernæ.*

24. *Ægidius*

Digitized by Google

24. Ægidius 2. de Valionas, de Valongnes.

Qui ad Deum migrauit ann. 1562. 7. idus April. [mm]

25. Guillelmus 3. Poyneau, ann. 1564. [nn]

26. Iulianus Guichard.

Qui nefandè gladio perijt 5. idus Septemb. [oo]

27. Guido Habel.

Qui subitanea & improuisa morte expirauit: pridie idus Iulij. [pp]

28. Ioannes 3. Bourdon.

Qui tandem cessit in manibus Papæ, à quo nominatus est Abbas.

29. Franciscus, du Boüillonney.

VI. Ann. 1587. nobili stemmate fulgens, cuius sororem Baro *Medauiis* duxit in vxorem, ex qua progenuit Comitem de *Granceyo*, & Abbatissas de *Vinaio*, & *Almaniscarum*, [qq] vitam protraxit Franciscus, vsque ad ann. 1631. de quo hæc leguntur in fine Obituarij, 18. Octob. Commemoratio Reuerendiss. Patris ac Domini, D. Francisci du Bouillonnes, huiusce Monasterij Abbatis meritissimi; qui restituta primùm in eo collapsa penitus disciplina regulari: qui annuis redditibus recuperatis, multisque laboribus ferme duplicatis: Ecclesiam postmodum, summo Altari marmore, auroque renitenti, ac alijs extra chorum altaribus, decorari: Dormitorium insuper Religiosorum de nouo construi: aliasque ædes quamplurimas, vel labentes, primæuum in statum, restitui: vel collapsas funditus ædificari curauit: ac fœliciori tandem vita potiturus, præsens sæculum, beato fine, reliquit. Anno Domini, 1631. die 18. Octob. [rr] Illic autem conditus jacet, ante maius Altare: sub pario lapide, cum hoc

EPITAPHIO,

En qui congeßit, dicant Altaria, cælo
Quas Franciscus opes egerat ante necem?
Bullisse ipsius Diuino apparet amore
Pectus, Bullonij vox benè namque canit:
Numquid tantus amor, tantumque Altare tulerunt
Franciscum cælis? id meruere satis.

Portò, pater & mater eius D. D. de *Suresne* sepulturam habent intra chorum huiusce Ecclesiæ: illis collatam, ob reparationem ipsius Ecclesiæ, ann. 1570. ab eis confectam: cuius rei causa, etiamnum visuntur eorum stemmata vitreis fenestris ipsius chori efformata. Hanc Abbatiam, pro officij sui munere, visitauit, ann. 1615. Commissarius generalis delegatus R. P. Ioannes le Paige. [ss] Eandē Abbatiam laudat Petrus *Camus*, Episcopus Bellicensis, in Epistola ad librum, cui titulus est. Homo Apostolicus, ann. 1640.

Claudius Philippus le Clerc, du Tremblay, Abbas viuebat 1654.

mm Ex Cartulario Montis Dei.
nn Ibid. & in Obituario.
oo Ibid.
pp Ex Cartulari. Montis Dei.
qq Ex Obituario Montis Dei ad calcem. Item Lucernæ, Bella-stellæ & Ecclesiæ 15. calend. Nouemb.
rr Vide fastis anni 1656. mense Octobris seq.
ss Lib. 1. Bibliothecæ Præmonstratens. pag. 1017.

ANN. 1215.

BELLA-STELLA.

BELLE ESTOILLE GALLICÈ.

Henricus de Bella-fago, vir nobilis, fundator inclytus: cuius pium opus approbant, confirmantque, Metropolitanus Rothomag. Diœcesanus Episcopus; Rex Franciæ; alijque præsules: ac omnium Abbatum series.

CAPVT VNICVM.

EST Ordinis Præmonstratensis, in Diœcesi Bajocensi, duabus leucis à Condæo oppido super Noreum amnem, fundata, ann. 1215. per illustrem militem de Bella-fago. [a] Comprobata per Diœcesanum Episcopum: cuius diploma subsequitur. Vniuersis sanctæ matris Ecclesiæ filijs, ad quos præsens scriptum peruenerit: Robertus, Dei gratia, Bajocensis Episcopus, salutem in Auctore salutis. Nouerit vniuersitas vestra Henricum de Bella-fago, nobilem virum fundasse quandam Abbatiam, Præmonstratensis Ordinis, de proprio suo, in loco, qui dicitur, *Bella-Stella*, in Parœchia sancti Ioannis de Ceresejo: cui Abbatiæ, & Canonicis Regularibus Præmonstratensis Ordinis, ibidem Domino seruientibus, dedit per manum nostram, in puram, liberam, quietam, & perpetuam eleemosynam, pro salute animæ suæ, & Ediciæ vxoris suæ, hæredum suorum, & Antecessorum ac successorum suorum, locum, in quo eadem Abbatia sita est; & nemus eidem Abbatiæ adiacens, sicut indè factæ litteræ demonstrant: videlicet, &c. Nos verò pium factum & saluberrimum predicti nobilis viri Henrici approbantes, ad petitionem & instantiam ipsius, intuitu charitatis, & sanctæ Religionis; præfatam Abbatiam, & ipsum locum in quo fundata est, cum omnibus pertinentijs suis; & cætera omnia, quæ infra Cartam istam annotantur, Episcopali authoritate: præsentis etiam Cartæ, & sigilli nostri munimine sæpè dictis Canonicis, cum quitantia & libertate, perpetuis temporibus, possidenda confirmauimus. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini 1216. videlicet 4. calend. Maij. I.

[a] *Gallia Christiana in Episcop. Bajocens. & in Abbat. De Bras, in Antiquitat. Cadomens. pag. 38. cap. 10.*

Eadem, Metropolitanus Rothomagensis confirmat sua carta, quam exhibemus in hunc modum. II.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, Robertus, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, Salutem in Domino.

Ex officio nostro tenemur, virorum religiosorum nostræ Prouinciæ idemnitatibus, pia sollicitudine prouidere: & vt securius Omnipotenti Deo valeant famulari, ea, quæ ipsis piè, & iustè, collata sunt, authoritate nostra, benigniùs confirmare: Eapropter, dilectorum filiorum, Abbatis & Conuentus sanctæ Mariæ de *Bella stella*, Præmonstratensis Ordinis, iustis precibus annuentes: locum in quo fũdata est Abbatia eorum, & Capellã S. Iacobi in monte Cereseij, sitam, cum omnibus ipsius pertinentijs, & omnia alia, quæ Henricus *De Bella-fago*, miles eiusdem Abbatiæ Fundator, eis contulit, intuitu charitatis: & insuper omnia alia, quæ ab alijs Christi fidelibus, tam in Ecclesijs, quàm in rebus alijs, antedictis Canonicis misericorditer

Digitized by Google

ſericorditer ſunt conceſſa: ſicut piè & iuſtè eis collata ſunt, & in cartis Donatorum pleniùs continentur: & alia, quæ in poſterum, ex collatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, auctore Domino, poterunt adipiſci: ſub noſtra, & Eccleſiæ noſtræ protectione, ſuſcipimus, & authoritate noſtra confirmamus, & præſentis ſcripti, & ſigilli noſtri patrocinio communimus: ſtatuentes, & diſtrictiùs inhibentes, ne quis ſuper his, quæ Canonicè fuerint aſſecuti, eos indebitè vexare aut moleſtare præſumat: quod ſi facere præſumpſerit, Eccleſiaſtica cenſura ſe cognouerit percellendum diſtrictius. Datum apud Abbatiam de Lucerna, anno gratiæ 1217. 2. idus Auguſti. [b]

Idem præfatus, Bajocenſis Epiſcopus, confirmauit donationem Ediciæ, relictæ
III. Henrici prædicti de *Bella-fago*, quam fecerat in viduitate ſua: quamque Philippus II. Rex Franciæ Auguſtus, ſua carta comprobauit: Datum apud Bajocas ann. 1218. menſe Februario. Ea autem mulier Edicia, filia erat Richardi de Rorinvilla. [c] Itemque idem præſul Bajocenſis, confirmat cætera omnia eiuſdem Abbatiæ bona an. 1215. 1217. 1220. & 1230. in die feſto SS. Martyrum Rauenni & Raſiphi. Sic & Thomas eiuſdem ſedis Pontifex, ann. 1238. menſe Aprili: pro Decimis de Monceio. Alij etiam Antiſtites, idem egerunt. Hugo Conſtantienſis Epiſcopus, ann. 1223. 1228. & 1233. Guillelmus, Lexouienſis Epiſcopus, ann. 1220. Fulco, Lexouienſis præſul, ad inſtar fœlicis memoriæ Guillelmi, prædeceſſoris ſui ann. 1258. & 1261. Hugo, Sagienſis Epiſcopus, ſuper Capella Bernaij, ann. 1239. Gautridus, eius ſucceſſor, eadem de cauſa, ann. 1252. [d]

Agitur memoria de ipſis fundatoribus, in Necrologio eiuſdem Abbatiæ hiſce
IV. verbis.

19. Septemb. Henricus de Bellafago, miles, Fundator.

9. Septemb. Guillelmus de Bellafago, miles Fundator

30. Iulij. Edicia de Bellafago, fundatrix, & fideliſſima auratrix. [e]

Memorantur etia hi præſules, veluti præcipui huiuſce loci benefactores.

16. Iunij. Odo Rigault, Archiepiſcopus Rothomagenſis.
20. Februar. Odo, Epiſcopus Bajocenſis.
20. Auguſt. Odo, Epiſcopus Bajocenſis.
29. Maij. Thomas, Epiſcopus Bajocenſis.
7. Septemb. Richardus, Epiſcopus Abrincenſis.
27. Iunij. Lucas, Epiſcopus Ebroicenſis.
17. April. Guyardus, Epiſcopus Lexouienſis.
4. Maij. Fulco, Epiſcopus Lexouienſis.
25. Auguſt. Guillelmus de Aſneriis, Epiſcopus Lexouienſis. [f]

Quantum verò ad Abbates inclytæ huiuſce domus ſpectat: hi ſequuntur.

1. *Ioannes, Abbas primarius.*

Illius meminit Necrologium præſentis Monaſterij: his verbis. *31. Octob. Ioannes prius Heremita, poſtea Canonicus, & inceptor huius Eccleſiæ.* [g]

2. *Guillelmus.*

Memoratur eius obitus 21. Iunij. [h] non autem 16. [i] ceu 23. eiuſdem menſis. [k]

3. *Richardus.*

Notatur 2. Iunij [l] & 21. eiuſdem menſis, ex Necrologio Faleſiæ.

b Ex Cartulario Abbat. Bella ſtella.
c Ibid.
d Ibid.
e Ex Necrologio Abbat. Bella ſtella; & Montis Dei.
f Ibid.
g Ibid.
h Ibid.
i Ex Obituario Abbat. Montis Dei.
k Ex obituario Abbat. Faleſiæ.
l Ex Obituario Bella ſtella & Lucernæ: ac Montis Dei.

Digitized by Google

4. Guillelmus 2. Duredent, obiit 4. Iunii. [m]

5. Ioannes 2. Frequepent, seu Frangepain.

Italus ex Illustrissima gente oriundus: mortuus 2. Nouemb. [n]

6. Radulphus, diem clausit extremum, 18. Octob. [o]

7. Richardus 2. mortis debitum soluit 26. Octob. [p]

8. Thomas, defunctus 2. Maij. [q]

9. Robertus Augier 27. [r] *seu 28. Octob.* [s] *vita functus.* VI.

10. Ioannes 3. à S. Georgio, obijt 3. Nouemb. [t] *vocatur etiam Ioannes Condanus.* [u]

11. Iacobus de Barcourd, moritur 21. Nouemb. [x]

12. Ioannes 4. defunctus 31. August. [y]

Non autem 26. eiusdem mensis ex Obituario Montis Dei.

13. Gaufridus, vita terminum posuit 25. Maij. [z] *seu 26.* [aa]

14. Ioannes 5. spiritum Deo reddidit 26. Ianuarij. [bb]

Notatur 12. Februar. [cc] & 23. Octob. ex Obituario Sylliaco.

15. Gaufridus 2. animam exhalauit 14. Iunij. [dd]

16. Robertus 2. Chancie, Bonus amicus, defunctus 1. Iulij. [ee]

Non verò 4. Nouemb. [ff] aut 9. Decemb. aut 17. eiusdem mens. [gg] Canonicus erat Lucernæ.

17. Richardus 3. l'Oyson, florebat, ann. 1422. [hh]

Viam carnis ingressus est 13. Septemb. [ii]

18. Michael le Baoust, defunctus 11. Maii. [kk]

19. Richardus 4. Becquet, in fata concessit 11. Octob. [ll]

Non verò 19. [mm] aut 29. [nn] eiusdem mensis.

20. Ioannes 6. Hubert, moritur 2. April. [oo] VII.

Non autem 6. [pp] vel 24. eiusd. mensis. [qq]

21. Petrus le Prince, migrauit ad Dominum 12. Septemb. [rr]

22. Ioannes Galier, spiritum emisit 1. August. [ss]

Gaufridus à S. Germano Protonotarius Apostolicus contendebat de Abbatia obtinenda, ann. 1484. in Scacario Norman. sed præualuit Ioannes Religiosus professus eiusd. loci electus, sicque interfuit postea Scacario Norman. ann. 1497.

23. Thomas 2. Chancerel, ann. 1510. obiit 17. Maii. [tt]

Memoratur ad ann. 1507. [uu] 8. Maij. [xx]

24. Ioannes 8. le Prince, defunctus 22. Iulii. [yy]

25. Radulphus 2. memoratur 4. Nouemb. [zz] *& 8. Decemb.* [A]

26. Nicolaus le Blanc, efflauit animam 3. Maii. [B]

27. Ioannes 9. mortuus 27. Decemb. [C]

28. Richardus 5. 18. Decemb. [D] *& 25. Nouemb. notatur.* [E]

R. P. Ioannes *le Paige*, Doctor Theologus: Commissarius generalis, deputatus ab Abbate Præmonstrati, pro visitatione ac correctione Abbatiarum huiusce ordinis, hoc cœnobium visitauit, ann. 1615. [F] Illicque visus est Prior Claustralis centum & quatuor annorum. In Bibliotheca Abbatiæ Sauiniacensis, inter MSS. codices extat Epistola Isaac, Abbatis, Bellæ stellæ, ad Ioannem Episcopum Pictauiensem: *De Tractatu Missæ*: at cùm plures extitere eiusdem nominis Pictauienses Antistites, adhuc me latet, de quo intelligat. VIII

m *Ex Obituario Bellæ stellæ & Lucernæ.*
n *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
o *Ibid. tum ex Obituario Syllejj Lucernæ.*
p *Ex Obituario Bellæ-stellæ Lucernæ.*
q *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
r *Ex Obituario Lucernæ & Montis Dei.*
s *Ex Obituario Bellæ stellæ.*
t *Ibid.*
u *Ex Obituario Montis Dei.*
x *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
y *Ibid.*
z *Ibid.*
aa *Ex Obituario Lucernæ.*
bb *Ex Obituario Syllaco & Lucernæ.*
cc *Ex Obituar. Falesiæ.*
dd *Ex Obituario Falesiæ.*
ee *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
ff *Ex Obituario Lucernæ.*
gg *Ex Obituario Falesiæ.*
hh *Ex Schedis Lucernæ.*
ii *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
kk *Ibid.*
ll *Ibid.*
mm *Ex Obituario Lucernæ.*
nn *Ex Obituario Montis Dei.*
oo *Obituarium Bellæ-stellæ*
pp *Ex Obituario Sylliaco.*
qq *Ex Obituario Falesiæ.*
rr *Obituarium Bellæ-stellæ.*
ss *Ibid.*
tt *Ibid.*
uu *Ex Schedis Lucernæ*
xx *Ex Obituario Montis Dei.*
yy *Ex Obituario Bellæ-stellæ.*
zz *Ex Obituario Montis Dei.*
A *Obituarium Falesiæ.*
B *Obituarium Montis Dei.*
C *Ex Obituario Falesiæ.*
D *Ibid.*
E *Ex Obituario Sylliaco.*
F *Lib. 5 Bibliothec. Præmonstratens. pag. 1013.*

29. Petrus

Digitized by Google

29. *Petrus de Roussel.*

Dominus S. Ægidij, Consiliarius in Parlamento Rothomag. Abbas Commendatarius : qui & primus, ad præsentationem Domini de *Sahurs-Marbeuf*, admissus est, per Archiepiscopum Rothomagensem, ad Capellaniam nouæ Capellæ de *Sahurs* : ann. 1636. die 24. Iulij : cuius & possessionem accepit die 26. eiusdem mensis & anni. Porro, pro restauratione Regularis disciplinæ in eo Præmonstratensi ordine per Galliam, Rex Litteras dedit, ann. 1602. de 23. Februarij : quæ postea 12. Iunij sequentis publico edicto comprobatæ sunt in Parlamento Rothomagensi. a a *Idem lib. 3. pag. 772.*

HENRICVS VI. REX ANGLVS NEVSTRIA per vim occupata : scripsit in fauorem huiusce domus circa ann. Christi 1422.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, hæres & Regens Regni Franciæ, & Dominus Hyberniæ. Omnibus ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem.

Sciatis, quòd de gratia nostra speciali, & vt Diuinum seruitium, ac alia pietatis opera, quæ in Abbatia B. Mariæ de *Bella-stella*, Bajocens. Diœcef. fieri debent, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur, concessimus dilectis nobis in Christo, Abbati, & Conuentui prædictæ Abbatiæ, omnia temporalia, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Norman. qualitercumque pertinentia, siue spectantia ; habenda in sustentationem Diuini seruitij, & aliorum pietatis operum prædictorum, de dono nostro : in cuius testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes : Teste meipso, apud castrum nostrum Rothomagi 12. Ianuar. anno Regni nostri 8. Signatum. Per ipsum Regem,

STORGEON.

Ex Codic. maximo MS. fol. 116. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. *d'Herouual.*

PERRINA, ANN. 1250.

VVLGÒ LA PERRINE.

Fundatores atque Benefactores præcipui memorantur : necnon primus huius loci Archimandrita signatur.

CAPVT VNICVM.

I. COenobium est, Ordinis Redemptionis captiuorum, in Diœcesi Constantiensi, inter Phanum D. Laudi & Carentonum, via Regia ad Rubeum fossatum : fundatum ab Illustri Heroina D. Eustachia, nobilissimi viri, D. Guillelmi du *Hommet*, Normaniæ stabuli Comitis, vxore : tempore S. Ludouici IX. Regis Franciæ : Dicatum S. Catharinæ, virgini & martyri. Horum meminit Necrologium hujusce domus, his verbis. 4. *nonas Maij, anno Domini* 1254. *obijt Domina D. Eustachia, fundatrix istius domus : anima eius requiescat in pace. Item* 10. *Calend. Septemb. Obitus D. Vuillelmi de Humeto, Connestabularij Normanniæ, cuius vxor domum istam fundauit.* a a *Obituarium Perrine.*

II. Qui autem fuerint alij ejusdem Monasterij Benefactores, explicandi sunt. Sane hæc domus olim spectabat ad Ecclesiam Bajocensem : quapropter Pontifex Bajo-

Digitized by Google

cassinus, intuitu pietatis, omne jus vltrò dimisit: quod constat ex Cartulario in Thesauro Episcopali asseruato talis tenoris. *G. Episcopus Bajocensis, concessit in puram eleemosynam, ministro, & fratribus, domum S. Catharinæ de Perrina, Ordinis S. Trinitatis captiuorum, Constantiensis Diœcesis ann. 1275.* b Præsules quoque Constantienses non minori deuotione hunc locum sunt prosequuti: de quibus habetur memoria, in eiusdem domus Obituario: sed maximè: qui sequuntur. *Calendis Martij, Anno Domini 1274. obijt vir bonæ memoriæ, Ioannes Episcopus Constantiensis: qui dedit nobis centum libras Turonenses, ad emendos redditus.* De eo iterum 3. nonas Maij & 3. Calend. Nouemb. c Item 7. idus Augusti anno Domini 1291. obijt C. quondam Episcopus Constantiensis: qui dedit nobis triginta libras, ad emendos redditus. d Sed loco litteræ majusculæ, C, apponenda est G, tunc enim *Gillanus* ceu *Gillius*, qui & *Ægidius*, ceu *Eustachius*, dictus est huic Cathedrali Ecclesiæ præsidebat. Item *9. Martii. anno Domini 1314, Obijt vir bonæ memoriæ, Robertus Constantiensis Episcopus: qui dedit nobis centum libras Turonenses, ad emendos redditus. Item* 10. *Calend. Decemb. Obitus* Domini *Guillelmi, Episcopi Constantiensis: qui dedit nobis centum libras.* e

b Ex Codice MSS. Rubeo Eccles. Bajocens. fol. 2.

c Ex Obituario Perrinæ.

d Ibid.

e Ibid.

Memoratur etiam F. Ioannes *Major*, primus cœnobiarcha hujusce Asceterij cuius commemoratio bis recolitur in anno: in hunc modum. *Tertio nonas Maij, Frater Ioannes major, minister primus obijt ann.* 1392. mendum illic irrepsit scribendum est ann. 1292. Item 12. *Calend. Decemb. obitus fratris, Ioannis majoris, ministri primi.* f III.

f Ibid.

De Humeto castro, in Constantiniensi Comitatu. Gemeticensis lib. 9. cap. 15.

Ann. 1307.

THORIGNEIVM, GALLICÈ TORIGNY.

Nobile oppidum Torigneium describitur: juxta quod Abbatia hæc fundatur à Roberto Fabro, viro spectabili; Archidiacono Abrincensi; cuius factum approbatur ab omnibus: & nonnulli Abbates referuntur.

CAPVT VNICVM.

DIscimus ex Historia Normannica, Henricum I. Angliæ Regem, ac Normanniæ Ducem, complures filios habuisse naturales. *Illorum* autem primogenito Roberto (ait Gemeticensis) pater suus quamdam nobilissimam puellam, nomine Sibyllam, filiam Roberti, filij Hamonis, neptem, scilicet, ex filia Mabilia, Rogerij de Monte Gommerici, patris videlicet, Roberti de Bellismo, matrimonio copulauit: concedens ei maximam hæreditatem, tam in Normannia, quàm in Anglia, quæ præfatæ virgini hæreditario jure competebat, &c. Hæreditatis autem, quam cum præfata virgine idem Robertus adeptus est; caput est oppidum *Torinneium* nuncupatum, in confinio Comitatuum Bajocensis, & Constantiniensis situm, distans à fluuio, nomine *Vira*, qui prædictos Comitatus dirimit, in citeriori parte, millibus fermè duobus. Quod municipium à prædicto Regis filio, Roberto, postquam in juris eius potestatem redactum est, turribus excelsis, & mœnibus robustissimis, necnon & fossatis præruptis, & ipso saxeo monte incisis contra inimicorum omnium conatum munitus est, & ex magna parte, aquis in piscinas collectis vallatum, & inaccessum. Et licet terra circumjacens minus in fertilitate frugum reddenda sit habilis: est tamen idem oppidum populosum, negotiatoribus diuersarum mercium refertum; ædificijs, tam publicis, quàm priuatis ornatum, copia auri & argenti, non egenum, &c. Fuit etiam Comitatu I.

Glocestriæ

Digitized by Google

Glocestriæ idem Robertus à patre donatus. [a] Poſtea verò: Henricus II. Rex Angliæ & Dux Normanniæ, Torinneium fortiter, per dies 15. obſidens: tandem Caſtellum illi redditum eſt, pacificato Richardo, filio Comitis, qui illud municipium tenuerat: anno 1153. [b] exindè Philippus Auguſtus, Rex Franc. dedit illudmet Toringniacum cum pertinentijs G. Comiti S. Pauli conſanguineo ſuo: in proprium apud Compendium ann. 1218. menſe Februario. [c] *C'eſt Gaucher 3. de Chaſtillon, Comte de S. Pol*: Quercetanus lib. 3. domus Caſtill. cap. 1. pag. 66. & exprobat. pag. 37. Labentibus verò ſæculis, ipſum oppidum, caſtrumque Torinniacum ad Illuſtriſſimam Matigniacenſem, vulgò, *Matignon*, deuenit gentem: prætio emptum à Regina Siciliæ & Neapolis vidua: quæ eo, pro Dotalitio ſuo, fruebatur; tituloque Comitatus poſtea adornatum. [d]

II. Iuxta igitur hoc oppidum parua extat Abbatia, Ordinis Ciſtertienſis, filia Alneti cœnobij, eiuſdem Ordinis, ac Diœceſis Bajocenſis, fundata [e] ann. 1307. à Nicolao *Fabro* Clerico, ac medico, Philippi IV. Pulchri, Franciæ Regis: cuius fundationis litteras, ad Reuerendiſſ. Henricum, Ciſtertienſem Generalem Abbatem, miſſas, ab eoque acceptas, præſtat hic deſcribere: vnà cùm eiuſdem Abbatis reſponſione. *Vniuerſis* præſentes litteras inſpecturis, Frater Henricus, Abbas Ciſtertienſis: ſalutem. Noueritis nos vidiſſe litteras venerabilis & diſcreti viri, magiſtri Roberti Fabri, Archidiaconi, Abrincenſis, Regiſque Francorum Clerici, ſigillo eiuſdem Archidiaconi ſigillatas, vti prima facie apparebat, formam, quæ ſequitur, continentes. *Vniuerſis* præſentes litteras inſpecturis, Robertus Faber, Archidiaconus Abrincenſis, Regiſque Francorum Clericus, ſalutem. Notum facio, quòd ego Robertus dictus, cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna, fœlici commercio commutare, & bona aliqua procurare, quæ forent, Deo propitio, in domo Domini fructus vberes allatura: ad honorem Dei, & B. *Mariæ*, matris eius: cultus Diuini augmentum: in manerio meo de *Thorigneyo*, ſito infra metas Parœchialis Eccleſiæ B. Mariæ de *Torigneyo*, quod *Fabriez*, nuncupatur, affectans quandam Abbatiam conſtrui & fundari, cum Eccleſia, & nocturnis officijs: vbi vnus Abbas, & decens Conuentus Ordinis Ciſtertienſis, perpetuis operibus Domino famulentur, pro excellentiſſimorum principum DD. meorum, Philippi Francorum, Ludouici, primogeniti ſui, Nauarræ, Dei gratia, Regum Illuſtrium: claræ memoriæ, Ioannæ, quondam conſortis Domini Philippi: mei, & progenitorum meorum, animarū ſalute: *Do*, & concedo Abbati, & Conuentui B. Mariæ de *Alneto*, eiuſdem Ordinis, Bajocenſis Diœceſis, manerium prædictum, vnà cum acclauſo eiuſdem, & bonis alijs, quæ ſequuntur: videlicet cum jure patronatus Parœchialis Eccleſiæ S. Mariæ *de Torigneyo* prædicto: & Quinquaginta libras Turonenſ. reddituallium, quas percipiebam, ſingulis annis, ſuper Decimam duarum gerbarum Parœchialis Eccleſiæ de *Eſcremanilla*, quodquidem iuſpatronatus, & Quinquagintas libras reddituales prædictas, ex donatione prædicti Regis Frācorum, procuraueram prædicto manerio applicari ad opera charitatis: Do inſuper & concedo prædictis religioſis de *Alneto* quandam portionem *Decimæ* gerbarum, quam acquiſiui in Parœchia S. Martini de *Linguebra*: & totum Feodum, quod emi, à Ioanne *de Eſſartis*, necnon & quicquid habebam in Parœchijs S. Mariæ de *Torigneyo* prædictæ: & S. Amandi *de Torigneyo*: tam in redditibus & pratis, quàm rebus vniuerſis: præmiſſa omnia dedi, & dimiſi dictis religioſis, cum omnibus juribus, & redditibus, beneficijs mihi competentibus, & competturis in eiſdem, quacumque cauſa & actione: nihil iuris retinens penitus in eiſdem: ita quòd, nec ego, nec hæredes mei, in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, nihil de cætero poterimus reclamare, pro fundatione, conſtructione dictæ Abbatiæ, & ſuſtentatione dictæ Abbatiæ & Conuentus ibi collocandorum, per dictos Abbatem, & Conuentum B. Mariæ de *Alneto*: in qua Abbatia pauperes & debiles tranſeuntes recipientur, miſericorditer ſuſcepturi, ſecundum dictæ Abbatiæ facultates: in quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium, præſenti cartæ ſigillum meum apponere dignum duxi. Actum & datum anno Domini 1307. die Decemb. 15. *Nos igitur* deuotionem dicti Archidiaconi in Domino commendantes, prædictam donationem, quo ad nos, & noſtrum ordinem ſpectat, volumus, & tenore præſentium confirmamus: dùm tamen fuerit de Diœceſi, in aſſenſu Epiſcopi, & etiam voluntate. Actum & datum ſub ſigillo noſtro, anno &

[a] *Gemeticenſis. De Geſtis Norman. lib. 8. cap. 29.*

[b] *Ex Chronica Norman. Latina, ad ann. 1153*

[c] *Codex Vetus MS. fol. 160. Lutetiæ apud D. de Vyon. D. de Herouual.*

[d] *Canalis lib. 2. de Re Gallica. Perioche 4. Schedæ Abbat. Toriniacenſ. Alnetenſ. Bajocenſ. &c.*

[e] *De Bras cap. 10. Antiquit. Cadomenſ. pag. 38. Gallia Chriſtiana in ea Abbat.*

die, quibus ſupradictis.[f]

Porrò, anno ſequenti, prænominatus Rex Philippus, ſua authoritate hæc omnia rata habuit, confirmauitque: Prout in Cartulario eiuſdem Abbatiæ Torigneij videre eſt. III.

Summus Pontifex, Clemens V. eadem confirmauit, Ioanni Abbati hujuſce loci: idemque poſtea fecit Ludouicus Conſtantienſis Epiſcopus, ann. 1352. Nonnullorum autem Abbatum huius cœnobij nomina, hæc ſuperſunt. IV.

1. Ioannes de Bolleya, primarius Abbas, ann. 1309.

Quo tempore renouatus eſt Cartularum Rotulus.

Ioannes intereſt Scacario Norman. ann. 1484.

Petrus Adelin, Alneti Monachus, ann. 1517.

Librum chori fecit, obijt ann. 1520. ſepultus ibidem ante Crucifixum.

Ioannes Adelin.

Alneti etiam monachus; ex *Enguerneyo* oriundus.

Ioannes Baudet. *Leonorius de Matignon.*

Epiſcopus Conſtantienſis, primus Abbas Commendatarius.[g] Nunc ann. 1647. Tranſlatus ad Lexouienſem Epiſcopatum.

[f] *Ex Cartulario Abbat. Torigneij.*

[g] *Ex Necrologio Sobrdli Abbatiæ Torigneij.*

Ann. 1200.

BELLVS LOCVS, VVLGO, BEAV-LIEV.

Prioratus iſtius exordia, cuius fundator extitit, vir inclytus, Ioannes de Pratellis.

CAPVT VNICVM.

HIC Prioratus intra limites Diœceſis Rothomagenſis conſtitutus, & duabus circiter leucis à ciuitate Rothomagenſi diſtans fundatorem habuit Ioannem de Pratellis, anno 1200. prout in ſequentibus litteris videre eſt. I.

Omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit: Ioannes de Pratellis, ſalutem in Domino.

Nouerit vniuerſitas veſtra me Diuinæ pietatis intuitu, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris mei *Osberti*, & matris meæ *Mathildis*, & Anteceſſorum meorum, & fratrum meorum, Symonis, Petri, Rogeri, Vvillelmi, Enguerranni, quandam Eccleſiam in honore Dei, & B. Virginis Mariæ, in foreſta mea de Pratellis fundaſſe, ibique Canonicos Regulares, qui nocte dieque Deo deſeruiant, conſtruxiſſe. Ad quorum ſuſtentationem, de foreſta mea, quantum foſſata eorum continent, videlicet. Quatuor viginti acras, & de terra Lucrabili extra foreſtam, ex vna parte, centum acras, ante domum ſuam, & ex alia parte, 40. acras, verſus vacariam, & in monte *Maten*, iuxta Infirmariam de *Meſnillo-Radulfi*, & iuxta Cheminum,

Digitized by Google

minum, nouies viginti acras, in liberam, & puram & perpetuam eleemosynam delegaui. Item, consuetudinem talem in foresta mea, qualem consuetudinarij forestæ per redditum suum habent, & vbi habent; vt ipsi Canonici eamdem consuetudinem liberam & quietam ab omni redditu dominorum, & exactione seruientium & forestariorum habeant. Præterea, ad Herbagagium eorumdem Canonicorum, de foresta mea quicquid fuerit necessarium, per liberationem seruientium meorum, liberè & quietè, ab omni redditu & consuetudine seruientium & forestariorum. Item, Pasnagium propriorum porcorum in foresta mea quietum: & quietantiam de Estoblagio, & decimas ferarum, quæ capientur in foresta mea. Item, totam *Nouam-villam*, S. Ioannis de *Hoslouraria*, cum omnibus pertinentijs suis: item, totam moltam de *Bosco-Episcopi*, ad faciendum cereum vnum vnius libræ, singulis Sabbathis, & singulis festiuitatibus B. Mariæ, ad ardendum tota nocte, in honore eiusdem: item, in eadem villa feodum *Vvarneri Baudri* & *Emmæ* vxoris eius, cum redditu, quem mihi reddebant, & seruitio, quod mihi faciebant: item, jus Patronatus omnium Ecclesiarum totius terræ meæ, tam in Anglia, quàm in Normania, quod ad me pertinet, vel de cætero poterit pertinere. Decimas etiam totius acquisitionis meæ, & etiam decimas forestæ meæ, de minutis venditionibus: & Decimam denariorum quos reddunt mihi veridarij & forestarij pro custodia forestæ meæ. Et etiam decimas Herbagij forestæ prædictæ: & decimas omnium terrarum mearum, quæ postquam prædicta Ecclesia fundata fuit, ad culturam tractæ sunt, vel de cætero trahentur, quas iustè & rationabiliter dare potero: item, concessi & dedi sæpe dictæ Ecclesiæ, & Canonicis eiusdem loci, quicquid homines mei, totiusque terræ meæ ipsi Ecclesiæ, ex dono, vel ex vendi-
II. tione, siue quolibet alio rationabili modo contulerint.

Item, dedi & concessi, quicquid habebam in villa de *Berne*, quæ est in Anglia exceptis militibus, in quibus tantum retineo, seruitium & reueletum & maritagium: item, integrè marcheium de *Pomeria*, cum feria eiusdem villæ: item pasturam liberam & quietam bestijs suis, exceptis capris, per forestam meam, sicut se proportat, à valle *Leshie*, vsque ad terras præ taxatæ Ecclesiæ, versus vacariam, cum omni alia communi pastura: item illam masuram terræ, quam D. Richardus, Rex Angliæ mihi donauit in insula *Andeleij*, cum *Helduino Bolengerio*, qui eam tenet, & quindecim solidos, quos indè annuatim reddit, & omni seruitio, quod mihi indè facere debebat: item, auxilium de *Condè*, quod D. *Ioannes*, Rex Angliæ, mihi pro seruitio meo donauit, dùm ipse Comes *Moritonij* erat, scilicet de feodo Roberti de *Samaio*: & de feodo *Hasslebretel*, & de feodo Roberti *Piont*: & de omnibus alijs feodis, in quibus prædictus Comes habebat auxilium: quæ scilicet feoda mihi pertinebant: item, Robertum, filium *Ansquetilli*, cum feodo suo & omni seruitio, & redditu, quem mihi reddere solebat. Summa verò prædicti auxilij feodaliter est de tredecim libris, & decem & octo solidis, & octo denarijs: item, omnem redditum, quem *Emelina* oleatia mihi & antecessoribus reddere solebat de domo sua, quam de me & de antecessoribus meis tenebat iuxta forum Rothomagense: & decem solidos singulis annis percipiendos in prima mansiuncula, quæ est in capite domus Gaufridi *Auenarij*, in vico S. Crucis, pro quo redditu Canonici debent reperire oleum ad luminare vnius lampadis ardendum ante altare BB. Ioannis Baptistæ, & Ioannis Euangelistæ, singulis diebus & noctibus. Volo itaque sæpissimè nominatam Ecclesiam liberam & quietam ab omni cõsuetudine & exactione & grauamine: cum omnibus suis. Et ne aliquis seruientium meorum
III. eam molestari, vel inquietare præsumat.

Vt autem hæc mea donatio firma sit & stabilis, eam præsenti scripto & sigilli mei munimine roboraui. Quicumque autem filius, vel hæres meus, aut alius, Dei & sanctæ Ecclesiæ inimicus, huic meæ eleemosynæ aduersari præsumpserit: omnipotentis Dei, & mei maledictionem incurrat. Actum fuit hoc coram venerabili patre nostro *Vvaltero*, Rothomagensi Archiepiscopo, anno verbi incarnati 1200. His testibus, Rogero Rothomagensi Decano, & toto eiusdem Ecclesiæ Capitulo; Vvillelmo Marescallo, Petro de *Pratellis*, Vvillelmo & Enguerrano, fratribus: Stephano de *Longo-campo*: Osberto de *Rouvrei*, Gaufrido de *Bosco*, Reginaldo & Ioanne, fratribus: Gaufrido de *Mesnillo*, Vvillelmo *Dannebout*, Hugone *Grandin*, Radulfo, eius filio Vvaltero, de S. Ioanne, militibus: Symone, Sacerdote de *Sar-*

a Ex Codic. MS. Belli loci, pag. 345. & ſeq.

b Ibid. pag. 389 & ſeq.

c Ibid. pag 160.

na villa, Vvillelmo Capellano, Gaufrido, clerico de *Capreuilla*, Vvillelmo *Cornicle*, Roberto de Boſco Richardi; & aliis multis. [a] Cuius quidem præfati filij, ac poſteri, proceres & optimates, &c. huiuſce noſtræ Prouinciæ, amplioribus adhuc largitionibus ditarunt, decorarunt, ac copioſè eũdem Prioratum prouexerunt.

Quæ omnia ſummi Pontifices Cœleſtinus III. & Honorius III. vltrò confirma- IV.
runt: quorum diplomata adhuc extant. [b] Idem peregit *Vvalterus*, Rothomagenſis Archiepiſcopus 18. calend. Decemb. ann. 1207. præſentibus, Rogero, Decano: Vvillelmo, & R. filijs *Gueroudi*, Archidiaconis, & magiſtro *Columbo*, Canonico, Rothomagenſ. [c] Eadem beneuola pietate confirmarunt Reges: vti conſtat ex ſequentibus cartis eorum.

Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauiæ: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiariis, Vicecomitibus, Seneſcallis, præpoſitis, & omnibus Bailliuis, & fidelibus ſuis: ſalutem.

Sciatis nos ad petitionem Ioannis de *Pratellis*, & fratrum ſuorum conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe dicto, & Abbatiæ S. Mariæ de *Bello-loco* (quam idem Ioannes, & fratres ſui, fundauerunt in foreſta de *Pratellis*,) omnes donationes, quas prædictus Ioannes, vel fratres ſui, præfatæ Abbatiæ contulerunt, & omnes alias donationes, quas idem Ioannes, & fratres ſui, & alij, dictæ Abbatiæ dabunt rationabiliter. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quòd dicta Abbatia S. Mariæ de *Bello-loco*, & Canonici in ea deſeruientes, habeant & teneant omnes donationes, quæ jam eis datæ ſunt à dicto Ioanne, & fratribus ſuis: & omnes alias donationes, quæ fient præfatæ Abbatiæ rationabiliter ab ipſo Ioanne, & fratribus ſuis, & ab alijs, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè; in boſco, & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viuarijs & ſtagnis, & piſcarijs, cum omnibus pertinentijs ſuis, & cum omni integritate ſua: ſecundum quod in cartis donatorum continetur, & continebitur. Teſtibus Vvillelmo de *Hommet*, Conſtabulario, Vvillelmo filio Radulfi, Seneſcallo Normaniæ; Vvillelmo Mareſcallo, Richardo de *Humet*, Roberto de *Harecort*. Datum per manum Ioannis de *Alençon*, Archidiac. Lexouienſis, Vicecancellarij noſtri, apud *Loldun*, 17. die Iunij, anno primo Regni noſtri. [d]

d Ibid. pag. 2. & 3.

Ludouicus Dei gratia, Francorum Rex.

Notum facimus vniuerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd nos Diuini
amoris intuitu, pro ſalute animæ noſtræ, & ob remedium animarum inclitæ re- V.
cordationis, Regis Ludouici, genitoris noſtri, & Reginæ Blanchæ, genitricis noſtræ, & aliorum Anteceſſorum noſtrorum, viris religioſis, Priori & Conuentui B. Mariæ de Bello-loco Ordinis S. Auguſtini, Rothomagenſis Diœceſis, conceſſimus, vt ipſi de vinis propriarum vinearum ſuarum, quæ ad Prioratum ſuum adduci facient in eorum vſus proprios conuertendis ibidem, per propria pedagia noſtra, quiti ſint in perpetuum, & immunes ab omni pedagio, & alia coſtuma quacumque: ita tamen, quòd ductor vinorum prædictorũ tenebitur facere iuramentũ pedagiarijs noſtris, ſi indè requiſitus fuerit, quod fraudem, ſiue dolum non faciet in prædictis. Quod vt ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentes litteras ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum apud Vernonem, anno Domini 1269. menſe Auguſto. [e]

e Ibid. pag. 377 & 378.

Cum autem eſſet quædam diſſenſio inter monachos ſanctæ Catharinæ Rotho- VI.
magenſis, & Canonicos Regulares Belli-loci circa decimas, &c. compoſita fuit à Radulfo Abbate, prout ſupra vbi de eodem Abbate ſuo loco ſermo eſt, patet.

DE COVR.

COVRDILIVM, VVLGO, CORDILLON.

Ann. 1200.

FERVNT dici Courdilium, quod iuxta currentem *Rillam*, vulgo *Riller* conditum sit amnem: cuius meminit *Cœnalis*. [a] Monasterium autem est Ordinis S. Benedicti 4. leucis ab vrbe Bajocensi dissitum, in cuius Diœcesi situm est: quodque inhabitant Sanctimoniales quamplures: [b] cuius Ecclesia dicatur S. Laurentio, martyri. Porrò Abbatissas omnes recensere, quæ huic Asceterio præfuerint, admodum difficile arbitror; harum solùm nomina nobis supersunt, quæ hic pando.

Ascelina. Michaelina. Ioanna. Nicolaa. Philippa.
Ioanna 2. à tribus montibus. Radulfa de Pelleué.
Bona de Haricuria. Ioanna 3. de Sauonieres.

Soror fuit Mathurini de Sauonnieres Episcopi Bajocens. Obijt ann. 1618. 4. Nouemb. ex Obituario Abbatiæ de Monte Dei. *Item; Catharina de Sauonnieres.*

a *Cœnalis lib. 2 de Re Gallica. Periocha 4.*

b *Gallia Christiana in Bajocens. & in Abbatijs.*

THESAVRVS

Ann. 1200.

ORDINIS est Cisterciensis ipsa Abbatia Sanctimonialium, de *Thesauro*, vulgò, *du Thresor*: in Vilcassino Francico, Diœcesis Rothomagensis, inter Meduntam & Gisortium, à quo quinque leucis distat. [a] Huius Monasterij olim curam susceperat B. Theobaldus, Abbas Vallium cernaij, in Diœcesi Parisiensi, duabus leucis à Pisciaco: pro vt acta vitæ illius testantur. *Præter Monachos, regebat etiam Sanctimoniales Abbatiæ de Thesauro propè Vernacum, ad Sequanam, Ordinis Cisterciensis: quæ eius studio & opera, alias Sanctimoniales Cistercienses, Regulari obseruantia superabant.* [b] D. Ludouicus Rex Franc. maximam gerebat deuotionem erga hanc domum: de qua peculiarem egit mentionem in suo Testamento, quod paulò ante *vltimam eius profectionem in Africam, condidit ann.* 1269. mense Februario: quo legat Abbatiæ Thesauri B. Mariæ, quadraginta libras. [c] Louuetus in antiquis notis nobilitatis Beluacensis, annotat: Guillelmum de Guiry, ann. 1267. dedisse in eleemosynam perpetuam Monialibus de Thesauro, modium vnum frumenti, sumendum ab ipsis, singulis annis, ex horreo domus suæ de Guiry. [d]

a *Souchet in notis ad vitam Bernardi Tyronens. cap. 42. pag. 276.*

b *Hugo Menardus lib. 2. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 8. Iulij, in vita S. Theobaldi Abbatis: qui obijt 1247.*

c *Extat apud Claudium. Menardum in Obseruation. ad Historiam Ionuillæi de S. Ludouico IX. Rege pag. 361. De dono S. Ludouici vide Bryum pag. 717.*

d *Louuet. Tit. Guiry*

BIVALLIVM.

BIVALLIVM, vulgò *Biual*, Abbatia Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis, sub regimine Archiepiscopi Rothomagensis; in eius Diœcesi sita est, non longè à Nouo-Castro, *Neuf-Chastel*. De ea nihil nobis dicendum occurrit; sicut nec de sequentibus.

Breheruallensi; *Breual*, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Ebroïcensis.
De Brimalo; *Brimal*, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomag.
Caui-fontis; *Caue-fontaine*, Sanctimonialium Diœcesis Rothomag.
Hameriẽsi; *Hamery*, Ord. Præmonstratens. Diœcesis Constantiens.
Isoriensi; *Isoire*, Ord. Canonic. Regul. S. August. Diœcesi. Constantiens.
Dicuntur autem vulgò Abbatiæ; sed illæ melius dicerentur Prioratus.

Digitized by Google

a Ex Codic. Ml. Belli loci, pag. 345. & ſeq.
b I Id. pag. 389 & ſeq.
c Ibid. pag. 260.

nauilla, Vuillelmo Capellano, Gaufrido, clerico de *Caprenilla*, Vuillelmo *Cornicle*,
Roberto de Boſco Richardi; & aliijs multis. [a] Cuius quidem præfati filij, ac po-
ſteri, proceres & optimates, &c. huiuſce noſtræ Prouinciæ, amplioribus adhuc
largitionibus ditarunt, decorarunt, ac copioſè eũdem Prioratum prouexerunt.
Quæ omnia ſummi Pontifices Cœleſtinus III. & Honorius III. vltrò confirma- IV.
runt: quorum diplomata adhuc extant. [b] Idem peregit *Vvalterus*, Rothomagen-
ſis Archiepiſcopus 18. calend. Decemb. ann. 1207. præſentibus, Rogero, Decano:
Vuillelmo, & R. filijs *Gueroudi*, Archidiaconis, & magiſtro *Columbo*, Canonico,
Rothomagenſ. [c] Eadem beneuola pietate confirmarunt Reges: vti conſtat ex ſe-
quentibus cartis eorum.

Richardus Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauiæ: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiariis, Vicecomitibus, Seneſcallis, præpoſitis, & omnibus Bailliuis, & fidelibus ſuis: ſalutem.

Sciatis nos ad petitionem Ioannis de *Pratellis*, & fratrum ſuorum conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe dicto, & Abbatiæ S. Mariæ de *Bello-loco* (quam idem Ioannes, & fratres ſui, fundauerunt in foreſta de *Pratellis*,) omnes donationes, quas prædictus Ioannes, vel fratres ſui, præfatæ Abbatiæ contulerunt, & omnes alias donationes, quas idem Ioannes, & fratres ſui, & alij, dictæ Abbatiæ dabunt rationabiliter. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quòd dicta Abbatia S. Mariæ de *Bello-loco*, & Canonici in ea deſeruientes, habeant & teneant omnes donationes, quæ jam eis datæ ſunt à dicto Ioanne, & fratribus ſuis: & omnes alias donationes, quæ fient præfatæ Abbatiæ rationabiliter ab ipſo Ioanne, & fratribus ſuis, & ab alijs, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè; in boſco, & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viuarijs & ſtagnis, & piſcarijs, cum omnibus pertinentijs ſuis, & cum omni integritate ſua: ſecundum quod in cartis donatorum continetur, & continebitur. Teſtibus Vuillelmo de *Hommet*, Conſtabulario, Vuillelmo filio Radulfi, Seneſcallo
d Ibid. pag. 1. & 2.
Normaniæ; Vuillelmo Mareſcallo, Richardo de *Humet*, Roberto de *Harecort*. Datum per manum Ioannis de *Alençon*, Archidiac. Lexouienſis, Vicecancellarij noſtri, apud *Loldun*, 17. die Iunij, anno primo Regni noſtri. [d]

Ludouicus Dei gratia, Francorum Rex.

Notum facimus vniuerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd nos Diuini
amoris intuitu, pro ſalute animæ noſtræ, & ob remedium animarum inclitæ re- V.
cordationis, Regis Ludouici, genitoris noſtri, & Reginæ Blanchæ, genitricis
noſtræ, & aliorum Anteceſſorum noſtrorum, viris religioſis, Priori & Conuentui
B. Mariæ de Bello-loco Ordinis S. Auguſtini, Rothomagenſis Diœceſis, conceſſi-
mus, vt ipſi de vinis propriarum vinearum ſuarum, quæ ad Prioratum ſuum ad-
duci facient in eorum vſus proprios conuertendis ibidem, per propria pedagia no-
ſtra, quiti ſint in perpetuum, & immunes ab omni pedagio, & alia coſtuma qua-
cumque: ita tamen, quòd ductor vinorum prædictorũ tenebitur facere iuramentũ
e Ibid. pag. 377 & 378.
pedagiarijs noſtris, ſi indè requiſitus fuerit, quod fraudem, ſiue dolum non faciet
in prædictis. Quod vt ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentes litteras
ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum apud Vernonem, anno Domini
1269. menſe Auguſto. [e]
Cum autem eſſet quædam diſſenſio inter monachos ſanctæ Catharinæ Rotho- VI.
magenſis, & Canonicos Regulares Belli-loci circa decimas, &c. compoſita fuit à
Radulfo Abbate, prout ſupra vbi de eodem Abbate ſuo loco ſermo eſt, patet.

DE COVR.

COVRDILIVM, VVLGO, CORDILLON.

Ann. 1200.

FERVNT dici Courdilium, quod iuxta currentem *Rillam*, vulgo *Riller* conditum sit amnem: cuius meminit *Cœnalis*. [a] Monasterium autem est Ordinis S. Benedicti 4. leucis ab vrbe Bajocensi dissitum, in cuius Diœcesi situm est: quodque inhabitant Sanctimoniales quamplures: [b] cuius Ecclesia dicatur S. Laurentio, martyri. Porrò Abbatissas omnes recensere, quæ huic Asceterio præfuerint, admodum difficile arbitror; harum solùm nomina nobis supersunt, quæ hic pando.

Ascelina. Michaelina. Ioanna. Nicolaa. Philippa.
Ioanna 2. à tribus montibus. Radulfa de Pelleué.
Bona de Haricuria. Ioanna 3. de Sauonieres.

Soror fuit Mathurini de Sauonnieres Episcopi Bajocens. Obijt ann. 1612. 4. Nouemb. ex Obituario Abbatiæ de Monte Dei, *Item; Catharina de Sauonnieres.*

a *Cœnalis lib. 2 de Re Gallica. Perioche 4.*

b *Gallia Christiana in Bajocens. & in Abbatijs.*

THESAVRVS

Ann. 1200.

ORDINIS est Cistertiensis ipsa Abbatia Sanctimonialium, de *Thesauro*, vulgò, *du Thresor*: in Vilcassino Francico, Diœcesis Rothomagensis, inter Meduntam & Gisortium, à quo quinque leucis distat. [a] Huius Monasterij olim curam susceperat B. Theobaldus, Abbas Vallium cernaij, in Diœcesi Parisiensi, duabus leucis à Pisciaco: pro vt acta vitæ illius testantur. *Præter Monachos, regebat etiam Sanctimoniales Abbatiæ de Thesauro propè Vernacum, ad Sequanam, Ordinis Cistertiensis: quæ eius studio & opera, alias Sanctimoniales Cistertienses, Regulari obseruantia superabant.* [b] D. Ludouicus Rex Franc. maximam gerebat deuotionem erga hanc domum: de qua peculiarem egit mentionem in suo Testamento, quod paulò ante *vltimam eius profectionem in Africam, condidit ann.* 1269. mense Februario: quo legat Abbatiæ Thesauri B. Mariæ, quadraginta libras. [c] Louuetus in antiquis notis nobilitatis Beluacensis, annotat: Guillelmum de Guiry, ann. 1267. dedisse in eleemosynam perpetuam Monialibus de Thesauro, modium vnum frumenti, sumendum ab ipsis, singulis annis, ex horreo domus suæ de Guiry. [d]

a *Sanctus in notis ad vitam Bernardi Tyronens. cap. 42. pag. 276.*

b *Hugo Menardus lib. 2. Obseruation. ad Martyrolog. Benedictin. 8. Iulij, in vita S. Theobaldi Abbatis: qui obijt 1247.*

c *Extat apud Claudium. Menardum in Obseruation. ad Historiam Ioinuillæi de S. Ludouico IX. Rege pag. 361. De dono S. Ludouici vide Bryum pag. 757.*

d *Louuet. Tit. Guiry*

BIVALLIVM

BIVALLIVM, vulgò *Bival*, Abbatia Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis, sub regimine Archiepiscopi Rothomagensis; in eius Diœcesi sita est, non longè à Nouo-Castro, *Neuf-Chastel*. De ea nihil nobis dicendum occurrit; sicut nec de sequentibus.

Breheruallensi; *Breual*, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Ebroïcensis.
De Brimalo; *Brimal*, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomag.
Caui-fontis; *Caue-fontaine*, Sanctimonialium Diœcesis Rothomag.
Hameriēsi; *Hamery*, Ord. Præmonstratens. Diœcesis Constantiens.
Isoriensi; *Isoire*, Ord. Canonic. Regul. S. August. Diœcesis Constantiens.
Dicuntur autem vulgò Abbatiæ; sed illæ melius dicerentur Prioratus.

Digitized by Google

VARII PRIORATVS ENVMERANTVR.

Quorum omnimodam notitiam plenè non sumus adepti.

CAPVT VNICVM.

CVM nostri fuerit instituti, Abbatias dumtaxat, & celebriores Prioratus nostræ Gentis Neustriacæ hoc in volumine recensere: compluresque sint alij Prioratus apud nos minus noti: eos vel eorum aliquos, breuiter censuimus digito solummodo monstrandos, prout nobis occurrent; ne eorum memoria penitus depereat.

Prioratus *Montis Leprosorum*, Ord. Canon. Reg. Diœcesis Rothomag.
Prioratus *Duorum Amantium*, Ordinis Canonic. Regular. Diœcesf. Rothom.
Prioratus *S. Antonij*, Ordinis eiusdem, in ipsa vrbe Rothomago.
Prioratus *de Alsagia*, Ord. S. Benedicti, Diœcesf. Lexouiensis.
Prioratus *de Belleria*, Ordinis Grandimontis, Diœcesis Lexouiensis.
Prioratus *de Bellomonte in Algia*, Ord. Bened. Diœcesf. Lexouiensf.
Prioratus *de Burgo-Achardi*, Ord. Canonic. Reg. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Burgo-Turoldi*, Ord. Bened. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Carentono*, Ord. Benedict.
Prioratus *de Euremon*, Ord. Bened. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *S. Geruasij*, Ord. Bened. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus S. *Gabrielis*, Ord. Bened. Diœcesf. Bajocensf.
Prioratus *S. Georgij de Bohon*, Diœcesf. Constantiensf.
Prioratus *Grandimontis*, propè Rothomag.
Prioratus *S. Laurentij in Sylua Leonum*, Ord. Can. Reg. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Moutons*, Monialium, Ord. Bened. Diœcesf. Abrincensf.
Prioratus *S. Magdalenæ*, Ord. Can. Regul. in ipsa vrbe Rothomago.
Prioratus *sanctæ Margaritæ*, propè Falesiam.
Prioratus *de Norum*, Ord. Bened.
Prioratus *de Nouo-Mercato*, Ord. Bened. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Ouuilla*, in Caletibus, Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Parcu*, Ord. Bened. Diœcesf. Lexouiensf.
Prioratus *S. Philiberti*, Diœcesf. Lexouiensf.
Prioratus *Pontis-Abbatiani*, Pont-l'Abbé.
Prioratus *de Rouuille.*
Prioratus *S. Stephani de Arcis*, Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *S. Stephani de Rouuray*, Diœcesf. Rothom.
Prioratus *S. Stephani in Vilcassino*, Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Sigeio*, Ord. Bened. Diœcesf. Rothomag.
Prioratus *de Tigieruilla*, Ord. Bened.
Prioratus *S. Vigoris Bajocensis*, Ord. Benedict.
Prioratus *S. Vimeri in Algia.*

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM huius operis.

A

Abbas Abbatia.

ABbatiæ omnes, de quibus agitur in hoc opere ; viſuntur in ipſo libri initio, per ordinem alphabeticum diſtributæ.

Abbas ſancti Audoëni Rothomagenſis, ordine, ſeſſione, & honore ; Abbates omnes totius Neuſtriæ etiam Fiſcanenſem præcedit. pagina 54

Abbas ſancti Audoëni Toſtanus nomine, reconciliat Eccleſiam Metropolitanam Rothomagenſem pollutam, anno 1111. 30

Abbas ſancti Audoëni vſum habet Mitbræ & aliorum ornamentorum Pontificalium, poteſt ordines minores conferre, benedicere, &c. 17

Abbas Fiſcanenſis ornamentis Põtificalibus vtitur. 219

Abbates plerique Normaniæ eundem vſum habent Pontificalium ; vt ſuis locis videre eſt.

Abbates Crucis ſancti Leufredi, hactenus omnes fuere Regulares, nullus commendatarius, raro exemplo. 359

S. Aichardus.

S. Aichardus, nobilis Pictauienſis, anno ætatis 12. Chriſtum ſequuturus, comam deponit. 273

Angelorum monitu, cæci, claudi, & ægrotantes Aichardum adoleſcentem adeunt, à quo ſanantur. 273

Quinciaci in pago Pictauienſi monachum induit ; Abbatis inibi munus geſſit ; & paternis bonis Monaſterium ſuum ampliauit perfecitque. 273

Aduocatus Gemeticum à ſancto Philiberto, vt ibi Abbatis onus ſuſcipiat ; cui obſequitur. 273. ad id monitus in ſomnis. 271

Nongentorum Monachorum pater erat Aichardus Gemetici. 274

Quadringenti & amplius ex Monachis Gemeticenſibus, vna die, ad Aichardi votum ſancte moriuntur. 277

S. Aichardus, jamjam moriturus, præclara dat ſuis diſcipulis virtutum documenta. 280

Ipſe Aichardus ſancte moritur. 281

S. Agnes.

Corpus ſanctæ Agnetis Romanæ, virginis & martyris, in Gallias allatum ; magna ex parte Pariſios, in Eccleſiam ſancti Euſtachij, ſub eius nomine primum ædificatam, ex Cœnobio Prolij Benedicti, Diœceſis Ebroicenſis, tranſlatum anno ſalutis 1545. 788

Caput eiuſdem ſanctiſsimæ Chriſti ſponſæ, apud ſanctum Audoënum Rothomagi ſeruatum. 788

Alba-malla.

Albæ-mallæ Abbatia, d'Aumalle ; Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Rothomagenſis, habuit fundatricem Adelizam, Albæ-mallæ Comitiſſam ; anno 1130. & filium eius Stephanum, Comitem Albæ-mallæ, inſignem Benefactorem. 734

Quidam Abbates Albæmallenſis Cœnobij. 735

Almaniſcæ.

Almaniſcæ, Almeneſches, Abbatia Sanctimonialium, Ordinis Benedictini Diœceſis Sagienſis ; cuius prima Abbatiſſa fuit ſancta Nanthildis, fundata eſt anno 700. & poſt omnimodam ſui à Nortmannis Gentilibus deſtructionem, reparata circa annum 1060. pag. 366

Reſtauratorem habuit Rogerium de Mont-Gommery, Comitem Belleſmi & Alenconij. 366

Emma eiuſdem Roberti & Mabiliæ illuſtris fœminæ filia, prima Almaniſcarum Abbatiſſa poſt ſuam reſtaurationem. 366

Quædam aliæ Almaniſcarum Abbatiſſæ. 368

Alnetum.

Alnetum Abbatia Ord. Ciſterc. Diœc. Baiocenſis ; fundata fuit anno 1131. ab illuſtribus, Iordano de Saio, cum Lucia conjuge ſua ; & Richardo de Humez de Humeto, cum Agnete de Saio etiam ſua conjuge, & filijs de Humeto ſeu de Hommeto. 758

Inſignis eiuſdem Abbatiæ benefactor, Guillelmus du Hommet, filius Richardi fundatoris. 760

Series Abbatum Alneti. 763

Beneficia ad hanc Abbatiam ſpectantia. 767

Altare.

Ivo Carnotenſis, dubium ſoluit ſuper motione altaris conſecrati. 172

S. Amandus.

S. Amandus, Abbatia Sanctimonialium, Ordinis Benedictini, in ipsa vrbe Rothom. extructa ann. 660. 185

Fundatores, seu potius post cladem & ruinam sui à Normannis paganis, reparatores habuit, Goscelinum virum illustrem, & Amelinam coniugem suam, circa annum 1030. 185

Ipsa Amelina, seipsam, cum filia sua vnigenita Beatrice, dedit Monasterio S. Amandi à se reparato; ibique accepto velo suæ consecrationis sancto fine quieuerunt. 185

Mulier per seipsam suspensa & strangulata, ad vitam reuocatur, in Ecclesia & meritis S. Amandi Rothom. 186

Quædam Abbatissæ Monasterij S. Amandi recensentur. 188

Beneficia ad hanc Abbatiam pertinentia. 189

Ambasia.

Duo ex Ambasiana familia Abbates Gemetici, qui & Episcopi; Ludouicus & Iacobus. 316

S. Anselmus.

S. Anselmus, Becci Monachus, deinde eiusdem loci Abbas, postea Archiepiscopus Cantuariensis. 445

Anno ætatis suæ 30. & Monachatus 4. factus est Prior Becci, sub Abbate B. Herluino: quo decedente Abbas electus est. 446

Mirum quantas lacrymas fuderit, quantum fratres suos obsecrauerit, vt alium quam se Abbatem eligerent: quod tamen non obtinuit. 447

S. Anselmus audiens se ad infulas Cantuarienses vocari, præ stupore & tristitia penè exanimatur. 448

Moritur sanctissime, anno ætatis suæ 76. 449

S. Ansbertus.

S. Ansbertus, patria Neustrius, à B. Vvandregisillo Fontanellæ habitum Monachi suscepit: vbi & præfuit Abbas dignissimus. 139

S. Ansberti virtutes referuntur. 139

Eligitur & consecratur in Archiepiscopum Rothomagensem. 140

S. Ansbertus factus Archiepiscopus, Monachicum semper nomen seruauit & habitum. 143

Factione inuidorum in exilium actus, ibi vitam finiuit. 142

Corpus eius ad suum Fontanellense Monasterium deportatum inibi sepelitur. 144

Miracula crebra ad inuocationem nominis S. Ansberti. 145.

Ardena.

Ardena Abbatia Ordinis Præmonstrat. Diœcesis Baiocensis; fundatur anno 1121. 702

Fundatorem habuit Aiulfum de foro, Ciuem Cadomensem. 702

Diuersa à diuersis dona facta Abbatiæ de Ardena. 703. & sequent.

Ioannes à Cruce Prior Cœnobij de Ardena, ipsum reparat, & ad eius reformationem viam aperit: quæ tandem introducta illò est secundum antiquum rigorem. 709

Series Abbatum Monasterij de Ardena. 707

D'Auenne.

D. Nicolaus d'Auenne, Prior Mellenti; vitam sancti Nicasij; & Historiam sui Prioratus scripsit. 334

Idem, Prior Prati iuxta Rothomagum, de Bonnes Nouelles; restaurat loca regularia sui Monasterij de Prato, & illuc Monachos reformatos Congregationis sancti Mauri inducit. 616

Aucum seu Augum.

Auci Abbatia, Ordinis Canonicorũ Regularium, Diœcesis Rothomagensis; anno 1002. fundatur à Guillelmo Auci Comite pro Canonicis secularibus. 694

In eam Henricus Auci Comes, Regulares pro secularibus inducit, anno 1119. 694

Ecclesia Augi, digitis sanctorum Bartholomæi & Leodegarij donatur, ab Ælide prædicti Henrici filia. 697

Insignes huius Abbatiæ benefactores. 697

Series Abbatum Augi. 698

S. Audoenus.

Vbi nunc degunt Monachi, Rothomagi apud sanctum Audoënum, S. Ouen, degebant clerici tempore sancti Victricij circa annum Christi 405. sub Patrocinio sanctorum Petri & Pauli Apostolorum. 1

Clotharius primus Rex Franciæ reparat Ecclesiam SS. Petri & Pauli, Rothomagi; vbi Monachos posuit. 1

Idem Rex mittit nuntios Calcedonem ad summum Pontificem tunc Vigilium, de consensu Flauij Rothomagensis Archiepisc. vt ab eo confirmaretur institutio Monachorum in Cœnobio SS. Apostolorum, quod nunc est S. Audoëni. 2

S. Audoënus Monasteriorum extructor, & Monachorum fautor præcipuus. 3

S. Audoënus, insignis benefactor Cœnobij SS. Apostolorum, in sua vrbe Rothomago; vt existimatus fuerit eius fundator. 4

Alij Rothomagenses Archiepiscopi erga Monasterium sancti Audoëni piè affecti. 6

Fauores collati à summis Pontificibus, Abbati, Conuentui & Monachis sancti Audoeni. 17

Reges aduersus sancti Audoëni Cœnobium munifici. 15

Monasteriũ sancti Audoëni ter flammis absumptum. 627 31.

Monasterium sancti Audoëni pluries dirutum & reædificatum potissimum à B. Nicolao, Richardi tertij, Normaniæ Ducis filio, & eius Abbati ordine quarto, magnificè reparatum. 22

Ipsum Monasterium caput est omnium Monasteriorum totius Normanniæ, Ordinis sancti Benedicti. 3

Reformatio in Monasterium S. Audoëni introducta anno 1660. pag. 61

Illustres Monachi Abbatiæ S. Audoëni. 64

Beneficia ab S. Audoëni Abbatia dependentia. 62

Quæ olim reliquiæ apud S. Audoënum extabantur. 59

Series Abbatum Monasterij S. Audoëni pag. 20. vsque ad pag. 51.

Corpus S. Audoëni è Clypiaco vbi obierat in Neustriam deportatum. 4

Illi tota Rothomagus obuiam ruit. 4

Ipsum idem corpus, ex vrbe sua propter Normannis Ethnicos ablatum; Rollo Dux primus, factus Christianus, reduci curat ad sua, & in Ecclesiis cui nomen dedit collocari. 9

Datur alius sanctus Audoënus, ab Archiepiscopo distinctus. 11

S. Austreberta.

S. Austreberta, prima Monasterij Pauliaci Abbatissa. 126

S. Austrulfus.

S. Austrulfus 13. Abbas Monasterij S. Vvandregisili. 153

S. Bar-

B

S. Barbara in Algia.

Sancta Barbara apparet Mauritio filio Odonis Stigandi Domini de Scajolo, in agro Lexouiensi, graui morbo laboranti; quem derepente sanat. 716
Odo Mauritij Pater, eius Reliquias ab altero filio Roberto è Græcia allatas, in Ecclesia de Scajolo decentissime ornatas reponit, vbi sex Canonicos in eius honorem instituit. 716
Plurima ad eandem Ecclesiam fiunt miracula, intercessione sanctæ Barbaræ, vt postea de eius diceretur nomine. 712
Mauritius defuncto Patre, pro Castello de Scajoleo, nobilem & amplam Ecclesiam ædificat, in quam dictas S. Barbaræ reliquias importat. 717
Agnes, soror & hæres Mauritij, cum marito suo Rabello, vi cælesti adducti, Ecclesiam sanctæ Barbaræ ditant dotantque; & in eam Canonicos regulares inducunt. 717
Guillelmus de Ebroïcis vir sanctus, primus superior Canonicorum Regularium S. Barbaræ in Algia. 718
Eius labores pro domo Dei. 720. 721
Sancte moritur. 723
S. Barbara apparet in somnis Henrico Anglorum Regi, minaci vultu; præcipitque, vt petitioni Danielis Prioris sui Monasterij, in omnibus annuat. 725
Dona, gratiæ, priuilegia Monasterio S. Barbaræ attributa. 726
Series Priorum huiusce Monasterij. 724
Parisiis extat Collegium sanctæ Barbaræ, in quo fundati sunt tres Bursarij Presbyteri, & alij minores. 731

Bailleul.

Familia de Bailleul, in Normannia illustris. 418

Barberium.

Barberium, Barbery; Abbatia, Ordinis Cisterciensis, Diœc. Bajocensis, fundatur anno 1181. 881
Illustrissimi, Robertus Marmian Pater, & eius filius etiam Robertus, Barberij fundatores. 882
Benefactores eiusdem Abbatiæ enumerantur. 882
Series Abbatum Barberij. 883
Ludouicus Quinet Abbas Regularis, digne hanc domum moderatur. 884
Beneficia Barberium spectantia. 884

Bauquemare.

Ex hac nobili inter Normannos familia fuerunt duo Priores Salicosæ. 847

S. Baynus & S. Benignus.

S. Baynus, quintus Abbas Monasterij sancti Vuandregisilli; erga sanctorum reliquias deuotissimus. 145
S. Benignus, sextus Abbas eiusdem Monasterij. 146

Beccum.

Beccum, Abbatia, Ordinis Benedictini, Diœcesis Rothomag. fundata anno 1034. à B. Herluino. 435
Beati huius Herluini acta referuntur. 435. & sequent.
Vndique Beccum primis illis temporibus conueniunt nobiles, litterati, pij, &c. 438
Plures è Monachis Beccensibus ad infulas Episcopales & alias Prælaturas vocati. 459. 465. 493
Series longa omnium Becci Abbatum, à pag. 445. ad 477
Beneficia ad Abbatiam Becci pertinentia. 495

Bella-stella.

Bella stella, Abbatia Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Bajocensis; fundata anno 1215. ab Henrico de Bellafago, & Edicia eius coniuge. 910
Plures Episcopi fuere Bellæ-stellæ benefactores. 911
Abbates Bellæ stellæ. 911
In Monasterio Bellæ stellæ, anno 1615. Prior Claustralis erat natus centum quatuor annorum. 912

Belle-font.

Laurentia de Bellefont, Priorissa Monasterij sanctæ Mariæ Angelorum Rothomagi, cuius ipsa fundamenta iecit, à Rege nominata in Abbatissam Montis-Villaris; sorori suæ Leonoræ, meritissimæ quidem, sed minori natu, & tunc suæ subditæ, suum ius omne ad id, raro exemplo, cessit, anno 1662. 344

Bellum Beccum.

Bellum beccum, Abbatia; Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomagensis, anno 1127. extruitur à Monachis B. Gaufridi, secundi Abbatis Sauiniacensis. 714
Apud Bellum-Beccum, Monachus lethali morbo decumbens, à numerosa dæmonum cohorte, precibus Monachorum visibiliter liberatur. 714
Anno 1408. Abbas de Bello-becco declamauit contra Benedictum Papam coram Prælatis Franciæ pro Vniuersitate Parisiensi, in qua erat Doctor Theologus. 715
Abbates aliqui Belli-Becci recensentur. 714
Ipsius autem benefactores magis illustres fuerunt Guillelmus à Fiscano, & Hugo de Gornayo. 715

Bellosana.

Bellosana, Abbatia; Ordinis Præmonstratensis, Diœcesi. Rothomag. fundatur anno 1195. ab Hugone de Gornaco. 891
Abbates Bellosanæ. 891

Bellus-locus.

Prioratus Belli-loci, Ordinis Canonicorum Regul. in Diœcesi Rothomag. fundatur ann. 1200. à Ioanne de Pratellis. 916

Benedictina Congregatio.

Antiqua fuit Congregatio Ordinis sancti Benedicti in Normannia; & aliquando, anno nimirum 1248. celebratum fuit eius Capitulum Generale, Hambeyæ. 823. 867

Berengarius.

Berengarius insignis ille Sacramentarius anno 1053. Pratellum, in Diœcesi Lexouiensi, appulit; suas hæreses illic disseminaturus. Sed illinc ab Ansfrido Abbate, moribus simplicissimo, doctrina profundissimo, & à Monachis, exploditur. 517
Guillelmus Dux Normanniæ & Angliæ Conquisitor eundem Berengarium è suis terris expellit. 520
B. Durandus Troarnensis, in Diœcesi Bajocensi, Abbas; contra eundem Berengarium scribit librum, de corpore & sanguine Domini, anno 1058. 518

Bernayum.

Bernayum, Bernay, Abbatia Ordinis Benedictini, Diœcesis Lexouiensis, fundata anno 1013. 398

Fundatricem habuit Iudithbam, sororem Goiffredi Britannorum Principis, & Richardi secundi, Normannorum Ducis vxorem. 398

Idem Richardus, fundationis Bernayi fautor fuit & adiutor ac consummator; vxore sua vita defuncta. 398

Primus Bernaij Abbas Guilelmus, cuius consilio & opera vsus est Dux Richardus ad hoc suum opus perficiendum. 400

Alij Bernaij Abbates. 402. & seq.

Blanca-Landa.

Blanca-Landa, Blanche-Lande; Abbatia; Ord. Præmonstrat. Diœcesis Constantiensis: fundatur anno 1155. *à Richardo de Haya; & Mathilde item de Haya; de la Haye du Puits.* 842

Dommartinenses Canonici, primi inhabitant Blancam-Landam. 842

Abbates aliqui Blancæ-landæ; inter quos tres fuerunt illustres ex familia de Trousſey. 846

Biuallium.

Biuallium, Biual; Abbatia Sanctimonialium Ord. Cisterciens. Diœcesis Rothomag. in tractu Nouocastrensi. 919

Bona.

Bona & prædia quæ Monachi Albæ-Mallæ habebant in Anglia, vendunt; vt ex pecunia venditionis alia sibi comparent in Gallia. 731

Bonus-portus.

Bonus-portus, Abbatia Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Ebroicensis; fundatur à Richardo primo Anglorum Rege, Duce Normanniæ anno 1190. 894

Ditatur autem à Philippo II. Augusto Francorum Rege. 895

Abbates Boni-portus recensentur, inter quos maxime lucet Philippus des Portes, de Poesi Gallica meritissimus. 894.

Borbonius.

Isabella à Borbonio Abbatissa Oudomensis, suum Monasterium reformat, munit cratibus, & quantum potest in ipsum pietatem reducit: dein piè moritur anno 1531. 664

S. Boso.

Boso, Normannus sanctissimus Abbas Becci, Diuo Anselmo notissimus. 454

De Bosco.

Nicolaus de Bosco, Episcopus Baiocensis; Benefactor Abbatiæ de Monte-Dei. 905

Simon de Bosco, Abbas Gemeticensis; cuius fama illustris in Concilijs Generalibus. 315

Boüillonney.

Franciscus du Boüillonney, Montis Dei Abbas præ cæteris meritissimus. 909

Bourc.

Guillelmus le Bourc, Prior sancti Laudi Rothomag. suam de nouo Ecclesiam Conuentumque construit. 811

Brolium.

Brolium-Benedicti, le Breüil Benoit, Ordinis Cisterc. Diœcesis Ebroicensis; fundatur anno 1137. 786

Fundatorem habuit Fulconem Marsiliaci Toparcham, & alios eiusdem successores. 786

Ex hoc loco, insignes Reliquiæ S. Agnetis Parisios translatæ fuerunt. 788

C.

Cadomus.

Cadomus, Caen; Abbatiæ duæ, vna Monachorum, Monialium altera Cadomi fundatæ, vtraque Ordinis sancti Benedicti, in Diœcesi Baiocensi. 624

Guillelmus Nothus, Dux Normanniæ fundator Abbatiæ Monachorum; & eius vxor Mathildis fundatrix Monialium, anno 1064. 624

Causa eiusmodi fundationum. 625

Ecclesia Monachorum de sancto Stephano dicta mira solemnitate dedicatur. 625

Reges, Episcopi, & alij Proceres Normanni; ingentia dona Monasterio sancti Stephani Cadomi largiuntur. 625 & sequent.

Abbates Cadomenses Mithra insigniti. 642

Series Abbatum Cadomensium. 650. & seqq.

Viri illustres ex domo Cadomensi prodiere, quorum primus fuit B. Lanfrancus, primus Abbas Cadomensis. 655

Monachi Cadomenses, hoc seculo aduersus Guillelmum fundatorem suum gratissimi. 656

Dona Monialibus Cadomensibus facta à Guillelmo fundatore & eius coniuge Mathilde, & aliis. 658. & seq.

Cæcilia, filia Guillelmi Ducis Regisque, & fundatoris, secunda Cadomi Abbatissa. 662

Abbatissæ fere omnes Cadomenses, ex illustribus, & quædam ex Regijs & principum familiis. 662. & seq.

Cæsaris Burgus.

Cæsaris-Burgus, Cherbourg; Abbatia Ord. Canon. Regularium, Diœcesis Constant. fundatur anno 1145. 813

Incipitur à Guillelmo Notho Duce, completur ab Imperatrice Mathilde, augeturque ab eius filio Henrico II. Angliæ rege. 813

Primus Cæsaris burgi Abbas è cœnobio S. Helerij in insula Gersoiana, assumitur; simulque hæ duæ Abbatiæ iunguntur. 814

Tandem Gersoiana à Cæsarisburgo absorbetur. 814

Abbates Cæsaris-Burgi recensentur. 814

Caluiniani.

Caluiniani hæretici Monachum vnum Alnetensem crudeliter necant. 766

Sepulchrum Guillelmi Ducis Normanniæ, & Conquestoris regni Angliæ, impiè euertunt Cadomi. 656

Sacras Thesauri S. Audoeni diuitias, iidem Caluinistæ, & alias ex Metropolitana Ecclesia sacrilege expilarunt anno 1562. 61

Eodem anno Prioratum S. Laudi Rothomagi, thesauris suis & commodis nudant iidem hæretici. 811

Digitized by Google

Canonici.

Ordo Canonicorum Regularium floret in Normannia circa annum 1150. 806

Cantus.

Cantus Ecclesiastici viri tres peritissimi, illique sanctissimi; B. Aynardus Abbas S. Petri super Divam; sanctus Gerbertus, Fontanellensis; & B. Durandus Troarnensis; eodem tempore florebant, id est circa annum 1060. 499

S. Catharina.

B. Simeon Monachus sanctæ Catharinæ in monte Sinai, venit in Normanniam eleemosynas pro suo Monasterio à Richardo secundo Duce petiturus. 405
Ipse Dux Richardus benigne S. Simeonem suscepit; & eius socios illo in Normannia remanente, cum muneribus ad propria dimisit. 406
Goscelinus nobilis Normannus, & eius vxor Emelina S. Simeonis cognita sanctitate; consilium ei suum aperit de construendo S. Catharinæ Monasterio: quod exequitur; & in eodem Reliquias eiusdem Virginis & martyris à Simeone allatas, locat. 407
Simeon ille Orientem repetens, Treviris obijt; vbi miraculis in eius sepulchro factis clarus, in sanctorum Album est relatus. 407
Goscelinus fundator Monasterij S. Catharinæ in monte prope Rothomagum, fit ibi Monachus: & eius vxor ad sancti Amandi Rothomagensis. 409
Guillelmus Nothus Dux Normanniæ, insignis benefactor Montis S. Catharinæ. 410
Multi Prioratus ab Abbatia S. Catharinæ pendent. 415
Abbates Montis S. Catharinæ recensentur. 408. & seq.
Hoc Cœnobium dirutum est & solo adæquatum; & Monachi aliò translati. 415
Mensa Abbatialis, ad Carthusiam Gallionis etiā translata. 416

S. Cedulfus.

S. Cedulfus, secundus Abbas Fontaneti. 79

Cerasium.

Cerasium. Cerisy; Abbatia Ordinis Benedictini, Diœcesis Bajocensis, fundatur anno 1030. 429
Volusianus vir potens, dat fundum Cerasiacum & illi annexa sancto Vigori Bajocensi Episcopo, post ejectum inde serpentem magnitudinis prodigiosæ. 430
S. Vigor in fundo Cerasiaco construit Cœnobium. 430
Normanni Duces eius Cœnobij instauratores. 430
Abbates Cerasij recensentur. 433

S. Clarus.

B. Odelbertus Abbas Malduinij, sanctum Clarum recipit hospitio. 68

Clemens VI.

Petrus Roserius ex Abbate Fiscanensi, Rothomagensis Archiepiscopus, Cardinalis, & tandem summus Pontifex, Clemens VI. 238

Commendatio.

Commendatio beneficiorum sine delectu, Ecclesiæ infesta. 42

Conchæ seu Castellio.

Conchæ, Conches; Abbatia Ordinis Benedictini, Diœcesis Ebroic. fundatur anno 1050. 567
Concharū seu Castellionis fundator Radulfus de Tœnio. 568
Abbates de Conchis. 569. & seq.

Cormelia.

Cormelia, Ordinis Benedictini Abbatia, Diœcesis Lexoviensis: fundatur anno 1060. à Guillelmo Comite Greffordiæ. 595
Eius Abbates. 598

Corneuilla.

Corneuilla, Abbatia Ordinis Canonicorum Regularium fundatur à Gilberto de Corneuilla. 877
Abbates Corneuillæ. 877

Correctio.

Non licet appellare à correctione superioris Regularis, secundum regulam seu statuta regularia corrigentis. 504
Correctio Monachorum decernitur facienda à suo Abbate, ex arresto Parlamenti Parisiensis anno 1270. 565
Arnulphus Lexoviensis Episcopus, paterne corrigit Monachos Bernayenses. 402

Courdilium.

Courdilium Monasterium Sanctimonialium, Ordinis sancti Benedicti, Diœcesis Bajocensis. 919

Crux sancti Leufredi.

Monasterium Crucis sancti Leufredi, Ordinis S. Benedicti, Diœces. Ebroicens. fundatur anno 690. 346
Ipsum Monasterium, ab ipso S. Leufredo fundatum; sed prius à sancto Audœno designatum. 346
Crux micans in aëre, à S. Audœno visa ipsi nomen indidit. 346
A Normanis Paganis hoc Monasterium destructum ab ipsis Christianis reparatum. 350
Dinastæ Mellenti, insignes S. Crucis benefactores. 357
Concessiones factæ à sede Apostolica Abbatiæ sanctæ Crucis. 355
Abbates Crucis sancti Leufredi. 351. & sequ.

D

Detractio.

Ob detractionem Ebroïni, sanctus Audoenus carceri mancipat S. Philibertum. 165

S. Dionysius.

Corpus S. Dionysij Areopagitæ anno 1050. in pago Parisiensi detegitur ad confutandum vanam Germanorum de sua ipsius possessione opinionem. 124

Diua.

Diua, S. Pierre sur Diue; Abbatia, Ordinis sancti Benedicti, Diœcesis Sagiensis, fundatur anno 1040. 496
Plures numerantur Diuæ seu fundatores seu benefactores. 496
Abbates Diuæ numerantur, quorum primus fuit B. Ainardus sanctitate & doctrina clarus. 498

Durandus.

B. Durandus Abbas Troarnensis Berengarium Hæresiarcham scriptis doctissimis exagitat. 518

Digitized by Google

Fuit sibi durus carnifex, & aliis mitis opifex. 559
Mira res in eius corpore post eius mortem accidit. 559

E

S. Ebrulfus.

S. Ebrulfus Normannus, ex Aulico fit Monachus; & eius vxor fit Sanctimonialis. 85
Monasterium construit S. Ebrulfus, cuius regimen sancte administrat. 85
S. Ebrulfus suæ suorumque sanctitatis exemplo, latrones in sua vicinia grassantes conuertit ad Deum; & ex iis plures fiunt Monachi. 86
Quindecim Monasteria extruit S. Ebrulfus, quos legibus sanctis munit. 86
Sed illa euersa à Normannis Paganis, omnino deleta manent. 86
Sanctum Ebrulfum visitat Chilpericus Rex Austrasiæ, & eius Regina coniux. 87
Sancte moritur sanctus Ebrulfus. 89
Miracula sancti Ebrulfi. 88
Monasterium Vticense sancti Ebrulfi destructum, Normani optimates Guillelmus & eius nepos de Grente-mesnile reparant. 94
Quidam insignes viri Vticensis Abbatiæ S. Ebrulfi. 130
Ex Monasterio S. Ebrulfi plures ad maiora promoti. 118
Floret sanctitate & omni disciplina monasterium sancti Ebrulfi. 113
Abbates Vticenses sancti Ebrulfi. 117. & seq.

Electio.

Stupendus in electione Prioris S. Barbaræ in Algia euentus. 728

Episcopus.

Innumeri Monachi assumuntur ad Episcopatum; maxime ex Monasterio Gemeticensi. 136
Plures Episcopi in Ecclesiis Monachorum cupiunt sepeliri. 784
Quidam Episcopatui valedicentes apud Monachos sanctam mortem addiscunt. 141.144.902.&c.

Eneruati.

Quid de Eneruatis Gemetici sentiendum. 317

Estouteuille.

Vallis-mons, Vallemont fundatur à Nicolao d'Estouteuille. 869
Plures ex familia d'Estouteuille sepulti in Ecclesia de Vallemont. 870
Ludouicus d'Estouteuille approbat fundationem Hambeyæ. 812
Estoldus d'Estouteuille Abbas 23. Fiscani. 239

Eucharistia.

Sacerdote Fiscani Missam celebrante, species panis & vini, carnis & sanguinis formam visibiliter induunt. 207
S. Ebrulfus in illa ægritudine qua mortuus est; sola sancta Eucharistia, per quadraginta septem dies, pro cibo vsus est. 88
Sancti; Guitmundus, Lanfrancus, & Durandus, tres Normanniæ Monachi; Berengarium Sacramentarium mire exagitant, qua verbo qua scripto 538. & alibi.

S. Euremundus.

S. Euremundus Normanus Bajocensis, frater sancti Ebrulfi, fundator Fontaneti. 79
Eius corpus in territorio Belnacensi colitur. 79

S. Eutropius.

S. Eutropij primi Santonensium Episcopi Armus asseruatur in Abbatia Brolij Benedicti. 787

Exaquium.

Exaquium, Lessay; Abbatia, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Constantiensis, fundatur anno 1064. 617
Exaquij fundatores, Turstinus Halduc, Emma vxor, & Eudo eorum filius. 617
Benefactores Exaquij magis præcipui. 619. & seq.
Series Abbatum Exaquij. 622

Exemptio.

S. Gregorius Papa primus, eximit Monasterium sancti Audoeni Rothomagensis à Iurisdictione Ordinarij. 3
Id fecerat ante S. Gregorium Papa Vigilius. 3
Eandem dat exemptionem aliis Monasterijs idem Gregorius. 3
Richardus secundus, Dux Normaniæ post readificatum S. Vuandregisilli Monasterium, obtinet à Pontifice Romano, omnimodam eius ab Archiepiscopo Rothomagensi exemptionem. 166
Exemptio quatuor Ecclesiarum, in fauorem Abbatiæ sancti Vuandregisilli facta, iurgium excitat inter Archiepiscopum Rothomagensem & Abbatem Fontanellæ; quod Guillelmus Nothus sedat. 167
Exemptio Fiscanensis Cœnobij ab omni iurisdictione Episcopali. 214. & 219
Exemptionem suam protestantur Abbates Fiscanenses, 249. & seq.
Exemptio Cadomensis Abbatiæ. 640
Exēptio Montis Villaris quæ & qualis fit. 339. & seq.
Alias exemptiones suis in locis videre est.
Exemptio à Iurisdictione Episcoporum non tollit reuerentiam. 142
Variæ exemptiones Monasterij Becci à Pedagijs. 491
Exemptio à solutione decimarum datur Ordini Cisterciensi. 764

Extrema Vnctio.

Sacramentum Extremæ Vnctionis dabatur quondam ab aliquibus, ante Sacrum Corporis Christi Viaticum. 113

F

Falesia.

Falesianum oppidum amori fuit Philippo Augusto Regi Franciæ. 757
Falesiæ Abbatia, Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Sagiensis, fundatur anno 1130. 750
Eius fundator Gaufridus de Falesia; & primo sub nomine hospitalis. 750
Henricus secundus Rex Angliæ & Dux Normanniæ, Ioannes item Angliæ Rex & Normanniæ Dux, insignes Monasterij Falesiæ Benefactores. 751. 754
Summi Pontifices, & Sagiensis Episcopi, fauent Monasterio

Digitized by Google

nasterio Falesiæ. 753
Series Abbatum Falesiæ. 751. & *seq.*
Beneficia ad Abbatiam Falesiæ pertinentia. 757

Fiscannum.

Fiscannum, Fescan; Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis: fuit constructa anno 662. *pro Monialibus à B. Vuaningo.* 193. & 199
Deus eligit sibi per miraculum vallem Fiscannensem. 196. & 198
Clotharius III. Rex Franciæ, & Vuaningus primi Fiscanni fundatores. 199
Sancta Hildemarcha, prima Fiscanni Abbatissa. 200
Northmanni Pagani Monasterium Fiscannense Monialium deuastant, ibique plures sacras virgines cædunt. 202
Guillelmus à Longa-Spata Normanniæ Dux Fiscannensis Ecclesiæ reparationem aggreditur, quam Deus miraculo approbat. 203
Richardus primus, Guillelmi Ducis filius, complet sui piissimi Patris conceptum & inceptum opus. 204
Canonici Regulares, primo Fiscannum inhabitant, Monialibus Montiuillarium deductis. 202
Fiscanno Canonici facti irregulares expelluntur, & illò Monachi inducuntur. 210. 211
Vuillelmus filius Richardi secundi, Normaniæ Ducis, fit Monachus Fiscanni. 219
Magn. commendatio Abbatiæ Fiscannensis. 227
Abbas Fiscanni omnes Normaniæ Abbates præcedit, excepto Abbate sancti Audoëni. 232
Illustres Abbatiæ Fiscannensis alumni. 241
Summi Pontifices Fiscannum fauoribus augent. 241. 245
Beneficia ad Fiscannum pertinentia. 243

Floriacum.

Floriacum, Fleury; Monasterium Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis, fundatum ann. 702. 369
Pipinum & Blictrudem coniugem suam, habuit floriacum fundatores. 369
Nunc floriacum omnino destructum sub ruderibus iacet. 370.

Fons Gerardi.

Fons Gerardi, Fontaine-Guerard; Abbatia Monialium, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 1135. 784
Almaricus Comes Mellenti, fundator Monasterij fontis Gerardi. 784
Ida de Mellento, Comitissa Albæ-Marlæ, Benefactrix præcipua Monasterij Fontis Gerardi; vbi & sepulta fuit. 784

Fons Gomericus.

Fons Gomericus, Gomer-fontaine; Abbatia Monialium Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 1208. 902
Hugo de Calcomonte, fundator Fontis-Gomerici. 902
Yolanda Drocensis, vidua Ioannis de Trya, Gomerici Fontis benefactrix. 903

Fontanetum.

Fontanetum, Fontenay; Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Bajocensis, fundatur anno 570. 79
Primarium habuit fundatorem S. Euremundum nobilem Normannum, eumque etiam primum Abbatem. 79
Monasterium Fontaneti à Normannis Paganis destructum, à Normannis Christianis. Radulfo Taisson & eius fratre reparatum, circa annum 1056. 79
Henricus Angliæ Rex, in Monasterium Fontaneti munificus 1420. 79
Abbates Fontaneti. 81

Fontanella.

Vide infra S. Vuandregisillus.

Fulcardi-mons.

Fulcardi-Mons, Foucarmont: Abbatia, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomagensis, fundatur anno 1130. 744
Comites Aucenses, d'Eu, fuerunt Fulcardi-Montis fundatores. 745
Et ipsi postea nempe Henricus & Ioannes, inibi Monachi. 745
Robertus, Abbas Fulcardi-Montis, commissionem habet à summo Pontifice, pro Reformatione totius Ordinis Præmonstratensis, tam in capite quam in membris, anno 1233. 747
Idem Robertus corripitur à Capitulo Generali Cisterciensi, eo quod cessionem admisisset Abbatis loci-Dei. 747
Ioannes le Pelletier dignus Abbas Fulcardi-montis, ædificia sui Monasterij reparat. 749
Iulianus Paris, Doctor Parisiensis, Ordinis Cisterciensis Religiosus professus, & eiusdem sacræ domus Fulcardi-montis Abbas; ipsam nunc sanctè secundum strictiorem obseruantiam regit. 749

S. Fulco.

S. Fulco Abbas 21. *sancti Vuandregisilli.* 158

Funus.

Exequiæ Guillelmi Nothi, Normanniæ Ducis & Regis Angliæ solemnissime celebratæ apud Cadomum. 651
Funus Ioannis Abbatis S. Audoëni Rothomagensis pompa non vulgari celebratum anno 1339. 36

G

Galli.

Gallorum sanctæ peregrinationes ad sancta Ierosolimorum loca, commendantur. 258

Gallemant.

Iacobus Gallemant, Normannus, Doctor; Theologus Parisiensis; impensè & fructuosè laborat in reformatione Monasterij Montiuillariensis. 343
Hæresim & vitia, in ipso oppido Montiuillariensi, vt & alibi suis prædicationibus feruentissimis exagitat profligatque. 343

Gallio.

Abbatialis mensa & iura Abbatiæ Montis sanctæ Catharinæ Rothomagensis, ad Carthusiam sanctæ Mariæ de Gallione translata. 416

S. Galterus.

Duo sancti Galteri distincti; vnus Picardus Abbas

Digitized by Google

Pentecoste, alter ferria Regis filius. 551
Sanctus Galterius, 36. Abbas S. Vvandregisili.

S. Gauffridus.

S. Gauffridus, secundus Abbas Saviniaci, doctrina & sanctitate illustris. 678

Gemeticum.

Gemeticum, Gemieges seu Iumieges; Abbatia, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 664 259
Etymologia nominis Gemeticum. 259. 262
Quis fuerit eius fundator. 259. 261
Eius extructor S. Philibertus. 262
Ex nongentis Monachis Gemeticensibus, S. Aichardus Abbas obtinet à Deo, mediam partem vna die in cœlum rapi. 234. & sequent.
Monachi vita & doctrina insignes assumpti ad Prælaturas è Gemetico. 318
Normanni Pagani, semel & iterum Monasterium Gemeticense destruunt comburuntque. 293. & sequent.
Guillelmus Longa spada, Normanniæ Dux Christianus, Monasterium Gemeticense ex integro reparat: vbi & vouet se Deo dante fieri Monachum. 301
Series Abbatum Gemeticensium post eius reparationem. 306. & sequent.
Monachi vita & doctrina insignes assumpti ad Prælaturas è Gemetico. 317
Reges & alij proceres fauent Monasterio Gemeticensi. 318
Beneficia Gemeticum spectantia. 318

Gemellense.

Gemellense Monasterium, Ord. Benedict. 78

Genealogia.

Genealogia Comitum Albæ Malæ. 736
Genealogia Comitum Aucensium, d'Eu. 745

Sancti G. G. G.

S. Genesius Proabbas ipsius S. Vvandregisili adhuc viuentis, & postea Lugdunensis Archiepiscopus. 127
S. Gerardus, Abbas S. Vvandregisili, 29. 164
S. Gerbertus, Abbas S. Vvandregisili, 32. 169
S. Gradulfus, Abbas S. Vvandregisili, 30. 164
B. Guillelmus, primus Abbas Fiscanni. 215. 220
B. Guillelmus de Ros, Normannus, Abbas 3. Fiscanni. 224
B. Guillelmus, Abbas Becci sanctissimus succedit sancto Anselmo secundum eius votum & consilium. 450
B. Guillelmus tertius Abbas Saviniaci. 679
B. Guillelmus Normannus, primus Prior S. Barbaræ, pro suo Monasterio indefesse laborat. 710. & seq.
B. Guitmundus, Normannus; Crucis S. Leufredi Monachus Doctissimus, Berengarij persecutor. 351

S. Georgius.

S. Georgius, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis, fundatur anno 1114. à Radulfo Tancaruillæo. 691
Abbates S. Georgij referuntur. 692

S. Geremarus.

S. Geremarus, Pentalli Monachis præficitur à sancto Audoeno. 329
Quidam proterui è Monachis Pentalli, sancti Geremari superioris sui mortem machinantur: quod vbi aduertit flauiacum vadit. 329. 330

Giffard.

Familia Giffardorum illustrissima. 667. & seq.

Gofferrnum.

Goffernum, Goffers: Abbatia Ord. Cisterc. Diœcesis Sagiensis, fundatur anno 1130 737
Guillelmus Taluas Comes Sagiensis, fundator Gofferni. 737.
Abbates Gofferni. 737

Grauilla.

Grauilla, Ordinis Canon. Regul. fundatur anno 1160. 861.
Grauillæ fundator, Guillelmus Mallet, & eius posteri illius loci benefactores, 861. 864

Grentemesnil.

Familia de Grentemesnillo, erga sancti Ebrulfi Abbatiam benefica. 96. 112

Grestanum.

Grestanum, Grestain: Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœces. Lexouiensis; fundatur anno 1040. 528
Herluinus de Conteuille à lepra sanatus, per sanctiss. Virginem Mariam; iussu illius Monasterium Grestanum ædificat. 528
Robertus Herluini filius, & Guillelmus filius Roberti, insignes Grestani benefactores. 529
Series Abbatum Grestani. 530. & sequ.

Guillelmus.

Guillelmus Longa-spada, filius Rollonis Ducis, & ipse Dux Normanniæ, Gemeticense Monasterium à Danis paganis dirutum reparat. 301
In ipsum reuocat Monachos, à quibus fuerat per annos triginta derelictum. 305
Omnem mouet lapidem vt ibi Monachus fiat. 301
Sanctissime vitam ducit. 301
Habitum Monachalem quem à S. Martino Gemeticensi clam extorserat, in scrinio seruabat, ipsum palam gestaturus ni mors interuenisset. 303. 304
Guillelmus Nothus Dux Normanniæ & Angliæ Rex, sancti Stephani Monasterium Cadomi extruit, dotat, ditatque 624. 626
Alia etiam Cœnobia, vel construit, vel reparat, vel auget, vel ornat. 624
Causa fundationis Cadomensis Cœnobij S. Stephani. 623
Moritur Rothomagi anno 1087. & sepelitur Cadomi, præsentibus omnibus fere Prælatis Normanniæ. 651
Monachi Cadomenses hoc postremo seculo, illustri suo fundatori nouissime parentant. 656

H

Habitus Regularis.

S. Ansbertus factus Rothomagensis Archiepiscopus, Monachicum semper nomen seruauit & habitum. 142
Hugo de Grentemesnille graui morbo laborans, habitum Monachi suscipit, in quo & moritur. 119
In

Digitized by Google

In Monasterio Lyræ, Monachi albos habitus ferentes, ex Ordine Clementis Papæ VI. resumunt nigros. 538

Haye.

Richardus de la Haye du Puits, fundator Abbatiæ de Blanca-Landa. 842

Hennequin.

Tres huius familiæ de Hennequin Abbates Bernaij, quorum duo fuerunt Episcopi. 404

Sancti H. H. H.

S. Hilbertus, Abbas S. Vvandregisili, quartus. 144
S. Hildebertus, Abbas item S. Vvandregisili, 17. 156
S. Heinardus, seu Einhardus Abbas S. Vvandregisili, 18. 156
S. Herinbertus, Abbas S. Vvandregisili, 22. 158
B. Hildebertus, Abbas S. Audoëni, à sua reparatione primus. 20

S. Hildeburgis.

Sancta Hildeburgis, ad sanctum Martinum Pontisiæ sepulta. 551

Hommet seu Humet.

Multa de Illustri Familia de Hometo. 758. 760. 760 861. 862. 905.

S Honorina.

S. Honorinæ corpus, ad oppidum Confluentis Isaræ in Sequanam, à Conflans, religiose asseruatur. 861
Eiusdem sanctæ precibus diuersa facta miracula. 862

Hospitale.

Ansgotus nobilis Normannus, rejecta militia seculari, se in Xenodochio in consinio hunnorum & Bajoariorum seruiendis pro Deo infirmis consecrauit. 101

S. Hugo.

Multa de sancto Hugone Rothomagensi Archiepiscopo, ficta. 182
Vera de S. Hugone asseruntur. 288
S. Hugo, ex Monacho Gemeticensi, Abbas 7. sancti Vvandregisili; deinde Episcopus, Parisiensis & Bajocensis, postea Archiepiscopus Rothomagensis. 147. & 291
Hugo de sancto Iouiniano Eremita sanctissimus. 885

Humilitas.

Vuillermus de Fontaines, Abbas S. Vvandregisili, fit simplex Monachus Cistercij, quod multi alij fecere. 175. 231. 788.

I

Ibræa.

Ibræa, Iury la Chaussée, Abbatia, Ordinis sancti Benedicti; Diœcesis Ebroicensis, fundatur anno 1085. 670.
Rogerius de Ibreio, fundator prædicti Cœnobij. 670
Quædam de Castro ibrei memoranda. 670. 671
Nonnulli Abbates Ibræi. 671

Indulgentia.

Plures Normanni, Rothomago Romam proficiscuntur anno Iubilæi 1350. lucrandarum indulgentiarum gratia. 810.
Indulgentiæ plures Monti S. Michaëlis à summis Pontificibus datæ. 395

Insula.

Insula Dei, l'Isle-Dieu; Abbatia, Ordinis Præmonstrat. Diœcesis Rothomagensis, fundata anno 1187. 884
Reginaldus de Panilly, fundator insulæ Dei. 884
Vvalterus Rothomagensis Archiepiscopus, ipsius peculiaris benefactor. 884
Abbates insulæ Dei. 899

Inuidia.

Inuidia quorundam B. Lanfranco, vt & aliis molesta 647.

Iudæus.

Iudæus baptizatur, monitu S. Michaëlis ipsi apparentis. 392

Iudex.

Antonius Abbas Regularis S. Audoëni Rothomagensis, delectus à Rege Galliæ Ludouico duodecimo, anno 1499. in præsidem Parlamenti Normanniæ. 48
Abbates Regulares S. Audoëni Rothomagensis, sunt Consiliarij nati eiusdem Parlamenti. 49

Ioanna.

Ioanna d'Arc, la Pucelle d'Orleans, à Petro Cauchon Belvacensi Episcopo, rea criminum de quibus accusabatur injuste declarata; assistentibus sibi inter alios, Ægidio de Duremont Fiscamensi, & Nicolao Gemetici Abbatibus anno 1430. 240

S. Iuliana.

S. Iuliana monialis sanctæ Austrebertæ, & eius cognata. 328

Iuuentus.

Iuuenilis ætas immatura. 100

L

B. Lanfrancus.

Beatus Lanfrancus Beccum, ad B. Herluinum sub eius disciplina Monachum induturus, se confert. 646
Factus Monachus, Scholas Becci sic disponente Deo aperit, & ad illum audiendum vndique itur. 646
Plurimum proficit augendis Becci facultatibus. 647
Fit Becci Prior 647. Cadomi Abbas 647. Cantuariæ Archiepiscopus. 749
B. Lanfranci merita 440. & Gesta 646.
B. Lanfrancus Berengarium Romæ confutat, & cogit hæresim suam abjurare; & postea relapsum stilo potentissime ferit. 648

Series Abbatum Lyræ. 536

Lardiniere.

Hæc familia de Lardiniere, à Goscelino & eius vxore Emmelina Monte sancta Catharinæ Rothomagi fundatoribus, ortum habet. 409

S. Laudus.

S. Laudus Rothomagensis; Prioratus, Ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini; fundatur anno 1144. 804
B. Algarus Episcopus Constantiensis, Canonicos Regulares, ad S. Laudum Rothomagi introducit. 804
Idque ex consensu Hugonis 3. Archiepiscopi Rothomagensis. 805
Quomodo & quale jus habeant Episcopi Constantienses in Ecclesia sancti Laudi Rothomagensi. 805
Canonici Regulares sancti Laudi Rothomagi, nobilem in processionibus publicis, vna cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis locum habent. 805
Archiepiscopi Rothomagenses Prioratus sancti Laudi, in sua vrbe benefactores. 806
Sanctus Laudus; Abbatia, etiam Ordinis Canonicorum Regularium in agro sita Constantiensi, & in pago sui nominis, fundatur anno 1150. 836
Ex Collegio Canonicorum secularium, transit in Abbatiam Regularium opera S. Algari Episcopi Constantiensis. 836
Plura apud S. Laudum Constantiensem miracula. 836
Abbates S. Laudi enumerantur. 837

Sancti L. L. L.

S. Lambertus 2. Abbas S. Vuandregisilli, Episcopus Lugdunensis. 137
S. Laurentius, Dubliniensis Episcopus, moritur Augi. 698
S. Leodegarius post abcisionem linguæ suæ ab Ebroino, locutionis vsum, Fiscanni audiendo sacras Virgines in choro laudes Dei cantantes, recepit. 199
S. Leodegarij caput, Pratelli apud Monachos pie asseruatur, cum multis aliis reliquiis. 515
Sanctus Leufridus, & frater eius sanctus Agofredus, Neustrij Ebroïcenses nobilissimi. 347. 349
S. Leufredi corpus seruatur Parisiis, apud S. Germanum de Pratis. 356

Lexouium.

Cœnobium Lexouiense, Monialium, Ordinis S. Benedicti fundatur anno 1050. 583
Lescelina Aucensis Comitissa, & Hugo filius eius, Lexouij Episcopus fundatores. 583
Abbatissæ Monasterij Lexouiensis. 585

Liberiacum.

Liberiacum, Liuray; Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Bajoc. anno 675. à sancto Gerebaldo Bajocensi Episcopo fundatum, postea destructum est. 345

Lyra.

Lyra, Lyre; Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Ebroïcensis, fundatur anno 1045. 534
Guillelmus Osbernus diuinitus excitatus fundat Abbatiam Lyrensem, vt & Cormeliam. 534. 535
Potestas Ecclesiastica & Laïca fauet Lyrensi Abbatiæ. 535

Locus Dei.

Locus-Dei, Lieu-Dieu: Abbatia Ordinis Cisterciensis, Diœces. Ambianensis; fundatur anno 1198. 893
Bernardus, Dominus de S. Valery, vxor eius, filius item & socrus; omnes Loci Dei fundatores. 893
Comites Drocarum insignes loci Dei benefactores. 893
Abbates Loci Dei qui fuerint. 894
Pontifices Romani, Reges, & alij fauent Abbatiæ Loci-Dei. 893
Cosmas de la Broise, electus Abbas Loci-Dei, anno 1538 illuc reformationem induxit; & cuncta secundum vtrumque hominem restaurauit. 894

Longauilla.

Longauilla, Longueuille; Prioratus Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis: fundatur anno 1084. 666
Gualterius Giffardus, Comes de Buckinghan in Anglia, fundator Prioratus de Longauilla, vbi sepelitur. 667
Ioanna Franciæ & Nauarræ Regina, & alij, benefactores eiusdem Prioratus. 668
Spectat hic Prioratus ad Cluniacensem Abbatiam. 666
Beneficia ad Longauillæ Prioratum pertinentia. 668
S. Fides dignissima Christi martyr & virgo, apud Longauillam præcipuo honore, propter eius inibi seruatas reliquias colitur. 669
D. Carolus du Val, dignissime nunc Longauillæ regit Prioratum. 669

Longæ.

Sancta Maria de Longis, Longues: Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Bajocensis; fundatur anno 1169. 865
Hugo Vuat, & eius filius Balduinus, Abbatiæ de Longis, fundatores. 865
Eiusdem loci alij benefactores. 866
Abbates S. Mariæ de Longis. 867

Lonleium.

Lonleium, Lonley; Abbat. Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Cœnomanensis, fundatur anno 1026. 423
Lonley fundator Guillelmus Taluatius Comes Bellismensis, Alençonij, &c. 423
Eius, post miseram sui ruinam, restaurator, D. Carolus le Coüet, eiusdem Abbatiæ Prior Claustralis, ex familia de Fredebise, ab anno 1602. 429
Series Abbatum Lonleij, seu Longi-ledij, seu Longelati.

Lucerna.

Lucerna, Lucerne, Abbatia Ordinis Præmonstratensis, Diœcesis Abrincensis, fundatur anno 1143. 793
Hasculfus de Suligneio, fundator Abbatiæ Lucernæ. 793.
Richardus Hasculfi frater, Episcopus Abrincensis, insignis Lucernæ amicus & fautor.
Guillelmus de S. Ioanne alter Abbatiæ Lucernæ fundator. 794
Plures Episcopi Abrincenses, erga Lucernæ Abbatiam mirum quantum liberales. 797
Cui & Pontifices & Reges plurimum fauent. 797
Abbates Lucernæ, ex quibus B. Tankeredus, & B. Tescelinus, sanctitate fuerunt illustres. 798. & seq.
Ioannes à Bellaria, & Franciscus à Bellaria, duo vltimi Abbates Lucernæ; nec virtute, nec sapientia, nec regulari

gulari disciplina à duobus illùc primùm degentes. 801.802

Lupus.

Lupus Eremitarum Asinum deuorans ad locum vbi nunc est Abbatia S. Michaëlis; cogitur, eorum sarcinas in posterum ferendo, ipsis famulari. 371

M

Maduinum.

Maduinum Ord. Bened. Diœcef. Constant. fundatur anno 555. à B. Odoberto, sancti Clari hospite. 68

Mall.

Familia Mallet de Grauille, illustris. 864
Familia Malauicinorum, de Maluesin nobilissima. 603

Marchasium.

Marchasium Radulphi, Marche-Roux; Ordinis Præmonstr. Diœcef. Rothomag. fundatur anno 1122. 710
Ausculfus du Fay, fundator huius Abbatiæ. 710
Domini de Mon-Cheureüil, Nobiles eius benefactores. 710
Abbates Marchasij-Radulfi. 711
Beneficia ad Marchasium Radulfi spectantia. 711

S. V. Maria.

In Monasterio Beccensi celebratur quotidie Missa de B. Maria, viginti quatuor cereis accensis. 466
B. V. Maria monet Herluinum de Conteuille; vt sibi Cœnobium Religiosorum Grestani extruat; & ob id eum à Lepra sanat. 528
B. V. Maria apparet Ainulfo de Foro, & Asselinæ eius coniugi, monetque vt sibi Capellam Ardennæ ædificent. 702
B. V. Maria obtinet Monacho in extremis agenti gratiam Sacramenta suscipiendi. 790

S. Marculfus.

S. Marculfus, Normannus Constantiensis, primus Abbas Nanti, de Nanteuil; sub fauore Childeberti primi Francorum Regis. 69
Eius quædam facta declarantur. 70
Corpus S. Marculfi & sociorum eius, à Valle Rodonensi Meduntam transferuntur. 71

Mathildis.

Mathildis pientissima Imperatrix; in Monasteria & Monachos munificentissima. 479. & aliis passim.
Henricus secundus Angliæ Rex filius Mathildis Normannæ, Imperatricis, infinitos thesauros distribuit in eleemosynas, pro anima & secundum voluntatem suæ Matris defunctæ. 856
Mathildis Imperatrix apud Beccum sepelitur. 614

Matrimonium.

Innocentius Papa Tertius, excusat se Philippo Francorum Regi; quod eius precibus de dissoluendo suo coniugio annuere non possit. 790

Mater.

Matris erga filium dilectio, B. Guillelmi, tertij Abb. sis Becci miraculo comprobata. 430

SS. M. M.

Sanctus Maurus suum per Gallias & Neustriam propagat institutum. 3
S. Maurilius Rothomagensis Archiepiscopus, vir magnæ nobilitatis, sanctitatis & doctrinæ. 169
S. Melionus Archiepiscopus Rothomagensis mortuum suscitat, dæmonem in specie simiæ, ad locum vbi nunc est Ecclesia S. Laudi, apparentem, inde ad desertum pellit. 804

Mellentum.

Mellentum, Meulent: Prioratus, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Carnotensis, fundatur anno 670. & 1067. 331
Prima fundatio Mellenti Prioratus, in honorem S. Nicasij, à sancto Audoëno; secunda à Valeranno Comite facta fuit. 332
Priores Mellentini referuntur, iique meritissimi. 333

Merlet.

Andreas Merlet, patruus & nepos; vterque dignissimus Abbas S. Laudi. 839. 840

S. Michaël.

S. Michaël Archangelus, velle templum in honorem Dei sub nomine suo, in monte iuxta Abrincam construi, declarat S. Autberto. 371
Illud ipsemet S. Michaël templum dedicat; & inibi sanctus Autbertus Canonicos instituit. 372
Rollo Normanniæ Dux, & eius successores; mire erga sanctum Michaëlem in monte tumba benefici. 375
Monachi Canonicis succedunt apud S. Michaëlem. 376
Inibi seruatur scutum & gladiolus, quo ... Ille Archangelus declarauit se vsum fuisse ad draconem interficiendum. 379.
Mons S. Michaëlis Regibus & aliis S. Veneratione. 381
S. Michaël super Monachos suos inuigilat. 386
S. Michaël fauet Gallis contra Anglos; vt in illorum vno conflictu Angli 20000. occisi sint, absque eo quod vel vnus Gallus vllum vulnus acceperit. 382
Series Abbatum Montis S. Michaëlis 383. & seq.

F. F. Minores.

Gaufridus Canonicus Rothomagensis anno 1228. dat Archiepiscopo, fundum suum, ad hospitandum Rothomagi, fratres Minores. 31
Robertus Abbas Becci fauet translationi Conuentus Pontæfiani Fratrum Minorum. 1260. 467

Miracula.

Monasterium SS. Petri & Pauli Rothomagi, ob miracula ibi à sancto Audoëno facta, de S. Audoëno dictum est. 9
S. Martinus Vertauensis, Gemellensis Abbatiæ extructor, ob miraculum ab eo in resurrectione Gemellorum inibi patratum. 78
Plurima fiunt miracula ad locum Crucis S. Leufredi. 147
Miracula fiunt Rothomagi meritis sancti Laudi. 805

Monachus.

Post annum Christi 500. Monasteria Monachorum cœperunt in Gallia & Neustria multiplicari. 1
S. Ansbertus factus Episcopus, Monachi nomen seruauit & habitum. 141

Digitized by Google

Gemeticum, fuit aliquando Cœnobium Nongentorum Monachorum, sicut & Fontanella S. Vvandregisili, quadringentorum. 136
S. Anselmus dissuadet Monacho peregrinationem ad loca sancta. 581
S. Anselmus fluctuans animo, quæ sibi melior ex tribus esset conditio; De consilio S. Maurilij Rothomag. Archiepiscopi, & B. Lanfranci tunc Becci Prioris, Monachatum eligit. 446

Mons-Burgus.

Mons-Burgus, Mon bourg; Ordinis S. Benedicti, Diœces. Constant. fundatur anno 1090. à Balduino de Reuers. 672
Abbates Montis-Burgi. 674. & seq.

Mons-Dei.

Mons Dei, Mon dée; Abbatia Ordinis Præmonstratensis, Diœces. Bajoc. fundatur 1214. à Iordano Lexouiensi Episcopo in terra patrum suorum. 905
Plures Episcopi Bajocenses & Lexouienses Montis-Dei benefactores. 907
Abbates Montis Dei. 907

Mons-Morellus.

Mons Morellus; Abbatia, Ordinis Canonicorum Regularium, Diœcesis Abrincensis fundatur anno 1180. 879
Ioannes de Hacouet Dominus de Sulligney, fundator Montis-Morelli; & Rolandus de Hulmo præcipuus Benefactor. 879
Abbates Montis-Morelli. 879

Montiuillare.

Montiuillare, Montiuilier; Abbatia Sanctimonialium, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis fundatur à Vvaratteno viro Nobilissimo, sub directione S. Philiberti. 338.
Destruitur ab Hastingo Dano, reædificatur à Ducibus Normanniæ Richardo primo & Richardo secundo, & aliis: & ab ijs dotatur ditaturque. 339
Exemptio Abbatiæ Montiuillaris ab Ordinario. 339
Series Abbatissarum Montiuillarensium: Quarum prima Beatrix, fuit Roberti primi Ducis Normanniæ amita; Nouissima Leonora de Belle-fons eximij meriti, & ex nobili admodum stirpe orta. 342

Moretonium.

Moretonium, Mortaing: Monialium Prioratus, Ordinis Cisterciensis, Diœces. Constant. fundatur anno 1150. 840
Alio nomine dicitur, l'Abbaye blanche; eius autem fundator fuit Guillelmus Comes Moretonij. 840

Moriciere.

Helena de la Moriciere Abbatissa Villarij Caniueti, pietate & Doctrina illustris & Francisca eius soror etiam eiusdem Loci Abbatissa. 792

Mortuum-Mare.

Mortuum-Mare, Mortemer; Abbatia Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 1135. 768
Henricus primus Rex Angliæ & Dux Normanniæ fundator Mortui-maris. 769
Præcipui benefactores Mortui-maris. 777
B. Alexander primus Abbas Mortui-maris. 773
Stephanus, Tertij Abbatis Mortui-maris digna commendatio. 775
Cæteri Abbates Mortui-maris. 771. & seq.
Inter eos Ganfridus & Richardus Normanni illustres. 776

N

Nanteus.

Nantus Nanteüil Ordinis S. Benedicti, Diœces. Constantiensis, fundatur anno 558. 69
Conditur à S. Marculfo, liberalitate Childeberti Francorum Regis, & Vltrogothæ Reginæ, ad quos Angelus Marculfum direxerat. 69

B. Nanthildis.

B. Nanthildis amita sanctæ Opportunæ. 365

S. Nicasius.

Sanctus Nicasius consecratus in primum Rothomagi Archiepiscopum; cum illo iret, in itinere capite minutus est cum sociis suis, ob Euangelij prædicationem. 331
Ipse cum iisdem sociis post martyrium suum surgunt, capita in manibus sumunt, & ea in vicinam insulam portant ac deponunt. 331
Variæ reliquiarum S. Nicasij & sociorũ eius factæ sunt translationes. 331. & 332
S. Audoenus dedicans Rothomagi Ecclesiam S. Nicasij, ibi duo sancta illius ossa locat. 331

B. Nicolaus.

B. Nicolaus, filius Richardi tertij Ducis Normanniæ, dignissimus Abbas S. Audoëni. 21

Noa.

Noa, la Noüe; Abbatia Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Ebroic. fundatur anno 1144. 803
Fundatricem habet Mathildem Imperatricem. 803
Quidam huius Cœnobij Abbates. 803

Normanni.

Normanni adhuc Pagani in Normanniam irrumpentes, anno scilicet 841. & 851. ipsam fœde vastauerunt 158. 294.
Quæ Normanni Pagani Monasteria & templa destruxerunt; illa, vel alia angustiora, Normanni Principes & nobiles facti Christiani, & eorum successores de nouo extruxerunt ditaueruntque. 165. 204. 208. 301. 308. 338. 350. 430. 360
Normannorum Ducum pietas & vera deuotio, postquam facti sunt Christiani, tanta fuit: vt eius fama per totum terrarum orbem volitaret. 405

Nouum Mercatum.

Apud Nouum Mercatum in Neustria, versus fines Beluacensium, Canonicorum locus datur Monachis S. Ebrulfi. 112.

O

Obedientia.

Abbas unus S. Vvandregisili, recusans præstare obe-

dientiam suo Antistiti, grauiter increpatur ab Innocentio Papa secundo. 173

S. Anselmus Beccensis Abbas, graue fert quod vnus ex suis Monachis Abbatiam acceperit sine sua obedientia. 171.

Obedientiam suadet sanctus Anselmus, Arnulpho Abbati Troarnensi electo. 360

Quanti fecerit obedientiam B. Lanfrancus. 440

Odo.

Odo Rigaldus, Archiepiscopus Rothomagensis, assumptus ex Ordine Minorum, curam magnam habuit Monasterij S. Vvandregisilli; & totius regularis disciplinæ in sua Diœcesi. 183. &c.

S. Opportuna.

S. Opportuna Normanna, soror S. Godegrandi, & B. Nanthildis Neptis, educata apud Monasteriolum, vbi fuit Abbatissa. 364

Vbinam reliquiæ sanctæ Opportunæ asseruantur. 365

Oratio.

In Monasterio Belli-becci, Monachi precibus armati, magnam dæmonum cohortem, vnum ex suis fratribus infirmum obsidentem, ex valetudinario expellunt. 714

Ordinatio.

Ordericus insignis ille historicus, & S. Ebrulfi Vticensis Monachus, ordinatus fuit subdiaconus anno suæ ætatis decimo sexto; & Diaconus, anno ætatis suæ decimo nono. 117

B. Osbertus.

B. Osbertus, Augensis Monasterij Abbas sextus: sancto Laurentio Dublinensi Episcopo agonizanti Sacramenta ministrat; & ipsi morienti adest. 698

P

Paganellus.

Familia Paganellorum, De Paisnel, illustris. 821

S. Paternus.

Sesciacum, Chesay, seu Gerzay: S. Paternus primo incoluit, ibique sub nomine Abbatis præfuit, donec ad infulas Abrincenses inde assumptus fuit. 66. 67

Pauliacum.

Pauliacum, Paully: Monialium Cœnobium, Ordinis sancti Benedicti; Diœcesis Rothomagensis, fundatur anno 664. 326

Amelbertus Pauliacum extruit; & illuc Moniales inducuntur à S. Philiberto sub regimen S. Austrebertæ. 326

Pauliacum, ex virginum Cœnobio, factum est, Prioratus Benedictinorum, circa annum 1090. 328

Paupertas.

Primi Beccenses Monachi, vt & alij fere omnes, in suis initiis rebus omnibus deficienti. 646

S. Iuliana, petens fieri Monialis Pauliaci, ob suam inopiam & generis obscuritatem repellitur; sed miraculo interueniente, tandem ad sanctum habitum recipitur. 328

Pentallum.

Pentallum, seu Pentalion; Monasterium Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 665. 329

Pentalli fundator S. Audoënus; & Nobilis rector sanctus Geremarus. 329

Pentallum, in præsenti omnino dirutum manet. 329

Peregrinatio.

Plures Normanni peregrinationem suscipiunt ad sacra Palestinæ loca, anno 1398. sub conductu & comitatu Gaufridi Becci Abbatis. 469

Perrina.

Perrina; Monasterium, Ordinis Redemptionis Captiuorum; fundatricem habuit Eustachiam vxorem Guillelmi du Hommet Constabuli Normanniæ tempore S. Ludouici Regis. 913

Perrinæ benefactores præcipui, quinque Episcopi. 914

Persenia.

Persenia, Perseigne; Abbatia, Ordinis Cisterciensis, Diœcesis Cœnomanensis, fundatur anno 1145. 817

Perseniæ fundator Guillelmus Taluas, Comes Belisinensis, præcipuus autem benefactor Geruasius de Cotremblay. 817

S. Philibertus.

S. Philibertus, Neustrius, primus Abbas Gemeticensis Monasterij, quod eius opera extructum est. 261

Duo etiam virginum Monasteria construit S. Philibertus, & multa alia præstat & patitur. 265

Quædam acta S. Philiberti referuntur. 268

Philippus.

Philippus des Portes Abbas Boni-portus: eius elegans Epitaphium. 895

Plessëium Grimoldi.

Plessëium Grimoldi, le Plessis Grimond; Prioratus Ordinis Canonicorum Regularium, Diœcesis Bajocensis, fundatur 1130. 742

Primus fundator Plessei, fuit Guillelmus Nothus, Dux Normanniæ; alter, Odo Bajocensis Episcopus, eius frater. 743

Pœnitentia.

Pipinus, pœnitens, quod sanctum Ansbertum in exilium expulisset iniuste; Monasterium Floriacum in eius honorem construxit fundauitque. 369

Ioannes Comes Augi, quod sui milites Ecclesiam sancti Michaëlis vlterioris portus diripuissent, ipsi per amplas donationes satisfecit. 589

Rodolfus Mala-corona, Monachus, à Deo lepram petit & obtinet, spiritu ductus pœnitentiæ. 105

Pons.

Iudith de Pons, Abbatissa S. Saluatoris Ebroïcensis, optime de suo Monasterio merita. 594

Pontifex Rom.

Innocentius Papa secundus, Rothomagi magna cum reuerentia exceptus; & ab omnibus etiam ab ipsis Iudæis muneribus honoratus. 679

Pontæsia.

Ad Pontæsiam extat Abbatia Ordinis S. Benedicti, in Diœcesi Rothomagensi, fundata anno 1150. 550

Eius fundator sub inuocatione S. Martini, Drogo Comes Pontesiæ. 550

S. Galterius, primus Abbas Pontæsiæ. 551

Eius successores recensentur. 551. & seq.

Subduntur Archiepiscopo Rothomagensi. 553

Prælatus.

Ioannes de Mota Rothomagensis, Becci Monachus, postea Abbas; semper à sua electione in Abbatem mœstus extitit: eo quod de suis & suorum actionibus rationem esset iudici æquissimo Deo redditurus. 473

Pratellum.

Duo Monasteria, Ordinis S. Benedicti, in Diœcesi Lexouiensi sub hoc nomine constructa sunt; vnum Monachorum, alterum Monialium: anno 1040. 505. 520

Fundatores vtriusque Pratelli, Preaux; Hunfridus de vetulis, Dominus Castellaniæ Pontis Audomari, & eius filius. 505

Series Abbatum Pratelli. 508. & seq.

Donationes factæ Pratello Monialium. 520

Abbatissæ Pratelli. 525

Pratelli Monachos, sua hæresi inficere conatus est aliquando Berengarius: sed inde ab Abbate & Monachis statim explosus fuit. 517

Digitized by Google

Pratum.

Prioratus Prati, de Bonnes-Nouuelles, Ordinis S. Benedicti, iuxta Rothomagum, fundatur anno 1063. 611

Fundatur à Mathilde vxore Guilielmi Nothi; fouetur ab eius filio, & à Nepote Henrico primo & secundo, Angliæ Regibus. Item & à Roberto eiusdem Mathildis filio. 611. 613.

Apud Pratum celebrata fuere tria Concilia Prouincialia, ab Archiepiscopis Rothomagensibus. 616

Punitio Diuina.

Vir potens, dum bona S. Audoeni rapit, miserabiliter perit. 14

Puniuntur morte plurimi milites ob vastationem bonorum Ecclesiæ. 14

Mulier vexans Monasterium S. Ebrulfi, à Deo punitur. 98.

Punitur Abbas Vticensis Robertus, eadem pœna, quam prædecessori suo B. Theodorico inflixerat. 107

Item & Roberti successor. 109

Robertus, indignus S. Petri Diuensis Abbas, post multa scelera, diuinitus pœnas luit. 502

Reliquiarum derisores Deus punit. 91

Purgatorium.

Gualchelmus Presbyter, vidit in spiritu plures animas in Purgatorio cruciari, anno 1091. 116

Q

S. Quirinus.

S. Quirinus, Presbyter sancti Nicasij, primi Rothomagensis Archiepiscopi, Rodenij colitur, à Resny, iuxta Meduntam. 605

Eius inibi asseruantur Reliquiæ. 605

Insignis fidelium pietas aduersus S. Quirinum. 605

Iuratum super caput S. Quirini. 604

Miracula ad inuocationem eius facta. 606

Punitur à Deo, Prior quidam Rodonij, quod thecam argenteam in qua repositum erat caput S. Quirini sub paupertatis prætextu vendidisset. 607

Thomas d'Esquetot, alius Prior, nouam curat refici. 608

R

Radeuerum.

Radeuerum, Rauiers: Cœnobium Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Baiocensis, anno 545. fundatum: Nunc omnino destructum est. 65

Ipsum extruxerat & incoluerat S. Vigor Baioc. Episcopus. 65

Reliquiæ.

Illustres Reliquiæ Fiscanni asseruatæ; quarum Nobilissima est, portio sanguinis Iesu Christi Saluatoris nostri, in eius passione effusi. 256

Ad sanguinem Christi Fiscanni seruatum multa facta miracula. 258

S. Ansbertus cum Sudario S. Audoëni ægros sanat. 5

Insignes & innumeræ Reliquiæ; auro, argento, gemmisque ornatæ, iamdiu in Monasterio S. Audoëni asseruatæ; tandem à Caluinianis hæreticis anno 1562. expilatæ, combustæ, consumptæ. 59. 61

Cœlum Reliquiis S. Marculfi inuigilat. 72

Reliquiarum derisores Deus punit. 91

Dens S. Nicolai in Basilica Noromensi asseruatur, ad quam multa facta miracula. 118

Caput S. Cæciliæ apud Vticum S. Ebrulfi; non illius quidem Romanæ, sed alterius. 127

Plura sancta corpora in Monasterio S. Vvandregisili integra reperta. 145

S. Geroldus Abbas in mari cum aliis periclitans, meritis S. Vvandregisili, cuius gestabat reliquias seruatur. 155

Confinia Picardiæ versus Flandriam, & ipsa Flandria, corporibus sanctis ex Normannia asportatis nobilitatur. 194. 197

Ad contactum Reliquiarum, è Monte Gargano ad Mōtem S. Michaelis allatarum, cæci visum recipiunt. 372

B. Magdalenæ templum Baiocis dum conflagraret; Theca Reliquiarum eius, in sinum Matronæ cuiusdam B. Gaufrido grauidæ, miraculose defertur. 678

Ressonium.

Ressonium, Ressons; Abbatia, Ordinis Præmonstratensis Diœcesis Rothomagensis; fundatur anno 1125. pro Monialibus, quibus successere Canonici Præmonstratenses. 713

Fundatorem habuit Au'culphum du Fay. 713

Residentia.

Abbas Grestani residere compellitur ab Arnulpho Lexouiensi suo Episcopo.

Richardus.

Richardi primi, Normanniæ Ducis mirabilis pietas in suscipiendo sacro Viatico. 210

Richardus primus, Dux Normanniæ extra Ecclesiam Fiscannensem in stillicidio Ecclesiæ, prout ordinauerat sepultus fuit à filio. 211

Richardus secundus, Dux Normanniæ, è Fiscanno Canonicos irregulariter viuentes expulit; & prout pater eius ordinauerat Monachos illuc induxit, quos egregie fouit ditauitque. 212. 214. 215

B. Richardus Abbas Virdunensis, Beati Theoderici Vticensis Magister. 103

Richardus de Cormeliis, Abbas Pratelli anno 1131. multa doctissime scripsit. 509

Rollo.

Rollo Northmannus, adhuc Paganus, Neustriam intrans; illuc sanctæ Hameltrudis corpus, quam sancte venerabatur attulit, deposuitque Gemetici. 199

Fit Christianus baptizaturque anno 912. postquam ei somnium suum de futuro suo baptismo declaratum est. 300

Rollo factus Christianus; mirum est, quam piè, & quam sancte vixerit. 300

Fuit erga Monasterium S. Audoëni & ad alia pia opera munificentissimus. 9. 11

Curat corpus S. Audoëni, quod ob sui timorem, dum esset Paganus ex vrbe Rothomago fuerat exportatum, illuc reduci. 9

S

Sagium.

Sagium, S. Martin de Séez; Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Sagiensis; fundatur anno 1050. 577

Rogerius Montis Gomerici fundator Sagij, inibi postea Monachus. 577

Series Abbatum Sagiensium. 578. & seq.

Salicosa.

Salicosa, Saulseuse; Ordinis Canonicorum Regularium Diœcesis Rothomagensis, fundatur anno 1155. 846

Salicosæ fundator, qui & primus Prior, Radulfus. 846

S. Sal-

Digitized by Google

S. Saluator.

S. Saluator Vicecomes, *S. Sauueur le Vicomte*; *Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Conſtantienſis, fundatur anno* 1048. *à Nigello Vicecomite Conſtantienſ.* 540

Eius Abbates enumerantur. 542

Beneficia ab Abbatia Saluat. Vicecom. dependentia. 541

S. Saluator Ebroïcenſis; *Abbatia Monialium, Ordinis S. Benedicti, fundatur anno* 1056. 592

Primum fundatorem agnoſcit Richardum Comitem Ebroïcenſem è ſemine Ducum Normanniæ: ſecundum, Gerinum Epiſcopum Ebroicenſem. 592. 593

Abbatiſſæ huius Monaſterij, inter quas elucet Iudith de Pons. 593. 594

Sanctorum intercessio.

Valeranus Comes Mellenti fundat Prioratum in honorem S. Nicaſij & ſociorum, apud Mellentum; quorum precibus apud Deum è captiuitate euaſerat. 332

Vir calculo laborans; inuocata ſancta Barbara ipſum emiſit cum vrina; quamuis ouum craſſitudine æquaret. 717

Plurima ſiunt miracula per interceſſionem ſanctæ Honorinæ, apud Gerardiuillam à Grauille, ad eius ſepulchrum: quamuis eius corpore ſit deſtitutum. 864

Sauiniacum.

Sauiniacum, Sauigny; Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Abrincenſis; fundatur anno 1112. 676

Radulfus Fulgeriarum, fundator Sauiniaci, cum Vitale primo eius Abbate. 676

Sauiniacum, nunc eſt prima filia Claræuallis; non iure primogenituræ, ſed excellentia meriti. 684

B. Serlo quartus Abbas Sauiniaci, ſe ſuaque numero triginta Monaſteria ſubdit Ordini Ciſtercienſi: ob id maxime primatiam habet apud Claramuallem. 680

Plures Monachi Sauiniacenſes ſanctitate clari. 680. 686

Syllabus Abbatum Sauiniaci. 685. & ſeq.

Sauiniacenſes Monachi, de quibus S. Bernardus conqueritur; non ſunt noſtri Normanni. 679

Scientia.

Scholam in ſuo Monaſterio S. Vvandregiſilli, inſtituit S. Geraldus eius Abbas 15. 155

S. Seuerus.

S. Seuerus, S. Seuer; Abbatia Ordinis S Benedicti, Diœceſis Conſtantienſis, fundatur anno 558. 74

Illius Abbates. 75

S. Sidonius.

S. Sidonius, S. Saens; Abbatia, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Rothomagenſis, fundata fuit anno 670. *à Theoderico Rege Franciæ.* 335

S. Sidonius, Monachus Gemeticenſis, primus fuit ſui Cœnobij Abbas. 335. 336

Iſtud Monaſterium à Northmannis Paganis deſtructum, adhuc ſub ruderibus ſepultum manet. 336

Aliud Monaſterium, & illud Sanctimonialium ſtat apud S. Sidonium, ſub eius nomine. 337

Prioratus S. Sidonij Monachorum, iam deſtructum; Parochia S. Sidonij, & Monaſterium S. Sidonij Monialium; tria ſunt omnino diſtincta. 336

Sciſſiacum.

Sciſsiacum, Cheſay; Abbatia Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Conſtantienſis; fundatur anno 550. 66

S. Paternus eius fundator, & primus Abbas, & S. Scubilio ſecundus. 66. 67

Silleïum.

Silleium, Silly; Abbatia Ordinis Præmonſtrat. Diœceſ. Sagienſ. fundatur anno 1150. *à Drogone viro illuſtri inibi poſtea religioſo.* 830

Imperatrix Mathildis Sillei inſignis benefactrix. 830. 831.

Abbates Sillei recenſentur. 833. &

Societas.

Societates ſpirituales à pluribus ſanctè Initæ. 553. 576. 599.

Strata.

Strata, l'Eſtrée, Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Ebroicenſis, fundatur anno 1144. 804

T

Tancaruilla.

Familia de Tancaruille, tranſiit ad familiam de Harcour; dum Margarita Tancaruillæ hæres nupſit Iacobo de Harcour. 691

Templum.

S. Audoëni Rothomagenſis Monaſterium pluries flammis vaſtatum à Ioanne 24. *Abbate anno* 1318. *reparatum fuit; & eius templi vt nunc viſitur extructioni per annos* 21. *incubuit.* 35

Perfecit autem vt nunc eſt & ornauit Guillelmus d'Eſtouteuille, primus ſancti Audoëni Abbas commendatarius. 42

Sancti T.T.T.

B. Tankeredus, primus Lucernæ ſuperior. 798

B. Teſcelinus, primus Abbas Lucernæ. 798

B. Theodericus de Mathonuille Normannus, primus Abbas Cœnobij ſancti Ebrulfi, poſt eius reparationem. 97. 310

Theſaurus.

Theſaurus, le Threſor, Abbatia Monialium Ord. Ciſter. Diœceſis Rothom. cuius aliquando curam geſsit B. Thebaldus Abbas Vallis Cernaij. 919

Fuit ſancto Ludouico cordi. 919

Torigneïum.

Torigneium, Torigny, Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Bajocenſis, fundatur anno 1307. 914

Fundatorem habuit Robertum Fabrum Archidiaconum Abrincenſem. 914

Trappa.

Trappa; Ordinis Ciſtercienſis, Diœceſis Sagienſis, fundatur anno 1140. *à Rotroco Comite Perticenſi.* 789

Inter Trappenſes Abbates luxit virtutibus & miraculis B. Adam. 789

Troarnum.

Troarnum, Troarn; Abbatia Ord. ſancti Benedicti Diœceſis Bajocenſis, fundatur anno 1050. *à Rogerio Comite de Montgommery.* 558

Troarni Abbates, quorum primus B. Durandus. 558

V

Sancti V.V.V.

S. Vulfrannus abdicato Epiſcopatu monachum induit apud ſanctum Vvandregiſillum, &c. quædam eius acta. 144.

S. Vvando, Abbas 12. *ſancti Vvandregiſilli.* 151

B. Vitalis, primus Abbas Sauiniaci miraculis clarus. 677. 678.

Valacia.

Valacia, Valace: Abbatia Ord. Ciſterc. Diœceſ. Rothom. fundatur anno 1157. *à Vvalerano Comite, &c.* 848

Mathildis Imperatrix, benefactrix Valaciæ. 851

Abbates Valaciæ. 856

Digitized by Google

Vallis.

Vallis seu Abbatia de Valle, du Val; Canonic. Regul. Diœc. *Bajocens. fundatur anno 1156. à Gosselino de la Pommeraye & eius coniuge.* 841

Status illius in praesenti miser. 841

Vallis Dei, *le Val-Dieu; Ordinis Carthusiensis, Diœces. Sagiensis, fundatur primo à Rotrodo Comite Pertici, deinde à Petro Valesio.* 874

Vallis B. Mariæ, la Vallée: Ordinis Cister. Diœces. *Ebroicens. fundatur anno 1137. à Nobilibus Giffardis.* 785.

Vallis mons, Vallemont: Ordinis S. Benedicti, Diœc. Rothom. fundatur anno 1169. à Nicolao de Estoteuilla. 809.

Vallis Richerij, val Richer; Ord. Cisterc. Diœces. Bajocens. fundatur anno 1147. à Philippo de Harcuria, Episcopo Bajocensi, & Simone de Bosuilla. 825

Abbatum Vallis Richerij series. 828

S. Vvandregisillus.

Fontanella, seu S. Vvandregisillus, S. Vandrille; Abbatia Ord. S. Benedicti, Diœces. Rothom. fundatur anno 654. 131

Sancti Vvandregisilli adolescentia, & primi in Dei seruitio [illegible]. 131

[illegible] E[illegible] consanguinei sui obtinet Fontanellam, vbi cum sancto Godone nepote suo cœnobium extruit. 132

Reges Franciæ Abbatiæ sancti Vvandregisilli benefactores, & cum eis sancta Bathildis Regina. 134

Richardus II. Dux Normanniæ Monasterium sancti Vvandregisilli destructum restaurat. 165

[illegible] omnes, Ecclesiastica & secularis, erga Monasterium sancti Vvandregisilli beneficentissima. 165. 176

Quo tempore readipiscitum est S. Vvandregisilli Monasterium. 163.

S. Vvandregisillus iuuat Nauigantes in periculis maris. 155. 160

Anno 1047. sancti Vvandregisilli reliquiæ, ad suum suum Cœnobium reportatæ. 164

Series Abbatum Monasterij sancti Vvandregisilli à pagina 137.

S. Victor.

S. Victor, Ord. Bened. Diœces. Rothom. fundatur anno 1048. sub nomine Prioratus, à Termordo Nobili Presbytero, postea sancti Audoëni Monacho; qui Prioratus euasit in Abbatiam. 345

S. Victoris Abbates, de sainct Victor en Caux. 345

Villarium.

Villarium, Villers Caniuet: Abbatia Monialium Ordinis Cisterc. Diœces. *Sagiens. fundatur anno 1140. à Rogerio de Molbraye.* 791

Vinacium.

Vinacium, Vinaz; Abbatia, Ord. S. Benedicti Monialium Diœces. Sagiens. fundatur ann. 1130. à Comitibus Bellisinensibus. 750

Vlterior portus.

Vlterior portus, Treport; Abbatia Ord. S. Benedicti, Diœces. Rothomagensis, fundatur anno 1056. à Roberto Auci Comite. 587

Abbates vlterioris portus. 590

Vltio.

S. Ethelredi Regis Angliæ, mirus vltionis sumendæ modus. 213

Vticum, Ouche, Abbatia; vide supra S. Ebrulfus. 84

Litteras, quæ singula Monasteria spectant, videre est in suis locis, vbi exacte [illegible]

FINIS INDICIS.

gitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ed by Google

Digitized by Google